G. Malm.
18 C 72. studjer.

CORPUS
JURIS CIVILIS

RECOGNOSCI BREVIBUSQUE ADNOTATIONIBUS CRITICIS INSTRUI COEPTUM
A *D.* ALBERTO ET *D.* MAURITIO FRATRIBUS KRIEGELIIS
CONTINUATUM CURA *D.* AEMILII HERRMANNI

ABSOLUTUM STUDIO

D. EDUARDI OSENBRÜGGEN.

EDITIO STEREOTYPA.

OPUS UNO VOLUMINE ABSOLUTUM.

PARS TERTIA

NOVELLAS ET RELIQUA CONTINENS.

IMPRESSIO TREDECIMA.

LIPSIAE.
SUMTIBUS BAUMGAERTNER.
1870.

VIRIS CL

NICOLAO

IUR. UTR. ET PHIL. DOCT., IN ACAD. KIL. P.
DANNEBROGICI CRUCE AUREA ET

HENNINGO

IUR. UTR ET PHIL. DOCT., IN ACAD. KIL.
PRAEFECTO etc.

GRATE ET PIE

D. D. D.

EDUARDUS OSENBRÜ

347(094.4)

77.85 ZH

141185

PRAEFATIO.

Hanc Novellarum editionem inspicientibus facilatebit, ab externa forma eam maxime convenire cum Codicis editione. Annotationum hic quoque duplex series est, quarum altera historiam Novellarum spectat, altera crit est. In his enim, ut est totius huius Corporis iuris institutum, posui lectionis varieta in illis illud maxime ostendere volui, ex quibus fontibus desumtae sint Novellae et qui ium iuris Graeco-Romani loci maxime faciant ad earum illustrationem, id enim omnibus tum fore duxi, qui accurate uti velint Novellis. In qua opera egregie me adiuverunt ter Hauboldi Manuale Basilicorum et Bieneri historiam Novellarum Crameri annotation quas adscripsit in exemplari Corporis iuris Gottingensis, quo usus est, in bibliothec niversitatis literarum Kiliensi nunc asservato.

Fundamentum posui Graeci textus *editione crimgerianam*, quae ex *Cod. Veneto* provenit, et perpetuo adhibui ad textus recognitione *aloandri* editionem Noricam (1531), quae ex *Cod. Florentino* manavit nec non ed. Pa am (1542) et Hervagianam (1541), atque feci ita ductus Bieneri potissimum de his rebu arrationibus, quae extant in historia eius Novellarum, nec me poenitet huius consilii, p am cognovi quae G. E. Heimbach de rationibus inter codices et editiones eas interc tibus docuit (Zeitschrift f. g. R. VIII. p. 317 sqq. et Anecdotorum Prolegg.). Haec confirmant, Florentinum Codicem non integram nec genuinam continere 168 Novellarum lectionem, sed passim ad Basilica conformatam, Haloandrum vero, id quod facile est ad dum, aliquanto orationem graecam temere mutasse. De Veneto Codice idem adhuc nem obavit, Biener contra censuit in hoc codice integra forma esse orationem 168 Novellaru Heimbach vero certis argumentis probare studet, eum quoque codicem „ad Basilicorum ionem exactum esse et quodammodo conformatum.“ Vellem equidem Vir doctissimus uius, cum ipse codicem inspexerit, magna in hac re auctoritas est, certioribus id mentis probasset in Anecdotorum Prolegg. p. XXXI. Haec enim sunt eius argument „Primum enim saepenumero in notis ad marginem codicis adscriptis Basilica adlegantu Deinde in unaquaque Novella referenda statim ab initio idque prima manu adnotatum es Basilicis collocata sit necne.“ Ea vero ratio, ut posita est, non multum valet, non en dixit Heimbach, num eius sint illae marginales notae qui codicem scripsit, nec si ess aliud probarent, nisi scriptori codicis nota fuisse Basilica eaque eum voluisse allegare i argine atque haud inutile eum iudicasse

iudicasse in principio singularum Novellarum indicium in Basilicis collocatae sint; minime vero inde certo probatur, eum librarium ten genuinum graecum ex Basilicis corrupisse. Sed aliud ad hanc rem probandam Heinh protulit argumentum, inveniri in eo codice locos ex Basilicis interpolatos. In ea ver demonstranda iis utitur locis, qui rem, de qua agitur, parum, haud scio an minime obent. Quod enim Cod. Venetus in Nov. 131. c. l. septem appellat synodos, conv id quidem cum Basilicis, sed etiam in Photii Nomoc. I., 2. (Voëlli bibl. II. p. 816.), i nihil, quod scio, ex Basilicis mutatum est, idem numerus legitur, unde Beveridge (Syn T. II. Annott. p. 166.) admodum probabiliter coniecit, eam corruptelam Basilicis esse iquierem. Poterat igitur in Cod. Veneto septenarius numerus esse nulla Basilicorum cu Nec multum probat alter locus, Nov. 123. c. 13., nam in Photii Nomoc. I., 28. (ibid. p. 47.) numerus certe iam mutatus esse videtur. Hos igitur duos locos in Cod. Venet x Basilicis interpolatos esse, certissimum non est.

Praeter Scrimgeri et Haloandri ed es ad crisin adhibui codicum, qui in edit Gotting. sub nominibus *Meerm.* I. II. III. et *ich.* veniunt, lectiones nec non quas e *Cod. Flor.* et *Vat.* enotatas ad Hombergkium mi renemannus. (Cf. Indicem siglarum et notarum, quibus usus sum.) Insuper in usum v i subsidia, quotquot nota mihi erant, inter quae primo loco nominanda sunt *Basilica.* rum duodecim libros priores cum nunc habeamus in egregia C. Guil. Ernesti Heimbach Antecessoris Ienensis, editione, hanc antetulimus, in reliquis Basilicorum libris editione broti utendum nobis erat. Heimbachii autem illa editio non tantum in textus graeci re itione usui nobis erat, sed etiam in Hombergkianae latinae interpretationis emendation ersaepe tamen neque Heimbach verum vidisse nobis videtur, velut Bas. IV., 1., 24. (N 133. c. 6.) Statuit hoc loco Iustinianus Imp., ut monachum, qui in caupona deprehens erit, abbas e monasterio eiiciat, atque his utitur verbis: *ὥστε αὐτὸν ἐξελαύνειν τοῦ ἀστηρίου τὸν ταῦτα πλημμελήσαντα, καὶ τὸν ἐν αἰσχύνῃ βίον τῆς ἀγγελικῆς ταύτης καταστάσεως ἀλλαξάμενον.* Haec ultima verba Vetus Interpres barbare quidem, sed ad sum non male ita vertit: „utpote in confusionem vitae angelicam hanc conversationem m em," Basilicorum autem editor: „atque honestam vitam huius angelici status immut " Ubinam vero *ὁ ἐν αἰσχύνῃ βίος* est *vita honesta?* Vulgo quidem qui ad verbum *ἀλλάσσεσθαι* additur accusativus exprimit rem, quae mutatur, genitivus rem, quae assumitur, praebent lexica graecae linguae exemplum diversi usus, Plutarch. Apophth. Lac. p. 231.: *ἧς* (scil. *τῆς ἐλευθερίας*) *οὐκ ἂν ἀλλάξαιτό τις νοῦν ἔχων τὴν Περσῶν βασιλείαν.* Addo alterum exemplum, in Leonis enim Nov. 59. *δουλείαν ἐλευθερίας ἀντικαταλλαττόμενος* dicitur is, qui se venumdari passus est. Nec igitur dubito, quin Iustinianus eo de modo locutus sit loco, de quo agitur. — Ceterorum subsidiorum maior pars est in *Iust* et *Voëlli bibliothecae* iuris canonici veteris Tom. II. et in *Heimbachii Anecdotorum* Tom De quibus cum satis docuerint Biener et Gust. Ern. Heimbach, equidem ad Bieneri his m Novellarum et Heimbachii Prolegomena lectores ablego. Illud tamen adiiciendum ur, Anecdota Heimbachii non ante prodiisse, quam partem mei operis iam typothet is idissem. In reliqua parte assidue adhibui et multum me adiurit *Athanasii* Commenta ri cuius laudem multa dicere possem, si huius loci esset, atque miror, Heimbachium no lius Athanasium suum commendasse, quod enim duos illos locos, quos modo commem or us, compluries affert, atque etiam in eo prolegomenorum loco (p. XC.), ubi ostendat, nasium genuino Novellarum textu usum nec quidquam commentarium eius interpolatum ex recentioris iuris fontibus, non profecto ea repetitio copiam exemplorum prodit, neq nnino iis exemplis demonstrari potest, Athanasii commentarium ad orationis Novella emendationem multum conferre, in capite enim primo Novellae 131. genuina lectio era editionibus Corp. iur., in Nov. 123. c. 13. non sane difficile erat sine Athanasii ope re n invenire. Sed, utut est, haud raro Athanasii epitome sententias Imperatoris verbosit et negligentia obrutas et obscuratas perspicuas reddit,

saepe

saepe Novellarum genuina oratio ex cognoscitur. Unum tamen locum, Nov. 130. c. 6. init., non bene contraxisse videtur Athanasius, legimus enim Tit. XX. const. 2. (I. p. 175.): *χρὴ τοὺς διασώστας προπέμπειν, καὶ εὐτρεπίζειν ἐν οἷς μέλλῃ τόποις καταντᾶν τὸ στράτευμα*, quae verba Heimbach ita latine interpretatus est: „Diasostas oportet praemitti, et in iis, per quae exercitus est transiturus (?), locis (res necessarias) procurare.“ In Novella autem haec leguntur: *Πρὸς τούτοις κελεύομεν, τοὺς ἡμετέρους ἐξάρχους εἴτε καὶ τοὺς διασώζοντας τὸ στράτευμα* delegatoras *ἐν ταῖς παρόδοις προπέμπειν εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἐν ᾧ μέλλει τὸ ἡμέτερον στράτευμα καταντᾶν, καὶ ἑτοιμασίαν ποιεῖν τῶν δαπανημάτων*, atque in hac sententia sine dubio post *προπέμπειν* supplendum est *τινας*, *prometatores* scilicet, idque patet a fine capitis et consentaneum est, diasostas sive ductores apud exercitum manere. Parati non minus bene quam Athanasii tituli et constitutiones in orationis Novellarum recognitione adhibentur. Uno tamen loco (§. 20. tit. IV.) ridiculum quoddam referre videntur, ex Heimbachii enim interpretatione haec sententia perhibetur: „Eos, qui *mares* castrant, magistratus — puniunto.“ Iam vero secundum Nov. 142. ii, qui impio animo aliquos castrare audeant, si quidem viri sint, qui illud scelus committant, et ipsi castrentur, si mulieres, bona earum publicentur et ipsae in exilium mittantur; de mulieribus igitur castrandis, quod opus medici difficillimum et dubium esse dicunt, nihil tradit Novella. Sed, ut breviter dicamus, facete videtur Heimbach ita latine interpretatus esse hunc paratitlorum locum, nec enim sunt graeca verba: *Τοὺς εὐνουχίζοντας τινὰ οἱ ἄρχοντες κολαζέτωσαν.* Ubi pauca addamus de Heimbachii editione Athanasii, aliquot Novellarum locos editor bene in Prolegomenis ex Athanasii commentario emendavit, non autem probamus, quae p. XCI s. de Nov. 97. c. 6. §. 1. scripsit, nec ipse Heimbach sua correctione satis confidere potuit. Quam enim Athanasio duce (X., 6.) protulit coniecturam: *εἰ δὲ ἄλλων, μητρὸς τῶν η ἐπίδοσις εἴη* pro *εἰ δὲ μείζων τυχὸν ἡ ἐπίδοσις εἴη*, ei refragatur consensus eorum Scrimgeri et Haloandri, Basilicorum (XLI. 7. 38.) et Vulgatae nec non Iulianus cons. facit, hoc enim habet (const. 90.): „Haec autem totiens vera sunt, quotiens dotis quantitas *ampla* non sit. Si enim *ampla* non fuerit etc.“ Ex his Iuliani verbis coniicere possis, in Nov. excidisse sententiam, verbis, de quibus agitur, oppositam, nisi praestat, salva imperatoris maiestate, opinari, Iustinianum negligenter scripsisse eamque eius negligentiam Athanasium et Iulianum, suo quisque modo, correxisse. Magis autem quam ea Heimbachii coniectura, placet eodem Novellae loco ex Athanasio in Novellae orationem post *ἐπιτρέψαι αὐτῇ κινῆσαι* inserere *κινδυνεύει τὰ τῆς προικός*. Nec tamen, ut hoc addam, in Athanasii oratione omnia sana videntur, propter repetitum enim *κινῆσαι* librarius aliquot verba omisit, quae Novella ita restituam: *τοῦ μήτε κινῆσαι βουληθέντος μήτε ἐπιτρέψαι αὐτῇ κινῆσαι κινδυνεύει* etc. Quae modo scripsimus, accipiat benevolus lector ut exemplum, quod doceat, caute et prudenter nos critica nostra opera functos esse, lubet autem pauca addere de eadem Novella, ut inde confidas, in ceteris non male nos egisse. Quod olim dixit Scaligero Niebuhr, de Niebuhrio nuper Christiansen dixit, id semper verum est et Bienero est quo melius adhuc de Novellis nemo meritus est, exemplum probat. In edit. Scrimgeri huius Novellae oratio nonnullis locis valde conturbata est, non Scrimgeri sed Codicis Venetici ea. De qua re ita loquitur Bienerus (l. c. p. 459.): „Die Venet. Handschrift hat hier einen eigenthümlichen unechten Zusatz, welchen ebendaher die Basler und Pariser Ausgabe, Scrimger und der Cod. Zuichemi haben. — — Das Ganze hat den Styl einer Constitution, doch habe ich die Quelle nicht aufgefunden.“ At ignota illa et diversa constitutio est ipsa Novella 97! In capite enim secundo Scrimger (p. 252. lin. 20.) omisit verba *πλὴν ἀφέντες — τὰ τῶν ἐπαυξήσεων*, eaque verba inserta sunt in capite tertio (p. 253.) loco, verba *ἀγαγούσαις οὐ μόνον* et *οὐδὲ εἷς γίνεται πόρος*, eodemque hoc loco intrusa sunt eadem sunt ex capite quinto: *τῆς παιδὸς γάμους ἐλαττοῦν — τηνικαῦτα μὴ πλεῖον*, unde factum est, ut haec verba in capite quinto (p. 254. lin. 29.) desint. Ita res est. In eius id Nov. 97. cap. 3. illud quaeritur,

si quis sua pecunia (scil. pro alio) navem fabricav reparaverit emeritve, vel domum aedificaverit vel agrum aliudve emi curaverit, utr[illegible]s in his rebus hypothecam habeat potiorem privilegio dotis et augmenti dotis, an ceda[illegible]lieris privilegio. Iustinianus in favorem mulieris decernit, ut saepe fit, propter infa[illegible]tem muliebris sexus, dicit enim: *ὥςτε κατὰ ταῦτα βουλόμεθα, κἂν εἴ τις ἀγρὸν δε δῆθεν ἄλλου χρήμασιν ὠνήσασθαι — μὴ δύνασθαι τὰ τοιαῦτα προνόμια ταῖς γυ[illegible]ὶν ἀντιτίθεσθαι.* In hac autem sententia dubium non est, quin *ἄλλου* mutandum sit *[illegible]ῖς αὐτοῦ*, nisi absurde Imperatorem locutum esse existimamus, et subiectum (*τις*) [illegible]is atque in antecedentibus, hic esse maritum, alterum (*ἄλλος*) eum, cuius agitur privi[illegible]m. Versio vulgata nihil hic diiudicat, omissa enim in ea sunt verba, de quibus quaeritu[illegible]ed Iulianus (const. 90.) mihi suffragatur, haec enim habet: „Dotem praecipimus ei [illegible]ue praeferri, qui postea pecuniam dedit marito ad aliquam rem comparandam etc.“ [illegible]ismodi coniecturas meas in textum non recepi, ubi aliquo modo opinari licebat, Imperato[illegible] non optimum scriptorem, id scripsisse, quod mihi iure displicebat; eas autem emendati[illegible] et meas et aliorum non dubitavi recipere, quibus aperta librariorum vitia corrigantur. [illegible]uale est illud *πόλεων*, quod posui pro *πολέμων* in Nov. 103. c. 1., proconsul enim [illegible]aestinae, de quo agit constitutio, non bene dicitur *πολέμων ἐξάρχειν*, quod magis e[illegible]sset, qui in cap. 2. commemoratur *περίβλεπτος τῶν τόπων δούξ*. Rectius autem du[illegible]losum *πολέμων*, quod habent ed. Scrimg., Bas. VI., 17. (ed. Fabrot. et Heimb.), Spange[illegible]Beck, mutare in *πόλεων* quam Haloandri *πολλῶν* recipere, nam illud externis et intern[illegible]t ita dicam, rationibus magis commendatur. In antiqua huius Novellae versione latina, qu[illegible]x Cod. Vindob. edidit Beck, legimus: „et *civitatibus* praesit, tantisque militibus,“ in [illegible]2. huius Novellae: *φροντιεῖ τῆς τῶν πόλεων εὐταξίας*. Atque aliae etiam Novellae[illegible]e de Proconsulum officiis agunt, pro nobis faciunt, velut Nov. 25. c. 4., 28. c. 5., 29[illegible]1., 30. c. 1. Non igitur dubitavi *πόλεων* Iustiniani Novellae 103. c. 1. vindicare, sed [illegible] quodam factum est, ut in latina interpretatione iuxta posita *bellisque* remanserit pro[illegible]*ue civitatibus*, quod vitium lectores, quaeso, corrigant. Eodem Novellae loco quum *τῶν* post *στρατιωτῶν* non habeat, ad quod referatur, opinari licet, excidisse numeri a[illegible]m significationem, sed Vetus Interpres idem legisse videtur, quod habemus in oration[illegible]aeca, nec quidquam addit, quare credamus, Iustinianum non satis accurate scripsisse. [illegible]us Iulianus (const. 96.): „Subiiciuntur autem et ei milites, ut ea quae reipublicae [illegible]nt, non impediantur.“ Etiam aliorum certissimas coniecturas in textum recepimus, ut[illegible]acii, Hombergkii, aliorum, velut Nov. 2. c. 4. Cuiacii *χρήμασιν* pro *κτήμασιν* (cf. [illegible]allgem. Literaturzeitung 1837. Ergänzungsbl. n. 111. p. 886.) et Nov. 105. c. 2. fin. [illegible]dem Cuiacii *ἡνίκα αὐτὸς νεύσειεν ἡ στολή*. Scrimg. et Hal. habent *ἡνίκα αὐτοῖς νεύ[illegible] ἡ στολή*, sed Hal. postea vidit id sanum non esse et in notis recogniti operis scripsit [illegible]α *αὐτὸς νεύσειε τῇ στολῇ*. Etiam Robertus Schneider illam Cuiacii emendationem [illegible]ariam esse censuit, vereor autem, ut recte sententiam perceperit, quae enim sequuntur [illegible]ltima verba cogunt eam sententiam ita interpretari, ut ego feci, nec cogitare de con[illegible]ne stolae Imperatoris voluntate privatis hominibus facta. Ceterum non possum, quin [illegible]ntissime hic profitear, Schneideri interpretatione germanica egregie me adiutum esse in[illegible]elligenda et recognoscenda oratione Novellarum, nec credo adhuc quemquam magis q[illegible]ae doluisse, non omnes, sed dimidiam tantum, et quod excedit, partem Novellarum a [illegible]Scdero esse translatas.

Graecarum Novellarum inter[illegible]tionem latinam adiicere necessarium videbatur, cumque Hombergkianam ea potissi[illegible]me causa optimam iudicarem et Haloandrina praestantiorem, quod Hombergk graecq[illegible] t usus est, qui propius accedat ad eum textum, quem ego exhibui, hanc elegi et [illegible]iosui, innumeris tamen locis mutatam et, ut credo, emendatam. Partim enim correxi [illegible]ea ubi graeca mihi reddere non videbatur, partim ubi non latine Hombergk, sed barbare, a[illegible]rte minus bene locutus est. Iam vero, licet multos Hombergkii errores sustuli, n[illegible]on mihi sumo neque arrogo, ut interpretationem latinam, quam

quam dedi, elegantem dicam et elin ubique, neque nego, saepe maluisse me verbis parum latinis uti, quam id non dice quod volui. Ii igitur, qui latine sciunt, condonent mihi, quaeso, crimen, si interdum ass is non esse videar iustam elegantiam. Vitia autem Hombergkianae versionis satis lu tis exemplis probavi in censura mea editionum Novellarum Beckii (Hall. allgem. Litt zeitung l. c.), nec non ibidem indicavi, qua ratione eam emendare tum in votis habu , nunc emendaverim. Quo labore quomodo perfunctus sim, facile omnes videbunt, ac mea Novellarum editione uti et Hombergkianam interpretationem comparare velint.

In *vulgata*, quae dicitur, versi recognoscenda novam ingressus sum viam, longissime abhorrens ab ea ratione, quam in tractanda Vulgata secutus est. Hic enim ex graeca Novellarum oratione et secund leges latinae linguae antiquam hanc versionem, haud raro pessimam, innumeris locis co t, quam eandem rationem tenuisse Contium apud omnes constat. Ita factum est, ut editionibus habeamus Vulgatam ab antiqua illa Vulgata, qua usi sunt Glossatores, plane sam et, quod inde sequitur, ut alio iure haud raro utamur, quam quod in Germania re m est. De ea re uberius in hac praefatione dicere in animo fuit, sed longum id fore llexi, quare singularem scripsi commentationem de ratione, quae intercedat inter grae , quem nos habemus, Novellarum textum et versionem vulgatam, in qua commentation ul exemplis sat multis docui, quam operam criticam Vulgatae praestiterim. Ea autem mentatio iam typis describitur cum alia similis argumenti, de regula notissima: Qu id non agnoscit glossa, nec agnoscit curia Breviter tamen hic dicendum est, quid se is sim in Vulgata edenda. Editori antiqui monumenti illud potissimum spectandum es constat, ut ad pristinam formam hoc opus reducat. Quod cum tenuerim, saepissime q in Vulgata restitui, multo peius videtur, si spectaveris graecum textum et latini sermoni ges, quam quod Contius dedit; nihilominus eiusmodi locis Vulgatam emendasse mihi vid In ea restitutione in integrum maxime usus sum editione Voluminis Bernard. de Tro (Venet. 1494.) et edit. Portana (Lugd. 1551.) et inde a Nov. 22. Codice Hamburge Horum subsidiorum ope eam Vulgatae formam, qualis est in editione Contii anni 157 t in recentioribus editionibus, mutavi, nec non in usum vocavi annotationes, quas ipse C ius dedit in margine illius editionis, ex quibus aperte haud raro conspicitur, quam tem ille Vulgatam ad graecam orationem mutaverit. *Codex* ille *Hamburgensis*, qui liberalit praefectorum locupletissimae bibliothecae publicae Hamburg. concessus mihi est, olim *U achii* fuit (cf. Chr. Petersen Gesch. der Hamburg. Stadtbibliothek p. 236.) atque in Cat o Bibliothecae Uffenbachianae manuscriptae (Hal. Hermund. 1720 fol.) ita describitur rs IV. Vol. XCVII.): „Membranaceus Codex, ast paulo recentior praecedente (scil. XV.), complectitur Institutionum iuris Iustin. libr. IV., Authenticarum libros IX, Codic ustiniani lib. X. XI. XII. Consuetudines Feudorum. Omnia glossis s. notis marginalibus i ucta ac figuris, Consuetudines imprimis feudales, ornata.“ De aetate huius Codicis alii al entiunt, *Boehmer* enim, qui in Institt. edendis (Hal. 1728.) eo usus est, duodecimi se esse autumat, melius in Prodromo Corporis iuris civilis edendi (Berol. 1823. p. 47 sq.) lo quarto decimo assignatur. Est autem scriptus hic Codex in membrana polita, forma maiori maior quidem pars Voluminis bene et accurate exarata est, non tamen eadem omnia manu, uetudines scilicet Feudorum alius sunt scriptoris, quam cuius reliqua; atque multo accurati t elegantius, quin etiam elegantissime libri feudorum scripti et multae figurae adpictae s n hac parte, quales in antecedentibus non reperiuntur. Lectiones autem huius Co in Feudorum consuetudinibus cum intuemur, facile patet, tantum non omnes, cum Codi Rehdigeriani nec non cum editionis principis libror. feud. lectionibus eas convenire. Quod atis ex annotatione nostra appareat, delectus tamen talium lectionum concordantium, quer bis paravimus, magis id probaret, persuasi in eiusmodi comparatione res minutissimas et i itia maximi esse momenti.

Vulgata

Vulgata versio vel potius liber Authenticarum alia provenit graecarum Novellarum collectione, quam quo nos utimur Corpore 168 ellarum. Duarum autem collectionum diversitas cum in aliis conspicitur, tum in ord quo collocatae erant singulae constitutiones. Quare res fere postulare videbatur, ut Authenticarum a graeca 168 Novellarum collectione disiuncto suum constitutionum inem servarem, id quod Beck, Savignii potissimum consilio, fecit, sed dissuzsit alia . Illud enim ante omnia tenendum erat, ut ad usum quotidianum, qui dicitur, editio meam Novellarum aptarem atque ut quam commodissime ea uti possent, qui non accus in Novellis studia ponerent, sed singulos locos perpendere vellent. Ideo satius d turbatis numeris libri Authenticarum, ad ordinem graeci textus constitutiones Vulgatae amodare, ut conspicerentur singularum Novellarum graecus textus et antiqua interpretatina. Id autem institutum etiam convenit cum more Novellas Iustiniani citandi nunc recepto. Eam igitur rationem cum ab initio tenuerim, non potui facere, quod, cum primum editionis meae fasciculum iam emisissem, literis iucundissimis et doctissimis suasit ICtorum princeps, clarissimus de Savigny, ut eandem quam Beck ab ordine Authenarum viam inirem. Summopere autem laetatus sum huius magni viri literis benevolis, scripta me philologum ad iuris studium allexerunt.

Earum Novellarum versiones, quae Beckium in editionibus Corporis iuris deerant, nostris autem temporibus e Codd. a Scnio, Bienero, Beckio erutae sunt, recepimus. In Nov. 24. 25. 26. edendis etiam Cr schedis usi sumus, qui ex Cod. Monacensi, olim Augustano, earum versiones latin lescripsit, nec non in Nov. 41. sive 50 (Auth. const. 49.), quam ex Cod. Vindob. uit. Novellae autem 144. latina versio, quam Cramer ex Cod. Monac. exscripsisse tur (A. W. Cramers kleine Schriften — herausg. von H. Ratjen — Einleitung p. LV non extat, nam vir ille doctus, rubricarum aequalitate deceptus, Novellae 129. (Auth. c 123.) versionem ex Cod. Monac. descripsit, operam igitur perdidit, cum ea versio iam a tio (1571.) edita sit.

Haud inutile videbatur in editione a indicare, quas Novellas ex 134 Constitutionum numero quae libro Authenticarum tinentur, glossa agnoverit, praesertim quum in nonnullis compendiis iuris romani rec e Novellarum glossatarum vitiis non careat. Ad glossatas igitur, quae dicuntur, Novellas signum apposuimus: *Gl.* Perperam autem hoc signum additum est ad Nov. 13. (p.) eius enim antiqua versio glossam non accepit. Deleant igitur lectores, quaeso, eo loc signum.

In graeca 168 Novellarum collecti onnullas *Iustini* II. et *Tiberii* II. esse constat. Inter eas Nov. 148. Iustino adscribitur, n ne causa; sed rationibus, quibus Biener (l. c. p. 95 sq.) usus est ut demonstraret, hu mperatoris esse eam constitutionem, fere adducebar, ut crederem Iustini non esse. a enim argumentatur: „Die Beweise, dass Nov. 148 von Justin ist, sind folgende; steht sie in Venedig (?) als erste Justinsche, 2) der Eingang verräth einen Regenten, er erst eben die Regierung angetreten hat, 3) im ersten Capitel ist Justinian als dri Person genannt, 4) der Inhalt ergiebt, dass sie erlassen worden ist, als die erste tion sechzehn Jahr verflossen war, also in der ersten oder zweiten Indiction, was mit s ersten Regierungsjahren recht gut zusammentrifft.“ Quod primo loco posuit argu tum, accipimus, secundum admodum dubium et debile, tertium, quod gravissimum esse set, falsum est, quartum falsissimum. In Novellae cap. I. haec legimus: *τοῦ ἐνδοξοτάτου Ἰουστινιανοῦ ἐπάρχου τῶν ἐπὶ Μυσίας καὶ Σκυθίας στρατιωτικῶν καταλόγων*, e verba sensit quidem Biener vix accipi posse de *Imperatore* Iustiniano, *ἐνδοξοτάτου* e nomen ei non convenire, sed non ponderavit hoc impedimentum. Recte autem Rob. eider docuit, minime Imperatorem Iustinianum hic nominari, sed fortasse praefectum m orum militarium in Mysia et Scythia eiusdem nominis fuisse. Sed magis credo, q *Ἰουστινιανοῦ* positum sit inter *ἐνδοξοτάτου* et *ἐπάρχου*, hoc vocabulum, de quo r, adiectivum esse. Id non infrequens esse docet

Nov.

Nov. 26. c. 2. init. et Nov. 28. c. 3. Quartum autem Bieneri argumentum falsissimum est, quae enim de Nov. 148. tradit, antecedentis sunt Novellae. Sed non Novellam 148. ab Iustino abiudicaverim, nam locus, quo posita est in Cod. Veneto, eam Iustini esse indicat, nec non Athan. XX. 6. hunc auctorem nominat, cumque certum videatur Novellam 147. Iustiniani esse, ex comparatione harum constitutionum id certe concludi posse videtur, non eiusdem esse alteram.

Appendicis partes unde desumtae sint cum satis in notis historicis indicaverimus, non opus est hic pluribus docere. Ignotae cuiusdam Iustiniani constitutionis epitomen ex Athanasio Heimbachii recepimus (p. 742.).

De *libris feudorum* bene meritus est Beck, eumque in plurimis secutus sum. Praeterea in Corpore iuris Gotting. quae adiectae sunt e codicibus variis lectionibus, Cuiacii libr. feudorum editione (Opp. prior. Tom. II. Lutet. 1658. fol.) nec non Laspeyresii (über die Entstehung und älteste Bearbeitung der libri feudorum. Berlin 1830. 8.) et Dieckii (Literärgesch. des Longob. Lehenrechts. Halle 1828. 8.) egregiis libris usus sum. Codicem Hamburgensem, de quo supra dixi, diligenter adhibui ac spero fore ut lectionis varietas ex eo enotata non inutilis videatur iis, qui accuratius libros feudorum emendare velint.

Superest, ut dicam de iis, quae Andreas Guil. *Cramer*, magnus ICtus, in Academia Kiliensi olim Antecessor, in scriptis reliquit ad historiam et crisin Novellarum pertinentia. Quae cum post obitum Crameri ad bibliothecam nostrae Academiae pervenerint, libere iis uti potui. Extant autem ea in exemplari Corporis iuris Gotting. adscripta. Ut verum profitear, initio sperabam, multo maiores ea mihi adlatura esse fructus, quam quos percepi. Quae enim scripsit Cramer ad historiam Novellarum spectantia, partim egregia quidem sunt, sed plurima nostri temporis investigationibus, Bieneri potissimum, emendata. In opera autem critica non multum me adiuverunt Crameri adnotationes, graeci enim Novellarum textus vix ulla eius extat emendatio, vulgatae versionis paucae. Multa excerpsit Cramer ad priores Novellas ex Contii editione glossata, in reliquis ex Cuiacii, Leyseri, Scip. Gentilis, P. Fabri aliorum libris eaque auxilio mihi fuisse ad accuratam iuris Novellarum cognitionem, iubentissime profiteor. Quales autem sint Crameri in hac parte Corporis iuris adnotationes, paucis exemplis demonstrabo. In Nov. 1. c. 2. pr. ad verba *ποιεῖ τὸ τέταρτον* haec a Cramero scripta sunt: „Ita quoque in suo invenit Viglius loco supra laudato (Commentar. in decem tit. Instit. Lugd. 1559 8.) p. m. 267. et rationem reddit, cur altera lectio *ἐν τῷ βασιλικῷ* locum invenerit, adducto Scholio hoc Basil. p. 483. Tom. V. Edit. Fabroti: *τοῦτο δὲ τὸ νόμιμον μέτρον* etc., quod sane non debebant praeterire, qui post apparuerunt editores Novellarum.“ Ad verba *εἰς δείλην ὀψίαν* in Nov. 82. c. 3.: „male omnes vertunt, cum esse debeat: usque ad solis occasum, qui terminus est per omnes anni partes certus, cum vespera longius duret. Est autem idem tempus, quod LL. XII. praefigitur: Sol occasus extrema tempestas esto. *δείλη ὀψία* est terminus technicus iudicialis, quem scite Hesychius aliique glossographi explicant per *δύσιν ἡλίου*. Caeterum de *meridie* vulg. versionis nihil est in graeco neque apud Iulianum.“ Ita verissime Cramer vitium versionum sustulit. Ad eiusdem Novellae cap. 7. adscripsit p[illegible],Ad hoc Novellae caput sive ad ipsam illam, quae hic commemoratur, constitutionem I[illegible]niani deperditam intendere videtur Io. Malalas hist. Chron. P. II. p. 211.“ In Nov. 1[illegible]c. 9. ad verba *εἰς μοναστήριον ἢ εἰς ἀσκητήριον* adnotat: „verba *ἢ εἰς ἀσκητήριον* [illegible]o a Basil. exulant, nihil enim differt asceterium a monasterio.“ Non debebat hic Cra[illegible] Basilicorum auctoritas tanta esse, ut eo nomine haec verba eiicienda esse putaret, qua[illegible]edd. Scrimg. et Hal., in Vulgata (et apud Athanasium) adduntur, innumerisque fere loc[illegible]ovellarum idem fit atque huius ipsius capitis ultima sententia Crameri suspicionem refutat[illegible]Ad eiusdem Nov. 134. c. 10. notissimum locum haec adscripsit: „Vetus interpres legit *πληγαῖς*. Illud tamen unice rectum, vide Petr. Faber Semestr. III. 22. Fabrot. Exerc. 12., cum vetere interprete tamen fecit quoque qui hinc Auth. Sed hodie C. ad l. Iul. de [illegible]adult. excerpsit, verbis: mulier *verberata.*“

rata.“ De hoc memorabili loco scripsi commentatiuncular[illegible], quae mox edetur. Ad *Leonis* Nov. 77. verba ὁ *πλαστογράφος ἐπὶ μείζονι ἁμαρτήματι* ἀποτέμνεται haec dicit: „*abscinditur* vel *mutilatur* verti debebat, non quod Agylaeus fec[illegible]dit *supplicio capitali afficitur*, quo omnis evanescit ambiguitas et obscuritas, de qua queri[illegible]tur Imp. Recte monuit P. Faber Semestr. III. 19. p. m. 297 sq.“ et ad finem Novellae, ul[illegible]i similiter Agylaeus ἀποτέμνεσθαι vertit *decolletur*, Cr. addit: „immo *mutiletur* vide Fabr.[illegible] l. c.“ Haec vereor ut recta sint, minime enim Agylaei versione omnis ambiguitas et obsc[illegible]uritas tollitur, ut quae in verbis *in maximo delicto* inest. De huius igitur verbi ambigu[illegible]uitate queritur Leo, idque explicat, verbum autem ἀποτέμνεσθαι in sequentibus retinet, nul[illegible]la addita explicatione. ἀποτέμνεσθαι autem hic esse *caput amputare* neque *mutilare* vel pa[illegible]et ex sequentibus, statuit enim Imp., falsarium, qui falso scripto alicui *mortem* paraverit, [illegible]eadem poena feriendum esse, quam innoxius luerit, ibique repetit verbum ἀποτέμνεσθαι. Maxime etiam pro Agylaeo facit Theoph. Paraphr. I. 2. 20. De Iustiniani Nov. 146. nova quaedam scripsit Cramer, quae nunc edita sunt in Miscellaneis eius (kleine Schrifte[illegible] p. 155 — 159.). Quam autem dubia ea sint, alio loco ostendere conatus sum (Hall. [illegible]dgem. Literaturzeitung 1839. n. 223. p. 566 sq.).

Iam nihil restat nisi quod dulcissimum es[illegible] ut gratias agam iis Viris, qui doctrina sua in hoc opere perficiendo egregie me adiuveru[illegible] assensu, quo labores meos comproba-bant, saepissime recrearunt. Inter quos Viros c[illegible]sme de me studiisque meis meritos pri-mum locum obtinent *Nicolaus Falck* et *Hennin*[illegible] Cr[illegible] *Ratjen*, decora et ornamenta nostrae academiae, et *Aemilius Herrmann*, operis socius[illegible] tinqui in Codicis editione ita exemplo mihi praeivit, ut melius non haberem, quod imitarer. [illegible]um iam librum emitto, quem per aliquot annos nocturna et diurna manu versavi, varie[illegible]animo me affectum esse sentio atque fere utar Horatii: „Nuper sollicitum qui mihi tae[illegible]m, nunc desiderium curaque non levis.“ Non est enim quod negem, assidue occupato [illegible]i in magno hoc opere maximam partem critico supervenisse interdum horas sollicitudini [illegible]et taedii; sed cum emitto librum, me se-parari mihi videor ab amico, qui saepe compos [illegible]et aegritudine fessum, atque a socio iuveni-um annorum, qui vires egregie roboravit.

Scripsi in Academia Kiliensi III. Kal. Mart. MDCCCXL.

TABULA SYNOPTICA

NOVELLARUM, CONSTITUTIONUM ET COLLATIONUM.

NOV.	CONST.	COLL.
1—6.	1—6.	I. 1—
7.	7.	II. 1.
8.	8.	II. 2. 3.
9. 10.	9. 10.	II. 4. 5.
11.	11.	
12.	12.	II. 6.
13.	13.	
14—20.	14—20.	III. 1—
21.	21.	
22. 23.	22. 23.	IV. 1. 2.
24—31.	24—31.	
32.		
33.	35.	IV. 4.
34.	36.	IV. 5.
35—38.	37—40.	
39.	41.	IV. 6.
40.	42.	
41.	(49.)	
42.	43.	
43.	44.	
44.	45.	IV. 7.
45.	52.	
46.	46.	V. 1.
47.	48.	V. 3.
48.	47.	V. 2.
49.	58.	V. 11.
50.	49.	
51.	50.	V. 4.
52.	51.	V. 5.
53—57.	53—57.	V. 6—10.
58.	59.	V. 12.
59.	60.	
60. 61.	61. 62.	V. 13. 14.
62.	64.	
63.	66.	V. 15.
64.	65.	
65.	67.	
66.	68.	V. 16.
67.	69.	V. 17.
68.	70.	
69.	73.	V. 20.
70.	72.	V. 19.
71.	71.	V. 18.
72.	75.	VI. 2.
73.	76.	VI. 3.
74.	74.	VI. 1.
75.	63.	
76.	77.	VI. 4.
77.	78.	VI. 5.
78.	79.	VI. 6.
79—85.	80—86.	VI. 7—13.

NOV.	CONST.	COLL.
86.	129.	IX. 10.
87.	87.	
88.	88.	VI. 14.
89.	89.	VII. 1.
90.	90.	VII. 2.
91.	93.	VII. 5.
92.	91.	VII. 3.
93.	100.	VIII. 2.
94.	92.	VII. 4.
95—97.	94—96.	VII. 6—8
98.	99.	VIII. 1.
99.	97.	VII. 9
100.	98.	VII. 10.
101.	101.	
102. 103.	32. 33.	
104.	63.	
105.	34.	IV. 3.
106.	130.	IX. 11.
107—111.	102—106.	VIII. 3—7.
112.	108.	VIII. 8.
113.	111.	VIII. 11.
114.	110.	VIII. 10.
115.	112.	VIII. 12.
116.	109.	VIII. 9.
117.	113.	VIII. 13.
118.	114.	IX. 1.
119. 120.	115. 116.	IX. 2. 3.
121. 122.		
123.	134.	IX. 15.
124.	118.	IX. 5.
125.	117.	IX. 4.
126.		
127.	121.	IX. 7.
128.	133.	IX. 14.
129.	123.	
130.	119.	
131.	120.	IX. 6.
132.	131.	IX. 12.
133.	107.	
134.	128.	IX. 9.
135—138.		
139—142.		
143—147.	124—126.	
148. 149.		
150.	132.	IX. 13.
151—158.		
159.		
160.	127.	IX. 8.

οὐ μὴν διδομένων προσιόντες, οἱ δὲ ἐλευθεριῶν, οἱ δὲ ἑτέρου τινός, ὅπερ οἱ μὲν παραδόντες τοὺς κλήρους δοθῆναί τισιν ἢ γενέσθαι διεταξαντο. οἱ δὲ ἀγνωμόνως καὶ τῶν πραγμάτων ἐφίενται, καὶ ταῦτα λαμβάνουσι, καὶ τὸ κελευσθὲν οὐ πληροῦσι, καίτοιγε καὶ τοῖς πάλαι νομοθέταις εἴρηται, προσιέναι τὰς τῶν τελευτώντων διατυπώσεις, ὅσαι μὴ μάχονται νόμοις, πᾶσι πληροῦσθαι τρόποις. Ἀλλ' ἐπεδὴ τοὺς οὕτω γεγραμμένους νόμους ἤδη κατὰ τὸ πλεῖστον ἀμεληθέντας εὕρομεν, ἀνακτήσασθαί τε αὐτοὺς ἠγησάμεθα δεῖν, καὶ τοῖς τε περιοῦσι δοῦναι ἣν ἐξ αὐτῶν ἀσφάλειαν, καὶ τοῖς τετελευτηκόσι τὴν ἐπεύθεν ἀποτίσαι τιμήν. §. 2. Πρῶτον μὲν οὖν ἐκεῖνο σκεπτέον, ὅτι δὴ τῶν διατιθεμένων τοῖς μὲν ἀνάγκην ἐπιτίθησιν ὁ νόμος ἀπονέμειν τινὰ μοῖραν προσώποις τισίν, ὡς δὴ τοῦτο κατ' αὐτὴν τὴν φύσιν [1]) ὀφειλομένοις, ὁποῖον δή τι παισὶ καὶ ἐγγόνοις, καὶ πατράσι καὶ μητράσιν, ἔσθ' ὅτε καὶ ἀδελφοῖς, καὶ εἰ[illegible] πρόσωπον ἢ ἐν τοῖς ἐξ ἡμῶν, ἢ ἐν τοῖς, ἐξ [illegible]ust', ἠρίθμησαν οἱ νόμοι, τοῖς δὲ οὐδεμία κ[illegible] Prae ἀνάγκη μοῖραν διδόναι τινὶ [2]) τῆς ἑαυτῶν π[illegible]ς, ἀλλ' αὐτεξούσιός ἐστιν ἡ φιλοτιμία, πρὸς [illegible]ὁ διατιθέμενος [3]) βούλοιτο φερομένη.

libertates dari qui vero imp exsequun bus dic gibus n quoniam neglecte stitibus honore

§. legem partes ipso i patri quos nos lam sua situ

Κεφ. α'. Occ is

Τούτων οὖν ἡμῖν προδιωρισμένων, θεσπ[illegible]σαν, τοὺς παρά τινων γεγραμμένους κληρονόμους [illegible]ris τυχόντας fideicommissum, τῶν καθ' ὁμάδα [illegible]mu ἢ κατ' εἶδος, ἢ καὶ πρεσβείων, ἀνάγκην ἔχειν, ὅ[illegible]itoῦν ὁ διαθέμενος καὶ τιμήσας αὐτοὺς διατάξειε [illegible]ἐκ παντὸς τρόπου πληροῦν, εἰ τὸ προσταχθὲν νό[illegible] εἴη, ἢ εἰ μή τις αὐτὸ νόμος [4]), εἰ καὶ μὴ γ[illegible]ulto παρὰ τοῦ τιμηθέντος, ἀλλ' οὖν κύριον εἶναι [illegible]ως ἀποφαίνει [5]). §. 1. [a]) Εἰ δέ τις μὴ πληρῶν τὸ διατεταγμένον, ἀλλ' ἁρμόσαντος [7]) τῷ τετιμηκότι τοῦ καταλειφθέντος ἐκ ψήφου δικαστικῆς ὑποπεσὼν ἑαυτὸν ὅλον ἑλκύσει, μὴ πράττων τοῦτο, ὅπερ προσετάχθη, εἰ μέν τις ἐκείνων εἴη τῶν ἀναγκαικῶς ἐκ τοῦ νόμου τι λαμβανόντων, εἰς πλεῖον [illegible] καθ' ὅσον ὁ νόμος αὐτῷ δίδοσθαι βούλεται, γέγρα[illegible]πται κληρονόμος, τοσοῦτον λαμβάνειν μόνον, ὁπόσ[illegible] νόμ

quod nondum hactenus, nisi sub imperio nostro dedi nostris subiectis semper nuntiatae, quarum quidem frequente quidem potiuntur per partes auxilio, possi stent, in quibus opus habent, utilitatem, haec opor invantia, et non semper inssione Imperatorum egen nos pro legatis relictis, non tamen praebitis, adeunt transmittentes quidem hereditates dari quibusdam percipiunt, et quod est iussum non faciunt, quum deficientium dispositiones, quaecumque non repugn leges iam plerumque neglectas invenimus, reparaj eis cautelam, quam morientibus hinc exhibere ho stantibus aliis quidem necessitatem imponit lex secundum ipsam naturam eis debeatur, quale est fil fratribus, et si quam huiusmodi personam aut in leges, aliis autem nulla consistit necessitas par largitur ad quoscunque testator voluerit profere

Cap. I. His igitur a nobis praeordinatis ruerunt fideicommissa, per universitatem forsan, testator et honoratos eos disposuerit, omnimod Ind aliqua lex prohibeat [6]), vel, si non fiat al strat. §. 1. Si quis autem non impleus quo relictum est, etiam ex decreto indicis admoni est, si quidem aliquis illorum fuerit, qui nece vult, scriptus est heres, tantum accipiat solun cedit, aliud vero totum auferri. Et si quidem partem institutionis, quae unicuique distributi non autem adeant hereditatem, tunc quod an

---

[a]) (*Eustath.*) *Coll. XXIV*, 38.

[1]) *Hal.*, *Schol.*; *Bas.*, *Vulg.*; κατὰ τ[illegible] *Scrimg.* — [2]) τινὰ *Hal.* — [3]) πρὸς ἅπαν ὁ [illegible] *Hal.* — [4]) κωλύσειεν ἢ *add. Hal.* — [5])

ὁμως αυτῷ δίδοσθαι κατὰ την τετάρτην [1]) τῶν ἐξ ἀδιαθέτου μοῖραν συγχωρεῖ, τὸ δὲ ἄλλο σύμπαν ἀφαιρεῖσθαι, καὶ εἰ μὲν καὶ ἕτεροί τινες γεγραμμένοι τυγχάνουσι κληρονόμοι, προσαυξειν ἐκείνοις κατὰ τὸ μέρος τῆς ἐνστάσεως, ὁπερ ἑκάστῳ προσνενέμηται. Εἰ δὲ μηδεὶς ἄλλος εἴη κληρονόμος, ἢ τυχοιεν μὲν γεγραμμένοι τινές, μὴ προῖοιεν δὲ τῷ κλήρῳ, τηνικαῦτα τὸ ἀφαιρούμενον προστιθέσθω τοῖς ἄλλοις πράγμασι, καὶ ἄδεια παρεχέσθω [2]) καὶ ληγαταρίοις, καὶ φιδεϊκομμισσαρίοις, καὶ οἰκέταις ἐλευθερίᾳ τιμηθεῖσι προσιέναι, καὶ τοῦτο οἰκειοῦσθαι, ἐφ' ᾧ πᾶσι τρόποις τὸ προσιεταγμένον πληρῶσαι. ἀσφαλείας δηλαδὴ πρότερον παρ' αὐτῶν γινομένης, καθάπερ ἂν ὁ τῶν πραγμάτων καὶ τῶν προσώπων ἐπιδέχοιτο τρόπος, ὅτι τὰ πράγματα λαβοντες πραξουσι ἐπ' αὐτοῖς, ἅπερ ὀρθῶς ἐβουλήθησαν οἱ διαθέμενοι ἢ εἴπερ μηδεὶς τῶν μνήμης ἐν τῇ διαθήκῃ τυχόντων βουληθείη προσελθεῖν, τουτέοσι συγκληρονόμος, ἢ ληγατάριος, ἢ φιδεϊκομμισσάριος, ἢ οἰκέτης ἐλευθερίᾳ τετιμημένος, τηνικαῦτα ἐπὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου, οὓς ὁ νόμος καλεῖ μετὰ τὸν γεγραμμένον μέν, ᾧ νομίμῳ δὲ ὑπὸ τοῦδε τοῦ νόμου περικλεισθέντα μοῖρα, φέρεσθαι τὰ πράγματα, καὶ αὐτοὺς ὁμοίως διδόντας ἀσφάλειαν, ὅτι πληροῦσι τὰ τῇ διαθήκῃ περιεχόμενα. Ἄτοπον δὲ οὐδὲν οὐδὲ συγκεχυμένον οὐδὲ ἐπὶ τούτων γίνεσθαι βουλόμεθα, ἀλλ' ὁ πρωτος κατὰ την τάξιν καλούμενος μετὰ τὸν ἤδη περικεκλεισμένον ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦ καθ' ἡμᾶς [3]), οὗτος καλείσθω πρότερος, εἶτα ὁ μετ' ἐκεῖνον, καὶ ἐφεξῆς οὕτως, ἕως ἂν ὁ τελευταῖος ἐκλιπὼν χώραν ποιήσῃ καὶ τῶν ἔξωθέν τινι, βουλομένῳ καὶ προσελθεῖν, καὶ τὰ καταλελειμμένα πληρῶσαι. Μεθ' οὓς καὶ τὸ δημόσιον, εἴγε βούλοιτο, τίθεμεν. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ληγαταρίων καὶ φιδεϊκομμισσαρίων τοιαύτην εἶναι βουλόμεθα τάξιν, ὥστε πρότερον δίδοσθαι παῤῥησίαν ἧς προσελεύσεως τῷ καθ' ὁμάδα φιδεϊκομμισσαρίῳ [4]), ἢ πλειόνων ὄντων, τῷ μείζονα μοῖραν ἔχοντι, ἐπειδὴ καὶ μίμημά τι κληρονόμου [5]) καθέστηκε, καὶ μάλισια ἐφ' ἡμῶν, οἵπερ τῷ Τρεβελλιανῷ μόνῳ δόγματι δεδώκαμεν ἐπὶ τῶν τοιούτων φιδεϊκομμίσσων χώραν, τὰς τοῦ Πηγασιανίου περιόδους μισησανιές τε καὶ ἐκβαλόντες. Εἰ δὲ ἢ οὐκ εἴη τις καθ' ὁμάδα τετιμημένος, ἢ οὐ βούλοιτο πρᾶξαι τὸ κελευσθέν, ἐπὶ τοὺς τοῖς μείζοσιν ἰδιοκοῖς ληγάτοις ἢ καὶ φιδεϊκομμίσσοις τετιμημένους τὴν τοιαύτην ἔρχεσθαι παῤῥησίαν. Οὕτω τε καὶ τοῖς οἰκέταις δίδοσθαι κυρὸν τοῖς ἐλευθερίᾳ τετιμημένοις καὶ προσιέναι, καὶ ἐλευθέρους ἀσφαλῶς εἶναι, καὶ τα πράγματα [illegible]αμβάνειν, καὶ πληροῦν τὰ κελευσθέντα μετὰ τῆς ἐμπροσθεν εἰρημε[illegible]σφαλείας. Εἰ δὲ μηδεὶς εἴη τῶν ληγαταρίων

alii quoque heredes scripti sint, pro ea parte, in qua instituti sunt, illis accrescat. Sin vero alius heres non exstet, vel scripti quidem sint aliqui, hereditatem vero non adeant, tunc quod ablatum est reliquis bonis adiiciatur, atque legatariis, fideicommissariis et servis libertate donatis adeundi et ea vindicandi detur licentia, ita tamen, ut omni modo quod praeceptum est impleant, cautione scilicet pro rerum vel personarum ratione ab iis prius praestanda, se rebus acceptis legitimam testatorum voluntatem impleturos esse. Quodsi nemo eorum, quorum in testamento facta est mentio, adire velit, id est coheres, vel legatarius, vel fideicommissarius, vel servus libertate honoratus, tunc ad reliquos ab intestato, quos lex post scriptum quidem heredem, sed cui legitima tantum portio per hunc legem conceditur, vocat, bona deferantur, qui et ipsi similiter praestent cautionem, se ea, quae testamento continentur, impleturos esse. Nihil vero inordinati aut confusi ne in his quidem fieri volumus, sed qui primus post eum, qui hac nostra lege iam circumscriptus est, ex ordine vocatur, prior vocetur, deinde qui hunc sequitur, et sic porro, donec ultimus deficiens locum faciat etiam extraneo alicui, qui et adire, et relicta implere velit; post quos etiam fiscum, si voluerit, ponimus. Nam et inter legatarios et fideicommissarios hunc ordinem esse volumus, ut primum fideicommissario universali, vel si plures sint, maiorem partem habenti facultas adeundi concedatur, quia instar heredis est, maxime apud nos, qui soli Trebelliano SCto in talibus fideicommissis locum dedimus, ambages Pegasiani odio habentes et explodentes. Si vero nullus exsistat fideicommissarius universalis, vel quod imperatum est facere nolit, ad eos, qui maximis legatis singularibus vel fideicommissis honorati sunt, facultas illa veniat; similiter servis libertate honoratis tempus concedatur, ut adeant, libertate secure fruantur, bona accipiant, atque imperata faciant, praedicta cautione praestita. Sin autem nemo legatariorum et fideicommissariorum, universalium aut particularium, maiore aliqua portione vel legato honoratus sit, sed omnes aequali sint conditione, tunc fideicommissarii universales, vel quicunque ex illis quod praeceptum est implere vult, ob ea, quae ante a nobis dicta sunt, praeferatur. Reliqui vero legatarii vel fideicommissarii, qui in eo, quod relictum est, nihil inter se praecipui habent, vel omnes, si velint, vel qui ex illis voluerint vocentur. Quodsi nullus legatarius vel fideicommissarius hoc facere voluerit, servis libertate honoratis ius damus, ut secundum ordinem nominationis, quo dominus eos nominaverit, alter alteri praeferatur.

§. 2.

fideicommissariis, et servis libertate honoratis adire, et haec acquirere, ita ut omnibus modis quod praeceptum est per testantem impleatur; cautione videlicet prius ab eis facta, secundum quod personarum vel rerum receperit modus, quia res accipientes agunt in eis, quae recte voluerunt testatores. Si vero nullus horum, de quibus testamento memoria facta est, volnerit adire, hoc est cohaeres, aut legatarius, aut fideicommissarius, aut servus libertate honoratus, tunc ad alios, quos lex ab intestato vocat post eum quidem, qui scriptus est, et legitima per hanc legem parte exclusus, deferri res, et similite praebentes cautionem, quia complent, quae testamento continentur. Inordinatum vero nihil neque confusum nec in his fieri volumus, sed primus secundum ordinem vocatus post eum, qui iam exclusus est a lege nostra, ita vocetur prior, deinde qui post illum est, ita de cetero, donec ultimus relictus locum faciat etiam alicui exterius venientium et adire, et quae relicta sunt implere; post quos etiam fiscum, si volnerit, ponimus. Etenim in legatariis et fideicommissariis hunc esse volumus ordinem, ut detur licentia aditionis priori per universitatem fideicommissario, aut multis exsistentibus, maiorem partem habenti, quoniam et in similitudinem heredis consistit, et maxime apud nos qui Trebelliano soli dogmati dedimus in talibus fideicommissis locum, Pegasiani circuitiones odio habentes et expellentes. Si vero aut non fuerit quispiam per universitatem honoratus, aut fuerit, sed nolnerit agere quod iussum est, ad eos, qui maioribus propriis legatis aut fideicommissis honorati sunt, huiusmodi venire fiduciam; sic quoque servis dari tempus, qui libertate honorati sunt, et adire, et liberis cautem esse, et res percipere, et complere, quae

[1]) τριτην Hal., Bas. Rationem cur in Bas. ita mutatus sit numerus, reddit Schol. Bas. d., quartam scil. in trientem versam esse per Nov. XVIII. c. 1. — [2]) Hal., [illegible]ug.; ἄδειαν παρεχέιω Scrimg., Bas. — [3]) παρεκ[illegible]εισμένον, τῷ νόμῳ τῷ καθ' ἡμᾶς Hal. — [4]) Ita [illegible]a voluisse videtur l[illegible]cum Hal. in notis recogn. op., [illegible]tu cripsisset ita ut Scrimg.: προτέρῳ — τῶν καθ' ὁμάδα φιδεϊκομμισσαρίων; eum vero, id quod haud raro factum est, qui eum secuti sunt Novellarum editores non percepissent quae breviter indicavit Hal. in editt. Hervag. et Paris. prave editum est: πρότερον — τῶν καθ' ὁμάδα τῷ φιδεϊκομμισσαρίῳ. Homb. proposuit προτέρῳ — τῷ κ. ο. φιδεϊκομμισσαρίῳ, quocum faciunt Bas. et Vulg. — [5]) μιμημαι κληρονόμος Hal.

ταρίων ἢ φιδεϊκομμισσαρίων τῶν καθ' ὁμάδα ἢ καὶ κατ' εἶδος μείζονι μοίρᾳ ἢ πρεσβείῳ τετιμημένος, ἀλλὰ πάντες ἴσην ἐπέχοιεν τύχην, τηνικαῦτα προχρίνεσθαι μὲν καὶ οὕτως τοὺς καθ' ὁμάδα φιδεϊκομμισσαρίους διὰ τὸν ἔμπροσθε ἡμῖν εἰρημένον λόγον, ἢ τὸν ἐξ αὐτῶν βουλόμενον πληρῶσαι τὸ προστεταγμένον, τοὺς δὲ λοιποὺς ληγαταρίους ἢ φιδεϊκομμισσαρίους, ὅσοι μηδὲν ἀλλήλων ἐν τῷ καταλελειμμένῳ προέχουσι, καὶ πάντας, εἰ βούλοιντο, καλεῖσθαι, ἢ τοὺς ἐξ αὐτῶν βουλομένους. Εἰ δὲ μηδεὶς ληγατάριος ἢ φιδεϊκομμισσάριος ἕλοιτο τοῦτο πρᾶξαι, δίδομεν τοῖς οἰκείαις παρρησίαν, τοῖς ἐλευθερίᾳ τετιμημένοις, κατὰ τὴν τάξιν τῆς ὀνομασίας, καθ' ἣν αὐτοὺς ὁ δεσπότης ὠνόμασε, κατὰ τοῦτο ἔχειν τὴν πρὸς ἀλλήλους προτίμησιν. §. 2. Καὶ ταῦτα μὲν ἅπαντα νομοθετοῦμεν, ἔνθα ἀναγκασικήν τις ὑπόκειται δόσις εἴς τινα τῶν ἐκ φύσεως ὀφειλομένων τινὰ διαδοχὴν παρὰ τοῦ διαθεμένου τε καὶ τελευτῶντος. Εἰ δὲ οὐδὲν ὑπόκειται τοιοῦτο πρόσωπον ἐν ταῖς ἐνσιάσεσιν, ἀλλ' ἐκούσιος ἡ φιλοτιμία τῆς διατυπώσεως παρὰ τοῦ διαθεμένου γένοιτο, εἶτα ὑ γεγραμμένος οὐ πληροῖ το προστεταγμένον εἴσω τοῦ ῥηθέντος ἡμῖν ἔμπροσθεν χρόνου, ἤτοι [1]) τὸν μὲν ἀφαιρεῖσθαι πάντων τῶν καταλελειμμένων, οὐδ' ὁτιοῦν οὔτε κατὰ Φαλκιδίου πρόφασιν, οὐδὲ κατ' ἄλλην αἰτίαν λαβεῖν δυνάμενον. Ὁμοίως δὲ τὰ αὐτὰ κρατεῖν, καὶ εἰ μὲν εἶεν συγκληρονόμοι, τούτους καλεῖσθαι, ἔπειτά γε εἰς φιδεϊκομμισσαρίους, καὶ ληγαταρίους, καὶ οἰκέτας, καὶ τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου πάντας κατὰ τὴν ἔμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν παραδεδομένην τάξιν τὰ πράγματα χωρεῖν, πανταχοῦ τοῦ βάρους συνημμένου τοῦ δεῖν πληροῦν ταῦτα, ἅπερ ὁ διαθέμενος κατὰ νόμον, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἐφθημεν, ἐπιτάξειεν. §. 3. Εἰ δὲ ἡ ἔνστασις καὶ ὑποκατάστασιν ἔχοι, πρόσηλον, ὡς πρότερον ἐπὶ τὸν ὑποκατάστατον βουλόμενον ἐλεύσεται τὰ πράγματα πάντα κατὰ τὸν νόμον πληροῦντα τὰ καταλελειμμένα. Οὕτω τε ἐκείνου μὴ βουλομένου, τηνικαῦτα ἐπὶ τοὺς συγκληρονόμους, καὶ ληγαταρίους, καὶ οἰκέτας, καὶ τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου, καὶ τοὺς ἔξωθεν, καὶ τὸ δημόσιον κατὰ τὴν παρ' ἡμῶν εἰρημένην παρατήρησιν τὰ ἀφαιρούμενα παραγενήσεται, πληροῦντας πανταχοῦ τὰς τῶν τελευτώντων νομίμους διατυπώσεις. διὰ τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τοσαύτας εἴδομεν διαδοχάς, ἵνα μὴ μείνοι ἀπροσέλευστος ὁ τοῦ τελευτῶντος κλῆρος. §. 4. Ἐξηρεδάτους [2]) δὲ παῖδας, εἴ γε δικαίως παρὰ τοῦ πατρὸς ἀποκλεισθεῖεν, καὶ μηδὲν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς ἔχοιεν γνώμης, οὐ καλοῦμεν, οὐδὲ προσιέμεθα, κἂν εἰ μυριάκι βουληθεῖεν. Εἷς γὰρ ἐστι τῷ νόμῳ σκοπός, τὰ διατεταγμένα παρὰ τῶν τελευτώντων πληροῦσθαι. τὸν γὰρ ἐξ αὐτοῦ τοῦ διαθεμένου τῆς αὐτοῦ περι-

§. 2. *Et haec quidem omnia sancimus, ubi necessario iis quid dandum est, quibus natura hereditas testatoris et defuncti debetur. Si vero eiusmodi persona instituta non sit, sed voluntaria liberalitate testator disponat, et deinde scriptus heres intra praedictum tempus quod praeceptum est non impleat, ille quidem certe omnibus, quae relicta sunt, privetur, ut neque Falcidiae nomine, neque ex alia causa quidquam capere possit. Atque haec ipsa similiter obtineant. ut, siquidem coheredes adsint, hi vocentur, deinde vero ad fideicommissarios, et legatarios, et servos, et omnes ab intestato secundum ordinem a nobis ante traditum bona veniant, onere ubique annexo implendi ea, quae testator legitime, sicut ante diximus, imperaverit.*

§. 3. *Si vero institutus etiam substitutum habet, manifestum est, prius ad substitutum, qui secundum legem quae relicta sunt impleat, omnia bona, si velit, perventura esse. Quod si nolit, tunc observatis iis, quae ante a nobis dicta sunt, ad coheredes, legatarios, servos, heredes ab intestato, extraneos, fiscum quae auferuntur pervenient, qui ubivis legitimus morientium dispositiones impleant; propterea enim ad tot successiones respeximus, ne hereditas defuncti non adita maneat.*

§. 4. *Exheredatos vero liberos, si modo iuste a patre exclusi sunt, et nihil ex iudicio patris habent, non vocamus, neque admittimus, etiamsi millies velint. Unus enim hic est legis scopus, ut morientium voluntates impleantur. Qui enim iustum esset, eum, quem ipse testator a bonis suis excludit, bona vocare, quorum ille per exheredationem nominatim factam eum parti-*

quae iussa sunt, cum praedicta dudum cautione. Si vero nullus fuerit legatariorum vel fideicommissariorum per universitatem aut per speciem maiori parte aut in legato aut in fideicommisso honoratus, sed omnes aequalem habuerint fortunam, tunc proponi quidem etiam sic per universitatem fideicommissarios propter dictam iam dudum rationem, aut eum, qui ex eis voluerit implere quod praeceptum est; reliquos autem legatarios vel fideicommissarios, quicunque nihil alterutros in hoc, quod relictum est, antecedunt, etiam omnes, si voluerint, vocari, aut qui ex eis voluerint. Si vero nullus legatarius aut fideicommissarius elegerit hoc agere, damus servis licentiam libertate honoratis secundum ordinem denominationis, per quam eos dominus denominaverit, secundum hoc habere in alterutros praepositionem. §. 2. Et haec quidem omnia sancimus, ubi necessaria quaedam subiacet datio in aliquo, cui ex natura debetur quaedam successio a testatore et moriente. Si vero nulla subest huiusmodi persona in institutionibus, sed spontanea largitas dispositionis a testatore fiat, deinde scriptus heres non compleat quod praecipitur intra praedictum a nobis dudum tempus, illum quidem privari omnibus relictis, nihil penitus neque per Falcidiae occasionem, neque per aliam causam percipere valentem. Similiter autem talia obtinere. Et si quidem sint coheredes, hos vocari volumus, alioqui ad fideicommissarios, et legatarios, et servos, et omnes ab intestato, secundum prius a nobis traditum ordinem, res venire, ubique onere cohaerente, quatenus oporteat compleri ea, quae testator secundum legem, sicut prius diximus, imperavit. §. 3. Si vero institutio etiam substitutionem habuerit, certum est, quia prius ad substitutum volentem venient omnes res secundum legem complentem quae relicta sunt, et sic illo nolente tunc ad coheredes, et legatarios, et servos, et qui ab intestato, et qui extra sunt, et fiscum secundum a nobis datam observationem ea, quae auferuntur, venient, complentes ubique deficientium legitimas dispositiones; propterea namque etiam ad tantas respeximus successiones, ut non remaneat sine aditione ipsius morientis hereditas. §. 4. Exheredatos autem liberos, si iuste a patre exclusi sunt, et nihil ex patris habeant voluntate, non vocamus neque respicimus, licet decies millies velint.

Una

[1]) ἤτοι *om. Hal.* — [2]) ἀποκλήρους *Hal., Bas.*

περιουσίας ἀπελαυνόμενον πως ἂν εἴη δίκαιον καλεῖν εἰς πράγματα, ὧν αὐτὸν ἐκεῖνος διὰ τῆς ἐπ' αὐτῷ [1]) ῥητῶς γενομένης exheredationos γενέσθαι μέτοχον οὐκ ἠβουλήθη; Εἰ δὲ τὸ ἀφαιρούμενον μέρος παρὰ τοῦ μὴ πληροῦντος τὴν τοῦ τελευτήσαντος βουλὴν πρότερον ἠγάγομεν ἐπὶ τοὺς ὑποκατασταίτους, ἔπειτα ἐπὶ τοὺς συγκληρονόμους, καὶ μετ' ἐκείνους ἐπὶ ληγαταρίους καὶ φιδεϊκομμισσαρίους, καὶ πρός γε καὶ οἰκείας, οὕτω τε ἐπὶ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου κλῆσιν, καὶ τοὺς ἐξωθεν, καὶ τὸ δημόσιον ἤλθομεν, οὐκ ἀπὸ τρόπου [2]) τοῦτο γέγονεν, οὐδ' ἐκ τοῦ παρήκοντος, οὐδὲ ὡς ἄν τινα καὶ διαλάθοι τὸ προσῆκον, ἀλλ' ἐκ προνοίας καὶ κατὰ τὸν νόμον, ἵνα πεπερασμένων πρῶτον ἁπάντων τῶν κατὰ τὰς διαθήκας προσώπων, εἶτα ἀπειπόντων, οὕτως ἐπὶ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου κλῆσιν καὶ τοὺς ἄλλους ἀμικώμεθα. Ἐφ' ἁπάντων δέ, ἐφ' ὧν τῶν προγεγραμμένων οὐ πληρούντων καλοῦμεν ἢ τὰ ἐκ τῆς διαθήκης πρόσωπα, ἢ τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου, καὶ τοὺς λοιποὺς, δίδομεν ἅπασι τοῖς τοιούτοις προσώποις γίνεσθαι [3]) κληρονόμους, καὶ ἀδιτίονος ἦτοι pro heredis gestionos ἔχει δίκαιον (ταῦτα δὴ τὰ τοῦ νόμου ῥήματα), καὶ ὡς κληρονόμους ἅπαντα πράττειν, ἐναγομένους τε καὶ ἐνάγοντας, τοῦτο ὅπερ καὶ οἱ παλαιότατοι τῶν νόμων ἐκ τῆς οἰκείας αὐθεντίας ἐδίδοσαν, καὶ κληρονόμους ἐποίουν τοὺς οὐδὲ γεγραμμένους κληρονόμους, οὐδὲ ἐξ ἀδιαθέτου πρὸς τὸν κλῆρον καλουμένους. Τούτων ἁπάντων κρατούντων, κἂν εἰ μὴ παρὰ κληρονόμου, παρὰ δὲ ληγαταρίου, ἢ φιδεϊκομμισσαρίου, ἢ τοῦ mortis causa δωρεὰν [4]) λαβόντος δοθῆναί τι ἢ γενέσθαι ὁ διαθέμενος ἠβουλήθη, τῆς αὐτῆς τάξεως προφάσει τῶν ἀφαιρουμένων πραγμάτων φυλαττομένης, καὶ ἀρχομένης μὲν ἀπὸ τῶν ὑποκαταστάτων τοῦ ληγαταρίου, ληγούσης δὲ εἰς τὸ δημόσιον. Καὶ μηδεὶς πρὸς τὸν νόμον δυσχεραινέτω τοῦτον, ὡς τῶν καταλελειμμένων [5]) ἀποσιερούμενος, ἀλλ' ἐννοῶν, ὡς ἅπασιν ἀνθρώποις πέρας ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, μὴ μόνον τὸ παρ' ἑτέρων αὐτὸς λαβεῖν θεωρείτω, προσεννοείτω δέ, ὅτι καὶ αὐτὸς ἑτέροις τελευτῶν ἐπιτάξει, καὶ εἰ μὴ παρὰ τοῦδε [6]) τοῦ νόμου τύχοι βοηθείας, οὐδὲν ὧν ἂν μετὰ σπουδῆς ἁπάσης διατάξειεν, εἰς ἔργον ἄξει [7]). οὐ γὰρ τοῖς ἐφ' ἡμῶν, οὐδὲ τοῖς νῦν μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ παντὶ καὶ τῷ μετὰ ταῦτα ῥέοντι νομοθετοῦμεν χρόνῳ.

participem fieri noluit? Quod vero eam partem, quae voluntatem testatoris non implenti aufertur, primum ad substitutos, deinde ad coheredes, atque post eos ad legatarios, fideicommissarios, nec non servos transtulimus, atque ita ad eos quoque, qui ab intestato vocantur, et extraneos ac fiscum devenimus, id neque absurde, neque temere, neque quasi decorum nos lateat, sed de industria et secundum legem factum est, ut vocatis prius omnibus personis testamento scriptis, iisque recusantibus, tum demum ad eos, qui ab intestato vocantur, ceterosque perveniremus. In omnibus vero casibus, quando supra scriptis non implentibus eos, qui vel in testamento scripti sunt, vel ab intestato veniant, vel etiam reliquos vocamus, illis omnibus, ut heredes fiant, atque adeundi, et pro herede se gerendi (quae verba legis sunt), omniaque tanquam heredes agendi ius habeant, concedimus, sive ipsi conveniantur, sive alios conveniant; id quod antiquissimae etiam leges propria auctoritate dederunt, eosque heredes fecerunt, qui neque scripti erant heredes, neque ab intestato ad hereditatem vocabantur. Atque haec omnia obtineant, licet non ab herede, sed legatario, fideicommissario vel mortis causa donatario quid dari aut fieri testator voluerit; eodem ordine in rebus auferendis servando, ut a substitutis quidem legatariis incipiat, in fisco vero desinat. Nec quisquam huic legi indignetur, quod iis, quae relicta sunt, privetur, sed considerans, omnibus hominibus vitae finem esse mortem, non id solum spectet, quid ab aliis accipiat, sed hoc quoque cogitet, et se moriturum aliis praecepturum, nisi autem hac lege ei subveniatur, nihil eorum quae omni studio disposuerit ad exitum esse perducturum. Non enim iis tantum, qui sub nostro imperio, vel qui nunc sunt, hominibus, sed omni atque venturo etiam tempori leges ferimus.

Κεφ. β'.

Ἐντεῦθεν ἡμᾶς εἰσῆλθε βουλὴ καί τις ἔννοια τοῦ Φαλκιδίου νόμου, ὃς καὶ ἀκόντων τῶν διατιθεμένων, εἴπερ ἐξαναλίσκοιεν τὰ πράγματα διὰ τῶν πρε-

Cap. II.

Hinc nos consilium et cogitatio quaedam legis Falcidiae subiit, quae invitis etiam testatoribus, si bona legatis exhauriant, heredibus retinere permittit,

Una est enim legis intentio, ut quae disposita sunt a morientibus impleantur; eum enim, qui ab ipso testatore propria substantia pulsus est, quomodo erit iustum vocare ad res, quarum eum ille per exheredationem factam in eum expressim fieri participem nolnit? Si vero ablatam partem a non complente morientis voluntatem prius deduximus ad substitutos, deinde ad coheredes, et post illos ad legatarios et fideicommissarios, nec non et ad servos, et ita ad eos, qui ab intestato vocantur, et ad extraneos atque ad fiscum venimus, non absurde hoc factum est, nec inaniter, nec quasi aliquem lateat quod decet, sed ex providentia et secnudum legem, ut finitis primum omnibus secundum testamenta personis, deinde abrenuntiantibus, ita ad eam, quae est ab intestato, vocationem et alios veniremus. In omnibus autem casibus, in quibus scriptis non complentibus vocamus aut ex testamento personas ant ab intestato, et ceteros [8]), damus omnibus talibus personis fieri heredes, et aditionis aut pro herede gestionis habere ius (haec enim legis verba sunt), et tanquam heredes omnia gerere et conventos et convenientes. Haec quidem etiam antiquissimae leges ex propria auctoritate praestabant, et heredes faciebant, eos, qui neque scripti heredes, neque ab intestato ad hereditatem vocabantur. His omnibus obtinentibus, licet non ab herede, sed a legatario, aut fideicommissario, aut mortis causa percipiente dari aliquid aut fieri testator volnerit; eodem ordine in occasione ablatarum rerum servando, et inchoante quidem a substitutis legatariis, terminante vero in fisco. Et nullus hanc legem duram habeat, tanquam relictis privatus, sed consideraus, quia omnibus hominibus terminus vitae est mors, et non solum ab aliis ipse se percipere contempletur, sed cogitet, quia et ipse aliis moriens imperabit, et si non huius legis mereatur auxilium, nihil horum, quae cum omni studio disposuerat, ad effectum perducet. Non enim iis, qui sub nobis, neque qui nunc sunt solum hominibus, sed omni etiam post hoc currenti tempori legem ponimus.

Cap. II. Hinc nobis ingressa est cura et quaedam consideratio Falcidiae legis, quae etiam invitis testatoribus,

---

[1]) ἐπ' αὐτὸν *Hal.* — [2]) ἀτόπως *Hal.* — [3]) *Hal., Bas.*; γίγνεσθαι *Scrimg.* — [4]) ἢ τοῦ θανάτου αἰτίᾳ (*om.* δωρεὰν) *Hal.* — [5]) δυσχεραινέτω, τούτων ὡς καταλ. *Hal.* — [6]) *Hal.*; καὶ εἰ μὴ παρὰ τῆς τοῦδε *Scrimg., Bas.*; *Homb. facili transpositione correxit:* εἰ μὴ τῆς παρὰ τοῦδε. — [7]) ἥξει *Hal.* — [8]) extraneos et fiscum *add. Dart., Cont. Haec verba ab explicatoris manu profecta recte absunt ap. Trid.*

πρεσβείων, δίδωσι παρακατέχειν τοῖς κληρονόμοις, ὅσον αὐτοῖς ποιεῖ τὸ τέταρτον [1]) τῆς περιουσίας. κινεῖσθαι [2]) γὰρ μάχεσθαι μὲν δοκεῖ τῇ γνώμῃ τοῦ τελευτήσαντος, ἐπιρρίδεσθαι [3]) δὲ τῷ ταῦτα ἐφιέντι νόμῳ. Θεσπίζομεν τοίνυν (ἀνδεκτέον γὰρ ἡμῖν πανταχοῦ τῆς τῶν τελευτησάντων γνώμης), τοὺς κληρονόμους, εἰ βούλοιντο τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας ἀπολαύειν, καθαρὰν φυλάξαι τῷ νόμῳ τὴν ἐξουσίαν, καὶ μὴ δι' ὧν ἄν, ὡς εἰκός, ὑποκλέψαιεν ἢ κακουργήσαιεν, εἰσάγειν πειρᾶσθαι τὸν Φαλκίδιον, καίτοιγε, εἰ μηδὲν ἐκακούργησαν, οὐκ ἂν ἴσως ἁρμόσαντα.

§. 1. Γινέσθω τοίνυν inventarium παρὰ τοῦ κληρονόμου τοῦ δεδιότος, μὴ ποτε οὐκ ἔχοι μετὰ τὰ χρέα καὶ τὰ προσβεῖα Φαλκίδιον, κατὰ τὸν τρόπον καὶ τοὺς χρόνους, καθ' οὓς πρόσθεν ἐνομοθετήσαμεν, ὅτε τοὺς ἀνθρώπους ἐξηρούμεν τῆς ἐκ τῶν προσελεύσεων ἐπὶ τοῖς οἰκείοις πράγμασι ζημίας, ἑστάντες τὰ βάρη μέχρι τοῦ τῆς οὐσίας τῆς καταλελειμμένης μέρους. ἐκείνου προστιθεμένου μόνου, τοῦ χρῆναι τὸν τοιοῦτον εἰδέναι κληρονόμον, ὃς οὐ δανεισιὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ ληγαταρίους εὐλαβεῖται, καὶ δέδιεν οὐ τὸ ζημιωθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ κερδᾶναι, παραλαμβάνειν ἅπαντας τοὺς ληγαταρίους καὶ φιδειϊκομμισσαρίους, ὅσοι καιὰ τὴν αὐτὴν πόλιν τύχοιεν ἐνδημοῦντες, ἢ τινάς γε ὑπὲρ αὐτῶν πράττοντας, εἰ τυχὸν ἡ τῶν προσώπων φύσις, ἢ ἀξία [4]), ἢ ποιότης, ἢ ἡλικία, ἢ καί τις ἀνάγκη εὐχέρειαν αὐτοῖς οὐ δίδωσι τῆς ἐπὶ τῷ inventario παρουσίας. Εἰ δὲ ἁπῶσί τινες, παραγίνεσθαι μάρτυρας τῶν ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως ἀξιοπίστων, καὶ κεκτημένων οὐσίαν, καὶ ἐπὶ χρησιῆς ὑπολήψεως ὄντων οὐκ ἐλάττους τῶν τριῶν (ταβουλαρίοις γὰρ μόνοις, τό γε εἰς τοῦτο ἦκον, οὐ πιστεύομεν), ἐφ' ὧν προσήκει γενέσθαι τὸ inventarium, ὥστε ἐπανελθοῦσι τοῖς ληγαταρίοις καὶ μεμφομένοις ὑπεξαιρεῖσθαί τι τυχὸν πραγμάτων ἢ μὴ φανερὸν γενέσθαι, παρρησίαν εἶναι μὴ μόνον διὰ τῆς τῶν οἰκειῶν βασάνου τὸ πρᾶγμα ζητεῖν (καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο δίδομεν κατὰ τὴν πρώην παρ' ἡμῶν εἰρημένην ἐπὶ ταῖς οἰκειακαῖς βασάνοις παρατήρησιν), ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ ὅρκου τοῦ κληρονόμου, καὶ [5]) διὰ τοῦ ὅρκου τῶν μαρτύρων, λεγόντων παρεῖναί τε τοῖς πραττομένοις, καὶ ἐπίδειν τὰ τότε γινόμενα, καὶ οὐδὲν συνειδέναι γενόμενον τῷ κληρονόμῳ κακούργημα, οὕτω τε τὴν ἐπὶ τοῖς καταλελειμμένοις ὑπὸ τοῦ διαθεμένου πράγμασιν εἰρίσκειν ἀλήθειαν. πλὴν εἰ μή τυχὸν οἱ παρόντες τῶν ληγαταρίων, πάντες ἢ τινες [6]), διαμαρτυρίας αὐτοῖς στελλομένης, οὐ βουληθεῖεν ἐλθεῖν οὐδὲ παρεῖναι τῷ inventario. ἱκανὸν γὰρ ἄδεια ἔσται τῷ κληρονόμῳ καὶ μὴ παραγινομένων

mittit, quod illis quartam partem substantiae efficit. Quod quidem voluntati defuncti repugnare videtur, a lege tamen id permittente sustinetur. Sancimus itaque (ubique enim defunctorum voluntas nobis tuenda est), ut heredes, si illius utilitate frui velint, legi integram servent potestatem, neque subripiendo quid vel dolo agendo Falcidiam servare conentur, licet illa, si nihil dolo fecissent, forte non competeret.

§. 1. *Fiat igitur ab herede metuente, ne debitis et legatis solutis Falcidiam non habeat, inventarium secundum eum modum et tempus, quod ante definivimus, quum homines damno in rebus propriis ex additionibus veniente eximimus, onera pro modo relicti patrimonii sistentes; hoc solo addito, eiusmodi heredem, qui non solum creditores, sed etiam legatarios metuit, neque tantum veretur, ne damno afficiatur, verum etiam ne lucro careat, scire debere, assumendos esse omnes legatarios et fideicommissarios, quotquot in eadem civitate sint, vel procuratores eorum, si forte sexus, dignitas, qualitas, aetas aut necessitas quaedam eis non permittat, ut inventario conficiendo interesse possint. Si vero quidam absint, testes ex eadem civitate fide digni, quique bona possident, et bonae existimationis sunt, non minus quam tres adhibeantur (tabulariis enim solis, quantum ad eam rem, non credimus), coram quibus inventarium conficiatur, ita ut venientibus legatariis, atque subreptum quid esse ex bonis vel occultatum forte querentibus, liceat non solum per tormenta servorum (nam et hoc concedimus, observatis iis, quae nuper a nobis de tormentis servorum dicta sunt), se etiam per iusiurandum heredis et per iusiurandum testium, qui, se iis, quae gesta sunt, interfuisse, quaeque tunc acta sunt vidisse, nec ullius fraudis ab herede commissae conscios esse, affirment, rem inquirere, atque ita eorum, quae a testatore relicta sunt, veritatem invenire. Nisi forte omnes legatarii, qui praesentes sunt, vel quidam ex iis denunciatione illis facta venire, et inventario conficiendo adesse noluerint; tunc enim heredi etiam non praesentibus legatariis praesentia testium contento inventarium facere liceat, legatariis tam iureiurando heredis, quam tormento servorum etiam sic reservato, iisque omnibus observatis beneficium legis Falcidiae habeat. Hoc enim pacto neque legi in hunc usque diem adeo probatae aliquid detrahere, neque iniuriam defuncto facere videbimur. Nam si omnino heredes aliquos sibi exsistere, et solatium quoddam ex successione sua habere velit, seque sufficiens patrimonium possidere putet,*

ribus, si expendantur res per legata, praebet etiam retinere heredes, quantum eis impleat quartam substantiae. Et hic enim repugnare quidem [7]) videntur voluntati deficientis, et incumbere legi talia permittenti. Sancimus igitur, quoniam tuenda nobis ubique est deficientium voluntas, heredes, si voluerint hac utilitate potiri, puram servare legis potestatem, et non per ea, quae forte subripiunt aut malignantur, introducere pertentent Falcidiam, quum utique, si nihil malignati essent, non forte competeret. §. 1. Fiat igitur inventarium ab herede metuente, ne forte non habeat post debita [8]) et legata Falcidiam, secundum modum et tempora, per quae dudum sancivimus, quando homines excepimus ex damno rerum suarum, in additionibus statuentes onera usque ad substantiae relictae mensuram, illo adiecto solo, ut oporteat huiusmodi heredem, qui non creditorem solum, sed etiam legatarios et fideicommissarios veretur, et metuit non damnificari solum, sed etiam non lucrari, convocare omnes legatarios et fideicommissarios, quanticunque in eadem civitate sunt constituti, aut quosdam pro eis agentes, si forte personarum natura, aut dignitas, aut qualitas, aut aetas, aut quaelibet necessitas facultatem eis non dat ad inventarii praesentiam. Si vero absunt aliqui, interesse testes in ipsa civitate fide dignos, et possidentes substantiam, et optimae opinionis exsistentes non minus tres (tabulariis enim solis, quantum ad hoc competit, non credimus), coram quibus convenit fieri inventarium, ita ut supervenientibus legatariis, et querentibus forsan subreptum aliquid rerum, aut non manifestatum, licentia sit non solum per servorum examinationem causam quaerere (nam etiam hoc praebuimus per prolatam dudum a nobis in servilibus examinationibus observationem), sed etiam per iusirandum heredis, et iusirandum testium dicentium, se et adfuisse iis, quae gesta sunt, et vidisse quae tunc agebantur, et in nullo conscios esse factae ab herede malignitatis, sicque in iis, quae relicta sunt a testatoribus, invenire veritatem. Nisi forte praesentes legatarii omnes aut quidam contesta-*

---

[1]) τὸ τρίτον ἢ τὸ ἥμισυ *Hal., Bas.* — [2]) κἂν ταῦτα *Par.* — [3]) σκήπτεσθαι *Hal.* — [4]) ἀξίωσις *Hal., Bas.* — [5]) *Hal. Bas., Vulg. Iulian.*; διὰ τοῦ ὅρκου τοῦ κληρ. καὶ *om. Scrimg.* — [6]) μὴ τυχὸν — τινες *om. Hal.* — [7]) *Trid.*; quidam *Cont.* — [8]) soluta *add. Trid.*

νων τῶν ληγαταρίων ἀρκεῖσθαι τῇ τῶν μαρτύρων παρουσίᾳ, καὶ ποιεῖν τὴν ἀπογραφήν, ἀποχειμένων καὶ οὕτω τοῖς [1]) ληγαταρίοις τιῦ τε ὅρκου τοῦ κληρονόμου, καὶ τῆς τῶν οἰκετῶν βασάνου, καὶ τούτων ἁπάντων παραιτηηθέντων ἔχειν τὴν ἐκ τοῦ Φαλκιδίου βοήθειαν. οὕτω γὰρ οὐ δόξομεν οὐδὲ νόμον οὕτως εὐδοκιμήσαντα μέχρι νῦν ἐλαττοῦν, οὐδὲ ἀδικεῖν τὸν τελευτήσαντα. εἰ γὰρ πάντως μὲν αὐτῷ βούλεταί τινας γίνεσθαι κληρονόμους, καὶ ἔχειν τινὰ παραψυχὴν ἐκ τῆς αὐτοῦ διαδοχῆς, καὶ οἷεταί γε αὐτάρκη περιουσίαν ἔχειν, οὐ μὴν τοῦτο ἡ τοῦ πράγματος ἀλήθεια δείκνυσι, πρόδηλον, ὡς οὐκ ἐναντίωσις ἔσται τοῦτο τῆς τοῦ κατοιχομένου βουλῆς, ἀλλα τῆς ἀγνοίας [2]) κάθαρσις τῆς ἐκείνου. §. 2. Εἰ μέντοι μηδὲ [3]) ποιήσειεν inventarium κατα τοῦτο τὸ σχῆμα, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, οὐ παραλήψεται Φαλκίδιον, ἀλλὰ πληρώσει τοὺς ληγαταρίους καὶ φιδεϊκομμισσαρίους, κἂν εἰ τὸ τῆς καθαρᾶς οὐσίας τοῦ τελευτήσαντος ὑπερβαίνῃ μέτρον ἡ τῶν ληγάτων δόσις. Καὶ τοῦτό φαμεν, οὐ τὸν ἡμέτερον ἐλαττοῦντες νόμον, ὃν τεθείκαμεν ἐπὶ τῷ μηδὲν οἴκοθεν ζημιοῦσθαι τοὺς κληρονόμους τοῖς δανεισταῖς. δῶσει γὰρ αὐτοῖς ποινὴν ἐκτινοὺς τῆς ἑαυτοῦ κακουργίας, διότι παρέβη τὸν νόμον, ἐξὸν ἀσφαλῶς ἅπαντα πράξαντι μηδὲν ἐζημιῶσθαι, τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ τα ἐκ τοῦ Φαλκιδίου νόμου κερδᾶναι. [4]) Ταῦτα δὲ δή φαμεν, ἔνθα πεπλανημένως ὁ διαθέμενος περὶ τῆς ἑαυτοῦ περιουσίας ταῦτα ἔπραξεν, ἢ τυχὸν δέον καὶ πλείω ποσότητα τῷ κληρονόμῳ καταλιπεῖν, ὑπὲρ ἐλάττονος διετύπωσε. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο πεπλανημένης γνώμης ἐστίν, ἀλλ' οὐ καθαρᾶς καὶ ἀκριβοῦς ἐπισκήψεως [4]). Εἰ μέντοι ῥητῶς ἐπισκήψειε μὴ βούλεσθαι τὸν κληρονόμον παρακατασχεῖν Φαλκίδιον, ἀνάγκη τὴν τοῦ διαθεμένου γνώμην κρατεῖν, καὶ ἢ βουλόμενον αὐτὸν [5]) ὑπηρετήσασθαι τῷ διαθεμένῳ, ἴσως καί τινα δίκαιά τε καὶ εὐσεβῆ καταλιπόντι, τὸ κέρδος οὐκ ἐν τῷ λαβεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ μόνον εὐσεβῶς ἔχειν, καὶ μὴ δοκεῖν ἀκερδῆ τὸν τοιοῦτον εἶναι κλῆρον, ἢ εἰ μὴ βούλοιτο, αὐτὸν μὲν ἀναχωρῆσαι τῆς τοιαύτης ἐνστάσεως [6]), χώραν δὲ γενέσθαι, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, ὑποκατασιάτοις τε, καὶ συγκληρονόμοις, καὶ ληγαταρίοις, καὶ φιδεϊκομμισσαρίοις, καὶ οἰκεταις, καὶ τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου, καὶ τοῖς ἄλλοις, κατὰ τὴν ἔμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν ἐξηυρημένην ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὁδόν.

putet, nec tamen rei veritas id evincat, manifestum est, id voluntati defuncti non contrarium esse, sed potius ignorantiam illius purgare.

§. 2. Quodsi inventarium eo, quo diximus, modo non fecerit, Falcidiam non retinebit, sed legatariis et fideicommissariis satisfaciet, etsi legatorum praestatio modum purae substantiae defuncti excedat. Neque hoc dicimus, ut legi nostrae quid detrahamus, quam ea de re tulimus, ne heredes in bonis propriis a creditoribus damno afficiantur; praestabit enim illis poenam malitiae suae, quod leges transgressus est, soluens, quum illi caute omnia agenti nullum damnum pati, et e contrario ea, quae ex lege Falcidia veniunt, lucrari licuisset. Haec vero dicimus, quando per errorem testator de facultatibus suis ita statuit, aut forte, quum maiorem etiam quantitatem heredi relinquere debuisset, de minore disposuit; nam et hoc errantis est iudicii, non autem pure et accurate disponentis. Quodsi expresse declaraverit, se nolle heredem retinere Falcidiam, necesse est, ut testatoris voluntas obtineat, et si defuncto iuste forte et pie quaedam relinquenti obtemperare velit, lucrum non in accipiendo, sed solum in pie accipiendo ponat, nec talem hereditatem minus lucrosam esse existimet; sin nolit, ipse quidem recedat ab huiusmodi institutione, locus autem, prout ante diximus, fiat substitutis, et coheredibus, legatariis, fideicommissariis, servis, heredibus ab intestato, et reliquis, secundum modum, quem antea in his rebus invenimus.

Κεφ. γ'.

Οὐ δώσομεν δὲ ἄδειαν τῷ κληρονόμῳ τὸ μέτρον τῆς

Cap. III.

Non permittemus autem heredi vires patrimonii

testatione [7]) sibi praemissa nolnerint venire, nec adesse inventario; tunc enim licentia erit heredi etiam non advenientibus legatariis contentum esse testium praesentia, et facere descriptionem, reposito etiam sic legatariis, et inreiurando heredis, et servorum examinatione, et his omnibus observatis habere ex Falcidia praesidium. Sic enim non videbimur neque legem ita hactenus approbatam minuere, neque iniustitiam facere morienti. Si enim omnino quidem sibi vult aliquos fieri heredes, et habere quandam consolationem ex sua successione, et arbitratur sufficientem se habere substantiam, non tamen hoc causae veritas ostendit, certum est, quia non haec contrarietas erit sententiae morientis, sed ignorantiae puritas illius. §. 2. Si vero non fecerit inventarium secundum hanc figuram, sicut praediximus, non retinebit Falcidiam, sed complebit legatarios et fideicommissarios, licet purae substantiae morientis transcendat mensuram legatorum datio. Et hoc dicimus non nostram minuentes legem, quam posuimus, ut nihil de proprio damnificentur heredes creditoribus, sed dabit eis poenam exactio suae malignitatis, cur transcenderit leges, ex quibus caute omnia agens nihil poterat damnificari, sed ex diverso etiam quae sunt ex Falcidia lege lucrari. Haec autem dicimus, ubi errans testator de sua substantia hoc egit, aut forte, quum debuisset etiam ampliorem quantitatem heredi relinquere, pro minore disposuit; etenim etiam hoc errantis sententiae est, et non purae et integrae designationis. Si vero expressim designaverit, non velle heredem retinere Falcidiam, necessarium est testatoris valere sententiam, et aut volentem eum parere testatori, forsan etiam quaedam iuste et pie relinquenti, lucrum non in percipiendo, sed solummodo pie agendo habentem, et non videri sine lucro huiusmodi esse hereditatem, aut si parere noluerit, eum quidem recedere ab huiusmodi institutione, locum vero fieri, sicut dudum praediximus, substitutis, et coheredibus, et fideicommissariis, et legatariis, et servis, et iis, qui ab intestato sunt, et aliis, secundum prius a nobis inventam in talibus viam.

Cap. III. Non autem dabimus licentiam heredi mensuram substantiae subtiliter agnoscenti solvere quidem mox

---

[a]) *Quae sequuntur usque ad finem capitis, desunt in ed. Hal. Norica et in Bas.; extant autem in Supplementis edit. Hervag. et in edit. Par.*

[1]) ἀποχειμένου καὶ τούτοις *Hal.*; ἀποχειμένου καὶ οὕτω *Bas.* — [2]) ἀνοίας *Hal.* — [3]) μὴ *Hal.*, *scr ptum* βουλόμενος. εἰ βουλόμενον αὐτὸν *Hervag.*, εἰ βούλοιτο αὐτὸς *Par* — [4]) σχέψεως *Hervag. et Par.*; ἐπισκέψεως *Bas* — [5]) *Scrips.*, *Zuich.*, *Vulg.*, ἐπισκέψεως *Hervag.*, *Par* — [6]) *Scrimg.*, *Zuich.*, *Vulg.*, *Zuich.* — [7]) *Trid.*; constitutione *Cont*

τῆς οὐσίας ἀκριβῶς γινώσκοντι καταβαλεῖν μὲν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τισὶν ὁλόκληρα τὰ πρεσβεῖα, καὶ πλήρη τὴν γνώμην τοῦ διαθεμένου τηρῆσαι (τοῦτο ὅπερ καὶ αἱ τῶν πρὸ ἡμῶν λέγουσι διατάξεις), παρὰ δὲ τινῶν παρακατέχειν ἐθέλειν, οὐδὲ ἐκ μέρους μὲν πληροῦν τὴν τοῦ διαθεμένου γνώμην, ἐκ μέρους δὲ αὐτὴν ἐλαττοῦν. ἀλλὰ τόν γε ὅλως οὐ πεπλανημένον περὶ τὸ τῆς οὐσίας ποσόν, ἀλλὰ γινώσκοντά τε καὶ εὐθὺς ἀκολουθήσαντα τῇ γνώμῃ τοῦ διαθεμένου, διὰ πάντων αὐτῇ κατακολουθεῖν, καὶ μὴ μεταμέλεσθαι πρὸς τὰ χείρω. οὐ γὰρ ἂν εἴη τοῦτο καθαρῶς ἀκολουθεῖν. Οὐ μὴν οὐδὲ ἐφησόμεν αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν ἐπισταμένοις μέν, ἀμυλάκτως δὲ καταβαλοῦσιν, εἶτα ὕστερον πράγματα τοῖς λαμβάνουσι παρέχειν, καὶ ἀναλαμβάνειν βούλεσθαι παρ' αὐτῶν, ὅπερ ἂν τύχοιεν καταβαλόντες. δεῖ γὰρ πρὸ τῶν πράξεων βουλεύεσθαι καὶ πράττειν, ἀλλὰ μὴ πράξαντα ὀρθῶς εἶτα μεταβαλεῖν πρὸς ἀγνωμοσύνην, πλὴν εἰ μὴ δικαία τις αἰτία τοῦτο εἰσαγάγοι, παραδόξου τινὸς ἀναφανέντος, ὅπερ ἐλαττοῖ τὴν οὐσίαν, καὶ χώραν τῇ ἀναλήψει ποιεῖ.

nii accurate scienti, ut aliis quidem statim ab initio integra legata solvat, et voluntatem testatoris totam servet (quod constitutiones etiam decessorum dicunt), aliis autem partem aliquam detrahat, nec ita, ut pro parte quidem voluntatem defuncti impleat, pro parte vero eam imminuat. Qui vero omnino non errat in substantiae quantitate, sed eam cognovit atque statim sequitur voluntatem testatoris, per omnia eam sequatur neque in peius animo mutato vertat; id enim non esset pure sequi. Neque vero iis, qui, cum id ab initio sciant, incaute tamen solvunt, permittimus postea negotia facere accipientibus et ab illis solutum recipere velle. Antequam enim agas consilium capiendum, et res ad effectum perducenda est, non autem, ubi recte feceris, ad iniquitatem animum convertere oportet, nisi forte iusta quaedam causa id suadeat, et inopinati quid emergat, quod substantiam minuat, et locum faciat repetitioni.

Κεφ. δ'.

Ἀλλὰ κἀκείνου πρόνοιαν ἐθέμεθα, τοῦ μὴ χρόνον γίνεσθαι μακρὸν ἐν ταῖς τοιαύταις ζητήσεσιν. Οὐδεμίαν γὰρ τῶν τοιούτων ζητήσεων ἡ δικῶν ὑπερβαίνειν τὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ χρόνον θεσπίζομεν, ἀνάγκην ἐπιτιθέντες πάντως [1]) εἴσω ἐνιαυτοῦ μετὰ προσέλευσιν καὶ τὰ πρεσβεῖα καταβάλλειν, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ διαθεμένου καταλελειμμένα πληροῦν κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν, καὶ πάντα πράττειν, ὅσα ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν. Ἀρχὴν δὲ τῷ ἐνιαυτῷ δίδομεν, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἐθέμεθα, τὴν ἐκ δικαστικῆς ὑπομνήσεως ψῆφον. τοῦ γὰρ ἐνιαυτοῦ παρ' αἰτίαν τοῦ κληρονόμου παραδραμόντος, τηνικαῦτα ὁ μὲν ἐκπεσεῖται τῶν καταλελειμμένων, ἕτεροι δὲ ἐπὶ ταῦτα ἥξουσιν, οὓς ἔμπροσθεν ἐκαλέσαμεν.

§. 1. Ἀνήβοις δὲ ἢ καὶ ἐλάττοσι τὴν ἡλικίαν οὐδὲν ὁ παρ' ἡμῶν προκρίνει νόμος. ἔστι γὰρ αὐτοῖς, εἴ τι κατὰ τὰς εἰρημένας ἡμῖν αἰτίας βλαβεῖεν, διπλῆ τις βοήθεια, καὶ ἡ διὰ τῆς ἀποκαταστάσεως, καὶ ἡ διὰ τῆς κατὰ τῶν ἐγγυησαμένων κηδεμόνων ὁδοῦ. Οὐχ ὑπεξαιροῦμεν δὲ τοῦ νόμου οὐδὲ τὰς πατρωνικὰς διαδοχάς. κἀκεῖσε γάρ, τῆς νομίμης αὐτοῖς φυλαττομένης μοίρας, ἣν ἡμεῖς διωρίσαμεν, εἴ τι πέρα ταύτης αὐτοῖς καταλειφθείη, καί τι παρὰ τῶν ἀπελευθέρων αἰτηθεῖεν ἐκεῖνοι πληρῶσαι, εἶτα μὴ βούλοιντο, ταύτην τὴν τάξιν κρατεῖν θεσπίζομεν,

Cap. IV.

Illud quoque curavimus, ne multum temporis in eiusmodi quaestionibus consumatur. Sancimus enim, ut nulla eiusmodi quaestio aut lis anni spatium excedat, necessitatem imponentes, ut omnino intra annum ab adita hereditate et legata solvat, et a testatore relicta pro rei natura impleat, omniaque faciat, quae ante diximus. Initium autem anno damus, quemadmodum supra diximus, ab admonitione decreto iudicis facta. Anno enim culpa heredis elapso, ipse quidem relictis excidat, alii vero, quos antea vocavimus, ad ea perveniant.

§. 1. *Pupillis autem et minoribus lex nostra nihil praeiudicat. Nam si ex causis a nobis enumeratis laedantur, dupliciter iis succurritur, tum restitutione in integrum, tum actione contra negligentes tutores. Non excipimus autem ab hac lege neque patronorum successiones; et ibi enim, legitima parte, quam nos definivimus, ipsis servata, si quid illis praeter eam relictum sit, atque a libertis, ut quid impleant, rogentur, ipsi autem nolint, eundem ordinem obtinere sancimus, quem initio sacrae huius constitutionis diximus, ita ut legi-*

mox ab initio quibusdam integra legata, et ad plenum sententiam testatoris servare (quod etiam praecedentium nos dicunt constitutiones), ab aliquibus autem retinere velle, neque ex parte quidem complere testatoris sententiam, ex parte vero eam minuere, sed omnino non errantem circa substantiae quantitatem, sed agnoscentem et mox sequentem sententiam testatoris per omnia eam sequi, et non ad peiora poenitere; neque enim hoc erit pure sequentis heredis. Sed neque concedimus eis ab initio scientibus quidem et incaute solventibus, postea lites percipientibus inferre, et recipere velle ab eis quodcunque contigerit exsolvisse eos. Oportet enim ante actionem cogitare et agere, et non cogitantem recte deinde transferri ad indevotionem, nisi forte iusta quaedam causa hoc introduxerit, inopinabili quodam aere alieno apparente, quod minuat substantiam, et locum receptioni faciat.

Cap. IV. Illud quoque prospeximus, ne tempus fiat longum in talibus quaestionibus. Nullam enim talium quaestionum aut litium transcendere anni tempus sancimus, necessitatem imponentes omnino intra annum post aditionem et legata solvi, et quae a testatore sunt relicta compleri secundum sui naturam, et omnia agi, quaecunque prius ediximus. Initium autem anno damus, sicut prius iam diximus, ab admonitione ex iudiciali decreto [2]). Anno enim per culpam heredis transacto, tunc ille quidem cadet [3]) relictis, alii vero ad haec venient, quos prius vocavimus. §. 1. Pupillis autem et minoribus aetate nihil nostra praeiudicat lex. Est enim eis, si quidem [4]) secundum dictas a nobis causas laedantur [5]), duplex quoddam subsidium, et per restitutiones, et per viam contra negligentes curatores [6]). Non autem excipimus a lege neque patronatus successiones; et ibi enim legitima eis servata parte, quam nos definivimus, quidquid ultra hanc eis relictum fuerit, et aliquid a libertis petiti fuerint, illi complere deinde si [7]) noluerint, hunc ordinem tenere sancimus, quem inchoantes

---

[1]) *Hal. in notis recogn. op., Hervag., Par.*; εἴσω *παντὸς Scrimg., Bas.* — [2]) *Trid.*; facta *add. Port., Cont.* 59 *et* 76.; admonitionem ex iudiciali decreto *Cont.* — [3]) *Trid.*; cadat *Cont.* — [4]) *Trid., Port.*; si quidem etiam *Cont.* — [5]) ne laedantur *Trid., Port., Cont.* 59 *et* 76. — [6]) *Trid., Port., Cont.* 59. 76.; tutores vel curatores *Cont.* — [7]) *Trid.*; si *om. Cont.*

ζομεν, ἥνπερ ἀρχόμενοι τῆς θείας ἡμῶν ταύτης διατάξεως εἴπομεν, ὥστε τὴν μὲν νόμιμον μοῖραν μένειν παρ' αὐτοῖς καθαρὰν τῶν τοιούτων, τὰ λοιπὰ δὲ ἔρχεσθαι πρὸς τὴν παρ' ἡμῶν νῦν ἀνεῳγμένην ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὁδόν, μάλιστα ἐπείπερ [1]) καὶ ἐν αὐτῇ τῇ περὶ τῶν πατρωνικῶν τεθείσῃ παρ' ἡμῶν διατάξει πρὸς ὁμοίωσιν σχεδὸν τῶν εὐγενῶν καὶ τὰς ἀπελευθερικὰς ἐλάξαμεν διαδοχάς. §. 2. Ἐπειδὴ δὲ διπλοῦς ἐστιν ὁ τῶν διαθηκῶν τρόπος, ἢ εἰς ἔγγραφον φερόμενος διαὐπωσιν, ἢ εἰς ἄγραφον βουλησιν, ταῦτα ἅπαντα κρατεῖν ὁμοίως καὶ κατὰ τὴν ἴσην παρατηρησιν καὶ ἐπὶ ἀγράφων διαθηκῶν, καὶ ἐπὶ πάσης τελευταίας βουλήσεως θεσπίζομεν, καὶ ἐπὶ προσώπου παντός, εἴτε ἰδιωτικοῦ, εἴτε στρατιωτικοῦ, εἴτε ἱερατικοῦ, εἴτε βασιλικοῦ, εἴτε ἑτέρου οἱουδήποτε. κοινὸν γὰρ ἐφ' ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦτον τὸν νόμον ἀποτιθέμεθα.

legitima quidem portio apud eos pura maneat, reliqua vero ea procedant via, quam in huiusmodi casibus iam aperuimus, maxime quum in ipsa etiam constitutione nostra de iure patronatus libertinorum quoque successiones ad similitudinem paene ingenuorum disposuerimus.

§. 2. *Quoniam vero duplex est testamentorum ratio, voluntate vel scripto vel sine scripto declarata, sancimus, ut haec omnia similiter valeant, atque ex aequo tam in non scriptis testamentis, quam omni ultima voluntate, atque omni persona observentur, sive privata ea sit, sive militaris, sive sacerdotalis, sive caesariana, sive alia quaelibet. In commune enim omnibus hominibus hanc legem ferimus.*

Ἐπίλογος.

Ταῦτα ἡμεῖς ὑπὲρ τοῦ κοινῇ πᾶσι λυσιτελοῦντος ἀνθρώποις ἐγράψαμεν, καὶ ὅπως ἂν οἵ τε ζῶντες τῶν καταλελειμμένων ἀπολαύοιεν, οἵ τε τελευτῶντες μετ' εὐθυμίας ἀπέλθοιεν, γινώσκοντες, ὡς ὁ νόμος αὐτοῖς καὶ κειμένοις [2]) ὑπηρετήσεται, καὶ ἅπερ ἐκεῖνοι διατάξαιεν, αὐτὸς εἰς ἔργον ἄξει. §. 1. Ὥσπερ ἐπειδὴ τὸ κοινὸν τοῦτο ὄφελος ἅπασίν ἐστιν ἀνθρώποις, γενήσεται μὲν παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἐνταυθοῖ κηρύγματα, πᾶσι παραγγέλλοντα τὴν τοῦ νόμου δύναμιν. σταλήσεται δὲ καὶ κατὰ χώραν ἐν ἅπασιν ἤδη τοῖς ἔθνεσι τοῖς πρώην τε οὖσι, καὶ νῦν ὑπὸ θεοῦ δι' ἡμῶν τῇ Ῥωμαίων προσγενομένοις ἀρχῇ. Οἱ δέ γε τῶν μητροπόλεων ἄρχοντες ταῦτα λαμβάνοντες, καθὰ καὶ ἤδη νενομοθέτηται παρ' ἡμῶν, ἑκάστῃ παραπέμψουσι πόλει. μενεῖ τε οὐδεὶς ἀνήκοος τοῦ νόμου, τοῦ μήτε ἐν πενίᾳ ζῆν, μήτε ἐν ἀθυμίᾳ [3]) τελευτᾶν συγχωροῦντος. Dat. Kal. Ian. Belisario V. C. Cons. Ind. XIII. [535.]

Epilogus.

Haec nos ad communem omnium utilitatem scripsimus, et ut tam viventes iis, quae relicta sunt, fruantur, quam morientes tranquille vita decedant, scientes, legem ipsis etiam mortuis opem laturam, quaeque disposuerint ad effectum perducturam esse.

§. 1. *Quare quum in commune omnibus hominibus hoc prosit, eminentia tua edicta faciat, quae omnibus vim legis declarent; mittantur autem per omnium etiam gentium provincias, tam olim, quam nunc dei beneficio per nos Romanorum imperio adiectas. Metropolitani vero magistratus, ubi ea acceperint, quemadmodum ante quoque a nobis lege dispositum est, ad quamlibet urbem mittant, nemoque eam legem nesciat, quae neque in pauperate quemquam vivere, neque in anxietate mori permittit.*

ΔΙΑ- No-

choantes sacram nostram hanc constitutionem diximus, ita ut legalis quidem pars maneat apud eos pura talibus, reliqua vero veniat secundum viam a nobis nunc apertam in talibus, maxime quoniam in ipsa de iure patronatus posita a nobis constitutione ad similitudinem paene ingenuorum etiam libertinitates ordinavimus. §. 2. Quia vero duplex est testamentorum modus, aut in scriptam delatus dispositionem, aut in non scriptam voluntatem, haec omnia obtinere similiter et secundum aequam observationem et in non scriptis testamentis, et in omni ultima voluntate sancimus, et in omni persona sive privata, sive militari, sive sacerdotali, sive imperiali, sive alterius cuiuslibet. Communem namque omnibus hominibus hanc legem ponimus.

Epilogus. Haec nos, ut communiter omnibus prosint hominibus, scripsimus, quatenus et viventes relictis potiantur, et deficientes cum securitate moriantur, scientes, quia lex eis [4]) etiam sepultis ministrabit [5]), et quaecunque illi disposuerint, ad effectum ipsa perducet. §. 1. Quamobrem, quoniam communis haec utilitas omnibus est hominibus, fiant quidem a tua eminentia hinc praecepta cunctis declarantia legis virtutem, dirigantur autem et per provincias in omnibus gentibus, quae dudum fuerunt, et nunc a deo per nos sunt adiectae principatui Romanorum. Metropolitani vero iudices haec sumentes, sicut dudum sancitum a nobis est, unicuique dirigant civitati, nullusque manebit non audiens legem, quae neque in panpertate vivere, neque mori in anxietate permittit. Dat. Kal. Ian. Constantinop., Flavio Belisario Viro Clarissimo Consule, Indictione decima tertia [535].

Const. II.

---

[1]) *Hal.*; ὁδὸν μάλιστα. ἐπείπερ *Scrimg., Bas.* — [2]) αὐτοῖς κεκοιμημένοις *Hal.* — [3]) ῥαθυμίᾳ *Hal.* — [4]) *Trid., Port.*; eis *om. Cont.* — [5]) *Trid., Port.*, administrabit *Cont.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ Β' [a]).

Περὶ τοῦ μὴ ἐπιλέγεσθαι τὰς δευτερογαμούσας γυναῖκας, καὶ περὶ ἄλλων κεφαλαίων. [ἔχει δὲ πρόφασιν ἡ διάταξις Γρηγορίαν τινά.]

(Coll. I. tit. 2.)

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἑρμογενεῖ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν νενομοθετηκόσι Ῥωμαίοις τῆς ἀεὶ νομοθεσίας ἀφορμὴν ἡ τῶν ἀναφυομένων πραγμάτων ἐδίδου ποικιλία, καὶ ἡμεῖς, τὸ νομοθετικὸν ἅπαν κατακοσμήσαντες τῆς πολιτείας μέρος, τὴν ὅλην σχεδὸν ἐπανόρθωσιν ποτὲ μὲν ἐπὶ ταῖς τῶν δεομένων προσαγγελίαις, ποτὲ δὲ ἐπὶ ταῖς δικασιικαῖς φοιτήσεσιν [1]) ἐποιησάμεθα. Καὶ πολλούς γε τῶν νόμων ἐντεῦθεν τοῖς ὑπηκόοις τοῖς ἡμετέροις ἐγράψαμεν, ὁποῖον δή τι καὶ νῦν ἀναστὰν εἰς τόνδε ἡμᾶς τὸν νόμον ἐκάλεσεν. §. 1. Γρηγορία γὰρ ἱκέτευσε, φήσασα συνῳκηκέναι πρῶην ἀνδρί, καὶ δύο ποιήσασθαι παῖδας, ἄρρενά τε καὶ θήλειαν, καὶ ἀποβαλεῖν μὲν τὸν συνοικήσαντα. πολλῆς δὲ παρὰ τοῦ παιδὸς πειρωμένη τῆς εὐνοίας, ᾠήθη χρῆναι μὴ καταλιπεῖν αὐτὸν ἀγέραστον, μηδὲ ἔξω τῆς προσηκούσης ἀφεῖναι τιμῆς. τοιγαροῦν τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, καίτοι δευτέροις οὕπω προσομιλήσασα γάμοις, ὅμως ἀποκατέστησε καὶ δέδωκε τῷ παιδί, οὐ μὴ ζῶν ὁ παῖς αὐτῇ διετέλεσεν, ἀλλ' ἅπεισιν ἐξ ἀνθρώπων, πρὶν εἰς δευτέρους ἐλθεῖν βουληθῆναι τὴν μητέρα γάμους. Καὶ ὅγε νόμος, ὅ τε ἀρχαῖος, ὅ τε ἡμέτερος, ἐκάλεσεν ἄμφω, τήν τε παῖδα, τήν τε μητέρα, πρὸς ἣν τοῦ νέου διαδοχήν. Καὶ εἴπερ τοῖς προτέροις ἡ μήτηρ ἐπέμενε γάμοις, οὐδὲν ἂν τὸ ζητούμενον ἦν. ἀλλ' ἡ μὲν εἰς ἀνδρὸς ἐπείγεται δευτέρου, τὴν μὲν χρῆσιν ἅπασαν ἔχουσα τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς. οὕτω γὰρ αὐτὴν καὶ ἐδεδώρητο, ἐφ' ᾧ τὴν μὲν χρῆσιν παρ' αὐτῇ μένειν, τὴν δεσποτείαν δὲ γενέσθαι παρὰ τῷ παιδί. τῆς δεσποτείας δὲ ἡ παῖς ἀντιλήψεσθαι πάσης ἀπειλεῖ, οὐ καθ' ὅσον κληρονομεῖ τοῦ ἀδελφοῦ, ἀλλὰ καθ' ὅσον ὁ πατὴρ ἐπιδέδωκε τῇ μητρί, φάσκουσα

Novella II.

NE MULIERES SECUNDO NUBENTES ELECTIONEM HABEANT, ET DE ALIIS CAPITIBUS. [OCCASIONEM AUTEM HUIC CONSTITUTIONI DEDIT GREGORIA QUAEDAM.]

Idem Imperator Hermogeni, gloriosissimo Magistro sacrorum officiorum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Et legislatoribus romanis, qui ante nos fuerunt, perpetuam leges ferendi occasionem emergentium causarum dedit varietas, et nos quoque, totam legislatoriam reipublicae partem ornantes, omnem ut adhiberemus correctionem tunc commoverunt nos ea, quae a supplicantibus ad nos deferuntur, tunc vero iudicum frequentes consultationes, atque hinc multas leges subditis nostris tulimus. Tale etiam est, quod nunc emersit, et nos ad hanc legem commovit.

§. 1. *Gregoria enim supplicavit, dicens, se olim viro nuptam duos suscepisse liberos, masculum et feminam, ac maritum extulisse. Quum vero magnum filii amorem experta esset, cum non sine praemio relinquendum, nec debito honore privandum esse existimavit. Quamobrem donationem ante nuptias, licet nondum contractis secundis nuptiis, restituit tamen atque dedit filio. Filius illi non supervixit, sed antequam mater secundas nuptias inire vellet, e vita excessit, atque hic tam vetus quam nostra lex utramque, et filiam et matrem, ad minoris successionem vocavit. Et siquidem mater secundas nuptias non contraxisset, nulla foret quaestio. Sed illa secundo viro nupsit, omnem usumfructum donationis ante nuptias habens; ita enim illam dederat, ut usufructus quidem apud eam maneret, filius vero proprietatem haberet. Filia vero omnem proprietatem se vindicaturam minatur non quatenus fratri heres esset, sed quatenus pater matri dedisset, inquiens, matri secundas nuptias contrahenti nullum ius competere pro prietatem donationis habendi, quacunque sit ratione. At mater eam non amplius antenuptialem donationem, sed bonis filii iam permixtam esse affirmabat, et quum here-*

Gl. Const. II.

DE NON ELIGENDO SECUNDO NUBENTES MULIERES, ET ALIENATIONE, ET LUCRO ANTENUPTIALIS DONATIONIS, ET DE SUCCESSIONIBUS EARUM, ET FILIIS SUIS.

(Coll. I. tit. 2.)

Imperator Iustinianus Aug. Hermogeni, gloriosissimo Magistro sacrorum Officiorum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. Et ante nos legislatoribus romanis continuam legislationis occasionem emergentium causarum dabat varietas, et nos, omnem partem legislationis ordinantes [2]) reipublicae, cunctam paene correctionem aliquando quidem pro egentium interpellationibus, aliquando vero in iudicialibus quaestionibus celebravimus, et multas leges hinc subiectis nostris conscripsimus, quale est, quod etiam nunc emergens ad hanc nos vocavit legem. §. 1. Gregoria enim supplicavit, dicens, habuisse se dudum virum, et duos fecisse filios, masculum et feminam, et extulisse quidem maritum, plurimumque [3]) a filio experta favorem existimavit oportere, ne reliqueret eum sine remuneratione, nec extra competentem honorem dimitteret. Igitur antenuptialem donationem, licet non veniens ad secunda vota, tamen restituit et dedit filio, qui tamen non vivens ei permansit, sed abiit ex hominibus, antequam ad secundas venire vellet nuptias mater. Et lex tam antiqua quam nostra vocavit ambas, et filiam et matrem ad minoris successionem. Et si quidem in prioribus mater nuptiis permansisset, nulla quaestio fuerat, sed illa quidem ad virum descendit secundum, usumfructum, qui fuerat, omnem habens antenuptialis donationis; sic enim eam etiam omnem donavit, ut usus quidem apud eam remaneret, pro

---

[a]) *Scrimg.; deest ap. Hal. — Iulian. Const. 2. Versio est vetus glossata.*

[1]) *Cod. Vat. ap. Homb.; Cod. Ven. cf. Heimbach in: Zeitschr. f. g. R. VIII. p. 340.; Scrimg. Veterem interpretem ζητήσεσιν legisse putat Homb. —* [2]) *Trid., Port.; ornantes Cont. —* [3]) *Trid., Port.; plurimum vero correxit Cont.*

σχουσα μηδεμίαν παρρησίαν ἔχειν τὴν μητέρα δευτέροις ὁμιλοῦσαν γάμοις τὴν δεσποτείαν ἔχειν τῆς δωρεᾶς καθ' οἷον δήποτε λόγον. Ἀλλ' ἡ μήτηρ οὐκ ἔτι τοῦτο προγαμιαίαν εἶναι δωρεὰν παντελῶς ἀξιοῖ, συναναμεμίχθαι δὲ ἤδη τοῖς πράγμασι τοῦ παιδός, καὶ ὡς κληρονομίας, ἀλλ' οὐχ ὡς δωρεᾶς οὔσης ἔτι, προσήκειν αὐτῇ τοῦ ἐξαουγγίου τὴν τε δεσποτείαν, τήν τε χρῆσιν ἔχειν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἀμφισβητεῖται, ἀλλὰ καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ κλήρου τοῦ ἀδελφοῦ πρὸς αὐτὴν ἡ παῖς διαμάχεται, τῆς μὲν μητρὸς ἀξιούσης αὐτοῦ κληρονομεῖν κατὰ τὴν ἡμίσειαν μοῖραν (καθ' ἣν αὐτὴν ἡμεῖς ἐπὶ [1]) τὸν κλῆρον τοῦ παιδὸς καλοῦμεν, μιᾶς οὔσης ἀδελφῆς τῷ τελευτήσαντι παιδί, τῆς μετ' αὐτῆς καλουμένης), τῆς δὲ παιδὸς ἔχεσθαι τοῦ κλήρου τοῦ ἀδελφοῦ μάλα ἰσχυρῶς ἐκ τῶν ἔμπροσθεν νενομοθετημένων ἐνισταμένης, φασκούσης τήν γε μητέρα, εἰ μὲν δευτέροις μὴ ὁμιλήσειε γάμοις, ὀρθῶς ἀντιποιεῖσθαι τοῦ κλήρου τοῦ παιδός, ἀφικνουμένην δὲ εἰς ἀνδρὸς ἑτέρου, πάντων ἀφαιρεῖσθαι τῶν, ὅσα ἐκ τῆς πατρῴας οὐσίας ὁ παῖς ἐκτήσατο, ὡς εἴγε μετὰ τὸν δευτερον γάμον ὁ παῖς ἐτελεύτησε, καὶ τῆς ὅθεν δήποτε κτηθείσης αὐτῷ περιουσίας ἑαυτὴν ἂν γενέσθαι κυρίαν, τοῦτο τῶν διατάξεων ἀμφοτέρων βουλομένων, αἳ τὰ τοιαῦτα διακρίνουσιν. Ἡ δέ γε μήτηρ μάλιστα μὲν ἀπηνῶς ἔχειν τὰς διατάξεις ἐκείνας, καὶ ἀναξίως τῶν φιλανθρώπων ἡμῶν ἰσχυρίζεται χρόνων. πλὴν ἀλλὰ χρῆται τῇ παρ' ἡμῶν τεθείσῃ διατάξει, λέγουσα ταύτην οὐχ ὑποδιαιρεῖσθαι ταῖς διατάξεσι ταῖς πρώταις, οὐδὲ τας μὲν οὔπω πρὸς ἀνδρὸς ἐλθούσας δευτέρου μητέρας μετὰ τῶν παίδων καλεῖν, τὰς δὲ δευτέροις ὁμιλησάσας γάμοις, οὐκ ἔτι. ἐνταῦθα δὲ καί τι ξένον ὑπεῖναι. ἑαυτὴν γὰρ φιλοτιμίαν εἰς τὸν παῖδα ποιουμένην προφάσει τῆς ἐπιλογῆς, ἀντιδωρεὰν μᾶλλον εἰληφέναι δοκεῖν, ἥπερ ἁπλῶς οὕτω κέρδος ἀσυλλόγιστον ἔχειν. Ταῦτα ἡμεῖς ἐπὶ πολὺ κατεξετάσαντες, καὶ τὴν ὅλην τῶν τοιούτων ἐπιλογῶν τε καὶ κληρονομιῶν θεωρίαν ἀνασκοπούμενοι, δεῖν ᾠήθημεν κοινὸν ἐπὶ τούτοις γράψαι νόμον, καθ' ὃν καὶ ἡ παροῦσα ζήτησις δέχεται πέρας.

hereditas, non vero donatio amplius sit, aequum esse, ut tam proprietatis, quam ususfructus sex uncias habeat. Neque de eo solum dubitabatur, sed de ipsa quoque hereditate fratris filia cum illa contendebat, matre, ut ex dimidia parte illi heres esset, petente, ex qua ad hereditatem filii ipsam vocavimus, si frater defunctus unam habeat sororem, quae cum ipsa vocetur, filia vero, ut fratris hereditatem ex legibus ante latis obtineret, etiam atque etiam instante, et dicente, matrem, siquidem secundas nuptias non contraxisset, recte sibi hereditatem filii vindicare, quum vero secundo viro nupsisset, omnibus illis privari, quae ex paternis facultatibus filius acquisivit, ita ut filio post secundas nuptias mortuo ipsa bonorum undecunque illi quaesitorum domina facta fuisset, volentibus id ambabus illis constitutionibus, quae ea decernunt. Mater vero constitutiones illas admodum duras et humanitate nostri temporis indignas esse asseverabat; quin utebatur lata a nobis constitutione, dicens, hanc non limitari constitutionibus prioribus, neque eam matres, quae secundas nuptias nondum inierint, cum liberis vocare, illas vero, quae ad secunda vota transierint, non item; aliquid absurdi quoque hic subesse; se enim, quae liberalitatem in filium per electionem contulerit, videri remunerationem potius accepisse, quam simpliciter lucrum sine ratione habere. Haec nos saepe examinantes, omnemque harum electionum et hereditatum theoriam considerantes, communem de his legem scribendam esse putavimus, ex qua haec etiam quaestio deciditur.

Κεφ. α'.

Συνειδόμεν τοίνυν μὴ συγχεχυμένον τοῦτο τὸ περὶ τῶν ἐπιλογῶν καὶ ἀδιάκριτον καταλιπεῖν, ἀλλὰ τοιαύτην δοῦναι τῷ πράγματι τάξιν, ὥστε τῆς μητρὸς ἅπαξ εἰς δευτέρους γάμους ἐλθούσης κέρδος εὐθὺς ὁπάντων τῶν παίδων τὴν δεσποτείαν τῆς προγαμιαίας γί-

Cap. I.

Quare electiones illas nec confusas, nec indistinctas relinquere, sed hanc rem ita ordinare nobis visum est, ut matre semel secundas nuptias contrahente omnes liberi proprietatem donationis ante nuptias statim lucrifaciant, neque ullo modo matri quosdam ex liberis eli-

proprietas autem fieret apud filium. Omnem vero proprietatem filia percipere minabatur, non secundum quantum heres erat fratris, sed secundum quantum pater dederat matri, dicens, nullam fiduciam habere matrem ad secunda vota migrantem, proprietatem habere donationis quacunque ratione. Verum mater nequaquam hoc antenuptialem esse donationem omnino affirmabat, sed permixtam iam rebus filii, et tanquam hereditatis, non adhuc tanquam donationis exsistentis, competere ei sex unicarum et proprietatem et usum habere. Et non solum hoc dubitabatur, sed etiam de ipsa hereditate fratris contra eam filia reluctabatur, matre quidem petente eius hereditatem pro media parte, secundum quam eam nos ad hereditatem filii vocavimus una exsistente sorore, morienti vero filio [2]), cum ea vocata, filia vero obtinere hereditatem fratris valde fortiter ex prioribus sanctionibus insistente, et dicente, quia mater, si quidem ad secundas nuptias non venisset, recte vindicaret hereditatem filii, venientem vero ad virum alterum, omnino privari iis, quae ex paterna substantia filius acquisivit, quia si post secundas nuptias filius mortuus esset, undecunque acquisita esset ei substantia, ipsa esset domina, haec constitutionibus ambabus volentibus, quae talia decernunt Mater quidem valde crudeliter habere constitutiones illas, et indignas [3]) clementia nostrorum temporum affirmabat, veruntamen usa est a nobis posita constitutione, dicens, hanc non subdi constitutionibus prioribus, atque matres quidem nondum ad virum secundum venientes cum filiis vocari, quae vero secundis copulantur nuptiis, nequaquam; hic autem etiam aliquid adesse peregrinum; se enim in filium largitatem conferentem occasione electionis rursus donationem [4]) potius recepisse videri, quam sic simpliciter lucrum irrationabile habere. Haec nos diu perscrutantes, et omnem talium electionum et hereditatum contemplationem considerantes, oportere credidimus communem super his scribere legem, secundum quam et praesens quaestio suscepit terminum.

Cap. I. Prospeximus itaque non confusum hoc de [5]) electionibus indiscretumque relinquere, sed huiusmodi

---

[1]) *Cod. Ven. cf. Heimbach l. c.; eodd. Meerm. et Zuich., Vulg.*; ἡμεῖς καὶ τὸν κλῆρον *Cod. Vat. ap. Homb., Scrimg.* — [2]) *Trid, Port., Cont.*; *particulam* vero *Cont. uncis inclusit, eamque in marg. ed.* 59. *a veteribus libris mss. abesse scripsit.* — [3]) *Ita correxit Cont. ex Graeco*, dignas *Trid.* — [4]) *Trid.*; de donatione *Cont.* — [5]) *Trid., Port.*; de *om. Cont.*

γίνεσθαι δωρεᾶς, καὶ μηδεμίαν ἄδειαν εἶναι τῇ μητρὶ τοὺς μὲν τῶν παίδων ἐπιλέγεσθαι, τοὺς δὲ ἀτιμάζειν, διότι πάντας ὁμοῦ τοῖς δευτέροις ὕβρισε γάμοις. Ὥςτε καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡ δεσποτεία τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ὅλη πρὸς τὴν παῖδα παραγενήσεται, τῆς χρήσεως παρὰ τῇ μητρὶ μέχρι περίεσει φυλαττομένης. Καὶ κατὰ τὴν ἡμετέραν διάταξιν, εἰ μὲν ἡ μήτηρ προαπέλθοι, τῇ παιδὶ τῆς ὅλης προγαμιαίας δωρεᾶς ἁρμοζούσης, εἰ δὲ ἡ παῖς, μένειν μὲν παρὰ τῇ μητρὶ τὸ ἐκ τοῦ τῆς ἀπαιδίας συμφώνου κέρδος, τὸ δὲ λοιπὸν εἶναι τῆς παιδός, καὶ τελευτῶσαν τοῦτο παραπέμπειν εἰς τοὺς αὐτῆς κληρονόμους, εἴ τινες ἐκ τοῦ νόμου καλοῖντο.

eligere, quosdam vero postponere liceat, quia omnibus simul per secundas nuptias iniuriam intulit. Quam etiam ob rem in praesenti tota proprietas donationis ante nuptias ad filiam perveniet, et usufructus matri quoad vivet conservetur. Atque secundum constitutionem nostram, siquidem mater praemoriatur, tota donatio propter nuptias filiae competat, sin vero filia, lucrum ex pacto orbitatis apud matrem maneat, reliquum vero filiae cedat, eaque moriens ad heredes suos, si qui e lege vocantur, id transmittat.

Κεφ. β'.

Τὸ δὲ γινόμενον μὲν ἀεί, ῥητῷ δὲ οὔπω νόμῳ διωρισμένον, τοῦτο εἰς καλὴν παραύξησίν τε καὶ παρενθήκην δίδομεν τῷδε τῷ νόμῳ. Εἰ γὰρ οὐ παιδὶ τυχόν, ἀλλά τινι τῶν ἔξωθεν ἡ μήτηρ ἔτι δευτέρων ἄπειρος οὖσα γάμων μοῖράν τινα τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς, ἤ τι πρᾶγμα ἐξ αὐτῆς, ἢ καὶ πᾶσαν δωρήσεται, ἢ κατ' ἄλλον τυχὸν ἐκποιήσει τρόπον, εἶτα ὕστερον εἰς ἀνδρὸς φοιτήσειε δευτέρου, πρόδηλον, ὡς τῷ ἐπιγινομένῳ δευτέρῳ γάμῳ τὸ τῆς ἐκποιήσεως ἀναιρεθήσεται, καὶ οὐδὲ αὐτὸ πᾶσι τρόποις, ἀλλ' ἐν μετεώρῳ καὶ τὰ τῆς ἐκποιήσεως καὶ τὰ τῆς ἀναιρέσεως μενεῖ. εἰ μὲν γὰρ μείναιεν περιόντες οἱ παῖδες, ἀναιρεθήσεται καθάπαξ τὸ γινόμενον, τοῦ νόμου τὴν δεσποτείαν τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς εἰς τοὺς παῖδας ἄγοντος, καὶ οὐδὲν ἐπιστρέφομένου τῆς γυναικός, εἴ τι πράξειεν ἐπὶ βλάβῃ τῶν παίδων. εἰ δὲ προτελευτήσαιεν ἅπαντες τῆς μητρός, μένειν τὸ συνάλλαγμα βέβαιον, οὐκ εἰς ὁλόκληρον, ἀλλὰ κατὰ τοῦτο δὴ τὸ ἐξ ἀπαιδίας σύμφωνον, ὅπερ ἡμεῖς εἰςηγησάμεθα πρῶτοι, καὶ νενομοθετήκαμεν ἐναγχος τὸν περὶ τούτου γράψαντες νόμον. Καὶ κατά τινα μὲν μοῖραν ἔσται τὸ συνάλλαγμα βέβαιον, κατά τινα δὲ ἄκυρον ἀποφανθήσεται, τουτέστι κατὰ μὲν τὸ μένον παρὰ τῇ μητρὶ προφάσει τοῦ ἐξ ἀπαιδίας συμφώνου κρατήσει, κατὰ δὲ τὸ παραπεμπόμενον εἰς τοὺς τοῦ παιδὸς διαδόχους ἄκυρον ἔσται, ὡς, εἴγε ἡ μήτηρ μόνη τῷ παιδὶ διάδοχος εὑρεθείη, τὸ πᾶν αὐθις κύριον ἔσται. §. 1. Ἐπειδὴ δὲ αἱ κατὰ τῶν δευτερογαμούντων ποιναὶ κοιναὶ καὶ ἀνδρός εἰσι καὶ γυναικός, καὶ ὁ μὲν ἐν τῇ προικὶ πρὸς δευτέρους ἐλθὼν γάμους κινδυνεύσει, ἡ δὲ ἐπὶ τῇ πρὸ γάμων ἤτοι διὰ τοὺς γάμους δωρεᾷ, καὶ ὁ νόμος οὗτος ἑφ' ἑκατέρου κείσθω προσώπου, καὶ ταῦτα

Cap. II.

Quod autem semper quidem contingit, expressa vero lege nondum determinatum est, pulchri incrementi et accessionis loco huic legi adiicimus. Nam si forte mater, quae secundas nuptias nondum iniit, non filio, sed extraneo alicui partem aliquam donationis propter nuptias, vel rem quandam ex ea, vel etiam totam donaverit aut forte alio modo alienaverit, deinde secundas nuptias contraxerit, manifestum est, alienationem supervenientibus secundis nuptiis infirmari, idque non simpliciter, sed tam alienationem quam infirmationem in suspenso manere. Si enim superstites maneant liberi, irritum omnino erit quod factum est, quum lex proprietatem donationis propter nuptias in liberos transferat nec ad mulierem, an in damnum liberorum quid egerit, respiciat. Sin vero omnes ante matrem moriantur, patet, contractum manere firmum, non in totum, sed quoad pactum orbitatis, quod nos primi introduximus, e' paulo ante legem de ea re scribentes sancivimus. Atque ex parte firmus erit contractus, ex parte vero irritus apparebit, hoc est quantum ad id, quod ex pacto orbitatis apud matrem manet, valebit, quoad illud vero, quod ad successores filii transmittitur, irritus erit. Quodsi mater sola filio succedat, totus rursum firmus erit.

§. 1. *Quia vero secundo nubentium poenae communes sunt viro et mulieri, ille quidem, quando ad secundas nuptias venit, de dote, haec vero de donatione ante vel propter nuptias periclitabitur. Et haec lex in utramque personam lata sit, et tam de electione, quam de alienatione et lucro haec sancita sint.*

Cap. III.

modi dare ordinem causae: matre semel ad secundas nuptias veniente lucrum mox omnium filiorum proprietatem antenuptialis [1]) fieri donationis, et nullam esse licentiam matri alios quidem filiorum eligere, alios autem exhonorare, quoniam omnibus simul secundis nuptiis fecit iniuriam. Quapropter et in praesenti proprietas antenuptialis donationis tota ad filiam veniet, usu apud matrem, donec advivet, servando. Et secundum nostram constitutionem, si quidem mater praemoriatur, filiae tota antenuptialis donatio competit, si vero filia, manet quidem apud matrem lucrum ex pacto non exsistentium filiorum, reliquum vero erit filiae, et moriens hoc transmittet ad suos heredes, qui ex lege vocantur.

Cap. II. Hoc autem quod fit quidem semper, expressim vero nondum lege determinatum est, hoc ad melius incrementum et interpositionem damus huic legi. Nam si non filio forte, sed alicui extraneo mater adhuc secundas non experta nuptias partem quandam antenuptialis donationis, aut aliquam rem ex ea, vel totam donet, aut per alium forte alienet modum, deinde ad maritum veniat secundum, palam est, quia supervenientibus secundis nuptiis alienatio evacuatur, nec hoc omnibus modis, sed in suspenso et alienatio et evacuatio manet. Nam si manserint superstites filii, evacuabitur omnino quod factum est, lege proprietatem antenuptialis donationis ad filios deducente, et non respiciente mulierem, si quid egerit in laesionem filiorum. Si vero praemoriantur omnes matris filii, erit contractus firmus non in totum, sed secundum pactum non exsistentium filiorum; quod nos introduximus primi, et statuimus nuper de hoc scribentes legem. Et secundum quandam quidem partem erit contractus firmus, secundum quandam vero infirmus apparebit, hoc est secundum hoc quidem, quod permanet apud matrem occasione pacti filiorum non exsistentium, valebit, secundum hoc vero, quod transmittitur ad filii successores, infirmus erit, ut, si mater sola filio succedens inveniatur, omnis contractus rursus firmus erit. §. 1. Quia vero contra binubos poenae communes et viri sunt et mulieris, ille quidem in dote ad secundas venions nuptias periculum sustinebit, haec autem in antenuptiali seu propter nuptias donatione. Et

[1]) Veniente usum mox tantummodo eius filiorum proprietate manente antenuptialis *Trid.*, *Port.*

ταῦτα καὶ περὶ τῆς ἐπιλογῆς, καὶ περὶ τῆς ἐκποιήσεως, καὶ περὶ τοῦ κέρδους νενομοθετεῖσθω.

Κεφ. γ'.

Ὑπολοίπου τοίνυν ὄντος σκέψασθαι τὰ περὶ τῶν κλήρων τῶν παίδων, ὑπὲρ οὗ καὶ τὸ παρὸν ἀμφισβητεῖται, δεῖν ᾠήθημεν γενικῷ νόμῳ τῇ τε παρούσῃ ζητήσει διαιτῆσαι, ταῖς τε ἐφεξῆς κινηθησομέναις ἁπάσαις δοῦναι τομήν. Καὶ θεσπίζομεν, τὰ ἄλλα πράγματα τὰ μετὰ τὴν πρὸ γάμου δωρεὰν εἰς τοὺς παῖδας ἀφιγμένα, εἰ μὲν ὁ παῖς, ἄῤῥην ἢ θήλεια τυχόν, διαθοιτο κατὰ τὸν νόμον, χωρεῖν ἐπὶ τοὺς γεγραμμένους κληρονόμους (ἐνταῦθα τῆς μητρὸς οὐ κωλυομένης γράφεσθαι παρὰ τοῦ παιδὸς κληρονόμου, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ τῆς διαθήκης αὐτῇ δίδομένων δικαίων, εἴτε ὁ παῖς αὐτὴν παραλείποιεν, ἢ καὶ ἀλόγως ἀποκληρονόμον ποιήσηται, φυλα ομένων), εἰ δὲ ἀδιάθετος τελευτήσειε, τῆς ἐκείνου μοίρας, εἰ μὲν ἔχοι παῖδας ἰδίους, ἐπὶ τοὺς παῖδας ἀφικνουμένης, εἰ δὲ οὐκ ἔχοι μὲν παῖδας ἰδίους, εἴη δὲ τῶν ἀδελφῶν ἢ κλῆσις, καὶ τῆς μητρὸς ἅμα τοῖς ἀδελφοῖς κατὰ τὸ παρ' ἡμῶν νενομοθετημένον ἐπὶ τὸν κλῆρον ἐρχομένης, καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς ἐχούσης, εἴτε δευτέροις ὡμίλησε γάμοις, εἴτε καὶ μή. Οὐ γὰρ πικροτέρας τὰς ποινὰς κατὰ τῶν εἰς δευτέρου παραγινομένων ἀνδρὸς γυναικῶν ποιήσομεν, οὐδὲ ἐνιεῦθεν αὐτὰς εἰς ἀνάγκην καταστήσομεν πικρὰν καὶ τῶν ἡμετέρων ἀναξίαν καιρῶν, ὥστε δέει τῶν σωφρόνων γάμων, εἰ καὶ δεύτεροι καθεστήκοιεν, τούτους μὲν ἀποτρέπεσθαι, φοιτᾶν δὲ εἰς τινας ἀπηγορευμένας μίξεις, καὶ ἴσως καὶ πρὸς οἰκετῶν φθορὰς, καὶ ἐπειδήπερ οὐκ ἔξεστι νομίμως σωφρονεῖν, παρανόμως ἀσελγαίνειν. Οὐκέτι τοίνυν κρατεῖν βουλόμεθα οὔτε τὴν ἐν τῷ ε' βιβλίῳ [1]) τοῦ ἐπωνύμου τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας συντάγματος κειμένην διαταξιν, τὴν διορίζουσαν τὰ περὶ τῶν κλήρων τῶν παίδων, οὓς αἱ μητέρες δευτέροις ὁμιλοῦσαι γάμοις εἶδον προαπελθόντας, οὔτε τὴν ἐν τῷ ς' βιβλίῳ τοῦ αὐτοῦ συγγράμματος ὑπὸ τὸν τοῦ Τερτυλλιανίου τίτλον, τὴν περὶ τῶν γυναικῶν διαλεγομένην τῶν δευτέροις μὲν ὁμιλουσῶν γάμοις, πρὸ μέντοι τῆς δευτέρας ἀποβαλουσῶν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ καλείσθω πάντως ἡ μήτηρ μετὰ τῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὸν τοῦ παιδὸς κλῆρον, καὶ τοῦτον ἐχέτω βεβαίως, οὐδὲν ἐκ τῶν δευτέρων βλαπτομένη γάμων. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς ὑποκειμένης ζητήσεως, ἣ τὸν νόμον τοῦτον ἐκίνησε, κρατείτω, καὶ ἡ μήτηρ ἅμα τῇ παιδὶ διαδεχέσθω τὸν κλῆρον, ἢ καὶ διαδεξαμένη τοῦτον ἀναφαιρέτως ἐχέτω, οὐδὲν ἐκ τῆς ἐλπίδος τῶν δευτέρων βλαπτομένη γάμων, ἀλλὰ κυρία τούτου μετὰ τῆς παιδὸς καθάπαξ καθεστῶσα. Καλὸν μὲν γὰρ ἂν εἴη, καὶ ἐπαινετόν, καὶ ἄξιον εὐχῆς τὸ τὰς γυναῖκας οὕτω διακεῖσθαι σεμνῶς, ὡς

Cap. III.

Quum itaque reliquum sit, ut de hereditatibus liberorum videamus, qua de re etiam in praesenti casu est controversia, generali lege quaestionem hanc diiudicandam, quaeque in posterum moveri possunt omnes decidendas esse putavimus. Sancimus igitur, ut ceterae res, quae post donationem ante nuptias ad filios pervenerunt, siquidem filius vel filia secund legem testetur, ad scriptos heredes eniant (neque hic mater heres a filio scribi prohibeatur, sed iura quoque contra testamentum ipsi data, sive filius eam praeterierit, sive sine causa exheredaverit, salva maneant), sin vero intestatus decesserit, siquidem liberos habeat, pars illius ad liberos veniat, si vero nullos habeat liberos, fratvocentur, et mater cum fratribus secundum legem nobis latam ad hereditatem veniat, eamque firmiter retineat, sive secundas nuptias contraxerit, sive non. Neque enim poenas in mulieres secundo nubentes statutas acerbiores reddemus, neque ita ad duram et temporibus nostris indignam necessitatem redigemus, ut metu castarum nuptiarum, licet secundae sint, iis quidem abstineant, ad illicitas vero coniunctiones, et forsan etiam servorum stupra delabantur, ac, quum secundum leges castas esse non liceat, contra leges libidinose vivant. Quapropter neque eam constitutionem valere volumus, quae libro quinto Codicis, qui a nostra pietate nomen traxit, inserta est, quaeque ea definit, quae ad hereditates liberorum spectant, quos matres secundo nubentes ante se mortem obire viderunt, neque eam, quae est in libro sexto eiusdem operis sub titulo Tertulliani Scti, quae de mulieribus quidem secundo nubentibus, liberos autem ante secundas nuptias amittentibus disserit. Sed mater ad liberorum hereditatem cum fratribus omnino vocetur, eamque firmiter retineat nec quidquam damni ob secundas nuptias capiat. Atque hoc in proposita etiam quaestione, quae huic legi occasionem dedit, obtineat, et mater simul cum filia hereditatem adeat, vel si eam iam adierit, irrevocabiliter retineat, nec ob spem secundarum nuptiarum quidquam detrimenti patiatur, sed una cum filia illis plane domina sit. Pulchrum quidem esset, et laudandum, atque optandum, si mulieres ea essent castitate, ut, quae semel viro nupserunt, inviolatum defuncti torum servent, eamque mulierem admiramur et laudamus, nec procul a virginitate ponimus; sin vero non possit (nam iuvenem eam hoc pati verisimile est), nec impetum naturae sustineat, non punienda est hoc nomine, neque communes leges apostolicae ei interdicendae, sed honeste secundas nuptias contrahat, omnique libi-

Et haec lex in utraque sit posita persona, haec et de electione, et de alienatione, et de lucro sanciens.

Cap. III. Quum igitur reliquum sit cogitare de hereditatibus filiorum, pro quo etiam praesens est dubitatio, oportere credimus generali lege et praesentem quaestionem dirimere et determinare [2]), et in futuro movendis omnibus dare decisionem. Et sancimus, alias res post antenuptialem donationem ad filios venientes, si quidem filius masculus aut femina forte testetur, secundum legem venire ad scriptos heredes, hic matre non prohibita scribi a filio herede, sed etiam contra testamentum ei datis allegationibus, si forte filius eam praetermiserit, aut irrationabiliter, exheredatam fecerit. Si vero intestatus decesserit, illius partem [3]), si quidem habuerit filios proprios, ad filios venire, sin autem non habuerit quidem filios proprios, sit fratrum vocatio, et matris una cum fratribus (secundum quod a nobis sancitum est) ad hereditatem venientis, et eam firme habentis, sive ad secundas vellet venire nuptias, sive non. Nec enim maiores poenas adversus mulieres, quae ad secundas veniunt nuptias, facimus, neque ex hoc eas ad necessitatem deducimus amaram et nostrorum temporum indignam, ut metu castarum nuptiarum, licet secundae sunt, ab his quidem abstineant, et descendant ad quasdam interdictas permixtiones, et forsan ad servorum etiam corruptiones, et quoniam non licet legaliter caste vivere, contra leges luxurientur. Nequaquam igitur valere volumus neque in quinto libro Codicis cogno

---

[1]) *Codd. Maerm. I. II.; τῷ η' βιβλ. Scrimg. Est* i. 3. §. *ult. C. de secund. nupt.* (*V*, 9.). — [2]) *Port., Cont.* [3]) *Trid.; reservata illius parte Port.; reservante illius partem Cont.*; dirimere et *om. Trid* —

ὡς τὰς ἅπαξ εἰς ἀνδρὸς ἐλθούσας τηρεῖν ἄθικτον τῷ τελευτήσαντι τὴν εὐνήν, καὶ τήν γε τοιαύτην γυναῖκα καὶ θαυμάζομεν, καὶ ἐπαινοῦμεν, καὶ οὐ πόρρω τίθεμεν παρθενίας. Εἰ δὲ οὐκ ἰσχύει (καὶ γὰρ εἰκὸς καὶ νέαν αὐτὴν οὖσαν τοῦτο παθεῖν), οὐδὲ ἀντέχει πρὸς τὰς τῆς φύσεως ὁρμάς, οὐ κολασιέον αὐτὴν διὰ τοῦτο, οὐδὲ ἀπαγορευτέον αὐτῇ τῶν ἀποστολικῶν κοινῶν νόμων, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀνδρὸς ἑτέρου γάμον ἐλθεῖν σεμνῶς, καὶ ἀκολασίας ἀπεχέσθω πάσης, καὶ ἀπολαυέτω τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς. οὕτω γὰρ αὐτοὺς ἔτι μᾶλλον ἀγαπήσει, καὶ οὐχ ὡς τινας τῶν δυσμενῶν ὀψεται, ποιναῖς οὕτως ὑποβαλλομένη πικραῖς. Ὥσπερ γὰρ τοὺς πατέρας, εἴπερ εἰς δευτέρους ἔλθοιεν γάμους, οὐκ ἀποσιεροῖμεν τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς, οὐδέ τις ἐστὶ νόμος τοιοῦτό τι λέγων, οὕτως οὐδὲ τὰς μητέρας ἀφαιρησόμεν τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς [1]), εἴπερ αἱ μητέρες εἰς ἀνδρὸς ἔλθοιεν δευτέρου, κἂν εἰ πρὸ τῶν δευτέρων γάμων, κἂν εἰ μετὰ τοὺς δευτέρους οἱ παῖδες τελευτήσαιεν. ἐπειτοιγε ἐκ τῆς ἀτοπίας τοῦ νόμου, κἂν εἰ προαπέλθοιεν οἱ παῖδες ἅπαντες, μὴ καταλιπόντες παῖδας ἢ ἐγγόνους, οὐδὲν ἧττον ἡ τιμωρία μενεῖ, καὶ οὐ διαδέξεται τούτους ἡ μήτηρ, οὐδ' ἂν ἄπαιδες τελευτήσαιεν, ἀλλ' ἀπελαθήσεται τῆς αὐτῶν διαδοχῆς ἀπανθρώπως, μιᾶς μὲν ὠδινήσασα, μιᾶς δὲ ἐκθρέψασα, ταῖς τε διὰ τὸν ἔννομον γάμον ὑποβαλλομένη ποιναῖς, ἀλλὰ διαδέξονται αὐτοὺς τινες τῶν πορρωτέρω συγγενῶν, ἡ μήτηρ δὲ ἀλόγως ἐκβληθήσεται. ὥστε καὶ αὐτὴ διαδεχέσθω τοὺς παῖδας, καὶ ἔστω νόμος οὗτος φιλάνθρωπός τε καὶ πρᾶος, καὶ τὰς μητέρας ταῖς παισὶ διαλλάττων. Συνελόντες τοίνυν τόδε τοῦ νόμου τὸ μέρος θεσπίζομεν, ἐπειδήπερ τὴν μητέρα κατὰ τὸ ἔμπροσθεν εἰρημένον ὠμοιώσαμεν τῷ πατρί, τὰς μὲν ἐπὶ τῇ προγαμιαίᾳ δωρεᾷ καὶ αὐτὰς ὑπέχειν ποινάς, καθάπερ ὑπέχει καὶ ὁ πατὴρ ἐπὶ τῇ προικί, ἐπὶ δὲ τοὺς κλήρους τῶν παίδων ἀπραγμόνως ἐρχέσθωσαν ὅ τε πατήρ, ἥ τε μήτηρ, κατὰ τὰς ὑποκειμένας ἑφ' ἑκάστῳ θέματι ζητήσεις, ὥστε ὅπερ οἱ πατέρες ἔχουσιν, εἴτε εἰς δευτέρους ἔλθοιεν γάμους, εἴτε καὶ μή, τοῦτο καὶ αἱ μητέρες ἐχέτωσαν, καλείσθω τε ἡ μήτηρ πρὸς τὸν τοῦ παιδὸς κλῆρον, εἴτε ἤδη δευτέροις ὡμίλησε γάμοις, εἴτε καὶ ὕστερον ἔλθοι. §. 1. Τῆς δὲ προγαμιαίας δωρεᾶς εἰς δεύτερον ἐλθοῦσα συνοικέσιον,

libidine abstineat, et successione liberorum fruatur; sic enim etiam maiore eos complectetur amore, neque pro inimicis habebit, ut quae ita subiecta sit poenis acerbis. Quemadmodum enim patres, si secundas nuptias contrahant, non fraudamus successione liberorum, nec lex quaedam est, quae id dicit, ita nec matres successione liberorum privabimus, si matres secundo nubant, sive ante secundas nuptias, sive post eas liberi moriantur. Alioquin ex absurditate legis, etiamsi omnes liberi praemoriantur non relictis liberis aut nepotibus, nihilo minus poena maneret, nec mater iis succederet, etsi sine liberis moriatur, sed inhumaniter a successione eorum repelleretur, ut quae frustra pepererit, frustra quoque nutriverit, et poenis propter legitimas nuptias subiiciatur, succederent vero iis quidam ex remotioribus cognatis, at mater praeter rationem repelleretur. Quare et ipsa liberis succedat, atque haec lex benigna sit et mitis, et matres liberis concilhet. Ut igitur hanc legis partem comprehendamus, quoniam matrem, uti ante dictum est, patri exaequavimus, sancimus, ut ipsa easdem poenas in donatione ante nuptias ferat, quas pater in dote sustinet, ad hereditatem vero liberorum nullo negotio tam pater quam mater veniant, secundum propositas de quovis casu quaestiones. Unde quod patres habent, sive secundas nuptias ineant, sive non, hoc etiam matres habeant, et mater ad filii hereditatem vocetur, sive secundas nuptias iam contraxerit, sive postea contrahat.

§. 1. *Donatione vero propter nuptias, quae secundum iniit matrimonium, ne fruatur quidem quatenus filio*

gnominis [2]) nostrae pietatis positam constitutionem, decernentem de hereditatibus filiorum, quos matres ad secundas nuptias venientes viderunt praeobeuntes, neque in sexto libro eiusdem conscriptionis sub titulo Tertulliani, quae [3]) de mulieribus disputat secundis quidem nuptiis inictis, ante secundam tamen copulationem filios amittentibus, sed vocetur ad filii hereditatem modis omnibus mater cum fratribus, et hanc habeat firme, nihil ex secundis laedenda nuptiis. Quod et in subiecta quaestione, quae legem hanc movit, obtineat, et mater una cum filia succedat hereditati, aut etiam succedens hanc irrefragabiliter habeat, nihil ex spe secundarum laedenda nuptiarum, sed domina eiusdem hereditatis cum filia absolute consistens. Optimum itaque est, atque laudabile, et dignum oratione, ut mulieres ita se honeste tractent, quatenus quae semel ad virum venerunt, servent inviolatum morientium torum, et huiusmodi mulierem et miramur pariter, et laudamus, et non procul a virginitate ponimus. Sin autem non valuerit (quum forsitan et inventus hoc non patiatur [4])) nec possit contra fervorem naturae resistere, non est torquenda propter hoc, nec interdicendae sunt ei communes leges, sed ad viri alterius veniat nuptias honeste, et omni luxuria abstineat, et fruatur successione filiorum. Sic enim eos adhuc amplius diliget, et non quasi quosdam odibiles respiciet, poenis subdita sic amaris. Sicut enim patres, si ad secundas veniant nuptias, non fraudamus filiorum suorum successione, nec quaelibet est lex aliquid tale dicens, sic neque matres privabimus filiorum successione, si matres ad virum veniant secundum, licet ant nuptias secundas aut post secundas filii moriantur. Alioqui ex absurditate legis, licet praemoriantur filii omnes, non relinquentes filios aut nepotes, nihilominus supplicium manet, et non succedit eis mater, nec si sine filiis moriantur, sed inhumane ab eorum expellitur successione, frustra quidem pariens, frustra simul et nutriens, propter legales nuptias subiecta poenis, et succedent quidem illis aliqui ex longa cognatione, mater autem irrationabiliter expelletur. Quapropter et ipsa succedat filiis, et sit haec lex clemens et mitis, matres filiis concilians. Colligentes igitur huius legis partes sancimus, quoniam matrem (secundum quod iam dudum diximus) assimilamus patri in antenuptiali donatione, et ipsam sustinere quidem poenas, sicut sustinet pater in dote, in hereditatem autem filiorum sine tergiversatione veniant et pater et mater secundum subiectas utrique casui quae-

---

[1]) διαδοχῆς· οὐδέ τις ἐστὶ νόμος, εἴπερ *Scrimg. Sed haec verba, quae non habent Codd. Meerm. I. II. et Zuich. neque reddita sunt in Vulg., ex commate praecedente incuria descriptoris repetita dixit Homb.* — [2]) cognovimus *Trid.*; agnovimus *Port.*; *cf. Cuiac. Obss. VIII. 40.* — [3]) qui *Trid., Port.* — [4]) *Trid.*; iuvenis hoc non patiatur *Port., Cont.* „*Alias est sine* non *et utrumque legi potest, scil.* non patiatur *et* patiatur“, *verba sunt Glossae ideoque Spang. in nota:* „*In Vet. alias deleta negatione legitur:* cum forsitan et iuvenis hoc patiatur,“ *quod Graeco convenit.*

σιον, μηδὲ καθόσον κληρονομεῖ τοῦ παιδός, ἀπολαυέτω, ἀλλὰ τοῦτο τῶν παίδων ἔστω μόνον κέρδος αὐτοῖς παρὰ τοῦ νόμου δεδομένον, καὶ μὴ δοκοῦν εἶναι μέρος τοῦ κλήρου τοῦ παιδός, ἀλλ' ἔτι τὴν τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς οὐκ ἀποβάλλον φύσιν. Ἅπερ προσήκει κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῶν νῦν ἤδη χηρευουσῶν γυναικῶν, καὶ τοὺς οἰκείους διαδεξαμένων παῖδας, ἐν ᾧ μήπω δευτέροις προσῆλθον γάμοις, κἂν εἰ μετὰ ταῦτα προσέλθοιεν. Τὸ μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις ἔχον ὧδε τῷ παντὶ νενομοθετεῖσθω χρόνῳ.

filio heres est, sed haec liberis solum lucro cedat a lege iis data, nec pars hereditatis filii videatur, quum donationis ante nuptias naturam nondum amiserit. Atque haec etiam in iis obtinere debent, quae nunc iam viduae sunt, et liberis suis successerunt, necdum secundas nuptias inierunt, etsi postea ineant. Quod igitur de his rebus hic iam constituimus, id in perpetuum sancitum sit.

Κεφ. δ'.

Καὶ ἕτερον δὲ τῇ προφάσει τῶν δευτερογαμουσῶν γυναικῶν καὶ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς προσθεῖναι τοῖς ἔμπροσθεν καλῶς ἔχειν φήθημεν. Τῶν γὰρ προτέρων διατάξεων παρεχουσῶν ἐπιλογὴν τῇ γυναικὶ τῇ δευτέροις ὁμιλησάσῃ γάμοις, εἴτε βουληθεῖη λαβεῖν τὴν πρὸ γάμου δωρεάν, καθόσον ἐφίησι τὰ σύμφωνα, καὶ δοῦναι τοῖς παισὶν ἀσφάλειαν, ὡς τελευτῶσα ταῦτα ἀποκαθίσησιν, εἴτε οὐ δυνηθεῖη δοῦναι τὴν ἀσφάλειαν, ἢ μὴ βουληθεῖη τυχόν, μένειν μὲν τὰ πράγματα παρὰ τοῖς παισὶ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς, τελεῖν δὲ αὐτῇ τὸν [1]) ἀπὸ τρίτου μέρους τῆς ἑκατοστῆς τόκον, ἡμεῖς ἐκ τῆς τῶν ἀναφυομένων ζητήσεων ὁρμώμενοι ποικιλίας, ἐπειδήπερ εὕρομεν νέους ἐπὶ τούτῳ κινδυνεύοντας, τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς ἐν χρήμασιν [2]) οὔσης, κἀκείνους χρυσίον μὲν οὐκ ἔχοντας, ἀναγκασθέντας δὲ τὰ πατρῷα πωλῆσαι πάντα, ὅπως ἂν λυθείη τὸ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ὄφλημα, καίτοιγε ἐπ' αὐτοὺς κατὰ τὸν νόμον τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς ἐλευσομένης, διὰ τοῦτο φήθημεν χρῆναι τοιαύτην δοῦναι τῷ πράγματι τάξιν, ἵνα εἴ τις ἐπιδοίη πράγματα κατὰ προγαμιαίαν δωρεάν, εἰ μὲν ἅπαντα ἀκίνητα καθέσταικοι, μένῃ τούτων ἡ χρῆσις παρὰ τῇ μητρί, καὶ αὐτὴ ταῦτα ἐκλέγοι, καὶ μὴ παραιτοῖτο, μηδὲ ἀπατοίη τοὺς παῖδας ὑπὲρ τῆς τούτων ἀποτιμήσεως τόκον, ἀλλ' ἐπιμελοῖτό τε αὐτῶν, καθόσον ὁ νόμος δίδωσι τοὺς τῆς χρήσεως ὄντας κυρίους, φυλάττοι τε ταῦτα κατὰ τοὺς νόμους τοὺς παλαιοὺς τοῖς παισὶ περιοῦσιν, ἢ εἰ πάντες τελευτήσαιεν, κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον τοῦ μὲν ἐξ ἀπαιδίας κάσσου τῇ μητρί, τοῦ δὲ λειπο-

Cap. IV.

Aliud quoque occasione mulierum denuo nubentium et donationis ante nuptias prioribus adiiciendum putamus. Quum enim priores constitutiones mulieri secundas nuptias ineunti electionem concederent, utrum donationem propter nuptias, quatenus pacta permittunt, accipere, et liberis cautionem, se illa post mortem restituturam esse, praestare, an, si cautionem non possit aut forte nolit praestare, manere quidem donationem propter nuptias apud liberos, hos vero tertiam partem usurae centesimae sibi solvere velit, nos emergentium quaestionum varietate moti, quandoquidem minores in eo periclitari invenimus, quod, si donatio propter nuptias in pecuniis consistat, illi, si pecuniam non habeant, omnia paterna vendere cogantur ad debitum donationis propter nuptias solvendum, licet ad ipsos donatio ante nuptias secundum legem perventura sit, propterea negotium hoc ita definiendum iudicavimus, ut, si quis res propter nuptias donaverit, quae omnes immobiles sunt, earum ususfructus apud matrem maneat, ipsaque eas eligat, neque repudiet, neque a liberis pro earum aestimatione usuras exigat, sed illarum curam gerat, prout lex eos, qui domini sunt ususfructus, iubet, easque secundum veteres leges liberis superstitibus conservet, vel si omnes moriantur, secundum legem nostram tantum accipiat mater, quantum haberet in casu non exsistentium liberorum, reliquum vero heredibus liberorum servetur. Si vero tota donatio propter nuptias in pecunia forte vel aliis rebus mobilibus consistat, mater tertiam partem usurarum cum cautione iam definita accipiens a filiis pecuniam non exigat, nisi amplae sint

quaestiones. Proinde quod patres habent sive ad secundas venientes nuptias, sive non, hoc etiam matres habeant, vocaturque mater ad filii hereditatem, sive iam ad secundas venit nuptias, sive postea veniat. §. 1. Antenuptiali vero donatione ad secundum veniens consortium neque secundum quantum heres exsistet filii fruatur, sed hoc filiorum sit solum lucrum eis a lege datum, et non videatur esse pars hereditatis filii, sed adhuc antenuptialis donationis non abiicienda natura. Quae competit tenere etiam circa eas, quae nunc iam sunt viduatae mulieres, et propriis successerunt filiis, et quae nondum ad secundas veniunt nuptias, licet postea veniant. Quod igitur hic habetur, sic omni tempori sanciatur.

Cap. IV. Aliud vero quiddam occasione secundo nubentium mulierum et antenuptialis donationis adiicere prioribus bene se habere credidimus [3]). Priscis namque constitutionibus praebentibus electionem mulieri, quae ad secunda vota descendit, si vellet accipere ante nuptias donationem secundum quod ei permittunt pacta, et exponere filiis cautionem, quia moriens haec restitueret [4]), sive quum non valeret [5]) dare cautionem, aut nollet forte, manerent quidem res apud filios antenuptialis donationis, solverent autem ei etiam tertiam partem centesimae usurae, nos ex quaestionum emergentium varietate moti, quoniam invenimus minores in hoc periculum patientes, antenuptiali donatione in pecuniis exsistente, et alios aurum quidem non habentes, coactos autem omnia paterna vendere, quatenus exsolveretur antenuptialis donationis debitum, ad eos utique secundum legem antenuptiali donatione veniente, propterea indicavimus oportere hunc dari ordinem causae, ut, si quis contulerit res secundum antenuptialem donationem, si quidem omnes immobiles sint, maneat earum usus apud matrem, et ipsa eum colligat, et non respuat, neque exigat filios pro harum aestimatione usuras, sed et diligentiam earum habeat, sicut lex iubet usu quidem exsistentibus dominis, et custodiat eas secundum leges antiquas filiis superstitibus, aut, si omnes moriantur, secundum nostram legem [6]), in casum quidem non exsistentium filiorum matri, reliquum vero filiorum heredibus conservandum. Si autem omnis forte consistat in pecuniis aut aliis mobilibus rebus antenuptialis donatio, tertiam usurarum partem percipientem matrem cum cautione iam definita non exigere a filiis aurum, nisi forte idonea sit viri substantia, et habeat aurum, et argentum, et vestem, et quidquid conscriptum fuerit matri; tunc enim electionem matri dabimus, sive volnerit res percipere, et praebere cautionem, sive istam [7]), quam diximus, usuram accipere et secundum priores leges, et secundum nostram.

---

[1]) *mss. Meerm.*; τῶν *Scrimg.* — [2]) *Ita emendavit Cuiacius in h. n. expos.*; κτήμασιν *Scrimg., Meerm. I. II.* — [3]) *Trid., Port.*, credimus *Cont.* — [4]) restituet *Trid.* — [5]) *Trid.*; valet *Port., Cont.* — [6]) veterem *add. Trid. Port.* — [7]) *Trid., Port.*; iustam *Cont.*

πομένου τοῖς τῶν παίδων κληρονόμοις φυλαττομένου. Εἰ δὲ πᾶσα καθεσιήκοι τυχὸν ἐν χρήμασιν ἢ ἄλλοις κινητοῖς πράγμασιν ἡ προγαμιαία δωρεά, τὸ τρίτον τοῦ τόκου μέρος λαμβάνουσαν τὴν μητέρα συν τῇ ἤδη νενομοθετημένῃ ἀσφαλείᾳ μὴ ἀπαιτεῖν παρὰ τῶν παίδων χρυσίον, πλὴν εἰ μὴ ἄψοφος ἡ τοῦ ἀνδρὸς εἴη περιουσία, καὶ ἔχοι καὶ χρυσίον, καὶ ἄργυρον, καὶ ἐσθῆτα, καὶ εἴ τι καταγεγραμμένον ἦν τῇ μητρί. τηνικαῦτα γὰρ τὴν ἐπιλογὴν τῇ μητρὶ δώσομεν, εἴτε βούλεται τὰ πράγματα λαβεῖν καὶ δοῦναι τὴν ἀσφάλειαν, εἴτε καὶ τὸν εἰρημένον κομίζεσθαι τόκον κατά τε τοὺς ἔμπροσθεν νόμους, κατά τε τὸν ἡμέτερον. Εἰ δέ γε ἀναμὶξ εἴη τὰ πράγματα, καὶ ἡ δωρεὰ τὸ μὲν ἐν χρήμασι, τὸ δὲ ἐν ἀκινήτοις ἔχοι πραγμασι, τὰ μὲν ἀκίνητα πάντως μένειν παρὰ τῇ μητρὶ διὰ τὸ τὴν ἀποτροφὴν ἔχειν ἐκεῖθεν, ἐπὶ δὲ τοῖς κινητοῖς ταῦτα κρατεῖν, ἅπερ ἐνομοθετήσαμεν ἔμπροσθεν, εἴπερ ἐτύγχανεν ἐν κινητοῖς πάντα τὰ τῆς πρὸ γάμου δωρᾶς καθεσιῶτα.

Κεφ. ε'. [a])

Κἀκεῖνό γε μὴν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀμυδρῶς μὲν νομοθετηθέν, σπανίως δὲ ἐν δικαστηρίοις ἐξητασμένον ᾠήθημεν χρῆναι νόμῳ τε σαφεῖ περιλαβεῖν, καὶ παραδοῦναι τῇ χρήσει, καὶ καταστῆσαι [1]) εἰς τὰ δικαστήρια πρὸς κοινὴν ἀποχεισόμενον [2]) βοήθειαν. Εἰ γὰρ συναφθεῖέν τινες ἀλλήλοις ἐπὶ προικὸς καὶ προγαμιαίας δωρεᾶς συμβολαίοις, εἶτα ὁ μὲν ἀνὴρ προγαμιαίαν ἐπιδοίη δωρεάν, ἡ δὲ γυνὴ ἐπειςενέγκοιτο [3]) προῖκα, ἡ αὐτὴ παρεσχημένη [4]) ταύτην, ἢ δόντος πατρὸς ἢ τῶν τινος ἔξωθεν, εἶτα φανείη παρ' ὅλον τὸν τοῦ γάμου καιρὸν ἡ προῖξ μὴ δοθεῖσα τῷ συνοικήσαντι, ἀλλ' ἀνασχόμενος ἐκεῖνος εἴη τῶν τοῦ γάμου βαρῶν, καὶ ὁ γάμος θανάτῳ τοῦ ἀνδρὸς διαλυθείη, οὐκ ἂν εἴη [5]) δικαία παντελῶς ἡ γυνὴ προῖκα μὴ δοῦσα τῷ συνοικήσαντι τὴν προγαμιαίαν δωρεὰν λαβεῖν. Εἰ δὲ καὶ μὴ εἰς ὁλόκληρον δοίη, καὶ αὐτὴ κατὰ τοσοῦτον ἀπαιτείτω τὴν δωρεάν, καθ' ὅσον δοίη [6]) τὴν προῖκα (ἰσότητος γὰρ ἐσμὲν καὶ δικαιοσύνης ἐρασταί, καὶ ταύτην ἐν ἅπασί τε τοῖς ἄλλοις καὶ πρὸς γε ἐν τοῖς συνοικεσίοις βουλόμεθα κρατεῖν), ὥστε ἡ μηδ' ὁτιοῦν ἐπιδοῦσα μηδ' ὁτιοῦν λαμβανέτω, ἡ δὲ ἔλαττον, ἥπερ ὡμολόγησε, δοῦσα τοσοῦτον ἀπολαμβανέτω μόνον, ὅσον ἐπέδωκε. καὶ ἔστω καὶ αὕτη καλὴ τῷ παρόντι νόμῳ προσαύξησις, πολλὰ τῶν ἀεὶ μὲν ἀμφισβητουμένων, μόλις δὲ νῦν εἰς νομοθεσίαν καταχθέντων διακρίναντι. Τοῦτον δὲ κρατεῖν βουλόμεθα τὸν νόμον ἐπί τε τοῦ δόντος αὐτῷ τὴν ἀρχὴν θέματος, ἐπί τε τῶν ἐν δικαστηρίοις ἠρτημένων, ἐπί τε τῶν ἐφεξῆς γενησομένων ἁπάντων.

Ἐπί-

sint viri facultates, atque aurum, argentum, vestem, et si quid aliud matri assignatum fuit habeat. Tunc enim optionem matri dubimus, utrum res capere et cautionem praestare, an vero dictas usuras tam secundum priores leges, quam secundum nostram velit accipere. Quodsi permixtae sint res, et donatio partim in pecuniis, partim vero in immobilibus rebus consistat, immobilia quidem omnino apud matrem maneant, ut exinde alimenta habeat, in mobilibus vero quae ante sanciuimus obtineant, si tota donatio ante nuptias in mobilibus consistat.

Cap. V.

Illud quoque, quod in prioribus legibus obscure quidem sancitum, raro autem in iudiciis examinatum est, perspicua lege complectendum, et in usum revocandum, atque in iudicia deducendum putavimus, ut in commune auxilium ferat. Si enim matrimonium quidam ineant dotis et donationis ante nuptias instrumentis confectis, ac vir quidem donationem propter nuptias constituat, mulier vero dotem inferat, et vel ipsa eam constituat, vel pater aut extraneus aliquis det, deinde per totum matrimonii tempus marito dotem non solutam esse, ipsum vero onera matrimonii sustinere appareat, et matrimonium morte viri solvatur, nequaquam iustum erit, mulierem, quae marito dotem non dedit, donationem ante nuptias accipere. Quodsi totam non dederit, ipsa quoque donationem eatenus petat, quatenus dotem dedit. Aequalitatis enim et iustitiae amatores sumus, eamque tum in aliis omnibus, tum in matrimoniis etiam obtinere volumus. Quare quae plane nihil dedit, nihil etiam accipiat, quae vero minus dedit, quam promisit, tantum recipiat solum, quantum dedit, sitque et hoc praesenti legi pulchrum augmentum, multa, quae in dubium quidem semper vocata, vix autem nunc lege sancita fuerunt, decidenti. Atque hanc legem tam in casu, qui illi ortum dedit, quam iis, quae in iudiciis pendent, atque omnibus, quae in posterum contingent, obtinere volumus.

Epi-

nostram. Si vero permixtae sint res, et donatio ante nuptias alind quidem in pecuniis, aliud vero in immobilibus habeat rebus immobilia quidem modis omnibus manere apud matrem, ut alimentum habeat inde, porro de mobilibus haec valere, quae sancivimus prius, si essent in rebus mobilibus omnia antenuptialis donationis consistentia.

Cap. V. Illud quoque dudum acerbe quidem sancitum, raro autem in iudicio examinatum existimamus oportere clara lege complecti, et tradere usui, et deducere ad iudicia, pro communi positum adiutorio. Si enim coniungantur aliqui alterutris cum dotis et antenuptialis donationis documentis, deinde vir quidem antenuptialem donationem praebeat, mulier autem scribat dotem, aut ipsa praebente eam aut dante patre aut quolibet extraneo, postea appareat matrimonii tempore dos non data marito, sed sustineat onera matrimonii, et matrimonium morte viri solvatur, non est iustum omnino, mulierem dotem non dantem [7]) marito antenuptialem accipere donationem. Sin autem etiam non totam dedit dotem, et ipsa pro tanto exigat donationem [8]), in quantum dederit dotem, aequalitatis enim et iustitiae amnus amatores, quam quidem in omnibus aliis, et in consortiis volumus obtinere. Quapropter quae mulier nil omnino dat, nil omnino percipiat, quae vero minus, quam professa est, dedit, tantum recipiat solum, quantum obtulit, sitque etiam hoc optimum in praesenti lege incrementum, plurima decernente, quae semper in dubitatione sunt, vix autem modo ad legislationem deducta. Hanc autem valere volumus legem et in casu dante ei principium, et in pendentibus litibus, et in omnibus de cetero provenientibus.

Epi-

[a]) *Hoc cap. receptum est in Bas. XXVIII.* 13. 1. *Schol. c. ibique cum adiunctum esset Novellae* 91., *in hanc apud Hal. irrepsit, cf. Psell. p.* 10.

[1]) *Scrimg., Meerm. I. II.;* καταγειν *Hal.;* καταγεῖν *Bas.* — [2]) *Hal., mss. Meerm., Zuich., Bas.;* ὑποχειμένου *Scrimg., Leunclav. Notat. II.* 239.: „*Basilica verbum integrius restituunt legendo:* ἀποβησάμενον." — [3]) *Scrimg., Codd. Meerm.;* ἀπενεγγράφοιτο *Hal.;* ἀπενέγκοιτο *Bas.* — [4]) παρασχημένη *Meerm. II. et Zuich.;* παρασχομένη *Hal., Bas.* — [5]) *Scrimg., Bas.;* ἤδη *Hal.* — [6]) ἐπιδοίη *Hal., Bas.* — [7]) iusta — mulier — dotem non dans *Trid.* — [8]) *Port.;* donationem rei in quantum *Trid.;* donationem et in quant. *Cont.*

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασιάντα ἡμῖν ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἐργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω, καὶ φανερὰ πᾶσι διὰ προγραμμάτων οἰκείων ποιησάτω, ὥςτε ἐν ἁπάσαις ταῖς πόλεσιν, ὅσας ὁ ἡμέτερος κατέχει θεσμός, ταῦτα κρατεῖν καὶ δηλα πᾶσι γενέσθαι κατὰ τὸ παρ' ἡμῶν διατεταγμένον. Dat. XVII. Kal. April. [1]) Constant. Belisario V. C. Cons. [535.]

Epilogus.

Quare quae nobis placuerunt excellentia tua effectu et fini dare studeat, omnibusque per programmata manifesta faciat, ut in omnibus civitatibus, quae nostrae potestati subiiciuntur, obtineant, atque omnibus nota fiant, prout a nobis dispositum est.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis tua sublimitas operi effectuique contradere festinet, et manifesta universis per programmata propria faciat, quatenus in omnibus civitatibus, quas nostra ditio continet, haec valeant, et certa omnibus fiant, secundum quod a nobis dispositum est. Dat. XVII. Kal. April. Constant. Belisario V. C. Cons. [535.]

[1]) *Ita subscriptionem ex Nov. 22. c. 46. restituit Cont. 59. (in marg.) idemque censet Cuiac. in h. n. expos.;* XV. Kal. April. *Scrimg. ex mss. Meerm.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ γ'. [a])

Περὶ τοῦ ὡρισμένον εἶναι τὸν ἀριθμὸν τῶν κληρικῶν τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας καὶ τῶν λοιπῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τῆς πανευδαίμονος [1]) *πόλεως.*

(Coll. I. tit. 2.)

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ, ἀρχιεπισκόπῳ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Προοίμιον.

Ἤδη μὲν κοινῷ τε καὶ γενικῷ [2]) *νόμῳ πρός τε τὴν μακαριότητα τὴν σήν, πρός τε τοὺς λοιποὺς ἁγιωτάτους πατριάρχας γεγραμμένῳ τὰ περὶ τῆς* [3]) *χειροτονίας τῶν εὐαγῶν* [4]) *ἐπισκόπων, καὶ εὐλαβεστάτων κληρικῶν, καὶ γυναικῶν γε μὴν διακόνων, καὶ τοῦ μὴ πλείους εἶναι τοῦ ἐξ ἀρχῆς μέτρου τοὺς χειροτονουμένους διετυπώσαμεν, ἅπερ ἡμῖν ἐδόκει καλῶς τε καὶ προσηκόντως ἔχειν, καὶ τῶν ἱερῶν κανόνων ἀξίως. Τὸν δὲ παρόντα νόμον ἰδικὸν πρὸς τὴν σὴν μακαριότητα γράφομεν, τὰ περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν τῶν ἐνταῦθα διατάττοντες. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν σχεδὸν τῶν ἐν ἀμετρίᾳ καλόν, προσῆκον ἂν εἴη μηδὲ* [5]) *τὰς χειροτονίας τὰς ἐν τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς ἢ ταῖς εὐλαβεστάταις διακονίσσαις* [6]) *γίνεσθαι τοσαύτας, ὡς ταῖς ἐκείνων ἀποτροφαῖς τὴν ἁγιωτάτην* [7]) *ἐκκλησίαν εἰς*

Novella III.

UT DETERMINATUS SIT NUMERUS CLERICORUM SANCTISSIMAE MAIORIS ECCLESIAE ET CETERARUM SANCTISSIMARUM ECCLESIARUM FELICISSIMAE URBIS.

Idem Imperator Epiphanio, regiae huius urbis Archiepiscopo et Patriarchae oecumenico.

Praefatio.

Communi quidem et generali lege tam ad beatitudinem tuam, quam reliquos sanctissimos patriarchas scripta de creatione sanctorum episcoporum et religiosissimorum clericorum, nec non diaconissarum, et ne illorum, qui creantur, plures sint, quam numerus ab initio definitus est, iam disposuimus, quae nobis recta, decora et sacris regulis digna videbantur. Hanc vero specialem legem ad beatitudinem tuam scribimus, numerum religiosissimorum clericorum, qui in hac urbe sunt, definientes. Quoniam enim fere nihil, quod modum excedit, bonum est, convenit non creari tot religiosissimos clericos vel religiosissimas diaconissas, ut sanctissima ecclesia illis alendis in necessitatem magni aeris alieni et paulatim ad extremam inopiam redigatur. Scimus enim, sanctissimam magnam ecclesiam regiae huius urbis, imperii nostri matrem, hoc pacto magno aere

Gl. CONST. III.

UT DETERMINATUS SIT NUMERUS CLERICORUM SANCTISSIMAE MAIORIS ECCLESIAE, ET CLERICORUM SANCTARUM ECCLESIARUM [8]).

(Coll. I. tit. 3.)

Imp. Iustinianus A. Epiphanio, sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo regiae civitatis, et universali Patriarchae [9]).

Praefatio. Dudum quidem communi et generali lege et ad tuam beatitudinem, et ad reliquos sanctissimos patriarchas scripta de ordinatione venerabilium episcoporum, et reverendissimorum clericorum, nec non mulierum diaconissarum, et ut non amplius sint ab antiqua mensura qui ordinantur, disposuimus; quod nobis videbatur bene se et competenter habere, et regularum sacrarum [10]) digne. Praesentem vero legem spe-

[a]) *Hal. et Scrimg. — Huius Nov. Epit. in: Coll. const. eccl. III.* 1. 9. (*Voëlli bibl. II. p.* 1331.) *et in Coll.* 87. *capitul. c.* 20. (*cf. Biener Gesch. d. N. p.* 588.), (*Ioannis*) *Nomoc. tit.* 19. (*Voëlli bibl. II. p.* 626 *sq.*) — *Integra fere est in Bas. III.* 3. 1—3.; *cf. Psell. p.* 18. — *Iulian. const.* 5. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) ταύτης *add. Hal.* — [2]) *Hal., Vulg.*; ἡγεμονικῷ *Scrimg.*; ἰδικῷ *Coll. const. eccl.* — [3]) τὰ *et* τῆς *om. Hal.* — [4]) ἁγίων *Hal.* — [5]) καλῶν προσῆκον ἂν εἴη. μηδὲ *Hal.* — [6]) *Hal.*; διακόνοις *Scrimg.* — [7]) μεγάλην *add. Hal.* — [8]) *Trid., Port.*; eccles. Constantinopolitanarum *Cont.* — [9]) *Trid., Cont.*; et universi eius tractus patr. *Port.* — [10]) *Trid.*; sacrarum *om. Cont.*

εἰς δανεισμάτων ἐμπίπτειν χρείαν μεγάλων, καὶ κατὰ μικρὸν εἰς τὴν ἔσχάτην ἀπορίαν καταφέρεσθαι. Ἰσμεν γὰρ παρὰ τὴν τοιαύτην πρόφασιν τὴν τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν, τὴν τῆς ἡμετέρας βασιλείας μητέρα, δανεισμασιν ἐνοχλουμένην μεγάλοις, καὶ οὐκ ἄλλως ἰσχύουσαν ἑκάστην ποιεῖσθαι διάδοσιν τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς, πρὶν ἂν χρυσίον οὐ μέτριον δανείσαιτο, ποιουμένην τοῦτο μὲν ὑποθήκας, τοῦτο δὲ ἐνεχύρων δόσεις ἐπὶ τοῖς καλλίστοις αὐτῆς χωρίοις τε καὶ προασείοις. Διὰ ταῦτα τοίνυν συνείδομεν ἑαυτοὺς καθεῖναι πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ζήτησιν, καὶ μαθεῖν τίνα μὲν τρόπον ἔμπροσθεν εἶχε, τί δὲ τὸ τοῦ χρόνου μῆκος ἐξεῦρεν. Ἀνιχνεύοντες τοίνυν αὐτὸ πανταχόθεν, εὑρίσκομεν, ὡς ἕκαστος τῶν τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας [1]) οἰκοδομησάντων ἐπὶ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως οὐκ οἰκοδομίας ἐφρόντισε μόνης, ἀλλὰ καὶ τοῦ χορηγίαν αὐτάρκη δοῦναι τοῖς παρ' αὐτοῦ γενομένοις εὐαγέσιν οἴκοις, καὶ ὥρισαι, πόσους μὲν προσῆκόν ἐστι πρεσβυτέρους καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν, πόσους δὲ διακόνους, ἄῤῥενάς τε καὶ θηλείας, πόσους τε ὑποδιακόνους, καὶ αὐδις ψάλτας τε καὶ ἀναγνώστας καὶ πυλωροὺς καθεστάναι. Καὶ πρὸς τοῦτο καὶ τὴν τοῦ οἴκου δαπάνην ὥρισε, καὶ πρόσοδον οἰκείαν ἐπέδωκεν, ἀρκοῦσαν τοῖς παρ' αὐτοῦ κατασιᾶσιν [2]), εἰ δέ τις προσεπιθείη πλῆθος, οὐκέτι παντελῶς ἐκίνεσθαι δυνατήν [3]). Καὶ διέμεινέ γε μέχρι πολλοῦ τὰ τοιαῦτα φυλαττόμενα, καὶ ἕως τοῦτο ἦν, ἔμεινε καὶ [4]) τὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τοῖς οἰκείοις ἀρκούμενα. ὡς δὲ οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι ταῖς δυσωπήσεσι τινῶν ἀεὶ προσέχοντες ἐξεχέθησαν πρὸς τὸ τῶν χειροτονουμένων πλῆθος, ηὔξηται μὲν ἡ τῆς δαπάνης ποσότης εἰς ἀμετρίαν πολλήν, δανείσται δὲ πανταχόθεν, καὶ τόκοι, καὶ τὸ τελευταῖον οὐδὲ δανείσται λοιπὸν διὰ τὴν ἀπιστίαν ἤδη τοῦ πράγματος, ἀλλ' ἐκποιήσεις τε ἠναγκασμέναι καὶ παράνομοι, πράγματα ἄπρεπῆ, καὶ οὐδὲ οἰκίας ἰδιωτικῆς ἄξια [5]) σωφρονούσης, ὥστε ἐκ τῆς τοιαύτης ἀπορίας μηδὲ τὰ χωρία, μηδὲ τὰ προάστεια ἐξαρκεῖν ταῖς

aere alieno premi, nec aliter singulas erogationes in religiosissimos clericos facere valere, nisi prius pecuniam immodicam mutuo sumat atque in pulcherrimis praediis et suburbiis suis tam hypothecas quam pignora constituat. Quare visum nobis est ad eam rem investigandam nos ipsos conferre, et cognoscere, quemadmodum se res antea habuerit, quidve temporis diuturnitas invenerit. Ex omni igitur parte id investigantes invenimus, unumquemque eorum, qui sanctissimas ecclesias in felici hac urbe aedificarunt, non solum aedificationis curam gessisse, sed etiam ut sufficientes reditus sacris aedibus a se constructis suppeditarent, atque definirent, quot presbyteri, quotve diaconi, masculi et feminae, quot subdiaconi, cantores item et lectores atque ostiarii in unaquaque ecclesia constitui debeant. Ad haec expensas aedium quoque definiverunt, et proprium reditum iis, qui ab ipsis constituti sunt, sufficientem dederunt, qui tamen, si quis multos superaddat, solvi amplius n « possit. Ac haec quidem longo tempore observata fuerunt, et quam diu id factum, bona etiam domesticis sanctissimarum ecclesiarum suffecerunt. Simulac vero episcopi deo carissimi precibus nonnullorum semper auscultantes se effuderunt quasi ad creandum multos clericos, expensarum quantitas, creditores undique atque usurae immenso auctu creverunt, et tandem ne quidem creditores inventi sunt, quod nulla amplius fides rei adesset, sed coactae et illegitimae alienationes, atque res inhonestae, quaeque vel privatam honestam domum dedecent, ita ut ex hac absurditate nec praedia nec suburbana ad hypothecas et pignora sufficerent, eamque ob causam nec creditorum copia esset, sed ad extremam inopiam deveniret, neque ipsis ministris alimenta praebere posset, atque res in statum omnium miserrimum deveniret, ut creditoribus universis bonis suis cederet Quod vel dicere nos piget, et ne fiat providemus. Nam si quis eum, qui ultra facultates suas sumtus facit, non aequo ferat animo, quare non et harum rerum curam geremus? Non enim etiam possessiones ad sumtus faciendos quaerendae (hoc enim ad insatiabilem

specialem ad tuam beatitudinem scribimus de numero reverendissimorum clericorum, qui in hac urbe sunt, disponentes. Quia enim paene nihil immensum bonum est, competens est, neque ordinationes, quae super reverendissimis clericis fiunt aut super reverendissimis diaconissis, fieri tantas, ut illorum expensis sanctissima ecclesia incidat in causam mutuorum maximorum, et paulatim ad novissimam inopiam deponatur [6]). Novimus enim propter huiusmodi occasionem huius regiae civitatis sanctissimam maiorem ecclesiam, nostri imperii matrem, debitis inquietari maioribus, et non aliter valentem facere singulas erogationes reverendissimis clericis, antequam aurum non parvum sumat mutuum, faciens tam hypothecas quam pignorum dationes in optimis suis praediis [7]) et suburbanis. Propter hoc igitur perspeximus nosmetipsos deponere ad huiusmodi causae inquisitionem, et agnoscere, quemadmodum prius se habuerit, quidque longitudo temporis adinvenerit. Investigantes igitur illud undique, invenimus, quoniam singuli eorum, qui sanctissimas ecclesias aedificaverunt in hac felicissima civitate, non pro aedificio solummodo cogitaverunt, sed etiam ut expensas sufficientes darent a se factis venerabilibus domibus, et determinarent, quantos quidem competens esset presbyteros per unamquamque ecclesiam, quantos que diaconos masculos atque feminas, et quantos subdiaconos, et rursus cantores, atque lectores, et ostiarios constitui, et super haec etiam oratorii expensas definierunt, et reditus proprios dederunt, sufficientes iis, quae a se constituta sunt, si quis autem adiecerit multitudinem, nequaquam amplius penitus extendi valentes. Et quidem permanserunt [8]) usque ad multum tempus talia conservata; et donec hoc fuit, duraverunt [9]) sanctissimarum ecclesiarum domibus quae sufficerent. Quum vero deo amabiles episcopi ad aliquorum preces semper respicientes protracti sunt ad ordinationum multitudinem, aucta quidem est expensarum quantitas ad immensitatem multam, creditores autem iam [10]) undique et usurae, et novissime neque creditores inveniuntur propter [11]) incredulitatem iam causae, sed alienationes cum necessitate et contra leges, et causae indecentes et neque propria dignitate temperatae, ut ex hac nimietate neque praedia, neque suburbana sufficerent hypothecis et pignoribus, neque creditores propter hoc invenirentur, sed ad inopiam descenderent novissimam, et nec ipsis ministris emolumentum dare sufficerent, sed ad viam omnium infelicissimam causa descenderet, quatenus rerum omnium creditoribus cederet; quod etiam dicere piget nos, et quemadmodum non fiat, providemus. Nam si non aliquis ferret libenter eum, qui ultra substantiam suam expendit, quomodo non et de his nobis est cogitan-

---

[1]) τῶν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν *Hal.* — [2]) τῇ παρ' αὐτοῦ κατασιάσει *Hal.* — [3]) οὐδέ τι προστέιαχται πλῆθος, ὁ οὐκέτι παντελῶς ἐκίνεσθαι δυνατόν *Hal.*; *Homb. veterem Int. pro* ἐκίνεσθαι *habuisse putat* ἐκτείνεσθαι, *quod sane praestat.* — [4]) τοῦτο ἐνέμεινε καὶ *Hal.* — [5]) ἀξίως *Hal.* — [6]) „*videtur leg.* deportetur" *Cont.* „*quidni* deferatur" *Cram.* — [7]) *Trid.*; praediis rusticis *Port.*, *Cont.* — [8]) nequaquam penitus extendenti sufficientem et permanserint *Trid.*; nequaquam penitus extendenti sufficientem permanserunt *Port.* — [9]) donaverunt *Trid.*, *Port.* — [10]) *Trid.*, *Port.*; iam *om. Cont.* — [11]) et novissima etiam neque creditores propter (*om.* inveniuntur) *Trid.*; („Novissima *scil. inopia et subaudi superveniens*" *Glossa.*) et novissima inopia est neque creditores inven. propter *Port.*

ταῖς ὑποθήκαις καὶ τοῖς ἐνεχύροις, μηδὲ δανειστῶν διὰ τοῦτο εὐπορεῖν, ἀλλ' εἰς ἀπορίαν κατελθεῖν παντελῆ, καὶ μηδὲ αὐτοῖς τοῖς λειτουργοῦσι τὴν ἀποτροφὴν διδόναι δύνασθαι, ἀλλ' εἰς τὴν πασῶν ἀθλιωτατην ὁδὸν τὸ πρᾶγμα καταφέρεσθαι, τὸ τῶν ὄντων ἁπάντων τοῖς δανεισιαῖς ἐκστῆναι. Ὅπερ καὶ λέγοντες ὀκνοῦμεν, καὶ ὅπως ἂν μὴ γένοιτο προνοοῦμεν. Εἰ γὰρ οὐκ ἄν τις ἐνέγκοι πρᾳως τὸν ὑπὲρ τὴν οὖσαν αὐτῷ περιουσίαν δαπανῶντα, πῶς οὐχὶ καὶ τὰ περὶ τούτων ἡμῖν φρονιστέον; οὐ γὰρ δεῖ πρὸς τὰς δαπάνας ἐπιζητεῖν καὶ τὰς κτήσεις (τοῦτο γὰρ εἰς ἀπληστίαν τε ὁμοῦ καὶ ἀσέβειαν ἄγει), ἀλλὰ τοῖς οὖσι συμμετρεῖν [1]) καὶ τὰς δαπάνας. Ὥστε προσηκόντως καὶ τὰ περὶ τούτων νομοθετήσομεν, καὶ τὴν ἀορισιαν ἐκβαλοῦμεν, ὁητῇ τὸ πρᾶγμα παραδιδόντες θεραπείᾳ.

lem cupiditatem et impietatem ducit), sed expensae facultatibus metiendae sunt. Quapropter de his etiam, ut decet, leges feremus, atque nimiam (clericorum) copiam tollemus, certam huic rei medicinam adhibentes.

Κεφ. α'.

Θεσπίζομεν τοίνυν, τοὺς μὲν ἄχρι νῦν ὄντας κατὰ τὴν αὐτὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας εὐαγεῖς οἴκους καὶ τοὺς [2]) εὐλαβεστάτους κληρικούς, καὶ γυναῖκας διακόνους, καὶ πυλωροὺς μένειν ἐφ' οὗπερ εἰσὶ σχήματος. οὐ γὰρ τὸ ὂν ἐλαττοῦμεν, πρόνοιαν δὲ τοῦ μέλλοντος ποιούμενοι ταῦτα νομοθετοῦμεν. Τοῦ δὲ ἔξης χρόνου μηδεμία γινέσθω χειροτονία, μέχρις ἂν εἰς τὸν ἐξ ἀρχῆς ἀριθμὸν τὸν ἐνστάντα [3]) παρὰ τῶν τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας οἰκοδομησαμένων ἢ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν περιστάλῃ ποσότης. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρώην καὶ τὸ τῶν εὐλαβεσιάτων [4]) κληρικῶν τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας τῆς βασιλίδος ἡμῶν πόλεως ὥρισται μέτρον, καὶ σφόδρα συνεσταλμένον ἦν, οἷα μιᾶς οὔσης τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, ὕστερον δὲ ὁ τε προσκυνητὸς οἶκος τῆς ἁγίας ἐνδόξου παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, ὁ πρὸς τῷ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας γειτονήματι κείμενος, ᾠκοδομήθη παρὰ τῆς εὐσεβοῦς τὴν λῆξιν [5]) Βηρίνης, ὅ τε σεβασμιος οἶκος τοῦ ἁγίου μάρτυρος Θεοδώρου παρὰ Σφωρακίου [6]) τοῦ τῆς ἐνδόξου μνήμης ἀνιερώθη, ἣν δὲ καὶ ὁ προσκυνητὸς οἶκος τῆς ἁγίας Εἰρήνης ὁ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ συνημμένος, διὰ

Cap. I.

Sancimus igitur, ut religiosissimi clerici, et mulieres diaconissae, et ostiarii, qui huc usque in illa ipsa sanctissima maiore ecclesia ceterisque omnibus sacris domibus sunt, in ea forma, in qua sunt, maneant. Non enim quod est imminuimus, sed futuri curam gerentes haec sancimus. In posterum vero nulla fiat creatio, donec ad pristinum numerum ab iis, qui sanctissimas ecclesias aedificarunt, statutum numerus reverendissimorum clericorum fuerit redactus. Sed quia antea numerus religiosissimorum clericorum sanctissimae maioris ecclesiae regiae nostrae urbis definitus et valde exiguus fuit, scilicet quum sola esset sanctissima magna ecclesia, postea vero veneranda domus sanctae gloriosaeque virginis et deiparae Mariae, in vicinia sanctissimae maioris ecclesiae sita, a piae memoriae Verina aedificata, et veneranda domus sancti martyris Theodori a Sphoracio gloriosae memoriae consecrata est, veneranda quoque domus sanctae Irenes sanctissimae maiori ecclesiae iuncta fuit, propterea numerus ad antiquam formam redigi nequit. Neque enim pauci illi, qui constituti sunt, tot ecclesiis sufficerent, quoniam ne una quidem trium illarum domuum proprios habet clericos, sed tam sanctissimae maiori ecclesiae, quam

tandnm? Non enim oportet ad mensuram expensarum quaerere etiam possessiones (hoc enim simul ad avaritiam impietatemque perducit), sed ex iis, quae sunt, expensas quoque [7]) metiri. Quapropter competenter etiam de his sancimus, et immensitatem excludimus, certae medicinae causam tradentes.

Cap. I. Sancimus igitur, eos quidem, qui hactenus sunt in eadem sanctissima maiore ecclesia, et reliquis omnibus venerabilibus domibus [8]) reverendissimos clericos, et mulieres diaconissas, et ostiarios manere in quo sunt schemate (non enim quod est minuimus [9]), sed de futuro providentes [10]) haec sancimus), reliquo vero tempore nulla fiat ordinatio, donec ad antiquum numerum, institutum ab iis, qui sanctissimas ecclesias aedificaverunt, reverendissimorum clericorum quantitas redigatur. Sed quoniam pridem etiam reverendissimorum clericorum sanctissimae maioris ecclesiae regiae nostrae civitatis determinatus est numerus, et valde brevis erat, utpote una exsistente sanctissima ecclesia, postea vero et venerabilis domus sanctae gloriosaeque virginis et dei genitricis Mariae, iuxta sanctissimae maioris ecclesiae vicinitatem posita, aedificata est a piae memoriae Verina, et veneranda domus sancti martyris Theodori a Sporacio [11]) gloriosae memoriae dedicata est, erat antem etiam venerabilis domus sanctae Helenae, quae sanctissimae maiori ecclesiae copulata est, propterea redigere numerum ad antiquam figuram impossibile est. Non enim sufficient tantis ecclesiis panci consistentes, quoniam [12]) non proprios clericos neque una quidem harum trium habeat basilicarum [13]), sed communes sunt et sanctissimae maioris ecclesiae, et earum, et omnes circumeuntes [14]) secundum quendam ordinem et circulum ministeria in eis celebrant, deinde etiam plurima multitudine et ex antiquis haereticis ad sanctissimam maiorem ecclesiam deducta gratia quidem magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi laboribus antem et imimutationibus nostris oporteat plures, qnam a principio, ad praesens officii ministerium definiri. §. 1. Quapropter sancimus, non nltra sexaginta quidem presbyteros in sanctissima maiore ecclesia esse, diaconos autem masculos centum, et qua-

---

[1]) ἀλλὰ ἀπὸ τῶν οἰσίων συμμετρῶν *Hal.* — [2]) καὶ τοὺς *om. Hal.* — [3]) ἑνιαυτὸν *Hal.* — [4]) παρὰ τῶν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας οἰκοδομησάντων τὸ τῶν εὐλαβ. κληρ. τὸ ποσὸν ἐπανέλθῃ. καὶ δὴ καὶ τῶν εὐλαβ. *Hal.* — [5]) μνήμην *Hal.* — [6]) Σφρακίου *Hal.* — [7]) *Trid.*; quoque *om. Port.*, *Cont.* — [8]) *Trid.*, *Port.*; et reliquas omnes venerabiles domos *Cont.* — [9]) minuentes *Trid.*, *Port.* — [10]) sed de futuro providentes *om. Trid.*, *Port.* — [11]) Sportatio *Trid.*; Sporcatio *Port.*; Porcatio *Cont.* 59 et 76.; Speratio *Cont.*; *sed in marg. addit:* „*al.* Sporacio. *forte leg.* Asporatio, *illo scil.*, *qui consul fuit.*“ — [12]) *Trid.*; quoniam quando *Port.*; quoniam quidem *Cont.* — [13]) neque in has tres habeant basilicas *Trid.*; neque matres habent basilicas *Port.* — [14]) et harum omnes circumeuntes *Trid.*, *Port.*

διὰ τοῦτο περιστῆναι τὸν ἀριθμὸν εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. Οὐ γὰρ ἂν ἀρκέσειαν τοσαῦταις ἐκκλησίαις ὀλίγοι καθεστῶτες, ἐπείπερ οὐκ ἰδιάζοντας κληρικοὺς οὐδὲ εἰς τούτων ἔχει τῶν τριῶν οἴκων, κοινοὶ δέ εἰσι τῆς τε ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας καὶ αὐτῶν [1]), καὶ τούτους ἅπαντες [2]) περινοστοῦντες κατά τινα περίοδον καὶ κύκλον τὰς λειτουργίας ἐν αὐτοῖς ποιοῦνται, ἄλλως τε καὶ πολλοῦ πλήθους ἐκ τῶν πρώην αἱρετικῶν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ προσαχθέντος χάριτι μὲν τοῦ μεγάλου [3]) θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πόνοις δὲ καὶ προτροπαῖς ἡμετέραις, διπλασίονας [4]) τῶν ἐξ ἀρχῆς εἰς τὴν εὐσεβῆ λειτουργίαν τὰς ὑπηρεσίας ἀφορισθῆναι. §. 1. [a]) Ὥστε ὑπεσπίζομεν, μὴ περαιτέρω μὲν ἑξήκοντα πρεσβυτέρων κατὰ τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν εἶναι, διακόνους δὲ ἄρρενας ἑκατόν, τεσσαράκοντα δὲ θηλείας, καὶ ὑποδιακόνους ἐννενήκοντα, ἀναγνώστας δὲ ἑκατὸν δέκα, καὶ ψάλτας εἰκοσιπέντε, ὡς εἶναι τὸν πάντα ἀριθμὸν τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἐν τετρακοσίοις εἰκοσιπέντε προσώποις, καὶ ἑκατὸν πρὸς τούτοις τῶν καλουμένων πυλωρῶν. Κατὰ μὲν οὖν τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν τῆς εὐδαίμονος ἡμῶν ταύτης πόλεως καὶ τοὺς τρεῖς εὐαγεῖς οἴκους τοὺς ἡνωμένους αὐτῇ τοσούτων κληρικῶν ἔστω πλῆθος, οὐδ' ἑνὸς μὲν τῶν νῦν ἐκβαλλομένου, κἂν εἰ πολλῷ πλείων ἀριθμὸς εἴη παρὰ τὸν ὑφ' ἡμῶν ὡρισμένον, μηδενὸς δὲ τοῦ λοιποῦ προστιθεμένου καθ' ἕκαστον τάγμα τὸ νῦν, ἕως ἂν εἰς τοῦτον τὸν ἀριθμὸν περισταίη τὸ μέτρον.

quam illis communes sunt, easque omnes ordine et quasi in orbem circumeuntes, ministeria in illis peragunt, maxime quum ingens multitudo veterum haereticorum ad sanctissimam maiorem ecclesiam gratia quidem magni dei et servatoris nostri Iesu Christi, laboribus autem et exhortationibus nostris adducta sit, duplo plura ministeria, quam ab initio fuerunt, ad sacrum cultum constitui oportet.

§. 1. *Quapropter sancimus, ut in sanctissima magna ecclesia non plures quam sexaginta presbyteri sint, centum vero diaconi masculi, quadraginta feminae, nonaginta subdiaconi, centum et decem lectores, viginti quinque cantores, ita ut universus numerus religiosissimorum clericorum maioris ecclesiae in quadringentis et viginti quinque personis, et centum insuper uti vocantur ostiariis consistat. In sanctissima igitur maiore ecclesia felicissimae huius civitatis et tribus sacris domibus illi iunctis tanta sit clericorum multitudo, ne uno quidem eorum, qui nunc sunt, eiiciendo, etiamsi numerus multo maior sit eo, qui a nobis definitus est, nemineque in posterum ulli ordini, qui nunc est, adiiciendo, donec ad hunc numerum mensura redigatur.*

Κεφ. β'.

Κἀκείνου προστιθεμένου, ὥστε τὸ μέχρι τοῦ νῦν οὐκ εὐπρεπῶς γινόμενον μηκέτι πολιτεύεσθαι, τὸ πολλοὺς τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν ἀπαξιοῦν μὲν ἐν αἷς ἐχειροτονήθησαν ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἢ ἐνταῦθα ἢ κατὰ χώραν μένειν, εἰς δὲ τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ τὸν εὐαγῆ κλῆρον αὐτῆς διά τινος προστασίας ἐμβαίνειν. Ὅπερ τοῦ λοιποῦ παντελῶς γίνεσθαι κωλύομεν. Εἰ [b]) γὰρ ἐπὶ τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων κωλύομεν ἐξ ἑτέρου μοναστηρίου πρὸς ἕτερον μεταβαίνειν, πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς τοῦτο ἐφησομεν, κέρδους τε καὶ ἐμπορίας ἀπόδειξιν ἔχειν τὴν τοιαύτην ἐπιθυμίαν ἡγούμενοι. Εἰ δὲ καί ποτε τοιαύτην τινὰ μετάστασιν ἡ σὴ μακαριότης ἢ ἡ κατὰ καιρὸν βασιλεία γενέσθαι συνίδοι, μὴ ἄλλως τοῦτο πράττεσθαι, πρὶν ἂν εἰς τὸν εἰρημένον ἡμῖν ἀριθμὸν περισταίη τὸ πρᾶγμα, ὥστε τὴν μετάστασιν εἰς τὴν τοῦ λείποντος

Cap. II.

Illud quoque adiiciendum est, ne, quod hactenus indecore factum fuit, amplius usu veniat, ut multi religiosissimorum clericorum in sanctissimis ecclesiis, in quibus creati sunt, vel hic, vel in provinciis manere dedignentur, sanctissimam vero maiorem ecclesiam et sacrum eius clerum per patrocinium aliquod ingrediantur. Quod in posterum fieri omnimodo prohibemus. Nam si in sacris monasteriis vetamus, ne quis ex uno ad aliud transeat, multo minus reverendissimis clericis id permittemus, quum talem cupiditatem lucri et negotiationis speciem habere existimemus. Quodsi aliquando beatitudo tua vel pro tempore Imperator eiusmodi translationem faciendam esse perspexerit, non aliter id fiat, quam si ad praedictum a nobis numerum res redacta fuerit, ita ut translatio fiat in locum deficientis, nec plane quisquam ultra numerum admittatur; nulla enim machinatione nulloque modo id fieri

quadraginta feminas, subdiaconos vero nonaginta, lectores autem centum et decem, cantores viginti quinque, ita ut sit omnis numerus reverendissimorum clericorum sanctissimae maioris ecclesiae in quadringentis viginti quinque, et insuper centum [5]) exsistentibus iis, qui vocantur ostiarii. In sanctissima siquidem maiori ecclesia huius felicissimae nostrae civitatis, et per [6]) tres venerabiles domos unitas ei, tanta clericorum sit multitudo nullo quidem horum, qui nunc sunt, excludendo, licet multo plurium sit numerus ab iis, qui a nobis nunc determinati sunt, nullo autem de cetero adiiciendo in unoquoque ordine in iis, qui nunc sunt, donec ad hunc numerum mensura redigatur.

Cap. II. Illud quoque adiiciendum est, ut quod hactenus indecenter fiebat, nequaquam in republica geratur, id est multos reverendissimorum clericorum dedignari quidem in iis, quibus ordinati sunt, sanctissimis ecclesiis aut hic, aut in provinciis deservire, ad sanctissimam vero maiorem ecclesiam et venerabilem clerum eius per patrocinium quodlibet accedere. Quod de cetero omnimodo fieri prohibemus. Nam si super venerabilibus monasteriis prohibemus ex alio monasterio ad aliud transmigrare, multo magis neque reverendissimis clericis hoc permittemus, lucri et negotiationis habere demonstrationem huiusmodi horum desiderium indicantes. Si vero et aliquando talem quandam migrationem tua beatitudo aut per tempora imperium fieri perspexerit, non

---

[a]) *Haec §. refertur a Balsam. ad Photii Nomoc. I.* 30. (*Voëlli bibl. II. p.* 851.) — [b]) *Verba εἰ γὰρ ἐπὶ — συγχωροῦμεν refert Balsam. ad Photii Nomoc. I.* 26. (*Voëlli bibl. II. p.* 845.)

[1]) καὶ αὐτῶν *om. Hal.* — [2]) καὶ οὗτοι ἅπαντες *Hal.* — [3]) μακαριωτάτου *Hal.* — [4]) ὡς διπλασίονας *Hal. in notis recogn. op.* „*In Graeco deest oportet quod Vet. habet, qui videtur legisse* δεῖ πλείονας, *unde Hal. videtur accepisse* ὡς διπλ., *et duplo plura*“ *Homb. Leg. fortasse* διὸ δεῖ πλείονας. — [5]) et super decem *Trid.*; et supra centum *Port.* — [6]) et per *om. Trid., Port.*

τος τάξιν γίνεσθαι, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τὸν ἀριθμόν τινα παντελῶς ἐμβαίνειν. τοῦτο γὰρ ἐξ οὐδεμιᾶς μηχανῆς, οὐδὲ ἔκ τινος τρόπου γίνεσθαι συγχωροῦμεν. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας §. 1. Ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις ἐκκλησίαις, ὧν τὴν χορηγίαν ἡ ἁγιωτάτη μεγάλη ἐκκλησία ποιεῖται, θεσπίζομεν τοὺς μὲν νῦν ὄντας μένειν ὁμοίως καὶ αὐτοὺς ἐπὶ σχήματος, τοῦ δὲ λοιποῦ [1]) μηδένα χειροτονεῖσθαι, πρὶν ἂν εἰς τὸ καλούμενον statutum ἐκάστης ἐκκλησίας, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ὥρισαι παρὰ τῶν ταύτας οἰκοδομησαμένων, ὁ τῶν πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων, ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν, καὶ ὑποδιακόνων, καὶ ἀναγνωστῶν, καὶ ψαλτῶν, καὶ πυλωρῶν ἀριθμὸς περισταίη. καὶ μηδὲ εἷς ἐν μέσῳ παντελῶς προστιθέσθω. Ἡμεῖς τε γὰρ αὐτοὶ φυλαξόμεθα τοιοῦτό τι πράττειν καὶ τοὺς χειροτονηθησομένους στέλλειν, οὐδείς τε τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων τοιοῦτό τι πράξει, τὸν ἡμέτερον εὐλαβούμενος νόμον. Ἀδειά τε ἔστω τῷ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ πατριάρχῃ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως πρὸς τὴν χειροτονίαν ἀντιλέγειν, κἂν παρὰ τῆς αὐλῆς ἡ κέλευσις ἔλθοι. ὅ τε γὰρ ἐπιτάττων, ὅ τε ἐπιτατόμενος ὑπὸ ἐκκλησιαστικὸν ἔσται ἐπιτίμιον, εἴ τι τοιοῦτο πράξειεν. Ἀλλ' οὐδὲ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ἄλλαις, ὅσαι μὴ τὴν τροφὴν καὶ χορηγίαν ἔχουσιν ἐκ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, προσῆκόν ἐστι πλῆθος ἐπαφιέναι τῶν χειροτονουμένων ἐν αὐταῖς, οὐδὲ ὑπερβαίνειν τοῦ λοιποῦ τὸ τεταγμένον ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐπ' ἐκείναις μέτρον, μή ποτε καὶ οἱ κατ' αὐτὰς ἱερωμένοι, πρὸς πλῆθος ἐκπίπτοντες ἄμετρον, καὶ τοὺς προσιόντας αὐτοῖς παρὰ τῶν εὐσεβούντων πόρους περιζώμενοι, κἀκεῖθεν πρὸς τὸ μέτρον αὐτῶν οὐκ ἀρκοῦντας ὁρῶντες, εἰς μεγάλην στενοχωρίαν ἐμπίπτοιεν. Εἰ δὲ ὑπὲρ τὸ μέτρον τὸ ὡρισμένον ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἢ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐκκλησίαις χειροτονήσειεν, ὁ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας προεστὼς κατὰ καιρὸν ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος, καὶ οἵ τε θεοφιλέστατοι τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας οἰκονόμοι δαπάνην ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπιδοῖεν πόρων, αὐτοί τε οἰκοθεν καὶ ἐκ τῆς ἑαυτῶν περιουσίας διδότωσαν τὴν δαπάνην, ὅ τε ταῦτα χορηγεῖν αὐτοῖς ἐπιτρέψας μακαριώτατος πατριάρχης. Ἴστωσαν γάρ, ὡς, εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν, ἄδειαν δίδομεν καὶ τοῖς μετὰ τὸν τοιοῦτον πράξαντα ὁσιωτάτοις πατριάρχαις, καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα οἰκονόμοις, καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς τὰ τοιαῦτα καὶ πολυπραγμονεῖν, καὶ γινόμενα κωλύειν, καὶ προσαγγέλλειν τῇ βασιλείᾳ, ὥστε ταύτην μανθάνουσαν προστάττειν ἐκ τῆς οὐσίας τῶν τοῦτο πραξάντων οἰκο-

fieri permittimus. Atque haec quidem de sanctissima maiore ecclesia.

§. 1. *In aliis autem omnibus ecclesiis, quibus sanctissima maior ecclesia sumtus suppeditat, sancimus, ut illi quidem, qui nunc sunt, maneant similiter et ipsi in suo schemate, in posterum vero nemo creetur, antequam ad statutum, uti vocatur, cuiusque ecclesiae ab aedificatoribus earum initio definitum presbyterorum et diaconorum, tam masculorum quam feminarum, subdiaconorum, lectorum, cantorum, ostiariorum numerus redactus sit, neque quisquam ullo modo interim adiiciatur. Nam et nos ipsi cavebimus, ne tale quid faciamus et ordinandos mittamus, neque quisquam nostrorum magistratuum aliquid tale faciet, sed legem nostram revereatur. Liceat vero beatissimo archiepiscopo et patriarchae regiae huius urbis creationi contradicere, etsi ab aula iussio proficiscatur Nam et qui praecipit, et cui praecipitur, si tale quid fecerit, poenam ecclesiasticam sustinebit. Sed neque in reliquis ecclesiis, quae alimentum et sumtus a sanctissima maiore ecclesia non habent, multitudo creandorum in illis admittenda, neque in posterum numerus etiam in illis ab initio constitutus excedendus est, ne forte ii quoque, qui in iis consecrati sunt, ad infinitum numerum aucti, et reditus a piis hominibus ipsis constitutos dividentes, indeque eos numero suo non sufficere videntes, in magnas angustias incidant. Si vero ultra numerum in sanctissima maiore ecclesia vel aliis ecclesiis definitum sanctissimus archiepiscopus, qui pro tempore praeest, creaverit, et deo carissimi sanctissimae illius ecclesiae oeconomi sumtus ex ecclesiasticis reditibus dederint, tam ipsi, quam sanctissimus patriarcha, qui illis suppeditare eos permisit, de propriis suis facultatibus sumtus praebeant. Sciant enim, quod, si aliquid tale fecerint, nos et sanctissimis patriarchis, qui talia committenti succedunt, et futuris oeconomis, reliquisque omnibus religiosissimis clericis in illa diligenter inquirendi, et si fiant prohibendi, atque ad Imperatorem deferendi potestatem concedamus, quo is, haec cognoscens, ex bonis oeconomorum, qui id fecerunt, vel etiam archiepiscopi, qui permisit, sanctissimae ecclesiae illa resarciri praecipiat, ne rursus talis confusio et perturbatio hac in re contingat. Hac vero causa ad pristinum modum redacta, tunc usque eo creare liceat, ne dictus modus transcendatur, neve numerus excedatur, vel quidam dolus hac in re committatur. Neque enim ullo modo id fieri permittemus, ut dicatur, licere quidem creare, sed alimentr*

non aliter hoc agi, antequam ad praedictum a nobis numerum causa redigatur, ut migratio in officium deficientis fiat, et non supra numerum aliquid omnino excedatur; hoc enim nulla machinatione, neque ex aliquo modo fieri sinimus. Et haec quidem de sanctissima maiore ecclesia. §. 1. In aliis autem omnibus ecclesiis, quarum expensas sanctissima maior ecclesia facit, sancimus, nunc quidem exsistentes manere similiter eos etiam sub schemate, de cetero vero nullum ordinari, antequam ad statutum uniuscuiusque ecclesiae, ut vocant [2]), quod antiquitus ordinatum est ab aedificatoribus ecclesiarum, presbyterorum, diaconorum masculorum atque feminarum, et subdiaconorum atque lectorum, nec non cantorum et ostiariorum, numerus redigatur, et nullus in medio penitus adiiciatur. Nosque ipsi cavebimus tale aliquid agere et ordinandos abbreviamus [3]), nullusque nostrorum iudicum tale aliquid agat, nostram formidans legem, et licentia sit beatissimo archiepiscopo et patriarchae huius regiae civitatis ordinationi contradicere, licet iussio de palatio veniat; nam et qui praecipit, et cui praecipitur, sub ecclesiastica mulcta erunt, si tale aliquid egerint. Sed neque in aliis ecclesiis, quaecunque emolumentum et expensas non [4]) habent a sanctissima maiore ecclesia, competens est [5]) multitudinem intromittere [6]) ordinandorum in ipsis [7]), neque transcendere de cetero constitutam a principio etiam super illis mensuram, ne forsan etiam qui in eas consecrantur [8]), in multitudinem incidentes immensam, et accedentes sibimet a pie agentibus reditus [9]) dividentes, et exinde usque ad mensuram eorum non sufficere videntes [10]), in maximam angustiam incidant. Si vero ultra definitam mensuram in sanctissima maiore ecclesia [11]) sive

---

[1]) ἐπὶ σχήματος τοῦδε, λοιποῦ δὲ *Hal. Facile orrigere possemus ἐπὶ σχ. τοῦδε, τοῦ δὲ λοιποῦ, sed cum Scrimg. facit Vulg.* — [2]) ad eum qui vocatur statutus un. eccl. quod *Trid., Port.* — [3]) *Trid., Port.*; *Contius e Graeco correxit:* „ordinandos mittere". — [4]) non *om. Trid, Port.* — [5]) incompetens *Trid., Port.* — [6]) inire *Trid., Port.* — [7]) ordinandorum eis *Trid.*; ord. eius *Port.* — [8]) *Trid.*; eos consequuntus *Port.*; eas consequuntur *Cont.* 59. 76.; in eas creantur *Cont.* — [9]) sibimet pie agentibus quaestus *Trid., Port.* — [10]) non sufficientes *Trid., Port.* — [11]) mensuram diffinitam sanctissimae maioris ecclesiae *Trid., Port.*

οἰκονόμων, ἢ καὶ τοῦ ἐπιτρέψαντος ἀρχιεπισκόπου ταῦτα ἀποσώζεσθαι τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, ὥστε μὴ καὶ αὖθις γενέσθαι τινὰ τοιαύτην τῷ πράγματι σύγχυσίν τε καὶ ταραχήν. Τοῦ πράγματος δὲ εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς περιϊσταμένου μέιρον, τηνικαῦτα χειροτονεῖν ἐξέστω κατὰ τοσοῦτον, ὥστε μὴ ὑπερβαίνειν τὸ ῥηθὲν μέτρον, μηδὲ τὸν ἀριθμὸν ὑπερβάλλειν, ἢ γίνεσθαί τινα περὶ τοῦτο κακουργίαν. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο ἀνεξόμεθα παντάπασι γενέσθαι, τὸ φάσκειν, ὡς ἄδεια ἔσται χειροτονεῖν μέν, οὐ μὴν ἐπιδιδόναι τροφάς. τοῦτο γάρ ἐστιν αὖθις τῶν σύγχυσιν ἐργαζομένων, καὶ τῇ τῶν ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν προσθήκῃ δευτέρους καταλόγους συνιστάντων, ἄλλως τε καὶ πολλὰς ἂν σχοίη τὸ πρᾶγμα περιγραφάς, ὥστε ἑτέρας αὐτοὺς ὁδοὺς ἀπλησίας ἐξευρίσκειν ἀντὶ τῆς περὶ τὴν τροφὴν χορηγίας. Καὶ τοῦτο τοίνυν πράττεσθαι παντελῶς ἀπαγορεύομεν, καὶ ὑπὸ τὸ καλούμενον ἐκκλησιαστικὸν ἐπιτίμιον ἄγομεν, μεγάλην ἑαυτῶν [1]) ὠφέλειαν εἶναι νομίζοντες τὸ τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν ἰδεῖν μήτε δανειζομένην, μήτε στενοχωρουμένην, μήτε διηνεκῶς ἐλλείπουσαν, ἀλλὰ διὰ πάντων εὐθηνουμένην.

menta non praebere; id enim rursus eorum est, qui confusionem moliuntur, et adiectione supernumerariorum secundos catalogos faciunt, quum praesertim multae etiam illi rei circumventiones subsint, ut pro alimentorum suppeditatione alias vias insatiabilis cupiditatis inveniant. Quare ne hoc fiat omnino prohibemus, atque in id poenam ecclesiasticam, uti vocatur, statuimus, magnae nobis utilitati fore putantes, si sanctissimam magnam ecclesiam neque aeri alieno obnoxiam, neque in angustias redactam, neque perpetuo egentem, sed semper florentem videamus

Κεφ. γ'. [*])

Ὥσπερ δὲ τὴν περὶ τοῦτο δαπάνην ὡρίσαμεν, οὕτω προσήκει τὸν κατὰ καιρὸν ἁγιώτατον πατριάρχην καὶ τοὺς εὐλαβεστάτους οἰκονόμους περισκοπεῖν τὸ καὶ τὰς ἄλλας δαπάνας τὰς γινομένας ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πόρων περὶ εὐσεβεῖς δαπανᾶσθαι πράξεις καὶ θεῷ ἀρεσκούσας, καὶ εἰς ἐκείνους ταῦτα χορηγεῖν τοὺς ταῖς ἀληθείαις δεομένους, καὶ οὐκ ἔχοντας ἑτέρωθεν τροφῆς ἀφορμήν [2]) (ταῦτα γὰρ τὸν δεσπότην θεὸν θεραπεύει), ἀλλὰ μὴ προστασίαις καὶ σπουδαῖς ἀνθρώπων τὰς ἐκκλησιαστικὰς δαπάνας εἰς ἀνθρώπους εὐποροῦντας ἐπιδιδόναι, καὶ ἐντεῦθεν τοὺς ἀπορουμένους μὴ τυγχάνειν τῶν ἀναγκαίων. Ἴστωσαν γὰρ οἱ θεοφιλέστατοι οἰκονόμοι, οἵτε νῦν, οἵτε κατὰ καιρὸν ἐσόμενοι, ὡς, εἴ τι παρὰ ταῦτα πράξαιεν, ταῖς τε ἐκ τοῦ θεοῦ ποιναῖς ὑποκείσονται, καὶ ἐκ τῆς ἑαυτῶν οὐσίας τὸ ἀζήμιον τῇ ἁγιωτάτῃ περιποιήσουσιν ἐκκλησίᾳ.

Cap. III.

Quemadmodum autem expensas ad hanc rem pertinentes definivimus, ita sanctissimum pro tempore patriarcham et religiosissimos oeconomos providere convenit, ut reliquae etium expensae, quae ex ecclesiasticis reditibus fiunt, in pias et deo gratas causas impendantur, inque eos erogentur, qui vere egent, neque aliunde habent unde vivant (id enim dominum deum placat), non autem patrociniis et studiis hominum ecclesiastici sumtus divitibus hominibus dentur, ita ut inopes necessaria inde non consequantur. Sciant enim deo carissimi oeconomi, qui nunc, quique omni tempore futuri sunt, quod, si contra haec quid committant, tam poenas divinas subituri, quam suis quoque facultatibus sanctissimam ecclesiam indemnem praestituri sint.

Ἐπίλογος.

Τὴν μακαριότητα τοίνυν τὴν σήν, ἥπερ ἐξ ἀρχῆς

Epilogus.

Sancimus itaque, ut beatitudo tua, quae ab initio

sive alia ecclesia ordinet [3]), qui per tempora fuerit sanctissimae maioris ecclesiae sanctissimus episcopus, et venerabilis eiusdem ecclesiae oeconomi erogationem ex ecclesiasticis praebuerint reditibus [4]) ipsi quoque de suo ex [5]) propria facultate praebeant expensam, et qui haec expendere eos permiserit beatissimus patriarcha. Sciant enim, quia, si quid tale egerint, licentiam damus et sanctissimis patriarchis, qui post tale aliquid agentes fuerint, et posterioribus oeconomis, et omnibus reliquis reverendissimis clericis talia perscrutari, et facta prohibere et indicare imperio, ut illud cognoscens praecipiat ex substantia haec agentium oeconomorum aut etiam permittentis archiepiscopi hoc sarciri sanctissimae ecclesiae. Quapropter, ne rursus forte fiat talis aliqua rei confusio atque tumultus, causa ad mensuram a principio constitutam redacta, tunc ordinare liceat in tantum, ut non transcendatur definita mensura, neque numerus transeatur, aut fiat quaedam circa hoc calliditas. Non enim illud patimur omnino fieri, ut dicatur, quia licentia erit ordinare quidem, non tamen emolumenta praebere; hoc enim est rursus confusionem efficientium, et immensa adiectione secunda collegia constituentium, deinde etiam plurimas habebit ea res circumventiones [6]), ut alias sibimet vias avaritiae inveniant pro alimentorum expensis. Et hoc igitur agi penitus etiam sub mulcta, quae vocatur ecclesiastica, prohibemus, maximam utilitatem hanc esse putantes, ut sanctissima maior ecclesia neque debitis subiiciatur, neque angustietur, neque perpetuo deficiat [7]), sed semper abundet.

Cap. III. Sicut autem de his expensam determinavimus, ita congruet pro tempore sanctissimum patriarcham et reverendissimos oeconomos considerare, ut aliae expensae, quae fiunt ex ecclesiasticis quaestibus circa pios erogentur actus et deo placentes, et illis haec ministrentur, qui pro veritate egent, et non habent aliunde alimentorum occasionem (hoc enim dominum deum placat), et non patrociniis et studiis hominum ecclesiasticas expensas hominibus locupletibus distribuant, et ideo [8]) inopes necessaria non mereantur. Sciant autem deo amabiles oeconomi, et qui nunc, et per tempora futuri sunt, quia, si quid praeter haec egerint, et divinis suppliciis subiacebunt, et ex sua substantia indemnitatem sanctissimae procurabunt ecclesiae.

Epi

---

*) *Balsam. ad Photii Nomoc. X.* 1. (*Voellii bibl. II. p.* 1032.)

[1]) ἑαυτῶν *om. Hal.* — [2]) τροφαφορμὴν *Hal.* — [3]) sive aliarum ecclesiarum ordine *Trid.*; sive alterarum ecclesiarum ordinetur *Port.* — [4]) quaestibus *Trid., Port.* — [5]) *Trid.*; de sua et *Port., Cont.* — [6]) hab. causas circumventionis *Trid., Port.* — [7]) ang. neque perpetuae aedificia *Trid.*; ang. perpetuo aedificio *Port.* — [8]) *Port.*; adeo *Trid.*; ita ut inde *Cont.*

ἀρχῆς καὶ ἐκ νηπίας σχεδὸν ἡλικίας ἐν ἱερατικῷ παντὶ βαθμῷ τε καὶ σχήματι τὴν ἁγιωτάτην κατεκόσμησεν ἐκκλησίαν, οἵα καὶ ἐξ ἱερατικῆς καταβαίνουσα γενεᾶς, ταῦτα φυλάττειν διηνεκῶς θεσπίζομεν, γινώσκοντες, ὡς οὐκ ἔλαττον ἡμῖν μελήσει τῶν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις λυσιτελούντων, ἥπερ αὐτῆς τῆς ψυχῆς. Dat. XVII. Kal. April. [1]) DN. Belisario V. C. Cons. [535.]

initio et a puero in omni sacro ordine et dignitate sanctam ecclesiam ornavit, quum etiam ex sacerdotum genere descendat, haec perpetuo custodiat, conscii nobis ea, quae sanctis ecclesiis conducant, non minus nobis curae esse, quam ipsam animam.

Epilogus. Beatitudinem igitur tuam, quae ab initio et ex infantili paene aetate in sacro omni ordine et schemate sanctissimam ordinavit ecclesiam, ex sacro utique genere descendentis [2]), haec custodire continue sancimus, scientes [3]), quia non minus nobis curae est [4]) horum, quae sanctissimis ecclesiis prosunt, quam ipsius animae. Dat. XVII. Kal. April. DN. Belisario V. C. Cons. [535.]

[1]) *Scrimg.*; XIX. Kal. Apr. *Coll. const. eccl.* — [2]) *Trid.*; quae et ex sacrato utique genere descendit *Cont.* — [3]) *Trid.*; scientem *Port.*, *Cont.* — [4]) *Trid.*; minor nobis cura est *Port.*, *Cont.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ δ'. [a])

Περὶ τοῦ τοὺς δανειστὰς πρότερον χωρεῖν κατὰ τῶν πρωτοτύπων χρεωστῶν, καὶ ἐν δευτέρᾳ τάξει, ἀπόρων τούτων εὑρεθέντων, κατὰ τῶν μανδατόρων, ἢ τῶν ἀντιφωνητῶν, ἢ ἐγγυητῶν.

(Coll. I. tit. 4.)

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων.

Προοίμιον.

Νόμον παλαιὸν τεθειμένον μὲν ἤδη, τῇ χρήσει δέ, οὐκ ἴσμεν ὅπως, οὐκ ἐνευδοκιμήσαντα, διὰ δὲ τῶν ἀεὶ ζητουμένων πραγμάτων ἀναγκαῖον αὐτῇ φαινόμενον αὖθις ἀνακαλέσασθαί τε καὶ εἰς πολιτείαν καταγαγεῖν καλῶς ἔχειν ἐνομίσαμεν, οὐχ ἁπλῶς αὐτὸν οὕτως ὡς ἔκειτο θέντες (ἦν γάρ τις αὐτῷ μοῖρα παντελῶς ἀδιάκριτος), ἀλλὰ μετὰ τῆς προσηκούσης τε καὶ θεοφιλοῦς [1]) διελόντες προσθήκης.

Κεφ. α'.

Εἴ τις τοίνυν δανείσειεν, καὶ ἐγγυητὴν ἢ μανδάτορα ἢ ἀντιφωνητὴν προσλάβοι, οὗτος μὴ [2]) τὴν πρώτην εὐθὺς κατὰ τοῦ μανδάτορος ἢ τοῦ ἐγγυησαμένου ἢ ἀντιφωνήσαντος χωρείτω, μηδὲ ἀμελήσας τοῦ δανεισαμένου τὰς παρενθήκας διενοχλείτω, ἀλλὰ χωρείτω πρῶτον ἐπὶ τὸν τὸ χρυσίον εἰληφότα καὶ τὸ δάνεισμα πράξαντα. Καὶ εἰ μὲν ἐκεῖθεν ἀπολάβοι,

Novella IV.

UT CREDITORES PRIMO DEBITORES PRINCIPALES CONVENIANT, ET SI ILLI NON SOLVENDO ESSE REPERIANTUR, SECUNDO LOCO MANDATORES, VEL CONSTITUTAE PECUNIAE REOS, VEL FIDEIUSSORES.

Idem Imperator Ioanni, gloriosissimo Praefecto sacro Praetorio.

Praefatio.

Antiquam legem olim quidem latam, usu vero, nescimus qua ratione, non servatam, quae tamen ob res semper in quaestionem venientes illi necessaria videtur, revocare et in rempublicam reducere pulchrum duximus, non ita simpliciter, ut scripta erat, eam ferentes (erat enim quaedam illius pars plane non distincta), sed conveniente atque pia accessione distinguentes.

Cap. I.

Si quis igitur mutuum dederit, et fideiussorem, aut mandatorem, aut constitutae pecuniae reum acceperit, ille non statim ab initio mandatorem, fideiussorem aut constituentem conveniat, neque debitore neglecto intercessoribus molestus sit, sed primo eum, qui pecuniam accepit et debitum contraxit, conveniat. Et siquidem ab illo acceperit, a reliquis abstineat (quid enim

Gl. Const. IV.

DE FIDEIUSSORIBUS ET MANDATORIBUS, ET SPONSORIBUS [3]), ET SOLUTIONIBUS.

(Coll. I. tit 4.)

Imp. Iustinianus A. Ioanni, gloriosissimo praefecto sacrorum praetoriorum.

Praefatio. Legem antiquam positam quidem olim, usu vero, nescimus quemadmodum, non approbatam, per causas autem semper exquisitas atque necessarias apparentem, rursus revocare [4]) et ad rempublicam reducere bene se habere putavimus, non simpliciter eam, sicut iacebat, ponentes (erat enim quaedam eius pars omnino non discreta), sed cum competenti et deo placito distribuentes augmento.

Cap. I. Si quis igitur crediderit, et fideiussorem, aut mandatorem, aut sponsorem acceperit, is non primum adversus mandatorem, aut fideiussorem, aut sponsorem accedat, neque negligens debitoris intercessoribus molestus sit, sed veniat primum ad eum, qui aurum accepit debitumque contraxit. Et si quidem [5]) inde receperit, ab aliis abstineat (quid enim ei in extraneis erit a debitore completo?); si vero non valuerit a debitore reci-

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Integra extat in Bas. XXVI.* 2. 1. — *Iulian. Const.* 3. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) θεοφιλούσης *Hal.* — [2]) οὗτοι μὲν *Hal.* — *Cont.* — [4]) *Trid.*, *Cont.*; rursus advocare *Port.* — [3]) *Trid.*, *Port.*; et *om. et* sponsoribus *uncis incl.* [5]) quid *Trid.*, *Port.*

λάβοι, ταῖν ἄλλων ἀπεχέσθω (τί γὰρ ἂν αὐτῷ πρὸς τοὺς ἔξωθεν εἴη, παρὰ τοῦ λαβόντος πεπληρωμένῳ;), εἰ δὲ οὐκ ἰσχύσειε παρὰ τοῦ δανεισαμένου λαβεῖν ἢ εἰς μέρος, ἢ εἰς ὁλόκληρον, καθ' ὅσον ἂν παρ' αὐτοῦ μὴ δυνηθείη λαβεῖν, κατὰ τοσοῦτον ἐπὶ τὸν ἐγγυητὴν ἢ τὸν ἀντιφωνητὴν ἢ μανδάτωρα χωρεῖτω, καὶ παρ' ἐκείνου τὸ λειπόμενον κομιζέσθω. Καὶ εἰ μὲν παρόντες αὐτῷ τύχοιεν ἀμφότεροι, ὅ τε πρωτότυπος, ὅ τε ἐγγυησάμενος ἢ μανδατωρεύσας ἢ ἀντιφωνήσας, ταῦτα ἐκ παντὸς φυλαττέσθω τρόπου. Εἰ δὲ ὁ μὲν ἐγγυητὴς ἢ ὁ μανδάτωρ ἢ ὁ τὴν ἀντιφώνησιν ὑπελθὼν παρείη, τὸν δὲ πρωτότυπον ἀπεῖναι συμβαίη, πικρὸν ἔστι τὸν δανεισιὴν πέμπειν ἀλλαχόσε, παρὸν εὐθὺς τὸν ἐγγυητὴν ἢ τὸν μανδάτωρα ἢ ἀντιφωνητὴν εἰσπράττειν. Ἀλλὰ τοῦτο δὴ θεραπευτέον ἡμῖν τὸν ἐγχωροῦνια τρόπον. οὐδὲ γὰρ ἦν τις ἐνταῦθα τῷ παλαιῷ νόμῳ διωρισμένη πρὸς θεραπείαν μέθοδος, καίτοι Παπινιανὸς [1]) ὁ μέγας ἦν ὁ ταῦτα πρῶτος ὑφηγησάμενος. Ἐνδεικνύτω τοίνυν τὸν ἐγγυητὴν ἢ ἀντιφωνητὴν ἢ μανδάτωρα, καὶ ὅγε τῷ πραγματι καθήμενος δικαστὴς διδοῖτω καιρὸν τῷ ἐγγυητῇ (ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν ἀντιφωνητῇ τε καὶ μανδάτωρι, βουλομένοις τὸν πρωτότυπον ἀγαγεῖν), ἐφ' ᾧ τε ἐκεῖνον πρότερον ὑπομεῖναι τὴν ἐναγωγὴν, οὕτω τε αὐτοὺς ἐν καταλοίπῳ [2]) πεφυλάχθαι βοηθείᾳ, καὶ ἀμυνέτω γε τῷ ἐγγυητῇ καὶ τῷ ἀντιφωνητῇ καὶ μανδάτωρι πρὸς τοῦτο καὶ ὁ τοῦ δικάζειν κύριος (ἐγγυηταῖς γὰρ καὶ τοῖς τοιούτοις βοηθεῖν ὅσιον), ὥστε αὐτὸν ἀχθένια τῆς ἐν τῷ τέως ἐναγωγῆς ἀπαλλάξαι τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ διενοχλουμένους. Εἰ δὲ ὁ χρόνος ὁ ἐπὶ τοῦτο ταχθεὶς ἐξήκοι [3]) (δεῖ γὰρ καὶ χρόνον ὁρίζειν τὸν δικάζοντα), τηνικαῦτα ἢ ὁ ἐγγυητὴς ἢ ὁ μανδάτωρ ἢ ὁ ἀντιφωνητὴς ἀγωνιζέσθω τὴν δίκην, καὶ τὸ χρέος ἐκτινύτω, τὰς κατὰ τοῦ ἐγγυηθέντος, ἢ ὑπὲρ οὗ τὰς ἐντολὰς ἔγραψεν, ἢ τὴν ἀντιφώνησιν ὑπῆλθε, παρὰ τοῦ δανείσαντος ἐχχωρούμενος ἀγωγάς.

enim illi cum extraneis rei est, cui debitor satisfecit?); si vero a debitore nec partem nec solidum consequi poterit, quantum ab illo accipere non potuit, pro ea parte cum fideiussore, vel constituente, vel mandatore experiatur, et ab eo reliquum consequatur. Atque haec quidem, si utrique, tam principalis debitor, quam fideiussor, aut mandator, aut constitutae pecuniae reus, praesentes sint, omnimodo serventur. Si vero fideiussor, aut mandator, aut qui constitutum suscepit quidem adsit, principalem autem debitorem abesse contingat, durum est creditorem alio mittere, quum statim a fideiussore, aut mandatore, aut constituente exigere possit. Sed et huic rei, quoad fieri poterit, medendum nobis est. Neque enim antiqua lex definitam quandam sanandi methodum habuit, quamvis magnus ille Papinianus haec primus docuerit. Demonstret igitur fideiussorem, aut constituentem, aut mandatorem, et iudex, qui causae praeest, fideiussori, nec non constituenti et mandatori principalem debitorem adducere volentibus tempus det, ut ille primus actionem sustineat, atque ita hi in ultimum serventur subsidium. In eo quoque fideiussori, sponsori, mandatori iudex succurrat (fideiussoribus enim et istiusmodi hominibus auxilio venire aequum est), ut ille productus actione interim eos liberet, qui illius causa molestia afficiuntur. Quodsi tempus ad hoc constitutum praeterierit (iudex enim et tempus definire debet), tum aut fideiussor, aut mandator, aut constituens litem suscipiat, et debitum solvat, actionibus contra eum, pro quo fideiussit, vel mandatum scripsit, vel constituit, a creditore sibi cessis.

Κεφ. β'.

Οὐ μὴν οὐδὲ ἐπὶ [4]) τὰ πράγματα τῶν δανεισαμένων, εἰ παρ' ἑτέρων κατέχοιτο, χωρήσει πρότερον, πρὶν ἂν διελθεῖν τὴν ἐπὶ ταῖς περσοναλίαις [5]) ὁδὸν κατά τε μανδατώρων καὶ ἐγγυητῶν καὶ ἀντιφωνητῶν. οὕτω τε ἐπὶ τὰ πράγματα ἐλθὼν τοῦ πρωτοτύπου, εἴγε παρ' ἑτέρων κατέχοιτο, καὶ τοῖς ἐπειλημμένοις αὐτῶν ἐνοχλήσας, εἴγε μηδὲ ἐκεῖθεν σχοίη τὸ ἱκανόν, τηνικαῦτα χωρείτω κατὰ τῶν πραγμάτων τῶν ἐγγυητῶν καὶ μανδατώρων καὶ ἀντιφωνητῶν. Ταὐτὸν δ' ἐστὶν

Cap. II.

Sed neque ad res debitorum, si ab aliis detineantur, prius veniat, quam actionibus personalibus contra mandatores et fideiussores et constituentes expertus fuerit. Ac cum ita ad res debitoris principalis ab aliis detentas venerit, earumque detentores convenerit, si nec inde illi satisfactum sit, tunc res fideiussorum et mandatorum et constituentium persequatur. Idem erit dicendum, si hi omnes quosdam sibi obligatos habeant, quique hypothecariis actionibus teneri possint. In

recipere aut in partem, aut in totum, secundum quod ab eo non potuerit recipere, secundum hoc ad fideiussorem, aut sponsorem, aut mandatorem veniat, et ab illo quod reliquum est sumat. Et si quidem praesentes ei consistant ambo, et principalis, et intercessor, et aut mandator, et sponsor, hoc omni servetur modo; si vero intercessor, aut mandator, aut qui sponsioni se subiecerit adsit, principalem vero abesse contigerit, acerbum est creditorem mittere alicubi [6]), quum possit mox intercessorem aut mandatorem aut sponsorem exigere. Sed et hoc quidem curandum est a nobis possibili modo; non enim erat quoddam hic antiquae legi datum pro sanatione remedium, cum utique [7]) Papinianus maximus fuerit, qui haec [8]) primitus introduxit. Probet igitur intercessorem aut sponsorem aut mandatorem, et causae praesidens index det tempus intercessori (idem est dicere sponsori et mandatori) volenti principalem deducere, quatenus ille prius sustineat conventionem, et sic ipse in ultimum subsidium reservetur [9]), sitque solatio intercessori et [10]) sponsori et mandatori in hoc quoque iudex; fideiussoribus enim et talibus prodesse sancitum [11]) est, ut illo deducto interim conventione liberentur, qui pro eo in molestia fuerunt. Si vero tempus in hoc indultum excesserit (convenit namque etiam tempus definire indicantem), tunc fideiussor aut mandator aut sponsor exsequatur litem, et debitum exigatur contra eum, pro quo fideiussit, aut pro quo mandatum scripsit, aut sponsionem suscepit, a creditore [12]) actionibus sibi cessis.

Cap. II. Sed neque ad res debitorum, quae ab aliis detinentur, veniat prius, antequam transeat viam super personalibus contra mandatores, et fideiussores, et sponsores, sicque ad res veniens principalis debitoris, sive ab alio detineantur, et detinentes eas conveniens, si neque inde habuerit satisfactionem, tunc veniat adversus res fideiussorum, et mandatorum, et sponsorum; idem est dicere, vel si quosdam habuerint homines ipsis

---

[1]) *Hal.*; *Παπιανὸς Scrimg.* — [2]) *καταλοίπῃ Hal.* — [3]) *Scrimg.*, *Hal.*; *τοῦτο εὐθὺς ἐξήκοι Hervag. et Par. correctum, ut videtur, ex Hal. notis recogn. op.*, *sed, ni fallor, illud εὐθύς, quod ibi primo loco posuit Hal., ad initium huius cap. referendum est, ubi in textu Hal. est τὴν πρώτην αὐθις.* — [4]) *Hal.*, *Bas.*; *om. ἐπὶ Scrimg.* — [5]) *προσωπικαῖς Hal.*, *Bas.* — [6]) *Trid.*, *Port.*; alio *Cont.* — [7]) *Trid.*, *Port.*; quamvis *Cont.* — [8]) *Trid.*; hoc *Cont.* — [9]) *Trid.*, *Port.*; servetur *Cont.* — [10]) *Trid.*, *Port.*; aut *Cont.* — [11]) *Trid.*, *Port.*, *Cont.*; *sed hic in margine:* „*leg.* sanctum est *ut in veteribus.*“ — [12]) *Trid.*; creditoribus *Port.*, *Cont.*

ἐστὶν εἰπεῖν, καὶ εἴ τινας ἔχοιεν ἅπαντες οὗτοι σφίσιν αὐτοῖς ὑπευθύνους, καὶ ταῖς ὑποθηκαρίαις ἀγωγαῖς ἐνέχεσθαι δυναμένους. Κατὰ μέντοι τοῦ πρωτοτύπου καὶ τῶν ὄντων παρ' αὐτῷ πραγμάτων (εἴτε ταῖς περσοναλίαις, εἴτε ταῖς ὑποθηκαρίαις εὐθύς, εἴτε ἀμφοτέραις χρήσασθαι βουληθείη) πᾶσαν αὐτῷ δίδομεν ἄδειαν τὴν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένην ὁδόν τε καὶ τάξιν ἐπὶ [1]) τῶν ἄλλων προσώπων τε καὶ θεμάτων νομοθετήσαντες. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐπὶ δανειστῶν φαμέν, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ὠνήσαιτό τι παρά τινος, εἶτα τὸν καλούμενον λάβοι βεβαιωτήν, καὶ σαλεύοιτο κατά τι τὰ τῆς πράσεως, ἐναγωγῆς κατὰ τοῦ πράτου γινομένης, μὴ πρὸς τὸν βεβαιωτὴν εὐθὺς ὁ ἀγοραστὴς χωρεῖτω, μηδὲ τὸν κατέχοντά τι τῶν τοῦ πεπραχότος πραγμάτων, ἀλλ' ἐπὶ τὸν πρατῆρα πρότερον, οὕτω τε ἐπὶ [2]) τὸν βεβαιωτήν, καὶ κατὰ τρίτην τάξιν ἐπὶ τὸν κατέχοντα. Τῆς αὐτῆς κανταῦθα [3]) διαιρέσεως οὔσης ἐπί τε τῶν παρόντων, ἐπί τε τῶν ἀπόντων, ἢν ἔμπροσθεν ἐπί τε τῶν ἐγγυητῶν καὶ μανδατώρων καὶ ἀντιφωνητῶν, ἐπί τε τῶν δανεισαμένων ἐνομοθετήσαμεν. Ὁμοίως τούτου κρατοῦντος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συναλλαγμάτων, ἐν οἷς ἐγγυηταί τινες ἢ μανδάτωρες ἢ ἀντιφωνηταὶ προσληφθείεν, ἐπί τε αὐτῶν τῶν πρωτοτύπων ἑκατέρωθεν, ἐπί τε τῶν κληρονόμων αὐτῶν καὶ διαδόχων. Ὁ μὲν οὖν παλαιὸς νόμος ταῦτα [4]) κρατείτω τε αὖθις, καὶ μετὰ ταύτης τῆς δικαιοσύνης τε καὶ τῆς διαιρέσεως τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους θαλπέτω.

In debitorem tamen principalem atque res apud ipsum exsistentes (sive personalibus, sive hypothecariis, sive ambabus actionibus statim uti voluerit) omnem licentiam ei damus, praedictam a nobis rationem et ordinem in reliquis quoque personis et casibus lege constituentes. Neque hoc solum de creditoribus dicimus, verum etiam si quis emerit quid ab aliquo, et confirmatorem, quem vocant, acceperit, et venditio, actione contra venditorem instituta, aliquatenus labefactetur, non statim confirmatorem emtor conveniat, neque eum, qui ex rebus venditoris quid detinet, sed primo venditorem, deinde confirmatorem, et tertio loco detentorem. Eademque distinctio et in praesentibus, et in absentibus etiam hic adhibeatur, quam antea tum in fideiussoribus, mandatoribus et constituentibus, tum etiam in debitoribus sancivimus. Atque id similiter in ceteris quoque contractibus obtineat, in quibus fideiussores aliqui, aut mandatores, aut constituentes accipiuntur, et tam in ipsis principalibus ab utraque parte, quam heredibus eorum et successoribus. Antiqua igitur lex in his rursus valeat, et cum hac iusta distinctione subditos nostros foveat.

Κεφ. γ'.

Τὸ δὲ ἐφεξῆς ταῖς ἀνθρωπίναις βοηθοῦν [5]) θεραπείαις, εἰ καί τισι τῶν δανειζόντων οὐ καταθύμιον ἴσως ἐστίν, ἀλλ' οὖν ἡμῖν πρὸς φιλανθρωπίαν νενομοτεθείσθω. Εἰ γάρ τις δανείσειε χρυσίον, τῇ τοῦ δεδανεισμένου περιουσίᾳ πιστεύων, ὁ δὲ εἰς ἔκτισιν χρυσίου μὲν οὐκ εὐπορεῖν, περιουσίαν δὲ ἀκίνητον ἔχοι, ὁ δανεισὴς δὲ ἐπικέοιτο, καὶ χρυσίον πάντως ἐπιζητοίη, τῷ δὲ [6]) οὐκ εἴη πρόχειρον, οὐδέ τις κινητὴ περιουσία (δίδομεν γὰρ [7]) τῷ δανειστῇ βουλομένῳ καὶ ἀκίνητα [8]) πράγματα λαβεῖν ἀντὶ χρυσίου), ἀλλ' οὐδέ τις ὠνούμενος ἀκίνητα αὐτοῦ πράγματα παρείη, τοῦ δανειστοῦ πολλάκις καὶ θρυλοῦντος, ὡς ὑπόκειται τὰ τοῦ δανεισαμένου πράγματα, καὶ ταύτῃ φοβοῦντος τοὺς προεῖναι βουλομένους ταῖς ἀγορασίαις, τηνικαῦτα ἐπὶ μὲν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως οἱ ἐνδοξότατοι τῆς ἡμετέρας πολι-

Cap. III.

Porro quod humanis necessitatibus subvenit, licet quibusdam creditoribus forte gratum non sit, id a nobis tamen clementer sancitum esto. Si quis enim debitoris facultatibus fidem habens mutuam pecuniam dederit, hic vero pecuniam restituere nequeat, bona autem immobilia habeat, et creditor urgeat, atque pecuniam omnino efflagitet, huic autem in promtu non sit, neque ulla res mobilis (concedimus enim, ut creditor, si velit, etiam res immobiles pro pecunia accipiat), at immobilium eius rerum ne emtor quidem adsit, cum vel iactet saepe creditor bona debitoris pignori obligata esse, eoque ad emtionem accedere volentes deterreat, tunc in hac quidem felicissima civitate gloriosissimi reipublicae nostrae magistratus secundum iurisdictionem unicuique a lege et nobis concessam, in provinciis vero gentium praesides efficiant, ut, accurata rerum debitoris aestimatione facta, creditoribus pro debiti portione

ipsis [9]) sibimet obligatos, et qui hypothecariis actionibus sibi teneri possint. Contra principales tamen et exsistentes apud eos res (sive personalibus, sive hypothecariis mox, sive ambabus uti voluerit) omnem ei damus licentiam, quae dudum a nobis dicta [10]) est, et viam et ordinem in aliis personis casibusque sancitam. Et non solum hoc in creditoribus dicimus, sed etiam si quis emerit aliquid ab aliquo, deinde acceperit eum, quem vocant confirmatorem, et moveatur in aliquo venditionis conventio contra venditorem facta, non adversus confirmatorem mox emtor accedat, neque tenentem aliquid rerum venditoris, sed adversus venditorem prius, et sic adversus [11]) confirmatorem, et tertio loco contra detentorem. Eadem etiam hic exsistente divisione super praesentibus et absentibus, quam dudum in fideiussoribus et mandatoribus et sponsoribus ac creditoribus causa debitorum sancivimus; similiter obtinente etiam in aliis contractibus, in quibus fideiussores aliqui, aut mandatores, aut sponsores accipiuntur, et in ipsis principalibus ex utroque [12]), et in heredibus eorum et successoribus. Antiqua siquidem lex haec valeat rursus, et cum huiusmodi iustitia atque divisione nostros subiectos foveat.

Cap. III. Quod autem de cetero humanis auxiliatur curis, licet quibusdam creditoribus non forte sit gratum, a nobis tamen propter clementiam sancitur. Si quis enim mutuaverit aurum, debitoris substantiae credens, at ille ad restitutionem auri non sit idoneus, substantiam autem immobilem habeat, verum creditor ardeat aurum omnimodo quaerens, illi vero non sit facile, neque ulla mobilis substantia: damus [13]) creditori licentiam volenti immobiles res accipere pro auro. Sed si nec quispiam emtor immobilium eius rerum adsit, creditore frequenter etiam divulgante, quoniam subiacent debitoris res, et ob hoc terrente adire volentes emtionem, tunc in hac quidem felicissima civitate gloriosissimae nostrae reipublicae iudices secundum unicuique concessam a lege et a nobis iurisdictionem, in provinciis autem gentium praesides praeparent, subtili aestimatione facta rerum debitoris, dari secun-

---

[1]) τάξιν καὶ ἐπὶ *Hal.* — [2]) καὶ πρόσγε ἐπὶ *Hal.* — [3]) ταύτης δηλονότι *Hal.* — [4]) ταύτῃ *Hal.* — [5]) βοηθεῖ *Hal.* — [6]) τὸ δὲ *Hal.* — [7]) *Scrimg., Bas.*; δίδομεν ἄδειαν *Hal., quem auctoritate versionis vulg. ad correctionem se vertisse puto, ibi enim haec verba apodosin incipiunt. Eandemque ob causam Hal. pro* ἀλλ' οὐδέ τις *habet* κἂν οὐδέ τις *et hinc novam sententiam incipit.* — [8]) κινητὰ *coniecit Cuiac. in h. n. expos.*; *cf. Reitz ad Harmenop. III. 5. 91. in: Meerm. Thes. Suppl. p.* 199. *not.* 146. — [9]) habuerit homines ipsi *Trid., Port.* — [10]) *Trid.*; data *Port., Cont.* — [11]) *Trid.*; ad *Port., Cont.* — [12]) *Trid., Port.*; latere *add. Cont.* — [13]) *Trid., Port.*; damus enim *Cont. et uncis inclusit hanc sententiam*

πολιτείας ἄρχοντες κατὰ τὴν ἑκάστῳ τεταγμένην παρὰ τοῦ νόμου καὶ ἡμῶν δικαιοδοσίαν, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις οἱ τῶν ἐθνῶν ἡγούμενοι παρασκευαζέτωσαν, ἀκριβοῦς διατιμήσεως γινομένης τῶν πραγμάτων τοῦ χρεωστήσαντος, δίδοσθαι πρὸς ἀναλογίαν τοῦ χρέους κτῆσιν ἀκίνητον τοῖς δανεισταῖς μετὰ τοιαύτης ἀσφαλείας, μεθ' ἧς ἂν ὁ χρεώστης δοῦναι δυνηθείη. Τὰ δὲ τῆς τῶν πραγμάτων δόσεως ἔστω τοιαῦτα· ὁποῖα τὰ [1]) μὲν καλλίω, δίδωσι τῷ δανειστῇ, τὰ δὲ ἐλάττω παρὰ τῷ χρεώστῃ μετὰ τὴν τοῦ χρέους λύσιν μένειν ἐᾷ. Καὶ γὰρ οὐκ ἂν εἴη δίκαιον, τὸν δόντα μὲν χρυσίον, λαβεῖν δὲ χρυσίον οὐ δυνάμενον, ἀλλ' ἀναγκαζόμενον κατασθέσθαι κτῆσιν ἀκίνητον, μὴ τὰ γοῦν καλλίονα τῶν τοῦ χρεώστου πραγμάτων λαβεῖν, καὶ ταύτην γοῦν ἔχειν παραψυχήν, ὅτιπερ εἰ καὶ χρυσίον οὐκ εἴληφεν, ἢ ἕτερα τῶν φερεσθαι δυναμένων πραγμάτων, ἀλλ' ἔξεστιν αὐτῷ κτῆσιν οὐ φαύλην ἔχειν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔστω [2]) φιλανθρωπία τις σαφὴς τοῦ νόμου, γινωσκέτωσαν δὲ οἱ δανείζοντες, ὡς, κἂν εἰ μὴ τοῦτον ἐγράψαμεν τὸν νόμον, ὁ τῆς ἀνάγκης λόγος εἰς τοῦτο τὸ πρᾶγμα περιῆγε [3]). Καὶ γὰρ οὐκ εὐπορῶν χρημάτων ὁ δανεισάμενος οὐδὲ ἀγοραστῶν ἤμελλεν οὐδὲν ἕτερον πράττειν, ἢ τῶν οἰκείων ἐξίστασθαι, καὶ αὖθις τὰ πράγματα πρὸς τὸν δανειστὴν εἰκότως ἐχώρει χρυσίον λαβεῖν οὐκ ἰσχύοντα. Ὥστε ὅπερ μεθ' ὕβρεως καὶ ἐξ ἀποτελέσματος πικροῦ περίστατο τόν τε δανειστήν, τόν τε χρεώστην, τοῦτο ἡμεῖς φιλανθρώπως τε ἅμα καὶ νομοθετικῶς διελόμενοι, καὶ τοῖς ἠτυχηκόσι χρεώσταις βοηθοῦμεν, καὶ τοῖς πικροτάτοις τῶν δανειστῶν οὐκ ἂν φανείημεν δύσκολοι, πρᾶγμα αὐτοῖς ἐπιτάττοντες, εἰς ὅπερ, εἰ διέμειναν ἀπειθοῦντες, πάντως ἂν ἀφίκοντο. Εἰ μὲν τοίγε ὁ δανειστὴς ποιμὸς ἔστι παρασκευάσαι τινὰ τὸν ὠνούμενον, ἀνάγκην ἔχειν τὸν χρεώστην τοῦτο πράττειν, διδόντα τοιαύτην ἀσφάλειαν δοκιμασίᾳ τοῦ δικάζοντος, ὁποίαν ὅλως ἔστι δοῦναι δυνατόν. πανταχόθεν γὰρ οὕτω τῶν δανειστῶν προνοητέον, ὡς μὴ τοὺς χρεώστας βαρῦναι καθάπαξ. §. 1. Δανειστὴν δὲ λέγομεν, τοῖς ἀρχαίοις ἀκολουθοῦντες νόμοις, πάντα τὸν ἀγωγὴν ἔχειν κατά τινος δυνάμενον, εἰ καὶ μὴ δάνεισμα τὸ πεπραγμένον, ἀλλ' ἕτερόν τι συνάλλαγμα καθεστήκοι, δηλαδὴ τῶν ἀργυροπρατικῶν ἀνιφωνήσεων διὰ τὸ χρήσιμον τῶν συναλλαγμάτων ἐπὶ τῆς νῦν μενουσῶν τάξεως.

tione possessio rei immobilis ea cautione detur, quam debitor praestare possit. Res vero hoc modo dentur: quae earum meliores sunt, eas det creditori, deteriores vero soluto debito apud debitorem manere sinat. Neque enim iustum esset, ut qui pecuniam dedit, pecuniam vero consequi nequit, sed rem immobilem accipere cogitur, non etiam meliores res debitoris accipiat, atque hoc ei solatio sit, quod, licet pecuniam vel alias res mobiles non consecutus fuerit, rem tamen non inutilem illi habere liceat. Atque haec quidem manifesta quaedam clementia legis sit; intelligant vero creditores, quod, etsi hanc legem non scripsissemus, necessitatis tamen ratione res eo perducta fuisset. Nam debitor nec pecuniam nec emtores habens nil aliud facturus erat, nisi ut bonis suis cederet, et res iterum ad creditorem, qui pecuniam consequi non poterat, iure venirent. Quare quod cum contumelia et acerbo effectu tam creditorem quam debitorem circumstat, clementer et ut legislatorem decet distinguentes, infelicibus debitoribus succurrimus, aliquid eis imperantes, ad quod, si inobedientes permanerent, omni tamen modo pervenirent. Si tamen creditor emtorem quendam procurare paratus sit, debitori id faciendi necessitas incumbat, atque eam cautionem arbitrio iudicis praestet, quam omnimodo praestare poterit. Ubique enim creditoribus ita providendum est, ne debitores graventur.

§. 1. Creditorem autem dicimus, antiquas secuti leges, quicunque actionem contra aliquem habere potest, quamvis id, quod gestum est, non mutuum, sed alius quidam contractus sit, constitutis scilicet argentariorum propter utilitatem contractuum in eo, qui nunc est, ordine manentibus.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρ' ἡμῶν ἐπ' ὠφελείᾳ [4]) τῶν ὑπηκόων νενομοθετημένα μανθάνουσα ἡ σὴ ὑπεροχὴ τοῖς

Epilogus.

Eminentia igitur tua quae in subditorum utilitatem a nobis sancita sunt cognoscens, ea consuetis pro-

secundum quantitatem debiti possessionem immobilem creditoribus cum tali cautela, cum qua debitor dare possit. Rerum vero datio sit huiusmodi: quaecunque quidem meliora sunt, dentur creditori, quae vero deteriora, apud debitorem post debiti solutionem manere sinantur. Etenim non erit iustum, dantem quidem aurum, recipere autem aurum non valentem, sed coactum suscipere possessionem immobilem, non saltem meliora [5]) rerum debitoris percipere, et per hoc habere consolationem, quia si aurum non recipit, aut alia rerum, quae portari possunt, tamen licet ei possessionem non inutilem habere. Sed hoc quidem sit clementia quaedam [6]) clara legis. Agnoscant autem creditores, quia, etsi hanc non scripsissemus legem, necessitatis ratio ad hanc causam [7]) perduceret. Si enim non sit idoneus pecuniarum debitor, nec ullus emtor sit, nihil aliud facturus erat, quam propriis bonis cedere, et rursus res ad creditorem merito venirent aurum percipere non valentem. Quamobrem quod cum iniuria et effectu acerbo perduceret creditorem et debitorem, hoc nos clementer simul et legaliter decidentes et infelicibus debitoribus auxiliamur, et acerbis [8]) creditoribus non apparebimus duri [9]), causam eis deputantes, ad quam, si permanerent inobedientes, tamen modis omnibus advenirent. Si itaque creditor paratus est praeparare quendam emtorem, necessitatem habere debitorem hoc agere, praebentem huiusmodi cautionem arbitrio iudicantis, qualem omnimodo est dare possibile. Undique enim ita creditoribus providendum est, ut non debitores graventur. §. 1. Et absolute creditorem ponimus, antiquas sequentes leges, omnem, qui actionem habere contra aliquem potest, licet non sit mutuum gestum, sed alter quidam contractus consistat, argentariorum quippe sponsionibus propter utilitatem contrahentium in ordine moderno durantibus.

Epilogus. Quae igitur a nobis pro cautela subiectorum sancita sunt cognoscens tua eminentia sole-

---

[1]) τὰ *om. Hal., Bas.* — [2]) ἔστι *Hal.* — [3]) εἰς ταύτην αἰτίαν περίστατο *Hal.* — [4]) „*Vet.* ἀσφαλείᾳ *legit*“ *Homb.* — [5]) vel non meliora *Trid., Port.* — [6]) *Trid.*; fit — quadam *Port., Cont.* — [7]) *Trid.* ad hoc causam *Cont.* — [8]) acerbi *Trid., Port.* — [9]) dari *Trid., Port.*

τοῖς συνήθεσι προγράμμασιν ἐνταῦθά τε καὶ πανταχόσε τῆς ὑπηκόου φανερὰ γενέσθαι παρασκευασάτω, ὡς τε κἂν τοῖς ἔθνεσι γινώσκειν τοὺς ὑπηκόους, ὁπόση γέγονεν ἡμῖν τῆς ἐκείνων ὠφελείας ἡ πρόνοια. Dat. XVII. Kal. April. Indict. XIII. Fl. Belisario V. C. Cons. [535.]

programmatibus hic et per totum imperium manifesta fieri curet, ut etiam qui inter gentes sunt subditi cognoscant, quantae curae nobis eorum salus fuerit.

solemnibus programmatibus et hic et in omni ditione fieri manifesta procuret, ut etiam inter gentes agnoscant subiecti, quanta fuerit nobis pro illorum utilitate providentia. Dat. XVII. Kalend. April. [1]) Indict. XIII. Flavio Belisario V. C. Cons. [535.]

[1]) Dat. XII. Kal. Iul. *Trid., Port.*; Dat. ante diem XVII. Kal. April. *Const.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ε'. [a])

Περὶ μοναστηρίων, καὶ μοναχων, καὶ ηγουμένων.

(Coll. I. tit. 5.)

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Ἄυγουστος Ἐπιφανίῳ, τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Προοίμιον.

Ὁ ἐν ἀσκήσει μοναχικῇ βίος οὕτως ἐστὶ σεμνός, οὕτως οἰκειοῦν οἶδε θεῷ τὸν εἰς τοῦτον ἐρχόμενον ἄνθρωπον, ὥστε πάντα μὲν ἀνθρώπινον αὐτοῦ σπίλον ἀποξύειν, καθαρὸν δὲ ἀποφαίνειν, καὶ τῇ λογικῇ πρέποντα φύσει, καὶ τὰ πολλὰ κατὰ νοῦν ἐνεργοῦντα, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων φροντίδων ὑπέρτερον. Εἰ τοίνυν μέλλοι τις ἔσεσθαι μοναχὸς ἀκριβής, δεῖ καὶ τῆς τῶν θείων αὐτῷ λογίων παιδείας καὶ ἀσκήσεως ἀκριβοῦς, ὥστε τηλικαύτης ἀξίῳ γενέσθαι μεταβολῆς. Ὡιήθημεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς ὑφηγήσασθαι τὸ πρακτέον αὐτοῖς, καὶ ἀγωνιστὰς αὐτοὺς ἀληθεῖς τῆς ἐπὶ τὸ θεῖον ὁδοῦ κατασῆσαι. Καὶ οὗτος ἡμῖν ὁ σκοπὸς τοῦ παρόντος ἐστὶ νόμου, ὥστε μετὰ τὰ περὶ τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων νενομοθετημένα, καὶ τὰ περὶ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν διατεταγμένα, μηδὲ τὸ μοναχικὸν ἔξω καταλιπεῖν τοῦ προσήκοντος.

Κεφ. α'.

Novella V.

DE MONASTERIIS, ET MONACHIS, ET PRAESULIBUS.

Imp. Iustinianus A. Epiphanio, sanctissimo et beatissimo regiae huius urbis Archiepiscopo et Patriarchae universali.

Praefatio.

Vita monastica sic honesta est, sic apta quae hominem eam ingredientem deo conciliet, ut omnem humanam labem ab eo auferat, eumque purum et talem efficiat, qui rationi convenienter vivat, quique plurimum meditetur, et humanis curis superior sit. Si quis igitur perfectus monachus futurus est, is et sacrarum litterarum doctrina, et diligente exercitatione indiget, ut tanta mutatione dignus fiat. Quamobrem nos quoque, quid illis faciendum sit, et ut veri luctatores in via, quae ad deum ducit, fiant, tradendum putavimus. Atque hic est huius legis scopus, ut post ea, quae de piis episcopis sancita, quaeque de religiosissimis clericis disposita sunt, res monasticas non inordinatas relinquamus.

Cap. I.

Gl. Const. V.

DE MONACHIS.

(Coll. I. tit. 5.)

Imp. Iustinianus A. Epiphanio, sanctissimo et beatissimo huius regiae urbis felicissimae Archiepiscopo et universali patriarchae.

Praefatio. Conversationis monachalis vita sic est honesta, sic commendare novit deo ad hoc venientem hominem, ut omnem quidem humanam eius maculam detergat, purum autem declaret, ac rationabili naturae decentem, et plurima secundum mentem operantem, et humanis cogitationibus celsiorem. Si quis igitur futurus est monachus perfectus, indiget et divinorum eloquiorum eruditione, et conversationis integritate, ut tanta dignus factus sit mutatione. Credimus igitur et nos explanare, quod agendum est ab eis, et decertatores eos veros ad sacram viam constituere, et ita nobis intentio praesentis est legis, ut post illa, quae de sanctissimis episcopis sancivimus, et quae de reverendissimis clericis disposuimus, neque quod monachicum est, extra quod competit relinquamus.

Cap. I

[a]) *Scrimg.*; *deest ap. Hal., qui tantum rubricam et inscriptionem habet.* — *Epitome h. n. in Coll. const. eccl. III.* 1. 13. (*Voëlli bibl. II. p.* 1333 *sq.*) *breviterque argumentum exhibent Paratitla ad lib. I. tit.* 3. *huius coll.* (*Voëlli bibl. II. p.* 12. 72.) — *Capita tantum non omnia h. n. insunt in variis capitibus collectionis* 87. *capitul.*; *cf. Biener Gesch. d. N. p.* 587 *sq. et p.* 171. — *Iulian. const.* 4. — *Versio est vetus glossata. Alius antiquae versionis initium protulit Pithoeus ad Cod. p.* 693.; *plenam dedit eam ex Anselmi Lucensis Coll. can. Savigny in: Zeitschr. f. g. R. II. p.* 128 *sqq.*; *cf. Savigny Gesch. d. R. R. II. p.* 280.

Κεφ. α'. [a])

Ἐκεῖνο τοίνυν πρὸ τῶν ἄλλων ῥητέον, ὥστε καὶ κατὰ πάντα χρόνον καὶ ἐν ἁπάσῃ τῇ γῇ τῆς ἡμετέρας βασιλείας, εἴ ποτέ τις οἰκοδομεῖν εὐαγὲς μοναστήριον βούλοιτο, μὴ πρότερον ἄδειαν εἶναι τοῦτο πράττειν, πρὶν ἂν τὸν θεοφιλέστατον τῶν τόπων ἐπίσκοπον προσκαλέσοιτο, ὁ δὲ χεῖράς τε ἀνατείνειεν εἰς οὐρανόν, καὶ διὰ τῆς εὐχῆς τὸν τόπον ἀνιερώσειε θεῷ, πηξάμενος ἐν αὐτῷ τὸ τῆς ἡμετέρας σύμβολον σωτηρίας (φαμὲν δὲ τὸν προσκυνητὸν καὶ τίμιον ὄντως σταυρόν), οὕτω τε ἄρξηται τῆς οἰκοδομίας, καλὸν δή τινα τοῦτον καὶ πρέποντα θεμέλιον ἀποθέμενος. Αὕτη μὲν οὖν ἀρχὴ τῆς εὐσεβοῦς τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων ποιήσεως ἔστω.

Κεφ. β'. [b])

Ἐντεῦθεν δὲ ἡμῖν καὶ τὰ περὶ τῶν καθ ἕκαστον μοναχῶν σκεπτέον, τίνα προσήκει γίνεσθαι τρόπον αὐτούς, καὶ πότερον ἐλευθέρους μόνον, ἢ καὶ οἰκέτας τυχόν, διότι πάντας ὁμοίως ἡ θεία δέχεται χάρις, προχηρύττουσα σαφῶς, ὡς τόγε ἐπὶ τῇ τοῦ θεοῦ λατρείᾳ οὐκ ἔστιν ἄρσεν οὐδὲ θῆλυ, οὔτε ἐλεύθερος, οὔτε δοῦλος. πάντας γὰρ ἐν Χριστῷ ἓν εἰκότως νομίζεσθαι. Θεσπίζομεν τοίνυν, τοῖς θείοις ἀκολουθοῦντες κανόσι, τοὺς εἰς μονήρη βίον παραγγέλλοντας μὴ προχείρως εὐθὺς παρὰ τῶν εὐλαβεστάτων ἡγουμένων τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων σχῆμα λαμβάνειν μοναχικόν, ἀλλ' ἐπὶ τριετίαν [c]) ὅλην, εἴτε ἐλεύθεροι τυχόν, εἴτε δοῦλοι καθεστήκοιεν, προσκαρτερεῖν, οὕπω τοῦ μοναχικοῦ σχήματος ἠξιωμένους, ἀλλὰ κουρᾶ τε καὶ ἐσθῆτι τῇ τῶν καλουμένων χρῆσθαι λαϊκῶν, καὶ μένειν τὰ τοῦ θεοῦ διδασκομένους λόγια. καὶ τοὺς εὐλαβεστάτους αὐτῶν ἡγουμένους πυνθάνεσθαί τε αὐτῶν, εἴτε ἐλεύθεροι καθεστήκοιεν, εἴτε οἰκέται, καὶ πόθεν αὐτοὺς ἐπιθυμία τοῦ μονήρους εἰσῆλθε βίου, καὶ μανθάνοντας παρ' αὐτῶν, ὡς οὐδεμία πονηρὰ πρόφασις εἰς τοῦτο αὐτοὺς ἤγαγεν, ἔχειν αὐτοὺς ἐν τοῖς διδασκομένοις ἔτι καὶ νουθετουμένους, καὶ διάπειραν λαμβάνειν τῆς αὐτῶν καρτερίας τε καὶ σεμνότητος. οὐ γὰρ ῥᾴδιον βίου μεταβολὴ μὴ μετὰ συντονίας ψυχῆς γινομένη.

§. 1. Καὶ εἰ μὲν τὸν τριετῆ βίον ἅπαντα διαμένοιεν, ἀρίστους ἑαυτοὺς καὶ καρτερικωτάτους τοῖς τε ἄλλοις μοναχοῖς καὶ τῷ ἡγουμένῳ δεικνύντες, τούτους τῆς μοναχικῆς ἀξιοῦν στολῆς τε καὶ κουρᾶς, καὶ εἴτε ἐλεύθεροι καθεστήκοιεν, ἀνεπηρεάστους μένειν, εἴτε οἰκέται, μηκέτι παντελῶς ἐνοχλεῖσθαι, μεταβάντας εἰς

Cap. I.

Illud igitur ante omnia dicendum est, ut quocunque tempore et quocunque nostri imperii loco quis venerabile monasterium aedificare voluerit, non prius ei id facere liceat, quam dei amantissimum illius loci episcopum advocaverit, atque hic manibus ad caelum extensis precatione locum deo consecret, figens in eo salutis nostrae signum (adorandam autem et vere honorandam crucem dicimus), atque ita pulchro hoc et decente iacto fundamento aedificium inchoet. Hoc itaque sit principium piae venerabilium monasteriorum aedificationis.

Cap. II.

Hinc autem nobis in singulis etiam monachis considerandum est, quo modo eos fieri conveniat, et utrum solos liberos, an forte et servos, quia omnes aequaliter suscipit divina gratia, quae perspicue declarat, quod ad dei cultum, neque masculum esse neque feminam neque liberum neque servum; omnes enim in Christo unum merito haberi. Sancimus igitur, sacros canones secuti, ut qui monasticam vitam profitentur non statim a religiosissimis praesulibus venerabilium monasteriorum habitum monachalem accipiant, sed per integrum triennium, sive liberi forte, sive servi sint, patienter exspectent, habitu monachali nondum digni habiti, sed tonsura et veste eorum, qui laici vocantur, utantur, et maneant, atque sacras litteras discant. Religiosissimi quoque eorum praesules interrogent eos, utrum liberi sint, an vero servi, et unde eos vitae monasticae desiderium incesserit, quumque nulla prava occasione illos ad hoc perductos esse ab iis didicerint, in eorum numero eos habeant, qui eruduntur adhuc et monentur, et perseverantiae atque honestatis eorum periculum faciant. Neque enim facilis est vitae mutatio, nisi quae fit cum animi contentione.

§. 1. *Et si triennio isto optimos se atque tolerantissimos tum reliquis monachis, tum etiam praesuli probantes in vita illa permanserint, veste monachica et tonsura digni habeantur, et si liberi sint, nullis iniuriis obnoxii maneant, sin servi, nullo modo molestentur, ad communem omnium (caelestem vero dicimus) do*

Cap. I. Illud igitur ante alia dicendum est, ut omni tempore et in omni terra, si quis aedificare venerabile monasterium voluerit, non prius licentiam esse hoc agendi, quam deo amabilem locorum episcopum advocet, at ille manus extendat ad caelum, et per orationem locum consecret deo, figens in eo salutis nostrae signum (dicimus autem adorandam et honorandam vere crucem), sicque inchoet aedificium, bonum utique quoddam hoc et decens fundamentum ponens. Hoc itaque principium piae venerabilium monasteriorum fabricae fiat.

Cap. II. Hinc autem nobis etiam de singulis monachis cogitandum est, quo conveniat fieri modo, et utrum liberos solum, an etiam forte servos, eo quod omnes similiter divina susceperit gratia, praedicans palam, quia, quantum ad dei cultum, non est masculus neque femina, neque liber neque servus; omnes enim in Christo unam mercedem percipere. Sancimus ergo sacras sequentes regulas, eos, qui singularem conversationem profitentur, non promte mox a reverendissimis praesulibus venerabilium monasteriorum habitum percipere monachalem, sed per triennium totum (sive liberi forte sint, sive servi) tolerare, nondum monachicum habitum promerentes, sed tonsura et veste eorum, qui laici vocantur, uti, et manere divina addiscentes eloquia, et reverendissimos eorum abbates requirere eos, sive liberi sint sive servi, et unde eis desiderium vitae singularis accesserit, et discentes ab eis, quia nulla maligna occasio ad hoc eos adduxit [1]), habere eos inter eos, qui adhuc docentur atque monentur, et experimento percipere eorum tolerantiam et honestatem; non enim facilis est vitae [2]) mutatio, sed cum animae fit labore. §. 1. Et dum triennio toto ita permanserint [3]), optimos semetipsos et tolerabiles aliis monachis et praesuli demonstrantes, hos monachicam promereri vestem atque tonsuram, et sive liberi sint, sine calumnia permanere, sive servi, penitus non inquietari, migrantes ad communem

[a]) *Bas. IV.* 1. 1.; *cf. Psell. p.* 11. — *Photii Nomoc. XI.* 1. (*Voëllii bibl. II. p.* 1043.) — [b]) *Photii Nomoc. XI.* 3. (*Voëllii bibl. II. p.* 1052.); (*Ioannis*) *Nomoc.* 33. (*Ibid. II. p.* 639.) — [c]) (*Eustath.*) *δοπ. XXVI.* 12.

[1]) induxit et *Trid.*, *Port.* — [2]) hominum *add.* serint *Trid.* *Trid.*, *Port.* — [3]) triennio tota ea vita perman-

εἰς τὴν κοινὴν ἁπάντων (φαμὲν δὴ τὴν ἐξ οὐρανοῦ) δεσποτείαν. καὶ ἀναρπαζέσθωσαν εἰς ἐλευθερίαν εἰ γὰρ ἐν πολλοῖς θέμασι καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦτο γίνεται, καὶ τοιαύτη τις ἐλευθερία δίδοται, πῶς οὐκ ἂν ἰσχύσειεν ἡ θεία χάρις τῶν τοιούτων αὐτοὺς ἀπολῦσαι δεσμῶν; Εἰ δὲ εἴσω τῆς τριετίας ἔλθοι τις, καί τινα τῶν εἰς ἄσκησιν παραγγελλόντων ἔλκειν ὡς οἰκέτην βουληθείη, — τοῦτο ὅπερ ἔναγχος ἡμῖν ἐκ Λυκίας προσήγγειλε Ζώσιμος ὁ θεοφιλέστατος ἀνήρ, περιβόητος ἐν ἀσκήσει, καὶ σύνεγγυς μὲν εἰς εἰκοστὸν καὶ ἑκατοστὸν ἐνιαυτὸν τῆς ἡλικίας παραγενόμενος, ἀκμάζων δὲ ταῖς τε τῆς ψυχῆς ἀρεταῖς, ταῖς τε τοῦ σώματος ἐνεργείαις, τοσαύτη τις αὐτῷ τοῦ θεοῦ χάρις ἐπανθεῖ, — εἴ τις τοίνυν, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, εἴσω τῆς τριετίας ἔλθοι, τινὰ πρὸς δουλείαν ἕλκων τῶν βουλομένων καὶ προσκαρτερούντων ἐφ' ᾧ γενέσθαι μοναχοί, λέγοι τε, ὡς ὑφείλετό τινα πράγματα, καὶ διὰ τοῦτο προσέδραμεν εἰς τὸ μοναστήριον, ὑποπτεύομεν, αὐτὸν μὴ προχείρως τοῦτο πράττειν, ἀλλὰ πρότερον ἀποδεικνύναι, εἰ ταῖς ἀληθείαις καὶ δοῦλός ἐστι, καὶ ἐπὶ κλοπῇ τυχόν, ἢ ἐπὶ βίῳ πονηρῷ καὶ πταίσμασι χαλεποῖς ἀποδράσειε μὲν διὰ τὸ οἰκεῖον πταῖσμα, εἰς δὲ τὸ μοναστήριον ἔλθοι. καὶ εἰ μὲν ἀληθεύων ἀποδειχθείη, καὶ φανείη διὰ τοιαύτην αἰτίαν μοναχὴν ὑποδυόμενος ἄσκησιν, ἢ καὶ δι' αἰσχρότητα βίου τυχὸν ἀποδράς, καὶ οὐ ταῖς ἀληθείαις ἀσκήσεως ἑρῶν εἰσελήλυθε, τοῦτον ἀποδίδοσθαι τῷ κεκτημένῳ, μεθ' ὧν ὡς εἰκὸς ὑφείλετο, εἴγε καὶ ταῦτα κατὰ τὸ μοναστήριον εἶεν, τὸν δὲ ἀποδειχθέντα δεσπότην τὴν καλουμένην αὐτῷ διδόναι πίστιν, ὡς οὐδὲν αὐτὸν δράσει κακόν, παραλαμβάνειν τε καὶ ἄγειν οἴκοι. §. 2. Εἰ δὲ ὁ μὲν φάσκων, ἑαυτὸν εἶναι δεσπότην, οὐδὲν ἐλέγχοι τοιοῦτο, φαίνοιτο δὲ ὁ τὰ τοιαῦτα ἐγκαλούμενος καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀσκήσεως σεμνός τε καὶ ἐπιεικής, καὶ ἴσως καὶ μαρτυροῖτο, ὡς καὶ παρὰ τῷ κεκτημένῳ καθεστὼς κόσμιός τε ἦν καὶ σεμνότητος ἐραστής, κἂν μήπω τύχῃ πεπερασμένος ὁ τῆς τριετίας χρόνος, ἀλλ' οὖν καὶ οὕτω μενέτω κατὰ τὸ σεβασμιώτατον μοναστήριον, τῆς τῶν ἑλκόντων ἀπηλλαγμένος θρασύτητος. Τοῦ τριετοῦς δὲ ἅπαξ διελθόντος χρόνου ἐγκριθεὶς ὡς τῆς μοναχικῆς ἄξιος καθεστὼς σεμνότητος, μενέτω κατὰ τὸ μοναστήριον. οὐκ ἔτι γὰρ δίδομεν ἄδειαν οὐδενὶ παντελῶς πολυπραγμονεῖν τι τῶν κατ' αὐτόν, ἀλλ' εἴτε οἰκέτης, εἴτε ἐλεύθερος εἴη, μένειν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἀσκήσεως βουλόμεθα. καὶ γὰρ κἂν εἴ τι πταῖσμα κατὰ τὸν ἔμπροσθεν αὐτῷ τυχὸν πέπραχται βίον (ἡ γὰρ ἀνθρώπου φύσις ὁλισθηρά πως ἐστὶ πρὸς τὰ πλημ-

dominum transeuntes; atque in libertatem vindicentur, nam si multis in casibus a lege quoque hoc fit, et talis libertas datur, quidni divina gratia his vinculis eos liberare possit? Quodsi quis intra triennium venerit, et quendam ex illis, qui vitam monasticam profitentur, ut servum abducere velit (id, quod nuper ex Lycia Zosimus nobis nunciavit, vir dei amantissimus, in exercitione celebris, quique annum prope aetatis centesimum et vigesimum agit, et tam animi virtutibus, quam corporis viribus floret; tanta in eo dei gratia eminet), si quis igitur, uti ante diximus, intra triennium veniat, quendam ex illis, qui monachi fieri volunt in eoque perseverant, in servitutem vindicaturus, eumque res quasdam abripuisse, et propterea ad monasterium confugisse affirmet, ne statim hoc faciat sancimus, sed prius ostendat eum revera servum esse et vel furto vel improba vita vel gravibus peccatis inquinatum propter ipsum delictum suum aufugisse et ad monasterium venisse; et siquidem vera dixisse probetur, eaque de causa exercitationem monasticam eum suscepisse appareat, vel etiam propter vitae turpitudinem forte aufugerit, nec quum vere exercitationem monasticam amaret, eam subierit, domino cum iis rebus reddatur, quas forte abstulit, si modo res illae in monasterio fuerint; is vero, qui dominus probatus est, fidem, uti vocatur, illi det, se non male eum tractaturum esse, eumque recipiat et domum ducat.

§. 2. *Si vero is, qui se dominum dicit, nihil tale probaverit, ille autem, qui horum accusatur, vel ex ipsa exercitatione monastica honestus et probus appareat, testimonium quoque forte habeat, se, quum apud dominum esset, modestum atque honestatis amantem fuisse, licet triennii tempus nondum completum sit, tamen etiam sic in venerabili monasterio ab eorum audacia, qui eum vindicare volunt, liberatus maneat. Triennio vero semel elapso, monastica gravitate dignus habitus in monasterio maneat. Etenim nemini omnino potestatem damus curiose in ea inquirendi, quae ad ipsum pertinent. sed sive servus, sive liber sit, eum in monastica exercitatione manere volumus. Nam etsi peccatum aliquod in vita ante acta ab ipso forte commissum sit (humana enim natura ad peccata proclivis est), tamen ad mediocrem peccatorum purgationem et virtutis augmentum vel triennalis tem-*

nem omnium (dicimus autem caelestem) dominum, et arripiantur in libertatem. Nam si in multis casibus etiam ex lege hoc fit, et talis quaedam libertas datur, quomodo non praevalebit divina gratia talibus eos absolvere vinculis? Si vero intra triennium venerit quispiam, et aliquem horum, qui conversationem professi sunt, trahere tanquam servum voluerit (hoc, quod nobis nuper ex Lycia nunciavit Zosimus deo amabilis, vir famosissimus in conversatione, et prope vicesimum et centesimum aetatis agens annum, pollens autem et animi virtutibus et corporis operationibus; tanta quaedam in eo gratia dei floret), si quis igitur, sicut praediximus, intra triennium veniat aliquem in servitutem trahens volentium et perdurantium, ut fierent monachi, et dicat, quoniam abripuit quasdam res, et propterea recurrit ad monasterium, sancimus, eum non promte agere, sed primo probare pro veritate, quia servus est, et pro furto forsan, aut pro [1]) vita maligna, aut pro [1]) vitiis pessimis fugerit quidem propter suum vitium, ad monasterium autem venerit. Et si quidem verax ostendatur, et apparuerit propter eiusmodi causam monachicam simulans conversationem, aut propter turpitudinem vitae forte diffugiens, et non pro veritate sanctimoniae habitum concupiscens, hunc reddi domino cum quibus forsan abripuit, si tamen haec [2]) etiam in monasterio fuerint; eum vero, qui dominus approbatur, dare ei iusiurandum, quia nihil mali ei faciet, et suscipere atque eum reducere domum. §. 2. Si vero is quidem, qui dicit se esse dominum, nihil tale probaverit, et appareat is qui in talibus accusatur, ex ipsa conversatione honestus ac mitis, et forsan testimonium habeat aliorum, quod etiam apud dominum consistens disciplinatus fuerit et honestatis amator, etsi nondum forte completum est triennii tempus, attamen etiam sic maneat in venerabili monasterio, trahentium asperitate liberatus. Triennii vero semel expleto tempore, iudicatus, quia monastica dignus est honestate, maneat in monasterio. Nequaquam enim damus licentiam ulli penitus perscrutari quae eius sunt, sed sive liber sive servus sit, manere eum in conversatione volumus. Nam etsi vitium in priori ab eo forte gestum est vita (humana enim natura quodammodo labitur ad delicta), attamen sufficit ad mediocrem purgationem peccatorum et ad virtutis augmentum triennalis temporis testimonium; ea vero, quae rapta sunt, etiamsi apud

[1]) *Trid.*; pro *om. Cont.* — [2]) *Trid.*; hae res *Cont.*

πλημμελήματα), ἀλλ' οὖν ἀρκεῖ πρὸς μερίαν κάθαρσιν τῶν ἡμαρτημένων καὶ πρὸς ἀρετῆς ἐπίδοσιν ἡ τοῦ τριετοῦς χρόνου μαρτυρία, τῶν μέντοι κλαπέντων καὶ οὕτω, παρ' οἷς ἂν εὑρηθείεν, πάντως ἀποδιδομένων τῷ πάλαι δεσπότῃ. §. 3. Εἰ μέντοι τὴν τῆς δουλείας ἀνάγκην ἐκφυγὼν πειραθείη τὸ μὲν μοναστήριον ἀπολιπεῖν, ἕτερον δὲ βίου σχῆμα μεταδιώκειν, παῤῥησίαν δίδομεν τῷ κεκτημένῳ καὶ [1]) ἕλκειν αὐτόν, ἀποδεικνύντι τὴν τύχην, καὶ [2]) εἰς οἰκέτας ἔχειν. οὐ γὰρ ἂν ὑβρισθείη τοσοῦτον εἰς ἀληθῆ δουλείαν ἑλκόμενος, ὅσον αὐτὸς ἐξύβρισε, τὴν τοῦ θεοῦ λατρείαν ἀποφυγών. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς τύχης τῶν εἰς μοναχοὺς παραγγέλλειν βουλομένων θεσπίζομεν.

temporis testimonium sufficit. Quae vero furto ablata sunt, apud quoscunque reperiantur, etiam sic veteri domino omnino restituantur.

§. 3 *Quodsi is, qui servitutis necessitatem effugit, monasterium relinquere, atque aliud vitae genus sectari conetur, domino licentiam damus, ut abducat eum, conditione eius demonstrata, et inter servos habeat. Neque enim tanta iniuria afficietur in veram servitutem redactus, quantam ipse intulit, dum fugit dei servitium. Atque haec quidem de conditione eorum, qui se monachos profiteri volunt, sancimus.*

Κεφ. γ'. [a])

Σκεπτέον δέ, ὅπως αὐτοὺς οἰκοῦντας καὶ διαιτωμένους μοναχικῆς φιλοσοφίας ἀγωνιστὰς ἀξίους ἀποδείξωμεν [3]). Βουλόμεθα γὰρ μηδὲ ἓν μοναστήριον τῶν ἐπὶ τῆς ὑπηκόου καθεστώς, εἴτε πλειόνων ἀνθρώπων ἐστίν, εἴτε ἐλαττόνων, τοὺς ἐν αὐτῷ μοναχοὺς κεχωρισμένους ἀπ' ἀλλήλων ἔχειν, καὶ ἰδίοις οἰκήμασι χρωμένους, ἀλλὰ κοινῇ μὲν αὐτοὺς ἐστιᾶσθαι θεσπίζομεν, καθεύδειν δὲ ἅπαντας ἐν κοινῷ, ἑκάστου μὲν ἐπί τινος ἰδιαζούσης χαμεύνης κειμένου, ἐν οἴκῳ δὲ ἑνὶ κατακλινομένους, ἤ, εἴπερ οὐκ ἀρκοίη πρὸς τὸ πλῆθος τῶν μοναχῶν οἶκος εἷς, ἐν δύο τυχὸν ἢ καὶ πλείοσιν, οὐ μὴν ἰδίᾳ καὶ καθ' ἑαυτούς, ἀλλ' ἐν κοινῷ, ὥστε μάρτυρας τῆς ἀλλήλων γίνεσθαι κοσμιότητός τε καὶ σωφροσύνης, καὶ μηδὲ τὸν ὕπνον αὐτὸν ῥᾳθυμον ἔχειν, ἀλλὰ μελετῶντα τὴν εὐκοσμίαν διὰ τὴν τῶν ὁμοίων ἐπιτίμησιν πολλήν. εἰ μὴ τινες αὐτῶν τὸν ἐν θεωρίᾳ τε καὶ τελειότητι διαζῶντες βίον ἰδιάζον ἔχοιεν οἴκημάτιον, οὓς δὴ καλεῖν ἀναχωρητάς τε καὶ ἡσυχαστὰς εἰώθασιν, ὡς τῆς κοινότητος ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐξηρημένους. ἐπείτοιγε τοὺς ἄλλους, ὅσοι εἰς πλῆθος ἡ ἄσκησις ἐστίν, ἐν τοῖς καλουμένοις κοινοβίοις εἶναι βουλόμεθα. οὗτος γὰρ ὁ ζῆλος αὐτοῖς εἰς ἀρετὴν ἐπιδώσει, καὶ μάλισια τοῖς νεαίουσιν, εἴγε μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τάττοιντο. γενήσεται γὰρ ἡ τῶν παλαιοτέρων πολιτεία τῆς νεότητος ἀκριβὴς παιδαγωγία. οὕτω τε ἔστωσαν ἐν τοῖς κοινοβίοις τῷ σιρῶν αὐτῶν ἡγεμόνι πειθόμενοι, καὶ τὴν παραδεδομένην αὐτοῖς ἄσκησιν ἀμέμπτως τηροῦντες.

Cap. III.

Videndum vero est, quomodo eos in habitatione et victu monastica philosophia dignos athletas reddamus. Volumus enim, ut nullo in monasterio sub ditione nostra constituto, sive multorum hominum sit, sive paucorum, monachi invicem separati sint, et propriis domibus utantur, verum sancimus, ut cibum una capiant, atque in communi loco omnes dormiant, et quilibet in proprio quidem lecto cubet, in una vero domo, vel si una domus multitudinem monachorum non capiat, in duabus forte vel pluribus, non vero seorsum et soli, sed una decumbant, ut invicem honestatis et castitatis testes sint et ne somnum dissolute, sed decenter capiant, propter eorum, qui eos videbunt, gravem increpationem; nisi quidam ex illis, qui contemplatione et perfectione vitam agunt, proprium cubiculum habeant, quos anachoretas et hesychastas vocare solent, tanquam a communi vita ad meliora translatos. Reliquos enim, qui vitam asceticam cum multitudine agunt, in coenobiis, uti vocantur, esse volumus. Sic enim aemulatio virtutem illorum, et maxime iuvenum, augebit, si senioribus adiungantur. Seniorum enim vitae ratio iuventutis accurata educatio erit. Atque ita in coenobiis praesuli suo obediant, et traditam ipsis exercitationem inculpate servent.

Κεφ. δ'. [b])

Εἰ δέ τις ἅπαξ ἑαυτὸν καθιερώσας τῷ μοναστηρίῳ

Cap. IV.

Si quis autem monasterio semel se consecraverit, habi-

apud quoscunque inveniantur, modis omnibus reddantur prisco domino. §. 3. Si vero servitii necessitatem effugiens tentaverit monasterium quidem derelinquere, aliam autem vitae sectari figuram, licentiam damus domino et trahere eum, et probanti fortunam inter servos habere. Non enim iniuriam patietur tantam ad verum servitium tractus, quantum ipse iniuriatus est dei culturam refugiens. Et haec quidem de fortuna horum, qui inter monachos profiteri volunt, sancimus.

Cap. III. Cogitandum vero est, quomodo ipsos habitantes et degentes monasticae philosophiae certatores dignos esse ostendamus. Volumus enim nullum monasterium sub ditione nostra constitutum, sive plurimorum hominum est sive paucorum, monachos, qui ibi sunt, divisos ab alterutris esse et propriis habitationibus uti, sed communiter quidem eos comedere sancimus, dormire vero omnes in communi, unoquoque quidem in propria quadam stratura iacente, in domo vero una collocatos, aut si forte non sufficit ad multitudinem monachorum domus una, in duas forsan aut plures, non tamen seorsum et apud semetipsos, sed in communi testes alterutris sint honestatis et castitatis, et neque ipsum somnum desidiosum habeant, sed meditantem [4]) bonum ornatum propter increpationem respicientium; nisi tamen quidam eorum in contemplatione et perfectione degentes vitam remotam habeant in hospitio, quos vocare anachoretas, id est discedentes, et hesychastas, id est quiescentes, consueverunt, tanquam a communione ad meliora exceptos; alioqui alios, quibuscunque inter multitudinem conversatio est, in iis, quae vocantur coenobia (id est communi vita [5])), esse volumus. Sic enim zelus eis ad virtutem crescit, et maxime iuve-

[a]) *Hanc §. recitat Photii Nomoc. IX. 32. (Voëlli bibl. II. p. 1017.)* — [b]) *(Ioannis) Nomoc. 34 (Voëlli bibl. II. p. 641.)*

[1]) καὶ *om. Meerm. I. II.* — [2]) καὶ ἀποδ. τὴν τύχην εἰς οἰκ. *Meerm. III. et Zuich.* — [3]) *Ita Homb. emendavit, cf. Vulg.*; ἀποδείξω *Scrimg., Meerm. III. et Zuich.* — [4]) meditantes *Trid., Port.* — [5]) in communi vita *Port.*; in communia vita *Trid.* (*i. e.* communia vitae?). *Hanc interpretationem graeci vocabuli eiicere dubitavi, cum profecta sit fortasse ab ipso Vet. Int.*

ρίῳ καὶ τοῦ σχήματος τυχὼν εἶτα ἀναχωρῆσαι τοῦ μοναστηρίου βουληθείη, καὶ ἰδιώτην τύχον ἑλέσθαι βίον, αὐτὸς μὲν ἴστω, ποίαν ὑπὲρ τούτου δώσει τῷ θεῷ τὴν ἀπολογίαν, τὰ πράγματα μέντοι, ὁπόσα ἂν ἔχοι, ἡνίκα εἰς τὸ μοναστήριον εἰσῆει, ταῦτα τῆς δεσποτείας ἔσται τοῦ μοναστηρίου, καὶ οὐδ' ὁτιοῦν παντελῶς ἐξάξει.

habitumque consecutus sit, deinde ex monasterio discedere, et forte privatam vitam sectari voluerit, ipse quidem sciat, quam rationem hac de re deo sit redditurus; quascunque vero res habuit, quum monasterium ingrederetur, illae in dominio monasterii erunt, ne tantulum quidem omnino auferet.

Κεφ. ε'. [a])

Κἀκεῖνο δὲ προσδιορίζομεν, ὥστε τὸν εἰς μοναστήριον εἰσιέναι βουλόμενον, πρὶν εἰς τὸ μοναστήριον εἰσέλθοι, ἄδειαν ἔχειν τοῖς ἑαυτοῦ χρῆσθαι καθ' ὃν βούλεται τρόπον. Εἰσελθόντι γὰρ συνακολουθήσει πάντως τὰ πράγματα, κἂν εἰ μὴ ῥητῶς εἰσάγειν ταῦτα φήσειε, καὶ οὐκ ἔσται κύριος αὐτῶν οὐκ ἔτι κατ' οὐδένα τρόπον. Εἰ δέ γε παῖδας ἔχοι, εἰ μὲν ἔτυχεν ἤδη πράγματά τινα δωρησάμενος αὐτοῖς, ἢ κατὰ προγαμιαίαν δωρεὰν καὶ κατὰ προικὸς πρόφασιν ἐπιδούς, καὶ ποιεῖ ταῦτα τὸ τέταρτον τῶν ἐξ ἀδιαθέτου τῆς αὐτοῦ περιουσίας, μηδεμίαν ἐπὶ τοῖς λοιποῖς πράγμασιν ἐχέτωσαν μετουσίαν οἱ παῖδες. Εἰ δὲ ἢ οὐδὲν αὐτοῖς δωρήσηται, ἢ ἔλαττον τοῦ τετάρτου, καὶ μετὰ τὸ παραγγεῖλαι τὸν ἀποταττόμενον εἰς μοναχοὺς οὐδὲν ἧττον τὸ τέταρτον ὀφειλέσθω τοῖς παισὶν ἢ εἰς ἀναπλήρωσιν, εἴγε ἔτυχον ἤδη τι λαβόντες, ἢ καὶ ἐφ' ᾧ τὸ πᾶν αὐτοῖς δοθῆναι. Εἰ δὲ γαμετὴν ἔχων εἶτα αὐτὴν ἀπολιπὼν εἰς μοναστήριον εἰσίοι, ἢ τε προῖξ τῇ γυναικὶ φυλαττέσθω, καὶ τὸ ἀπὸ τελευτῆς σύμφωνον (τοῦτο, ὅπερ καὶ ἐν ἑτέρᾳ ἡμῶν νενομοθέτηται διατάξει), πάντων τῶν ἐπὶ μοναχοῖς περὶ τούτου ῥηθέντων, καὶ ἐπὶ γυναικῶν εἰς μοναστήριον εἰσιουσῶν κρατούντων.

Illud quoque decernimus, ut is, qui monasterium vult ingredi, ante, quam in monasterium venerit, p[o]testatem habeat rebus suis eo quo velit modo utendi. Illud enim ingredientem res omnino sequentur, quamquam se eas inferre non expresse dixerit, neque ullo modo earum dominus amplius erit. Si vero liberos habeat, iisque quasdam res vel in donationem propter nuptias, vel in dotem dederit, atque illae quartam bonorum eius ab intestato efficiant, nullam in reliquis rebus liberi partem habeant. Sin vero vel nihil, vel minus quarta illis donaverit, etiam postquam is, qui valedicit, se monachum professus fuerit, quarta liberis nihilominus debeatur, vel ita, ut, si liberi quid acceperint, illa suppleatur, vel ut totum illis detur. Quodsi uxorem quis habeat, eaque relicta monasterium ingrediatur, mulieri et dos et pactum in casum mortis factum, quemadmodum et alia constitutione nostra sancitum est, servetur, omniaque, quae de monachis ea de re dicta sunt, etiam in mulieribus monasterium ingredientibus obtineant.

Κεφ. ς'. [b])

Εἰ δὲ ἀπολιπὼν τὸ μοναστήριον εἰς τινα ἐλθὼν στρατείαν ἢ ἕτερον βίου σχῆμα, τῆς οὐσίας αὐτοῦ καὶ οὕτως εἰς τὸ μοναστήριον κατὰ τὸ ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον ἀπομενούσης, αὐτὸς ἐν τοῖς ταξειώταις τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος τετάξεται, καὶ τοῦτον ἕξει τῆς μεταβολῆς τὸν καρπόν, καὶ ὄγε τὴν θείαν λειτουργίαν ὑπηρετῶν δικαστηρίου χθαμαλοῦ προσκαρτερείτω δουλείᾳ.

Cap. VI.

Si quis vero relicto monasterio ad militiam vel aliud vitae genus se contulerit, bona eius etiam sic in monasterio, prout ante a nobis dictum est, manebunt, et ipse in cohortales clarissimi provinciae iudicis allegatur, eumque habebit mutationis suae fructum, ut, quum divinum ministerium despexerit, in iudicii terreni servitio permaneat.

Κεφ. ζ'. [c])

Εἰ δὲ ἀπολιπὼν τὸ μοναστήριον, καθ' ὅπερ τὴν

Cap. VII.

Quodsi relicto monasterio, in quo exercitationem habuit,

invenibus, si cum senioribus constituantur; fiet enim seniorum conversatio iuventutis educatio perfecta, et sic sint in coenobiis suo proprio abbati obedientes, et traditam sibi conversationem inculpabiliter observantes.

Cap. IV. Si quis autem forte semel dedicatus schemateque potitus deinde a monasterio discedere voluerit, et privatam fortassis eligere vitam, ipse quidem sciat, quam pro hac dabit deo satisfactionem, res autem, quascunque habuerit, dum in monasterium intrabat, eas dominii esse monasterii, et nihil penitus eiiciat.

Cap. V. Illud quoque decernimus, qui in monasterium introire voluerit, antequam monasterium ingrediatur, licentiam habere suis uti quo voluerit modo. Ingredientem namque simul sequuntur omnino res, licet non expressim qui introduxerit eas dixerit, et non erit dominus earum ulterius ullo modo. Si vero filios habuerit, si quidem contigerit iam enim res aliquas donasse eis, aut per antenuptialem donationem, aut per dotis occasionem contulisse, et faciunt haec quartam ab intestato eius substantiae, nullum in reliquis rebus habeant participium filii; sin autem nihil eis donaverit, aut minus quarta, et [1]) postquam abrenuntians conversatus fuerit inter monachos, nihilominus quarta debeatur filiis aut supplementum, si contigit eos iam aliquid accepisse, aut etiam quatenus totum eis detur. Si autem uxorem habens, deinde eam relinquens in monasterium ingrediatur, et dos mulieri servetur, et ex morte pactum, quod in alia nostra sancivimus constitutione, omnibus, quae super monachis de his dicta sunt, et in mulieribus in monasterium ingredientibus valituris.

Cap. VI. Si vero relinquens monasterium ad quandam veniat militiam aut ad aliam vitae figuram, substantia eius etiam sic in monasterio secundum quod a nobis prius dictum est remanente, ipse inter officiales clarissimi provinciae iudicis statuetur, et hunc habebit mutationis fructum, et [2]) qui sacrum ministerium despexerit, tribunalis terreni observet servitium.

Cap. VII. Si vero relinquens monasterium, in quo conversationem habuerit, ad alind transeat monasterium etiam

---

[a]) *Photii Nomoc. XI.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 1045.) *Ioannis Nomoc.* 34. (*ibid. II. p.* 641.) — [b]) *Photii Nomoc. XI.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 1045.) — [c]) *Photii Nomoc. XI.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 1045.)

[1]) *Trid.*; et *om. Cont* — [2]) *Trid.*; ut *Cont.*

τὴν ἄσκησιν εἶχεν, εἰς ἕτερον μεταβαίνοι μοναστήριον, καὶ οὕτω μὲν ἡ αὐτοῦ περιουσία μενέτω τε καὶ ἐκδικείσθω ὑπὸ τοῦ προτέρου μοναστηρίου, ἔνθα ἀποταξάμενος τοῦτο κατέλιπε. Προσῆκον δέ ἐστι, τοὺς εὐλαβεστάτους ἡγουμένους μὴ εἰσδέχεσθαι τὸν τοῦτο πράττοντα. ἀλιτὴς γὰρ ὁ τοιοῦτος βίος, καὶ μοναχικῆς καρτερίας οὐδ' ὅλως ἐγγύς, οὐδὲ σταθερᾶς καὶ μονίμου ψυχῆς, ἀλλὰ περιφερομένης τε καὶ ἄλλοτε ἄλλα ζητούσης ἀπόδειξιν ἔχων. Ὥςτε καὶ τοῦτο κωλύσουσιν οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, καὶ οἵ γε ἀρχιμανδρῖται λεγόμενοι καὶ καλούμενοι, τὴν μοναχικὴν σεμνότητα κατὰ τοὺς θείους κανόνας φυλάττοντες.

habuit, ad aliud monasterium transeat, sic quoque bona eius maneant et vindicentur a priore monasterio, quod illi valedicens reliquit. Reverendissimos vero praesules eum, qui hoc facit, suscipere non decet. Vaga enim est haec vita atque a monastica tolerantia multum abest, neque confirmati et constantis animi est, sed quae vagabundum aliaque alibi quaerentem probat. Quare etiam hoc piissimi episcopi et qui archimandritae dicuntur et vocantur prohibeant, monasticam gravitatem secundum divinos canones conservantes.

Κεφ. η'. [a])

Εἰ δέ τις τῶν μοναχικὴν ἐπαγγειλαμένων ἄσκησιν ἀξιωθείη κληρικοῦ χειροτονίας, μενέτω καὶ οὕτω καθαρὰν φυλάττων τὴν ἄσκησιν, ὡς εἶγε τῇ τοῦ γενέσθαι κληρικὸς ἀποχρήσαιτο παῤῥησίᾳ, καὶ πρὸς γάμον ἐλθεῖν θαῤῥήσειεν, δηλαδὴ τοιούτου βαθμοῦ καθεστὼς ἐν κληρικοῖς, ὃς αὐτῷ γαμεῖν ἐφίησι (λέγομεν δὲ ψαλτῶν τε καὶ ἀναγνωστῶν. τοῖς γὰρ ἄλλοις ἅπασι τὸν γάμον πανταχῶς καιὰ τοὺς θείους κανόνας ἀπαγορεύομεν, ἢ παλλακὴν ἔχειν, ἢ ἀσελγείας ἐκδοῦναι τὸν βίον), ἐκβαλλέσθω παντελῶς τοῦ κλήρου, οἷα τὴν προτέραν ἄσκησιν καὶ τὸν μονήρη καταισχύνων βίον, καὶ ἰδιώτης ἔστω τὸ λοιπόν, πρὸς στρατείαν μὲν ἢ ἕτεραν ἐπιτήδευσιν ἐλθεῖν οὐ θαῤῥῶν, εἰ μὴ βούλοιτο τοῖς ἔμπροσθεν ἡπειλημένοις παῤ ἡμῶν ὑποπεσεῖν ἐπιτιμίοις, αὐτὸς δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ διαζῶν. καὶ γινώσκων, ὁποίαν ὑπὲρ τούτου δώσει τῷ μεγάλῳ θεῷ τὴν ἀπολογίαν.

Cap. VIII.

At si quis eorum, qui monasticam exercitationem profitetur, dignus fuerit habitus, qui clericus vocetur, etiam sic maneat, atque exercitationem puram conservet. Quare si ideo, quod clericus factus est, libertate abutatur, et nuptias inire audeat, scilicet si in eo gradu clericorum constitutus sit, qui ei uxorem ducere permittat (cantores dicimus et lectores; reliquos enim omnes secundum divinos canones matrimonium inire, aut concubinam habere, aut luxuriose vivere omnino prohibemus), ex clero plane eiiciatur, ut qui priorem exercitationem vitamque monasticam dedecoraverit, et deinceps privatus sit, nec ad militiam aut aliud officium adspirare audeat, nisi in poenas, quas ante minati sumus, velit incidere, sed vitam privatam agat, atque videat, qualem illius rei excusationem magno deo sit allaturus.

Κεφ. θ'. [b])

Τὴν δὲ τῶν ἡγουμένων χειροτονίαν, εἴ ποτε συμβαίη δεῖσθαι τὸ μοναστήριον ἡγουμένου, μὴ κατὰ τὴν τάξιν τῶν εὐλαβεστάτων γίνεσθαι μοναχῶν, μηδὲ πάντως τὸν μετὰ τὸν πρῶτον εὐθὺς ἡγούμενον γίνεσθαι, μηδὲ τὸν μετ' ἐκεῖνον δεύτερον, μηδὲ τὸν τρίτον, ἢ τοὺς ἑφεξῆς (τοῦτο, ὅπερ καὶ νόμος ἡμῶν ἕτερος λέγει), ἀλλὰ τὸν θεοφιλέστατον τῶν τόπων ἐπίσκοπον χωρεῖν μὲν ἐφεξῆς διὰ πάντων (οὐδὲ γὰρ ἀτιμαστέον πάντως τὸν χρόνον καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ τάξιν), καὶ τὸν ἀναφαινόμενον πρῶτον ἄριστον ἐν τοῖς μοναχοῖς καθεστῶτα, καὶ ἄξιον τῆς ἡγεμονίας αὐτῶν, τοῦτον αἱρεῖσθαι, διότι τὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τοιαῦτά ἐστιν, ὡς μήτε πάντας ἐφεξῆς ἐν τοῖς ἄκροις, μηδ' αὖθις ἅπαντας ἐν τοῖς

Cap. IX.

Creatio vero praesulum, si monasterium praesule egere contingat, non fiat secundum ordinem reverendissimorum monachorum, neque is, qui post primum est, statim praesul fiat, neque qui eum sequitur secundus, neque tertius, aut reliqui (id, quod etiam alia lex nostra dicit), sed piissimus episcopus illius loci omnes ordine inspiciat (neque enim tempus, quique exinde oritur ordo plane contemnendus est), et qui primus inter monachos optimus et dignus videbitur, ut reliquis praesit, is eligatur. Natura enim humana ita comparata est, ut non omnes simul in summo, neque omnes rursus in infimo collocati sint. Procedat igitur omnino secundum gradum praesulis inspectio, quique primus statim inter numeratos optimus fuerit inventus, ille

etiam sic quidem eius substantia maneat, et vindicetur a priore monasterio, ubi abrenuntians hanc reliquit. Competens autem est, reverendissimos abbates non suscipere eum, qui hoc egit. Erronea namque talis est vita monachica, nullatenus tolerantiae proxima, neque constantis et persistentis animae, sed indicium habentis circumlatae, et aliunde alia requirentis. Eapropter etiam hoc prohibeant deo amabiles episcopi et archimandritae nuncupati, monachicam honestatem secundum regulas sacras conservantes.

Cap. VIII. Si quis autem monachicam professionem meruit clerici ordinationem, maneat etiam sic puram servans conversationem. Quodsi facti clerici abutatur fiducia, et ad nuptias venire praesumat [1]), quippe in tali gradu constitutus inter clericos, qui ei uxorem ducere permittat (dicimus autem [2]) cantorum aut lectorum; aliis enim omnibus nuptias secundum sacras regulas penitus interdicimus, aut concubinas habere, aut luxuriis tradere vitam), excludatur modis omnibus a clero, tanquam priorem conversationem et solitariam confundens vitam, et privatus sit de cetero, ad militiam quidem aut ad aliud officium venire non praesumens, nisi voluerit dudum a nobis interminatis subiacere poenis, ipse autem apud semetipsum degens, et agnoscens, qualem pro hoc daturus sit magno deo satisfactionem.

Cap. IX. Ordinationem vero abbatum, si quando contigerit egere monasterium abbate, non per ordinem reverendissimorum fieri monachorum, nec omnino eum, qui post primum est, mox abbatem fieri, nec qui post illum secundus est, neque tertium aut reliquos (hoc, quod etiam alia lex nostra dicit), sed deo amabilem locorum episcopum percurrere quidem consequenter per omnes (non enim exhonorandum est omnino tempus et ex eo ordo), et eum, qui apparuerit prius optimus inter monachos constitutus et dignus praesulatu eorum, hunc eligere, eo quod humana natura talis est, quod neque omnes per ordinem inter summos, neque rursus omnes inter novissimos constituti quidem sint, sed procedat quidem secundum gradum praecedentis inspectio, qui vero prior

---

[a]) *Photii Nomoc. IX.* 29. (*Voëlli bibl. II. p.* 1001 *sq.*) — [b]) *Photii Nomoc. XI.* 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 1054.) *Sensum huius cap. exprimit* (*Ioannis*) *Nomoc.* 33. (*ibid. II. p.* 639.)

[1]) *Bk.*; abutantur — praesumant *Trid.*, *Cont.* — [2]) *Trid.*; autem gradum *Cont.*

τοῖς ἔσχατοις τετάχθαι, ἀλλὰ προΐτω μὲν κατὰ τὸν βαθμὸν ἡ τοῦ ἡγησαμένου πάντως ἐποψία. ὁ δὲ πρῶτος εὐθὺς ἐν τοῖς ἀριθμουμένοις ἄριστος ἀναφανείς, οὗτος ἡγεμὼν ἔστω, καὶ τὴν τάξιν ὁμοῦ καὶ τὴν ἀρετὴν συμμαχοῦσαν ἔχων. δεῖ γὰρ διακρίνοντας τὸ κρεῖττον ἐκ τοῦ φαυλοτέρου τὸ μὲν ἡγεμονεῖν ἐᾶν, θάτερον δὲ ὑποκεκλίσθαι συγχωρεῖν, καὶ τῇ κατ' ὀλίγον παιδαγωγίᾳ, καὶ τοῦτο πρὸς τὸ κρεῖττον ἐμβαίνειν. §. 1. Ὅσα μέντοι παρ' ἡμῶν ἐν ἅπασαις ταῖς τε πρότερον, ταῖς τε νῦν γενομέναις θείαις ἡμῶν διατάξεσι νενομοθέτηται περὶ κληρικῶν ἢ μοναχῶν ἢ μοναστηρίων, ταῦτα κοινὰ τίθεμεν περί τε ἀρρένων καὶ θηλειῶν, καὶ μοναστηρίων καὶ ἀσκητηρίων, οὐ διακρίνοντες τό γε ἐπὶ τούτοις τὸ ἄρρεν ἀπὸ τοῦ θήλεος, διὰ τὸ, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, ἓν ἅπαντα ἐν Χριστῷ καθεστάναι.

ille praesul sit, tam ordine quam virtute ei suffragante. Eos enim, qui id, quod melius est, a deteriore discernunt, illi quidem ut imperet, hoc vero ut subiectum sit, et disciplina paulatim etiam ad id, quod melius est, ascendat, permittere oportet.

§. 1. Quaecunque igitur a nobis in omnibus sacris nostris constitutionibus tam ante quam nunc latis de clericis, monachis, aut monasteriis constituta sunt, ea ut masculis et feminis, et monasteriis et asceteriis communia sint, sancimus, non discernentes hac in parte masculum a femina, quod, uti ante diximus, omnia in Christo unum sint.

Ἐπίλογος.

Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα οἵ τε ὁσιώτατοι πατριάρχαι τοῖς ὑφ' ἑαυτοὺς θεοφιλεστάτοις μητροπολίταις φανερὰ ποιείτωσαν, οἱ δὲ τοῖς ὑφ' ἑαυτοὺς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις δηλούτωσαν, ἐκεῖνοί τε τοῖς μοναστηρίοις τοῖς ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν χεῖρα καθεστῶσι γνωριζέτωσαν, ὅπως ἂν διὰ πάντων ἡ τοῦ δεσπότου θεοῦ θεραπεία μένῃ πανταχόθεν ἀδιάφθορος. Ἐπικείσονται γὰρ μέγισται ποιναὶ τοῖς ταῦτα παραβαίνουσι. φαμὲν δὲ τὰς ἐξ οὐρανοῦ, ἃς ἀνάγκη τοῖς τῶν ὀρθῶν δογμάτων ὑπερόπταις ἐπικεῖσθαι. Καὶ οἱ τῆς ἡμετέρας μέντοι πολιτείας ἄρχοντες, εἰ ταῦτα αὐτοῖς προσαγγελθείεν, πᾶσι σπευδέτωσαν τρόποις τὰ τοῖς θείοις κανόσι περιεχόμενα, οἷς ὁ παρ' ἡμῶν κατακολουθεῖ νόμος, εἰς ἔργον ἄγεσθαι παρασκευάζειν. οὐδὲ γὰρ ἐκείνους ἐπιλείψει ποινὴ τούτων ῥαθυμήσαντας. Ὥστε ἀκολουθοῦσαν τούτοις προσῆκει τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἅπασι τοῖς ὑπ' αὐτὴν ὁσιωτάτοις μητροπολίταις φανερὰ ταῦτα κατασῆσαι. Dat. XVI. Kal. April. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

Epilogus.

Haec igitur omnia sanctissimi patriarchae piissimis metropolitanis infra se constitutis manifesta faciant, hi vero piissimos episcopos certiores reddant, atque hi monasteriis, quae sub potestate illorum sunt, nota faciant, ut perpetuo cultus domini dei undique incorruptus maneat. Gravissimae enim poenae manebunt transgressores; caelestes dicimus, quas rectorum dogmatum contemtoribus imminere necesse est. At nostrae quidem reipublicae magistratus, si haec illis annuncientur, omnibus modis studeant, ut ea, quae divinis canonibus comprehensa sunt, quos nostra lex sequitur, exsequantur. Manebit enim illos poena, qui haec negligunt. Quare sanctitatem tuam, haec sequentem, omnibus metropolitanis infra se constitutis haec nota facere decet.

ΔΙΑ- No-

prior mox inter numeratos optimus apparuerit, is abbas sit, et ordinem simul, et virtutem suffragantem habens. Oportet enim eos, qui discernunt quod melius est a peiore, aliud quidem ad regendum dimittere, aliud vero inclinari iubere, et paulatim per eruditionem hoc etiam ad melius accedere. §. 1. Quaecunque tamen a nobis in omnibus, quae prius, et quae nunc prolatae sunt, sacris nostris constitutionibus sunt sancita de clericis, aut monachis, aut monasteriis, haec communia ponimus et in masculis et in feminis, et monasteriis et asceteriis, non discernentes quantum ad istos masculum aut feminam, eo quod, sicut praediximus, unum omnia in Christo consistant.

Epilogus. Haec igitur omnia sanctissimi patriarchae sub se constitutis deo amabilibus metropolitis manifesta faciant, at illi subiectis sibi deo amabilibus episcopis declarent, et illi monasteriis dei sub sua ordinatione constitutis cognita faciant, quatenus per omnia domini cultura maneat undique incorrupta. Imminebunt enim maximae poenae ista transgredientibus (dicimus autem de caelo), quas necesse est rectorum dogmatum contemtoribus imminere. Et nostrae siquidem reipublicae iudices, si haec eis nuncientur, omnibus studeant modis ea, quae sacris regulis continentur, quas nostra sequitur lex, ad effectum perduci procurare. Nam nec illos deserit poena haec negligentes. Quapropter sequentem haec tuam sanctitatem decet omnibus sub se positis sanctissimis metropolitanis haec facere manifesta. Dat. XVI. Kal. April. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϛ'. [a])

Περὶ τοῦ πῶς δεῖ χειροτονεῖσθαι τοὺς ἐπισκόπους, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, ἄρρενας καὶ θηλείας, καὶ ποῖα ἐπιτίμια κατὰ τῶν παραβαινόντων τὸν τύπον τῆ; διατάξεως.

(Coll. I. tit. 6.)

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ, τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Προοίμιον. [b])

Μέγιστα τῶν [1]) *ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ δῶρα θεοῦ παρὰ τῆς ἄνωθεν δεδομένα φιλανθρωπίας ἱερωσύνη τε καὶ βασιλεία, ἡ μὲν τοῖς θείοις ὑπηρετουμένη, ἡ δὲ τῶν ἀνθρωπίνων ἐξάρχουσά τε καὶ ἐπιμελουμένη, καὶ ἐκ μιᾶς τε καὶ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς ἑκατέρα προϊοῦσα* [2]), *καὶ τὸν ἀνθρώπινον κατακοσμοῦσα βίον, ὥστε οὐδὲν οὕτως ἂν εἴη περισπούδαστον βασιλεῦσιν, ὡς ἡ τῶν ἱερέων σεμνότης, εἴγε καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἐκείνων ἀεὶ τὸν θεὸν ἱκετεύουσιν. Εἰ γὰρ ἡ μὲν ἄμεμπτος εἴη πανταχόθεν, καὶ τῆς πρὸς θεὸν μειέχοι παῤῥησίας, ἡ δὲ ὀρθῶς τε καὶ προσηκόντως κατακοσμοίη τὴν παραδοθεῖσαν αὐτῇ πολιτείαν, ἔσται συμφωνία τις ἀγαθὴ, πᾶν εἴ τι χρηστὸν τῷ ἀνθρωπίνῳ χαριζομένη γένει. Ἡμεῖς τοίνυν μεγίστην ἔχομεν φροντίδα περί τε τὰ ἀληθῆ τοῦ θεοῦ δόγματα, περί τε τὴν τῶν ἱερέων σεμνότητα, ἧς ἐκείνων ἀντεχομένων πεπιστεύκαμεν, ὡς δι' αὐτῆς μεγάλα ἡμῖν ἀγαθὰ δοθήσεται παρὰ θεοῦ, καὶ τά τε ὄντα βεβαίως ἕξομεν, τά τε οὔπω καὶ νῦν ἀφιγμένα προσκτησόμεθα. Καλῶς δὲ ἂν ἅπαντα πράττοιτο καὶ προσηκόντως, εἴπερ ἡ τοῦ πράγματος ἀρχὴ γένοιτο πρέπουσα καὶ φίλη θεῷ. τοῦτο δὲ ἔσεσθαι πιστεύομεν, εἴπερ ἡ τῶν ἱερῶν κανόνων παρατήρησις φυλάττοιτο, ἣν οἵ τε δικαίως ὑμνούμενοι καὶ προσκυνούμενοι καὶ αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ θεοῦ* [3]) *λόγου παραδεδώκασιν ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ἐφύλαξάν τε καὶ ὑφηγήσαντο.*

Κεφ. α'.

Novella VI.

QUOMODO EPISCOPI, PRESBYTERI ET DIACONI, MASCULI ET FEMINAE, CREANDI SINT, ET QUAE POENA IN EOS, QUI HUIUS CONSTITUTIONIS FORMAM TRANSGREDIUNTUR, STATUTA SIT.

Idem Imperator Epiphanio, sanctissimo Archiepiscopo regiae huius urbis et Patriarchae universali.

Praefatio.

Maxima inter homines sunt dei dona a supera benignitate data, sacerdotium et imperium, quorum illud quidem divinis inservit, hoc vero humanas res regit earumque curam gerit, ac utrumque ab uno eodemque principio proficiscitur, et humanam vitam exornat. Quare nihil Imperatoribus aeque curae sit, quam sacerdotum honestas; hi enim etiam pro illis deo supplicant. Nam si illud omni ex parte inculpatum est et fiducia dei pollet, hoc vero recte et decenter traditam sibi rempublicam regit, bonus quidam erit concentus, qui quidquid utile est humano generi praebeat. Maxime igitur curae nobis sunt tum vera dei dogmata, tum etiam sacerdotum honestas, quam si illi servent, magna bona deum nobis daturum, quaeque habemus nos firmiter possessuros, et quae nondum adepti sumus consecuturos esse credimus. Bene autem et decenter omnia gerentur, si decens et deo gratum rei initium ponatur. Id autem fore credimus, si sacri canones observentur, quos merito laudandi atque venerandi apostoli, qui spectatores et ministri verbi divini fuerunt, et sancti patres custodiverunt atque explicarunt.

Cap. I

Gl. Const. VI.

QUOMODO OPORTEAT EPISCOPOS ET RELIQUOS CLERICOS AD ORDINATIONEM ADDUCI, ET DE EXPENSIS ECCLESIARUM.

(Coll. I. tit. 6.)

Imp. Iustinianus A. Epiphanio, Archiepiscopo et Patriarchae Constantinopolitano.

Praefatio. Maxima quidem in hominibus [4]) sunt dona dei a superna collata clementia, sacerdotium et imperium, illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis praesidens ac diligentiam exhibens; ex uno eodemque principio utraque procedentia humanam exornant vitam. Ideoque nihil sic erit studiosum Imperatoribus, sicut sacerdotum honestas, quum utique et pro illis ipsi semper deo supplicent. Nam si hoc quidem inculpabile sit undique et apud deum fiducia plenum, imperium autem recte et competenter exornet traditam sibi rempublicam, erit consonantia quaedam bona, omne, quidquid utile est, humano conferens generi. Nos igitur maximam habemus sollicitudinem circa vera dei dogmata et circa sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus credimus, quia per eam maxima nobis bona dabuntur a deo, et ea, quae sunt, firma habebimus, et quae nondum hactenus venerunt, acquiremus. Bene autem universa geruntur et competenter, si rei principium fiat decens et amabile deo. Hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum observatio custodiatur, quam iusti et laudandi [5]) et adorandi inspectores et ministri dei verbi tradiderunt apostoli, et sancti patres custodierunt et explanaverunt.

Cap. I.

---

[a]) *Scrimg.; deest ap. Hal. — Epitome totius Novellae in: Coll. const. eccl. III.* 1. 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 1315 *sqq.*) *Plura capita in Coll.* 87. *capitul. capitibus quinque prioribus; cf. Biener Gesch. d. N. p.* 586 *et p.* 171. — *Iulian. Const.* 6. — *Versio est vetus glossata.* — [b]) *Praefatio integra fere legitur in* (*Ioannis*) *Nomoc.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 604.)

[1]) τῶν *om. coll. const. eccl., Meerm. II. et Zuch.*; μέγιστα τοῖς ἀνθρώποις (*Ioannis*) *Nomoc.* — [2]) ἑκατέραι προϊοῦσα (*Ioannis*) *Nomoc., Meerm. I. II.* — [3]) θείου *Meerm. I. II.* — [4]) omnibus *Trid., Port.* — [5]) iusti laudandi *Trid.; corruptum, ut videtur, ex:* iuste laudandi.

Κεφ. α'. [a])

Θεσπίζομεν τοίνυν, τοῖς θείοις διὰ πάντων ἑπομενοι κανόσιν, ἡνίκα τις εἰς τὸν λοιπὸν ἅπανια χρόνον ἐπὶ χειροτονίαν ἐπίσκοπος ἄγοιτο, σκοπεῖσθαι πρότερον αὐτοῦ τὸν βίον καὶ τὸν θεῖον ἀπόστολον, εἰ σεμνός τε καὶ ἄμεμπτος καὶ παντα χόθεν ἀνεπίληπτος εἴη, καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς μεμαρτυρημένος τε καὶ ἔχοι τὰ πρέποντα. §. 1. Καὶ οὔτε ἐκ ταξεωτικῆς ἢ ἐκ βουλευτικῆς ὁρμώμενος τύχης, πλὴν εἰ μὴ ἐκ νέας ἡλικίας, κατὰ τὸ ἤδη διατυπωθέν, ἐν μοναστηρίῳ καταλεγεὶς ἐλευθερωθείη τῆς τύχης [1]), τὸ τέταρτον μέντοι πρότερον τῆς περιουσίας ἀποδιδοὺς τῇ βουλῇ. §. 2. Οὔτε ἐξ ἰδιωτικοῦ [2]) καὶ τῶν καλουμένων λαϊκῶν εἰς καθεστὼς εἶθα εὐθὺς ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν ἀναβαίνων, οὐδὲ ἐσχηματισμένην λαμβάνοι τὴν χειροτονίαν, ὡς ἄρτι μὲν ἰδιώτης, εὐθὺς δὲ κληρικός, εἶτα βραχύ τι διαλιπὼν ἐπίσκοπος ἀναφαίνεσθαι. §. 3. [b]) Οὔτε γαμετῇ συνοικῶν, ἀλλ' ἢ παρθενίᾳ συζήσας ἐξ ἀρχῆς, ἢ γυναῖκα μὲν σχών, ἐκ παρθενίας δὲ εἰς αὐτὸν ἐλθοῦσαν, ἀλλ' οὐδὲ χήραν, οὐδὲ διαζευχθεῖσαν ἀνδρός, οὔτε παλλακήν. §. 4. Οὔτε παῖδας ἢ ἐγγόνους ἔχων, οὔτε γνωριζομένους τῷ νόμῳ, οὔτε ὑπ' ἐκείνου μεμισημένους. Ἐπεὶ τοιγε ὁ παρὰ ταῦτά τι πραττων αὐτός τε ἐκπεσεῖται τῆς ἱερωσύνης, καὶ ὁ τοῦτον χειροτονῶν ὁμοίως ἔξω τῆς ἐπισκοπῆς ἐλαθήσεται, τῷ νόμῳ τούτῳ προσκεκρουκώς. §. 5. Ἀλλ' οὐδὲ χρημάτων ὠνήσασθαι τὴν ἱερατείαν αὐτῷ συγχωροῦμεν, μόνῃ δὲ προσέχειν αὐτὸν τῇ τοῦ δεσπότου Θεοῦ θεραπείᾳ βουλόμεθα, καὶ μὴ πολλαῖς ἀνθρωπίναις φροντίσι περιέλκεσθαι. §. 6. Ἀλλὰ μηδὲ ἀμελέτητος ὢν τῶν ἱερῶν δογμάτων πρὸς ἐπιτροπὴν εἰσίοι. §. 7. Πρότερον δὲ ἢ μοναχικὸν βίον ἀσκήσας, ἢ ἐν κλήρῳ καταλεγόμενος οὐκ ἔλαττον μηνῶν ἕξ, [c]) γυναικὶ μέντοι, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, μὴ συνοικῶν, ἢ παῖδας ἢ ἐγγόνους ἔχων. Ταῦτα γὰρ πάντως ἐπὶ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ζητοῦμεν, καθάπερ καὶ πρότεροι δύο θείαις ἡμῶν τοῦτο διατάξεσι νενομοθέτηται, καθ' ἃς τοὺς μὲν ἤδη συνοικοῦντας γυναιξὶν οὐ περιεργασάμεθα, τὸ παρῳχηκὸς ἅπαν ἀφέντες, τοῦ λοιποῦ δὲ ἐκ τῆς θέσεως τοῦ νόμου μηδενὶ συγχωροῦντες γαμετὴν ἔχοντι τοιαύτην ἐπιτίθεναι χειροτονίαν. Ὅπερ νόμον καὶ νῦν ἀνανεούμεν, μή ποτε, εἰ παρὰ ταῦτα νένηται, αὐτός τε ἐκπέσοι τῆς ἱερωσύνης, τὸν χειροτονήσαντά τε ὁμοίως ἐκβληθῆναι ταύτης παρασκευάσειεν. Ὁ τοίνυν χειροτονούμενος ἐπίσκοπος ἢ ἀπὸ μονα-

Cap. I.

Sancimus igitur, divinos canones omni ex parte secuti, ut, quando in posterum episcopus creandus est, prius vita eius secundum divinum apostolum spectetur, an honesta sit, inculpata, undique irreprehensibilis, ac bonorum operum testimonium habeat, et talis, quae sacerdotem deceat.

§. 1. Neque cohortalis aut curialis conditionis sit, nisi a tenera forte aetate, uti iam dispositum est, in monasterium allectus, conditione illa liberatus sit; quartam tamen partem bonorum curiae prius solvat.

§. 2. Neque etiam privatus, nec quis ex iis, qui laici vocantur, statim ad episcopatum ascendat, nec simulate creetur, ut qui modo privatus, mox clericus, deinde brevi tempore interiecto episcopus sit.

§. 3. Nec qui uxorem habeat, sed qui vel ab initio caelebs vixit, vel uxorem quidem habet, sed quam virginem duxit, non vero viduam, neque a marito separatam, neque concubinam habeat.

§. 4. Nec qui liberos aut nepotes habeat, sive eos lex agnoscat, sive odio habeat. Alioquin qui contra haec quid agit, sacerdotio excidet, et qui eum creavit si in hanc legem peccaverit, ab episcopatu similiter removebitur.

§. 5. Sed nec pecunia sacerdotium emere illi permittimus, ad solum vero domini dei cultum illum animum attendere, nec multis humanis curis distrahi volumus.

§. 6. Sed neque sacrorum dogmatum ignarus ad episcopatum perveniat.

§. 7. Prius autem vitam monasticam professus, vel in clerum non minus sex mensibus assumtus sit, uxorem tamen, sicut ante diximus, non habeat, nec liberos aut nepotes. Haec enim omnino in piissimis episcopis requirimus, quemadmodum etiam antea duabus nostris sacris constitutionibus id sancitum est, in quibus de illis, qui iam uxores habent, non admodum sollicite fuimus, praeteritum omne relinquentes, in posterum vero nemini a lege hac lata eum, qui uxorem habet, creare permittentes; quam legem et nunc renovamus, ne, si forte contra haec quid committatur, et ipse sacerdotio excidat, et, ut creatus pari modo ab eo removeatur, efficiat. Quare is, qui episcopus creandus est, vel ex monachis, vel ex clericis sit, si modo in hac quoque vita honestum se fuisse et bona frui existimatione testimonio probet, atque hoc sacerdotii fundamentum in animo fecerit. §. 8.

Cap. I. Sancimus igitur, sacras per omnia sequentes regulas, dum quispiam sequente omni tempore ad ordinationem episcopatus adducitur, considerari prius eius vitam secundum sanctum apostolum, si honesta, et inculpabilis, et undique irreprehensibilis sit, et in bonis testimoniis habeat, et sacerdotem deceat. §. 1 Et neque ex officiali aut ex curiali veniat fortuna, nisi tamen ex novella aetate, secundum quod iam dispositum est, in monasterio constitutus fortuna liberetur, quartam tamen prius substantiae reddens curiae. §. 2. Neque enim ex idiota et his, qui [3]) vocantur laici, exsistens et ita [4]) mox ad episcopatum ascendens [5]), nec imaginariam suscipiat ordinationem, tanquam modo quidem idiota, mox autem clericus, deinde parvum aliquod tempus praeteriens episcopus appareat. §. 3 Et neque uxori alii copulatus, sed aut in virginitate degens a principio, aut uxorem quidem habens, ex virginitate autem ad eum venientem, et non viduam, neque seiunctam a viro, neque concubinam. §. 4. Neque filios aut nepotes habens neque cognitos legi, neque illi odibiles; alioqui qui praeter hoc aliquid agit et ipse cadet sacerdotio, et qui eum ordinat foris episcopatum sectabitur, hanc legem offendens. §. 5. Sed neque pecuniis oportere emere sacerdotium ei permittimus; solum vero eum respicere domini dei culturam volumus, et non plurimis humanis cogitationibus distrahi. §. 6. Sed neque inerruditus exsistens sacrorum dogmatum ad episcopatum accedat. §. 7. Prius autem aut monachicam vitam professus, aut in clero constitutus non minus mensibus sex, uxori tamen non cohaerens, aut filios aut nepotes habens. Hoc enim omnimodo super deo amabilibus episcopis quaerimus, sicut etiam prius duabus nostris sacris constitutionibus hoc sancitum est, per quas dudum cohaerentes uxoribus non perscrutamur, omne praeteritum relinquentes, de cetero autem nulli permittentes a positione legis uxorem habenti talem imponi ordinationem. Quam legem etiam nunc renovamus, ne forte, si praeter hoc aliquid fiat, et ipse cadat sacerdotio, et ordinantem similiter excludi procuret. Igitur ordinandus episcopus aut ex monachis, aut ex clericis sit, etiam in huius-

---

[a]) *Pars prior huius cap. in appendice* (*Ioannis*) *Nomoc. cap.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 660 *sq.*) — [b]) *Photii Nomoc. I.* 23. (*Voëlli bibl. II. p.* 839 *sq.*) — [c]) (*Eustath.*) *ἐπ. XIX.* 5., *Photii Nomoc. I.* 11. (*Voëlli bibl. II. p.* 832)

[1]) *βουλῆς Coll. const. eccl.* — [2]) *ἰδιώτου* (*Ioannis*) *Nomoc.*, *Meerm. I. II.* — [3]) *Trid.*; neque enim idiota neque ex iis qui *Port.*; neque enim idiota ex iis qui *Cont.* — [4]) *Trid.*; et *om. Port., Cont.* — [5]) *Trid.* ascendat *Port., Cont.*

μοναχῶν, ἢ ἀπὸ κληρικῶν ἔστω, εἴγε καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ βίῳ μαρτυροῖτο σεμνός, καὶ δόξης ἀπολαύων ἀγαθῆς, καὶ ταύτην κρηπίδα τῆς ἀρχιερωσύνης ἐναποθέμενος τῇ ψυχῇ. §. 8. Ἀλλὰ καὶ οὕτως αὐτὸν διακείμενον καὶ πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν παρασκευαζόμενον προσήκατό τε καὶ παραδίδωσιν ἐκκλησία. Καὶ ἐπειδὰν διὰ τῆς συνεχοῦς αὐτῶν ἀναγνώσεως ὁ πρὸς τὴν χειροτονίαν ἀγόμενος ἔλθῃ, τηνικαῦτα τὸν τὴν χειροτονίαν ἐπιτιθέναι μέλλοντα πυνθάνεσθαι αὐτοῦ, εἴπερ οἷός τε φυλάττειν ἐστὶ καὶ πράττειν, ἅπερ οἱ θεῖοι κανόνες ἐνομοθέτησαν. καὶ εἰ μὲν ἀποφήσειε, καὶ λέγοι, τὰ παραγγέλματα τῶν θείων κανόνων οὐχ ἱκανὸς εἶναι τηρεῖν, κατὰ μηδένα τρόπον αὐτῷ τὴν χειροτονίαν ἐπιτιθέναι. εἰ δὲ καταδέξοιτο, καὶ φήσειεν, ὡς καθ' ὅσον ἀνθρώπῳ δυνατὸν πληρώσει τὰ τούτοις περιεχόμενα, τηνικαῦτα νουθετεῖν αὐτόν, καὶ λέγειν, ὡς, εἰ μὴ ταῦτα φυλάξει, θεοῦ τε ἀλλότριος ἔσται καὶ ἐκπεσεῖται τῆς δοθείσης τιμῆς, καὶ οὐδὲ οἱ πολιτικοὶ νόμοι τὸ πλημμεληθὲν ἀτιμώρητον καταλείψουσι, διότι καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν βεβασιλευκόσι καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ὀρθῶς εἴρηται, δεῖν τοὺς ἱεροὺς κανόνας ἀντὶ νόμου κρατεῖν. καὶ εἴπερ καὶ οὕτως ἐμμένοι τοῦ πράγματος ἀνιχόμενος, τηνικαῦτα ἐπὶ ταύταις ταῖς ὁμολογίαις ἕκαστον τὴν ἱερὰν καταδέχεσθαι τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίαν. §. 9.[a]) Καὶ ταύτην μὴ χρημάτων ὠνεῖσθαι, μηδὲ διὰ πραγμάτων τινῶν δόσεως λαμβάνειν, ἀλλὰ καθαρὰν δέχεσθαι καὶ ἄμισθον, οἷα παρὰ θεοῦ δεδομένην. εἰ γὰρ καὶ τἄλλα πάντα ἔχοι χρηστὰ τὰ πρόσθεν ἡμῖν εἰρημένα, χρημάτων δὲ ἢ πραγμάτων φανείη τὴν ἐπισκοπὴν ἐξωνησάμενος, ἔστω, τῆς τε ἐπισκοπῆς αὐτὸς ἐκπεσούμενος, καὶ τοῦτο δῶρον ἀντιδοὺς τῷ χειροτονήσαντι, τὸ κἀκεῖνον τὴν ἐπισκοπὴν ἐκπολλύναι καὶ ταύτης ἐκπίπτειν, καὶ ἑκατέρῳ τὸ πρᾶγμα τοιαύτην φέρειν ἀντίδοσιν, ὥστε τὸν μὲν μὴ τυχεῖν τῶν ἐλπιζομένων, τὸν δὲ καὶ ὧν εἶχεν ἀποτυχεῖν, δηλαδὴ τῶν δεδομένων χρημάτων ἢ πραγμάτων προφάσει χειροτονίας τῇ ἁγιωτάτῃ προσχυρουμένων ἐκκλησίᾳ, εἴτε ἐπίσκοπος ὁ λαβὼν εἴη, καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἱερωσύνης ἐκπεσών, εἴτε καί τις τῶν ἐν τῷ κλήρῳ καταλεγομένων. Καὶ γὰρ δὴ κἀκείνῳ τὴν ἴσην ἐπιτίθεμεν ποινήν, τὸ καὶ τῆς τάξεως, ἣν ἐν ἱερεῦσιν εἶχεν, ἐκπεσεῖν, καὶ ἀποδοῦναι τὸ χρυσίον ἢ τὰ πράγματα, τὰ προφάσει τῆς χειροτονίας δεδομένα, τῇ περιυβρισμένῃ τό γε καὶ' αὐτὸν ἐκκλησίᾳ. Εἰ δέ τις τῶν ἔξωθεν εἴη καὶ οὐκ εἰς κλῆρον τελῶν ὁ τὸ χρυ-

§. 8. *Ita affectum et ad episcopatum praeparatum ante, quam creetur, sacros et omni ex parte approbatos canones eum legere decet, quos recta et inculpata nostra fides suscepit, et catholica dei et apostolica admisit atque tradidit ecclesia. Ubi autem is, qui creandus est, assidue eos legerit, tum qui creaturus est eum interroget, an ea, quae divini canones sanciverunt, observare et facere possit. Et si neget, seque praeceptis sacrorum canonum servandis parem non esse dicat, nullo modo creetur. Si vero suscipiat, quaeque illis continentur, quoad eius homo facere poterit, impleturum affirmet, tum moneat illum et dicat, si haec non observet, fore ut ipse a Deo abalienetur et datum honorem amittat, nec leges civiles delictum inultum relicturas esse, quoniam ab illis etiam, qui ante nos imperarunt, et a nobis ipsis recte dictum sit, sacros canones ut leges observandos esse. Quodsi sic quoque eum rem constanter amplectatur, tum unusquisque, qui haec professus est, episcopus creetur.*

§. 9 *Neque creationem pecunia emat, neque re aliqua data accipiat, sed sancte et gratuito, tanquam a deo datam, capiat. Nam licet reliqua bona omnia, quae ante diximus, habeat, si tamen pecunia vel rebus episcopatum emisse eum appareat, sciat, se episcopatum amissurum, et creantem hoc munere remuneraturum esse, ut et ille episcopatum perdat, atque ab eo removeatur; haec igitur res utrique eam remunerationem afferat, ut ille quidem quae sperabat non adipiscatur, hic vero etiam ea, quae habebat, amittat, pecunia scilicet et rebus pro creatione datis sanctissimae ecclesiae addicendis, sive episcopus sit, qui accepit, et propterea sacerdotio excidit, sive etiam aliquis eorum, qui clericus factus est. Nam et illi aequalem imponimus poenam, ut ordine, quem inter sacerdotes habuit, cadat, et pecuniam vel res pro creatione datas ecclesiae reddat, quam, quantum in se fuit, gravi contumelia affecit. Quodsi aliquis extraneus, non autem clericus, pecuniam vel rem pro patrocinio in creatione suscipiendo accepit, maxime si magistratum aliquem gerat, ille quidem poenam divinam sustinebit, eumque vindictae caele-*

huiusmodi vita testimonii boni, vita bonus et honestus, et gloria fruens bona, et hoc fundamentum pontificatus deponens suae animae. §. 8. Sed etiam sic eum constitutum et ad episcopatum praeparatum competens est venerabiles et undique probatas legere regulas ante ordinationem, quas recta et inviolata nostra suscipit fides, et catholica dei apostolicaque disposuit et tradidit ecclesia, et dum ex frequente earum lectione transierit, qui ad ordinationem deducitur, tunc is, qui ordinationem impositurus est, interroget eum, si sufficiens est custodire et agere, quae sacrae regulae sancierunt. Et si quidem ille declaraverit et dixerit, praecepta sacrarum regularum non se valere servare, nullo modo ei ordinationem imponi; si vero susceperit, et dixerit, quia, quantum homini est possibile, complebit haec, quae his continentur, tunc monere eum et dicere, quia, nisi haec observaverit, et a deo alienus erit, et cadet a iam dato honore, et neque civiles leges delictum inultum relinquent, eo quod a praecedentibus nos Imperatoribus et a nobis ipsis recte dictum est, oportere sacras regulas pro legibus valere; et si etiam sic permanserit causam amplectens, tunc super his professionibus utrumque sacram suscipere episcopatus ordinationem. §. 9. Et hanc non pecuniis emere, neque per rerum aliquarum dationem suscipere, sed puram percipere et sine mercede, tanquam [1]) a deo datam. Nam si etiam alia omnia habeat utilia, quae prius a nobis dicta sunt, pecuniis autem vel rebus videatur episcopatum etiam emisse, sciat, se et ab episcopatu casurum, et hoc munus retributurum ordinanti, ut et ille episcopatum amittat, et a clero cadat, et utrique causa talem praestet retributionem, ut et hic quidem non adipiscatur, quae sperabat, ille autem etiam quae habebat amittat. Verumtamen pecuniis ac rebus datis occasione ordinationis sanctissimae assignandis ecclesiae, sive episcopus sit accipiens, et propterea a sacerdotio cadens, sive etiam quilibet [2]) in clero constitutorum. Nam et illi aequam imponimus poenam, ut ab ordine, quem inter sacerdotes habuerit, cadat, et reddat aurum, aut res, quae ordinationis occasione datae sunt, iniuriam passae quantum ad ipsum ecclesiae. Si quis autem extraneorum sit, et non in clero constitutus, qui aurum aut rem [3]) propter pa-

[a]) *Sensum huius §. exprimunt Paratitla lib. III. tit. 2. Coll. const. eccl.* (*Voëlli bibl. II. p.* 1354.) (*Ioannis*) *Nomoc.* 11. (*ibid. II. p.* 615.)

[1]) *Trid.*; et tanquam *Port.*, *Cont.* — [2]) *Trid.*; *Port.*, *Cont.* quilibet alius *Port.*, *Cont.* — [3]) *Trid.*; aliquam rem

χρυσίον ἢ τὸ πρᾶγμα διὰ προστασίαν τὴν ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ λαβών, καὶ μάλιστα εἴπερ ἀρχὴν ἔχοι τινά, ἕξει μὲν αὐτὸς τὴν ἐκ θεοῦ ποινήν, καὶ διαδέξονταί γε αὐτὸν αἱ ἐξ οὐρανοῦ τιμωρίαι. πλὴν ἀλλὰ καὶ τὸ δοθὲν ἅπαν ἀφαιρεθὲν παρ' αὐτοῦ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ πᾶσιν ἀποδιδόσθω τρόποις διπλάσιον, πρὸς τῷ, κἂν εἴ τινα ἀρχὴν ἔχοι, ταύτης ἐκπίπτειν, καὶ ἀειφυγίᾳ ζημιοῦσθαι. Κἀκεῖνο δέ γε ἴστω σαφῶς ὁ χρήμασιν ἢ πράγμασι τὴν ἐπισκοπὴν ἐξωνησάμενος, ὡς, εἴπερ πρότερον διάκονος ἢ πρεσβύτερος εἴη, εἶτα κατὰ δωροδοκίαν εἰς τὴν ἱερωσύνην ἔλθοι, οὐ μόνον ἐκπεσεῖται τῆς ἐπισκοπῆς, ἀλλ' οὐδὲ τὸ πρότερον αὐτῷ παραλειφθήσεται σχῆμα, τὸ τοῦ πρεσβυτέρου τυχὸν ἢ διακόνου. προσαπολέσει γὰρ καὶ αὐτό, ὡς τῶν οὐ πρεπόντων ἀναξίως ἐφιέμενος, πάσης τε ἱερατικῆς ἀπελαθήσεται τάξεως. Δεῖ [a]) δὲ κατ' αὐτὸν τὸν τῆς χειροτονίας καιρὸν τὸν ἐπιτιθέντα ταύτην αὐτῷ ἐπὶ παντὸς τοῦ πιστοτάτου λαοῦ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας ταῦτα ἅπαντα προαγορεύειν αὐτῷ, ὡς ἂν μαθὼν αὐτὸν ἅπαντα τὰ ἔμπροσθεν εἰρημένα παρ' ἡμῶν ἔχειν, ἐπὶ τὴν ἱερὰν αὐτὸν ἄγῃ χειροτονίαν, ὥστε κἀκείνων πάντων ἐναντίον ταῦτα ἀκούοντα μὴ μόνον ἔχειν τὸ τοῦ θεοῦ δέος, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐφ' ἁπάντων ἀνακήρυξίν τε καὶ ὁμολογίαν ἐρυθριᾶν. §. 10. Εἰ δέ τις τοιοῦτος μέν εἶναι νομίζοιτο, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίαν παρέλθοι, ἀντείποι δέ τις, καὶ φήσειε συνειδέναι τι τῶν ἀτόπων αὐτῷ, μὴ πρότερον ἀξιούσθω τῆς χειροτονίας, πρὶν ἂν ἐξέτασίς τε τῶν προσηγγελμένων γένηται, καὶ φανείη πανταχόθεν ἀνεύθυνος, ὡς, εἴ γε καὶ μετὰ τὴν τοιαύτην ἀντίῤῥησιν οὐκ ἀνασχόμενος ὁ τὴν χειροτονίαν ποιῶν τὴν νενομισμένην ἐξέτασιν ἐπιθεῖναι τῷ πράγματι δράμοι πρὸς τὴν χειροτονίαν, ἴστω, τὸ παρ' αὐτοῦ γινόμενον ἀντ' οὐδενὸς ὄν. ἀλλ' ὅ τε παρὰ τὸν νόμον γενόμενος ἐκπεσεῖται τῆς ἱερωσύνης, ὅ τε ἀδοκίμαστον ἐπιθεὶς τὴν χειροτονίαν καὶ αὐτὸς μὲν ὁμοίως ἐκπεσεῖται τοῦ θρόνου τῆς ἱερατείας, καὶ ὑπεύθυνος ἔσται θεῷ, τῷ μάλιστα πάντων ζητοῦντι τὴν τῶν οἰκείων ἱερέων καθαρότητα. Εἰ μέντοιγε ὁ πρὸς τὴν χειροτονίαν ἀντειπὼν ἢ ἐπεξελθὼν δειχθείη συκοφάντης, ἢ καὶ αὐτὸ τὴν ἀρχὴν μηδὲ ἐπεξελθεῖν θαῤῥήσοι, χωριζέτω τοὐτου διηνεκὼς τῆς ἱερᾶς κοινωνίας ὁ τὴν χειροτονίαν ποιῆσαι βουλόμενος, ἵνα μηδὲ ἐκεῖνο τὸ ψεῦδος ἀνεύθυνον ᾖ. ὅσπερ γὰρ τὴν ἀγαθὴν δόξαν ἐπὶ τῷ χειροτονουμένῳ ζητοῦμεν, οὕτω καὶ τὴν συκοφαντίαν ἐπὶ τῷ μάτην κατηγοροῦντι κολάζομεν. Εἰ δὲ μηδεὶς κατηγοροίη παντελῶς, ἢ προσαγγείλας ὅλως οὐκ ἐπεξέλθοι, ἢ ἐπεξελθὼν ἀποδεῖξαι, καθάπερ εἰπόντες ἔφθη-

caelestes manebunt, verum etiam quod datum est illi omne auferatur, atque sanctissimae ecclesiae duplum tribuatur, insuper etiam, si quem magistratum gerat, ab eo amoveatur, et perpetuo exilio mulctetur. Illud quoque is, qui pecunia aut rebus episcopatum emit, certo sciat, se, si antea diaconus aut presbyter fuerit, et deinde per largitionem ad sacerdotium venerit, non solum episcopatu abdicandum, sed nec priorem presbyteri vel diaconi ordinem sibi relinquendum esse; simul enim et hunc amittet, ut qui ea, quae non decent, indigne concupiverit, et sacerdotali ordine prorsus eiicietur. Ipso autem creationis tempore is, qui eum creavit, haec omnia coram toto fideli populo sanctissimae magnae ecclesiae illi exponere debet, ut, quum omnia, quae a nobis antea dicta sunt, eum habere cognoverit, ad sacram creationem eum producat, et is, qui haec coram illis omnibus audivit, non solum deum timeat, verum etiam declarationem coram omnibus factam atque confessionem erubescat.

§. 10. *Si vero quis talis quidem existimetur, et episcopus creandus sit, contradicat autem aliquis, seque flagitium aliquod ab eo admissum scire affirmet, creatione non prius dignus existimetur, quam in ea, quae delata sunt, inquisitum fuerit, et ipse omni ex parte innocens appareat. Quodsi post eiusmodi contradictionem is, qui creationem peragit, sine legitima causae cognitione ad creationem properaverit, quod ab ipsefactum est nullum esse sciat. Sed et is, qui contra legem factus est, sacerdotio excidet, et ille, qui sine probatione eum creat, similiter a sede sacerdotali amovebitur, atque deo rationem reddet, qui maxime in sacerdotibus suis integritatem requirit. Si tamen is, qui ordinationi contradicit vel accusationem persecutus est, calumniator probetur, vel ab initio accusationem ne quidem persequi audeat, qui creationem peragere vult in perpetuum a sacra communione ipsum removeat, ut ne illud mendacium impunitum sit. Quemadmodum enim bonam existimationem in eo, qui creandus est, requirimus, ita calumniam quoque temere accusantium punimus. Si vero nemo prorsus accuset, vel qui detulit accusationem plane non persequatur, vel, ubi eam persequitur, veram esse accusationem, uti diximus, probare nequeat, aequum est, ut tunc is, qui tot modis innocens apparuit, ad futuram creationem admittatur. Nam qui*

patrocinium ordinationis accepit, et maxime si administrationem aliquam gerat, habebit quidem ipse a deo poenam, et succedent ei de caelo supplicia, verum tamen etiam illud, quod datum est, totum ablatum ab eo sanctissimae ecclesiae omnibus reddatur modis in duplum. Insuper etiam si quam administrationem habet, ea cadat, et perpetuo exsilio condemnetur. Illud quoque sciat aperte, qui pecuniis aut rebus [1]) emerit praesulatum, quia, si prius diaconus aut presbyter sit, deinde per suffragium ad sacerdotium veniat, non solum cadat episcopatu, sed nec prior ei relinquetur ordo, presbyterii forsitan aut diaconatus. Amittet etenim etiam illud, utpote decentia indigne concupiscens, et omni sacerdotali excludetur ordine. Oportet autem in ipso ordinationis tempore eum, qui imponit eam illi, coram omni fideli populo sanctissimae ecclesiae haec omnia praedicere, ut agnoscens eum omnia, quae prius dicta sunt a nobis habere, ad sacram eum deducat ordinationem, ut etiam ille coram omnibus haec audiens non solum habeat dei timorem, sed etiam coram omnibus denuntiationem et professionem erubescat. §. 10. Si quis autem talis quidem esse putetur, et ad episcopatus ordinationem transeat, contradicat autem aliquis, atque dicat, conscium se esse alicuius illicitorum eius, non prius creetur episcopatus ordinationem, quam examinatio querimoniarum fiat, et appareat undique innoxius. Quodsi etiam post huiusmodi contradictionem non passus is, qui ordinationem facit, legitimam examinationem imponi causae, currat ad ordinationem, sciat, quod ab eo fit pro nihilo esse. Sed et is, qui contra legem facit, cadet sacerdotio, et qui sine probatione imponit ordinationem, et ipse quidem similiter cadet sede sacerdotali, reus autem erit deo, qui praecipue omnium quaerit suorum sacerdotum puritatem. Si tamen is, qui ordinationi contradicit, aut examinatione facta probetur calumniator, aut in ipso principio neque in examinatione persistere confidat, segreget istum in perpetuum a sacra communione is, qui ordinationem facere vult, ut non ipsa falsitas impunita sit. Sicut enim bonam gloriam in eo, qui ordinandus est, quaerimus, ita etiam calumniam in eo, qui frustra accusavit, punimus. Si vero nemo accusaverit omnino, aut in totum denuncians examinationem non faciat, aut facta examinatione demonstrare, sicut praediximus, non valuerit accusationem veram, tunc oportet eum,

---

[a]) *Photii Nomoc. I. 8.* (*Voëlli bibl. II. p.* 826 *sq.*), (*Ioannis*) *Nomoc.* 16. (*ibid. II. p.* 621 *sq.*)

[1]) *Trid.*; rebus aliis *Port.*, *Cont.*

ἐφθημεν, μὴ δυνηθείη τὴν κατηγορίαν ἀληθῆ, τηνικαῦτα προσήκει τὸν διὰ τοσούτων ὁδῶν ἀνεύθυνον ὀφθέντα προσιέσθαι πρὸς τὴν ἰσομένην χειροτονίαν. Ὁ γὰρ οὕτω χειροτονούμενος αὐτόθεν τὰ πλεῖστα καὶ κάλλιστα γνώσεται τῶν μαθημάτων, καὶ οὐκ ἐκπεσεῖται πρὸς βίον ἀκόλαστον, τὴν τοιαύτην πεπαιδευμένος λόγῳ τε καὶ ἔργῳ σοφίαν.

qui ita creatur, plurima exinde et pulcherrima praecepta cognoscet, neque in vitam immoderatam delabetur, quum in tali sapientia verbis et factis institutus sit.

Κεφ. β'. [a])

Cap. II.

Κἀκεῖνό γε μὴν προσδιορίζομεν, ὡςτε μηδένα τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἔξω τῆς καθ' ἑαυτὸν ἐκκλησίας πλεῖον ἢ κατ' ἐνιαυτὸν ὅλον ἀπολιμπάνεσθαι, πλὴν εἰ μὴ τοῦτο κατὰ βασιλικὴν γίνοιτο κέλευσιν (τότε γὰρ μόνον ἐστὶν ἀνεύθυνον), τῶν ὁσιωτάτων πατριαρχῶν ἑκάστης διοικήσεως ἀναγκαζόντων τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ταῖς αὐτῶν ἐγκαρτερεῖν ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, καὶ μὴ μακρὰν ὁδὸν στέλλεσθαι, μηδὲ ἐν ξένῃ διατρίβειν ἐθέλειν, μηδὲ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ἀμελεῖν, μηδὲ τὸν ἐνιαυτὸν ὑπερβαίνειν, ὃν δὴ καὶ αὐτὸν διὰ φιλανθρωπίαν ἐτάξαμεν. Εἰ μέντοιγε καὶ ὑπὲρ τὸν ἐνιαυτὸν πλανῷτο καὶ ἀλητεύοι, καὶ μήτε πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἐπανίοι τὴν οἰκείαν, μηδὲ βασιλική τις αὐτόν, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, καὶ ἔχοι κέλευσις, τηνικαῦτα, εἰ μὲν εἴη μητροπολίτης, πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν ἀφορῶν ὁ τοῦ κλίματος πατριάρχης καλείτω μὲν αὐτὸν τοῖς νενομισμένοις κηρύγμασι, φυλάττων παντάχοῦ τὴν τῶν ἱερῶν κανόνων παρατήρησιν. εἰ δὲ μένοι μέχρι παντὸς ἀπειθῶν, καὶ ἐξωθείτω τοῦ θείου τῶν ἐπισκόπων χοροῦ, καὶ ἕτερον ἀντεισαγέτω τῆς τοιαύτης αἰδοῦς τε καὶ σεμνότητος ἄξιον. Εἰ δὲ οὐ μητροπολίτης, ἀλλὰ τῶν ἄλλων τις ἐπισκόπων ὁ πλανώμενος εἴη, ταῦτα παρὰ τοῦ μητροπολίτου γινέσθω. οὐδὲ γὰρ ἂν τις αὐτῶν ταύτην προσδέξοιτο τὴν πρόφασιν, εἰ λέγοιεν διὰ τοῦτο τας ἑαυτῶν καταλιμπάνειν ἐκκλησίας. διότι δικῶν ἕνεκεν, ἢ ἄλλων πραγμάτων ἰδίων ἢ εἰς τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν οὐσῶντων περιοσιοῦσι, καὶ ἢ τοῖς ἐνιαῦθα προσκαρτεροῦσιν, ἢ εἰς ἕτερους ἀφικνοῦνται τόπους. Τοῦτο γὰρ οὐκ ἂν ἔχοι πρέπονια λογισμόν, τὸ μετὰ πλήθους, ὅπερ ἀνάγκη τας τῶν ἐπισκόπων ἔχειν θεραπείας, περιοσιεῖν τε ἐν ξένῃ, καὶ δαπανᾶν, καὶ μηδεμίαν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις παρέχειν ὠφέλειαν, μηδὲ κατὰ τὸ πρέπον λειρεῖσι διαγίνεσθαι σχῆμα, παρόν, εἴ τινες εἶεν δίκαι τυχὸν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, δι' ἃς ταῦτα προφαιζονται. ταύτας διὰ τῶν ὑπ' αὐτὴν εὐλαβεσιάτων κληρικῶν ἢ ἀποκρισιαρίων ἢ οἰκονόμων κινεῖν, καὶ δεήσεις μὲν πρὸς τὴν βασιλείαν ἐκπέμπειν, τυγχάνειν δὲ

Etiam illud insuper definimus, ne quis ex dei amantissimis episcopis ab ecclesia sua ultra integrum annum absit, nisi imperiali iussu id fiat (tum enim solum id poena carebit), et sanctissimi patriarchae cuiusque dioeceseos dei amantissimos episcopos in sanctissimis ecclesiis suis manere cogant, neve longum iter ingrediantur, nec in peregrina terra commorentur, neque sanctissimas ecclesias negligant, neque annum excedant, quem etiam ipsum ex humanitate praestituimus. Si vero ultra annum oberret atque vagetur, nec ad episcopatum suum redeat, neque imperialis quidam iussus, prout ante diximus, eum detineat, tum illius regionis patriarcha, ad ecclesiasticam disciplinam respiciens, eum, siquidem metropolitanus sit, solitis citationibus revocet, sacros canones ubivis observans atque custodiens. Sin autem perpetuo inobediens maneat, expellatur sacro episcoporum choro, et alium in eius locum eo honore et gravitate dignum substituat. Quodsi is, qui oberrat, non metropolitanus, sed ex reliquis episcopis sit, haec a metropolitano fiant. Neque enim quisquam illorum hoc praetextu utatur, ut se ideo ecclesiam suam relinquere dicat, quod litium aliorumve negotiorum propriorum aut ad sacras ecclesias pertinentium gratia oberret, vel in iis locis commoretur, vel alio se conferat. Num id iustam rationem non habet, ut cum magno hominum numero, quem necesse est in episcoporum ministerio esse, peregre vagentur, et sumtus faciant, et sanctissimis ecclesiis nullam utilitatem praebeant, neque ut sacerdotes decet vivant, quum, si forte sanctissimae ecclesiae lites quasdam habeant, propter quas hoc praetextu utantur, illas per religiosissimos clericos, qui sub ea sunt, vel apocrisiarios, vel oeconomos agere, et precibus ad Imperatorem delatis quae desiderant consequi liceat. Sancimus itaque, ut, si ecclesiastica quaedam causa incidat, illa vel per eos, qui negotia sanctissimarum ecclesiarum gerunt, quos apocrisiarios vocant, vel per clericos quosdam huc missos, vel per oeconomos Imperatori vel magistratibus nostris nota fiat atque decidatur, ne hoc piissimis

enm, qui per tot vias inculpabilis apparuerit, accedere ad venturam ordinationem. Qui enim ita ordinatur, ex hoc multa et meliora cognoscit praeceptorum, et non incurrit ad vitam impunitam, huiusmodi eruditus verbo et opere corporis sapientia [1]).

Cap. II. Et illud etiam definimus, ut nemo deo amabilium episcoporum foris a sua ecclesia plus, quam per totum annum deesse audeat, nisi hoc per imperialem fiat iussionem (tunc enim solum erit inculpabile); sacratissimis patriarchis uniuscuiusque dioeceseos compellentibus deo amabiles episcopos suis inhaerere sanctissimis ecclesiis, et non longo itinere separari, neque in peregrinis demorari velle, neque sanctissimas ecclesias negligere, neque annum excedere, quem et ipsum propter misericordiam constituimus. Si vero ultra annum erraverit, et dereliquerit, et non ad episcopatum remeaverit proprium, neque imperialis aliqua eum, sicut praediximus, detineat iussio, tunc, si quidem sit metropolita, circa ecclesiasticam dispositionem segregatum regionis illius patriarcha revocet quidem cum legitimis inclamationibus, servans ubique sacrarum regularum observantiam [2]). Si vero maneat per omnia inobediens, expellatur a sacro episcoporum choro, et alium introducat huiusmodi et reverentia et verecundia et honestate dignum. Si vero non metropolita, sed aliorum episcoporum aliquis sit, qui erraverit, haec omnia a metropolita fiant. Nemo enim eorum talem suscipiat occasionem, si dixerint, propterea proprias derelinquere ecclesias, propterea quod litium causas, aut aliarum rerum propriarum, aut ad sacras ecclesias respicientium circumlustrant, et hic constituti adhaerent, aut in aliis veniunt locis. Hoc enim non habet decentem rationem, ut cum multitudine, quam necesse est episcopum habere, ministeria lustrent peregre, et expendant, et neque ullum sanctissimis ecclesiis lucrum, neque ullum praebere iuvamen, neque secun-

---

[a]) *Hoc et sequens cap. 3. epitomatum in Photii Nomoc. VIII. 2. (Voëllii bibl. II. p. 934 sq.) et in Ioannis) Nomoc. 13. (ibid. II. p. 617.)*

[1]) *Ita Trid.; sed ante* sapientia, *ut saepe in hac edit., et intrusum, quasi sit ea particula expletiva.* — eruditus animo, verbo et opere corporis et sapientia *Port., Cont.* — [2]) observationem *Trid.*

δὲ τῶν ζητουμένων. Ὥστε διὰ ταῦτα θεσπίζομεν, εἴ ποτέ τις ἐκκλησιαστικῆς ἕνεκεν προφάσεως ἐμπέσοι χρείᾳ, ταύτην ἢ διὰ τῶν τὰ πράγματα πρατόντων τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, οὓς ἀποκρισιαρίους καλοῦσιν, ἢ διά τινων κληρικῶν ἐνταῦθα στελλομένων, ἢ διὰ τῶν οἰκονόμων αὐτῶν γνώριμα τῇ βασιλείᾳ γίνεσθαι ἢ ταῖς ἡμετέραις ἀρχαῖς, τυγχάνειν τε αὐτὰς τοῦ προσήκοντος, καὶ μὴ τοῦτο τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις πλάνης τε καὶ ἀπουσίας, καὶ τῆς τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν βλάβης αἴτιον γίνεσθαι, τῶν τε ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων παρὰ τὴν ἀπουσίαν αὐτῶν ἀμελουμένων, τῆς τε ἐνταῦθα δαπάνης πολλῆς αὐτοῖς γινομένης, τῆς τε ἐν ξένῃ διαίτης οὐκ εὐσχήμονος [1]) καθεστώσης, καὶ πανταχόθεν τοῦ πράγματος οὐδεμίαν ὠφέλειαν, μᾶλλον μὲν οὖν βλάβην ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἐπάγοντος.

simis episcopis errationis et absentiae, sanctissimis autem ecclesiis laesionis causa fiat, quum per absentiam eorum res ecclesiasticae in provinciis negligantur, multae hic ab iis expensae fiant, et commoratio in alieno non honesta sit, res quoque in universum nullam utilitatem, sed damnum potius sanctissimis ecclesiis afferat.

Κεφ. γ'.

Μὴ ἄλλως δέ τινα τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων θαρρεῖν στέλλεσθαι πρὸς ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν, πρὶν ἄν, εἰ μέν τις ἐπίσκοπος εἴη, γράμματα λάβοι τοῦ οἰκείου μητροπολίτου πρὸς τὴν βασιλείαν, ταῦτα δὴ κατὰ τοὺς θείους κανόνας συστατικὰ καλούμενα, τὰ μαρτυροῦντα τῷ ἀναγκαίῳ τῆς αὐτοῦ παρουσίας, εἰ δέ γε μητροπολίτης εἴη ὁ παραγίνεσθαι βουλόμενος, γράμματα κομίσαιτο τοῦ τῆς διοικήσεως πατριάρχου, τὴν αὐτοῦ παρουσίαν ἀναγκαίαν εἶναι λέγοντα. οὕτω τε δεῖσθαι βασιλέως, καὶ ἐπιτρέπεσθαι τὴν ἐνταῦθα παρουσίαν, καὶ μὴ προχείρως παρὰ γνώμην τῶν μητροπολιτῶν ἢ τῶν πατριαρχῶν ἀποδημεῖν, διότι τοῦτο καὶ τοῖς θείοις διηγόρευται κανόσι. Καὶ ἐνταῦθα δὲ αὐτοὺς παραγινομένους μὴ θαρρεῖν δι' ἑαυτῶν τὴν πρώτην μηνύειν εἰς τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ πρότερον ἢ πρὸς τὸν θεοφιλέστατον πατριάρχην παραγίνεσθαι, ἢ πρὸς τοὺς ἑκάστης διοικήσεως, ἐξ ἧς εἰσίν, ἀποκρισιαρίους, καὶ αὐτοῖς κοινοῦσθαι τὰς αἰτίας, δι' ἃς ἦλθον, συνειδέναι τε πρὸς τὴν βασιλείαν αὐτοῖς, καὶ τοῦ λοιποῦ δὲ τῆς βασιλικῆς ἀπολαύειν θέας, ἡνίκα ἂν [2]) τῷ βασιλεύοντι παρασταίη. Ἐξέστω μέντοι τοῖς δεομένοις ἐπισκόποις καὶ διὰ τῶν καλουμένων ὑφερενδαρίων τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, ἢ διὰ τῶν εὐλαβεστάτων ἀποκρισιαρίων τῶν ἑκάστης διοικήσεως ἁγιωτάτων πατριαρχῶν ἀναφέρειν τῇ βασιλείᾳ, καὶ τυγχάνειν ἀπο-

Cap. III.

Non aliter vero quisquam ex piissimis episcopis ad felicem hanc civitatem proficisci audeat, quam, si episcopus sit, prius litteras a metropolitano suo ad Imperatorem acceperit, quae secundum sacros canones commendatitiae appellantur, et de necessitate praesentiae eius testentur, si vero metropolitanus sit, qui huc venire vult, litteras afferat a patriarcha illius dioecesis, quae praesentiam eius necessariam esse declarent. Atque ita supplicet Imperatori, et ibi esse illi permittatur nec temere praeter voluntatem metropolitanorum aut patriarcharum proficiscatur, quoniam id sacris etiam canonibus prohibetur. Qui vero huc advenerunt, illi statim Imperatori id indicare non audeant, sed prius vel piissimum patriarcham vel apocrisiarios suae dioecesis adeant, et cum illis causas, propter quas venerint, communicent, ac una cum illis ad Imperatorem accedant, imperialique adspectu deinde fruantur, quando Imperatori placuerit. Liceat vero supplicantibus episcopis vel per referendarios, qui vocantur, sanctissimae magnae ecclesiae, vel per religiosissimos apocrisiarios sanctissimorum patriarcharum cuiusque dioecesis ad Imperatorem referre, et statim responsum accipere, ita ut illi, si iusta ab Imperatore petant, ea accipiant, vel si iniusta postulent, cito unde venerunt eo revertantur.

Cap. IV.

secundum quod decet sacerdotem proprium habere habitum, praesertim quum liceat [3]), si quaedam sint lites forte sanctissimis ecclesiis, propter quas has occasiones asserunt [4]), hoc per eos, qui sub ipso sunt religiosos clericos, aut apocrisiarios, aut oeconomos movere, et petitiones [5]) ad imperium dirigere, impetrare autem sperata. Propterea sancimus, si quando propter ecclesiasticam occasionem inciderit necessitas, hanc aut per eos, qui res agunt sacrarum ecclesiarum, quos apocrisiarios vocant, aut per aliquos clericos huc destinatos, aut oeconomos suos notam imperio facere, aut nostris administratoribus, ut impetrent quod competens est, et non hoc deo amabilibus episcopis erroris et absentiae, et sanctissimis ecclesiis laesionis occasion m fieri, tam in provincia ecclesiasticis rebus per absentiam eorum neglectis, quam etiam hic expensis multis ab ipsis factis, nec non peregre habitatione non habili constituta, et undique causa nullum iuvamen, magis autem laesionem ecclesiis sanctissimis inferente.

Cap. III. Non autem aliter aliquem deo amabilium episcoporum praesumere dirigere se ad hanc felicissimam civitatem, prinsquam, si quidem quis [6]) episcopus sit, litteras acceperit proprii metropolitae ad imperium, et quae secundum divinas regulas probabilia vocantur, testimonium perhibentia necessitatis eius praesentiae. Si vero metropolita sit, qui proficisci vult, litteras sumat eiusdem dioeceseos patriarchae, eius praesentiam necessariam esse dicentes, et sic oportere Imperatorem iubere hunc praesentari, et non temere et sine conscientia metropolitarum aut patriarcharum proficisci, pro eo, quod hoc divinis interdictum est regulis; ut huc advenientes non praesumant per semetipsos se prius pronunciare ad imperium, sed primitus aut ad deo amabilem patriarcham proficisci, aut ad uniuscuiusque dioeceseos, ex qua sunt, apocrisiarios, et cum ipsis conferant causas, propter quas venerunt, et ingredi ad imperium eius, et deinceps imperiali perfrui adspectu. Mox quam [7]) Imperanti adstiterint, liceat quidem petentibus episcopis aut per eos, qui vocantur referendarii sanctissimae maioris ecclesiae, aut per religiosos apocrisiarios cuiusque dioeceseos sanctissimorum patriarcharum suggerere se imperio, et promereri responsum celeriter, ita ut, si aut

---

[1]) *Ita ex coni. Homb.*; ἀσχήμονος *Scrimg., Meerm. III. et Zuich.* — [2]) *Meerm. III. et Zuich.*; ἡνίκα ἐν *Scrimg.* — [3]) quum liceat *om. Trid., Port.* — [4]) afferunt *Trid.* — [5]) non *add. Trid., Port.* — [6]) *Trid., Port.*; *om.* quis *Cont.* — [7]) mox autem quam *Trid*

ἀποκρίσεως συντόμου, ὥστε αὐτοὺς ἢ δίκαια παρὰ τῆς βασιλείας αἰτοῦντας ταῦτα λαμβάνειν, ἢ ἄδικα ζητοῦντας ἧττον ἀναλύειν, ὅθεν καὶ παρεγένοντο.

Κεφ. δ'.

Ταῦτα ἐπὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις κατὰ τοὺς θείους κανόνας διατάξαντες, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοὺς εὐλαβεστάτους κληρικοὺς μετὰ πλείστης ὅσης γίνεσθαι ζητήσεως κατὰ τοὺς ἱεροὺς κανόνας καὶ μεμαρτυρημένους ἄνδρας χειροτονεῖσθαι θεσπίζομεν, γραμμάτων παντοίως ἐπιστήμονας ὄντας· (γράμματα γὰρ ἀγνοοῦντα παντελῶς οὐ βουλόμεθα ἐν οὐδεμίᾳ τάξει κληρικὸν εἶναι, δηλαδὴ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν διακόνων, τάς τε ἱερὰς εὐχὰς διδασκομένων, τά τε τῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων ἀναγινωσκόντων βιβλία) τήν τε χειροτονίαν ἀμεμπτόν τε καὶ ἀνεύθυνον, καὶ δίχα τινὸς ἀντιρρήσεως καὶ δόσεως χρημάτων ἢ πραγμάτων δεχομένων. Οὔτε δὲ αὐτοὺς βουλόμεθα παντελῶς ἢ ταξεώτας ἢ βουλευτὰς ὄντας δέχεσθαι τὴν χειροτονίαν, εἰ μὴ κατὰ τοὺς νόμους, οὓς ὑπὲρ τούτων ἐθήκαμεν [1]) ἔμπροσθεν, οὓς δὴ καὶ νῦν βεβαιοῦμεν. καὶ αὐτοὺς δὲ χειροτονουμένους [2]) τὰ ἱερὰ παραγγέλματα παντὸς ἐναντίον τοῦ λαοῦ δέχεσθαι, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας, δι' ἃς τοῦτο πράττεσθαι καὶ ἐπὶ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐνομοθετήσαμεν.

Κεφ. ε'. [a])

Μήτε δὲ τὸν δευτέρους ἔχοντα γάμους ἢ σχόντα χειροτονεῖσθαι διάκονον ἢ πρεσβύτερον, μήτε εἰ γυναικὶ συνοικοίη διεζευγμένῃ, καὶ τὸν οἰκεῖον ἄνδρα καταλιπούσῃ, μηδὲ εἰ παλλακὴν ἔχοι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἢ μετὰ σωφροσύνης ζῶντας, ἢ γαμεταῖς οὐ συνοικοῦντας, ἢ μιᾶς γαμετῆς ἄνδρα γενόμενον ἢ ὄντα, καὶ αὐτῆς σώφρονος καὶ ἐκ παρθενίας. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐν ταῖς ἱεραῖς χειροτονίαις ὡς σωφροσύνην ἐπιλεκτέον. πρώτην ἀρχὴν καὶ θεμέλιον ἀκριβῆ κατὰ τοὺς θείους κανόνας καὶ τῆς λοιπῆς ἀρετῆς καθεστῶσαν. Εἰ δέ καί τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ὑποδιάκονος ὢν εἶτα εἰσάγοι [3]) ναμετὴν ἢ παλλακήν, ἢ φανερῶς ἢ ἐσχηματισμένως, τῆς ἱερᾶς εὐθὺς ἐκπιπτέτω τάξεως, καὶ τὸ λοιπὸν ἰδιώτης ἔστω. Εἰ δὲ καὶ ἀναγνώστης δευτέραν εἰσαγάγοιτο γαμετὴν διά τινα καὶ τοῦτο ὡς εἰκὸς ἀπαραίτητον αἰτίαν, μηκέτι πρὸς ἑτέραν χωρείτω, μηδὲ ἀπολαυέτω βαθμοῦ μείζονος ἐν ἱερατείᾳ, μενέτω δὲ ἐπὶ τούτου τοῦ βαθμοῦ διηνεκῶς, μὴ μέντοι καὶ πρὸς τρίτους ἐρχέσθω γάμους. Ἱκανὸν γὰρ δή καὶ τὸ

Cap. IV.

Postquam haec de dei amantissimis episcopis secundum sacros canones constituimus, sancimus etiam, ut religiosissimi clerici, qui illis subiecti sunt, diligente inquisitione facta secundum sacros canones creentur, viri, qui bonum testimonium habent, quique litterarum omnino periti sunt (eum enim, qui litteras ignorat, in nullo plane ordine clericum esse volumus, scilicet presbyterorum et diaconorum, qui et sacras precationes docent, et ecclesiasticorum canonum libros legunt), atque creationem inculpatam esse volumus crimineque carentem, ac sine ulla contradictione et pecuniae vel rerum datione eorum qui creantur. Neque etiam eos dum officiales aut curiales sunt creari ullo modo volumus, nisi secundum leges de his a nobis antea latas quas etiam nunc confirmamus. Quando autem creantur, sacra praecepta coram omni populo eos accipere volumus, propter easdem causas, ob quas, ut id fiat, etiam in piissimis episcopis sancivimus.

Cap. V.

Neque etiam is, qui secundam habet aut habuit uxorem, diaconus aut presbyter creetur, neque si uxorem duxerit, quae divortium fecit et maritum suum dereliquit, neque si concubinam habeat; sed illi, qui vel caste vivunt, vel aliis iam nuptas non ducunt uxores, vel qui unius uxoris et castae quidem quamque virginem duxit maritus fuerit vel sit. Nihil enim in sacris creationibus aeque eligendum est, quam castitas, quae secundum sacros canones reliquarum etiam virtutum primum principium et solidum fundamentum est Quodsi etiam presbyter aliquis vel diaconus vel subdiaconus uxorem aut concubinam vel palam vel simulate ducat, sacro ordine statim excidat, et deinceps privatus sit. Quodsi etiam lector secundam uxorem forte propter quandam et urgentem quidem necessitatem ducat, nunquam aliam sibi adiungat, neque maiore gradu in sacerdotio potiatur, sed perpetuo in eodem gradu maneat. Tertias vero nuptias non ineat; sufficiunt enim secundae. Si vero tale quid fecerit, et secundis nuptiis

aut insta ab imperio petierint, haec accipiant, aut si non insta quaerunt, velociter revertantur, unde profecti sunt.

Cap. IV. Haec autem de deo amabilibus episcopis secundum divinas constituentes regulas, et religiosos clericos cum multa fieri inquisitione secundum divinas regulas, et boni testimonii viros ordinari sancimus, litteras omnino scientes, et eruditos constitutos. Litteras enim ignorantes omnino nolumus neque unum ordinem suscipere, clericorum videlicet, presbyterorum et diaconorum, tam sacras orationes docentium, quam ecclesiarum et canonum legentium libros, ordinationem sine querela, et inculpabilem, et sine aliqua contradictione et datione pecuniarum aut rerum suscipientes. Neque autem eos volumus omnino officiales aut curiales constitutos suscipere ordinationem, nisi secundum leges, quas super his posuimus pridem, quas et hic nunc confirmamus, ipsos autem ordinatos sacra praecepta in conspectu totius populi suscipere, propter has ipsas causas, propter quas hoc ipsum agi etiam super deo amabilibus episcopis sancivimus.

Cap. V. Neque autem secundas habentem, aut eum qui habuerit, nuptias ordinari in diaconum aut presbyterum, neque si mulieri coniungatur seiunctae et proprium virum derelinquenti; sed neque si concubinam habeat, sed [4]) ipsam uxorem, si cum castitate et ex virginitate sit. Nihil enim sic in sacris ordinationibus diligimus, quam cum castitate viventes, aut cum uxoribus non cohabitantes, aut unius uxoris virum, qui vel fuerit, vel sit, et ipsam castitatem eligentem, primum principium et fundamentum manifestum secundum divinas regulas et residuae virtutis constitutam. Si autem et [5]) aliquis presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus postea ducat uxorem aut concubinam, aut palam, aut occulte, sacro statim cadat ordine, et deinceps idiota sit. Quodsi et lector secundam ducat uxorem propter quaedam, et hoc forsan irrecusabili necessitate, nullatenus ad altiorem accedat gradum, neque perfruatur gradu maiore in sacerdotio, maneat autem in eodem gradu perpetuo; sed non

---

[a]) *Photii Nomoc. IX.* 29. (*Voëllii bibl. II. p.* 1002.), (*Ioannis*) *Nomoc.* 26 *et* 27. (*ibid. II.* 633. 634.)

[1]) *Meerm. III. et Zuich.*; ἐθείκαμεν *Scrimg.* — [2]) *Meerm. III. et Zuich.*; χειροτονομένους *Scrimg.* — [3]) εἰσαγάγοι *Meerm. III. et Zuich.* — [4]) sed et *Trid.*, *Port* — [5]) *Trid.*; om. et *Port.*, *Cont.*

τὸ δεύτερον. Εἰ δέ γε τοιοῦτό τι πράξειε, καὶ πρὸς δευτέρους ἐλθὼν γάμους ἐπὶ μεῖζονα βαθμὸν σπεύσειεν, αὐτόθεν ἰδιώτης ἔσται καὶ λαϊκός, πάσης τε ἱερᾶς λειτουργίας ἐκπίπτων. σώφρονος γὰρ ἡμῖν διὰ πάντων μέλει βίου. Εἰ γὰρ τοιοῦτοι καθεστῶτες οἱ εἰς κλῆρον ἀγόμενοι χειροτονηθεῖεν, εὔκολος αὐτοῖς ἡ πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἄνοδος ἔσται, ἐκ πολλῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν ῥᾳδίως εὑρισκομένων τῶν ἀνάγεσθαι πρὸς ἱερωσύνην ἀξίων.

nuptiis contractis ad maiorem gradum adspiret, statim privatus erit et laicus, omnique sacro ministerio excidet; casta enim vita ante omnia nobis curae est. Nam si tales in clerum assumti creentur, facilis ipsis ad episcopatum aditus erit, quum inter multos bonos viros facile inveniantur, qui ad sacerdotium provehantur digni.

Κεφ. ϛ'. [a])

Ὅσα γε μὴν ἐπὶ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν ἡμῖν εἴρηται, ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν θεοφιλεστάτων διακονισσῶν πράττεσθαι βουλόμεθα, ὥστε μηδὲ αὐτὰς ἔξω τῆς προεπούσης παραιρήσεως γίνεσθαι, ἀλλὰ πρότερον μὲν αὐταῖς τὴν ἡλικίαν μηδὲ νέαν εἶναι, μηδὲ ἀκμάζουσαν, μηδὲ αὐτόθεν πρὸς τὰ πλημμελήματα πηδῶσαν, ἀλλ' ὑπὲρ τὸν μέσον ἤδη καθεστώσας χρόνον, καὶ ἀμφὶ τοὺς πεντήκοντα ἐνιαυτοὺς [b]) κατὰ τοὺς θείους κανόνας ἀγούσας, οὕτω τε τῆς ἱερᾶς τυγχάνειν χειροτονίας, καὶ ἢ παρθένους καθεστώσας, ἢ ἑνὸς ἀνδρὸς γαμετὰς γενομένας. οὐ γὰρ ἐφήσομεν οὐδὲ δευτερογαμούσαις, οὐδὲ βίον ἐχούσαις οὗτι φαμὲν κατεγνωσμένον, ἀλλ' οὐδ' ὕποπτον ὅλως ἐπὶ τὴν ἱερὰν παριέναι διακονίαν, καὶ τοῖς τε προσκυνητοῖς ὑπηρετεῖσθαι βαπτίσμασι, τοῖς τε ἄλλοις παρεῖναι τοῖς ἀπορρήτοις, ἅπερ ἐν τοῖς σεβασμιωτάτοις μυστηρίοις δι' αὐτῶν εἴωθε πράττεσθαι. Εἰ γάρ τις ἀνάγκη γένοιτο καὶ τὴν ἐλάττονα ταύτης τῆς ἡλικίας, ἧς εἴπομεν, χειροτονηθῆναι διάκονον, ἀλλ' ἔξεστι ταύτην ἔν τινι τῶν εὐαγῶν ασκητηρίων χειροτονεῖσθαι καὶ καθ' ἑκεῖνο οἰκεῖν, καθ' ὅπερ οὐδὲ ἀνδρῶν ἐπιμιξία καθέστηκεν, οὐδὲ αὐτεξούσιος δίαιτα, ἀλλὰ βίος συνεσταλμένος καὶ μέτριος, καὶ ὑπὸ τοῦ συνόντος πλήθους μαρτυρούμενος. Βουλόμεθα [c]) δὲ καὶ αὐτὰς τὰς ἐπὶ τὴν χειροτονίαν ἀγομένας διακόνους, εἴτε ἐκ χηρείας, εἴτε ἐκ παρθενίας, μή τινας συνόντας ἔχειν ἐν τάξει δῆθεν ἀδελφῶν, ἢ συγγενῶν, ἢ τῶν καλουμένων ἀγαπητῶν (τοῖς γὰρ τοιούτοις ὀνόμασι χρώμεναι πάσης πονηρᾶς ὑποψίας τὸν ἑαυτῶν πληροῦσι βίον), ἀλλ' ἢ καθ' ἑαυτὰς οἰκεῖν, ἢ γονεῦσι μόνοις καὶ παισίν, ἢ ταῖς ἀληθείαις ἀδελφοῖς ἢ θείοις συνεῖναι, ἐφ' ὧν εἴ τις ὑποπτεύσειεν ἢ τολμήσειε [1]) πονηρόν, αὐτὸς ἀνόσιός τε ἅμα καὶ ἀσεβὴς εἰκότως νομισθήσεται. ὥστε εἰ λέγοιτό τι τοιοῦτο περί τινος τῶν εἰς διακονίσσης χειροτονίαν ἐμβαίνειν βουλομένων, ὡς τινι συνέσειν,

Cap. VI.

Quae vero de religiosissimis clericis a nobis dicta sunt, ea quoque in piissimis diaconissis obtinere volumus. Nec hae enim sine iusta observatione creentur, sed primum quidem aetate sint neque iuvenili, neque florida, neque illico in peccata ruente, sed quae mediam aetatem iam excesserunt, et secundum divinos canones annum circiter quinquagesimum agunt, atque ita sacram creationem, modo virgines aut unius viri uxores sint, obtineant. Neque enim iis, quae secundas nuptias contraxerunt, aut vitam, non dicemus vituperabilem, sed tantum suspectam vivunt, ad sacrum ministerium venire, et adorando baptismati ministrare, reliquisque arcanis, quae in venerabilibus mysteriis per eas peragi solent, interesse permittemus. Si vero necessitas quaedam adsit, ut diaconissa hac etiam, quam diximus, aetate minor cretur, liceat in sacro aliquo asceterio eam creare, et in illo habitare, ubi nullum cum viris commercium est, neque pro arbitrio vivitur, sed modesta et moderata vita in conspectu multitudinis, quae ibi est, agitur. Volumus etiam illas ipsas diaconissas, quae creandae sunt, sive viduas sive virgines, non habere fratres quosdam, vel cognatos, vel agapetos, ut vocantur, cum quibus familiariter vivant (qui enim iis nominibus utuntur, mala suspicione vitam suam valde gravant), sed vel solae habitent, vel cum solis parentibus et liberis, aut iis, qui vere fratres sunt, vel cum patruis conversentur, de quibus si quis aliquid mali suspicari ausit, ipse scelestus simul et impius habebitur. Quare si tale quid de aliqua ex iis, quae diaconissae creari volunt, dicatur, conversari eam cum aliquo sub specie quidem boni nominis, sinistra vero suspicione, nequaquam illa mulier diaconissa creetur. Nam etiamsi creata sit, et tale quid committat, ac sub dicto nomine et specie cum aliquo habitet, diaconatu excidet, et ipsa non minus, quam ille huic legi, reliquisque, quae stupratores puniunt, obnoxii erunt. Omnes autem religiosissi-

non ad tertias veniat nuptias; satis est enim, si ad secundas. Si vero aliquid tale egerit, et ad secundas veniens nuptias ad maiorem gradum venire festinaverit, exinde idiota erit et laicus, omnino sacro ministerio cadens; pudice etenim nobis per omnia pertinet vivere. Si enim tales constituti ii, qui in clero adducuntur, ordinentur, facilis eis ad episcopatum ascensus erit, et ex multis bonis viris facilius invenientur, qui adducantur ad primum gradum sacerdotii digni.

Cap. VI. Quanta igitur super venerabiles clericos a nobis dicta sunt, haec etiam super deo amabilibus diaconissis agi volumus, ut neque ipsae citra observantiam fiant, sed primum quidem eis aetatem neque novellam esse, neque crescentem, neque ex hac ad delinquendum salientem, sed super mediam constitutas aetatem, et circa quinquaginta annos secundum divinas regulas agentes, sicque sacram promereri ordinationem, et aut virgines constitutas, aut unius viri quae fuerant uxores. Non enim permittimus neque secundas contrahentibus nuptias, neque vitam habentibus non dicimus reprehensibilem [2]), sed nec suspectam omnino, ad sacrum venire ministerium, et adorandis ministrare baptismatibus, et aliis adesse secretis, quae in venerabilibus ministeriis per eas rite aguntur. Si vero quaedam necessitas fiat, et minorem hac aetate, quam diximus, ordinari diaconissam contigerit, liceat eam in aliquo venerabilium asceteriorum ordinari, et in illo habitare, ne quaequam viris admixta constituta sit [3]), neque suo arbitrio habitans, sed vitae separatae et mediocris, et a conveniente multitudine bonum testimonium habens. Volumus autem et ipsas, quae ad ordinationem perducuntur, diaconissas, sive ex viduitate, sive ex virginitate, non cum aliquo cohaerentes aut cognatorum, aut eorum, quos appellant dilectos (talibus enim nominibus utentes maligna suspicione suam replent vitam), sed aut solae habitent, aut cum parentibus solis,

---

[a]) *Epitomen huius cap. dedit (Ioannis) Nomoc.* 24. (*Voëlli bibl. II. p.* 630.) — [b]) *Photii Nomoc. I* 28. (*Voëlli bibl. II. p.* 846 *sq.*) — [c]) *Particulam hanc usque ad* κολάζουσιν *exhib. Photii Nomoc. VIII.* 14 (*Voëlli bibl. II. p.* 947.)

[1]) *Legendum fortasse:* ἐφ' ὧν εἴ τις ὑποπτεῦσαι ἂν τολμήσειε. — [2]) non diximus irreprehensibilem *Trid.*; neque vitam non habentibus (ut diximus) irreprehensibilem *Port.* — [3]) ne quaequam viris admixta sit et constituta *Trid.*

σιν, ἐσχηματισμένη μὲν ἀγαθῇ προσηγορίᾳ, πονηρᾷ δὲ ὑποψίᾳ, οὐδὲ τὴν τοιαύτην γυναῖκα προσίεσθαι παντελῶς εἰς χειροτονίαν διακονίας, ἐπειδὴ κἂν εἰ χειροτονηθείη, καί τι τοιοῦτο πράξειε, καὶ συνοικοίη τινὶ μετὰ τοῦ ῥηθέντος ὀνόματος ἢ σχήματος, ἐκπεσεῖται μὲν τῆς διακονίας, καὶ αὐτὴ δὲ κἀκεῖνος ὑπεύθυνοι ἔσονται τῷδε ἡμῶν τῷ νόμῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοὺς φθορέας κολάζουσι. Δεῖ δὲ [a]) πάσας τὰς χειροτονουμένας εὐλαβεστάτας διακόνους καὶ αὐτὰς κατὰ τὸν τῆς χειροτονίας καιρὸν καὶ νουθετεῖσθαι, καὶ τῶν ἱερῶν ἀκούειν παραγγελμάτων ἐπὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἤδη οὐσῶν εὐλαβεστάτων διακόνων, ὥστε αὐτὰς καὶ τὸ τοῦ θεοῦ δέος ἐχούσας, καὶ τὴν προσοῦσαν τοῖς ἱεροῖς παραγγέλμασι παῤῥησίαν, φοβεῖσθαί τε καὶ αἰσχύνεσθαι τῆς ἱερᾶς ἐκπεσεῖν τάξεως, εἰδυίας, ὡς, εἰ ἁῤῥήσαιεν ἢ καταισχύναι τὴν χειροτονίαν, ἢ ἀπολιποῦσαι τὴν ἱερὰν χειροτονίαν, προσομιλῆσαι γάμοις, ἢ ἄλλην ὅλως ἑλέσθαι βίου πονηρὰν [1]) πορείαν, αὐταί τε ἔνοχοι γενήσονται θανάτου, καὶ τὰ τῆς περιουσίας αὐτῶν προσκυρωθήσεται ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, ἢ τοῖς μοναστηρίοις, ἐν οἷς εἰσιν. [b]) Οἵ τε ταύτας φθεῖραι ἢ γῆμαι θαῤῥήσαντες ὑπεύθυνοι μὲν καὶ αὐτοὶ ξίφους ἔσονται, τὴν δὲ οὐσίαν αὐτῶν καθέξει τὸ δημόσιον. [c]) εἰ γὰρ ἐν τοῖς πάλαι νόμοις, ταῖς παρ' ἐκείνοις εἰς τὴν αὐτῶν πλάνην καλουμέναις παρθένοις θανάτου ἔπην ἡ ζημία φθαρείσαις, πῶς οὐ μᾶλλον ἡμεῖς τοῦτο ἐπὶ τῶν ταληθῆ περὶ θεοῦ δοξαζουσῶν ὁρίουμεν τὴν σωφροσύνην, ἢ μάλιστα γυναῖκας κοσμεῖ, φυλάττεσθαι βουλόμενοι διαφερόντως ἐπὶ τῶν εὐλαβεστάτων διακονισσῶν, ὅπως ἂν τό τε πρέπον τῇ φύσει φυλάττοιεν, τό τε ὀφειλόμενον τῇ ἱερωσύνῃ τηροῖεν;

giosissimas diaconissas creandas eo tempore, quo creantur, et admoneri, et sacra praecepta coram reliquis, quae iam sunt venerabiles diaconissae, audire oportet, ut timorem dei habentes et fiduciam, quae sacris praeceptis adest, metuant, ne sacrum ordinem amittant eiusque rei eas pudeat, scientes, se, si audeant creationem dedecorare, vel derelicta sacra creatione matrimonium inire, vel aliam quamcunque pravam vitam eligere, capitis poena teneri, et bona sua sanctissimis ecclesiis vel monasteriis, in quibus sunt, addicenda esse. Qui vero eas stuprare aut matrimonio sibi iungere ausi fuerint, illi etiam gladio punientur, eorumque bona fiscus occupabit. Si enim antiquorum legibus virginibus, tum ad eorum errores vocatis, capitis poena instabat, si corruptae essent, quidni multo magis in eas, quae vera de deo sentiunt, nos idem statuamus, qui pudicitiam, quae maxime mulieres ornat, praecipue in religiosissimis diaconissis conservari volumus, ut tam id, quod naturam decet, custodiant, quam quod sacerdotio debetur, servent?

Κεφ. ζ. [d])

Τοὺς δὲ ἅπαξ ἐπὶ τούτοις γενομένους [2]) διακόνους ἢ πρεσβυτέρους κατὰ μηδένα τρόπον ἀπολιμπάνειν τὴν ἱερατείαν. Ὅπερ οὐ μόνον ἐπὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐσπίζομεν, ἀλλὰ κἂν ὑποδιάκονος, κἂν εἴ τυχὸν ἀναγνώστης εἴη τις, μηδὲ τοῦτον ἀπολιμπάνειν τὸ πρότερον σχῆμα, καὶ εἰς ἕτερον μετατίθεσθαι βίον, γινώσκοντα ὡς, εἴπερ τοιοῦτό τι πράξοιεν, κατὰ τὸ ἤδη παρ' ἡμῶν νομοθετηθὲν ἢ εἰς βουλευτήριον μετὰ τῆς οὐσίας, ἢ ἐν ἀπορίᾳ πρὸς ταξεωτικὴν κατενεχθήσεται τύχην.

Cap. VII.

Qui vero secundum haec semel diaconi vel presbyteri facti sunt, illi sacerdotium nullo modo derelinquant. Quod non solum in presbyteris et diaconis sancimus, verum etiam si subdiaconus aut lector forte quis sit, ut nec ille priorem statum relinquat, et ad aliam vitam transeat, sciens, quod, si tale quid fecerit, secundum id, quod a nobis iam constitutum est, aut in curiam cum bonis suis, vel si inops sit, ad cohortalem conditionem detrudetur.

Κεφ. η'.

Cap. VIII.

solis, et filiis, aut vere fratribus, aut iis cohaerere, de quibus, si quis suspicari aliquid praesumserit malignum, ipse insipiens simul et impius forsan putabitur. Et si dicatur tale aliquid de aliqua earum, quae in diaconissarum ordinationem ingredi vult, quod alicui cohaeserit sub imagine quidem bonae appellationis, maligna vero suspicione, non oportet huiusmodi mulierem perduci omnino ad ordinationem diaconiae. Nam etsi [3]) ordinetur, et tale aliquid egerit, et cohaeserit alicui cum praedicto nomine aut schemate, cadet quidem a diaconia, et ipsa et ille subiecti erunt huic legi et reliquis, quae corruptores puniunt. Oportet enim omnes, quae ordinantur, venerabiles diaconissas tempore ordinationis et moneri, et sacrorum audire mandatorum praecepta coram reliquis, quae dudum sunt venerabiles diaconissae, ut et ipsae dei timorem habeant, et adhaerentem sacris mandatis fiduciam, timere autem et confundi sacro cadere ordine, scituras, quod, si praesumserint aut erubescentes ordinationem, aut derelinquentes sacrum ministerium ad nuptias venerint, aut aliam omnino elegerint vitam, ipsae quidem obligatae efficientur morti, et substantia earum applicabitur sanctissimis ecclesiis aut monasteriis, in quibus sunt. Qui vero eas aut uxores accipere, aut corrumpere praesumserint, obnoxii quidem et ipsi gladio erunt, substantia autem eorum applicabitur fisco. Si enim in antiquis legibus virginibus illis, quae in eorum errorem vocabantur, mortis incumbebat damnum corruptis, quomodo non magis nos in iis, quae a deo glorificantur, definimus, pudicitiam, quae quam maxime mulieres exornat, conservari volentes quam diligentissime a venerabilibus [4]) diaconissis, ut quod decet naturae custodiant, et quod debetur sacerdotio conservent?

Cap. VII. Semel autem secundum hoc factos diaconos aut presbyteros nullo modo derelinquere sacerdotium. Quod non solum in presbytero et diacono sancimus, sed etiam si subdiaconus aut forte lector fiat aliquis, neque [5]) hunc relinquere pristinum schema, et ad alteram migrare vitam, scientem, quia, si tale aliquid egerit, secundum quod a nobis iam sancitum est aut in curiam cum substantia, aut sub inopia degens ad officialem deponetur fortunam.

Cap. VIII.

---

[a]) *Haec usque ad καθέξει τὸ δημόσιον referuntur in Photii Nomoc. IX.* 29. (*Voëlli bibl. II. p.* 1002 *sq.*) — [b]) *Paratitl. coll. const. eccl. III.* 2. (*Voëlli bibl. II. p.* 1354.) — [c]) *Photii Nomoc. IX.* 30. (*Voëlli bibl. II. p.* 1011.) — [d]) *Photii Nomoc. IX.* 32. (*Voëlli bibl. II. p.* 1016.), *Ioannis Nomoc.* 10. (*ibid. II. p.* 614.)

[1]) *Meerm. III. et Zuich.*; βου πονερὰν *Scrimg.* — si *Port.*, *Cont.* — [4]) volentes competens venerabilibus [2]) *Meerm. III. et Zuich.*; γινομένους *Scrimg.* — [3]) *Trid.*; *Trid.*, *Port.* — [5]) *Trid.*; neque *om. Port.*, *Cont.*

Κεφ. η'. [a])

Οὐ μὴν οὐδὲ ἐκκεχυμένας προσήκει γίνεσθαι τοῦ λοιποῦ τὰς τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν χειροτονίας. τὸ μὲν γὰρ μέχρι νῦν, εἰ καὶ ἐπανορθοῦν ἐχρῆν, ἀλλ' οὖν διὰ τὸν χρόνον ἀφίεμεν, τοῦ λοιποῦ δὲ μὴ προχείρως αὐτὰς γίνεσθαι, μηδὲ εἰς ζημίαν τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν χωρεῖν θεσπίζομεν. Ὅσα μὲν οὖν ἐχρῆν περὶ τοῦ τοιούτου τρόπου κατὰ τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν τῆς βασιλευούσης ἡμῶν ταύτης πόλεως, καὶ τὰς ὑπ' αὐτὴν ἁγιωτάτας ἐκκλησίας, καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐνταῦθοι γενέσθαι, τούτῳ τῷ ἰδικῷ [1]) *περιλάβομεν νόμῳ. Ἐν δὲ ἅπασι τοῖς ἔξω τόποις θεσπίζομεν, εἰ μὲν ὁ συσησάμενος ἐξ ἀρχῆς καὶ οἰκοδομήσας τὴν ἐκκλησίαν ὥρισε τὸ τῶν χειροτονουμένων μέτρον, οἷα πρὸς αὐτὸ καὶ τὴν δαπάνην περιστήσας, μὴ πρότερον χειροτονηθῆναί τινα κατὰ τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν, πρὶν ἂν εἰς τὸν ἀριθμὸν τὸν ἐξ ἀρχῆς ὁρισθέντα τὸ μέτρον αὐτοῦ περισταίη. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο γέγονεν, αὐτὴ δὲ ἡ τῆς πόλεως ἐκκλησία χορηγοίη τὰς σιτήσεις ἑαυτῇ τε καὶ ταῖς ἄλλαις ἐκκλησίαις, τηνικαῦτα μὴ προχείρως αὔξειν τοὺς ἐκεῖσε κληρικοὺς, μηδὲ διά τινας ἴσως προσπαθείας ἢ χαρίτας ταῖς ἐντεῦθεν αὐτὴν καταφορτίζειν δαπάναις (οὐκ εὐσεβῆ γὰρ τὰ τοιαῦτα, οὐδὲ ἱερέων ἄξια), ἀλλ' ἐξ ὧν ὁ δεσπόσας δίδοίη θεός, ἐκ τούτων τὰ δυνατὰ χορηγεῖν, ἢ τὴν γοῦν παλαιὰν φυλάττειν συνήθειαν, μηδ' ὁτιοῦν παντελῶς καινιζομένην. Ὥστε προσήκει τοὺς θεοφιλεστάτους πατριάρχας καὶ μητροπολίτας τούτου τίθεσθαι πρόνοιαν, καὶ τοὺς μὲν μέχρι νῦν ὄντας ἐᾶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματος, ἐφ' οὗπερ εἰσί, κληρικοὺς, συμμετρεῖν δὲ τὴν ἑκάστης ἐκκλησίας δύναμιν, καὶ οὕτως αὐτοὺς τε τοὺς ὁσιωτάτους πατριάρχας τὰς ὑφ' ἑαυτοὺς τάττειν ἐκκλησίας, τούς τε μητροπολίτας αὐτὸ τοῦτο παρὰ τῶν ὁσιωτάτων πατριαρχῶν ὑπομιμνησκομένους ποιεῖν, ἐκείνους τε τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς ὑφ' ἑαυτοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ τὴν συμμετρίαν ταύτην ἐμβιβάζειν, καὶ σπεύδειν, μὴ ὑπὲρ τὴν δαπάνην ποιεῖσθαι τὰς τῶν κληρικῶν χειροτονίας. Ἴσμεν γὰρ, ὅσαι τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν διὰ τοῦτο δὴ τὸ τῶν χειροτονουμένων τε καὶ τῆς ἄλλης δαπάνης ἐκκεχυμένον ἠπόρησαν, καὶ ὅτι τινὰς ἐξ αὐτῶν, μόλις μέν, περισώσαμεν δὲ ὅμως, τινὲς δὲ ἔτι καταπεφορτισμέναι κεῖνται, ἐκ τῆς τοιαύτης ἀνενεγκεῖν στενοχωρίας οὐ δυνάμεναι. ὥστε τοίτου προνοήσουσιν οἱ ἁγιώτατοι πατριάρχαι, καὶ οἱ μητροπολῖται, καὶ οἱ λοιποὶ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, ἐφ' ᾧ τε ἡμᾶς τὰ παρ' αὐτῶν γινόμενα μανθάνοντας*

Cap. VIII.

Neque autem effuse in posterum convenit fieri ordinationes. Quod enim huc usque factum est, licet emendari oportuit, tamen propter tempus relinquimus verum ut in posterum non temere fiant neque in detrimentum sanctissimarum ecclesiarum, sancimus. Quaecunque igitur hoc casu circa sanctissimam magnam ecclesiam regiae huius nostrae civitatis, et sanctissimas ecclesias sub illa constitutas, reliquasque, quae hic sunt, obtinere oporteat, hac speciali lege complexi sumus. In omnibus vero locis extraneis, si is, qui ab initio constituit atque aedificavit ecclesiam, numerum creandorum definiverit et secundum eum expensas etiam constituerit, sancimus, ut non prius quis in illa ecclesia creetur, quam si ad numerum ab initio definitum eius mensura redacta sit. Sin vero id factum non sit, ipsa vero civitatis ecclesia sibi et reliquis ecclesiis alimenta subministret, tum non temere augeantur clerici, qui ibi sunt, neque illa forte propter affectionem quandam aut gratiam sumtibus exinde oneretur (non pia enim haec sunt, neque sacerdotibus digna), sed ex iis, quae dominus deus dederit, quantum facultates ferent, subministretur, vel antiqua consuetudo nullo modo innovanda servetur. Quare convenit, ut piissimi patriarchae et metropolitani huius rei curam gerant, et eos quidem, qui nunc sunt clerici, in eodem statu, in quo sunt, relinquant, facultates vero cuiusque ecclesiae metiantur. Atque ita tum ipsi sanctissimi patriarchae ecclesias sub se constitutas ordinent, tum etiam metropolitani a sanctissimis patriarchis admoniti idem faciant, et illi reliquos omnes episcopos sub se constitutos ad hanc symmetriam adigant, neve ultra modum expensarum clerici creentur, operam dent. Scimus enim, quot sanctissimae ecclesiae propter nimias has ordinationes et nimios sumtus reliquos inopes factae sint, et nos quasdam ex iis, aegre quidem, tamen servasse, quasdam autem etiamnunc oneratas iacere neque emergere posse ex talibus angustiis. Huic rei igitur sanctissimi patriarchae, metropolitani, et reliqui dei amantissimi episcopi prospiciant, ut nos, quae ab ipsis fiant edocti, eos laudemus, quod legem nostram scriptam re ipsa observari ostenderint.

Epi-

Cap. VIII. Sed neque effusas competit fieri de cetero reverendissimorum clericorum ordinationes. Quod enim hactenus gestum est, licet corrigi oporteret, attamen propter tempus sinimus; de cetero autem non propter [2]) hoc fieri, neque ad damnum sanctissimarum ecclesiarum venire sancimus. Quaecunque igitur oportebat de tali modo in sanctissima maiore ecclesia huius nostrae regiae civitatis, et sub ea constitutis sanctissimis ecclesiis, et aliis, quae hic sunt, fieri, hac speciali lege complexi sumus. In omnibus autem, quae foris sunt, locis sancimus, si quis, quum constituerit ab initio et aedificaverit ecclesiam, definivit ordinationum mensuram, tanquam secundum eam expensas constituens, non prius ordinari quemquam in eadem ecclesia, nisi ad numerum a principio definitum eius mensura redigatur. Si vero hoc non fecerit, ipsa vero civitatis ecclesia ministrat emolumenta et sibi et aliis ecclesiis, tunc non promtum sit augere illi clericos, neque propter aliquas forte compassiones aut beneficia ex hoc eam sumtibus praegravare (non sunt enim haec pia, neque sacerdotibus digna), sed ex quibus dominus dederit deus, ex iis, quae possibilia sunt, administrare, aut antiquam conservare consuetudinem nihil penitus innovantem. Unde competit deo amabiles patriarchas et metropolitas huius habere providentiam, et eos quidem, qui hactenus sunt, sinere in schemate, in quo sunt, clericos, metiri vero uniuscuiusque ecclesiae virtutem, et ita ipsos quoque sanctissimos patriarchas sub se constitutas ecclesias ordinare, et metropolitas hoc ipsum a sanctissimis patriarchis commonitos facere, illos autem alios omnes sub se positos episcopos ad mensuram hanc deducere, et studere non ultra expensas facere clericorum ordinationes. Scimus enim, quantae sanctissimae ecclesiae propter hanc ordinationem et alterius expensae effusionem inopes factae sunt. Et quia aliquas earum, vix quidem, tamen liberavimus, quaedam vero adhuc oneratae iacent, ex tali relevari angustia non valentes, ideo hoc provideant sanctissimi patriarchae, et metropolitae, et reliqui deo ama-

[a]) *Hoc cap. integrum extat in Basil. III.* 1. 34.; *argumentum profert Photii Nomoc. I.* 30. (*Voellii bibl. II. p.* 850.)

[1]) *Scrimg., Codd. Meerm. et Zuich., Vulg.; ταῦτα III.* — [2]) „*Legendum forte*: non promte hoc fieri“ *ἰδικῷ Bas.; idque iam proposuit Cuiac. in expos. Nov. Homb.*

τας ἀποδέξασθαι αὐτούς, ὅτι τὸν ἐν γράμμασιν ἡμῶν νόμον ἐν αὐτοῖς ἔδειξαν τοῖς ἔργοις πολιτευόμενον.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρ' ἡμῶν νομοθετηθέντα, καὶ τὴν ἱερὰν τάξιν τε καὶ κατάστασιν φυλάττοντα κατὰ τὴν τῶν θείων κανόνων δύναμίν τε καὶ παρατήρησιν τοῦ λοιποῦ φυλαττέτωσαν διηνεκῶς ἀκέραια οἵ τε ἁγιώτατοι πατριάρχαι διοικήσεως ἑκάστης, οἵ τε θεοφιλέστατοι μητροπολῖται, οἵ τε λοιποὶ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι, οἵ τε κληρικοί, πανταχοῦ τὴν τοῦ θεοῦ λειτουργίαν καὶ τὴν ἱερὰν εὐκοσμίαν τηροῦντες ἀκέραιον, ποινῆς ἐπικειμένης τῷ ταῦτα παραβαίνοντι, τὸ παντελῶς αὐτὸν ἀλλότριον εἶναι θεοῦ τε καὶ τῆς ἐπικειμένης αὐτῷ κατὰ τὴν ἱερωσύνην ἀξίας. ὡς γὰρ ἀνάξιος ταύτης ἐξελαθήσεται. Ἄδειαν δὲ πᾶσι δίδομεν, ὁποίᾳ δήποτε τάξει καθεστῶσι καὶ σχήματι βίου, θεωμένοις τι τούτων παραβαινόμενον μηνύειν ἡμῖν τε καὶ εἰς τὴν ἀεὶ βασιλείαν, ὅπως ἂν ἡμεῖς, οἱ ταῦτα κατὰ τὴν τῶν θείων κανόνων ὑφήγησιν καὶ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν διατάξαντες, πρέπουσαν καὶ ἐπὶ τοῖς παραβαίνουσιν ἐνέγκοιμεν ἀγανάκτησιν. δηλαδὴ καὶ τῶν νενομοθετημένων παρ' ἡμῶν περὶ τῶν κληρονόμων τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων φυλαττομένων. §. 1. Οἱ μὲν οὖν ἁγιώτατοι πατριάρχαι διοικήσεως ἑκάστης ταῦτα προθήσουσιν ἐν ταῖς ὑφ' ἑαυτοὺς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, δῆλα δὲ ποιήσουσι τοῖς θεοφιλεστάτοις μητροπολίταις τὰ παρ' ἡμῶν διατεταγμένα, οἱ δὲ αὖθις καὶ αὐτοὶ προθήσουσί τε αὐτὰ κατὰ τὴν τῆς μητροπόλεως ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν, τοῖς τε ὑφ' ἑαυτοὺς ἐπισκόποις φανερὰ ταῦτα καταστήσουσι, κἀκείνων δὲ ἕκαστος ἐν τῇ οἰκείᾳ ἐκκλησίᾳ ταῦτα προθήσει, ὥστε μηδένα τῶν τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἀγνοεῖν τὰ παρ' ἡμῶν εἰς τιμήν τε καὶ αὔξησιν τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διατετυπωμένα. ἐφ' ᾧ τε ἀκολουθοῦσαν τούτοις τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἅπασι τοῖς ὑπ' αὐτὴν ὁσιωτάτοις μητροπολίταις φανερὰ ταῦτα καταστῆσαι τῷ παντὶ συμπαραδοθησόμενα χρόνῳ. §. 2. Ἐγράφη τὰ ἰσότυπα τῷ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας, Αἰφρεμίῳ, τῷ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Θεουπόλεως, Πέτρῳ, τῷ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Ἱεροσολύμων, Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν

Epilogus.

Quae igitur a nobis sancita sunt, et sacrum ordinem atque statum secundum sacrorum canonum vim et observantiam conservant, in posterum tum sanctissimi patriarchae cuiusque dioecesis, tum etiam dei amantissimi metropolitani, nec non reliqui religiosissimi episcopi atque clerici, ubique dei cultum et sacram disciplinam inviolatam servantes, perpetuo illibata custodiant; hac poena transgressori imminente, ut a deo et collata in se sacerdotii dignitate plane alienus sit futurus; nam ut indignus ea expelletur. Licentiam vero omnibus damus, cuiuscunque ordinis et vitae sint, ut, si quid horum violari videant, id nobis et futuro Imperatori indicent, quo nos, qui ad sacrorum canonum ductum et apostolicam traditionem haec constituimus, convenientem transgressoribus poenam infligamus. Ea quoque, quae a nobis de heredibus piissimorum episcoporum sancita sunt, observentur.

§. 1. *Sanctissimi igitur patriarchae cuiusque dioecesis haec in sanctissimis ecclesiis sub se constitutis proponant et dei amantissimis metropolitanis quae a nobis sancita sunt nota faciant. Hi vero ipsi in sanctissima ecclesia metropolitana haec rursus proponant et episcopis, qui sub ipsis sunt, manifesta faciant. Quilibet vero illorum in ecclesia sua haec proponat, ut nemo in nostra sit republica, qui ea, quae a nobis in honorem et decus magni dei et servatoris nostri Iesu Christi disposita sunt, ignoret. Quapropter sanctitas tua his obsequatur, atque haec omni tempore tradenda omnibus sanctissimis metropolitanis, qui sub ipsa sunt, manifesta faciat.*

§. 2. *Scripta sunt exemplaria sanctissimo archiepiscopo Alexandriae, Aephremio, sanctissimo archiepiscopo Theopolitano, Petro, sanctissimo archiepiscopo Hierosolymitano, Ioanni, gloriosissimo sacro praetorio iterum*

amabiles episcopi, ut et nos, quae ab eis agnntur discentes, approbemus eos, qui nostram legem in litteris positam apud semet ipsos ostenderunt operibus adimpleri.

Epilogus. Quae igitur a nobis sancita sunt, et sacrum ordinem statumque custodiunt secundum sacrarum regularum observationem et virtutem, de cetero conservent perpetuo integra et sanctissimi patriarchae uniuscuiusque dioecesis, et deo amabiles metropolitae, et reliqui reverendissimi episcopi atque clerici, ubique dei cultnram et sacram disciplinam custodientes inviolatam, poena imminente haec praevaricanti, quo penitus alienus sit a deo et imposito sibi sacerdotii ordine; nam velut indignus hoc excluditur. Licentiam vero universis damus, cuiuscunque sint officii vel conversationis, respicientibus aliquid horum praevaricari, nuntiare nobis, et ad imperium, quod semper est, ut nos, qui haec secundum sacrarum regularum explanationem apostolicamque traditionem constituimus, decentem etiam indignationem praevaricantibus inferamus, etiam his videlicet, quae sancita a nobis sunt, de hereditatibus deo amabilium episcoporum custodiendis. §. 1. Sanctissimi siquidem patriarchae uniuscuiusque dioecesis haec proponant in ecclesiis sub se constitutis, et manifesta faciant deo amabilibus metropolitis, quae a nobis constituta sunt. Illi quoque rursus etiam proponant ipsi ea in metropolitana sanctissima ecclesia, et constitutis sub se episcopis haec manifesta faciant, illorum vero singuli in propria ecclesia haec proponant, ut nullus nostrae reipublicae ignoret, quae a nobis ad honorem et ad augmentum magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi disposita sunt. Insuper sequens haec tua sanctitas omnibus, qui sub ea sunt, metropolitis sanctissimis haec faciat manifesta, universo tempore contradenda. §. 2. Scripta exemplaria sanctissimo archiepiscopo Alexandriae, Epiphanio [1]): sanctissimo archiepiscopo Theopolitano [2]); scripta exemplaria Petro [3]), sanctissimo episcopo Hierosolymorum; scripta exemplaria Ioanni, viro gloriosissimo praefecto sacrorum praetoriorum, secundo exconsuli et patricio [Dominico gloriosissimo praefecto praetoriorum Illyrici] [4]). Cui etiam hoc adiectum est: Et tua quoque celsitudo haec sciens una cum semper suscepturis sedem tuam haec servare festinet, et si denuntiatum fuerit aliquod tale delictum, prohibeat, et maxime quaecunque in ordinationibus curialium vel officialium interdicta sunt. Nuntiet autem etiam nobis, ut decens super eis imponatur correctio. Utatur quoque praeceptis ad clarissimos provinciarum iudices, ut et ipsi quae fiunt

[1]) *Cont. in margine*: „*Al.* Aephrenio, *leg. ex lat. man.* Kufremio.“ — [2]) Scripta exemplaria Epiphanio sanctissimo archiep. metropolitano *Trid*, *et ita Port.*, *sed pro* metrop. Theopolitano. — [3]) Petro *om. Trid.*, *Port.* — [4]) „*Inclusa desunt in lat. man.*“ *Cont. Neque leguntur in Trid. et Port.*

ἱερῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίου, Δομνίνῳ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν παρὰ Ἰλλυριοῖς ἱερῶν πραιτωρίων. Dat. XVII. Kal. April. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

iterum praefecto, exconsuli et patricio, Domnino, gloriosissimo sacro praetorio apud Illyrios praefecto.

fiunt inspicientes non permittant aliquid extra hoc, quod a nobis constitutum est, fieri; imminebit enim eis poena quinque librarum auri, si quidem et ipsi praevaricari videntes non denuntiaverint aut sedi tuae, aut imperio, ut undique decens ornatus ordinationis gradui conservetur [1]). Dat. XVII. Kal. April. Constantinop Belisario V. C. Cons. [535.]

[1]) Scripta cum adiectione dominica. *add. Trid., Port.* — Scripta cum adiectione, Dominico P.P. Myrici. *Cont.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ζ.[a])

Περὶ τοῦ μὴ ἐκποιεῖσθαι ἢ ἀνταλλάττεσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα ἢ εἰς ἰδικὴν ὑποθήκην δίδοσθαι τῷ δανειστῇ, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι αὐτὸν ταῖς γενικαῖς ὑποθήκαις.

(Coll. II. tit. 1.)

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Ἰουστινιανὸς Ἄυγουστος, Ἐπιφανίῳ, τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Προοίμιον.

Ἕνα σκοπὸν ἀεὶ τοῦτον ἐθέμεθα, τὸ πᾶν, εἴ τι πρότερον ἀτελὲς ἢ συγκεχυμένον ἐδόκει, τοῦτο καὶ ἀναναθᾶραι καὶ τέλειον ἐξ ἀτελοῦς ἀποφῆναι. Ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς ὅλης νομοθεσίας ποιήσαντες, ἡγούμεθα χρῆναι καὶ ἐπὶ τῶν ἐκποιήσεων τῶν γινομένων ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς πράγμασιν ἐνὶ περιλαβεῖν νόμῳ τοὺς ἔμπροσθεν ἅπαντας, καὶ ἀνανεουμένῳ, καὶ ἐπανορθοῦντι, καὶ τό τε ἐλλιπὲς προστιθέντι, τό τε περιττὸν ἀφαιροῦντι. Λέοντι μὲν οὖν τῷ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, ὃς δὴ μετὰ Κωνσταντῖνον τὸν τῆς εὐσεβοῦς μνήμης καὶ τὸν τῆς Χριστιανικῆς πίστεως ἐν βασιλεῦσιν ἀρχηγέτην ηὔξησέ τε καὶ κατεστήσατο τὴν τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τιμήν τε καὶ κατάστασιν, γέγραπται νόμος περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκποιήσεων, μονῃ περικεκλεισμένος τῇ κατὰ τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. Καὶ ἐπαινοῦμέν γε τὰ πλεῖω τούτου τοῦ νόμου μετὰ πάσης σφοδρότητος τε καὶ θεοφιλίας τεθειμένα, ἀλλὰ τῷ

Novella VII.

NE RES ECCLESIASTICAE ALIENENTUR, AUT PERMUTENTUR, AUT CREDITORIBUS IN SPECIALEM HYPOTHECAM DENTUR, SED UT HI HYPOTHECIS GENERALIBUS CONTENTI SINT.

Imperator Caesar Flavius Iustinianus Augustus Epiphanio, sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo felicis huius civitatis et Patriarchae universali.

Praefatio.

Hic unus scopus nobis semper fuit, ut, quod imperfectum aut confusum antea videbatur, id omne explicaremus, et ex imperfecto perfectum faceremus. Quod quum in tota legislatione praestiterimus, etiam in alienationibus rerum sacrarum una lege, quae renovet, emendet, et quod deest addat, atque superfluum tollat, omnes priores complectendas esse existimavimus. A Leone quidem piae memoriae, qui post Constantinum piae memoriae, Christianae fidei inter Imperatores principem, sanctissimarum ecclesiarum honorem atque statum auxit atque constituit, lex de alienationibus ecclesiasticis ad solam sanctissimam magnam ecclesiam felicis huius civitatis spectans scripta est. Ac plurima quidem illius legis cum omni severitate et pietate sancita laudamus, verum quia non generaliter in omnes lata est, improbamus, eamque correctione aliqua indigere existimavimus. Anastasius vero piae memoriae legem quandam de his rebus priori dissimilem et omnino imper-

Gl. Const. VII.

DE NON ALIENANDIS AUT PERMUTANDIS REBUS ECCLESIASTICIS IMMOBILIBUS, AUT IN SPECIALEM HYPOTHECAM DANDIS CREDITORIBUS, SED SUFFICERE GENERALES HYPOTHECAS.

(Coll. II. tit. 1.)

Imp. Iustinianus A. Epiphanio, sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo felicis huius civitatis, et oecumenico Patriarchae, et Patriarchae Constantinopolitano.

Praefatio. Unam intentionem hanc semper proponimus, omne, quidquid prius imperfectum aut confusum videbatur, hoc et expurgare, et perfectum ex imperfecto declarare. Quod etiam in omni legislatione facientes, credimus oportere et in alienationibus, quae fiunt super sacris rebus, una complecti lege, quae priores omnes et renovet et emendet, et quod deest adiiciat, et quod superfluum est abscindat. A Leone siquidem piae [1]) memoriae, qui post Constantinum piae memoriae christianae fidei inter imperatores principatum auxit, et constituit sacrarum ecclesiarum honorem et disciplinam, scripta lex est de alienationibus ecclesiasticis, conclusa in sola huius felicissimae civitatis sanctissima maiore ecclesia. Et laudamus plurima huius legis cum omni vehementia et dei cultura posita, sed eo quod non generaliter posita sit in omnibus, egere [2]) etiam eam quadam correctione credimus. Ab Anastasio quoque piae memoriae scripta quaedam de talibus lex est, neque similis priori, et omnino minus habens. Effusa namque et per loca foris posita nihilominus mansit imperfecta eo

[a]) *Scrimg.*; deest ap. *Hal.* — *Totius Novellae epitome in Coll. const. eccl. III.* 2. 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 1339-1342.) — *Iulian. const.* 7. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) *Trid.*; bonae *Port*, *Cont* — [2]) in omnibus tra- ctemus (retractemus?). Egere etiam *Trid.*

τῷ γε μὴ γενικῶς αὐτὸν κεῖσθαι κατὰ πάντων ἐπισκηπτομεν, δεῖσθαι μέντοι καὶ αὐτὸν τινος ἐπανορθώσεως πεπιστεύκαμεν. Ἀνασταίῳ δὲ τῷ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως γέγραπταί τις περὶ τῶν τοιούτων νόμος, οὔτε ὁμοίος τῷ προτέρῳ, πανταπασί τε ἐλλιπης. ἐκχεῖται γὰρ καὶ ἐπὶ τοὺς ἔξω τόπους οὐδὲν ἧττον ἔμεινεν ἀτελής, πρὸς μόνην τὴν ἀρχιερωσύνην καὶ τὴν διοίκησιν ὁρῶν, τὴν τεταγμένην ὑπὸ τὸν μακαριώτατον πατριάρχην τῆς βασιλίδος ταύτης καὶ εὐδαίμονος πόλεως, τοὺς δὲ ἄλλους ἅπαντας μὴ περιεργαζόμενος θρόνους, καίτοιγε εἴπερ ἄξιον ἐπανορθώσεως εἶναι τὸ πρᾶγμα ᾠετο, κατὰ μίαν πρόφασιν τὰ μὲν ἐπηνώρθου, τὰ δὲ ἀκόσμητα κατελίμπανεν. Ὥστε αὐτὸν καὶ πεπαῦσθαι τοῦ λοιποῦ θεσπίζομεν, ἀτελῆ τε καθεστῶτα καὶ τόπῳ περικλειόμενον, ἀλλ' οὐ γενικὸν ἐν νόμοις ὄντα, οὐδέ τι σπουδαῖον εἰσαγαγόντα. Ταῦτα οὖν ἡμεῖς ἐπανορθοῦντες ἅπαντα, μίαν ᾠήθημεν χρῆναι νομοθεσίαν ἐπιθεῖναι πᾶσι τοῖς τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, καὶ ξενώνων, καὶ νοσοκομείων, καὶ πτωχείων, καὶ μοναστηρίων, καὶ βρεφοτροφείων, καὶ γεροντοκομείων, καὶ παντὸς ἱερατικοῦ συστήματος πράγμασι, καὶ τοῦτον τὸν νόμον τῇ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διατάξει προσθεῖναι, πρότερον αὐτῆς ἐν βραχεῖ τὴν νομοθεσίαν ἐκτιθέμενοι, οὕτω τε ἅπαν τὸ λοιπὸν προσυφαίνοντες. Βούλεται γὰρ ἐκείνη, μήτε τὸν θεοφιλέστατον ἀρχιεπίσκοπον καὶ πατριάρχην τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως ἤτοι τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, μήτε οἰκονόμον πιπράσκειν ἢ δωρεῖσθαι ἢ ἄλλως ἐκποιεῖν πρᾶγμα ἀκίνητον, οἰκίαν τυχόν, ἢ ἀγρόν, ἢ γεωργόν, ἢ ἀνδράποδα ἀγροικικά, ἢ πολιτικὰς σιτήσεις [1]) (καὶ ταύτας ἐν τοῖς ἀκινήτοις ἀριθμητέον, προσηκούσας τῇ κατὰ Κωνσταντίνου πόλιν ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ), ἀλλὰ μηδ' ἐπ' ἀνειδώῳ [2]) ἢ ἄλλῳ τινὶ σοφισμῷ τοιοῦτό τι πράττειν. καὶ ἀπειλεῖ τῷ μὲν ἐωνημένῳ τὴν τοῦ πράγματος ἀνάδοσιν, ὥστε αὐτὸν ἀναδιδόναι τῷ κατὰ καιρὸν οἰκονομοῦντι τὰ πράγματα τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας τὸ παρ' αὐτοῦ ληφθὲν πρᾶγμα μετὰ παντὸς τοῦ κατὰ τὸν μέσον χρόνον καρποῦ καὶ τῶν ἄλλων κερδῶν, ἐκπιώσεως ἐπικειμένης τῶν τιμημάτων τῷ τοιοῦτό τι λαμβάνειν ἢ ὠνεῖσθαι θαρροῦντι, διότι τὸ παρὰ τοὺς νόμους πραχθὲν ἐν ἴσῳ τίθησι τῷ μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενομένῳ τὸν δὲ οἰκονόμον τὸν ταῦτα ὑπερβάντα διδόναι μὲν οἴκοθεν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κελεύει πᾶν. ὅπερ ἂν ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἐκέρδανεν, ἢ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐζημίωσε. πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἀπελαύνει τῆς οἰκονομίας, καὶ δίδωσιν ἀγωγὴν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ οὐ κατὰ μόνων τῶν θεοφιλεστάτων

imperfectam tulit. Quanquam enim ad extranea etiam loca se extendat, nihilominus tamen imperfecta manet, quum ad summum sacerdotium solum et dioecesin, quae beatissimo patriarchae regiae et felicis huius urbis subest, respiciat, de reliquis autem sedibus omnibus non sollicita sit. Et quanquam hanc rem correctione dignam putavit, una tamen occasione quaedam emendavit, quaedam vero inordinata reliquit. Quare ut illa in posterum cesset, sancimus, quum imperfecta et loco circumscripta, non vero generalis lex sit, nec quidquam laudabile introducat. Haec itaque omnia emendantes, unam legem de omnibus rebus sanctissimarum ecclesiarum, xenodochiorum, nosocomiorum, ptochiorum, monasteriorum, brephotrophiorum, gerontocomiorum, et totius sacri collegii ferendam, atque hanc legem constitutioni Leonis piae memoriae adiiciendam putavimus, ita ut primum legem eius breviter exponamus, deinde omne id, quod reliquum est, addamus. Vult enim illa, ut neque piissimus archiepiscopus et patriarcha felicis huius civitatis vel sanctissimae magnae ecclesiae neque oeconomus vendat, vel donet, aut alio modo rem immobilem, domum forte, vel agrum, vel colonum, vel mancipia rustica, vel annonas civiles alienet (et hae inter res immobiles numerandae sunt, si pertinent ad Constantinopolitanam sanctissimam magnam ecclesiam), neque etiam remunerationis nomine, vel alio obtentu tale quid faciat. Ac emtori quidem rei restitutionem minatur, ut rem, quam accepit, cum omni fructu medii temporis et cum reliquis lucris reddat ei, qui res sanctissimae magnae ecclesiae administrat, amissione quoque pretii ei, qui tale quid accipere vel emere ausus fuerit, imminente, quia quod contra leges gestum est, perinde habet, ac si plane non factum sit. Oeconomum vero, qui haec transgreditur, de suis bonis sanctissimae magnae ecclesiae omne id, quod ex ea causa lucratus est, vel quo sanctissimam ecclesiam damno affecit reddere iubet. Ad haec quoque ab administratione eum removet, et sanctissimae ecclesiae actionem dat non solum contra dei amantissimos oeconomos, sed etiam successores eorum, sive ipsi alienarint, sive dei amantissimum, qui est, episcopum vel alium clericum alienare videntes, turpi atque servili silentio id dissimularint, et multo magis si, quum eum alicui consentire viderent, id permiserint, neque prohibuerint. Praeterea quoque tab llionem, qui talia instrumenta confecit, perpetuo exsilio mulctat, omnemque poenae remissionem et reditum ei negat. Ipsos etiam maximos magistratus, qui talia admittunt, et eiusmodi rebus operam praestant, aut apud se monumenta ad eiusmodi dona-

eo quod ad solum sacerdotium et dioecesin respiciat constitutam sub beatissimo patriarcha huius regiae et felicissimae civitatis, alias autem omnes [3]) non perscrutata sedes, quum utique dignam correctione esse eam arbitrabatur, propter quam occasionem alia quidem corrigebat, alia vero incomposita relinquebat. Quamobrem eam quoque vacare de cetero sancimus, utpote imperfectam et loco circumclusam, et non generalem inter leges exsistentem, neque aliquid studiosum introducentem. Haec ergo nos omnia emendantes unam existimamus oportere legislationem imponere omnibus sanctissimarum ecclesiarum, xenodochiorum, et nosocomiorum, et monasteriorum, et brephotrophiorum, et gerontocomiorum, et totius sacrati collegii rebus, et hanc legem Leonis piae memoriae constitutioni adiicere, prius breviter eius legislationem exponentes, sicque omne, quod reliquum est, intexentes. Vult enim illa neque deo amabilem archiepiscopum et patriarcham huius felicissimae civitatis seu sanctissimae maioris ecclesiae, neque oeconomum vendere, aut donare, aut aliter alienare rem immobilem, domum forsan, aut agrum, aut colonum, aut mancipia rustica, aut civiles annonas (nam et haec inter immobilia sunt numeranda), quae competunt Constantinopolitanae sanctissimae maiori ecclesiae, sed neque pro ulla compensatione aut alia qualibet circumventione tale aliquid agi. Et interminatur emtori quidem rei restitutionem, ut reddat per tempora oeconomo rerum sanctissimae ecclesiae rem, quam ipse perceperit, cum omni medii temporis fructu et aliis lucris, casu imminente pretiorum ei, qui tale aliquid accipere aut comparare praesumserit, quum etiam hoc quidem, quod contra leges actum est, ita ponat, ac si neque a principio gestum sit. Oeconomum vero haec praevaricantem dare quidem de suo sanctissimae ecclesiae iubet omne, quidquid ex ea causa lucratus est aut sanctissimam ecclesiam damnificavit; super hoc autem etiam excludit eum officio oeconomi. Et dat actionem sanctissimae ecclesiae non contra solos deo amabiles oeconomos, sed etiam contra successores eorum, sive ipsi hoc alienaverint, sive pro tempore deo amabilem episcopum aut aliquem [4]) aliorum clericorum

[1]) „*Post σιτήσεις in Meerm. III. et Zuich. spatium breve interpositum omissa quaedam indicat. Legendum sine dubio καὶ γὰρ καὶ ταύτας, ut et Vet. Interpr. legisse manifestum est.*“ *Spang.* — [2]) *Meerm. III. et Zuich., Vulg.; μηδὲ παντὶ δώρῳ Scrimg.* — [3]) *Trid.; om.* omnes *Port., Cont.* — [4]) amabilis episcopus aut aliquis *Trid., Port.*

των οἰκονόμων, ἀλλὰ καὶ κατὰ διαδόχων αὐτῶν, εἴτε αὐτοὶ τοῦτο ἐξεποίησαν, εἴτε τὸν κατὰ καιρὸν θεοφιλέσιαιον ἐπίσκοπον, ἢ τινα τῶν ἄλλων κληρικῶν ὁρῶντες ἐκποιοῦντα σιωπὴν ἀγεννῆ τε καὶ ἀνελευθέραν ἤσκησαν, καὶ πολλῷ μᾶλλον, εἰ συναινοῦντα βλέποντες τοιούτῳ τινὶ συνεχώρησαν, ἀλλ' οὐ τὸ πρᾶγμα διεκώλυσαν. καὶ πρός γε καὶ τὸν συμβολαιογράφον τὸν τὰ τοιαῦτα συντάξαντα συμβόλαια διηνεκεῖ παραδίδωσιν ἐξορίᾳ, μηδεμιᾶς αὐτῷ φιλανθρωπίας μηδὲ ἐπανόδου ποτὲ μεταδιδοῦσα. καὶ αὐτοὺς μέντοιγε τοὺς μεγίστους ἄρχοντας, τοὺς τὰ τοιαῦτα προσιεμένους καὶ ὑπουργοῦντας τοῖς τοιούτοις πράγμασιν, ἢ συνίσιασθαι παρ' ἑαυτοῖς ὑπομνήματα πρὸς σύστασιν τῶν τοιούτων δωρεῶν ἢ τῶν ἄλλων πράξεων ἀνεχομένους, τῆς τε ἀρχῆς καὶ τῆς ἀξίας καὶ τῆς περιουσίας ἐκβάλλειν ἀπειλοῦσα. ταῦτα οὖν ἐπιτιμήσασα σφοδρῶς, ἐπιτρέπει πράγματος ἐκκλησιαστικοῦ χρῆσιν ἤτοι τὸν καλούμενον οὐσούφρουκτον ἐπὶ ῥητόν τινα χρόνον ἢ καὶ ἄχρι τῆς ζωῆς τοῦ λαβόντος διδόναι τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν, ἐπὶ τούτῳ μέντοι τῷ ὅρῳ, ἐφ' ᾧ τὸν τοιαύτην δεχόμενον φιλοτιμίαν τῆς αὐτῆς ποσότητος ἀντιδιδόναι πρᾶγμα τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κατὰ δεσποτείας λόγον, ἐξ οὗ δυνήσεται τὴν αὐτὴν πρόσοδον ἡ ἁγιωτάτη ἐκκλησία κομίζεσθαι, ὅσην ἐκεῖνος ἀπὸ τῆς χρήσεως ἔλαβεν, δηλαδὴ μετὰ τὴν τοῦ λαβόντος τελευτὴν ἢ τὸν ὁρισθέντα χρόνον ἐπὶ τῇ χρήσει καὶ τῆς χρήσεως τοῦ δοθέντος ἐκκλησιαστικοῦ πράγματος ἐπὶ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐπανιούσης, καὶ τῆς τοῦ δωρηθέντος χρήσεως ἅμα τῇ δεσποτείᾳ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας γινομένης [1]). ἀκίνδυνον γὰρ εἶναι τὸ τοιοῦτον συνάλλαγμα τίθησιν ὁ νόμος. εἰ δὲ ἔλαττον εἴη τοῦ δεδομένου παρὰ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τὸ ἀντιδοθὲν αὐτῇ, οὗπερ αὐτίκα μὲν λήψεται τὴν δεσποτείαν, ἐλπίζει δὲ καὶ τὴν χρῆσιν λαβεῖν, ἀκυροῖ τὸ συνάλλαγμα καὶ ἀντὶ μηδὲ γεγονότος τίθησι, καὶ δίδωσιν ἀδειαν ἐκδικήσεως, οἵα περιγραφῆς κατὰ τῶν δικαίων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας γενομένης. §. 1. Ὁ μὲν οὖν νόμος ὡς ἐν βραχεῖ τοιαῦτα διορίζεταί τε καὶ ἐπιτιμᾷ, καὶ μέχρι τῶν πραγμάτων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἕστηκε μόνης. καὶ ἅπαντα μὲν ἀναιρεῖ σοφισμόν, τοῦτο ὅπερ εἰπόντες ἔφθημεν, οὐ μὴν ἐπισχεῖν τὴν τῶν μετὰ ταῦτα πανουργίαν ἴσχυσεν. τινὲς γὰρ δὴ τὸ καλούμενον παροικικὸν ἐξευρόντες, μήτε τοῖς ἡμετέροις νόμοις, μήτε ἄλλῳ τινὶ τῶν ἁπάντων γνωριζόμενον, περιγραφὴν οὐ μικρὰν ἐμελέτησαν κατὰ τοῦ νόμου, διηνεκῆ σχεδὸν ἐπινοήσαντες ἐκποίησιν. ὅπερ ἡμεῖς τοῦ λοιποῦ πράττεσθαι κεκωλύκαμεν, ἐξ οὗ

donationes aliosve actus confirmandos confici patiuntur, magistratu, dignitate et bonis expellere minatur. Haec igitur quum additis minis prohibuisset, sanctissimae magnae ecclesiae rei ecclesiasticae usum seu usumfructum, uti vocatur, ad certum aliquod tempus, vel quoad is, qui accipit, vivet, dare permittit, hac tamen conditione, ut is, qui illam liberalitatem accipit, vicissim rem eiusdem quantitatis sanctissimae magnae ecclesiae dominii iure det, ex qua eundem reditum sanctissima ecclesia percipere possit, quantum ille ex usufructu accepit, ita scilicet, ut post mortem illius, qui accepit, vel tempus usuifructui praefinitum tam usufructus rei ecclesiasticae datae ad sanctissimam ecclesiam redeat, quam usufructus rei donatae una cum dominio sanctissimae ecclesiae acquiratur. Ut enim talis contractus sine periculo sit, lex sancit Si vero id, quod sanctissimae ecclesiae vicissim datum est, minus sit eo, quod ab ipsa datum est, cuius proprietatem quidem statim accipit, usumfructum vero se accepturam sperat, irritum reddit contractum et pro non facto habet. atque vindicandi potestatem tribuit, utpote fraude contra ius sanctissimae ecclesiae commissa.

§. 1. *Illa igitur lex breviter ea definit et sub poena iniungit, in rebus autem solius sanctissimae ecclesiae subsistit. Atque omnem quidem fraudem, uti ante diximus, tollit, malitiam vero posterorum cohibere non potuit. Quidam enim ius paroecicum, uti vocatur, neque nostris, neque alterius cuiusdam legibus cognitum, excogitantes, non exiguam fraudem adversus hanc legem, perpetuam fere alienationem meditantes, machinati sunt. Quod nos in posterum fieri prohibuimus, ex quo legem de his rebus conscripsimus. Ad emphyteuses etiam respexerunt, et qui antea rebus sanctis-*

rum videntes alienantem taciturnitate degeneri et sine libertate passi sunt, et multo potius si consentientes et videntes [2]) tale aliquid permiserunt, et non causam prohibuerunt. Ad hoc autem et tabellionem, qui talia confecit instrumenta, perpetuo tradit [3]) exsilio, nullam ei clementiam neque reversionem participans. Ipsos quoque maximos iudices, qui ad haec accedunt, et ministrant talibus causis, aut confici apud semetipsos monumenta pro confirmatione talium donationum aut aliorum actuum patiuntur, et cingulo, et dignitate, et substantia interminatur excludere. Hoc igitur increpans vehementer, permittit rei ecclesiasticae usum aut qui vocatur ususfructus sub certo quodam tempore aut etiam usque ad vitam percipientis dare sanctissimam maiorem ecclesiam, sub hac tamen definitione, ut is, qui hanc accepit munificentiam, eiusdem quantitatis recompenset rem sanctissimae maiori ecclesiae sub proprietatis ratione, ex qua possit eundem reditum sanctissima ecclesia habere, quantum ille ex usu accepit; post accipientis [4]) utique mortem aut definitum tempus in usu [5]) videlicet et usufructu dato ecclesiasticae rei ad sanctissimam [6]) ecclesiam redeunte, et usu donatae rei cum proprietate sanctissimae ecclesiae faciendo; talem namque contractum sine periculo esse ponit lex. Si vero minus fuerit, quam quod datur a sanctissima ecclesia, illud, quod compensatur ei, cuius mox quidem percipiet proprietatem, sperat autem et usum accipere, infirmum contractum et pro non facto ponit, datque licentiam vindicationis, utpote circumventione contra ius sanctissimae ecclesiae facta. §. 1. Lex itaque talia sub brevitate decernit, et mulctam imponit, et usque ad res sanctissimae ecclesiae stat solummodo, et omnem quidem perimit circumventionem, quam praediximus, non tamen retinere calliditatem postea insurgentium valuit. Quidam enim dudum hoc, quod vocatur colonarium ius [Colonarium ius est, veluti si domum valentem centum solidos, et praestantem pensionem decem solidorum, accipiat quis ab ecclesia, et det pro ea solidos centum seu amplius aut certo minus, et quasi iam de propria [7]) aggravet se dare singulis annis quasi pensionis nomine solidos tres. Iste

---

[1]) *Hoc pro γινόμενον, quod est in edit. Scrimg., proposuit Agylaeus eique recte suffragatur Homb.* — [2]) sic consentientes videntes *Trid.* — [3]) *Trid.*; tradet *Cont.* — [4]) *Trid*; percipientis *Cont.* — [5]) *Trid.*; om. in *Port., Cont.* — [6]) *Trid.*; *add.* maiorem *Port., Cont.* — [7]) *Trid., Port.*; proprio *Cont.*

οὗ τὸν ὑπὲρ τούτων ἐγράψαμεν νόμον. Ἤδη δὲ καὶ εἰς ἐμφυτεύσεις εἶδον, καὶ ἠλάττωσαν πολλῷ τὸ ποσὸν τῆς ἀληθοῦς προσόδου τοῖς ἐμφυτευταῖς χαριζόμενοι, οἱ τῶν πραγμάτων πρώην τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας προστάντες. Ὥστε ἡμᾶς ἔν τισι [1]) τῶν ἡμετέρων διατάξεων ὁρίσαι μὲν ἄχρι προσώπων τριῶν τὴν ἐμφύτευσιν γίνεσθαι, τοῦ τε λαμβάνοντος, καὶ δύο διαδόχων ἑτέρων. τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῖς τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας πράγμασι γίνεσθαι συγχωρήσαντες, μὴ περαιτέρω δὲ τῆς ἕκτης μοίρας συγχωρεῖσθαι τοῖς ἐμφυτευταῖς διὰ τὰς τυχηρὰς περισιάσεις νομοθετήσαντες, ἐπειδήπερ ἐμανθάνομεν οὕτως ἐκκεχυμένως τε καὶ ἀσεβῶς παρά τινων γίνεσθαι τὰ συμβόλαια, ὡς μηδὲ τὴν ἕκτην καταλιμπάνεσθαι τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ μοῖραν, τῶν λοιπῶν ἁπάντων τῷ ἐμφυτευτῇ κεχαρισμένων. Ἀναστάσιος δὲ ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, πρᾶξιν ὑπομνημάτων διατάξας γίνεσθαι ἐπὶ ταῖς ἐκποιήσεσιν, εἶπου καὶ τούτου [2]) γένοιτο καιρός, καὶ τὰς ἐμφυτεύσεις στήσας, δίχα μὲν τῆς πράξεως ἄχρι μόνης τῆς ζωῆς τοῦ ποιουμένου τὴν ἐμφύτευσιν, μετὰ δὲ ταύτης καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς αὐτὴν ἐκτείνας, οὔτε ἀκριβῆ πεποίηκεν οὔτε συμφέροντα νόμον, παντοίως τε ἀτελῆ, μέχρι μόνης τῆς διοικήσεως τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, καθάπερ εἴπομεν, τὴν νομοθεσίαν στήσας.

ctissimae ecclesiae praecerant, emphyteutis gratificantes quantitatem veri reditus admodum imminuerunt. Quare in quibusdam constitutionibus nostris definivimus quidem, ut tribus solum personis, illi scilicet, qui accepit, et duobus aliis successoribus, emphyteusis concedatur; idque etiam in rebus sanctissimae ecclesiae fieri permittimus, sancientes tamen, ne ob fortuitos casus ultra sextam partem emphyteutis remittatur, quoniam contractus tam effuse et impie a quibusdam iniri accepimus, ut neque sexta pars sanctissimae ecclesiae relinquatur, reliquis omnibus emphyteutae concessis. Anastasius vero piae memoriae, quum constituisset, ut alienationes, si tempus ferret, in acta referrentur, et emphyteuses in acta non relatas ad vitam solum illius, qui accepit emphyteusin, restringeret. eas vero, quae in acta relatae sunt, in perpetuum extenderet, neque ac curatam, neque utilem legem, sed plane imperfectam fecit, quum de sola dioecesi patriarchicae sedis felicis huius urbis, sicuti diximus, legem tulerit.

Κεφ. α'

Ἡμεῖς οὖν (ἤδη γὰρ ἐπὶ τὸν νόμον ἰτέον) θεσπίζομεν, μήτε τὴν ἁγιωτάτην τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως μεγάλην ἐκκλησίαν, μήτε τὰς ὑπ' αὐτὴν οὔσας. ὧν αὐτὴ τὴν χορηγίαν ἐδέξατο, καθάπερ αὐτὴν Ἀναστάσιος ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἑρμήνευσε, μήτε τὰς ἄλλας ἁπάσας ἐκκλησίας τὰς κατὰ τὴν εὐδαίμονα ταύτην οὔσας πόλιν ἢ τὴν αὐτῆς περιοικίδα, μήτε τὰς ὑπὸ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καθεστώσας, ὧν τοὺς μητροπολίτας αὐτὸς χειροτονεῖ, μήτε ἄλλον μηδένα παντάχοῦ μήτε πατριάρχην, μήτε ἐπίσκοπον (φαμὲν δὲ τοὺς τε ἐπὶ τῆς Ἑῴας, τούς τε ἐπὶ τῆς Ἰλλυρίδος, καὶ πρός γε τοὺς ἐπ' Αἰγύπτου τε καὶ τῆς προσεχοὺς καὶ ἡνωμένης αὐτῇ Λιβύης, τούς τε ἐπὶ τῆς Ἀφρῶν χώρας, καὶ συνελόντα ἅπαντας εἰπεῖν, ὅσοι τῆς ἡμετέρας εἰσὶ γῆς), μήτε μὴν τοὺς ἐπὶ τῆς Ἑσπερίας ὄντας θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀπ αὐτῆς τῆς πρεσβύτιδος Ῥώμης μέχρι τῶν εἰς ὠκεανὸν καθεστώσῶν

Cap. I.

Sancimus igitur (iam enim ad legem veniendum est), ut neque felicis huius urbis sanctissima magna ecclesia, neque sub illa constitutae, quibus ut sumtus suppediturei susceperit (quemadmodum Anastasius piae memoriae illam interpretatus est), neque reliquae omnes ecclesiae, quae in felici hac civitate vel in vicinia eius, neque quae sub patriarchica sede felicis huius urbis sunt, quarum metropolitanos ipsa constituit, neque alius quisquam uspiam patriarcha aut episcopus (eos dicimus, qui in Oriente, Illyrico, Aegypto praeterea, et huic contermina atque unita Lybia, quique in Afrorum regione, et, ut omnes complectamur, quicunque in nostris sunt terris) neque piissimi episcopi, qui in Occidente sunt, a veteri Roma usque ad sanctissimas orthodoxas ecclesias ad oceanum constitutas, neque xenodochus quisquam, aut ptochotrophus, aut nosocomus, aut orphanotrophus, aut gerontocomus, aut brephotrophus, aut monasterii virorum vel mulierum abbas

Iste autem appellatur paroecus, sed ipsam domum sub tam parva pensione in perpetuum et ipse et heredes eius possidebant [3])] adinvenientes, neque nostris legibus neque alii cuiquam omnium notum, circumventionem non parvam meditati sunt contra legem, perpetuas paene cogitantes alienationes. Quod nos de cetero agi prohibemus, et pro eo ipso conscripsimus legem. Dudum autem et ad emphytensin respexerunt, et imminuerunt plurimam quantitatem veri reditus, illis, qui emphytensin accipiunt, praestantes hi, qui rebus pridem sanctissimae maioris ecclesiae praesidebant. Ideoque nos in quadam constitutionum nostrarum definivimus quidem usque ad personas tres emphytensin fieri, accipientis, et duorum successorum aliorum; hoc etiam super rebus sanctissimae maioris ecclesiae fieri permittentes [4]), non autem ultra sextam partem relevari emphytensin percipientibus propter fortuitos casus sancientes. Quia vero didicimus sic effuse et impie ab aliquibus fieri documenta, ut neque sexta relinquatur sanctissimae ecclesiae pars, reliquis omnibus emphytensin accipientibus donatis, Anastasius autem piae memoriae gesta monumentorum constituens fieri super alienationibus, sicubi [5]) etiam huius rei fieret tempus, et emphytensin statuens sine gestis quidem usque ad solam vitam accipientis emphytensin, cum gestis autem in perpetuum eam extendens, neque perfectam fecit, neque utilem legem, et undique imperfectam, usque ad solam dioecesin patriarchicae sedis huius felicissimae civitatis, sicut praediximus, legislationem statuens.

Cap. I. Nos igitur (iam enim ad legem veniendum est) sancimus, neque sanctissimam huius felicissimae civitatis maiorem ecclesiam, neque sub ea constitutas ecclesias, quarum ipsa praerogationem suscepit (sicut eam Anastasius piae memoriae interpretatus est), neque alias omnes ecclesias in hac felicissima exsistentes civitate aut circa eius confinia, neque sub patriarchica sede huius felicissimae civitatis constitutas, quarum metropolitas ipse ordinat, neque alium ullum undique neque [6]) patriarcham, neque episcopum (dicimus autem et eos, qui in Oriente, et qui in Illyrico, insuper et in Aegypto, et in Lycaonia, atque in Lycia, et eos [7]), qui in Afri-

[1]) ἔν τινι legisse videtur Vet. Int. — [2]) Meerm. III., Zuich.; τοῦτο Scrimg. — [3]) Quae hic legitur iuris coloniarii explanatio, non ab Vet. Int. esse videtur, sed a glossatore quodam in margine cum scripta esset, in contextum postea irrepisse. — [4]) Trid.; permittimus Cont. — [5]) Trid.; sicut Port., Cont. — [6]) Trid.; om. neque Port., Cont. — [7]) in Egypto et vicina atque in Italia et eos Trid.

σῶν ἁγιωτάτων ὀρθοδόξων ἐκκλησιῶν, μήτε τινὰ ξενοδόχον, ἢ πτωχοτρόφον, ἢ νοσοκόμον, ἢ ὀρφανοτρόφον, ἢ γεροντοκόμον, ἢ βρεφοτρόφον, ἢ μοναστηρίου ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἡγούμενον ἢ ἡγουμένην, ἢ τινα ὅλως προεστῶτα τῶν εὐαγῶν συστημάτων ἄδειαν ἔχειν ἐκποιεῖν πρᾶγμα ἀκίνητον ἐν οἰκίαις, ἢ ἐν ἀγροῖς, ἢ ἐν κήποις, ἢ ὅλως ἐν τοῖς τοιούτοις, μήτε γεωργικὸν ἀνδράποδον, μήτε πολιτικὴν αἰτησιν, μήτε κατὰ ἰδικοῦ πρόφασιν ἐνεχύρου παραδίδόναι τοῖς δανεισταῖς. τὸ δὲ τῆς ἐκποιήσεως ὄνομα γενικώτερον διὰ τοῦτο τεθείκαμεν, ἵνα κωλύσωμεν καὶ πρᾶσιν, καὶ δωρεάν, καὶ ἄμειψιν, καὶ τὴν εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκτεινομένην ἐμφύτευσιν, ἥγε οὐδὲ πόρρω καθέστηκεν ἐκποιήσεως. ἀλλὰ πάντας πανταχοῦ τοὺς ἱερεῖς τῆς τοιαύτης ἐκποιήσεως εἴργομεν, ταῖς ποιναῖς ὑποκειμένους, αἷς ἡ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἐχρήσατο διάταξις. ἐκείνην γὰρ κατὰ πάντων κρατεῖν καὶ κυρίαν εἶναι θεσπίζομεν, διόπερ αὐτὴν καὶ προὐθήκαμεν, καὶ οὐ τῇ πατρίῳ φωνῇ τὸν νόμον συνεγραψαμεν, ἀλλὰ ταύτῃ δὴ τῇ κοινῇ τε καὶ ἑλλάδι, ὥστε ἅπασιν αὐτὸν εἶναι γνώριμον διὰ τὸ πρόχειρον τῆς ἑρμηνείας. Τὸ μὲν οὖν ἤδη παρῳχηκὸς ἀφίεμεν (τὸ γὰρ τοσαῦτα συμβόλαια χρόνῳ τε μακρῷ γενόμενα νῦν ἀνακινεῖν πολλῆς ἂν εἴη τῆς πολυπραγμοσύνης), ὥστε τὰ μέχρι νῦν ὄντα τὸ οἰκεῖον ἐχέτω σχῆμα. τοῦ λοιποῦ δὲ πᾶσαν ἐκποίησιν ἀπαγορεύομεν, τὰς εἰρημένας αὐτῇ ποινὰς ἐπιτιθέντες.

abbas vel abbatissa, aut quivis alius, qui sacris coetibus praeest. licentiam habeat rem immobilem, vel aedificia, vel agros, vel hortos, vel id genus alia alienandi, neque mancipium rusticum, neque annonam civilem ne quidem specialis pignoris nomine creditoribus tradendi. Alienationis vero nomen generalius ideo posuimus, ut prohiberemus et venditionem, et donationem, et permutationem, et emphyteusin perpetuam, quae non procul ab alienatione abest. Omnes igitur ubique sacerdotes eiusmodi alienatione arcemus, et iisdem poenis, quas Leonis piae memoriae constitutio statuit, eos afficimus. Illa enim ut in omnibus valeat et firma sit sancimus. Quapropter etiam proposuimus eam, neque patria lingua legem conscripsimus sed hac communi et Graeca, ut omnibus nota sit, quum facilis sit eius interpretatio. Quod autem iam praeteriit, missum facimus; tot enim contractus ante longum tempus initos nunc movere, id vero longum esset et negotiosum. Quare quae hactenus facta sunt formam suam retineant, in posterum vero omnem alienationem prohibemus, eique dictas poenas imponimus.

Κεφ. β'.

Ὅπως δὲ ἂν ὁ νόμος πρὸς τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ποικίλον καὶ τὸ ἀπαρασυμβαῖνον ἀεὶ μετρηθείς μένῃ διὰ πάντων ἀκίνητος (τί γὰρ ἂν εἴη σταθερὸν τῶν ἐν ἀνθρώποις καὶ οὕτως ἀσάλευτον, ὡς μηδεμίαν ὑπομένειν μεταβολήν, τῆς πάσης ἡμῶν συστάσεως ἐν διηνεκεῖ καθεστώσης κινήσει;), ἀναγκαῖον ᾠήθημεν, τινὰς ἐξαιρέσεις δοῦναι τῷ νόμῳ, μετὰ πολλῆς τῆς ἀγρυπνίας τε καὶ ἀκριβείας ἐξευρημένας, ἵνα ταύτας ἔχων εἰς βοήθειαν ὁ νόμος μηδαμῶς σαλευθείη. §. 1. Ἐφίεμεν τοίνυν τῇ βασιλείᾳ, εἴπου τις κοινωφελὴς ἐστι καὶ πρὸς λυσιτέλειαν τῆς πολιτείας βλέπουσα χρεία, καὶ κτῆσιν ἀπαιτοῦσα τοιούτου τινὸς ἀκινήτου πράγματος, ὁποῖον ὑπεθέμεθα, τοῦτο αὐτῇ παρὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν καὶ τῶν λοιπῶν εὐαγῶν οἴκων τε καὶ συστημάτων λαμβάνειν ἐξεῖναι, τοῦ πανταχόθεν ἀζημίου τοῖς ἱεροῖς

Cap. II.

Ut vero haec lex ad humanae naturae varietatem, atque ad id, quod semper contingit, accommodata perpetuo immota maneat (quid enim inter homines adeo stabile et inconcussum est, ut nullam mutationem patiatur, quum totus noster status in perpetuo motu sit), exceptiones quasdam multis vigiliis et diligentia inventas legi addere necessarium putavimus, ut earum auxilio lex nequaquam concutiatur.

§. 1. *Permittimus igitur Imperatori, ut, si quaedam in commune utilis et ad reipublicae utilitatem spectans necessitas adsit, quaeque possessionem eiusmodi rei immobilis, qualem proposuimus, exigat, eam a sanctissimis ecclesiis reliquisque sacris domibus et collegiis illi accipere liceat, ut tamen semper sacrae domus indemnes serventur, et ab accipiente res aequalis vel*

Africana provincia sunt, et complexive dicendo per omnes quaecunque nostrae sunt terrae, nec non qui [1]) in Occidente sunt, deo amabiles episcopos ab ipsa seniore Roma usque ad oceanum consistentium sanctissimarum orthodoxarum ecclesiarum), neque aliquem xenodochum, aut ptochotrophum, aut nosocomum, aut orphanotrophum, aut brephotrophum, aut gerontocomum, aut monasterii virorum vel mulierum abbatem vel abbatissam, aut quemlibet omnino praesidentem venerabilibus collegiis licentiam habere alienare rem immobilem aut in domibus, aut in agris, aut in hortis, aut omnino in huiusmodi, neque rusticum mancipium, neque civilem annonam, nec per specialis pignoris occasionem tradere creditoribus. Alienationis autem nomen generalius ideo posuimus, ut prohibeamus et venditionem, et donationem, et commutationem, et in perpetuum extensam emphyteusin, quae non procul ab alienatione consistit. Sed omnes ubique sacerdotes ab huiusmodi alienatione prohibemus, subditos poenis, quibus Leonis piae memoriae usa est constitutio. Illam namque per omnia valere et ratam esse sancimus; propterea hanc proposuimus et protulimus, et non paterna voce legem conscripsimus, sed hac communi et graeca, ut omnibus sit nota propter facilem interpretationem. Quod itaque iam praeteriit relinquimus; nam tanta documenta tempore longo fac[illegible] commovere multae erit tergiversationis. Quapropter quae usque huc hactenus exstant proprium habeant schema, de cetero autem omnem alienationem interdicimus, praedictas ei poenas imponentes.

Cap. II. Ut autem lex ad humanae naturae varietatem et quod semper venit moderata per omnia immota permaneat (quid enim erit stabile inter homines et ita immobile, ut nullam patiatur mutationem? quum omnis noster status sub perpetuo motu consistat), necessarium existimavimus quasdam exceptiones dare legi cum multis vigiliis et subtilitate adinventas, ut eas habens in auxilio lex nequaquam moveatur. §. 1. Sinimus igitur imperio, si qua communis commoditas est, et ad utilitatem reipublicae respiciens, et possessionem exigens talis alicuius immobilis rei, qualem proposuimus, hoc ei a sanctissimis ecclesiis et reliquis venerabilibus domibus et collegiis percipere licere, undique sacris domibus indemnitate servata, et recom[illegible]nanda re eis ab eo,

[1]) *Trid.*; *om.* qui *Port.*, *Cont.*

ἱεροῖς οἴκοις φυλαττομένου, καὶ ἀντιδιδομένου πράγματος αὐτοῖς παρὰ τοῦ λαμβάνοντος ἴσου ἢ καὶ πλείονος τοῦ διδομένου. τί γὰρ ἂν καὶ αἰτιάσαιτο βασιλεὺς πρὸς τὸ μὴ δοῦναι τὸ κάλλιον, ᾧγε πολλὰ δέδωκεν ὁ θεὸς ἔχειν, πολλῶν δὲ κύριον καθεστάναι, καὶ ῥᾳδίως διδόναι, καὶ μάλισια εἰς ἁγιωτάιας ἐκκλησίας, ἐφ' ὧν ἄριστον μέιρον ἡ τῶν δωρουμένων καθέστηκεν ἀμετρία. Ὥστε εἰ τοιοῦτό τι γένοιτο, καὶ πραγματικὸς προέλθοι τύπος, ὁ ἐπιτρέπων τῇ βασιλείᾳ δοθῆναί τι τῶν τοιούτων πραγμάτων, καὶ ἀντιδιδοὺς αὖθις πρᾶγμα κάλλιόν τε καὶ δαψιλέστερον, καὶ ἐπωφελέστερον, ἑστω τα τῆς αὐτῆς ἀμείψεως βέβαια, καὶ οἱ προεστῶτες τῶν οἴκων, ἐξ ὧν τὸ ἐκποιουμενον ἐστί, καὶ οἱ τοῖς τοιούτοις ὑπηρετούμενοι γράμμασιν ἀνεύθυνοι πανταχόθεν ἑστωσαν, μηδεμίαν εὐλαβούμενοι ποινὴν τῶν παρὰ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἠπειλημένων, καὶ παρ' ἡμῶν κυρωθεισῶν. Καὶ γὰρ οὐδὲ πολλῷ διεστᾶσιν ἀλλήλων ἱερωσύνη τε καὶ βασιλεία, καὶ τὰ ἱερὰ πράγματα τῶν κοινῶν τε καὶ δημοσίων, ὅπου γε πᾶσα ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις εὐπορία τε καὶ σύστασις ἐκ τῶν παρὰ τῆς βασιλείας φιλοτιμιῶν διηνεκῶς ἐπιδίδοται. ἀλλήλαις οὖν ἀντιδιδοῦσαι τὰ πρέποντα οὐκ ἂν ὑπό τινος εἰκότως μεμφθεῖεν. Ἄλλην δὲ πᾶσαν, εἴτε πρὸς αὐτὴν την βασιλείαν, εἴτε πρὸς ἕτερον οἱονοῦν πρόσωπον γινομένην, εἴτε πρᾶσιν, εἴτε δωρεάν, εἴτε ἄμειψιν, εἴτε ἐμφύτευσιν διηνεκῆ παντελῶς ἀναιροῦμεν. οὐ μὴν οὐδὲ δόσιν τινὸς ἐνεχύρου ἐπ' ἀκινήτῳ πράγματι γινομένην προφάσει δανεισμάιων γίνεσθαι συγχωροῦμεν. Καὶ τοῦτο κρατεῖν βουλόμεθα ἐπί τε πάσης ἐκκλησίας, παντός τε μοναστηρίου, καὶ νοσοκομείου, καὶ ξενῶνος, καὶ βρεφοτροφείου, καὶ ἀσκητηρίου, καὶ γεροντοκομείου, καὶ παντὸς ἁπλῶς συστήματος, ὅπερ πρᾶξις εὐσεβὴς συνίστησιν, οὐδενὸς παντελῶς τούτων τι λαμβάνειν παρ' αὐτῶν δυναμένου. Ὥστε οὐδὲ τῆς διατάξεως Ἀναστασίου τοῦ τῆς θείας λήξεως ἔτι δεήσειεν, οὐδὲ τῶν κατ' ἐκείνην φερομένων δεκρέτων, καὶ τῆς εἰρημένης παρατηρήσεως. αὐτὰς γὰρ τὰς ἀρχὰς τοῦ πράγματος ἀναιροῦντες, καὶ κωλύοντες τὸ γινόμενον, οὐκ ἂν τῆς ἐφεξῆς δεηθείημεν πολυπραγμοσύνης.

vel maior, quam data est, vicissim detur. Quam enim causam afferet Imperator, cur non det meliora, cui deus largitus est, ut multa habeat, multorum dominus sit, et facile dare possit, maxime sanctissimis ecclesiis, quibus sine mensura donare optima mensura est? Quare si tale quid fiat, et pragmatica sanctio prodeat, quae ex illis rebus Imperatori quid dari praecipiat, et ipse mox meliorem, praestantiorem et utiliorem rem vicissim det, firma sit ea permutatio, et qui praesunt domibus, ad quas id, quod alienatur, pertinet, quique talibus instrumentis conficiendis operam navarunt, omni culpa vacent, nec ullam earum poenam, quas Leo piae memoriae minatus est, et nos confirmavimus, metuant. Neque enim multum inter se differunt sacerdotium et imperium, neque res sacrae a rebus communibus et publicis, quum sanctissimis ecclesiis omnes opes atque status a munificentia Imperatoris perpetuo praebeantur. Quare si id, quod convenit, sibi mutuo praestent, nemo eos iure reprehendere poterit. Aliam vero omnem venditionem, aut donationem, aut permutationem, aut emphyteusin perpetuam, sive cum ipso Imperatore, sive cum alia quacunque persona contractam, prorsus tollimus. Neque etiam pignus in re immobili constitutum sub mutui specie permittimus. Atque hoc in omni ecclesia, omni monasterio, nosocomio, xenodochio, brephotrophio, asceterio, gerontocomio, omnique plane collegio actione quadam pia constituto valere volumus, nec cuiquam horum ab ipsis quid accipere liceat. Quare neque constitutione Anastasii divae memoriae, neque decretis secundum eam faciendis, neque dicta observatione amplius opus erit. Quum enim ipsa rei principia tollamus, quodque fieri solet prohibeamus, nihil opus erit ut deinceps negotiis nos implicemus.

Κεφ. γ'.

Ἐμφύτευσιν δὲ εἴτε ἐπὶ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, εἴτε ἐπὶ πάντων τῶν λοιπῶν προσκυνητῶν οἴκων γίνεσθαι συγχωροῦμεν ἐπί τε τοῦ λαμβάνοντος προσώπου, ἐπί τε δύο τοῦ αὐτοῦ προσώπου κληρονόμων ἐφεξῆς, παῖ-

Cap. III.

Emphyteusin vero a sanctissima ecclesia reliquisque omnibus venerandis domibus tum personae accipientis, tum etiam duobus eius sequentibus heredibus dari permittimus, solis scilicet liberis, masculis aut feminis, vel

eo, qui percipit, aequa aut etiam maiore, quam data est. Quid enim causetur Imperator, ne meliora det? cui plurima dedit deus habere, et multorum dominum esse, et facile dare, et maxime in sanctissimis ecclesiis, in quibus optima mensura est donatarum eis rerum immensitas. Unde si quid tale fiat, et pragmatica praecesserit forma, praecipiens imperio dare aliquid talium rerum, et recompensaverit mox rem meliorem et uberiorem et utiliorem, sit ea permutatio firma, et ii, qui praesident domibus, quarum est quod alienatur, et qui talibus administrant litteris sine querela undique sint, nullam metuentes poenarum, quae a Leone piae memoriae interminantur, et a nobis firmatae sunt, utique quum nec multum differant ab alterutro sacerdotium et imperium, et res sacrae a communibus et publicis, quando omnis sanctissimis ecclesiis abundantia et status ex imperialibus munificentiis perpetuo praebeatur. Alterutris itaque compensantes quae decent [1]), non ab aliquibus iure culpabuntur. Aliam vero omnem sive ad imperium ipsum, sive ad aliam quamcunque personam factam sive venditionem, sive donationem, sive permutationem, sive emphyteusin perpetuam omnino perimimus; sed neque dationem cuiusdam pignoris in re immobili factam occasione mutuorum fieri sinimus. Et haec valere volumus in omni ecclesia, omnique monasterio, et nosocomio, et xenodochio, et brephotrophio, et asceterio, et gerontocomio, et omni absolute collegio, quod actio pia constituit, nullo penitus horum aliquid accipere ab eis valente. Unde neque constitutione Anastasii divae memoriae ulterius opus erit, neque secundum illam facienda decreta memoratae observationis; ipsa enim rei principia perimentes, et prohibentes quod fit, nequaquam perscrutatione deinceps indigebimus.

Cap. III Emphyteusin autem sive in sanctissima maiore ecclesia, sive in omnibus reliquis adorandis domibus fieri sinimus et in accipientis persona, et in duobus eiusdem personae heredibus deinceps, filiis tantum solis masculis aut feminis, aut nepotibus utriusque naturae, aut uxore, aut viro, si hoc videlicet de uxore aut

[1]) *Triv. Locat. Cons.*

παίδων μέντοι μονων ἀῤῥένων ἢ θηλειῶν, ἢ ἐγγόνων ἑκατέρας φύσεως, ἢ γαμετῆς, ἢ ἀνδρός, εἴγε τοῦτο τῆς γαμετῆς ἢ τοῦ ἀνδρὸς ῥητῶς ὀνομασθείη. ἐπείτοιγε μὴ διαβαίνειν εἴς τινα ἕτερον κληρονόμον, ἀλλὰ μέχρι μόνης τῆς ζωῆς τῶν λαμβανόντων ἵστασθαι, εἰ μὴ παῖδας ἢ ἐγγόνους ἔχοιεν. ἄλλως δὲ παντελῶς ἐμφύτευσιν πράττεσθαι ἐκκλησιαστικοῦ τινος ἢ πτωχικοῦ πράγματος ἀκινήτου, ἢ ἀνδραπόδου γεωργικοῦ, ἢ πολιτικῆς σιτήσεως οὐδενὶ συγχωροῦμεν τρόπῳ, οὐδὲ τὸ γινόμενον ἔχειν τινὰ παντελῶς ἰσχὺν ἐῶμεν. §. 1. *Ἐπειδὴ δὲ ἡ μὲν Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξις ἐπ' οὐδεμιᾷ παντελῶς ἐλαττώσει δίδοσθαι πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν ἐνομοθέτησεν, ἡμεῖς δὲ ἐν ἑτέρᾳ διατάξει παρ' ἡμῶν γεγραμμένῃ τὸ ἕκτον ἐξαιρεῖσθαι μόνον ἐπὶ τῶν ἐμφυτεύσεων ἐνομοθετήσαμεν, τοιαύτην τινὰ τῷ τῆς ἐλαττώσεως πράγματι δίδομεν τάξιν, ἵνα ζητοῖτο μετὰ πάσης ἀληθείας καὶ ἀκριβείας ὁ κανὼν τῶν ἐκδιδομένων τοσοῦτος, ὁπόσος ἐξ ἀρχῆς ἦν, καὶ εἰς τὴν ἁγιωτάτην ἦλθεν ἐκκλησίαν, καὶ διδοῖτο τὰ τῆς ἐμφυτεύσεως τοιούτοις προςώποις, ὁποῖα πρόσθεν εἰρήκαμεν. τηνικαῦτα γὰρ τὴν ἕκτην αὐτῶν μοῖραν σὺν ἀκριβείᾳ λογιζομένην ἐφίεμεν. Εἰ δὲ ἐλαττωθείη κατά τινας περιπετείας ὁ κανών, ἢ ἐπὶ ὁλοκλήρῳ τῷ τότε ὑφεστῶτι κανόνι λαμβάνειν τὸν τὴν ἐμφύτευσιν ὑπελθεῖν βουλόμενον, ἢ μηδὲ λαμβάνειν ὅλως, ἐξὸν μισθοῦν μᾶλλον, ἢ τοιαύτας ἐλαττώσεις ἐπ' ἐμφυτεύσεσι πράττειν. Εἰ δέ τινος* [a]) *ἐκκλησιαστικοῦ προαστείου τῶν πολυτιμήτων ἐμφύτευσις διδοῖτο (ὁποῖα πολλὰ μάλιστα κατὰ ταύτην ἴσμεν τὴν εὐδαίμονα καθεστάναι πόλιν, πολλῆς μὲν ἄξια τιμῆς, ἐλαχίστην δὲ φέροντα πρόςοδον, ἢ οὐδὲ πρόςοδον ὅλως), μὴ τῇ προςόδῳ μετρεῖσθαι τὴν ἐμφύτευσιν, ἀλλὰ διατιμᾶσθαι τὸ προάστειον ἀκριβῶς καὶ συλλογίζεσθαι τὴν ἐκ τοῦ ἀθροιζομένου τιμήματος δυναμένην κατὰ εἴκοσι ἐνιαυτοὺς ὠνεῖσθαι πρόςοδον. καὶ ἐπὶ τῇ ἐντεῦθεν συλλογιζομένῃ προςόδῳ πράττεσθαι τὴν ἐμφύτευσιν οὐ διηνεκῶς, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν λαμβάνοντα, καὶ δύο τῶν ἐξ αὐτοῦ διαδόχων, καὶ ἀνδρὸς ἢ γαμετῆς, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, γινομένην.* §. 2. [b]) *Εἰδέναι δὲ τοὺς ἐμφυτευτὰς προςήκει, ὡς, εἴπερ ἐπὶ διετίαν ἐφεξῆς μὴ καταθεῖεν τὸν ἐμφυτευτικὸν κανόνα (τοῦτον γαρ τὸν χρόνον ἀντὶ τῆς ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τριετίας ἀρκεῖν εἰς ἔκπτωσιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἢ πτωχικῶν ἐμφυτεύσεων ἐξ ἀγνωμοσύνης τίθεμεν), γενήσεται παντοίως ἔξω τοῦ ἐμφυτεύματος, καὶ βουλομένοις τοῖς προεστῶσι τῶν εὐαγῶν οἴκων ἐξέσται τῶν χωρίων ἢ τῶν οἴκων ἀντιλαμβάνεσθαι. μηδεμίαν εὐλαβουμένοις ἐμπονημάτων ἀπόδοσιν, ἀλλ' εἴπερ*

vel nepotibus utriusque sexus, vel uxori aut viro, si uxoris aut viri expressa mentio facta sit. Ad alium vero heredem non transeat, sed aetatem eorum, qui acceperunt, si liberos aut nepotes non habeant, solum durabit. Alia vero ulla ratione in re ecclesiastica, vel immobili ad pauperes pertinente, vel mancipio rustico, vel annona civili emphyteusin constitui nullo modo permittimus, neque id, quod factum est, ullam vim habere sinimus.

§. 1. *Quoniam vero Leonis piae memoriae constitutione sancitum est, ut nulla penitus deminutione facta res ecclesiastica concedatur, nos vero in alia constitutione a nobis conscripta, ut sexta solum pars in emphyteusibus detrahatur, sancivimus, hunc modum eiusmodi deminutionibus statuimus, ut canon earum rerum, quae dandae sunt, qualis ab initio fuit, et ad sanctissimam ecclesiam redit, et diligentissime et accuratissime quaeratur, et emphyteusis iis personis detur, quas ante diximus; tum enim sextam illarum partem accurate computatam remittimus. Quodsi canon ob fortuitos quosdam casus imminutus sit, tunc is, qui emphyteusin suscipere vult, vel sub toto canone tunc constituto eam accipiat, vel plane non accipiat, quum locare potius, quam tales deminutiones in emphyteusibus admittere liceat. Si vero in ecclesiastico aliquo praedio suburbano eoque pretioso emphyteusis constituatur (cuiusmodi multa maxime in felici hac urbe esse scimus, quae magni quidem pretii sunt, verum ex quibus minimus vel plane nullus reditus percipitur), non ex reditu emphyteusis metienda, sed suburbanum accurate aestimandum, et reditus computandus est, qui ex pretio viginti annis collecto percipi potest, redituque ita computato emphyteusis non in perpetuum, sed accipienti, et duobus eius successoribus, et viro atque uxori, sicuti ante diximus, concedenda est.*

§. 2. *Sciant autem emphyteutae, si continuo biennio canonem emphyteuticum non solvant (ut enim hoc tempus pro triennio in ceteris hominibus definito ad emphyteusin ecclesiasticam vel ptochicam amittendam non soluto canone sufficiat, sancimus), se emphyteusin plane amissuros, quique sacris domibus praesunt potestatem habituros esse, si velint, praedia et domos vindicandi, sine metu reddendi meliorationes. Verum si emphyteuta praedium aut suburbanum aut aedificium deterius fecerit, cogatur de suo damnum resarcire et in*

aut viro expressim nominetur, alioqui non transire ad aliquem alterum heredem, sed usque ad solam vitam percipientium standum, nisi filios aut nepotes habuerint. Aliter autem penitus emphyteusin agi ecclesiasticae cuiusdam aut ptochii rei immobilis, aut mancipii rustici et civilis annonae nullo permittimus modo, neque quod fit habere aliquod penitus robur sinimus. §. 1. Quia vero Leonis quidem piae memoriae constitutio sub nulla penitus deminutione dari rem ecclesiasticam sancivit, nos autem in alia constitutione a nobis scripta sextam excipi solum super emphyteusin sancivimus, huiusmodi quendam deminutionis rei damus ordinem, ut quaeratur cum omni veritate et subtilitate pensio eorum, quae dantur, tanta, quanta [1]) ab initio fuit, quando ad sanctissimam venit ecclesiam, et detur emphyteusis talibus personis, quales dudum diximus; tunc enim sextam [2]) partem cum scrupulositate imputandam concedimus. Si vero minui contigerit per quandam cladem pensionem, aut in toto tunc constantem pensionem accipiat, qui emphyteusin subire vult, aut nec accipiat penitus, quum liceat conducere potius, quam tales deminutiones in emphyteusin celebrare. Si vero alicuius ecclesiastici praedii suburbani emphyteusis detur, qualia plurima maxime in hac novimus felicissima consistere civitate, multo quidem digna pretio, parvas vero reddentia pensiones, aut nihil pensionum omnino, non ex reditibus metiri emphyteusin, sed aestimari suburbanum subtiliter, et reputari ex pretio collecto reditus possibiles in viginti annis computari, et in reditibus ex hoc computatis agi emphyteusin, non perpetuo, sed in eum, qui percipit, et duas ex eo successiones, et viro et uxori, sicut praediximus, faciendam. §. 2. Scire autem emphyteutas convenit, quia, si biennio continuo non exsolverint emphyteuticum canonem (hoc enim tempus pro triennio aliorum hominum sufficere ad casum ecclesiasticarum aut ptochicarum emphyteusium pro non soluto canone ponimus), fient omnino extranei emphyteumatis, et volentibus praepositis sacrarum domuum licebit praedia aut domos defendere, nullam metuentibus meliorationum redditionem. Sed si quidem deterius fecerit praedium, aut

---

[a]) *Quae sequuntur in hac §. et initium sequentis legimus in (Ioannis) Nomoc. App.* 12. (*Voëlli bibl. II. p.* 666.) — [b]) *Pars huius §. in Bas. XX.* 2. 5.

[1]) dantur an tanta sit, quanta *Trid.* — [2]) *Trid.*; sextam ei partem *Cont.*

εἴπερ χεῖρον πεποίηκε τὸ χωρίον, ἢ τὸ προάστειον, ἢ τὴν οἰκίαν ὁ τὴν ἐμφύτευσιν δεξάμενος, ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν οἴκοθεν τὴν ἐπιμέλειαν καὶ ἀποκατάστασιν τῆς ὄψεως ποιεῖσθαι, καὶ ὑποκεῖσθαι τούτῳ αὐτόν τε, καὶ κληρονόμους αὐτοῦ, καὶ διαδόχους, καὶ τὰ αὐτοῦ πράγματα, πρὸς τῷ καὶ τὴν ὀφειλομένην πᾶσαν πρόσοδον ἀνυπερθέτως εἰσπράττεσθαι. Τὸ δὲ εἰρημένον ἡμῖν, ὥστε μηδ' ἑνὸς ἀκινήτου πράγματος ἐκκλησιαστικοῦ ἢ πτωχικοῦ ἐκποίησιν ἐπιτετράφθαι πρὸς μηδὲν τῶν τῆς ἡμετέρας πολιτείας πρόσωπον, θεσπίζομεν κρατεῖν μὴ μόνον ἐπὶ τῶν συνεστώτων οἰκημάτων, καὶ προαστείων, καὶ ἀγρῶν, καὶ κήπων, ἀλλὰ καὶ ἐρειπίων, εἴτε ἀπὸ πυρός, εἴτε ἀπὸ σεισμοῦ, εἴτε ἐξ ἄλλης οὑσης δήποτε αἰτίας τὸ ἐρείπιον ᾖ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παντοίως καθῃρημένων καὶ εἰς ἔδαφος κειμένων, εἴτε καὶ ψιλῶν ἐρειπίων, μηδεμίαν ἐχόντων οἰκοδομίαν, μηδὲ ὕλην κειμένην. οὐδὲ γὰρ ἐπ' ἐκείνοις τὴν ἐκποίησιν γίνεσθαι συγχωροῦμεν, πλὴν εἰ μὴ ἐπὶ μόνης ἐμφυτεύσεως προσκαίρου, κατὰ τὸ ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον, ἐπὶ τρισὶ προσώποις τοιούτοις, ὁποῖα πρόσθεν εἰρήκαμεν. Καὶ ἵνα μή τις περιγραφὴ μηδὲ ἐπὶ τούτῳ γένηται, δύο τῶν κατὰ καιρὸν πρωτευόντων μηχανικῶν ἢ ἀρχιτεκτόνων, εἴτε κατὰ τὴν βασιλίδα ταύτην καὶ μεγάλην πόλιν ἅμα τοῖς θεοφιλεστάτοις οἰκονόμοις, καὶ πέντε τῶν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων, καὶ δύο διακόνων, παρόντος καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου, εἴτε καὶ κατὰ χώραν δύο τῶν ἐπισήμων μηχανικῶν ἢ ἀρχιτεκτόνων, ἢ καὶ ἑνός, εἰ ἕνα μόνον ἡ πόλις ἔχοι, παραγινομένου τοῖς τόποις, ὥστε τῶν θείων προκειμένων εὐαγγελίων ὁρισθῆναι παρὰ τῶν ἀρχιτεκτόνων, ὅσον προσῆκόν ἐστιν ὑπὲρ τούτου τελεῖν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ κατὰ τρόπον ἐμφυτευσεως, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐμφυτευτικὴν συγγραφὴν εἰς αὐτὸν γίνεσθαι κατὰ τὸ σχῆμα τὸ ἔμπροσθεν εἰρημένον. τὸν δὲ καὶ οἰκοδομεῖν, καὶ κεχρῆσθαι ταῖς ὕλαις, εἴπερ ὕλας ἔχοι, καὶ παραπέμπειν τὴν ἐμφύτευσιν ἄχρι δύο διαδόχων, ὡς εἴρηται, οὕτω τε ἐπανιέναι μετὰ τὴν τῶν τριῶν προσώπων τελευτὴν ἐπὶ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἢ τὸν εὐαγέστατον οἶκον, παρ' οὗ γέγονεν ἡ ἐμφύτευσις. καὶ ἐρρῶσθαι καὶ τὸ τοιοῦτο συναλλαγμα, ὡς τῷ παρόντι μὴ μαχόμενον νόμῳ. §. 3. Οὐδὲ ἐκείνου τοῦ μέχρι νῦν κατὰ τῶν τοιούτων συναλλαγμάτων ἐπινοηθέντος κρατεῖν συγχωροῦμένου, τοῦ προστίθεσθαι, ὥστε, κἂν εἰ ὁ τῶν δύο κληρονόμων πληρωθείη χρόνος, ἄδειαν εἶναι τοῖς μετ' ἐκείνους ἐμφυτεύεσθαι αὐτό, καὶ ἀεὶ προκρίνεσθαι τῶν ἄλλων. τοῦτο γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ κατὰ περίοδον καὶ μηχανὴν διηνεκεῖς ἐπ' αὐτοῖς ἐμφυτεύσεις, μᾶλλον δὲ ἁφαιρέσεις τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐργάζεσθαι πραγμάτων. ἀλλὰ κἂν εἴτι γέγονε τοιοῦτον, μηδεμίαν ἀνάγκην εἶναι τοῖς εὐλαβεστάτοις

in priorem statum illud restituere (neque ipse solum, sed etiam heredes et successores eiusve bona ad id obligata sint); ad haec omnes reditus, quos debet, sine mora ab ipso exigantur. Quod autem a nobis dictum est, rem immobilem ecclesiasticam aut ptochicam nulli personae nostrae reipublicae alienare permissum esse, id ut valeat sancimus non solum in aedificiis stantibus, et suburbanis, et agris, et hortis, verum etiam collapsis aedificiis, sive igne, sive terrae motu, sive alia quacunque causa ruina facta sit, item iis, quae plane destructa sunt, et in solo collapsa iacent, tum etiam in meris ruderibus nullam materiam ad aedificandum idoneam habentibus. Nam nec illorum alienationem permittimus, excepta sola emphyteusi temporaria, secundum ea, quae antea de supra dictis illis tribus personis diximus. Et ne fraus quaedam ne in hac quidem re committatur, duo ex iis qui sunt primarii mechanici aut architecti, sive in regia hac et magna urbe cum dei amantissimis oeconomis, et quinque religiosissimis presbyteris, et duobus diaconis, praesente etiam piissimo archiepiscopo, sive in provincia duo insignes mechanici aut architecti, vel etiam unus, si civitas unum solum habeat, in ipsis locis sint praesentes, sacrisque evangeliis in medium positis ab architectis definiatur, quantum emphyteuseos nomine sanctissimae ecclesiae pro hoc solvi par sit, deque iis emphyteuticum instrumentum secundum formam supra traditam conficiatur. Ille vero aedificet, et materia, si quam habet, utatur, et ad duos successores, ut dictum est, emphyteusin transmittat, atque ita post trium personarum mortem ad sanctissimam ecclesiam vel domum venerabilem, a qua emphyteusis constituta est, redeat, et contractus ille valeat, ut qui praesenti legi non repugnat.

§. 3. *Neque id, quod hactenus contra tales contractus machinatum est, valere permittimus, ut adiiciatur, licere impleto duorum heredum tempore successoribus eorum in emphyteusin rem illam accipere, et semper aliis praeponi. Hoc enim nil aliud est, nisi per ambages et machinationem emphyteuses perpetuas facere, immo res ecclesiasticas auferre. Quin licet tale quid factum sit, nulla necessitas religiosissimis oeconomis incumbat, duobus illis heredibus defunctis, successoribus eorum emphyteusin tradendi.*

CAP. IV.

aut suburbanum, aut domum qui emphyteusin percepit, cogi eum de suo diligentiam ac restitutionem prisci status facere, et obligatum esse ad hoc ipsum, et heredes eius, et successores, eiusque res, insuper et debitos omnes reditus sine dilatione exigi. Quod autem dictum est a nobis, ut nullius immobilis rei ecclesiasticae aut ptochicae alienatio sit permissa, ad nullam nostrae reipublicae personam sancimus valere, non solum super constantibus domibus, et suburbanis, et hortis, et agris, sed etiam super ruinis, sive ex igne, sive ex terrae motu, sive ex qualibet alia causa ruina sit, sed etiam in iis, quae omnino destructa sunt et in pavimento iacent, sive etiam in puris ruinis nullum aedificium habentibus neque materiam iacentem. Non enim in illis alienationem fieri permittimus, nisi in sola emphyteusi temporali, secundum quod dudum a nobis dictum est, in tribus [1]) personis talibus, quales praediximus. Ut neque ulla circumscriptio in rem ecclesiasticam in talibus fiat, duobus pro tempore primatibus mechanicis aut architectis, sive in hac regia et maxima civitate una cum deo amabilibus oeconomis, et quinque reverendissimis presbyteris, et duobus diaconis, praesente quoque deo amabili episcopo, sive etiam in provincia duobus insignibus mechanicis aut architectis, aut etiam uno, si unum solum civitas habeat, intervenientibus in illis locis sacrosanctis evangeliis positis definiatur ab architectis, quantum competat pro hoc solvi sanctissimae ecclesiae secundum modum emphyteusis, et in his emphyteuticam conscriptionem in eo celebrari secundum figuram prius dictam. Illum vero et aedificare, et uti materiebus, si materias habeat, et transmittere emphyteusin usque ad duas successiones, sicut dictum est, et sic reverti post trium personarum mortem ad sanctissimam ecclesiam aut venerabilem domum, ex qua facta est emphyteusis, et etiam valere talem contractum, utpote praesenti non repugnantem legi. §. 3. Neque illud, quod hactenus contra tales contractus agebatur, valere permittendum est de adiectione, ut, si vel duorum heredum compleatur tempus, licentia sit eis, qui post illum sunt, in emphyteusin dare id, unde agitur, et semper eos praeponi aliis. In hoc enim nihil aliud est, quam per revolutionem et machinationem perpetuas eis emphyteuses, magis autem priva-

[1]) *Trid.*; et in tribus pers. *Cont.*

τοις οἰκονόμοις τῶν δύο κληρονόμων παυομένων τοῖς ἐφεξῆς ἐκδιδόναι.

Κεφ. δ'.

Εἰ δέ τις βουληθείη λαβεῖν κατὰ λόγον χρήσεως ἤτοι τοῦ καλουμένου οὐσουφρούκτου πρᾶγμα ἐκκλησιαστικόν, ἢ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, ἢ ἄλλης οἵας δήποτε τῶν ἐν ἁπάσῃ τῇ ἡμετέρᾳ ὑπηκόῳ κειμένων, ἢ πτωχείων, μὴ ἄλλως λαμβανέτω τοῦτο, εἰ μὴ κατά τε τὴν εἰρημένην παρατήρησιν, καὶ κατὰ τὸν τύπον τῆς Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διατάξεως, ὥστε αὐτὸν εὔπορον καθεστῶτα, καὶ οὐσίας ἀκινήτου δεσπότην ἕτερον εὐθὺς πρᾶγμα κατὰ δεσποτείας δίκαιον ἀνταποδίδοναι τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, ἢ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, ἐξ οὗ τοῦτο λαμβάνει, τοσαύτην καὶ τοιαύτην φέρον πρόσοδον, ὁπόσην ἢ ὁποίαν ἔχει τὸ διδόμενον, ὥστε μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν τό τε ἐκκλησιαστικὸν ἢ πτωχικὸν πρᾶγμα ἀνατρέχειν ἐπὶ τὸν εὐαγέστατον οἶκον μετὰ τῆς χρήσεως τῆς δεδομένης, οὐχ ὑπερβαινούσης τὸν χρόνον τῆς ζωῆς τοῦ λαμβάνοντος, λαμβάνειν δὲ ὁμοίως καὶ τοῦ ἀντιδεδομένου πράγματος τὴν χρῆσιν, ὥστε εἶναι μετὰ τὴν τοῦ λαμβάνοντος τελευτήν, ἢ τὸν χρόνον, εἰς ὃν ἡ δωρεὰ τῆς χρήσεως συμπεφώνηται, οὐκ ἐκβαίνοντος δηλαδὴ τὴν τοῦ λαμβάνοντος ζωήν, ἑκάτερον ἐξ ὁλοκλήρου καὶ κατὰ δεσποτείαν καὶ κατὰ χρῆσιν παρὰ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ.

Κεφ. ε'.

Ἐπειδὴ δὲ ἡ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξις τὰς ποινὰς σχεδόν τι μόνον ἐπὶ πράσεως ὥρισεν, ἡμεῖς τε ἀπηγορεύσαμεν οὐ πράσεις μόνον, ἀλλὰ καὶ δωρεάς, καὶ ἀμείψεις, καὶ διηνεκεῖς ἐμφυτεύσεις, καὶ ἐνεχύρων δόσεις ἐπὶ πράγμασιν ἀκινήτοις, ὁρῶμεν δέ τινας οὕτως φιλοκινδύνους καθεστῶτας, ὥστε τολμᾶν καὶ τοῖς ἀπηγορευμένοις προσιέναι, καὶ ἀπόπειραν ποιεῖσθαι τῶν νόμων, ἐξ ἧς ἔχουσι γνώμης τε καὶ τόλμης, καὶ τὰ παντοίως ἀπηγορευμένα, φέροντα δὲ καὶ εἰς θάνατον ἴσως ἀνθρώπους πράττουσι, διὰ τοῦτο ἀναγκαῖον ᾠήθημεν ἐφ' ἑκάστῳ συναλλάγματι καὶ ῥητὴν τάξαι ποινήν, δηλαδὴ τῶν ἠπειλημένων κατὰ τῶν οἰκονόμων ποινῶν ἐκ τῆς εἰρημένης τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης Λέοντος διατάξεως, ὁμοίως καὶ νῦν ἐπηρτημένων τῷ οἰκονόμῳ, ἢ τῷ ξενοδόχῳ, ἢ νοσοκόμῳ, ἢ βρεφοτρόφῳ, ἢ ἡγουμένῳ ἢ ἡγουμένῃ μοναστηρίου ἢ ἀσκη-

Cap. IV.

Quodsi quis rem ecclesiasticam vel sanctissimae magnae ecclesiae, vel alterius cuiuscunque in toto nostro imperio sitae, vel ptochiorum in usum, qui usufructus vocatur, accipere velit, non aliter, quam secundum praedictam observationem et formam constitutionis Leonis piae memoriae eam accipiat; adeo ut, si locuples sit, et immobilium bonorum dominus, aliam statim rem proprietatis iure sanctissimae ecclesiae, vel sacrae domui, a qua eam accipit, vicissim det, quae tantum et talem reditum ferat, quantum aut qualem fert id, quod datum est, eoque mortuo res ecclesiastica vel ptochica, ad venerabilem domum cum dato usufructu, illius vitae tempus, qui eum accepit, non excedente, redeat, similiter vero rei vicissim datae usumfructum capiat, ut post mortem eius, qui accepit, vel tempus dationi usufructus praefinitum, scilicet quod vitam eius, qui accepit, non excedat, utrumque in totum et quoad proprietatem, et quoad usumfructum ad sanctissimam ecclesiam pertineat.

Cap. V.

Quoniam vero Leonis piae memoriae constitutio fere in venditione solum poenas statuit, nos vero non solum venditiones, sed et donationes, permutationes, emphyteuses perpetuas, pignorum dationes in rebus immobilibus prohibuimus, quosdam autem periculorum adeo cupidos esse videmus, ut in vetita niti, et pro ea, quam habent, voluntate et audacia leges tentare, eaque facere audeant, quae omnimodo prohibita sunt, et homini etiam mortem forte afferunt, propterea necessarium duximus in unumquemque contractum certam statuere poenam, ita scilicet, ut illae poenae, quas dicta constitutio Leonis piae memoriae oeconomis minata est, similiter etiam oeconomo, aut xenodocho, aut abbati, vel abbatissae monasterii aut asceterii, prout supra dispositum est, iam immineant. Si quis igitur rem ecclesiasticam vel ptochicam emere ausus fuerit, ille pretium statim amittat, et res, quam accepit, cum omni medii tem-

privationes ecclesiasticarum agi rerum. Sed et si quid factum est tale, nullam necessitatem esse reverendissimis oeconomis duobus heredibus cessantibus ceteris tradere.

Cap. IV. Si quis autem voluerit accipere secundum rationem usus aut qui vocatur ususfructus rem ecclesiasticam aut sanctissimae maioris ecclesiae, aut alterius cuiuslibet, quae in omni nostra ditione sunt positae, aut ptochiorum, omnino percipiat hoc et secundum praedictam observationem, et secundum formam constitutionis Leonis piae memoriae, ut iste locuples exsistens et substantiae immobilis dominus aliam mox rem secundum proprietatis ius compenset sanctissimae ecclesiae aut venerabili domui, ex qua hoc [1]) percepit, tantos et tales ferentem [2]) reditus, quantos aut quales habet quod datur, ita ut post eius obitum ecclesiastica aut ptochica res revertatur ad venerabilem domum cum usu, qui datus est, non transcendente tempus vitae percipientis. Accipiat autem similiter etiam rei in compensationem datae et usum, quatenus sit post percipientis obitum aut tempus, in quo donatio usus convenit, non transcendens videlicet percipientis vitam, utrumque ex toto et secundum proprietatem, et secundum usum apud sanctissimam ecclesiam remansurum.

Cap. V. Quia vero Leonis piae memoriae constitutio poenas paene solummodo in venditione decrevit, nos autem interdiximus [3]) non venditiones solum, sed etiam donationes, et permutationes, et perpetuas emphyteuses, et pignorum dationes in rebus immobilibus, videmus autem quosdam sic amatores periculi constitutos, ut praesumant ad ea, quae interdicta sunt, accedere, et circumventionem facere legibus ex voluntate et praesumtione, quam habent, et quae omnibus modis interdicta sunt, et forsitan deducunt homines ad mortem, qui hoc agunt, propterea necessarium existimavimus in unoquoque contractu etiam certam statuere poenam, his quippe poenis, quae positae sunt adversus oeconomos ex constitutione praedicta piae memoriae Leonis, similiter et nunc imminentibus oeconomo, aut xenodocho, aut nosocomo, aut brephotropho, aut abbati aut abbatissae mona

[1]) *Trid.*; hic *Cont.* — [2]) *Ita Bk. secundum Graec.*; frequentes *Trid.*; frequentes *Port.*, *Cont.* — [3]) *Trid.*; interdicimus *Cont.*

ἀσχητηρίου κατὰ τὸ ἔμπροσθεν διατεταγμένον. Εἴ τις τοίνυν ὠνήσασθαι τολμήσειε πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν ἢ πτωχικόν, ἐκπιπτέτω μὲν εὐθὺς τοῦ τιμήματος, ἀπαιτείσθω δὲ τὸ πρᾶγμα, ὅπερ ἔλαβε, μετὰ πάσης τῆς ἐν τῷ μέσῳ χρόνῳ προσθήκης. καὶ κατὰ μὲν τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἢ τοῦ εὐαγοῦς οἴκου μηδεμίαν παντελῶς ἐχέτω ἀγωγήν, κατὰ μέντοι τῶν εὐλαβεστάτων οἰκονόμων ἢ ὅλως τῶν πεπραχότων ἐπὶ ταῖς ἰδίαις αὐτῶν περιουσίαις ἐχέτω τὴν ἐκ τοῦ συναλλάγματος ἀγωγήν, ἵνα δέει τῆς ἑαυτῶν γοῦν περιουσίας, εἰ καὶ μὴ διὰ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον, ἀλλ' οὖν ὀκνηρότεροι περὶ τὰς πράσεις γίγνοιντο. §. 1. Εἰ δέ τις κατὰ δωρεὰν λαβεῖν τολμήσειε πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν ἢ πτωχικόν, αὐτοῦ τε τοῦ δωρουμένου παντὸς ἐκπιπτέτω καὶ ἕτερον τοσοῦτον ἐκ τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἀντιδιδότω τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, ἢ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, ἐξ οὗ τοῦτο ἔλαβεν, ἵνα ἦν ἐπεχείρησεν ἐργάσασθαι κατ' αὐτῆς καινοτομίαν, ταύτην αὐτὸς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ διδοὺς τῆς οἰκείας αἰσθοιτο πανουργίας. §. 2. Εἰ δὲ ἄμειψις ἐπί τισι γένοιτο προσώποις, χωρὶς μόνης τῆς βασιλείας, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἐφθημεν, καὶ ὁ τὴν ἄμειψιν λαβὼν ὑποκείσθω ποινῇ τοῦ καὶ τὸ δεδομένον αὐτῷ πρᾶγμα ἀποβαλεῖν, καὶ ἀνατρέχειν αὐθις τοῦτο ἐπὶ τὸν εὐαγῆ οἶκον, ὅθεν ἐξέβη, καὶ τὸ ἀντιδεδομένον μεῖναι παρὰ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, καὶ τὸν προσελθόντα πράγματι παρανόμῳ ἐκπίπτειν τε ἑκατέρου δικαίως, ὥστε κατὰ τοῦτο ποινὴν αὐτὸν ὑπέχειν, καθ' ὃ καὶ τῶν οἰκείων ἐκπίπτει, καὶ ὅπερ ἠλπισεν οὐ προσέλαβεν. κἀνταῦθα τῆς ἀγωγῆς αὐτῷ φυλαττομένης ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ περιουσίᾳ τῶν τὸ συνάλλαγμα πρὸς αὐτὸν πραξάντων.

temporis accessione exigatur, ac adversus sanctissimam ecclesiam quidem aut venerabilem domum nullam prorsus actionem, verum adversus religiosissimos oeconomos vel quoscunque venditores quoad propria eorum bona actionem ex contractu habeat, quo illi, si non timore dei, saltem metu substantiae suae ad vendendum fiant tardiores.

§. 1. Si quis autem dono rem ecclesiasticam vel ptochicam accipere ausit, et ipsam rem donatam totam amittat, et aliam eiusdem valoris ex substantia sua sanctissimae ecclesiae vel sacrae domui, a qua illam accepit, vicissim det, ut novum illud facinus, quod perpetrare voluit, ipse in suis rebus committens, propriam sentiat malitiam.

§. 2. Si vero permutatio inter quasdam personas fiat, solo Imperatore, sicut supra diximus, excepto, qui permutationem accepit huic poenae subiaceat, ut rem datam amittat, eaque statim ad sacram domum, unde venit, revertatur, et quod pro ea datum est apud venerabilem domum maneat, quique rem illicitam aggreditur merito utraque excidat, adeo ut poenam hanc sustineat, ut et proprias res amittat, et quod speravit non accipiat; actione etiam hic contra substantiam eorum illi servata, qui contractum cum illo fecerunt.

Κεφ. ς'.

Εἰ δὲ δανειστὴς εἰς σωματικὸν ἐνέχυρον ἕλοιτο λαβεῖν πρᾶγμα ἀκίνητον, ἐκκλησιαστικὸν ἢ πτωχικόν, ἐν οἰκίαις τυχόν, ἢ προαστείοις, ἢ ἀγροῖς, ἢ κήποις, ἢ πολιτικαῖς σιτήσεσιν, ἢ ἀγροικικοῖς ἀνδραπόδοις, καὶ δοίη χρυσίον ὑπὲρ τούτου, ἐκπιπτέτω τοῦ δανείσματος, καὶ ἐχέτω κέρδος ἡ δανεισαμένη ἁγιωτάτη ἐκκλησία ἢ ὁ εὐαγὴς οἶκος τὸ δανεισθὲν χρυσίον. κἀνταῦθα κατὰ τοῦ τὸ δάνεισμα πράξαντος οἰκονόμου, ἢ ξενοδόχου, ἢ πτωχοτρόφου, ἢ ἡγουμένου μοναστηρίου ἢ ἀσκητηρίου, ἢ τῶν ἄλλων εὐαγῶν συστημάτων τῆς ἀγωγῆς οὔσης τῷ δεδανεικότι. Πάντων τούτων καὶ ἐπὶ τῶν ἡγουμένων τῶν γυναικείων ἀσκητηρίων ἤτοι μοναστηρίων κρατούντων. §. 1. Εἰ γὰρ ὅλως [1]) ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἢ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσιν οἴκοις δανείσματος γένηται χρεία, εἰς μόνην ἀναγκαίαν δηλαδὴ

Cap. VI.

Si vero creditor sub corporali pignore rem immobilem ecclesiasticam vel ptochicam, domus forte, aut suburbana, aut agros, aut hortos, aut annonas civiles, aut mancipia rustica accipere voluerit, et pro hoc pecuniam dederit, excidat is credito, et sanctissima ecclesia vel venerabilis domus, quae mutuum accepit, pecuniam creditam lucretur; actione etiam hic contra oeconomum, qui mutuum contraxit, vel xenodochum, vel ptochotrophum, vel monasterii, aut asceterii, aut reliquorum sacrorum collegiorum praesulem creditori competente. Atque haec omnia etiam in abbatissis muliebrium asceteriorum vel monasteriorum valeant.

§. 1. Si enim in universum sanctissimis ecclesiis aut aliis sacris domibus pecunia mutua opus sit ad necessariam scilicet et inevitabilem solum causam, et sine

monasterii aut asceterii, secundum quod prius dispositum est. Si quis igitur emere praesumserit rem ecclesiasticam aut ptochicam, cadat quidem mox pretio, exigatur autem res, quam accepit, cum omni medii temporis incremento; et contra sanctissimam quidem ecclesiam aut venerabilem domum, nullam omnino habeat actionem, contra venerabiles vero oeconomos, aut qui omnino vendiderunt, in propriis eorum substantiis ex contractu habeat actionem, ut metu suae substantiae, etsi non propter dei timorem, tamen segniores circa venditionem fiant. §. 1. Si quis autem per donationem accipere praesumserit rem ecclesiasticam aut ptochicam, et ipso, quod datum est, omnino cadat, et aliud tantundem ex sua substantia repenset sanctissimae ecclesiae aut venerabili domui, ex qua hoc suscepit, ut, quam nisus est agere contra eam novitatem, hanc sibimet in propriis exhibens, suam sentiat malignitatem. §. 2. Si autem permutatio in quibusdam personis fiat, praeter solum imperium, sicut praediximus, et qui permutationem accepit subiaceat poenae, et datam sibi rem amittat, et recurrat rursus haec ad venerabilem domum, unde progressa est, et quod pro compensatione dedit, maneat apud venerabilem domum, et qui accesserit ad causam legi contrariam, cadat utroque iuste, et secundum hoc poenae subdatur, secundum quod et propriis cadet, et quod speravit non acquisivit; etiam hic actione ei servata in propria substantia eorum, qui contractum cum eo celebraverunt.

Cap. VI. Si autem creditor in pignore corporali elegerit accipere rem immobilem ecclesiasticam aut ptochicam, in domibus forsan, aut suburbanis, aut agris, aut hortis, aut civilibus panibus, aut rusticis mancipiis, et dederit aurum, ab hoc cadat creditor, et habeat lucrum, quae mutuum accepit sanctissima ecclesia aut venerabilis domus, quod mutuatum est aurum; etiam hic contra celebrantem mutuum oeconomum, aut xenodochum, aut brephotrophum, aut praesulem monasterii, aut asceterii, aut aliorum venerabilium collegiorum creditori actione manente; his omnibus etiam in abbatissis muliebrium asceteriorum aut monasteriorum valentibus. §. 1. Si enim omnino sanctissimis ecclesiis aut aliis venerabilibus domibus crediti opus fiat, aut in solam necessariam videlicet et inevitabilem occasionem, et praeter quam non poterit, quod imminet, adimpleri, aut in aliam causam utilis

[1]) *Mecum. III. et Zuich.*; ὅλαις *Scrimg.*

λαδὴ καὶ ἀπαραίτητον πρόφασιν, καὶ ἧς χωρὶς οὐκ ἐνεστι τὸ κατεπεῖγον πληρωθηναι, ἢ εἰς τι πρᾶγμα λυσιτελέστατον τῇ ἁγιωτάτῃ καθεστὼς ἐκκλησίᾳ, ἐξεστι τοῖς προεστῶσιν αὐτῶν μέχρι τῆς γενικῆς ὑποθήκης ἵστασθαι, μηδὲν ἰδικὸν ἐνέχυρον τοῖς δανείζουσι παρεχομένοις.

sine qua necessaria negotia nequeant expediri, vel ad rem aliquam, quae ecclesiae utilissima sit, liceat illis, qui iis praesunt, generalem hypothecam constituere, non autem speciale pignus creditoribus concedere.

Κεφ. ζ.

Εἰ δὲ καὶ διηνεκῆ τις ἐμφύτευσιν λαβεῖν θαῤῥήσειεν, ὅπερ οὐκ ἔξεστιν, ἢ πρόσκαιρον μέν, μὴ μέντοι κατὰ τὴν τοῦδε ἡμῶν τοῦ νόμου παρατήρησιν, καὶ οὗτος ἐκπιπτέτω μὲν τῆς ἐμφυτεύσεως, καὶ τὸ δεδομένον μενέτω παρὰ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, διδότω δὲ διηνεκῶς καὶ μετὰ τὴν ἔκπτωσιν τοῦ ἐμφυτεύματος, ὅσον ἤμελλε τελεῖν, εἴπερ κατὰ νόμον ὑπῆλθε τὴν ἐμφύτευσιν, οὐδενὸς παρ' αὐτῷ μένοντος ἐκ τῶν μάτην αὐτῷ κατ' ἐμφύτευσιν δεδομένων πτωχικῶν πραγμάτων.

§. 1. Ταῦτά τε οὖν ἅπαντα παραφυλαττέσθω, ταῖς εἰρημέναις ὑποκείμενα ποιναῖς. Μηδὲ τῶν συμβολαιογράφων θαῤῥούντων τοιούτοις ὑπουργεῖν συμβολαίοις, ἀλλὰ δεδιότων τὴν ἀειφυγίαν, καὶ τὸ μηδεπώποτε ἐπανελθεῖν, μηδ' ἂν εἰ θεῖος τοῦτο δοίη τύπος, μηδὲ των ἀρχόντων ἢ ὑπαγορεύειν τοιαῦτα συμβόλαια θαῤῥούντων, ἢ γενόμενα προσδέχεσθαι, καὶ πράξεσιν ὑπομνημάτων αὐτὰ βεβαιοῦν, ὥστε μὴ καὶ αὐτοὺς τὴν τε τῆς ἀρχῆς καὶ ἀξίας, τήν τε τῆς οὐσίας ἔκπτωσιν κατὰ τὴν Λέοντος διάταξιν ὑπομεῖναι.

Cap. VII.

Si quis etiam perpetuam emphyteusin, id quod non licet, accipere ausus fuerit, vel temporalem quidem, sed non secundum huius nostrae legis observationem, etiam is emphyteusi excidat, et quod datum est apud venerabilem domum maneat, perpetuo etiam, postquam emphyteusi excidit, det, quantum soluturus fuisset, si iuxta legem emphyteusin subiisset, nihilque apud eum ex rebus ptochicis frustra illi in emphyteusin datis maneat.

§. 1. *Haec igitur omnia observentur, et dictis poenis subiecta sint. Neque tabelliones in talibus contractibus operam praestare audeant, sed perpetuum exsilium metuant et sciant nullum sibi esse reditum, etiamsi sacrum rescriptum id permittat. Nec magistratus talia instrumenta aut imperare, aut si facta sint admittere, et actis intervenientibus confirmare audeant, ne et ipsi magistratus dignitatem et bona secundum Leonis constitutionem amittant*

Κεφ. η'. [a])

Τῶν αὐτῶν ἐπιτιμίων φυλαττομένων καὶ κατὰ τῶν ἱερὰ σκεύη παρὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἢ ἐνεχυραζόντων, ἢ πωλούντων, ἢ χωνευόντων ἐπὶ ἐκποιήσει. Καὶ γὰρ δὴ κἀκείνους τῆς ἴσης ἢ καὶ μείζονος εἶναι ποινῆς ἀξίους θεσπίζομεν, ὅσῳ καὶ περὶ ἱερὰ πράγματα καὶ ἤδη θεῷ καθιερωμένα τολμῶσιν ἀσεβεῖν. πλὴν εἰ μὴ τοῦτο γένοιτο, καθάπερ εἴπομεν, δι' ἀνάῤῥυσιν αἰχμαλώτων, ἔνθα ψυχὰς ἀνθρώπων ἐλευθεροῦσι θανάτου καὶ δεσμῶν τῇ τῶν ἀψύχων ἐκποιήσει χειμηλίων. Δηλαδὴ τῆς ὁμοίας παρατηρήσεως καὶ ἐπὶ τῆς ἐκποιησεως τῶν πολιτικῶν σιτήσεων παραφυλαττουένης, καθὰ πολλάκις εἴπομεν, διότι τοιαύτας εἶναι σιτήσεις οὐ μόνον ἐπὶ τῆς βασιλίδος ταύτης πό-

Cap. VIII.

Eaedem poenae observandae sunt etiam circa eos qui sacra vasa secundum nostram legem oppignorant, aut vendunt, aut conflant, ut ea alienent. Nam et illos aequali vel maiore poena dignos esse sancimus, quia in res etiam sacras et deo iam consecratas impii esse audent. Nisi tamen ad redemtionem captivorum, uti diximus, id fiat, ubi alienatione inanimatae supellectilis animae hominum a morte et vinculis liberantur. Id quod etiam in alienatione annonae civilis, sicut saepius diximus, observandum est, propterea quod tales annonas civiles non solum in regia hac urbe, sed etiam in magna Alexandria, et Theopoli, for assis etiam in aliis quibusdam provinciis esse didicimus. Si enim alibi quoque talis quaedam sit possessio, in illa quoque lex custodiatur, atque observantia illius extendatur. Cap. IX.

utilissimam sanctissimae ecclesiae consistentem, licebit praepositis earum usque ad generalem hypothecam stare, et nullum speciale pignus creditoribus praebere.

Cap. VII. Si vero et perpetuam quispiam emphytensin accipere praesumserit, quod non licet, aut temporalem quidem, non tamen secundum huius nostrae legis observationem, etiam sic cadat quidem ab emphytensi, et quod datum est maneat apud venerabilem domum, det autem continuo et post casum emphytematis, quantum futurus erat solvere, si secundum legem subiisset emphytensin, nihil apud eum remanente ex rebus pauperum, quae frustra per emphytensin datae sunt. §. 1. Haec igitur omnia custodiantur praedictis subiecta poenis; neque tabellionibus praesumentibus instrumentis talibus ministrare, sed metuentibus usque ad exsilium, et ut nunquam revertantur, nec si sacra hoc praebeat forma, neque indicibus vel dictare talia instrumenta praesumentibus, vel facta suscipere, et gestis monumentorum ea firmare, ne etiam ipsi et cinguli, et dignitatis, et substantiae casum secundum Leonis constitutionem sustineant.

Cap. VIII. Iisdem poenis servandis etiam adversus eos, qui sacrata vasa contra nostram legem aut pignori dant, aut vendunt, aut conflant propter alienationem. Nam et illos aequa aut maiore poena dignos esse sancimus, quanto etiam circa sacras res et deo dicatas praesumserunt impie agere; nisi tamen aliquid tale fiat, quod diximus, circa redemtionem captivorum, ubi animae hominum liberantur a mortibus et vinculis inanimatorum venditione vasorum. Simili quippe observatione et super alienatione civilium panum custodienda, sicut saepe diximus, eo quod tales panes non solum in hac felicissima civitate, sed etiam in magna Alexandria et in Theopoli esse didicimus, forsitan autem tale quid et in aliis provinciis quibusdam est; si enim etiam alibi huiusmodi quaedam sit possessio, et in illa lex servetur, et suam observationem extendat.

Cap. IX.

---

[a]) *Photii Nomoc. II. 2.* (*Voëllii bibl. II. p.* 892

πόλεως, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς μεγαλης Ἀλεξανδρείας, καὶ ἐπὶ τῆς Θεουπολιτῶν εἶναι μεμαθήκαμεν, ἴσως δὲ τὸ τοιοῦτο καὶ ἐν ἑτέραις τισὶν ἐπαρχίαις εἶναι. εἰ γὰρ καὶ ἀλλαχόσε τοιαύτη τις εἴη κτῆσις, καὶ ἐπ' ἐκείνης ὁ νόμος φυλαττέσθω, καὶ τὴν ἑαυτοῦ παρατήρησιν ἐκτεινέτω.

Κεφ. θ'.

Ἐπειδὴ δὲ εἰκός τινας ἐπὶ παραχρούσει τοῦδε τοῦ νόμου πειρᾶσθαι πραγματικοὺς ἡμῶν τύπους λαμβάνειν, τοιοῦτό τι πράττειν αὐτοῖς ἐπιτρέποντας, καὶ τοῦτο κωλύομεν ἐπὶ παντὸς προσώπου, μείζονός τε καὶ ἐλάττονος, εἴτε ἀρχὴν ἔχοι τινά, εἴτε τῶν περὶ ἡμᾶς εἴη, εἴτε τῶν ἄλλων τις τῶν εἰς δήμους τελούντων. Καὶ θεσπίζομεν, μηδενὶ παντελῶς ἄδειαν εἶναι τοιοῦτόν τινα πραγματικὸν προῖσχεσθαι τύπον, μηδὲ ἐντεῦθεν λαμβάνειν τι τῶν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις προσηκόντων, ἢ μοναστηρίοις, ἢ πτωχείοις, ἢ εὐαγέσι συσήμασιν ἀκινήτων πραγμάτων, ἀλλὰ τῷ τε ἐνδοξοτάτῳ κοιαίστωρι ποινὴν ἐπικεῖσθαι qninqnaginta librarum auri, εἴ τι τοιοῦτο ὑπαγορεύσειε [1]), τοῖς τε δεχομένοις τὴν ἐμφάνισιν τοιούτου τινὸς θείου τύπου ἐνδοξοτάτοις ἄρχουσιν ἢ ἑτέροις τισὶ τὴν αὐτὴν ὑποκεῖσθαι ποινήν, τούς τε συμβολαιογράφους ὑποπίπτειν τῇ Λέοντος τοῦ τῆς εἰσεβοῦς λήξεως διατάξει, εἰ γράψαιέν τι τοιοῦτο συμβόλαιον, τούς τε θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἢ τοὺς εὐλαβεστάτους οἰκονόμους ἀκινδύνως ἀποσείεσθαι τοὺς τοιούτους θείους πραγματικοὺς τύπους, μᾶλλον μὲν οὖν ἐπικινδύνως προσίεσθαι, καὶ γινώσκειν, ὡς περὶ αὐτὴν κινδυνεύσουσι τὴν ἱερωσύνην, εἴ γε ἀμελήσαντες τῶν νόμων τοῖς οὕτω γινομένοις πραγματικοῖς ἀκολουθήσαιεν τύποις. §. 1. Δεῖ γὰρ τὰ κοινῇ καὶ ἐν γένει καὶ ἐπὶ τῇ πάντων ὠφελείᾳ νενομοθετημένα μᾶλλον κρατεῖν, ἢ τὰ καιά τινων σπουδὴν ἐπὶ παραφθορᾷ τῶν κοινῶν γενόμενα νόμων. ἐκείνων μόνων δηλαδὴ μισθουμένων τε καὶ ἐμφυτευομένων τῶν πραγμάτων, ὁπόσα νομίζουσι τοιούτου τινὸς δεῖσθαι.

Κεφ. ι'.

Εἰ μέντοι βούλονταί τινα ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν διοίκησιν ἔχειν οἱ θεοφιλέσιατοι οἰκονόμοι ἢ οἱ τῶν ἄλλων ἡγούμενοι συσημάτων, μηδενὶ τῶν ἐν δυνάμει μηδὲ κατὰ θεῖον πραγματικὸν τύπον παρρησίαν εἶναι ἀναγκάζειν αὐτοὺς ἢ κατὰ μίσθωσιν, ἢ κατὰ ἐμφύτευσιν ταῦτα ἐκδιδόναι, ἐπεὶ τὸν τοῦτο πράττοντα ἱεροσυλίας τε ὑποκεῖσθαι ποινῇ, καὶ πᾶσι τοῖς

Cap. IX.

Quoniam autem verisimile est, quosdam ad labefactandam hanc legem nostram operam daturos, ut pragmaticas nostras sanctiones impetrent, quae tale quid ipsis facere permittant, etiam hoc in omni persona prohibemus, maiore et minore, sive magistratum quendam gerat, sive ex iis sit, qui circa nos sunt, sive ex reliquis, qui plebeiorum numero sunt. Sancimus igitur, ut nemini prorsus eiusmodi pragmaticam sanctionem praetendere liceat, neque ea ratione rem immobilem ad sanctissimas ecclesias, vel monasteria, vel ptochia, vel sacra collegia pertinentem accipere. Sed gloriosissimo quaestori poena quinquaginta librarum auri, si tale quid iusserit, immineat, et gloriosissimos magistratus, qui insinuationem talis pragmaticae sanctionis suscipiunt, et alios quosdam eadem poena maneat; tum etiam tabelliones, si tale instrumentum scripserunt, constitutione Leonis piae memoriae teneantur; episcopi quoque deo amicissimi vel religiosissimi oeconomi sine periculo eiusmodi sacras pragmaticas sanctiones reiiciant, immo cum periculo admittant, seque de sacerdotio periclitaturos sciant, si neglectis legibus eiusmodi pragmaticis sanctionibus obsequantur.

§. 1. *Quae enim in commune et in genere ac pro omnium utilitate sancita sunt, ea potius obtinere oportet, quam quae studio quorundam ad corrumpendas leges communes fiunt. Hae vero solae res locentur et in emphyteusin dentur, quas eo indigere existimant.*

Cap. X.

Si tamen deo amicissimi oeconomi vel aliorum collegiorum praesules ipsi quaedam administrare velint, nulli magistratui, ne quidem secundum sacram pragmaticam sanctionem, eos cogere liceat, ut ea vel locent, vel in emphyteusin concedant. Nam qui id fecerit, sacrilegii omnibusque poenis hac nostra lege comprehensis obnoxius sit.

Cap. XI.

Cap. IX. Quia vero verisimile est quempiam etiam in circumventionem huius legis tentare pragmaticas nostras formas accipere, tale aliquid ei agere permittentes, et hoc prohibemus in omni persona maiore vel minore, sive in cingulo constituta, sive horum, qui circa nos sunt, sive aliorum quispiam inter populos habitantium. Et sancimus, nulli penitus licentiam esse talem quempiam pragmaticum proferre typum, neque ex hoc accipere aliquod de sanctissimis ecclesiis compendium, aut monasteriis, aut ptochiis, aut aliis venerabilibus collegiis immobilium rerum; sed et gloriosissimo quaestori poenam imminere centum librarum auri, si quid tale dictaverit, simul et suscipientibus insinuationem talis cuinspiam sacrae formae gloriosissimis indicibus, aut aliis quibusdam eandem imminere poenam; et tabelliones succumbere Leonis piae memoriae constitutioni, si egerint tale aliquod instrumentum, et deo amabiles episcopos aut venerabiles oeconomos sine periculo refutare huiusmodi sacras pragmaticas formas, magis autem cum periculo suscipere et agnoscere, quia circa ipsum sacerdotium periculum sustinebunt, si negligentes has leges, quae ita fiunt, pragmaticas sequantur formas. §. 1. Oportet enim ea, quae communiter et generaliter in omnium utilitatem sanciuntur, potius valere, quam ea, quae circa aliquos studentur agi ad corruptionem communium legum. His solis videlicet conducendis et emphyteusi dandis rebus, quascunque putant tali aliquo egere.

Cap. X. Si tamen voluerint quaedam sub propria gubernatione habere deo amabiles oeconomi aut aliorum praesules collegiorum, nulli eorum, qui in potentatu sunt, neque secundum sacram pragmaticam formam licentiam esse, cogere eos aut per conductionem, aut per emphyteusin haec tradere ei, qui hoc agit, et sacrilegii subiacere poenae, et omnibus mulctis, quae hac nostra lege sacra continentur. et suppliciis.

Cap. XI

[1]) *Mocrm. III. Zuich., Coll. const. eccl.*; ἐπαγορεύσειε *Scrimg.*

τοῖς τῷδε τῷ θείῳ ἡμῶν νόμῳ περιεχομένοις ἐπιτιμίοις.

Κεφ. ια'. [a])

Ἐπειδὴ δὲ ἐγνωμεν δεινόν τι πλημμέλημα γινόμενον παρά τε Ἀλεξανδρεῦσι καὶ Αἰγυπτίοις, ἤδη δὲ καὶ ἔν τισιν ἑτέροις τῶν ὑπηκόων τόποις, τὸ τινὰς θαῤῥεῖν αὐτὰ δὴ τὰ εὐαγῆ μοναστήρια πωλεῖν, ἢ ἀμείβειν, ἢ δωρεῖσθαι (ἐν οἷς θυσιαστήριόν [1]) τε καθιδρύθη, καὶ ἱερὰ γέγονε λειτουργία, ὁποίαν εἰωθὸς ἐστιν ἐν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις γίνεσθαι, τῶν τε θείων ἀναγινωσκομένων γραφῶν, ἧς τε ἱερᾶς καὶ ἀῤῥήτου μεταδιδομένης κοινωνίας, μοναχική τε ἐκεῖσε γέγονεν οἴκησις), ὥστε αὐτὰ μεταβαλεῖν ἐξ ἱερῶν καὶ θεοφιλοῦς σχήματος εἰς ἰδιωτικὴν διαίταν τε καὶ κατασκευήν, τοῦτο πανταχῶς τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι κωλύομεν, οὐδενὶ τῶν πάντων ἐφιέντες ταῦτα ἐξαμαρτάνειν, ἀλλὰ καὶ τὸ γινόμενον ἄκυρον πᾶσιν ἀποφαίνομεν τρόποις, καὶ τῶν τιμημάτων ἔκπτωσιν ἐπιτίθεμεν τῷ λαβόντι, καὶ τὸν πιπράσκοντα ζημιοῦμεν τῇ τε τοῦ πράγματος ἐκπτώσει, τῇ τε τοῦ τιμήματος ἀπωλείᾳ, τῇ κατὰ τὸν τόπον ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς κατὰ τόπον εὐαγέσι μοναστηρίοις ταῦτα προσνέμοντες. ὥστε αὐτοὺς προνοεῖν τοῦ τὸ κακῶς ἐκποιηθὲν αὖθις εἰς μοναχικὸν ἐπάγειν [2]) σχῆμα, μηδὲ τῆς ὑποθήκης τῆς ἐπὶ τούτοις ἐῤῥωμένης, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς ἀκυρουμένης, καὶ τοῦ μοναστηρίου πάλιν τῇ ἱερᾷ προσκυρουμένου λειτουργίᾳ.

Κεφ. ιβ'. [b])

Ὥσπερ δὲ τὰς ἐπιβλαβεῖς ἐκποιήσεις ἐκωλύσαμεν, οὕτω καὶ τὰς ἐπιβλαβεῖς κτήσεις ἀπαγορεύομεν. Πολλαὶ γὰρ παρ' ἡμῖν κεκίνηνται ζητήσεις, ἔνθα τινὲς ἄπορα χωρία δεδώρηνται ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἢ τοῖς σεβασμιωτάτοις οἴκοις, ἢ καὶ πεπράκασιν ὅθεν ὡς εὔπορα, καίτοιγε ἄπορα τὴν ἀρχὴν καθεστῶτα, κἀνιεῦθεν τοὺς εὐαγεῖς οἴκους ἠδίκησαν. Ἀπαγορεύομεν τοίνυν τοῖς προεστῶσι τῶν σεβασμιωτάτων οἴκων τοιοῦτό τι πράττειν, ἢ γινώσκειν, ὡς, εἰ μὴ μετὰ πάσης ἀκριβείας ποιοῖντο τὰ συναλλάγματα, ἀλλὰ ἄπορός τις κτήσις καὶ ἐπιβλαβὴς δοθείη ταῖς ἐκκλησίαις, ἢ τοῖς μοναστηρίοις, ἢ ξενῶσιν, ἢ νοσοκομείοις, ἢ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσι συστήμασι, τὸ μὲν συνάλλαγμα ἀντὶ μὴ γεγονότος ἔσται, καὶ ἀναλήψεται πάντως ὁ δοὺς τὸ κατὰ περίνοιαν καὶ ἀπάτην δεδομένον. ὁ δὲ τοιοῦτό τι πράξας οἰκονόμος, [c]) ἢ ξενοδόχος,

Cap. XI.

Quoniam vero grave aliquod delictum apud Alexandrinos, et Aegyptios, et in aliis quibusdam imperii nostri locis commissum esse cognovimus, nonnullos ipsa sacra monasteria vendere, aut permutare, aut donare ausos esse (in quibus et altare collocatum, et sacrum ministerium peractum est, quod in sanctissimis ecclesiis sacris litteris lectis, et sacrosancta atque ineffabili communione celebrata peragi solet, ubi etiam monachorum est domicilium), ita ut illa a sacra et pia forma ad privatum usum et conditionem translata fuerint, id ne in posterum fiat omnino prohibemus, nullique hominum ea committere permittimus. Sed et si quid factum sit, id prorsus irritum declaramus, pretiique amissionem accipienti imponimus, venditorem vero rei et pretii amissione mulctamus, sanctissimae ecclesiae et venerabilibus illius loci monasteriis illa tribuentes. Quare illius curam gerant, ut quod male alienatum est rursus ad monachicum statum reducatur, neque hypotheca in his rebus valeat, sed irritum sit, et monasterium rursus sacro ministerio addicatur.

Cap. XII

Quemadmodum autem damnosas alienationes prohibuimus, ita et damnosas acquisitiones vetamus. Multae enim lites apud nos motae sunt, ubi incultos agros sanctissimis ecclesiis vel venerabilibus domibus quidam donarunt, vel etiam ut fertiles eos vendiderunt, quum tamen plane steriles essent, adeoque sacras domos laeserunt. Prohibemus igitur, ne religiosissimarum domuum rectores tale quid faciant; vel sciant, si cum omni diligentia tales contractus non ineant, sed sterilis quaedam et damnosa res ecclesiis, vel monasteriis, vel xenodochiis, vel nosocomiis, vel aliis sacris collegiis detur, contractum quidem pro infecto habendum, et quod dolo atque fraude datum est, eum, qui dederit, recepturum esse. Oeconomus vero, qui tale quid fecit, vel xenodochus, vel nosocomus, vel ptochotrophus, vel orphanotrophus, vel gerontocomus, vel abbas de suo damnum

Cap. XI. Quia vero cognovimus aliquod pessimum delictum factum et apud Alexandrinos, et apud Aegyptios, iam autem et in aliis quibusdam imperii locis quosdam praesumere ipsa venerabilia monasteria vendere, aut permutare, aut donare (in quibus et altare collocatum est, et sacrum exhibitum ministerium, quale moris est in sanctissimis ecclesiis celebrari, sacris quippe lectis scripturis, et sacrosancta et ineffabili communione tradita, et monastica illic facta habitatione), ita ut haec mutarentur ex sacro et deo amabili schemate ad privatam mansionem et statum, haec omnino de cetero fieri prohibemus, nulli hominum permittentes hoc delinquere, sed etiam factum infirmum omnibus declaramus modis, et pretiorum casum imponimus accipientibus, venditorem quoque damnificamus et rei casu, et pretii amissione, sanctissimae ecclesiae eius loci et venerabilibus monasteriis hoc tribuentes, quatenus ipsi provideant, ut, quod male alienatum est, rursus ad monasticam revocent figuram; neque hypotheca super his valente, sed etiam ipsa infirmanda, et rursus sacro monasterio assignanda.

Cap. XII. Sicut autem damnosas alienationes prohibemus, sic et damnosas possessiones interdicimus. Multae enim apud nos motae sunt quaestiones, ubi quidam minus idonea praedia donaverunt sanctissimis ecclesiis aut venerabilibus domibus, aut etiam vendiderunt tanquam idonea, quum utique sterilia a principio essent, et ex hoc venerabilibus domibus nocuerunt. Interdicimus igitur rectoribus venerabilium domorum tale aliquid agere, aut certe cognoscere, quia, si non cum omni subtilitate fecerint contractus, sed foenea quaedam pos-

---

[a]) *Photii Nomoc. XI.* 1. (*in: Voëlli bibl. II p.* 1044.) — [b]) *Huius capitis sunt qui dicant brevem epit. esse in Bas. V.* 2. 15. (*V.* 2. 18. *ed. Fabroti*); *sed quae ibi leguntur, ut ex Nov.* 120. *c.* 9. *sumta sse credamus. facit auctoritas Balsamonis ad Photii Nomoc. II.* 1. (*in: Voëlli bibl. II. p.* 881.) *et ad XI.* 1. (*ibid. p.* 1047.). *Etiam Psellus p.* 14. *huic opinioni suffragatur, quum dicat, unam solam διαίρεσιν septimae Novellae in Bas. receptam esse estque ea particula c.* 3. §. 2. — [c]) *Hanc sententiam vide in Photii Nomoc. II.* 1. (*in: Voëlli bibl. II. p.* 891.)

[1]) *Coll. const. eccl., Photii Nomoc., Vulg., Iulian.;* ἁγίων *Meerm. III. et Zuich.* μοναστηρίον *Scrimg., Meerm. III. et Zuich.* — [2]) ἐπανα-

δόχος, ἢ νοσοκόμος, ἢ πτωχοτρόφος, ἢ ὀρφανοτρόφος, ἢ γεροντοκόμος, ἢ ἡγούμενος, οἰκοθεν τῷ δεδωκότι θεραπεύσει τὴν ἐντεῦθεν ζημίαν. εἰ δὲ καὶ οὕτω τὸ πρᾶγμα σχηματισθείη, ὥστε καί τι χρυσίον ὑπὲρ τούτου δοθῆναι, καὶ τοῦτο κερδανεῖ μὲν ὁ εὐαγὴς οἶκος ὁ τὸ ἄπορον λαβών, ὁ δέ γε δοὺς τὸ χρυσίον ἕξει κατὰ τοῦ τὸ συνάλλαγμα πράξαντος τὴν ἐντεῦθεν ἀγωγήν, καθάπερ ἔμπροσθεν εἴπομεν.

damnum exinde contingens illi, qui dedit, resarcient. Si vero res eam formam acceperit, ut pecunia pro ea data sit, hanc venerabilis domus, quae sterile quid accepit, lucrabitur; qui vero pecuniam dedit, contra eum, qui contraxit, exinde actionem, sicut supra diximus, habebit.

Ἐπίλογος.

Οὗτος ἡμῖν ἐπὶ τῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἢ ὅλως πτωχικῶν πραγμάτων ἐκποιήσεως ἀποκείσθω νόμος, τῇ μὲν Λέοντος μὲν τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως εὐσεβῶς ἑπόμενος διατάξει, ἀλλ' οὐ τὸ μὲν ἰώμενος, τὸ δὲ ἀθεράπευτον καταλιμπάνων. ἀλλ' ἐπὶ πάσης τῆς γῆς, ἣν ὁ Ῥωμαίων ἐπέχει νόμος, καὶ ὁ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας θεσμός, οὗτος ἐκτετάσθω, καὶ ὁριζέτω τὰ οἰκεῖα, καὶ κρατείτω διηνεκῶς, φυλαττόμενος παρά τε τῶν ὁσιωτάτων πατριαρχῶν διοικήσεως ἑκάστης, παρά τε τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν, παρά τε τῶν ἄλλων ἐπισκόπων τε, καὶ κληρικῶν, καὶ οἰκονόμων, καὶ ἡγουμένων, καὶ ξενοδόχων, καὶ νοσοκόμων, καὶ ὀρφανοτρόφων, καὶ βρεφοτρόφων, καὶ γεροντοκόμων, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἡγουμένων τινῶν εὐαγῶν συστημάτων, ἅπασιν ἐπιτιθεὶς τὴν ἰδίαν ἰσχύν, καὶ ἄδειαν διδοὺς τῷ βουλομένῳ προσαγγέλλειν τὰ πλημμελήματα. ἐπαινετὸς γὰρ ὁ τοιοῦτος ἔσται, καὶ τὴν τοῦ συκοφάντου διαφεύξεται προσηγορίαν, ὁ τὸ πρᾶγμα παρὰ τὸν νόμον γινόμενον ἐλέγχων, καὶ αἴτιος εὐσεβείας καὶ ὠφελείας τοῖς ἱεροῖς οἴκοις γινόμενος. Φυλάξουσι δὲ αὐτὸν οὐδὲν ἧττον καὶ οἱ τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἄρχοντες, μείζους τε καὶ ἐλάττους, πολιτικοί τε καὶ στρατιωτικοί, καὶ διαφερόντως οἵ τε πανταχόσε τῶν διοικήσεων ἐνδοξότατοι ἔπαρχοι τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων, οἵτε τὰς μέσας ἔχοντες τῶν ἀρχῶν, οὓς δὴ περιβλέπτους καλοῦσι, φαμὲν αὐγουσιάλιόν τε, καὶ ἀνθυπάτους, καὶ τοὺς περιβλέπτους κόμητας, τούς τε ἄλλους, καὶ τὸν τῆς ἑῴας, καὶ αἱ μετ' ἐκείνους ἀρχαί, τουτέστιν οἵ τε τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, εἴτε ὑπατικοί, εἴτε ἡγεμονικοὶ καθεστήκασιν, ἔνδικοί τε πόλεων, καὶ ἁπλῶς πᾶσα πολιτική τε, καὶ δημοσία, καὶ στρατιωτικὴ βοήθεια τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον, ὡς κοινωφέλειάν τε καὶ ὑπὲρ τῆς παντοχοῦ γῆς εὐσεβείας τεθειμένον, φυλαττέτω, καὶ τοὺς παραβαίνοντας ὑποτιθέτω ταῖς ποιναῖς, ἃς ἔμπροσθεν εἴπομεν. Εἰ δέ τι περὶ μισθώσεων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ἢ καὶ ἐφ' ἑτέροις κεφαλαίοις ἐνομοθετήσαμεν, ἢ καὶ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν νενομοθέτηται, μενέτω τοῦτο ἐπὶ τῆς οἰκείας ἰσχύος, οὐδὲν ἀπὸ τῆς παρ-

Epilogus.

Haec lex de ecclesiasticarum vel omnino rerum ptochicarum alienatione lata sit, quae Leonis quidem piae memoriae constitutionem pie sequitur, non vero huic medetur, illud vero insanatum relinquit. Atque haec in omnem terram, in qua Romanorum lex et catholicae ecclesiae ritus obtinet, extendatur, et quae sua sunt definiat, atque in perpetuum valeat, et observetur tum a sanctissimis patriarchis cuiusque dioeceseos, tum a dei amantissimis metropolitanis, tum etiam a reliquis episcopis et clericis, oeconomis, praesulibus, xenodochis, nosocomis, orphanotrophis, brephotrophis, gerontocomis, et simpliciter omnibus illis, qui sacris collegiis praesunt, omnibus propriam vim tribueus, et potestatem cuicunque concedens delicta deferendi; qui enim ea, quae contra leges fiunt, redarguit, et sacris domibus pietatis et utilitatis auctor est, is et laude dignus erit, et calumniatoris nomen effugiet. Neque minus eam reipublicae nostrae magistratus servabunt, maiores et minores, civiles et militares, ac praecipue gloriosissimi in omnibus dioecesibus praefecti sacri praetorio, quique medios magistratus gerunt, quos spectabiles vocant, augustalis nempe, et proconsules, et spectabiles comites, tum alii, tum etiam Orientes, magistratui etiam, qui post eos sunt, hoc est qui provinciis praesunt, sive consulares, sive praesides sint, sive defensores civitatum; et prorsus omnes civiles, publici et militares magistratus hanc nostram legem ut omnibus utilem atque ad totius terrae pietatem conservandam latam servent, et transgressores poenis, quas supra diximus, afficiant. Si vero quidquam de locationibus rerum ecclesiasticarum vel etiam aliis capitibus sancivimus, vel ab antecessoribus nostris sancitum est, id in suo robore maneat, nec per hanc nostram constitutionem innovetur. Reliqua enim omnia intra suos fines ut consistant sinimus, nisi quid horum contineant, quae hic constituimus, quum haec lex una cum ea, quae a Leone piae memoriae lata est, instar omnium sit ad tollendam omnem occasionem alienandi res ptochicas. Tua igitur beatitudo, et qui post eam in archiepiscopuli sede futuri sunt, quae a nobis disposita sunt ad effectum adducere studeat.

No-

possessio aut damnosa detur ecclesiis, aut monasteriis, aut xenodochiis, aut nosocomiis, aut aliis venerabilibus collegiis, contractus quidem pro non facto erit, et recipiet omnino qui dat, quod per circumventionem et fallaciam datum est; oeconomus autem, qui tale aliquid egerit, aut abbas, aut xenodochus, aut nosocomus, aut ptochotrophus, aut orphanotrophus, aut gerontocomus de suo ei, qui dedit, salvabit ex hoc damnum. Si vero sic causa figuretur, ut etiam aliquod aurum pro hoc detur, et hoc lucrabitur quidem venerabilis domus, quae foeneum aliquod acceperit; qui vero aurum dedit, habebit contra eum, qui contractum celebravit, ex hoc actionem, sicut praediximus.

Epilogus. Haec omnino a nobis super ecclesiasticarum aut omnino ptochicarum rerum alienatione posita sit lex, Leonis quidem piae memoriae sequens constitutionem, et non aliud quidem curans, aliud autem incuratum relinquens, sed in omni terra, quam Romanorum continet lex et catholicae ecclesiae sanctio, haec extendatur, et determinet, quae sua sunt, et valeat perpetua et custodita et a sanctissimis patriarchis uniuscuiusque dioecesis, et a deo amabilibus metropolitis, et ab aliis episcopis, et clericis, et oeconomis, et abbatibus, et xenodochis, et nosocomis, et brephotrophis, et gerontocomis, et orphanotrophis, et omnibus similiter rectoribus aliquorum sanctorum collegiorum, omnibus imponens proprium robur, et licentiam praebens volenti denuntiare quae delinquuntur. Laudabilis enim huiusmodi est, et calumniatoris effugiet nomen, qui causam contra leges factam redarguit, auctor pietatis et utilitatis sacris domibus factus. Servabunt autem eam nihilominus et nostrae reipublicae indices maiores et minores, civiles et militares, et praecipue per omnes dioeceses constituti gloriosissimi praefecti sacrorum praetoriorum, et medias habentes administrationes, quos spectabiles vocant, dicimus autem augustalem, et proconsulares, et spectabiles comites, et alios Orientis, et qui post illos sunt magistratus, hoc est provinciarum consulares sive praesides constituti, atque defensores civitatum. Et similiter omne civile et militare et publicum auxilium hanc nostram legem tanquam in communi utilitate et pro totius terrae pietate positam servet, et praevaricatores subdat poenis, quas primitus diximus. Si quid autem de conductionibus eccle-

παρούσης θείας ἡμῶν διατάξεως καινιζόμενον. τὰ ἄλλα γὰρ πάντα μένειν ἐπὶ τῶν οἰκείων ὅρων ἐῶμεν, πλὴν εἰ μή τι περὶ τούτων ἔχοι, ἅπερ ἐνταῦθα διετάξαμεν, ἀρκοῦντος ἀντὶ πάντων τούτου τοῦ νόμου πρὸς τῷ παρὰ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως γινομένῳ πᾶσαν κατὰ τῶν πτωχικῶν πραγμάτων ἀνελεῖν ἐκποιήσεως πρόφασιν. Ἡ τοίνυν σὴ μακαριότης καὶ οἱ μετ' αὐτὴν τῶν ἀρχιερατικῶν γινόμενοι θρόνων τὰ παρ' ἡμῶν διατεταγμένα ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτωσαν. Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime pater. Dat. XVII. Kal. Maii Constantinop., Belisario V. C. Cons. [535.]

ecclesiasticarum rerum aut in aliis capitulis sancivimus, aut a prioribus nostris sancitum est, maneat hoc in propria firmitate, neque ex praesente sacra nostra constitutione novandum. Alia enim omnia manere in propriis terminis sinimus, nisi tamen aliquid de iis habeat, quae hic constituimus, quum sufficiat pro omnibus haec lex super id, quod a Leone piae memoriae factum est, omnem adversus ptochicas res auferre alienationis occasionem. Tua igitur beatitudo, et qui post illam in pontificalibus sedibus fuerint, quae a nobis disposita sunt operi effectuique tradere festinet. Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime pater. Dat XVII. Kal. Maii Constantinop., Belisario V. C. Cons. [535.]

ΔΙΑΤΑΞΙΣ η.[a])

Περὶ τοῦ τοὺς ἄρχοντας χωρὶς τῆς οἱασοῦν δόσεως γίνεσθαι.

(Coll. II. tit. 2. 3.)

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων[1]) τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Ἁπάσας ἡμῖν ἡμέρας τε καὶ νύκτας συμβαίνει μετὰ πάσης ἀγρυπνίας τε καὶ φροντίδος διάγειν, ἀεὶ βουλευομένοις, ὅπως[2]) ἂν χρηστόν τι καὶ ἀρέσκον θεῷ παρ' ἡμῶν τοῖς ὑπηκόοις δοθείη. Καὶ οὐ πάρεργον τὴν ἀγρυπνίαν λαμβάνομεν, ἀλλ' εἰς τοιαύτας αὐτὴν ἀναλίσκομεν βουλὰς διημερεύοντές τε καὶ νυξὶν ἐν ἴσῳ ταῖς ἡμέραις χρώμενοι, ὥστε τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους ἐν εὐπαθείᾳ γίνεσθαι, πάσης φροντίδος ἀπηλλαγμένους, ἡμῶν εἰς ἑαυτοὺς τὰς ὑπὲρ ἁπάντων μερίμνας ἀναδεχομένων. Διὰ πάσης γὰρ ἐρεύνης καὶ ζητήσεως ἀκριβοῦς ἐρχόμεθα, πράττειν ἐκεῖνα ζητοῦντες, ἅπερ ὄφελος τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις εἰσάγοντα, πάντως αὐτοὺς ἀπαλλάξει βάρους καὶ πάσης ζημίας ἔξωθεν ἐπεισαγομένης παρὰ τὴν δημοσίαν ἀπογραφὴν καὶ τὴν δικαίαν τε καὶ νενομισμένην συντέλειαν. Εὑρίσκομεν γὰρ πολλὴν ἐπεισελθοῦσαν τοῖς πράγμασιν ἀδικίαν, καὶ ταύτην οὐκ ἄνωθεν, ἀλλ' ἔκ τινων χρόνων βιασαμένην τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους, καὶ εἰς πενίαν[3]) ἐλαύνουσαν, ὡς

Novella VIII.

UT MAGISTRATUS ABSQUE ULLO SUFFRAGIO FIANT.

Idem Imperator Ioanni, Praefecto iterum Praetorio Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Omnes dies noctesque cum multis vigiliis et curis transigimus, assidue consultantes, quomodo utile quid et quod deo placeat in subditos a nobis conferatur. Neque vigilias ut parergon aliquod agimus, sed illi consiliis eas impendimus, toto die id agentes, et noctibus aeque ac diebus utentes, ut subditis nostris bene sit, et ab omni cura liberentur, nobis omnes curas in nos suscipientibus. Omnem enim investigationem et diligentem inquisitionem adhibuimus, ea agere cupientes quae utilitatem subditis nostris afferant, eosque, publica descriptione et iusto atque legitimo tributo excepto, omni onere omnique damno extrinsecus illato liberent. Invenimus enim magnam iniustitiam irrepsisse, eamque non antiquitus, sed nuper subditis nostris vim facere, eosque ad paupertatem redigere, ut periculum sit, ne illi ad extremam egestatem deducantur, nec consueta atque legitima et vere pia tributa secundum publicam descriptionem sine magna difficultate solvere possint. Nam quum illi, qui aliquot abhinc annis impe-

Gl. Const. VIII.

UT IUDICES SINE QUOQUO SUFFRAGIO FIANT.

(Coll. II. tit. 2. 3.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, Praefect. Praet. iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Omnes nobis dies ac noctes contingit cum omni lucubratione et cogitatione degere, semper volentibus, ut aliquid utile et placens deo a nobis collatoribus praebeatur; et non in vano vigilias ducimus, sed in huiusmodi eas expendimus consilia, pernoctantes et noctibus sub aequalitate diernm, utentes ut nostri subiecti sub omni quiete consistant sollicitudine liberati, nobis in nosmet ipsos pro omnibus cogitationem suscipientibus. Per omnem namque curiositatem et inquisitionem subtilem discurrimus, illa agere quaerentes, quae utilitatem nostris subiectis introducendo, omni eos onere liberent et omni damno extrinsecus illato, citra publicum censum et iustam legitimamque collationem. Invenimus enim plurimam ingressam causis iniustitiam, et hanc non olim, sed ex quibusdam temporibus violenter accessisse, et omnes nostros subiectos ad

---

[a]) *Hal. et Scrimg., sed cum formula iurisiurandi, quae adiecta est, Hal. nonam novellam incipit. — Maior A. n. pars est in Bas. VI. 3.; cf. Psell. p.* 18. — *Iulian. Const.* 15. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) ὑπάρχῳ τῶν πραιτ. *Hal.* — [2]) ὥσπερ *Hal.* — [3]) εἰς βιασαμένην καὶ τοὺς ἡμ. ὑπηκ. εἰς πενίαν *Hal.*

ὡς εἰς τελειοτάτην αὐτοὺς ἀπορίαν κινδυνεύειν ἐλθεῖν, καὶ μηδὲ τὰ συνήθη καὶ νενομισμένα τῶν δημοσίων καὶ ταῖς ἀληθείαις εὐσεβῶν φόρων κατὰ τὴν δημοσίαν ἀπογραφὴν δύνασθαι χωρὶς μεγάλης ἀνάγκης τιθέναι. Πῶς γὰρ ἂν ἴσχυον οἱ συντελεῖς, τῶν τε ἔκ τινος χρόνου βεβασιλευκότων ἀεί τι κερδαίνειν ἐκ τῆς ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς προαγωγῆς βουλομένων, εἰκότως τε τούτοις ἀκολουθούντων καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων, ἔκ τε τῆς ἐντεῦθεν ἀδικίας ταῖς τε ἔξωθεν ζημίαις, ταῖς τε νενομισμέναις εὐσεβέσιν ἐπαρκεῖν εἰσφοραῖς; §. 1. Ἔννοια τοίνυν ἡμῖν γέγονε, τί ποτε ἂν πράξαντες ἅπαν, ὅσον ἐν ταῖς ἡμετέραις ἐπαρχίαις ἐστὶν ἐπιβλαβές, πράξει μιᾷ κοινῇ πρὸς τὰ κρείττω μετασῆσαι μεν. τοῦτο δὲ πάντως ἀποβησόμενον εὑρίσκομεν, εἰ τοὺς ἡγουμένους τῶν ἐθνῶν, ὅσοι τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς τῶν ἐπαρχιῶν ἔχουσι, καθαραῖς παρασκευάσαιμεν χρῆσθαι ταῖς χερσί, καὶ παντὸς ἀπέχεσθαι λήμματος, μόνοις ἀρκουμένους τοῖς παρὰ τοῦ δημοσίου διδομένοις. Ὅπερ οὐκ ἂν ἄλλως γένοιτο [1]), εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ τὰς ἀρχὰς ἀμίσθους παραλαμβάνοιεν, οὐδ' ὁτιοῦν διδόντες οὐδὲ προφάσει τῶν καλουμένων suffragiων, οὐδὲ τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσιν, οὐδὲ ἑτέρῳ τῶν πάντων οὐδενί. ἐσκοπήσαμεν γάρ, ὅτι περ εἰ καὶ πόρος οὐ μικρὸν [2]) ἐλαττοῦται τῇ βασιλείᾳ, ἀλλ' οὖν τῶν ἡμετέρων ὑποτελῶν ἐπίδοσιν μεγάλην λαμβανόντων, εἴπερ ἀζήμιοι παρὰ τῶν ἀρχόντων φυλάττοιντο, ἥ τε βασιλεία, τό τε δημόσιον εὐθηνήσει χρωμένη [3]) ὑπηκόοις εὐπόροις, μιᾶς τε ταύτης εἰσαγομένης τάξεως πολλὴ καὶ ἀμύθητος ἔσται τοῦ πράγματος ἀφθονία. ἢ οὐ πᾶσίν ἐστι φανερόν, ὅτι περ ὁ χρυσίον διδοὺς καὶ οὕτω τὴν ἀρχὴν ὠνούμενος οὐκ αὐτὸ δίδωσι μόνον, ὅσον προφάσει τῶν καλουμένων ἐπενοήθη suffragiων, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἔξωθεν προσεπιθήσει πλεῖον προφάσει τῆς τῶν ἄλλων τῶν τὴν ἀρχὴν ἢ διδόντων ἢ μνηστευόντων θεραπείας; καὶ μιᾶς ἀρχῆς ἀτόπου δοθείσης, πολλὰς ἀνάγκη χεῖρας περινοστεῖν τὸν τῆς δόσεως ἀρχόμενον, καὶ τοῦτο δὲ τὸ χρυσίον οὐκ οἴκοθεν ἴσως παρέχειν, ἀλλὰ δεδανεισμένον, καὶ ἵνα δανείσασθαι δυνηθείη, ζημιούμενον, καὶ συλλογίζεσθαι κατ' αὐτόν, ὅτι προσῆκόν ἐστι τοσοῦτον ἐκ τῆς ἐπαρχίας λαβεῖν, ὁπόσον διαλύσει μὲν αὐτῷ τὰ ὀφλήματα, κεφάλαιά τε καὶ τόκον, καὶ τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ δανείσασθαι ζημίας. δώσει δὲ καὶ τὴν ἐν μέσῳ δαπάνην δαψιλεστέραν τε ἤδη [4]) καὶ ἄρχοντι, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν πρέπουσαν [5]), καί τινα ἑαυτῷ καὶ προσαποθήσεται [6]) πόρον κατὰ τὸν ἑξῆς [7]) χρόνον, καθ'

imperarunt, semper ex collatione magistratuum aliquid lucrari voluerint, eosque gloriosissimi praefecti merito sequerentur, quomodo ob hanc iniustitiam damnis extrinsecus illatis et solemnibus atque piis contributionibus subditi nostri sufficere potuerunt?

§. 1. *Subiit igitur animum cogitatio, quo pacto omne id, quod in provinciis nostris damnosum est, uno et generali actu ad meliora transferremus. Hoc vero eventurum invenimus, si efficiamus, ut praesides gentium, qui civiles magistratus in provinciis gerunt, puris manibus utantur, et ab omnibus muneribus, illis solum, qui ex publico dantur, contenti, abstineant; quod aliter non fiet, nisi gratuitum magistratum accipiant, nihil prorsus neque pro suffragiis, quae vocantur, neque iis, qui magistratus habent, neque ulli alii dantes. Consideravimus enim, quod, licet imperii reditus multum minuatur, maximum tamen incrementum subditi nostri accepturi sint, si indemnes a magistratu serventur, atque imperium et fiscus, si divites habeat subditos, bonis abundaturus, eoque solo ordine introducto multa et innumerabilis rerum copia futura sit. Nonne omnibus manifestum est, eum, qui pecuniam dat, et sic magistratum emit, non solum id, quod occasione suffragiorum, quae vocantur, excogitatum est, dare, sed etiam plura alia additurum esse ad gratiam a reliquis ineundam, qui magistratum vel dant vel comparant? Atque ita uno absurdo principio posito necesse est, ut is, qui largiri coepit, multorum manus circumeat, eamque pecuniam non de suo forte, sed mutuo acceptam largiatur, et quo mutuam pecuniam accipere possit, damno afficiatur, ac secum reputet, tantum sibi ex provincia percipere licere, quantum satis sit ad debita sua, sortem scilicet et usuras, solvenda, damna quoque ex mutuo orta resarcienda. Medio quoque tempore maiorem sumturus magistratui, illisque, qui circa eum sunt, convenientem faciet, reditum etiam in futurum tempus, quo forte magistratus non erit, sibi reponet, adeo ut id, quod a subditis nostris exigitur, triplo, immo si vera dicenda sunt, decuplo plus futurum sit, quam quod ab ipso datum est. Exinde quoque fiscus detrimentum accipiet; nam quae fisco debebant inferri, si is, qui magistratum gerit, puris manibus uteretur, haec*

ad inopiam compulisse, ut ad novissimam ipsi penuriam devenire fluctuarentur, et neque consueta et legitima tributa et pro veritate pias functiones secundum publicum censum possint sine maxima necessitate persolvere. Quomodo enim valerent collatores, quum ex aliquo tempore Imperatores semper aliquid lucrari ex proventu iudicum cogitarent, et merito hos sequerentur etiam gloriosissimi praefecti, ex hac iniustitia et damnis extrinsecus illatis et [8]) solennibus piis collationibus sufficere? §. 1. Cogitatio igitur nobis facta est, quod agentes omnia, quaecunque in nostris provinciis sunt, uno actu communi ad meliora migraremus. Hoc enim omnino eventurum credimus, si praesides gentium, quicunque civiles administrationes provinciarum habent, puris procuremus uti manibus, et ab omni abstinere acceptione pro illis, solis contentos eis, quae a fisco dantur. Quod non aliter fiet, nisi ipsi cingula sine mercede percipiant, nihil omnino dantes nec occasione suffragiorum, neque iis, qui cingula habent, nec alii omnium [9]) ulli. Consideravimus enim, quia, licet quaestus non modicus [10]) imminuitur imperio, attamen nostris subiectis incrementum maximum percipientibus [11]), si indemnes a iudicibus conserventur, et imperium et fiscus abundabit utens subiectis locupletibus, et uno hoc introducto ordine plurima rerum et innumera erit ubertas. An certe non omnibus manifestum est, quoniam qui aurum dat, et ita administrationem emit, non dat hoc solum, quantum occasione adinventum est suffragiorum, sed et aliud extrinsecus addit amplius occasione commodi administrationem aut dantibus aut spondentibus? et sic uno principio illicito dato plurimas necesse est manus circumire eum, qui donationem facit, et hoc non de suo forte praebere, sed mutuatum, et ut mutuare possit, damnificatum, et computare apud se, quia convenit eum tantum ex provincia percipere, quantum liberet quidem ei debita, sortes et usuras, et damna pro ipso mutuo; computabit autem et in medio expensas largiores, iam et iudicem, et qui circa ipsum sunt decentes [12]), et quendam etiam

[1]) οὐκ ἄλλως γενήσεται *Hal.* — [2]) μικρὸς *Hal., Vulg.* — [3]) χρώμενον *Hal.* — [4]) δώσει καὶ τοῖς ἐν μέσῳ δαπ. δαψ. τῆς ἤδη *Hal.* — [5]) τρέπουσι *Hal.* — [6]) *Ita emendavit Homb.*; προσαποδήσεται *Scrimg.*; προσαποθήσεσθαι *Hal.* — [7]) τὸν ἐξ ἀρχῆς *Hal.* — [8]) *Trid.*; *om.* et *Port., Cont.* — [9]) hominum *Trid., Port.* — [10]) *Trid.*; immodicus *Cont.* — [11]) *Trid.*; nostri subiecti — percipient *Port., Cont.* — [12]) *Trid.*; iam et iudici — convenientes *Cont.*

καθ' ὁντινοῦν οὐκ ἄρξει. ὥστε τοῦ παρ' αὐτοῦ διδομένου τριπλάσιον, μᾶλλον δέ, εἰ δεῖ τἀληθέστερον εἰπεῖν, δεκαπλάσιον τὸ παρὰ τῶν ἡμετέρων ὑποτελῶν εἰσπραττόμενον ἔσται. ἐντεῦθέν τε καὶ τὸ δημόσιον ἐλαττωθήσεται. ἃ γὰρ ἐχρῆν εἰς τὸ δημόσιον εἰσαχθῆναι, τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος καθαρᾶς χρωμένου ταῖς χερσί, ταῦτα εἰς τὴν οἰκείαν θεραπείαν λαβὼν τὴν ἀρχὴν ἔχων, ἄπορόν τε ἀποφήνας ἡμῖν τον συντελεσιήν, τὴν ἀπορίαν ἐκείνου την δι' αὐτὸν γινομένην ἡμῖν ὑπολογίζεται. Ὁπόσα [1]) δὲ ἀσεβῆ καὶ ἄλλα γίνεται εἰς τὴν τῶν κλοπῶν τούτων εἰκότως ἀναφερόμενα πρόφασιν; οἱ γὰρ δὴ τὰς ἀρχὰς ἔχοντες τὰς ἐπιχωρίους, εἰς τὸ λῆμμα προσέχοντες τοῦτο, πολλοὺς μὲν τῶν ὑπευθύνων ἀφιᾶσι, πωλοῦντες αὐτοῖς τὸ πλημμέλημα, πολλοὺς δὲ τῶν ἀνευθύνων κατακρίνουσι, ἵνα τοῖς ὑπευθύνοις χαρίσωνται, καὶ τοῦτο οὐκ ἐπὶ ταῖς χρηματικαῖς μόνον πράττουσιν αἰτίαις, ἀλλὰ κἂν τοῖς ἐγκλήμασιν, ἔνθα περὶ ψυχῆς ἐστιν ὁ κίνδυνος. φυγαί τε ἐκ τῶν ἐπαρχιῶν γίνονται, καὶ συῤῥέουσιν ἐνταῦθα πάντες οὐδυρόμενοι [2]) ἱερεῖς τε, καὶ βουλευταί, καὶ ταξεῶται, καὶ κτήτορες, καὶ δημόται, καὶ γεωργοί, ταῖς τῶν [3]) ἀρχόντων κλοπαῖς τε εἰκότως καὶ ἀδικίαις μεμφόμενοι. καὶ οὐ ταῦτα δὴ γίνεται μόνα, ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν πόλεων στάσεις καὶ οἱ δημώδεις θόρυβοι τὰ πολλὰ χρημάτων γίνονταί τε καὶ παύονται [4]) καὶ ὅλως μία τις ἐστὶν αὕτη πάντων ἀφορμὴ τῶν κακῶν, καίτοιγε ἀργυρολογεῖν τὰς ἀρχὰς πάσης ἐστὶ πονηρίας προοίμιόν τε καὶ πέρας, καὶ ἔστιν ἆρα καὶ τοῦτο τῶν θείων λογίων θαυμασιόν τε καὶ ἀληθέστατον, τὸ τὴν φιλαργυρίαν πάντων εἶναι μητέρα τῶν κακῶν, καὶ μάλιστα ὅταν μὴ ταῖς τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ ταῖς τῶν ἀρχόντων ἐγγένηται ψυχαῖς. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀκινδύνως κλέπτοι, τίς δὲ οὐκ ἂν ληστεύσειεν ἀνεύθυνα [5]) εἰς τὴν ἀρχὴν ἀποβλέπων, κἀκείνην ὁρῶν ἅπαντα χρυσίου πιπράσκουσαν, καὶ θαῤῥῶν, ὡς, ὅπερ ἂν πράξειεν ἄτοπον, τοῦτο χρήματα δοὺς ἐξωνήσηται; ἐντεῦθεν ἀνδροφονίαι τε, καὶ μοιχεῖαι, καὶ ἔφοδοι, καὶ πληγαί, καὶ ἁρπαγαὶ παρθένων, καὶ πανηγύρεων συγχύσεις, καὶ καταφρονήσεις τῶν τε νόμων καὶ τῶν ἀρχῶν, πάντων αὐτὰς ὠνίους προκεῖσθαι νομιζόντων, ὥσπερ τι τῶν κακίστων ἀνδραπόδων. Καὶ οὐκ ἂν ἀρκέσαιμεν προσεννοεῖν τε καὶ ἀφηγεῖσθαι, ὁπόσα καὶ ἐκ τῆς κλοπῆς τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων γίνεται χαλεπά, οὐδενὸς αὐτοῖς θαῤῥοῦντος [6]) μετὰ παῤῥησίας ἐπιτιμᾶν, ἐκείνων εὐθὺς τὸ τὰς ἀρχὰς ὠνήσασθαι προϊσχομένων.

haec si is, qui magistratum gerit, in proprium usum convertat, inopemque eum, qui tributum confert, faciat, egestatem illius cuius ipse causa est, nobis imputat. Quot vero scelera praeterea committuntur, quae ad haec furta merito referuntur? Nam qui magistratum in provinciis gerunt, ad haec munera attenti multos reos dimittunt, vendentes iis delictum, multos vero insontes condemnant, ut sontibus gratiam faciant. Neque in causis pecuniariis solum, sed etiam in criminibus, ubi vita in periculo est, hoc agunt. Fugiunt etiam homines ex provinciis, omnesque sacerdotes, decuriones, cohortales, possessores, municipes, agricolae huc confluunt lamentantes, et magistratuum furtum atque iniurias merito accusantes. Neque haec solum ita contingunt, verum etiam civitatum seditiones et populares tumultus pecuniae causa plerumque fiunt et desinunt. Prorsus unica haec est omnium malorum causa, et profecto pecuniam a magistratibus exigere omnis nequitiae hoc principium et finis est. Est hoc quoque inter divina eloquia admirabile et verissimum, avaritiam omnium malorum matrem esse, maxime quando non privatorum, sed imperantium animis adhaeret. Quis enim non furetur sine periculo, quis non latrocinetur sine poena, si ad magistratum respiciat, eumque cuncta auro vendere videat, et si quid turpe commiserit, illud data pecunia redimere posse confidat? Hinc homicidia, adulteria, invasiones, vulnera, virginum raptus, publicorum conventuum confusiones, legum et magistratuum contemtus, cum omnes credant eos tanquam pessimum aliquod mancipium venum expositos esse. Neque excogitare aut exponere possumus illa mala, quae ex magistratuum provincialium furtis oriuntur, quum nemi eos libere increpare audeat, ipsis statim, quod magistratum emerint, caussantibus.

Κεφ. α'. Cap. I.

etiam sibimet recondet qnaestum in tempore sequenti, in qno forte non administrabit. Quapropter eius, quod ab eo datum est, triplum, magis autem, si oportet verius dici, decuplum erit, quod a subiectis nostris exigitur, et ex hoc etiam fiscus imminuitur. Nam ea, quae oportebat in fiscum inferri, eo, qui administrationem habet, puris utente [7]) manibus, hoc ad propriam utilitatem redigens, qui administrationem habet, et inopem faciens nobis collatorem, inopiam illius [8]), quae per ipsum agitur, nobis reputat. Et quanta impie talia fiunt, ad horum furtorum merito relata occasionem! Administrationes namque habentes provinciales ad hanc acceptionem respicientes multos quidem reorum dimittunt, vendentes eis delictum, plurimos autem innoxiorum condemnant, ut noxiis praestent, et hoc non solum in pecuniariis causis agitur, sed et in criminalibus, ubi de anima est periculum; fugaeque fiunt [9]) ex provinciis, et confluunt huc omnes ingemiscentes sacerdotes, et curiales, et officiales, et possessores, et populi, et agricolae, indicum furta merito et iniustitias accusantes, et haec non fiunt sola, sed etiam civitatum seditiones et publicae turbae plerumque pecuniae causa fiunt atque sedantur. Et omnino una quaedam est haec omnium occasio malorum, et accipere suffraginm a iudicibus totius nequitiae est principium et terminus. Est quoque hoc sacrorum eloquiorum mirabile et verum, quod avaritia omnium sit mater malorum, maxime quando non privatorum, sed indicum inhaeret animabus. Quis enim sine periculo non furetur, quis non latrocinabitur sine reatu ad administratorem respiciens? Illum namque videns omnia auro vendentem, et praesumens, quia, quidquid egerit illicitum, hoc pecunias dando redimet, hinc homicidium, et adulterium, et invasiones, et vulnera, et raptus virginum, et commerciorum confusio, et contemtus legum et indicum, omnibus haec venalia proposita esse putantibus, tanquam aliquod vilium [10]) mancipiorum. Sed neque sufficimus considerare et exponere, quanta ex furto provincialium indicum fiunt pessima, nullo eos praesumente cum fiducia redarguere, quum illi repente se emisse cingula pronuntient.

Cap. I.

[1]) ἀπολογίζεται ὁπόσα *Hal.* — [2]) ᾠδυνόμενοι *Hal.* — [3]) γεωργοί, ἡμετέρων ἀρχ. *Hal.* — [4]) ἁλίονται *Hal.* — [5]) ἀκίνδυνα *Hal.* — [6]) τολμῶντος *Hal.* — [7]) *Trid.*; eo, quod — utente *Port.*, *Cont.* — [8]) *Trid.*; ipsius *Cont.* — [9]) fugiunt aeque *Trid.*, *Port.* — [10]) optimorum *Trid.*, *Port.*

Κεφ. α'.[a])

Ταῦτα ἅπαντα καθ' ἑαυτοὺς βουλευσάμενοι, κἀνταῦθα κοινωνὸν τοῦ βουλεύματος παραλαβόντες τὴν ἐκ θεοῦ δεδομένην ἡμῖν εὐσεβεστάτην σύνοικον, καὶ τῇ σῇ γε ὑπεροχῇ τὸ πρᾶγμα κοινωσάμενοι, καίτοι καὶ παρὰ τῆς σῆς λαβόντες βουλῆς ἐπὶ τόνδε τὸν θεῖον ἐλθεῖν ἐθήκαμεν νόμον, δι' οὗ θεσπίζομεν, μήτε ἀνθυπατείαν μηδεμίαν, μηδὲ τὴν μέχρι νῦν καλουμένην βικαρίαν, μήτε τὸν κόμητα τῆς ἑῴας, μήτε ἄλλην οἱανοῦν ἀρχήν, μήτε ὑπατικήν, μήτε ἡγεμονικήν, ἅς δὴ κονσουλαρίους τε καὶ κορρηκτορίας καλοῦσιν (ὧν τινων ῥητῶς μέμνηται ἡ ὑποκειμένη τῷδε ἡμῶν τῷ θείῳ νόμῳ ἀπογραφή, ἃς δὴ καὶ μόνας ὑπὸ τόνδε τὸν νόμον ἄγομεν), διδόναι τι suffragium, μήτε ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς τὴν οἱανοῦν δόσιν μηδὲ ἄρχοντι μηδενί, μηδὲ τῶν περὶ τὰς ἀρχάς τινι, μηδ' ἑτέρῳ προσώπῳ κατὰ πρόφασιν προστασίας, ἀλλὰ προῖκα μὲν κομίζεσθαι τὰς ἀρχάς, μέρια δὲ παρέχειν προφάσει τῶν ὑπὲρ ἑκάστης διδομένων συμβόλων τε καὶ χαριτῶν. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ὑπεθήκαμεν[1]) ἀπογραφὴν τῷδε τῷ θείῳ ἡμῶν νόμῳ, δηλοῦσαν τί προσῆκόν ἐστιν ἑκάστην ἀρχὴν παρέχειν ἢ εἰς τὸ θεῖον ἡμῶν laterculon, ἢ εἰς τὸ δικαστήριον σῆς[2]) ὑπεροχῆς προφάσει τῶν κωδικέλλων, ἢ συμβόλων, ἢ προσταγμάτων. ὥστε ἐκεῖνό τε συνεστάλθαι, καὶ μὴ παρέχειν αὐτῷ μεγάλην αἰσθησιν.

Cap. I.

Haec omnia nobiscum perpendentes, et coniugem piissimam a deo nobis datam in consilium assumentes, re etiam cum tua excellentia communicata, licet et cum a tuo consilio acceperimus, ad divinam hanc legem venimus, qua sancimus, ut nullus proconsul, nec qui adhuc vocatur vicarius, neque comes Orientis, neque alius quilibet magistratus, neque consul, neque praesidalis, quos consularios et correctorios vocant (quorum distincte sacrae huic legi subiectus index mentionem facit, quos etiam solos huic legi subiicimus), aliquod suffragium det, neque pro magistratu neque ulli magistratui, neque cuidam eorum, qui circa magistratum sunt, neque alii personae pro patrocinio quidquam donet, sed ut gratis accipiant magistratum, modica vero praebeant pro symbolis et chartis, quae pro quolibet dantur. Nam et descriptionem sacrae huic nostrae legi subiecimus, declarantem quid unumquemque magistratum vel sacro nostro laterculo, vel dicasterio eminentiae tuae pro codicillis, aut symbolis, aut mandatis praebere debeat, adeo ut illud moderatum sit, nec is id admodum sentiat.

Κεφ. β'.[b])

Ἐκεῖνο μέντοι διορίζομεν, τὸ χρῆναι τὸν βικάριον τῆς Ἀσιανῆς, ὄντα δὲ καὶ ἄρχοντα τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας, μηκέτι μὲν οὕτω προσαγορεύεσθαι, ἀλλὰ τοῦ λοιποῦ κόμητα Φρυγίας Πακατιανῆς ὀνομάζεσθαι, καὶ κομίζεσθαι ἐκ τοῦ δημοσίου, ἅπερ καὶ νῦν προφάσει ἀννόνων τε καὶ καπιτατιώνων[3]) [ἤτοι κεφαλητιώνων καὶ συντελειῶν[4])] ὑπὲρ ἑκατέρας ἀρχῆς ἐλάμβανεν, οὐδενὸς ἐλαττουμένου τοιῶν. καὶ μὴ δύο ταξεσι χρῆσθαι, ἀλλὰ ἀναμιγεῖσαν ἑκατέραν, τήν τε τοῦ ἄρχοντος, τήν τε τοῦ βικαρίου, μίαν γενέσθαι, κομητιανὴν οὖσάν τε καὶ ὀνομαζομένην, τοῦ κινδύνου τῶν δημοσίων φόρων αὐτῷ τε καὶ πᾶσιν ὁμοίως ἕποντος[5]), οἷα μιᾶς τάξεως καθεστώσης, μὴ διῃρημένης αὐτῆς πανηλῶς, ἀλλὰ κατὰ μίαν ἁπάντων στρατευομένων συνέχειαν, κομιζομένην μέντοι καὶ αὐτὴν διὰ τὸ διπλοῦν τοῦ κινδύνου τὰς ἀννόνας καὶ καπιτατίωνας, ἅπερ ἑκατέρα πρώην ἐκομίζετο τάξις. μὴ μὴν ἑτέρας τινὸς ἄρχειν τὸν πρώην μὲν βικάριον, νῦν δὲ περίβλεπτον κόμητα τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας, οὐκ ἔχοντα πανηλῶς οὐδέ-

Cap. II.

Illud tamen definimus, vicarium provinciae Asianae, qui Phrygiae Pacatianae quoque praeest, non amplius ita appellandum, sed in posterum comitem Phrygiae Pacatianae nominandum esse, atque ea ex fisco accipere debere, quae etiam nunc annonarum et capitationum nomine pro utroque magistratu accepit, nihilque ex his imminuatur. Nec duabus cohortibus utatur, sed utraque tam magistratus quam vicarii misceatur et una fiat, eaque comitiana sit et nominetur, atque periculum publicorum tributorum illi simul et omnibus incumbat, quasi una sit cohors, nulla plane illius divisione facta, sed omnibus coniunctim militantibus, quae tamen ipsa propter duplex periculum annonas illas et capitationes accipiat, quas singulae cohortes antea acceperunt. Non autem is, qui antea vicarius, nunc vero Pacatianae Phrygiae spectabilis comes est, alii cuidam (provinciae) praesit, neque quidquam cum aliis Asianae dioeceseos provinciis illi commune sit, sed spectabilis comitis Pacatianae provinciae appellationem quidem habeat, sola vero Pacatiana Phrygia, sicut diximus, contentus sit.

Cap. III.

---

[a]) *Bas. VI.* 3. 1. — [b]) *Bas. VI.* 3. 2.

[1]) *Hal.*; ὑπεθείκαμεν *Scrimg.* — [2]) τῆς σῆς *Hal., Bas.* — [3]) καπίτων *Hal. ut infra*; κεφαλητιώνων *Bas.* — [4]) *Hanc explicationem non habet Hal., Vulg.* — [5]) *Hal.*; ἑπόντος *Scrimg.* — [6]) pro singulis dantur cingulis, codicillis *Trid.* — [7]) capnum *Trid., Port.* — [8]) nominando *Trio., Port.*

Cap. I. Haec omnia apud nos cogitantes, et hic quoque participem consilii sumentes eam, quae a deo data est nobis, reverendissimam coningem, et tuae celsitudini causam communicantes, et quaedam etiam a tuo sumentes consilio, ad hanc sacram venimus legem, per quam sancimus, neque proconsularem illam, neque hactenus vocatam vicariam, neque comitem Orientis, neque aliam quamlibet administrationem, neque proconsularem, neque praesidalem, quas consularitias et correctivas vocant, quarum expressim meminit subiecta huic sacrae legi nostrae descriptio, quasque solas sub hac lege ducimus, dare aliquod suffraginm, neque pro administratione quamlibet donationem, neque iudici ulli, neque horum, qui circa administrationem sunt, alicui, neque alteri per occasionem patrocinii, sed gratis quidem sumere administrationes, pauca vero praebere occasione eorum, quae pro cingulis dantur[6]) et chartis. Nam subiecimus etiam descriptionem huic sacrae nostrae legi declarantem, quid competat unamquamque administrationem nostram praebere in sacro nostro laterculo aut in foro tuae celsitudinis occasione codicillorum aut praeceptorum, unde et illud abbreviatum est, ne praestet illi maximum damnum.

Cap. II. Illud tamen decernimus, oportere vicarium Asianae, qui est quoque index Pacatianae Phrygiae, non ulterius quidem ita nuncupari, sed de cetero comitem Phrygiae Pacatianae nominari, et percipere de fisco, quae etiam nunc occasione annonarum et capitorum[7]) pro utraque administratione percipiebat, nihil horum imminuto, non autem duobus officiis uti, sed permixtum et iudicis et vicarii unum esse, comitianum existens et nominatum[8]); periculo functionum publicarum et ei, et omnibus similiter imminente, utpote uno officio constituto, non dividendo penitus sed per unam continuationem militantibus universis, quod accipiet qui-

οὐδεμίαν μετουσίαν ἐν ταῖς ἄλλαις ταῖς τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως ἐπαρχίαις, ἀλλ' ἔχοντα μέντοι περιβλέπτου κόμητος τῆς Παχατιανῆς Φρυγίας ἐπωνυμίαν, ἀρχούμενον δὲ μόνῃ τῇ Παχατιανῇ, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, Φρυγίᾳ.

Κεφ. γ'.[a])

Αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ θατέρου τοῦ πρώην βικαρίου διορίζομεν, φαμὲν δὴ τοῦ κατὰ τὴν Ποντικὴν διοίκησιν, ὥστε μὴ δύο καθεσιάναι τὸ λοιπόν, ἀλλ' ἕνα κόμητα μὲν Γαλατίας πρώτης ὀνομαζόμενον, καὶ ἔχοντα καὶ τὴν κατὰ τῶν στρατιωτῶν ἐξουσίαν, καθάπερ ἔχει καὶ νῦν, καὶ τὰς ἑκατέρας ἀρχῆς κομιζόμενον σιτήσεις, οὐ μὴν ἔξω τῆς πρώτης Γαλατίας. οὐδεμίαν γὰρ αὐτῷ ἑτέραν παντελῶς δίδομεν ἔχειν ἐξουσίαν κατ' οὐδεμιᾶς ἑτέρας ἐπαρχίας, ἀλλὰ κατὰ μόνην Γαλατίαν τὴν πρώτην. τῆς τάξεώς τε ὁμοίως ἀναμιγνυμένης, καὶ κατὰ μίαν, ὡς εἴρηται, νοουμένης καὶ ἀριθμουμένης συνέχειαν, κομητιανῆς οὔσης τε καὶ ὀνομαζομένης, καὶ οὐδενὸς παντελῶς ἐξ αὐτῶν πρὸς τοὺς ἄλλους ἔχοντός τινα διαφοράν, ἀλλὰ μίαν εἶναι τάξιν, ὑφ' ἑνὶ τεταγμένην ἄρχοντι, μιᾶς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ. πάσης ὁμοίως τῆς τάξεως ἅμα τῷ σφῶν αὐτῶν ἄρχοντι περὶ τὰ δημόσια κινδυνευούσης.

Κεφ. δ'.[b])

Οὐδενὶ δὲ ἄρχοντι παντελῶς ἐφίεμεν, οὔτε πολιτικῷ, οὔτε στρατιωτικῷ, ἐκπέμπειν ἐν ταῖς πόλεσι τῆς ἐπαρχίας, ἧς ἄρχει, τοὺς καλουμένους τοποτηρητάς, γινώσκουσιν, ὡς εἰ τοιοῦτό τι πραξαιεν, αὐτοὶ παντελῶς ἐκπεσοῦνται τῆς ἀρχῆς οἱ θαῤῥήσαντες ἑτέρους εἰς τὴν ἑαυτῶν τάξιν ἐμβιβάζειν.

Κεφ. ε'.[c])

Αὐτὸ δὲ τοῦτο φαμὲν καὶ ἐπὶ τοῦ λαμπροτάτου κόμητος τῆς ἑῴας καὶ τοῦ λαμπροτάτου ἄρχοντος. κἀκεῖσε γὰρ μίαν ἀρχὴν ἀμφοτέρας ποιούμεθα, ἔχοντος μὲν καὶ τὸ τοῦ περιβλέπτου κόμητος τῆς ἑῴας ὄνομα, τάξεως δὲ μιᾶς ἄρχοντος κομητιανῆς οὔσης τε καὶ ὀνομαζομένης, καὶ τῆς πρώτης μόνης Συρίας καὶ τῶν Κυῤῥεστικῶν[1]) ἡγουμένου, καὶ τὰς ἑκατέρας ἀρχῆς ἔχοντος σιτήσεις. ἐν ἴσῳ γὰρ τοῖς βικαρίοις κἀκεῖνον τίθεμεν, ὥστε ἅμα καὶ αὐτὸν τῇ πειθομένῃ αὐτῷ τάξει κινδυνεύειν ὑπέρ τε τῆς τῶν δημοσίων εἰσπράξεως[2]), ὑπέρ τε τῆς πολιτικῆς καὶ δημοσίας καταστάσεως.

Κεφ. ς'.

Cap. III.

Hoc ipsum vero in altero quoque vicario, illo scilicet, qui quondam in Pontica dioecesi fuit, decernimus, ut in posterum non duo constituantur, sed unus, qui comes Galatiae primae nominetur, et in milites quoque potestatem habeat, sicuti etiam nunc habet, ac utriusque magistratus annonam, non tamen extra primam Galatiam, accipiat. Nullam enim aliam potestatem in ulla Pontica provincia, sed in sola prima Galatia ei damus; et cohors similiter misceatur ac pro una eademque, ut dictum est, habeatur et numeretur, quae comitiana sit et nominetur. Neque quisquam ex illis ab aliis ullo modo differat, sed una sit cohors, uni magistratui unius scilicet provinciae praesidi subdita, tota similiter cohorte una cum suo magistratu periculum circa fiscalia sustinente.

Cap. IV.

Nulli vero magistratui, neque civili neque militari, ullo modo permittimus, ut in civitates provinciae, cui praeest, eos, qui vacarii vocantur, mittat; atque sciant, si tale quid fecerint, ipsos, qui alios in locum suum substituere ausi sint, omnino magistratum amissuros esse.

Cap. V.

Hoc ipsum vero dicimus et de clarissimo comite Orientis et de clarissimo praeside. Nam et ibi ex utroque magistratu unum facimus, qui spectabilis quidem comitis Orientis nomen habeat, uni autem cohorti, quae comitiana sit et nominetur, imperet, atque soli primae Syriae et Cyrrhesticis praesit, et utriusque magistratus annonas habeat. Nam hunc quoque vicariis exaequamus, adeo ut et fiscalium exactio, et civilis atque publica disciplina ipsius et cohortis illi subiectae periculo sit.

Cap. VI.

quidem propter duplex periculum annonas et capita, quae utrumque[3]) pridem percipiebat officium, non tamen in altera quadam administratione pridem quidem vicarium, nunc autem spectabilem comitem in Pacatiana Phrygia, non habentem penitus ullum participium in aliis Asianae dioeceseos provinciis[4]), sed habentem quidem spectabilis comitis Pacatianae Phrygiae cognominationem, contentum vero in sola Pacatiana, sicut praediximus, Phrygia.

Cap. III. Hoc autem ipsum et in alterutro pridem vicario definivimus (dicimus autem eum, qui est in Pontica dioecesi), ut non duo consistant de cetero, sed unus comes quidem Galatiae primae nominandus, et habiturus etiam super milites potestatem, sicut habet et nunc, et utriusque cinguli percepturus annonas, non tamen foris primam Galatiam. Nullam etenim ei aliam penitus damus habere potestatem in ulla Pontica regione, sed in sola Galatia prima, officio quidem miscendo, et secundum unam, sicut dictum est, intelligendo et numerando coniunctionem, comitiano exsistente et nominando, nulloque penitus eorum ad alios habente aliquam differentiam, sed unum esse officium sub uno iudice unius provinciae praesule, omni similiter[5]) officio una cum suo iudice circa fiscalia periculum sustinente.

Cap. IV. Nulli quoque iudici penitus concedimus, neque civili neque militari, mittere per civitates provinciae, quibus praesidet, eos, qui vocantur loci servatores, scientibus, quia', si quid tale fecerint, ipsi cadent administratione, praesumentes alios in suum officium elevare.

Cap. V. Hoc autem ipsum dicimus et in clarissimo comite Orientis, et clarissimo iudice. Et illic enim unam administrationem utramque facimus, habentem quidem et spectabilis comitis Orientis nomen, officio vero uno praesidente, comitiano exsistente et nominando, et primae solius Syriae, et Cyrrhesticae[6]) praesidente, et utriusque administrationis annonas habente. Aequalem namque vicariis illum ponimus, ut et ipse cum subiecto sibi officio periculum habeat et pro fiscalium exactione, et pro civili et publica disciplina.

Cap. VI.

[a]) *Bas. VI. 3. 3.* — [b]) *Hoc caput deest ap. Hal. et in Bas.* — [c]) *Bas. VI. 3. 4.*

[1]) *Hal.*; κυριευτικῶν *Scrimg.*; Κυριστικῶν *Bas.* — [2]) *Hal., Bas.*; ὑπέρ τε τῆς τῶν δημ. εἰσπρ. *om. Scrimg.* — [3]) *Trid., Port.*; utraque *Cont.* — [4]) *Ita legendum esse in margine scripsit Cont., qui in textu sicut Trid. et Port. habet:* Asianae provinciae dioecesibus. — [5]) *Trid.*; simili *Cont.* — [6]) *Ita secundum Graec.*; Cyrenensis *Port.*; Syristensis *Cont.*

Κεφ. ϛ'.[a]

Βουλόμεθά γε μὴν ἅπασι τοῖς ἄρχουσι τῶν ἡμετέρων ἐπαρχιῶν πάντας ὑποκεῖσθαι, τοὺς μὲν ἰδιώτας κατὰ τὸ τῆς ἀρχῆς ἴδιον ἐπὶ πάσαις αἰτίαις καὶ πάσαις χρηματικαῖς τε καὶ ἐγκληματικαῖς προφάσεσι, τοὺς δέ γε ἐν στρατείαις ὄντας, καὶ ὑπὸ ἰδικοὺς [1]) ἄρχοντας τεταγμένους, καὶ τούτους οὐδὲν ἧττον προφάσει δημοσίων τε καὶ ἐγκλημάτων ὑποκεῖσθαι πᾶσι τρόποις αὐτοῖς [2]). Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐντεῦθεν κατιόντας ἐξ οἱουδήποτε δικαστηρίου, καὶ τὰς οἱασοῦν μεταχειριζομένους ψήφους ἐξεῖναι τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας μὴ συγχωρεῖν πλεῖόν τι τῶν τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει διηγορευμένων λαμβάνειν sportulων [3]), γινώσκοντας, ὡς εἰ τοῦτο ᾐσθημήσειαν, πᾶσαν ζημίαν ἐντεῦθεν τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσιν ἐπαγομένην αὐτοὶ καταθήσουσι. Δίδομεν δὲ αὐτοῖς ἄδειαν καὶ γνωρίζειν τὰ περὶ τούτου μὴ μόνον εἰς τὰς ἀρχάς, ἐξ ὧν εἰσὶν οἱ στελλόμενοι, ἀλλὰ καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτούς, ὥστε ἡμᾶς ταῦτα γινώσκοντας τῷ πράγματι προσηκόντως ἐπεξιέναι. Εἰ δὲ καὶ αὐτοί τινας εὕροιεν διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀξίας ἢ τῆς ζώνης ὑπεροψίαν τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς ἀδικοῦντας, ἄδειαν αὐτοῖς δίδομεν καὶ ἐξετάζειν τὰ ἀδικήματα, καὶ τοὺς ὑπευθύνους εὑρισκομένους ἀφαιρεῖσθαι ζώνης, καὶ τὴν ἡμετέραν τάξιν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις πληροῦν, τοῦτο ὅπερ καὶ τοῖς ἀρχαίοις διηγόρευται τῶν νόμων. ὥσπερ γὰρ αὐτοὺς παντὸς ἀδίκου κέρδους εἴργομεν, οὕτω καὶ καθαρῶς ταῖς ἀρχαῖς κεχρημένους πάσης τιμῆς τε καὶ αἰδοῦς καὶ σεμνότητος ἀπολαύειν θεσπίζομεν.

Cap. VI.

Volumus autem, ut omnes omnibus nostrarum provinciarum magistratibus subiiciantur, privati quidem secundum magistratus naturam in omnibus causis omnibusque pecuniariis et criminalibus negotiis, qui vero in militia sunt et sub propriis magistratibus, ii quoque nihilominus quod ad fiscalia et criminalia omnimodo ei subiecti sint. Sed neque iis, qui ex quocunque iudicio hinc proficiscuntur, et quascunque sententias exsequuntur, magistratibus provinciarum permittere liceat, ut sportularum nomine plus accipiant, quam sacra nostra constitutione dispositum est; scientes, si hoc neglexerint, omne damnum se subditis nostris illatum resarcire debere. Damus vero illis potestatem, ut non solum magistratibus, a quibus missi sunt, sed et nobis ipsis quae huc spectant nota faciant, ut nos haec cognoscentes factum, ut decet, puniamus. Si vero et ipsi quosdam arrogantia dignitatis vel cinguli iniuriam subditis nostris inferre deprehendant, potestatem illis concedimus in maleficia inquirendi, et quos sontes invenerint cingulo privandi, nostramque vicem in provinciis obeundi, id quod etiam veteribus legibus sancitum est. Quemadmodum enim omni iniusto lucro eos arcemus, ita etiam ut illi, qui integre potestate utuntur, omni honore, reverentia, auctoritate fruantur sancimus.

Κεφ. ζ'.[b]

Οὕτω τοίνυν ἡμῖν τῶν ἀρχῶν διακεχριμένων, προσήκει τὸν ἐνταῦθα παραλαβόντα τὴν ἀρχὴν μετὰ τῆς τοῦ θεοῦ μνήμης ἐναντίον ἡμῶν, ἤ, εἴπερ ἡμῖν οὐκ εἴη σχολή, ἐναντίον τῆς γε [4]) σῆς ὑπεροχῆς, καὶ τῶν ἀεὶ τὸν σὸν κατακοσμησόντων θρόνον, τοῦ τε ἀεὶ ἐνδοξοτάτου κόμητος τῶν θείων ἡμῶν largitionum, τοῦ τε ἐνδοξοτάτου quaestoros τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου, τοῦ τε ἐνδοξοτάτου κόμητος τῶν ἁπανταχοῦ θείων ἡμῶν privatων, παρόντος δὴ καὶ τοῦ κατὰ καιρὸν μεγαλοπρεπεστάτου χαρτουλαρίου τῶν θείων ἡμῶν κοιτώνων, τοῦ τοῖς συμβόλοις τούτοις τοῖς παρ' ἡμῖν ὑπηρετουμένου, ὅρκον διδόναι, μηδενὶ παντελῶς μηδὲ ὁτιοῦν παρέχειν, μήτε προφάσει δόσεως, μήτε προ-

Cap. VII.

Hoc itaque modo magistratibus a nobis discretis, convenit ut is, qui magistratum ita accepit, dei mentione facta coram nobis, vel si nobis otium non sit coram excellentia tua, et iis, qui sedem tuam semper exornabunt, quique gloriosissimus comes sacrarum nostrarum largitionum futurus est, et gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii, et gloriosissimo comite sacrarum nostrarum rerum privatarum, ubicunque illae sint, praesente etiam magnificentissimo, qui est, chartulario sacri nostri cubiculi, qui codicillis his nostris inservit, iusiurandum det, nemini plane neque pro suffragio, neque patrocinio se quidquam dedisse, nec promisisse, nec pactum esse, ut ex provincia vel gloriosissimis

Cap. VI. Volumus autem omnibus indicibus nostrarum provinciarum omnes subdi, privatos quidem, secundum quod cinguli proprium praeminm est, in omnibus causis, et universis pecuniariis et criminalibus occasionibus; qui vero in militiis constituti sunt, (et propriis indicibus deputati) [5]), etiam istos nihilominus occasione fiscalium et criminalium subdi omnibus eis modis. Sed etiam eos, qui hinc descendunt, ex [6]) quolibet foro, qui quascunque exsequuntur sententias, licet provinciarum indicibus non sinere amplius aliquid, quam sacra nostra constitutione dispositum est, percipere sportularum, scientibus, quia, si hoc neglexerint, omne damnum ex hoc nostris collatoribus illatum ipsi persolvent. Damus autem licentiam eis et referre de eo non solum ad indices, a quibus sunt missi, sed etiam ad nosmet ipsos, ut nos haec [7]) agnoscentes causam competenter exsequamur. Si autem ipsi aliquos invenerint propter dignitatis et cinguli supercilium nostris collatoribus violentias irrogantes, licentiam eis damus etiam examinare violentias, et reos inventos privare cingulo, et nostrum ordinem in provinciis adimplere, hoc quod etiam veteribus dictum est legibus. Sicut enim eos omni iniusto lucro prohibemus, ita etiam pure cingulis utentes omni honore et reverentia et honestate frui sancimus.

Cap. VII. Sic igitur a nobis cingulis discretis, convenit eum, qui sic acceperit administrationem, cum dei memoria coram nobis, aut, si non vacat, coram tua celsitudine, et qui tuam rexerint sedem, et qui semper fuerit, gloriosissimo comite sacrarum nostrarum largitionum, et gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii, et gloriosissimo comite ubique sacrarum nostrarum privatarum rerum, praesente quoque et per tempora magnificentissimo chartulario sacrorum nostrorum cubiculorum, qui codicillis his apud nos ministrat, iusiurandum dare, nihil penitus nec quodlibet se praebere neque occasione suffragii, neque patrocinii, et neque promittere, e neque de provincia profiteri dirigere neque gloriosissimis praefectis, neque aliis cingula habentibus, neque iis, qui circa eos constituti sunt, nec alteri cuilibet per occasionem patrocinii, sed sicut sine suffragio accepit admini

---

[a]) *Bas. VI.* 8. 5. — [b]) *Bas. VI.* 3. 6.

[1]) ἰδίους *Hal.* — [2]) *Hal., Vulg.*; αὐτῷ *Scrimg., Bas.* — [3]) λαυβ. ὑπὲρ συνηθειῶν ἢ σπορτουλων *Hal.*; λαμβ. συνηθειῶν *Bas.* — [4]) *Hal.*, (*Vulg.*); σχολὴ τῆς τε (*om.* ἐναντίον) *Scrimg.*, *Bas.* — [5]) *Inclusa e Graec. restituit Cont.*; *om. Trid.*, *Port.* — [6]) *Trid.* et ex *Cont.* — [7]) *Trid.*; hanc *Cont.*

προστασίας, μήτε ἐπαγγείλασθαι, μήτε ἐκ τῆς ἐπαρχίας ὁμολογῆσαι στέλλειν, μήτε τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἐπάρχοις, μήτε τοῖς ἄλλοις τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσι, μήτε τοῖς περὶ αὐτοὺς καθεσιῶσι, μήτε ἑτέρῳ τινὶ κατὰ προφασιν προστασίας. ἀλλ' ὥσπερ ἄμισθον λαμβάνει τὴν ἀρχὴν, προσλαμβάνει τε παρὰ τοῦ δημοσίου τὰς σιτήσεις (ταύτας γὰρ δὴ καὶ μόνας λαμβάνειν αὐτὸν ἐφιέμεν), οὕτως αὐτὴν καθαρᾶς φυλαξει ταῖς χερσί, θεῷ τε καὶ ἡμῖν τὸν ὑπὲρ αὐτῆς ὑφέξων λόγον. Ἴσιω γὰρ ἡ σὴ ὑπεροχὴ καὶ οἱ μετά σε τὸν αὐτὸν ἐπιβησόμενοι θρόνον, ὡς, εἴτε αὐτοὶ θαῤῥήσειαν λαβεῖν τι παρὰ τῶν εἰς τὰς εἰρημένας ἀρχὰς παριόντων, εἴτε οἱ παραδυναστεύοντες αὐτοῖς, εἴτε καὶ ἡ τάξις ἡ σὴ περαιτέρω τῶν [1]) προφάσει συνηθειῶν παρ' ἡμῶν αὐτοῖς ὡρισμένων (ἅπερ δὴ καὶ ἀρκεῖν μόνα νομίζοντες δίδοσθαι διωρισαμεν), ὡς οὐκ ἐν μικροῖς ἡ ποινὴ γενήσεται. ἀλλ' οἱ μὲν μέγιστοι ἄρχοντες οὐ λαβεῖν τι θαῤῥήσαντες παρὰ τῶν ἐπὶ τὰς [2]) ἀρχὰς παριόντων, ἢ καὶ συγχωρήσαντες τῇ οἰκείᾳ τάξει τοιοῦτό τι πράττειν, καὶ προσαγγελθὲν οὐ θεραπεύοντες, ὡς οὐ μόνον τετραπλάσιον ἀποδώσουσι πᾶν, ὅσον εἰλήφασιν, ἀλλὰ καὶ μεγάλην ἀγανάκτησιν ὑποσιήσονται, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ ἀρχῇ κίνδυνον εὐλαβηθήσονται. καὶ οἵ γε ἀμφ' αὐτοὺς ὄντες, καὶ ἡ πειθομένη τάξις αὐτοῖς, εἰ πλεῖόν τι τῶν παρ' ἡμῶν δεδομένων ἐπιχειρήσαιεν λαβεῖν, αὐτοί τε ὑποκείσονται τοῖς ἐζημιωμένοις τῇ εἰς τὸ τετραπλοῦν ἀποδόσει, ἐκπεσοῦνταί τε καὶ οὐσίας καὶ ζώνης, πρὸς τῷ καὶ τιμωρίαις ὑποβάλλεσθαι πρεπούσαις τοῖς πλημμελήμασι τοῖς αὐτῶν.

sissimis praefectis, vel aliis, qui magistratus gerunt, vel iis, qui circa eos sunt, vel alii cuidam pro patrocinio mitteret. Sed quemadmodum magistratum gratis accipit, et ex publico annonas percipit (has enim solas cum percipere permittimus), ita eum puris manibus geret, deo et nobis rationem redditurus. Sciat enim eminentia tua et qui eundem thronum post te conscensuri sunt, sive ipsi ab iis, qui ad dictos magistratus perveniunt, sive proceres eorum, sive etiam cohors tua ultra ea quid accipere ausi fuerint, quae sportularum nomine illis a nobis definita sunt (quae quum sola sufficere putaremus, dari decrevimus), non levem poenam esse futuram. Sed summi quidem magistratus, qui ab iis, qui ad magistratus perveniunt, accipere aliquid ausi fuerint, vel cohorti suae tale quid facere permiserint, et, quum illis denunciatum fuerit, non emendaverint, non solum quadruplum eius, quod acceperunt, restituent, sed etiam gravem indignationem sustinebunt, et periculum amittendi magistratus metuent. Illi quoque, qui circa eos sunt, et cohors iis subdita si plus, quam a nobis datum est, accipere tentaverint, illis, qui damnum passi sunt, quadruplum reddere obligati erunt, et bonis atque dignitate excident, ac praeterea poenas delictis eorum convenientes sustinebunt.

Κεφ. η'. [a])

Τοὺς δὲ οὕτως ἀμίσθους παραλαμβάνοντας τὰς ἀρχὰς πρῶτον ἁπάντων σπουδασμα ἔχειν χρὴ τὸ τοῖς δημοσίοις ἀγρύπνως προσέχειν, καὶ τοὺς μὲν ἀγνωμονοῦντας καὶ δεομένους ἀνάγκης μετὰ πασης εἰσπράττειν τῆς σφοδρότητος, μηδὲν ὑποκατακλινομένους, μηδὲ ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου κέρδος τι πανιάπασιν ἐννοοῦντας, τοῖς δὲ εὐγνώμοσι πατρικῶς προσφερομένους. ἔπειτα τὸ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους φυλάττειν πανταχόθεν ἀνεπηρεάστους, οὐδ' ὁτιοῦν παρ' οὐδενὸς αὐτῶν κομιζομένους. ἀλλ' ἴσοι μὲν ἐν ταῖς δίκαις, ἴσοι δὲ ἐν ταὶς δημώδεσι καταστάσεσιν ἔσωσαν, ἐπεξιόντες τε τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ τοὺς μὲν ἀνευθύνους πανταχόθεν φυλάττοντες καθαρούς, τοῖς ὑπευθύνοις τε ἐπιτιθέντες πρὸς τὸν νόμον τὴν ποινὴν, καὶ οὕτως ἄρχοντες τῶν ὑπηκόων, ὡς ἂν πατέρες υἱῶν, ἀγαπῶντες μὲν αὐτοὺς ἀνευθύνους ὄντας, ὑπευθύνους δὲ φαινομένους σωφρονίζοντές τε καὶ

Cap. VIII.

Qui vero hoc pacto magistratus gratis suscipiunt, eos ante omnia diligentiam adhibere oportet, ut ad tributa vigilanter attendant, eaque a contumacibus illisque, qui coactione opus habent, cum omni severitate exigant, in nullo cedentes, nec ad lucrum aliquod hac in re ullo modo respicientes, erga obsequentes vero paterne se gerant; deinde ut subditos nostros undique immunes ab iniuriis servent, nihilque prorsus ab ullo eorum accipiant, sed aequos in iudiciis, aequos in publica disciplina se praebeant, peccata puniant, ac innocentes undique illaesos servent, nocentibus vero poenam secundum legem imponant, atque ita subditos regant, ut patres filios, diligentes eos, si crimine carent, corrigentes vero et punientes, si sontes apparent, atque omnem iustitiam tum in publicis, tum in privatis contractibus illis exhibentes. Neque illi soli haec faciant, sed et talem semper assessorem, omnesque, qui circa

ministrationem, a publico percepturus annonas (has enim solas accipere eum sinimus), sic eam puris custodire manibus, deo et nobis pro ea redditurus rationem. Sciat enim tua celsitudo et qui post te easdem conscenderint sedes, quia, sive ipsi praesumserint accipere quidquam ab iis, qui ad praedictas administrationes accedunt, sive proceres ipsi, sive etiam officium tuum ultra ea, quae occasione consuetudinum a nobis eis definita sunt (quae scilicet sufficere sola putantes dari decrevimus), non in parvis poena fiet [3]), sed maximi quidem indices accipere aliquid praesumentes ab iis, qui ad administrationes accedunt, aut etiam permittentes suum officium tale aliquid agere, et nuntiatum non emendantes, non solum quadruplum reddent totius, quantum perceperunt, sed etiam magnam indignationem sustinebunt, et cinguli periculum formidabunt, et qui circa eos sunt, et obediens eis officium, si amplius aliquid, quam a nobis concessum est, tentaverint accipere, ipsi quoque subiicientur damnis quadruplae redditionis, et cadent etiam substantia et cingulo, insuper et suppliciis subiacebunt, quae congruunt delictis eorum.

Cap. VIII. Eos autem, qui ita sine mercede sumunt administrationes, prae omnibus studium habere decet fiscalia vigilanter inspicere, et indevotos quidem et egentes necessitate cum omni exigere fortitudine, in nullo flexos, neque pro hoc ipso lucrum aliquod omnino considerantes, devotis autem paterne se exhibere, deinde nostros subiectos reservare undique sine violentia, nihil ab ullo eorum percipientes; sed aequi sint in iudiciis, aequi vero in publicis disciplinis, exaequentes quoque delicta, innoxios quidem undique custodientes eos, qui puri sunt, reis autem poenam imponentes secundum legem, et ita praesidentes collatoribus, tanquam patres filiis, diligentes quidem eos, qui sunt innocentes, qui vero rei monstrantur castigantes ac punientes, omnemque institiam in publicis et privatis documentis eis servantes, et non ipsi soli hoc agentes, sed etiam semper

---

[a]) *Bas. VI. 3. 7.*

[1]) παρ' ἑτέρῳ τῷ *Hal.* — [2]) εἰρημένας *add. Hal Bas.* — [3]) *Trid.*; poenam fieri *Const.*,

καὶ τιμωρούμενοι. καὶ πᾶσαν δικαιοσύνην ἔν τε τοῖς δημοσίοις, ἔν τε τοῖς ἰδίοις συμβολαίοις [1]) αὐτοῖς διατηροῦντες, καὶ οὐκ αὐτοὶ μόνοι τοῦτο πράττοντες, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀεὶ παριόντα τοιοῦτον λαμβάνοντες καὶ τοὺς περὶ αὐτοὺς ἅπαντας, ὡς μὴ δοκεῖν ἐκείνους μὲν δῆθεν ἀνευθύνους εἶναι, δι' ἑτέρων δὲ πλημμελεῖν τε καὶ κλέπτειν, τοῦτο ὅπερ ἔτι μᾶλλον αἰσχρότερόν ἐστι, τὸ καὶ κοινωνοὺς τῶν ἀδικημάτων λαμβάνειν. Ὥσιε ἐξέσται τῇ σῇ ὑπεροχῇ τῶν σεμνοτέρων τινὰς ἐπὶ τὰς ἀρχὰς πέμπειν καὶ τῶν ἐπισταμένων τὰ δημόσια, βουλευτῶν τε φαμὲν καὶ ἑτέρων προσώπων, πεῖραν ἑαυτῶν δεδωκότων ἀγαθήν, καὶ πρὸς τὰς ἀρχὰς ἐπιτηδείων. τίς γὰρ ἂν οὐκ [2]) ἀγαπήσειε καὶ σεμνότητος ἐμπεπλῆσθαι μεγάλης νομίσειεν, εἴπερ ἡμετέρᾳ ψήφῳ καὶ κρίσει τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παρέλθοι, μεμαρτυρημένος μὲν ὡς εἴη χρηστός [3]), προῖκα δὲ αὐτὴν δεχόμενος, οὐκ ἐνησχολημένος δὲ παντελῶς οὐδενὶ φαύλῳ καιὰ τὴν χώραν, οὐδὲ ὅπως τὸ δοθὲν ἀθροίσειεν, οὐδὲ ὅθεν συλλέξειε χρυσίον, ἀλλ' ἵνα δὴ τοῦτο μόνον ἔχοι σπούδασμα, τὸ τῷ θεῷ τε καὶ ἡμῖν ἑαυτὸν συστῆσαι, καὶ δόξης ἀπολαῦσαι χρηστῆς, καὶ ἀμοιβὰς ἐλπίσαι μεγάλας; §. 1. Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτά τι πράξειεν, ἴστω καὶ ἕως ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, ἐφ' ἧς ἐστι δικαστής, κλοπῆς αἰτίαν ὑποστησόμενος. καὶ εἴγε φανείη δοὺς χρυσίον ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν τὴν ἀρχήν, ἢ λαβὼν ἐκ τῆς ἀρχῆς (ἑκάτερον γὰρ ὁμοίως ὑπεύθυνον), ὅτι καὶ δήμευσιν καὶ ἐξορίαν ὑποστήσεται, καὶ τὴν εἰς τὸ σῶμα βάσανόν τε καὶ τιμωρίαν, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν λαβόντα παρ' αὐτοῦ, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, κακοῖς ὑποθήσει μεγάλοις. Καθαρὰς γὰρ ἀπαιτοῦμεν εἶναι ταῖς ἐπιχωρίοις ἀρχαῖς τὰς χεῖρας, ἵνα τοὺς ἀρχομένους ἀζημίους τε καὶ εὐθηνουμένους φυλάξαιμεν. καὶ αὗται μὲν ἔκ τε τῶν νόμων ἔκ τε τῶν ἀρχῶν ἐπικείσονται ποιναὶ τοῖς ἐν ταῖς εἰρημέναις ἀρχαῖς οὖσιν, εἴ τι τοιοῦτο πράξειεν. Δίδομεν δὲ καὶ τοῖς ἐπαρχεώταις ἄδειαν, εἴ τι κατὰ τῆς ἐπαρχίας ἄδικον ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων διαπράξηται, καὶ ζημίαις τισὶν ἡ ἐπηρείαις περιβάλλοι τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς, ὥστε τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον καὶ τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ πρωτεύοντας δεήσεις εἰς ἡμᾶς ἀναπέμπειν, καταλέγοντας τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος τὰ πλημμελήματα. ἡμεῖς γὰρ ταῦτα μανθάνοντες στελοῦμεν ἐν τῇ χώρᾳ τὸν ταῦτα ἐξετάσοντα, ἐφ' ᾧ τε αὐτόν, ἔνθα ἠδίκησεν, ἐκεῖσε καὶ τὰς ποινὰς ὑποσχεῖν τῶν πλημμελημάτων, ὥστε μηδὲ ἕτερόν τινα τοιοῦτό τι πρᾶξαι θαρρῆσαι πρὸς τὸ παράδειγμα βλέποντα.

circa eos sunt, assumant, ne ipsi quidem crimine careri, per alios vero peccare et furari, quodque turpius etiam est, socios iniustitiae assumere videantur. Quare liceat eminentiae tuae quosdam ex honestioribus, et ex iis, qui rerum fiscalium notitiam habent, curiales scilicet aliasve personas, quae bonum de se specimen dederunt et ad magistratus idonei sunt, magistratus constituere. Quis enim eum non amet atque magna gravitate praeditum existimet, si quis nostra sententia et eminentiae tuae iudicio ad magistratum veniat, testimonio declaratus virum se esse bonum et gratis magistratum suscepisse nec ulli pravae rei in provincia operam dedisse, nec quomodo id, quod ab ipso datum est, corradat, nec unde pecuniam colligat, sed id solum egisse, ut deo et nobis se commendet, atque bona existimatione fruatur, ac magnas remunerationes speret?

§. 1. *Si vero quis contra haec quid fecerit, sciat, se etiam coram illa administratione, in qua iudex est, furti accusandum esse, et si pecuniam ad magistratum obtinendum eum dedisse, vel ex magistratu quid accepisse appareat (utrumque enim similiter poena dignum est), se bonorum publicationem, exsilium, poenas corporales et supplicia esse subiturum, eumque, qui ab ipso quid accepit, magnis malis, sicut diximus, subiecturum. Postulamus enim a provincialibus magistratibus, ut puras manus habeant, quo subditos indemnes florentesque servemus. Et hae quidem poenae tam a legibus quam a magistratibus illis, qui dictos magistratus gerunt, si tale quid patraverint, imminebunt. Damus vero et provincialibus potestatem, si is, qui magistratum gerit, iniustum quid in provincia perpetraverit, et subditos nostros damnis quibusdam et iniuriis affecerit, ut dei amantissimus episcopus eiusque loci primates libellum supplicem ad nos mittant, magistratus delicta enumerantes. Nos enim his cognitis in provinciam mittemus, qui ista examinet, ut is, ubi deliquit, ibi etiam poenas delictorum ferat, et alius ad hoc exemplum respiciens tale quid perpetrare non audeat.*

Κεφ. θ'. [a])

Ἀνάγκην ἔχοντος τοῦ τὴν ἀρχὴν διέποντος κατὰ τὰς

Cap. IX.

Postquam autem is, qui magistratum gessit, cingulum

semper consiliarium talem sumentes, et qui circa eos sunt omnes, ut non videantur illi quidem velut innoxii esse, per alios autem delinquant atque furentur, hoc quod magis turpe est, ut et participes iniustitiarum sumant. Ideoque licebit tuae celsitudini honestiorum quosdam ad administrationes dirigere et scientium tributa fiscalia, curialium quippe et aliarum personarum experimentum sui dantium bonum et ad magistratus opportunorum. Quis enim non diligat eum, et honestate compleri magna putet, si nostro decreto indicioque tui culminis ad cingulum veniat, testimonium quidem habens, quia sit optimus, gratis vero eum suscipiens, non vacans omnino per provincias ulli pravitati [4]) nec quemadmodum quod dedit congreget, nec unde colligat aurum, sed ut hoc solum habeat studium, deo nobisque semetipsum commendare, et gloria frui optima, et recompensationem sperare praeclaram? §. 1. Si quis autem praeter hoc aliquid egerit, et donec in administratione, in qua [5]) est index, furti reus appareat, et si [6]) probetur aut aurum dans, ut accipiat administrationem, aut accipiens ex administratione (utrumque enim similiter noxium est), sciat, quia et confiscationem et exsilium sustinebit, et in corpus verbera atque supplicium. Ipsum quoque, qui acceperit ab eo, sicut praediximus, malis subiiciemus maximis; puras enim exigimus esse provincialibus indicibus manus, ut collatores custodiamus. Et istae quidem tam ex legibus, quam ex administrationibus imminebunt poenae iis, qui in praedictis administrationibus sunt, si tale aliquid egerint. Damus autem et [7]) provincialibus licentiam, si quid apud provinciam iniustum qui administrationem habet egerit, vel si damnis aliquibus aut calumniis subdat nostros collatores, ut deo amabiles episcopi et provinciae primates preces ad nos dirigant, exponentes cingulum habentis delicta. Nos enim haec agnoscentes dirigemus in provinciam hoc examinaturum, quatenus ipse, ubi iniustitiam fecit, illic quoque poenas subeat delictorum, ut neque alter quispiam tale aliquid agere praesumat, ad exemplum respiciens.

Cap. IX

[a]) *Bas. VI.* 3. 8. 10. 16.

[1]) συναλλάγμασιν *Hal.*, *Bas.* — [2]) τίς γὰρ οὐκ αὐτὸν *Hal.* — [3]) *Scrimg.*, *Bas.*; ὡς εὔχρηστος *Hal.* — [4]) populi pravitate *Trid.*; populi privati *Port.* — [5]) *Trid.*; in qua *om. Cont.* — [6]) *Trid.*; si *om. Cont.* — [7]) *Trid.*; et *om. Cont.*

τὰς ἔμπροσθεν διατάξεις, ἐπειδὰν κατάθοιτο τὴν ζώνην, τὰς πεντήκοντα ἡμέρας ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ διατρίβειν δημοσίᾳ φαινόμενον, καὶ τὰς παρὰ πάντων δεχόμενον ἐναγωγάς. εἰ μέντοι, πρὶν ἂν πληρώσειε τὰς πεντήκοντα ἡμέρας, ἀποδιδράσκων ἁλοίη καθάπερ τι τῶν ἀτιμοτάτων ἀνδραπόδων, δίδομεν ἄδειαν τοῖς ὑποτελέσι [1]) κατέχειν αὐτὸν ἐν τῇ χώρᾳ ἢ τῇ ἐπαρχίᾳ [2]), καὶ πᾶν, εἴ τι δεδώκασιν αὐτῷ προφάσει κλοπῆς, τοῦτο εἰσπράττειν, παρόντος μέντοι τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου καὶ τὸ πρᾶγμα ἐγγραφως [3]) διασκοποῦντος, ἕως ἂν ἀποδοίη πᾶν, ὅπερ κεκλοφὼς φανείη. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐπαρχεώτας, εἴπερ αἴσθοιντο τῆς τῶν ἀρχόντων κλοπῆς, ἄδειαν ἔχειν, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀνάγκην, ταῦτα μηνύειν εἰς ἡμᾶς, ὥστε ἡμᾶς μανθάνοντας, ὅτι περ ὅλως χρυσίου πιπράσκει τὸ δίκαιον, ταῖς εἰρημέναις αὐτὸν ὑποβάλλειν ποιναῖς, πρὸς τῷ καὶ ταῖς ἐξ οὐρανοῦ τιμωρίαις ἔχοντα εἶναι, παραβάντα τοὺς ὅρκους, ἐφ' οἷς ἔλαβε τὴν ἀρχήν. Εἰ [a]) δὲ καὶ ἰσχύσειε καθ' οἱανοῦν αἰτίαν μὴ πεπληρωκὼς τὰς πεντήκοντα ἡμέρας ἐκ τῆς ἐπαρχίας φυγεῖν, τηνικαῦτα συλληφθείς, ἔνθα ἂν διατρίβων φανείη, ἐπαναχθήσεται μὲν εἰς τὴν ἐπαρχίαν, ἧς ἦρχεν, ἅπαν δέ, ὅσον ἂν εὑρεθείη λαβών, ἀποδώσει τετραπλάσιον.

lum posuit, secundum priores constitutiones quinquaginta dies in provincia et publico conspectu commorari, omniumque actiones excipere necesse habeat. Quodsi nondum impletis quinquaginta diebus aufugiat et capiatur tanquam vilissimum mancipium, subditis potestatem damus detinendi eum in eo loco vel provincia, et omne id, quod illi dederunt, furti nomine exigendi, praesente tamen dei amantissimo episcopo, et rem in scriptis cognoscente, donec restituet quodcunque abstulisse probabitur. Sed et ipsis provincialibus, si furtum magistratuum sentiant, id nobis indicare liceat, immo vel necesse habeant, ut certiores facti, illum auro ius vendere, praeter caelestes vindictas, quibus obnoxius est is, qui iuramentum, cum quo magistratum accepit, violat, dictas poenas illi imponamus. Quodsi autem ex quacunque causa non impletis quinquaginta diebus ex provincia fugere potuerit, tunc comprehensus, ubicunque eum commorari appareat, in provinciam quidem, cui praefuit, reducetur, illius vero, quod accepisse invenietur, quadruplum reddet.

Κεφ. ί. [b])

Ἐκείνου δηλαδὴ φυλαττομένου, τοῦ μηδεμίαν εἶναι τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις ἄδειαν ἐφ' ἑτέρῳ τινί, πλὴν ἢ κλοπῇ, ταῦτα περὶ τοὺς ἄρχοντας πράττειν. Οὐ γὰρ εἰ φανείη σφοδρότερος τοῖς ἀγνώμοσιν διὰ τὴν τῶν δημοσίων εἰσπραξιν, ἢ διὰ τὴν τῶν πλημμελημάτων ἐπεξέλευσιν, δώσομεν τοῖς ὑπηκόοις πράττειν τι καὶ' αὐτοῦ. τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ ποιναῖς αὐτοὺς ταῖς πασῶν πικροτάταις ὑπάξομεν [4]), εἰ τοὺς καθαραῖς χρησαμένους ταῖς χερσὶ, καὶ τῇ τῶν δημοσίων εἰσπράξει μετὰ πάσης προσενεχθέντας ἀκριβείας, εἶτα καταθεμένους τὴν ἀρχὴν ὑβρίσαι θαρρήσαιεν, ἀλλὰ μὴ σὺν εὐφημίᾳ πάσῃ μετὰ τὸν νενομισμένον χρόνον τὰς ἐπαρχίας ἀπολιμπάνοντας ἀποπέμψαιεν. Δεῖ γὰρ τοὺς μετὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον γινομένους λαμπροτάτους τῶν ὑποτεταγμένων ἐπαρχιῶν ἄρχοντας ἐντεθυμῆσθαι, πόσης μὲν ἀπολαύσουσι δόξης τοιοῦτοι φαινόμενοι, πόσαις δὲ περιπεσοῦνται δυσκολίαις τὸν νόμον τοῦτον παραλῦσαι τό γε ἐφ' ἑαυτοὺς θαρρήσαντες. εἴη γὰρ ἂν τῶν ἀτόπων, εἰ τοὺς μὲν ἐπ' εὐτελέσιν ἁλόντας κλοπαῖς αὐτοὶ κολάζοιεν, καὶ βασάνοις αὐτοὺς ὑποβάλλοιεν, καὶ οὐ πρότερον συγχωροῖεν, ἕως ἂν ἀποδοῖεν

Cap. X.

Illud scilicet observandum est, subditos nostros nullam potestatem habere ob ullam aliam rem, quam furtum, haec in magistratibus faciendi. Nam si in exigendis tributis vel puniendis criminibus severior contumacibus videatur, non permittemus subditis, ut contra eum quid agant. Quin e contrario poenis omnium acerbissimis illos subiiciemus, si eos, qui puris manibus usi et in tributorum exactione omni diligentia versati sunt, deinde magistratum deponunt, iniuriis afficere ausi fuerint, neque eos post legitimum tempus provincias derelinquentes honorificentissime dimiserint. Oportet enim clarissimos subditarum provinciarum magistratus, qui post hanc legem futuri sunt, considerare, quantae gloriae ipsis erit, si tales videantur, et in quantas difficultates incident, si hanc legem, quantum in illis est, violare audeant. Absurdum enim esset, si in vilibus furtis deprehensos quidem puniant et tormentis subiiciant, neque prius veniam dent, quam furta restituant, ipsi vero a poena immunes sint, quando magnorum furtorum rei sunt, nec exemplum, quod subditis praebent, erubescunt, quum illa contemnere, et graves, liberi atque undique laudabiles videri eos

Cap. IX. Necessitatem habente eo, qui administrationem rexit, secundum priores constitutiones, dum deposuerit fasces, per dies quinquaginta in provincia commorari, publice se monstrantem, et ab omnibus suscipientem conventiones. Si tamen ante, quam compleantur quinquaginta dies, fugiens capiatur velut aliquod inhonestissimorum mancipiorum, damus licentiam collatoribus detinere eum in provincia, et omne, quod dederunt ei occasione furti, hoc exigere, praesente tamen deo amabili episcopo, et causam ex non scripto examinante, donec reddat omne, quidquid furatus ostenditur. Sed etiam ipsos provinciales, si senserint administratorum furtum, licentiam habere, magis autem necessitatem haec referre nobis, ut cognoscentes, quia omnino auro vendidit institiam, praedictis eum subiiciamus poenis. Super quod etiam caelestibus suppliciis reus erit, transcendens insinrandum, in quo acceperit administrationem. Si autem voluerit ex quacunque causa non completis quinquaginta diebus ex provincia fugere, tunc comprehensus, ubicunque degere videtur, revocabitur quidem in provinciam, in qua administrabat, omne vero, quod inventus fuerit accepisse, restituat in quadruplum.

Cap. X. Illud videlicet observandum, nullam esse nostris subiectis licentiam in alio quodam, praeter furtum, hoc circa indices agere; non enim, si videatur vehementissimus indevotis propter fiscalium exactionem aut propter delictorum exsecutionem, dabimus subiectis agere aliquid adversus eum. Ex diverso autem etiam poenis eos omnium amarissimis subingamus, si eos, qui puris usi sunt manibus, et fiscalium exactionem cum omni detulerint subtilitate, postea deponentes administrationem iniuriari praesumserint, et non cum omni favore post legitimum tempus provincias relinquentes dedurerint. Oportet enim eos, qui post hanc legem nostram faciendi sunt, clarissimos subiectarum provinciarum indices considerare, quanta quidem perfruentur gloria tales apparentes, quantis autem sint incursuri difficultatibus, legem hanc solvere, quantum ad se, praesumentes. Erit enim

---

[a]) *Bas. VI.* 3. 17. — [b]) *Quae sequuntur usque ad finem h. c. desunt ap. Hal. et in Bas.*

[1]) *συντελέσι Hal.* — [2]) *ἢ τῇ ἐπαρχίᾳ om. Hal.*; [4]) *ὑποτάξομεν Hal.*; *ὀφεξομεν Bas.* *τῇ χωρᾳ ἢ om. Bas.* — [3]) *ἀγράφως Hal., Bas.* —

δοῦεν τὰ φωρια, αὐτοὶ δὲ ἀνεύθυνοι μένοιεν ἐπὶ μεγάλων γενόμενοι κλοπῶν, καὶ οὐδὲ τὸ πρὸς τοὺς ὑπηκόους ἐρυθριῶντες παράδειγμα, ὧν ἔξεστιν αὐτοῖς ὑπεριδοῦσι, σεμνοῖς τε καὶ ἐλευθέροις, καὶ παντα-χόθεν ἐπαινουμένοις φανῆναι, καὶ τὴν ἐξ ἡμῶν ἔχειν καλὴν μαρτυρίαν τε καὶ ἐλπίδα. §. 1. Οὐ συγχωροῦμεν δὲ οὐδὲ τοῖς περιβλέπτοις δουξίν, οὐδὲ ἑτέρῳ τινὶ τὴν οἰανοῦν αὐτοῖς πλεονεξίαν ἢ ἀδικίαν ἐπαγαγεῖν, ἢ πολιτικοῖς ὅλως πράγμασι κοινωνεῖν, ἵνα καὶ ἡμεῖς αὐτοῖς τὴν σεμνότητα φυλάττοιμεν, κἀκεῖνοι τὴν καθαρότητά τε ἡμῖν καὶ εὐνοιαν ἀντι-διδοῖεν. Ἴστω γὰρ ἅπαν τὸ ὑπήκοον, ὡς διὰ τὴν αὐτῶν ὠφέλειαν, καὶ τὸ πανταχόθεν αὐτῶν ἀζήμιον, καὶ τὸ διὰ πάσης αὐτοὺς ἄγειν εὐπαθείας, καὶ μὴ καταναγκάζεσθαι τὰς χώρας ἀπολιμπάνειν, μηδὲ ἐν ξένῃ ταλαιπωρεῖσθαι, διὰ τοῦτο τὸν παρόντα νόμον ἐγράψαμεν, θεῷ τε αὐτὸν ἀνατιθέντες, καὶ ταῖς πα-ρούσαις σεβασμιωτάταις τῆς μεγάλης αὐτοῦ καὶ κοι-νοτάτης ἑορτῆς ἡμέραις, ἵνα πᾶσιν ἐξῇ πατέρας δέχε-σθαι μᾶλλον ἄρχοντας, ἢ κλέπτοντάς τε καὶ ἀνδρα-ποδώδεις, καὶ ταῖς αὐτῶν οὐσίαις ἐφεδρεύοντας [1]). §. 2. Δεῖ δὲ καὶ ὑμᾶς τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς, εἰδότας, πόσην ὑμῶν ἐθέμεθα πρόνοιαν, μετὰ πάσης εὐγνωμοσύνης τοὺς δημοσίους ἀνελλιπῶς φόρους εἰσάγειν, καὶ μηδὲ τῆς παρὰ τῶν ἀρχόντων ἀνάγκης δεῖσθαι, ἀλλ' οὕτως εὐγνώμονας ἑαυτοὺς παρέχειν, ὥστε ἡμῖν ἐξ αὐτῶν ἐνδείξασθαι τῶν ἔργων, ὅτι καὶ αὐτοὶ τῆς τοσαύτης φιλανθρωπίας τὴν οἰκείαν ἡμῖν εὐγνωμοσύνην ἀντιδίδοτε, καὶ εἰκότως ἕξετε πᾶσαν παρὰ τῶν ἀρχόντων προφάσει τῆς εὐγνωμοσύνης σπουδήν τε καὶ πρόνοιαν, ἐκεῖνο γινώσκοντες, ὡς ἐπειδὴ τοῖς ἄρχουσιν ἐπίκειται πανταχόθεν ὁ τῶν δημοσίων κίνδυνος, καὶ τῶν ἀνωμολογημένων ἐστίν, ὡς ἐπὶ τῷ σφῶν αὐτῶν κινδύνῳ τὰς ἀρχὰς ἐπεισέρ-χονται, καὶ ὑμᾶς τοῦτο γινώσκοντας ἐκ τρόπου παντὸς εὐλαβεῖσθαι τὴν ἀγνωμοσύνην, καὶ μὴ τὰς ἑαυτῶν γνώμας οὕτω παρέχειν ἀπειθεῖς, ὡς καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν δεῖσθαι σφοδρότητος, ἣν ἀναγκαῖον αὐτοῖς ἔστι προσλαμβάνειν διὰ τὴν ἀπαραίτητον τῶν δη-μοσίων εἴσπραξιν. εἰδότων ὑμῶν τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων, ὡς αἱ στρατιωτικαὶ δαπάναι καὶ ἡ τῶν πολεμίων δίωξις πολλῆς δεῖται τῆς ἐπιμελείας, καὶ οὐκ ἔστι χρημάτων χωρὶς ταῦτα πραχθῆναι, τοῦ πρά-γματος μηδεμιᾶς ἀναβολῆς δεχομένου [2]), οὕτε ἡμῶν αἱρουμένων περιορᾶν τὴν Ῥωμαίων γῆν ἐλατιωθεῖσαν, ἀλλὰ Λιβύην τε πᾶσαν ἀνακτησαμένων, καὶ Βανδί-λους καταδουλωσάντων, καὶ πολλά γε ἔτι καὶ μείζονα τούτων ἐλπιζόντων παρὰ τοῦ θεοῦ λαβεῖν τε καὶ πράξαι, εἰς ἃ προσῆκόν ἐστι τοὺς δημοσίους φόρους ἀνελλι-πῶς καὶ εὐγνωμόνως καὶ κατὰ τὰς ὡρισμένας εἰς-πράτ-

eos deceat et a nobis bonum testimonium atque spem habere liceat.

§. 1. Non permittimus autem neque spectabilibus ducibus, neque alii cuidam, ut ullam fraudem vel iniuriam illis inferant, aut civilium negotiorum ullo modo participes sint, quo et nos auctoritatem illis conservemus, et ipsi integritatem et benevolentiam nobis vicissim praestent. Sciant enim omnes subditi, nos propter illorum utilitatem, atque ut ab omni parte indemnes sint, et ad omnem felicitatem eos ducamus, neque provincias relinquere et in peregrino solo misere vivere cogantur, hanc legem conscripsisse, deo eam et his venerandis magni illius et universalis festi diebus dedicantes, ut omnibus liceat magistratus ut patres potius quam fures et illiberales bonisque suis insidiantes habere.

§. 2. *Vos autem subditos nostros, quum sciatis, quantam vestri curam gesserimus, publica tributa cum omni devotione sine diminutione inferre oportet, ut magistratuum coactione opus non sit, sed ita obsequentes vos praebere, ut nobis ipsis factis ostendatis, vos tali humanitati debitam gratiam nobis vicissim exhibere, et merito a magistratibus pro gratia illa omnem favorem et curam obtinere; scientes, quum tributorum periculum magistratibus undique immineat, quumque certum sit, suo periculo magistratus officia suscipere, vos hoc scientes omnimodo contumaciam evitetis, nec animos vestros ita inobedientes praebeatis, ut severitate illis opus sit, qua eos propter inevitabilem tributorum exactionem uti necesse est. Notum enim vobis est subditis nostris, expensas militares hostiumque persecutionem multa cura indigere, nec sine pecunia haec confici posse, quum res nullam dilationem patiatur, neque nos Romanorum terram imminutam adspicere sustineamus, sed et Lybiam omnem recuperaverimus, Vandalos subiugaverimus, et multa etiam hisque maiora a deo nos accepturos atque acturos speremus, ad quae publica tributa sine deminutione et grate atque definitis temporibus pendere decet. Quare si alacriter magistratibus subveniatis, hi vero, ut facile et expedite tributa nobis solvantur, effecerint, magistratus ob diligentiam laudabimus, et vestram voluntatem probabimus, eritque pulchra quaedam et concors tam imperantium quam parentium ubique consonantia.*

CAP. XI.

enim absurdum, si eos quidem, qui in vilibus capiuntur furtis, ipsi torquebunt, et non primitus quiescant, donec reddant furta, ipsi autem innoxii manserint in maximis constituti furtis, et neque apud subiectos erubescentes exemplum, quum liceat eis honestis et liberis et undique laudandis ostendi, et a nobis habere testimonium et spem. §. 1. Non sinimus autem nec spectabilibus iudicibus, nec alteri alicui quamlibet eis oppressionem aut iniustitiam inferre, aut civilibus omnino causis communicare, ut et nos eis honestatem servemus, et illi puritatem nobis devotionemque restituant. Sciant enim omnes subiecti, quia propter eorum utilitatem, et undique eorum indemnitatem, et ut per omnem agantur quietem, et non cogantur provincias relinquere et in peregrinis affligi, propterea praesentem legem scripsimus, deo eam voventes et praesentibus venerabilibus maximae eius communionis festivitatis diebus [3]), ut omnibus liceat patres suscipere magis iudices, quam fures, et sollicitatores, et eorum substantiis insidiantes. §. 2. Oportet quoque vos nostros subiectos, scientes, quantam vestri posnimus providentiam, cum omni devotione publica sine imminutione tributa persolvere, et neque administratorum egere necessitate, sed ita devotos vosmetipsos praebere, ut nobismetipsis ostendatur operibus, quia et ipsi pro huiusmodi clementia propriam nobis devotionem restituetis, et merito habebitis omnem a iudicibus occasione devotionis favorem et providentiam, illud scientes, quia iudicibus imminet undique fiscalium periculum, et manifestum est, quia proprio suo periculo administrationes assumunt; et vos haec agnoscentes et omnimodo evitate indevotionem, et nolite vestras voluntates ita praebere inobedientes, quatenus eorum [4]) egeatis vehementia, quam necessarium est eos assumere propter inevitabilem fiscalium exactionem; scientibus vobis, nostris subiectis, quia militares expensae et hostium insecutiones [5]) multa egent diligentia, et non possunt citra pecunias haec agi, causa videlicet nullam recipiente dilationem, neque nobis concedentibus despici Romanorum terram diminutam, qui et Libyam omnem reparavimus, et Vandalos in servitutem redegimus, et plurima

[1]) καὶ ταῖς αὐτ. οὐσ. ἐφεδρεύοντας *om. Hal.* — [2]) *Hal.*; δεομένου *Scrimg., Bas.* — [3]) communionis quae festivis diebus *Trid., Port.*; *legendum fortasse:* communisque festivitatis diebus. — [4]) *Trid.*; praesidum *add. Port., Cont.* — [5]) *Trid.*; incursiones *Port., Cont.*

πράττεσθαι προθεσμίας. ὥστε εἴπερ ὑμεῖς μὲν εὐγνωμόνως ἀπαντήσητε τοῖς ἄρχουσιν, οἱ δὲ ῥᾳδίαν τε καὶ ἐκ προχείρου τὴν τῶν δημοσίων εἰσκομιδὴν εἰς ἡμᾶς ποιοῖντο, καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐπαινέσομεν τῆς σπουδῆς, καὶ ὑμᾶς ἀποδεξόμεθα τῆς γνώμης, καὶ πανταχόθεν μία τις ἔσται καλή τε καὶ σύμφωνος τῶν τε ἀρχόντων καὶ τῶν ἀρχομένων ἁρμονία.

Κεφ. ια'. [a])

Τῷ μεγάλῳ τοίνυν θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ πάντες ὁμοίως ἀναπεμπέτωσαν ὕμνους ὑπὲρ τούτου δὴ τοῦ νόμου, ὃς αὐτοῖς δώσει καὶ τὰς πατρίδας οἰκεῖν ἀσφαλῶς, καὶ τὰς οἰκείας περιουσίας ἔχειν βεβαίως, καὶ τῆς τῶν ἀρχόντων ἀπολαύειν δικαιοσύνης. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἡμεῖς διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐθέμεθα, ὅπως ἂν ἐκ τῆς ἐν τῷ νόμῳ δικαιοσύνης ἰσχύσωμεν τῷ δεσπότῃ θεῷ οἰκειῶσαι ἑαυτούς, καὶ τὴν ἡμετέραν συστῆσαι βασιλείαν, ἵνα μὴ δόξωμεν περιορᾶν ἀνθρώπους ἀδικουμένους, οὓς ἡμῖν παρέδωκεν ὁ θεός, ὅπως ἂν αὐτῶν διὰ πάντων φειδώμεθα, τῇ αὐτοῦ κατακολουθοῦντες ἀγαθότητι. Ὥστε τό γε ἐφ' ἡμῖν ἁρσιούσθω τῷ θεῷ, διότι μηδὲν τῶν εἰς νοῦν ἡμῖν ἐρχομένων ἀγαθῶν ὑπὲρ κηδεμονίας τῶν ὑπηκόων παραλιμπάνομεν. βουλόμενοι γὰρ τὰς ἀνελευθέρους ταύτας καὶ ἀνδραποδώδεις κλοπὰς ἀνελεῖν, καὶ τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς ἐν εὐπαθείᾳ [1]) παρὰ τῶν τὰς ἐπιχωρίους ἀρχὰς ἐχόντων φυλάξαι, διὰ τοῦτο ἐσπεύσαμεν προῖκα τὰς ἀρχὰς αὐτοῖς δοῦναι, ὅπως ἂν μηδὲ αὐτοῖς ἐξῇ πλημμελεῖν τε καὶ ἁρπάζειν τὸ ὑπήκοον, οὗπερ ἕνεκα πάντα πόνον αἱρούμεθα, οὐκ ἀξιοῦντες μιμεῖσθαι τοὺς πρὸ ἡμῶν βεβασιλευκότας, οἵπερ χρημάτων προὐβάλλοντο τὰς ἀρχάς, ἑαυτοῖς ἀναιροῦντες τὴν ἄδειαν τοῦ γε τοῖς ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀδικοῦσιν ἐπιτιμᾶν δίκαια, ἀλλ' αὐτοί τε οἷς ἐλάμβανον ἐγκαλύπτεσθαι δίκαιοι καθεστῶτες, τούς τε οἰκείους ὑποτελεῖς δι' αὐτὸ δὴ τοῦτο ἐξαρπάζειν τῶν κακῶς ἀρχόντων οὐ δυνάμενοι, οὐδὲ αὐτοὶ τοῖς ἄρχουσιν ἐπιτιμᾶν σωφρονεῖν προφάσει τῆς εἰρημένης αἰτίας. ἡμεῖς δὲ ἀρκοῦντα τῇ βασιλείᾳ πόρον εἶναι νομίζομεν τὸ μόνους ἐντελεῖς [2]) τοὺς δημοσίους κομίζεσθαι [3]) φόρους, ἀλλὰ μή τι καὶ ἔξωθεν προσεπιζητεῖν, ὅπερ τοῖς ὑπηκόοις πάντα κατασείσει τὸν βίον.

Cap. XI.

Magno itaque deo et servatori nostro Iesu Christo omnes simul pro hac lege hymnos canant, quae ut patriam secure inhabitent, bona sua tuto possideant, et magistratuum iustitia fruantur, ipsis praestabit. Nam et nos ideo eam tulimus, ut propter legis iustitiam domino deo nos conciliare nostrumque imperium commendare possimus, ne homines inique oppressos negligere videamur, quos nobis deus dedit, ut eius bonitatem imitati illorum semper misereamur. Adeoque quantum ad nos consecrata sit deo, quoniam nihil eorum bonorum, quae nobis pro subditorum cura in mentem veniunt, praetermittimus. Quum enim vellemus sordida illa et servilia furta tollere, et nostros subditos in quiete a provincialibus magistratibus servare, propterea operam dedimus, ut illis magistratus gratis daremus, ne delinquere, et bona subditorum, quorum gratia omnem laborem suscipimus, rapere ipsis liceat, nolentes imitari eos, qui ante nos regnarunt, qui accepta pecunia magistratus creabant, et sibimet ipsis potestatem magistratus iniuste agentes iuste reprehendendi auferebant, quique propter ea, quae acceperunt, pudore merito efficiuntur, neque subditos suos propter id ipsum a malis magistratibus liberare, neque magistratibus, ut ab iniuria abstinerent, ob illam causam imperare potuerunt. Nos vero sufficientem imperio reditum esse putamus, si magistratus publica solum tributa accipiunt, neque vero praeter ea aliunde quid conquirunt, quod subditis omnem vitam conturbat.

Κεφ. ιβ'. [b])

Τὸ δὲ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον ἔτι μεί-

Cap. XII.

Quod autem ante a nobis dictum est, id maiore etiam

plurima adhuc et maiora horum speramus a deo percipere et agere, pro quibus competens est fiscalia tributa sine imminutione, et devote, et secundum definita exigi tempora. Quapropter si vos quidem devote occurratis iudicibus, illi vero facilem et praeparatam fiscalium illationem in vos exhibuerint, et iudicum laudabimus studium, et vestram approbabimus voluntatem, et undique una quaedam erit optima consonaque praesidentium et quibus praesident congruentia magna.

Cap. XI. Itaque deo et salvatori nostro Iesu Christo omnes similiter offerant hymnos pro hac lege, quae eis dabit et patrias habitare caute, et proprias facultates habere firmissime, et iudicum frui iustitia. Nam et nos propterea eam posuimus, ut et iustitiam, quae in lege est, valeamus domino deo vovere, et nosmetipsos et nostrum commendare imperium, et non videamur despicere homines oppressos, quos nobis tradidit deus, ut eis per omnia parcamus, eius sequentes benignitatem. Ideoque quantum ad nos consecretur [4]) deo, eo quod nihil in mentem nostram veniens boni pro tuitione subiectorum relinquimus. Volentes enim inhonesta haec et servilia furta perimere, et nostros subiectos in quiete a provincialibus iudicibus conservare, propterea festinavimus gratis administrationes eis dare, ut nec ipsis liceat delinquere et abripere subiectis, quorum causa omnem perferimus laborem, dedignantes imitari eos, qui ante nos imperaverunt, qui pecuniis ordinabant administrationes, sibimetipsis anferentes licentiam administratoribus nocentibus increpandi iuste, et ipsi ea, quae percipiebant, celando insti putati, et proprios collatores propter hoc abripere a malis iudicibus non valentes, unde nec ipsis iudicibus increpare poterant agere caste, occasione praedictae causae. Nos autem sufficientem imperio quaestum esse putamus, ut collatores sola fiscalia conferant tributa, et nihil aliud extrinsecus quaeratur, quod subiectis omnem commoveat vitam.

Cap. XII. Quod autem primitus a nobis dictum est, adhuc maiore opere et subtiliore complecti existimavimus

---

[a]) *Bas. VI.* 3. 18. — [b]) *Bas. VI.* 3. 19.

[1]) ἀπαθείᾳ *Hal.* — [2]) ἀτελεῖς *Bas.* — [3]) εἰσκομίζεσθαι *Hal.*, *Bas.* — [4]) *Trid.*; consecretur [haec] lex *Cont.*

μείζονι χρῆναι καὶ ἀκριβεστέρᾳ περιλαβεῖν ᾠήθημεν νομοθεσίᾳ, ἅστε τὸν ἡμέτερον σκοπὸν ἅπασι γενέσθαι φανερόν. Θεσπίζομεν γάρ, τοὺς λαμπροτάτους τῶν ὑποτεταγμένων ἐπαρχιῶν ἄρχοντας, χωρὶς ἁπάσης γινομένους χρημάτων δόσεως, καὶ τῶν παρ' αὐτῶν διδομένων ὅρκων μεμνημένους, ἔχειν καὶ ταύτην παρ' ἡμῶν τὴν παρρησίαν, τοῦ μηδεμίαν εἶναι μηδενὶ πρὸς αὐτοὺς παντελῶς φόρου ἤτοι κριτηρίου [1]) παραγραφὴν μήτε ἐν ταῖς ἁμαρτανομέναις παρά τινων βίαις, μήτε ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασι καὶ ταῖς ἐντεῦθεν ἀδικίαις, μήτε ἐπὶ ταῖς ἐνσιάσεσι ταῖς δημοσίαις μήτε ἐπὶ ταῖς τῶν δημοσίων φόρων εἰσπράξεσιν, ἀλλὰ πάντας ὁμοίως ὑποκεῖσθαι τῇ τούτων δικαιοδοσίᾳ, οὐκ ἀναμενόντων οὐδὲ προστάξεις λαβεῖν ἐκ τῶν ἀρχόντων, οἷς ὑπόκεινται, οὐδὲ μηνύειν εἰς αὐτούς, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῷ δὲ ἡμῶν τῷ νόμῳ, δι' οὗ πᾶσαν αὐτοῖς ἐξουσίαν παρέχομεν. οὐδενὸς ἄδειαν ἔχοντος παντελῶς ἐπὶ τῶν εἰρημένων αἰτιῶν οὐδὲ προνομίῳ χρῆσθαί τινι, οὐδὲ ἐκεῖθεν ἑαυτῷ κατορθοῦν τὸ πλημμελεῖν ἀνευθύνως. οὐ γὰρ ἂν οἱ πάσης ἀπεχόμενοι λήψεως ἄρχοντες ἕτερόν τι τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ νόμου καὶ τοῦ ἡμετέρου προθήσουσι δέους, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνο βλέποντες φυλάξουσι τοῖς ὑπηκόοις τὸ δίκαιον, πάντα κατὰ τοὺς ἡμετέρους κρίνοντές τε καὶ πράττοντες νόμους. §. 1. Ἐπὶ γὰρ τοῖς τοιούτοις καὶ τοὺς στρατιώτας τοὺς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὄντας αὐτοῖς ὑποτάττομεν, οὐδὲ ἐκεῖσε δεομένοις προσιάξεώς τινος ἰδίας ἢ παρ' ἡμῶν, ἢ παρὰ τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων, ἀλλὰ τῷ παρόντι νόμῳ χρωμένοις, καὶ τοῦτον αὐτοῖς δεικνυοῦσιν, ὥστε ἐπαμύνειν αὐτοῖς χρωμένοις τῇ τῆς ἀρχῆς παῤῥησίᾳ, καὶ γινώσκοντας, ὡς, εἰ μὴ τοῦτο πράξαιεν, καὶ σιτήσεων, καὶ αὐτῆς τῆς στρατείας ὑπομενοῦσιν ἔκπτωσιν, καὶ τὸν εἰς σῶμα κίνδυνον ὑποστήσονται, ὥστε ἡμῖν μηδενος ἑτέρου παντελῶς δεῖ ἄρχοντος, καὶ ληστοδιώκτας, ἢ τοὺς καλουμένους βιοκωλύτας, μᾶλλον δὲ λωποδύτας, ἢ ἀφοπλιστὰς ἐκπέμπειν, προφάσεσι μὲν δῆθεν εὐλόγοις χρωμένους, αὐτοὺς δὲ τὰ πάντων χείριστα πράττοντας. τῶν γὰρ ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν τὴν ἑκάστου τῶν μεγίστων ἀρχῶν πληρούντων τάξιν, καὶ ἀντὶ πάσης δὲ ἑτέρας ἀρχῆς ταῖς ἐπαρχίαις ἀρκούντων, καὶ τὰ ἐκ τῶν ἡμετέρων νόμων τό γε ἐπ' αὐτοῖς ψηφιζομένων, τίς ἂν θαῤῥήσειεν ἢ φόρου παραγραφῇ, ἢ τοιούτῳ τινὶ πρὸς αὐτοὺς χρήσασθαι;

etiam et diligentiore lege complectendum existimavimus, ut consilium nostrum omnibus manifestum fiat. Sancimus igitur, ut clarissimi subiectarum provinciarum magistratus, qui nulla pecunia data creati et iuramenti ab ipsis praestiti memores sunt, hoc quoque ius a nobis habeant, ut nemo apud ipsos fori vel iudicii ullam exceptionem habeat neque in vi ab aliquibus illata, neque in criminibus et laesionibus hinc oriundis, neque in publicis instantiis, neque in publicorum tributorum exactionibus, sed ut omnes similiter horum iurisdictioni subiecti sint, neque exspectent, donec iussa a magistratibus, quibus subsunt, accipiant, aut illis denuncient, sed hac nostra lege contenti sint, qua omnem potestatem illis concedimus, nec cuiquam omnino liceat in praedictis causis vel privilegio quodam uti, vel exinde impune delinquendi potestatem sibi sumere. Non enim illi magistratus, qui ab omni lucro abstinuerunt, quidquam timori dei, legis et nostri praeponent, sed ad illum respicientes subditis iustitiam custodient, omnia secundum leges nostras iudicantes et agentes.

§. 1. *Nam in talibus rebus etiam milites, qui in provinciis sunt, ipsis subiicimus, ut nec ibi speciali aliquo iussu vel nostro, vel magistratuum nostrorum egeant, sed hac lege utantur eamque illis ostendant, ut ipsis magistratus potestate utentibus auxilio sint, scientes, se, nisi hoc fecerint, et annonae et ipsius militiae iacturam subituros, et in periculo corporis futuros esse. Quare nullo plane alio magistratu opus est, nec ut persecutores latronum, vel biocolytas, qui vocantur, vel potius grassatores, vel exarmatores emittamus, qui praetextu quidem honesto utuntur, sed pessima quaeque faciunt. Quum enim magistratus provinciarum locum maximorum magistratuum obtineant et pro ceteris omnibus magistratibus provinciis sufficiant, et quantum in ipsis est secundum leges nostras decreta faciant, quis exceptione fori vel simili quadam re apud eos uti audeat?*

Κεφ. ιγ'. [a])

Cap. XIII.

Ἀπαγορεύομεν δὲ καὶ τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ τῆς ἑῴας, καὶ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις ἄρχουσιν, ἢ ληστοδιώκτας, ἢ βιοκωλύτας, ἢ ἀφοπλιστάς, ἤ τινας τοιούτους

Interdicimus autem et gloriosissimo per Orientem magistro militum, et omnibus magistratibus nostris, ne vel latronum persecutores, vel biocolytas, vel exarmato-

mavimus legislatione, quatenus nostra intentio omnibus fiat aperta. Sancimus enim, clarissimos subiectarum provinciarum administratores, citra omne factos pecuniarum suffragium, et ab his dati iureiurandi memores, habere et hanc a nobis licentiam, ut nulla sit ulli apud eos penitus fori praescriptio neque in iis, quae committuntur ab aliquibus violentiis, neque in criminibus et quae hinc oriuntur laesionibus, neque in seditionibus publicis, neque in publicorum tributorum exactionibus, sed omnes similiter subiacere horum iurisdictioni, non exspectantium neque praecepta suscipere a iudicibus, quibus subiecti sunt, neque nuntiare ad eos, sed contentos esse hac nostra lege, per quam omnem eis potestatem praebemus; nemine licentiam habente [2]) penitus in praedictis causis neque privilegio uti quolibet, neque ex hoc sibimet imperare, ut delinquat innoxie. Non enim qui omni abstinent acceptione iudices aliud quiddam dei et legis nostroque praeponent timori, sed ad illum respicientes servabunt subiectis iustitiam, omnia secundum nostras iudicantes et agentes leges. §. 1. Quia enim milites huiusmodi [3]) in provinciis constitutos eis subiicimus, neque in hoc egebunt praecepto cuiuspiam proprio aut a nobis, aut a nostris iudicibus, sed praesente lege utentur, et hanc eis ostendent, ut auxilientur eis utentibus iudiciali fiducia; scientibus, quia, nisi haec egerint, et emolumentorum et militiae sustinebunt casum, et in corpus periculum patientur, ut nobis nullo alio penitus opus sit iudice, et aut latronum insecutores, aut appellatos violentiarum inhibitores, magis autem fures aut violentos mittere, occasione quidem quasi rationabili utentes, ipsos autem omnium pessima facientes. Quum enim iudices provinciarum uniuscuiusque maximorum iudicum compleant officium, et pro omni alio cingulo provinciis sufficiant et ad ea, quae ex nostris legibus super eis decreta sunt, quis praesumat aut fori praescriptione, aut huiusmodi aliquo apud eos uti?

Cap. XIII. Interdicimus autem et gloriosissimo magistro militum Orientis, et omnibus nostris iudicibus aut

---

[a]) *Bas. VI. 3. 20.*

[1]) ἤτοι κριτηρίου *om. Hal., Bas.* — [2]) *Sic ex Graec. correxit Cont.*; praebemus, et ipsi omnem licentiam habentes *Trid., Port.* — [3]) *Trid.*; et huiusmodi *Cont.*

τους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐκπέμπειν. Ἴστωσαν [a]) γὰρ οἱ τε γενέσθαι μετὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον θαρρήσαντες, ὡς συλληφθέντες παρὰ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ δεσμωτήριον οἰκήσουσι, καὶ εἰς ἡμᾶς τοῦ πράγματος μηνυομένου, τὸν ἔσχατον ὑποστήσονται κίνδυνον. οἵ τε τὰς τοιαύτας αὐτοῖς παραδιδόντες προστάξεις triginta librarum auri ὑποστήσονται ποινήν, καὶ μείζονος δὲ ἔτι καὶ σφοδροτέρας ἡμῶν ἀγανακτήσεως πειραθήσονται [a]). Δεῖ τοίνυν τοὺς ἄρχοντας τῶν ἐπαρχιῶν τοσαυτης ἀξιωθέντας παρ' ἡμῶν ἐξουσίας οὕτω τῷ πράγματι χρῆσθαι, ὡς δικαίως καὶ νομίμως ἅπασιν εἶναι φοβεροὺς, εἰδότας, ὡς, εἰ τῇ διδομένῃ παρ' ἡμῶν ἀρχῇ κακῶς καὶ ἀναξίως τῆς ἐπιτραπείσης αὐτοῖς παρ' ἡμῶν παρρησίας χρήσονται, ὑποκείσονται ταῖς τιμωρίαις, αἷς ἔμπροσθεν εἴπομεν, καὶ ἕως τὴν ἀρχὴν ἔχουσι ταύτας ὑπομένοντες, καὶ ἐπειδὰν αὐτὴν κατάθοιντο, μείζονων ἔτι πειρώμενοι κινδύνων. Οὐδὲ γὰρ δίδομεν αὐτοῖς ἄδειαν, πρὶν τὸν νενομισμένον τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν πληρώσουσι χρόνον, τῶν ἐπαρχιῶν, ὧν ἦρξαν, ἀναχωρεῖν ἢ κατὰ πρόφασιν revocatorias, ἤτοι ἀνακλήσεως [1]), ἢ κατὰ πρόφασιν φυγῆς, ἢ κατὰ ἄλλην οἱανοῦν αἰτίαν, γινώσκουσιν ὡς, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, εἴτε ἐπὶ ταύτης γένοιντο τῆς εὐδαίμονος πόλεως, εἴτε ἐν οἵᾳ δήποτε χώρᾳ, πρὸς τὴν ἐπαρχίαν αὖθις ἐπαναχθέντες, ἧς ἦρξαν, ποινὰς ὑφέξουσιν, ἃς ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν [2]).

matores, vel similes in provincias mittant. Sciant enim illi, qui post hanc legem tales esse audebunt, a magistratibus se provinciarum comprehensos in carcerem coniiciendos, et re ad nos delata extremum periculum subituros, illos quoque, qui eiusmodi iussa iis dant, triginta librarum auri poenam esse passuros, et maiorem etiam gravioremque indignationem nostram sensuros. Quare magistratus provinciarum tanta potestate a nobis dignatos ita se gerere oportet, ut iuste et legitime omnibus metuendi sint; scientes, se, si magistratu a nobis collato male, neque ita, ut commissam illis a nobis potestatem decet, utantur, poenis, quas supra diximus, fore obnoxios, quas etiam patientur, dum magistratum gerunt, cumque eum deposuerint maiora etiam pericula subibunt. Non enim facultatem illis concedimus, antequam legitimum quinquaginta dierum tempus impletum sit, ex provinciis, quibus praefuerunt, vel praetextu revocatoriae, vel fugae, vel alia quacunque de causa discedendi; et sciant, se, sicuti ante diximus, sive in hac felicissima civitate, sive ubicunque locorum sint, ad provinciam, cui praefuerunt, reductos poenis, quas ante diximus, afficiendos esse.

Κεφ. ιδ'. [b])

Τὸν δὲ ὅρκον δώσουσιν ἐνταῦθα μὲν κατὰ τὸ ἀνωτέρω ῥηθέν. Εἰ δέ τισιν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις οὖσι πέμποιτο τὰ τῆς ἀρχῆς σύμβολα, ἐπί τε τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πρωτευόντων τὸν ὅρκον ὑφέξουσι, καὶ οὕτω τῶν τῆς ἀρχῆς ἀντιλήψονται πράξεων, δηλαδὴ τῆς σῆς ὑπεροχῆς προνοούσης τοῦ, εἴτε ἐπὶ ταύτης τῆς μεγάλης πόλεως παραλαμβάνοι [3]) τις ἀρχήν, εἴτε κατὰ χώραν αὐτῷ τὰ σύμβολα ταύτης πεμφθείη παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς, αὐτὸν τὸν λαμβάνοντα τὸ ἀσφαλὲς περιποιεῖν τῷ δημοσίῳ περὶ τῆς τῶν φόρων ἀμέμπτου εἰσπράξεως, καθάπερ ἂν αὐτὸς καθαρῶς δοκιμάσειας. Κείσθω δὲ ὁ νόμος ἡμῖν οὗτος ἐφ' ἅπασιν τοῖς τὰς παρ' ἡμῶν ῥητῶς ὀνομασθησομένας ἀρχὰς ἐκ τοῦ παρόντος χρόνου ἀμείψους παραληψομένοις. τὰ γὰρ δὴ προειλημμένα τοῖς ἔμπροσθεν κειμένοις ὑποκείσθω νόμοις, οὐδεμιᾶς ποινῆς τῶν ἐν τῷδε ἡμῶν τῷ νόμῳ διωρισμένων ἐπικειμένης τοῖς

Cap. XIV.

Iusiurandum vero hic quidem secundum id, quod supra dictum est, praestabunt. Si vero quibusdam, qui in provinciis sunt, magistratus symbola mittantur, coram dei amantissimo metropoleos episcopo et proceribus, qui ibi sunt, iusiurandum praestabunt, atque ita magistratus administrationem suscipient; eminentia scilicet tua curam gerente, ut, sive quis in hac magna civitate magistratum suscipiat, sive in provinciam symbola illius ab eminentia tua illi mittantur, is, qui ea accepit, cautionem de tributis inculpate exigendis fisco praestet, prout ipse liquido iudicaveris. Lata vero sit haec lex in omnes, qui a nobis distincte nominandos magistratus ab hoc tempore sine pretio sunt suscepturi. Praeterita enim ante latis legibus subiaceant, nulla earum poenarum, quae hac nostra lege definitae sunt, illis incumbente, qui huc usque magistratus gerunt, nisi et ipsi post insinuationem huius legis rapientes deprehendantur.

Epi-

aut latronum insectatores, aut violentiarum inhibitores, aut armatos, aut aliquos tales destinare in provincias. Sciant enim, qui ad hoc instituti post hanc nostram legem praesumserint, quoniam capti ab his nostris iudicibus provinciarum et in vincula redigentur, et ad nos causa nuntiata a nobis summum periculum sustinebunt. Et qui huiusmodi eis praecepta tradiderint triginta librarum auri sustinebunt poenam, et maiorem insuper ac vehementiorem nostram indignationem experientur. Oportet igitur iudices provinciarum, tanquam promeritos a nobis potestatem, sic causis uti, ut iuste et legitime sint omnibus metuendi, scientes, quia, si data a nobis administratione male et indigne abutantur a nobis concessa sibi licentia, subiacebunt suppliciis, quae primitus diximus, et donec administrationes habent haec perferentes, et dum eas deposuerint maiori adhuc experientur periculo. Non enim eis damus licentiam ante, quam legitimum quinquaginta dierum complestur tempus, a provinciis, in quibus administraverint, discedere aut per occasionem revocatoriae, aut per occasionem fugae, aut per aliam quamlibet causam, scientibus, sicut praediximus, sive ad hanc veniant felicissimam civitatem, sive in quamcunque regionem, ad provinciam denuo revocati, cui praefuerunt, poenas sustinebunt omnes, quas prius diximus.

Cap. XIV. Insirandum vero dabunt hoc quidem, quod superius diximus. Si vero aliquibus in provinciis exsistentibus mittantur cinguli codicilli, et coram deo amabili episcopo metropolitano, et qui in eis primates sunt insirandum subibunt, et ita cinguli suscipient actiones; tua quippe celsitudine providente, sive in hac maxima civitate perceperit aliquis administrationem, sive in provincia ei codicilli eius transmittantur a tua celsitudine, ut ipse, qui accepit, cautionem faciat fisco de tributorum inculpabili exactione, sicut ipse pure probaveris. Posita sit autem lex haec a nobis in omnibus administrationibus a nobis nominandis, et ex praesente tempore sine suffragio percipiendis. Nam quae praecesserunt pridem positis subiaceant legibus, nulla poena horum, quae in hac nostra lege

---

[a]) Ἴστωσαν — πειραθήσονται om. *Hal.*, *Bas.* — [b]) *Bas. VI.* 3. 21. *Desunt autem in Bas. verba* ἃς — ἔφθημεν *et cap.* 20. *finitur cum voce* ῥηθέν, *inde enim a verbis* εἰ δέ τισιν *incipit cap.* 21.

[1]) ἤτοι ἀνακλήσεως om. *Hal.*; ἢ κατὰ πρόφασιν μὲν *Hal.* — [3]) παραλάβοι *Hal.*, *Bas.* ἀνακλήσεως ἢ κατὰ πρόφ. φυγῆς *Bas.* — [2]) εἰρήκα-

τοῖς μέχρι νῦν τὰς ἀρχὰς ἔχουσι, πλὴν εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ μετὰ τὴν ἐμφάνισιν τοῦδε τοῦ νόμου κλέπτοντες ἕλοιεν.

Ἐπίλογος.

Ταῦτα τοίνυν ἡ σὴ ὑπεροχὴ πάντα μανθάνουσα ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑποτεταγμένοις φανερὰ παρασκευασάτω γίνεσθαι, κατὰ τὸ νενομισμένον προϊστάμασι χρωμένη πρὸς πάντας τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένους, ὥστε αὐτοὺς γινώσκοντας τὴν ἡμετέραν περὶ τοὺς ὑπηκόους σπουδὴν, καὶ ἣν ἔχομεν περὶ τὴν τῶν ἀρχόντων χειροτονίαν γνώμην, εἰδέναι, πόσων αὐτοῖς ἀγαθῶν μεταδεδώκαμεν, οὐδὲ τῆς βασιλικῆς θεραπείας διὰ τὴν αὐτῶν εὐδαιμονίαν φεισάμενοι. Dat. XVII. Kal. Maii, Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

Epilogus.

Haec igitur omnia celsitudo tua cognoscens, ut in omnibus gentibus subiectis manifesta fiant. provideat, edictisque ad omnes provinciarum praesides, ut mos est, utatur, ut illi, cognito nostro erga subditos studio et circa constitutionem magistratuum voluntate, sciant, quanta in illos bona contulerimus, ne quidem imperatorio famulitio propter felicitatem eorum parcentes.

Ἐδικτον γραφὲν τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις [1]) καὶ ὁσιωτάτοις πατριάρχαις. [a])

Τῆς παραδοθείσης ἡμῖν ἐκ θεοῦ πολιτείας κηδόμενοι, καὶ ἐν ἁπάσῃ δικαιοσύνῃ ζῆν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους σπεύδοντες, τὸν ὑποτεταγμένον νόμον ἐγράψαμεν, ὃν δὴ τῇ σῇ ὁσιότητι, καὶ δι' αὐτῆς ἅπασι [2]) τῆς τε ἐπαρχίας τῆς σῆς ποιῆσαι φανερὸν καλῶς ἔχειν ἐνομίσαμεν. τῆς οὖν σῆς θεοφιλίας καὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων ἔσται ταῦτα πιστωτὰ εἶναι, καὶ εἴ τι παραβαίνοιτο παρὰ τῶν ἀρχόντων, εἰς ἡμᾶς μηνύειν, ὅπως ἂν μή τι παροραθείη τῶν ὁσίως τε καὶ δικαίως ὑφ' ἡμῶν νομοθετηθέντων. Εἰ γὰρ ἡμεῖς μὲν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους ἐλεοῦντες, ὅτι πρὸς τῇ τῶν δημοσίων φόρων ἐκτίσει καὶ μεγάλας ὑπέμενον ἐκ τῆς τῶν ἀρχόντων κλοπῆς ἀδικίας διὰ τὰς γινομένας τῶν ἐπαρχιῶν πράσεις, ταύτας ἀνελεῖν διὰ τοῦ ὑποτεταγμένου ἐσπεύσαμεν νόμου, ὑμεῖς δὲ ῥᾳθυμοῦντες μὴ προσαγγείλητε, ἡμῖν μὲν ἀφοσιούσθω τὸ πρὸς τὸν δεσπότην θεὸν, ὑμεῖς δὲ ἀπολογήσεσθε πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων ἀδικίας, εἴ τι παρὰ τὸ μὴ μαθεῖν ἡμᾶς βλάβος τοῖς παρ' ἡμῖν ἀνθρώποις ἐπάγοιτο. ἀλλὰ δεῖ παρόντας ὑμᾶς τῇ χώρᾳ καὶ ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἀγωνιῶντας φανεροὺς ἡμῖν καθιστᾶν καὶ τοὺς ὀρθῶς ἄρχοντας, καὶ τοὺς παραβαίνοντας τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον, ὅπως ἂν ἑκατέρους γινώσκοντες τοὺς μὲν κολάζωμεν, τοὺς δὲ ἀμειβώμεθα. Ἐπειδὰν δὲ ὁ νόμος δημοσίᾳ προτεθείη, καὶ ἅπασι γένοιτο φανερός, τηνικαῦτα ληφθεὶς ἔνδον ἀποκείσθω ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ μετὰ τῶν ἱερῶν σκευῶν, οἷα καὶ αὐτὸς ἀνατεθειμένος θεῷ,

Edictum ad amantissimos dei episcopos religiosissimosque patriarchas ubique locorum constitutos scriptum.

Quum reipublicae a deo nobis traditae curam geramus, operamque demus. ut subditi nostri in omni iustitia vivant, subiectam legem scripsimus, quam sanctitati tuae, et per eam omnibus, qui in provincia tua sunt, notam facere pulchrum existimavimus. Tuae igitur et reliquorum episcoporum pietatis erit haec observare, nobisque, si magistratus quid violent, denunciare, ne quid eorum, quae a nobis sancte et iuste sancita sunt, negligatur. Si enim subditorum nostrorum miserentes, quod praeter publicorum tributorum solutionem magnas etiam iniurias ex magistratuum furtis ob provinciarum venditiones perpessi sunt, operam dedimus, ut eas subiecta hac lege tolleremus, vos vero per ignaviam non denuncietis, a nobis quidem domino deo consecrata sit, vos vero rationem de aliorum iniuriis illi reddetis, si quid damni nobis nescientibus hominibus nostris inferatur. Sed quum in loco sitis, et pro illis et pro reliquis decertetis, nobis tum eos, qui recte imperant, tum qui legem hanc nostram transgrediuntur notos facere oportet, ut, utrisque cognitis, illos quidem puniamus, hos vero remuneremus. Ubi vero haec lex publice proposita omnibusque manifesta facta erit, tunc intus in sacra ecclesia apud sacra vasa reponatur tanquam deo dedicata et ad salutem hominum ab ipso creatorum conscripta. Melius autem magisque salutare facietis omnibus illius loci hominibus, si eam tabulis vel lapidibus insculptam in porticibus sanctissimae ecclesiae scribatis, facilem eorum, quae sancita sunt, lectionem et possessionem omnibus praebentes. Cap. I.

lege determinata sunt, imminente hactenus administrationes habentibus, nisi tamen et ipsi post insinuationem huius legis nostrae furari capiantur.

Epilogus. Haec igitur tua celsitudo universa cognoscens in omnibus gentibus sub se constitutis fieri manifesta procuret, solenniter praeceptis utens apud omnes provinciarum praesides, ut ipsi cognoscentes nostrum circa subiectos studium, et quantam habemus circa ordinationem iudicum voluntatem, considerent, quanta eis bona participantur, neque imperii medelae [3]) pro eorum felicitate parcentes. Dat. XVII. Kal. Mai. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

Edictum scriptum in omni terra deo amabilibus archiepiscopis et sanctissimis patriarchis. [a])

Traditae nobis a deo reipublicae curam habentes, et in omni iustitia vivere nostros subiectos studentes, subiectam legem conscripsimus, quam et tuae sanctitati, et per eam omnibus, qui tuae provinciae sunt, facere manifestam bene habere putavimus. Tuae igitur sit reverentiae et ceterorum haec custodire, et si quid transcendatur a iudicibus, ad nos referre, ut nihil contemnatur horum, quae sancte et iuste a nobis sancita sunt. Sic enim nos quidem nostrorum subiectorum miserati, quoniam supra fiscalium functionum exactionem etiam maximas sustinent ex furto iudicum violentias propter factas provinciarum venditiones; haec auferre per subiectam studuimus legem. Vos autem si negligentes non referatis, a nobis quidem consecrata sit domino deo, vos autem rationem reddetis [4]) apud eum pro aliorum iniustitia, si quod non agnoscentibus nobis damnum apud vos hominibus inferatur; sed oportet praesentes vos provinciae [5]) et pro eis ac reliquis detestantes manifestos nobis facere et rectos iudices, et transcendentes hanc legem nostram, quatenus utrosque cognoscentes hos

---

[a]) *Hoc Edictum in cod. Vat. non reperitur. — Est I inter XIII Edicta. — Bas. VI.* 3. 48 *et* 49. *Exemplar Edicti ad Constantinopolitanos scripti praepositum Edicto universali ap. Trid., Port.*

[1]) ἀρχιεπισκόποις *Hal., Vulg.* — [2]) ἅπασι τοῖς *Hal., Bas.* — [3]) *Trid., Port.; pro* medelae *ex Hal. versione* famulitio *in textum intulit Cont.* — [4]) *Trid.;* a nobis quidem consecratam domino deo: rationem reddeti *Cont.* — [5]) *Trid.;* provinciis *Cont.*

θεῷ, καὶ πρὸς σωτηρίαν τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων ἀνθρώπων γεγραμμένος. ποιήσετε δὲ ἂν κάλλιον καὶ τοῖς αὐτόθι πᾶσιν ἀνθρώποις συμφορώτερον, εἴπερ αὐτὸν ἐγκολάψαντες ἢ σανίσιν ἢ λίθοις ἐν ταῖς στοαῖς τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἀναγράψητε, προχειρον παρεχόμενοι πᾶσι τὴν τῶν νομοθετηθέντων ἀνάγνωσίν τε καὶ κτῆσιν.

Κεφ. α'.

Εἰ δὲ τῆς τῶν ἀρχόντων καθαρότητος τοσαύτην ἐθέμεθα πρόνοιαν, πρόδηλον, ὡς πολλῷ μᾶλλον τοῖς ἐκδίκοις οὐκ ἐφήσομεν οὐδ' ὁτιοῦν οὐδὲ λαμβάνειν, οὐδὲ διδόναι. δώσουσι μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν παρεχομένων αὐτοῖς προσταγμάτων ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων, εἰ μὲν μείζονες αἱ πόλεις εἶεν, solidos quatuor, εἰ δὲ τῶν ἐλαττόνων, solidos tres, καὶ πέρα τούτων οὐδέν. λήψονται δὲ οὐδ' ὁτιοῦν παρ' οὐδενός, πλὴν εἰ μή τις ἐκ τοῦ δημοσίου νενομισμένος αὐτοῖς προσίη πόρος, ἢ εἴπερ μηδὲν [1]) ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνοιεν, μηδὲν περαιτέρω τῶν τῇ θείᾳ ἡμῶν διηγορευμένων διατάξει κομίζεσθαι. ἔπειτοιγε εἴ τι λαβόντες ἀλοῖεν ἢ αὐτοί, ἢ οἱ καλούμενοι αὐτῶν χαρτουλάριοι, ἢ ἕτερός τις τῶν περὶ αὐτούς, ἐκεῖνο τετραπλάσιον ἀποδώσουσιν, ὅπερ ἔλαβον, καὶ τοῦ φροντίσματος ἀπελαθήσονται. καὶ πρός γε καὶ ἐξορίᾳ διηνεκεῖ ζημιωθέντες, καὶ εἰς σῶμα σωφρονισθέντες, δώσουσι χώραν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἀντὶ κακῶν τοῦ φροντίσματος ἀντιλαμβάνεσθαι. Ἔσεσθε δὲ καὶ τούτου φύλακες ὑμεῖς, καὶ κωλύοντες τὰ παρὰ ταῦτα γινόμενα, καὶ μηνύοντες, ὥστε μήτε διαλαθεῖν τι τῶν ἁμαρτανομένων, μηδ' ἐκ τοῦ λαθεῖν ἀτιμώρητον εἶναι, ἀλλὰ πᾶσαν ἰσότητά τε καὶ δικαιοσύνην τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις ἐπανθῆσαι. Εἰ δὲ καὶ οἱ μέχρι νῦν ἄρχοντες μὴ μετὰ τὴν ἐμφάνισιν τοῦδε τοῦ νόμου πάσης ἀπόσχωνται κλοπῆς, ἴστωσαν καὶ αὐτοὶ ταῖς ἐκ τοῦδε τοῦ νόμου ποιναῖς ὑποκείμενοι. [τοῦτο τὸ ἔδικτον πρὸς τοὺς ἐπισκόπους. [2])] Dat. XV. Kal. April. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

Cap. I.

Quum vero integritatis magistratuum tantam curam gesserimus, manifestum est, nos multo minus defensoribus civitatum, ut quidquam vel accipiant vel dent, permissuros esse. Dabunt quidem pro concessis sibi edictis in iudicio gloriosissimorum praefectorum, si urbes maiores sint, solidos quatuor, si vero ex minoribus, solidos tres, et praeterea nihil. A nullo autem quidquam accipient, nisi ex fisco legitimus ad eos veniat quaestus, vel si nihil ex fisco accipiunt, nihil praeter ea, quae in sacra nostra constitutione sancita sunt, sumant. Nam si vel ipsi, vel chartularii eorum, qui vocantur, vel alii ex iis, qui circa illos sunt, quid accepisse deprehendentur, quadruplum eius, quod acceperunt, reddent, et ab officio removebuntur, ac insuper perpetuo exsilio multati, corporali quoque poena affecti, bonis viris, ut illi loco malorum officium suscipiant, locum facient. Eritis autem huius quoque rei custodes, et prohibebitis ea, quae contra haec fiunt, atque indicabitis, ut delicta non lateant, nec ideo, quod latent, impunita sint, sed omnis aequitas et iustitia inter subditos nostros floreat. Si vero magistratus, qui hucusque fuerunt, post insinuationem huius legis ab omni furto non abstineant, se quoque poenis huius legis subiectos esse sciant. [*Hoc edictum ad episcopos.*]

Εγράφη τὸ ἴσον τοῦ ἐδίκτου Κωνσταντινουπολίταις, ἔχον οὕτως.

"Οσην ἁπάντων τῶν ὑπηκόων ἐθέμεθα πρόνοιαν, δείκνυσιν ὁ παρ' ἡμῶν ἐναγχος τεθεὶς νόμος, ὃν δὴ πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἡμῶν ὑπάρχους ἐγράψαμεν. ἀλλὰ προσῆκόν ἐστι καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς εἰδέναι τὴν ἡμετέραν πρόνοιαν, ἣν περὶ πάντας ἀνθρώπους ἔχομεν. καὶ διὰ τοῦτο τὸν νόμον αὐτὸν καὶ ἐν ἐδίκτου προτεθείκαμεν σχήματι, ὥστε ὑμᾶς τῷ δεσπότῃ θεῷ

Scriptum est exemplum edicti Constantinopolitanis in haec verba:

Quantum omnium subditorum curam gesserimus, lex nuper a nobis lata ostendit, quam ad gloriosissimos nostros praefectos scripsimus. Conveniens autem est, ut et vos ipsi sciatis, quam curam pro omnibus hominibus geramus; propterea hanc ipsam legem etiam in forma edicti proposuimus, ut vos domino deo et servatori nostro Iesu Christo atque nostro etiam imperio iuste hymnos cana-

hos quidem puniamus, illis autem repensemus. Quumque lex publice proposita fuerit et omnibus manifesta, tunc intus recondatur [3]) in sanctissima ecclesia cum sacris vasis, utpote et ipsa dedicata deo, et ad salutem ab eo factorum hominum scripta. Facietis autem melius et illic habitantibus universis hominibus utilius, si eam insculpentes aut tabulis aut lapidibus in porticibus sanctissimae ecclesiae describatis, plenam praebentes omnibus horum, quae sancita sunt, lectionem atque possessionem.

Cap. I. Si vero pro iudicum puritate hanc habuimus providentiam, palam est, quia multo magis defensoribus non permisimus nec quidquam accipere, nec dare. Dabunt enim concessis sibi praeceptis in foro gloriosissimorum praefectorum, si quidem maiores sint civitates, solidos IV., si vero minores sint, solidos III., et ultra haec nihil. Accipient autem nihil ab ullo, si aliquis ex fisco solennis eis quaestus erit, aut si nihil ex fisco percipiunt, nihil ultra, quam sacra nostra statutum est constitutione, percipiant, alioquin, si quid accipere capiantur aut ipsi, aut qui vocantur eorum chartularii, aut alter quispiam, qui circa eos sunt, illi quadruplum restituent quod acceperunt, et hac sollicitudine repellentur, insuper exsilio perpetuo multabuntur, et in corpore castigati reddent provinciam viris bonis pro malis defendendam. Eritis autem et in hoc custodes vos, et inhibentes, quae contra haec fiunt, et insinuantes, ut neque lateat aliquid horum, quae delinquuntur, neque latendo sit impunitum, sed omnis aequitas atque iustitia nostris subiectis floreat. Si vero etiam hactenus iudices non post insinuationem huius legis omni abstineant furto, sciant et ipsi, huius legis poenae se esse subiectos.

Scriptum est exemplar Edicti Constantinopolitanis habens ita:

Quantam subiectorum posnimus providentiam, ostendit a nobis nuper posita lex, quam ad gloriosissimos nostros praefectos scripsimus. Sed competens est, et vos ipsos scire nostram providentiam, quam circa omnes homi-

[1]) εἴ τις ἐκ τοῦ δημ. νενομ. αὐτοῖς πόρος ἔσται, ἢ εἰ μήτι *Hal.*, *verba autem* νενομισμένος — δημοσίου *cum non reperiantur in cod. Flor. et Bol. Haloandrum apparet haec e Vulg. graece interpretatum esse; cf. Heimbach in: Zeitschr. f. g. R. VIII. p.* 327. — [2]) τοῦτο — ἐπισκόπους *om. Hal., Vulg.* — [3]) tunc sumptus intus reconditus *Trid.*

Θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ δικαίως ἀνατέμπειν ὕμνους, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ, ὅτι πάντα διὰ τὸ ὑμέτερον συμφέρον αἱρούμεθα πόνον.

canatis, quia propter vestram utilitatem omnem laborem suscipimus.

Γνῶσις τῆς παρ' ἑκάστης τῶν ὑποτεταγμένων ἀρχῶν [1]) ὀφειλούσης παρέχεσθαι λόγῳ συνηθειῶν ποσότητος παρὰ τῶν τὰς ἀρχὰς ἐχόντων, οὐδενὸς τολμῶντος παρὰ τὰ προγεγραμμένα οὔτε λαβεῖν, οὔτε δοῦναί τι πλέον.

Notitia eius quantitatis, quae ab unoquoque illorum magistratuum, quos subiecimus, consuetudinum nomine ab iis praestari debent, qui magistratus gerunt: nemine praeter ea, quae praescripta sunt, quidquam amplius dare aut accipere audente.

bebo studium, ut fiscalia vigilanter inspiciam, et indevotos quidem et indigentes necessitate cum omni exigam vehementia, nequaquam subinclinatus, neque ob hoc lucrum ipsum omnino considerans, aut per gratiam vel odium exigens aliquem citra, quam competit, aut concedam alicui; devotos autem paterne tractabo, et subiectos piissimorum nostrorum dominorum illaesos undique, quantum possibilitatem habeo, custodiam. Et aequus in causis utrique parti et in publicis disciplinis ero, nullique parti citra, quam iustum est, praestabo, sed aequnar universa delicta, et omnem aequitatem servabo, secundum quod mihi visum fuerit iustum; et eos quidem, qui innoxii sunt, undique innoxios illaesosque conservabo, noxiis autem imponam supplicium secundum legem, et omnem iustitiam (sicut iam dictum est) in publicis et privatis contractibus eis servabo, et si comperero fiscum iniustitiam pati, non ego solum hoc agam, sed etiam semper mihi assidentem talem studebo assumere, et circa me omnes, ut non ego purus quidem sim, qui vero circa me sunt furentur et delinquant. Si quis autem inveniatur circa me talis, et quod fit ab eo me sanare, et eum expellere. Si vero non haec omnia ita servavero, recipiam hic et in futuro saeculo in terribili iudicio magni domini dei et salvatoris nostri Iesu Christi, et habeam partem cum Iuda, et lepra Giezi, et tremore Cain, insuper et poenis, quae lege eorum pietatis continentur, ero subiectus. Scriptum est exemplar huius Dominico gloriosissimo per Illyricum praetoriorum praefecto.

[1]) *Hal. in notis recogn. op., in textu habet ut Scrimg.* ἀπαιτῶν. — [2]) *Hal., Bas. (cod. Coisl.); apud Scrimg. verba* καὶ — ἀδικούμενον *cum sequentibus iunguntur, maiore post* διατηρήσω *distinctione posita, ibidemque non est partic.* καὶ *post* ἀδικούμ. — [3]) ἀπολάβω *Bas. (cod. Coisl.).* — [4]) ἔξω μερίδα *Hal.* — [5]) *Scrimg., Bas. (ed. Fabr.), II. Reg.* 5, 25 *sqq. (LXX.); Γιαιζῆ Hal.; Γιεζῆ Bas. (cod. Coisl.)* — [6]) ὑπεύθυνον *Hal.*

Gl Novella IX.*)

UT ETIAM ECCLESIA ROMANA CENTUM ANNORUM GAUDEAT PRAESCRIPTIONE.

(Coll. II. tit. 4.)

Imp. Iustinianus A. Ioanni, viro beatissimo ac sanctissimo Archiepiscopo et Patriarchae veteris Romae.

Praefatio.

Ut legum originem anterior Roma sortita est, ita et summi pontificatus apicem apud eam esse nemo est qui dubitet. Unde et nos necessarium duximus patriam legum, fontem sacerdotii, speciali nostri numinis lege illustrare, ut ex hac in universas ecclesias catholicas, quae usque ad oceanum fretum [1]) positae sunt, saluberrimae legis vigor extendatur, et sit totius occidentis, nec non et orientis, ubi possessiones sitae inveniuntur ad ecclesias nostras sive nunc pertinentes, seu postea eis acquirendae, lex propria ad honorem dei consecrata. Quum enim antiqua iura XXX annorum metis temporales exceptiones concludebant, et, si hypotheca fuerat, paulo longiora eis spatia condonabant, nos sacrosanctas ecclesias huiusmodi quidem curri-

*) *Haec novella ad solam ecclesiam Romanam cum spectet, latina lingua edita est.* — *Coll. const. eccl. III.* 2. 4. (*in: Voëlli bibl. II. p.* 1350). — *Iulian. Const.* 8. — *Est inter novellas glossatas.*

[1]) *Trid., Cont.;* fretum *om. Hal., Port.*

curriculis temporum nullatenus excludi concedimus, maxime in his rebus, in quibus vel laesionem sustinuerint, vel quidquam debeatur, sed centum tantummodo annorum lapsu temporalem exceptionem eis opponi sancimus, ut maneant per totum praedictum tempus integra iura ecclesiastica, et non possit eis alia praeter centum annorum obviare exceptio, quum hoc tempus vitae longaevi hominis plerumque finis esse dignoscatur. Habeat itaque sanctitas tua hanc legem catholicis totius occidentis ecclesiis profuturam, et in orientales partes propagandam, in quibus aliquid sacrosanctae possident ecclesiae [1]), ut sit deo omnipotenti dignum donarium divinarum, rerum tuitio nec iniquis hominibus impium remaneat praesidium, et tutus peccandi locus etiam scientibus relinquatur, sed ille servetur innocens, qui re vera innoxius sit, nec improba temporis allegatione sese tueatur, tempus pro puritate praetendens. Quod igitur nostra aeternitas ad omnipotentis dei honorem venerandae sedi summi apostoli Petri dedicavit, hoc habeant omnes terrae, omnes insulae totius occidentis, quae usque ad ipsos oceani recessus extenduntur, nostri imperii providentiam per hoc in aeternum reminiscentes. Huiusmodi [2]) autem legis praerogativam [3]), sicut supra dictum est, non solum in occidentalibus partibus Romanae ecclesiae condonamus, sed etiam in orientalibus partibus, in quibus ecclesiasticae urbis Romae possessiones sunt vel postea fuerint, scilicet omnibus indicibus maioribus et minoribus, qui Christiani et orthodoxi sunt vel postea fuerint, hanc nostram constitutionem servantibus, nihilo minus huiusmodi legis temeratoribus post caelestes poenas etiam legitimum semper vigorem pertimescentibus, et poenam L. librarum auri formidantibus. Hac lege non solum in postea [4]) emergentibus causis suum tenorem exercente, sed etiam in iis, quae iam sunt deductae in iudicium.

Epilogus.

Sanctitas itaque tua praesentem nostrae mansuetudinis legem piissimam, sive sacrosanctam oblationem, quam deo dedicamus, accipiens, intra [5]) sacratissima vasa reponat, et a nobis servandam, et omnes [6]) ecclesiasticas possessiones servaturam. Dat. XVIII. Kal. Maii [7]), Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

[1]) sacr. nostrae eccl. possident *Trid.* — [2]) *Trid.*, *Hal.*; huius *Port.*, *Cont.* — [3]) *Hal.*; *in aeternum. Reminiscentes huius legis praerog. Trid.*, *Port.*, *Cont.* — [4]) postea *om. Trid.* — [5]) intro apud *Hal.* — [6]) et in omnes *Trid.*, *Hal.* — [7]) *ms. Contii*, *Trid.*; VI. Kal. Maii *Hal.*, *Port.*, *Cont.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ι'. [a])

Περὶ τῶν ῥεφερενδαρίων.

(Coll. II. tit. 5.)

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἑρμογένει, τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἅπερ εἰς τάξιν ἠγάγομεν τὴν προσήκουσαν, οὐδὲ τὰ περὶ τοὺς περιβλέπτους ἡμῶν ῥεφερενδαρίους ἔξω καταλιπεῖν ᾠήθημεν [1]) τῆς παρ' ἡμῶν προνοίας, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὁπόσῳ πολλῶν ἡμῖν χρειωδέστεροι καθεστᾶσι. πρότερον γὰρ αὐτοὺς οὐκ εἰς πλῆθος συντεταγμένους ἠμεῖς, ὅπως ἂν πολλοῖς δι' αὐτῶν βοηθοῖμεν τὰς ἑκάστου ῥᾳδίως αἰτήσεις μανθάνοντες, πλείους εἶναι τῶν ἔμπροσθεν πεποιήκαμεν. §. 1. Ἀλλ' ἐφάνησάν τινες τὴν ἡμετέραν φιλοτιμίαν εἰς ἀμετρίαν ἐκκαλούμενοι, καὶ πολλοὺς μὲν ἡμῖν ἐπισείοντες [2]) τοῖς δεομένοις, πολλαῖς δὲ ἐκτείναις χρώμενοι, οὕτω τι ταῖς ἀεὶ προσθήκαις εἰς ἀμετρίαν οὐ

Novella X.

DE REFERENDARIIS.

Imp. Iustinianus Augustus Hermogeni, gloriosissimo sacrorum officiorum Magistro, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Inter reliqua omnia, quae in convenientem ordinem redegimus, etiam spectabilibus nostris referendariis prospiciendum esse existimavimus, eoque magis, quo utiliores nobis sunt. Nam quum antea non ita multi essent, quo per eos multos adiuvaremus singulorum petitiones facile cognoscendo, ut plures quam antea essent, effecimus.

§. 1. *Sed exstiterunt quidam, qui liberalitatem nostram in immensum provocarunt, cum multos supplices adversus nos concitarent multisque supplicationibus uterentur, atque ita continuis additamentis rem adeo*

Gl. Const. X.

DE REFERENDARIIS PALATII.

(Coll. II. tit. 5.)

Imp. Iustinianus A. Hermogeni, gloriosiss. sacrorum officiorum Magistro, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. Cum aliis omnibus, quae in ordinem perduximus competentem, neque ea, quae de spectabilibus nostris referendariis sunt, foras relinquere existimavimus a nostra providentia, et tanto magis, quanto nobis utiliores constituti sunt. Primum quidem eos non in multitudine constitutos nos, ut adiuvaremus multos, per eos singulorum facile petitiones discentes, plures esse, quam dudum, fecimus. §. 1. Sed apparuerunt quidam nostram largitatem in immensum vocantes, et multos quidem nobis introducentes supplicantes, multis autem petitionibus usi, ita semper adiectiones in immensum incompetens, causam sic perduxerunt honestam;

[a]) *Hal.* (*nov.* 11.) *et Scrimg.* — *Iulian Const.* 16. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) ἐνομίσαμεν *Hal.* — [2]) ἐπεισάγοντες *Hal.*, (*Fulg.*); *leg. fort.* ἐπισεύοντες.

οὐ πρέπουσαν πρᾶγμα οὕτως ἐξαγαγόντες σεμνον. οὐδὲ γὰρ τοῖς αἰτοῦσι γέγονε πέρας, ἕως εἰς τεσσαρεςκαιδέκατον ὁ τούτων ἀριθμὸς ἐξέβη. Διὰ τοῦτο τοίνυν, ὅπως αν μὴ πρᾶγμα εἰκότως ἡμῖν τετιμημένον, εἶτα εἰς πλῆθος ἐκχεόμενον τῆς οἰκείας ἐλαττωθείη σεμνότητος, συνείδομεν ῥητῷ τὸν αὐτῶν ἀριθμὸν περιστεῖλαι μέτρῳ, οὐχ ὡςτε τοὺς ὄντας ἀφελέσθαι τῶν δεδομένων (οὐ γὰρ τοῦτο βασιλικῆς ἴδιον μεγαλοφροσύνης, ἄλλως τε [1]) πάντων ἀρεσάντων ἡμῖν καὶ σεμνῶς ὑπηρετησαμένων ἔξω τινὰς ἐξ αὐτῶν καταστῆσαι τῆς ἡμετέρας ὑπουργίας οὐδενὶ παντελῶς αἰρούμεθα τρόπῳ), ἀλλὰ μένειν μὲν αὐτοὺς θεσπίζομεν καθ' ὅπερ εἶσι σχῆμα, μηδένα δὲ προστεθῆναι παντάπασιν, ἕως ἂν εἰς ὀκτὼ ἀνδρῶν τὸ τούτων περισταλῆ μέτρον, ὥςτε αὐτοὺς διηνεκῶς ὀκτὼ καθεσιάναι. τοῦ μὲν ἀριθμοῦ τούτου κατ' οὐδένα τρόπον ἢ χρόνον αὐξομένου, σπευδόντων δὲ αὐτῶν διηνεκῶς ἀλλήλους ὑπερβάλλεσθαι ταῖς περὶ ἡμᾶς καὶ τὴν βασιλείαν θεραπείαις τε καὶ εὐνοίαις. οὐδενὸς ἄδειαν ἔχοντος οὐδὲ αἰτεῖν τι τοῦ λοιποῦ τοιοῦτον, ἀλλὰ γινώσκοντος, ὡς οὐδὲ τεύξεται τῶν αἰτουμένων, ὑπέρ τε τῆς αἰτήσεως αὐτῆς οὐ μόνον ἔνοχος ἔσται ποινῇ χρυσίου λιτρῶν δέκα, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκείας ἐκπεσεῖται στρατείας. Βουλόμεθα γὰρ αὐτοὺς τῷ μέτρῳ μὲν μέχρι τοῦ ῥηθέντος ἀριθμοῦ συνεστάλθαι, δικαιοσύνῃ δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς αὔξειν τε καὶ ἐπὶ μεῖζον διαφαίνεσθαι. ἡ γὰρ κατὰ ἀριθμὸν πληθὺς οὐδὲν ἂν ἔχοι σεμνόν, ἐπειδήπερ ἐν ὀλίγοις ἐκ πολλῶν ὁ κατ' ἀρετὴν σώζεται βίος. Μενέτωσαν μὲν οὖν, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, νῦν ἐπὶ τούτου τοῦ σχήματος.

adeo gravem ad immensitatem non decentem perduxerunt. Non enim finem petendi fecerunt, donec numerus eorum ad quatuordecim excresceret. Quapropter ne res, quae a nobis merito in honore habetur, si ad multitudinem excrescat, suam dignitatem amittat, placuit numerum eorum ad certam mensuram redigere; non ut iis, qui sunt, auferamus quod concessum est (non enim imperatoriae id est magnificentiae, praesertim quum neminem ex illis, qui nobis placent, et honeste inserviunt, nostro ministerio expellere ullo modo velimus); sancimus igitur, ut in statu, in quo sunt, maneant quidem, nemo vero omnino addatur, donec numerus eorum ad octo viros redigatur. Atque hic quidem numerus nullo tempore aut modo augeatur, illi vero perpetuo operam dent, ut obsequio et benevolentia erga nos et imperium se mutuo superent. Nemini autem in posterum liceat tale quid ne petere quidem, sed sciat, se ea, quae petit, non impetraturum, et quia petiit non solum poenae decem librarum auri obnoxium futurum, sed etiam militiam suam amissurum esse. Volumus enim, ut ad dicti numeri mensuram redigantur, et iustitia atque aliis virtutibus augeantur et clariores appareant. Numeri enim magnitudo nil gravitatis habet, cum pauci ex multis probe vivant. Maneant igitur nunc, sicut diximus, in hoc statu.

Ἐπίλογος.

Ταῦτα δὲ ἡ σὴ ὑπεροχὴ γινώσκουσα φυλαττέτω, κατὰ μηδένα καιρὸν παραβαθῆναι συγχωροῦσά τι ὧν παρ' ἡμῶν θεσπισθένιων, ἀλλὰ τοὺς παρὰ ταῦτά τι πράττοντας τὴν ἠπειλημένην [2] εἰσπράττειν ποινήν, οἷα τοιοῦτων ἐφιεμένους, ἅπερ οὐδὲ αἰτεῖν ἔξεστιν, οὔτε δίδοσθαι δυνατόν. καὶ ἔστω καὶ οὗτος νόμος ἡμέτερος πλῆθος μὲν ἀπωθούμενος, ἀνειςάγων δὲ ἀρετὴν, ἥπερ οὐκ ἐν πολλοῖς διαφαίνεται. καὶ μάλιστα ἐπ' [3] ἀνδράσι προελθοῦσι μὲν ἐκ πατέρων ἀγαθῶν τὸν δὲ αὐτὸν [4] βίον ἀποτεθεικόσι ταῖς τε τῶν δεομένων ἱκετείαις, ταῖς τε παρ' ἡμῶν εἰς αὐτοὺς ἐπικουρίαις. Τὰ τοίνυν παρασιάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. XVII Kal. Maii, Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

Epilogus.

Haec autem eminentia tua cognoscens custodiat, et nullo tempore eorum quidpiam, quae a nobis sancita sunt, violari permittat, sed ab iis, qui contra haec quid faciunt, poenam, quam minati sumus, exigat, utpote qui talia petant, quae nec petere licet, nec dari possunt. Atque haec nostra lex multitudinem quidem tollat, virtutem vero ex adverso inducat, quae in paucis apparet, et maxime viris, qui ex bonis quidem parentibus descendunt, vitam vero suam precibus supplicum, et eo, quod a nobis iis praestatur, auxilio impenderunt. Quae igitur nobis placuerunt, et sacra hac lege declarantur, eminentia tua ad effectum deducere studeat.

nestam; nil enim petentibus factum est finitum, donec in quatuor et decem eorum numerus exiret. Propterea igitur, utpote causa forsan [5]) a nobis honorata, deinde in multitudinem effusa, ne propria imminuatur honestate, praevidimus certa eorum numerum comprehendere mensura, non ut quae sunt auferamus eis concessa (nec enim hoc imperialis est maiestatis proprium), sed ut omnium placentium nobis et honeste ministrantium foras aliquos ex his constituamus a nostro ministerio, nullo omnino concedimus modo, sed manere quidem eos sancimus secundum figuram, qua sunt, neminem tamen omnino adiici, donec in octo viros perveniat numerus, ut hi perpetuo sint octo constituti; numero quidem hoc per nullum modum aut tempus aucto, festinantibus autem ipsis perpetuo invicem transcendere circa nos et imperium cura et devotione; nemine licentiam habente neque petere aliquid deinceps tale, sed sciente, quod neque impetrabit petita, pro eadem autem petitione non solum obligatus erit poenae auri librarum decem, sed etiam propria spoliabitur militia. Volumus enim eos in mensura quidem usque ad dictum numerum contineri, iustitia vero et aliis virtutibus augeri, et ad maius apparere. Multitudo enim numerosa nihil habet honestum, quoniam in paucis ex multis, quae secundum virtutem est vita salvatur. Maneant igitur, secundum quod praediximus, nunc in eadem figura.

Epilogus. Haec autem tua eminentia cognoscens custodiat, ut nullo tempore transgrediatur aliquid eorum, quae a nobis sancita sunt, sed eos, qui praeter hoc aliquid agunt, interminatam exigi poenam, tanquam ea petentes, quae nec petere licet, neque dare [6]) possibile est. Sitque et haec lex nostra multitudinem quidem expellens, introducens vero virtutem, quae non in multis apparet, et praecipue in viris procedentibus [7]) ex patribus quidem bonis, suam autem vitam constituentibus tam in petitionibus indigentium, quam ad nostrum in eos auxilium. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram legem manifestata sunt tua eminentia operi effectuique tradere festinet. Dat. XVII. Kal. Maii [8]), Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

Novel-

[1]) ἀλλ' ὥστε *Hal.*, (*Fulg.*); *sed Hal. in notis recogn. op.* ἄλλωστε. — [2]) εἰρημένην *Hal.* — [3]) ἐν *Hal.* — [4]) αὐτῶν *Hal.* — [5]) *Trid.*, *Port.*; iure *Cont.* — [6]) *Ita Cont. sec. Graec.*; poenam quam eis promisimus, quam neque repeti licet neque reddi *Trid.* — [7]) procedat *Trid.*, *Port.* — [8]) XVIII Kal. Maii *ms. Contii*, *Trid*; Idib. Maii *Port.*, *Cont.*

Novella XI.*)

DE PRIVILEGIIS ARCHIEPISCOPI IUSTINIANAE PRIMAE, ET SEDE PF. P. ILLYRICO IN PANNONIAM SECUNDAM, ID EST IUSTINIANAM PRIMAM. TRANSFERENDA.

Imp. Iustinianus A. Catelliano [1]), viro beatissimo, Archiepiscopo primae Iustinianae.

Praefatio.

Multis et variis modis nostram patriam angere cupientes, in qua primo deus praestitit nobis ad hunc mundum, quem ipse condidit, venire, et circa sacerdotalem censuram eam volumus maximis incrementis ampliare, ut primae Iustinianae patriae nostrae pro tempore [2]) sacrosanctus antistes non solum metropolitanus, sed etiam archiepiscopus fiat, et ceterae [3]) provinciae sub eius sint auctoritate, id est tam ipsa mediterranea Dacia, quam Dacia Ripensis, nec non Mysia secunda, et Dardania, et Praevalitana provincia, et secunda [4]) Macedonia, et pars secundae etiam Pannoniae, quae in Bacensi [5]) est civitate. Quum enim in antiquis temporibus Firmi [6]) praefectura fuerit constituta, ibique omne fuerit Illyrici fastigium tam in civilibus quam in episcopalibus causis, postea autem Attilanis temporibus eiusdem locis devastatis Apennius [7]) praefectus praetorio de Firmitana [8]) civitate in Thessalonicam profugus venerat, tunc ipsam praefecturam ex sacerdotalis honor secutus est, et Thessalonicensis episcopus non sua auctoritate, sed sub umbra praefecturae meruit aliquam praerogativam. Quum igitur in praesenti deo auctore ita nostra respublica aucta est, ut [9]) utraque ripa Danubii iam nostris civitatibus frequentetur, et tam Viminacium, quam Recidua et Literata [10]), quae trans Danubium sunt, nostrae iterum ditioni subiectae sint, necessarium duximus ipsam gloriosissimam praefecturam, quae in Pannonia erat, in nostra felicissima patria collocare, quum nihil quidem magni distat a Dacia mediterranea secunda Pannonia [11]). Et quia homines semper bellicis sudoribus inhaerentes non erat utile reipublicae ad primam Macedoniam post [12]) tot spatia tantasque etiam difficultates venire, ideo necessarium nobis visum est ipsam praefecturam ad superiores partes trahere, ut iuxta eam provinciae constitutae facilius sentiant illius medicinam. Et ideo tua beatitudo et omnes praefatae primae Iustinianae sacrosancti antistites archiepiscopi habeant praerogativam, et omnem licentiam suam auctoritatem eis impertiri, et eos ordinare, et in omnibus suprascriptis provinciis primam habere dignitatem, summum sacerdotium, summum fastigium, a tua sede creentur [13]), et solum archiepiscopum habeant, nulla communione ad [14]) eum Thessalonicensi episcopo servanda; sed tu ipse et omnes primae Iustinianae antistites, sive [15]) eius iudices et disceptatores, quidquid oriatur inter eos discrimen, ipsi hoc dirimant, et finem eis imponant, et eos ordinent, et nec ad alium quendam eatur, sed suum agnoscant archiepiscopum omnes praedictae provinciae, et eius sentiant creationem, et vel per se, vel per suam auctoritatem, vel clericos mittendos habeat omnem potestatem, omnemque sacerdotalem censuram et creationis licentiam. Sed et in Aquis, quae est provinciae Daciae Ripensis, ordinari volumus a tua sanctitate episcopum, ut non in posterum sub Meridiano Thraciae oppido [16]) episcopo sit constituta, sed Meridianus quidem maneat in Meridiano, nulla communione cum Aquis servanda. Aquensis autem episcopus habeat praefatam civitatem, et omnia eius castella, et territoria, et ecclesias, ut possit Bonosiacorum scelus ex ea civitate et terra repellere, et in orthodoxam fidem transformare. Ut igitur sciat beatitudo tua nostri numinis dispositionem, ideo praesentem legem ad tuam venerabilem sedem transmisimus, ut in perpetuum tale beneficium habeat patriae nostrae ecclesia in dei omnipotentis gloriam et nostri numinis sempiternam recordationem. Quando autem tuae (recordationis [17])) sedis gubernatorem ab hac luce decedere contigerit, pro tempore archiepiscopum eius a venerabili suo concilio Metropolitanorum ordinari sancimus, quemadmodum decet archiepiscopum omnibus honoratum ecclesiis [18]) provehi, nulla penitus Thessalonicensi episcopo nec ad hoc communione servanda.

Epilogus.

Beatitudo igitur tua, quae nostra sanxit aeternitas modis omnibus ad effectum perducere non differat. Dat. VI. Kal. Maii [19]), Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

AIA-

---

*) *Haec Novella latine amissa extabat iam in edd. Mogunt.* (*Schoeffer* 1477) *et Basil.* (*Wensler* 1478), *sed cum eius memoria obliteraretur eam rursus dedit ex vet. libro ms. Cont.* 1559. *in collatione decima et postea apparuit cum Iuliano Mir.* (1561.), *August.* (1567), *in ed. Nov. Contii* 1571. — *Epitome est in Coll. const. eccl. III.* 1. 8. (*in: Voëlli bibl. II. p.* 1331.) — *Julian. const.* 9.

[1]) *Καστελλίωνι Coll. const. eccl.* — [2]) propter hoc 59.; *om. Iulian. August.* — [3]) certae *Iulian. Mir., August.* — [4]) prima *Iulian. August.* — [5]) quae in Urbatensi *Iulian. August.* — [6]) Firma 59.; Sirmii *Iulian. August.* — [7]) Appenninus *Iulian. Mir.*; Aprecinius *Iulian. August.* — [8]) Sirmitana *Iulian. August.* — [9]) 59., *Iulian. August.*; ut *om. Cont.* — [10]) et Bimisacium recidiva et limitata *Iulian. August.* — [11]) nec multis etiam spatiis separatur secunda Macedonia a Pannonia secunda *add. Iulian. August.* — [12]) per *Iulian. August.* — [13]) fastig. ascendere et te solum 59.; fastig. quae a se decernentur *Iulian. August.* — [14]) nulla actione adversus *Iulian. August.* — [15]) sint *Iulian. Aug.* — [16]) Thraciae opp. *om. Iulian. August.* — [17]) recordationis *om. Iulian. August.* — [18]) *omnibus honorum necessariis Iulian. August.* — [19]) *Iulian. Pith.*; Datum XX. Belis. *Cont.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ιβ'. [a])

Περὶ ἀθεμιτογαμίων.

(Coll. II. tit. 7.)

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Φλώρῳ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ κόμητι τῶν ἁπανταχοῦ θείων πριβάτων.

Προοίμιον.

Τοὺς ὑπὲρ τῶν ἀθεμίτων ἐμπροσθεν γάμων [1]) γεγραμμένους ὑπὸ τῶν βεβασιλευκότων νόμους οὐκ ἐντελῶς ἔχειν ἡγούμεθα, οἵπερ τοὺς μὲν ἀθεμίτοις συμβαλόντας γάμοις ἀτιμωρήτους ἐῶσι, τὴν δὲ ἐξ αὐτῶν προελθοῦσαν γονὴν, καίτοιγε ἀνεύθυνον οὐσαν, ἀφαιροῦνται τῶν τοῦ πατρός, ὡς ἀναγκαῖον ὂν τοὺς μὲν ἁμαρτάνοντας ἀνευθύνους εἶναι, τοὺς δὲ ἀνευθύνους ὡς ἁμαρτάνοντας κολάζεσθαι.

Κεφ. α'.

Θεσπίζομεν τοίνυν, τοῦ λοιποῦ, εἴ τις ἀθέμιτον καὶ ἐναντίον τῇ φύσει (ὃν ὁ νόμος incestόν τε καὶ nefarion καὶ damnaton καλεῖ) συναλλάξει γάμον, εἴπερ οὐκ ἔχοι παῖδας ἐκ προτέρων γνησίων τε καὶ ἀμέμπτων αὐτῷ γενομένους γάμων, εὐθὺς μὲν αὐτῷ τὴν τῶν οἰκείων πραγμάτων ἔκπτωσιν ἐπικεῖσθαι, ἅμα δὲ καὶ τῶν ὀνόματι [2]) προικὸς ἐπιδεδομένων αὐτῷ μηδενὸς ἀπολαύειν, ἀλλὰ πάντα τῷ ταμείῳ προσκυροῦσθαι. ἀνδ' ὅτου γὰρ ἐξὸν γαμεῖν νενομισμένα [3]) παρανόμων [4]) ἐρᾷ, καὶ συγχεῖ μὲν γονάς, ἀδικεῖ δὲ τὰ γένη, πράττει δὲ ἀσεβῆ τε καὶ ἀνόσια, καὶ τοιαῦτά γε ἐπιθυμεῖ, ὁποῖα πολλὰ καὶ τῶν ἀλόγων ἀποσείεται ζώων, ἔστω γε αὐτῷ ποινὴ μὴ δήμευσις μόνον, ἀλλὰ καὶ ζώνης ἀφαίρεσις καὶ ἐξορία, καὶ εἴ γε εὐτελὴς εἴη, καὶ τοῦ σώματος αἰκισμός, ὅπως ἂν μάθοι σωφρονεῖν καὶ εἴσω τῆς φύσεως μένειν, ἀλλὰ μὴ τρυφᾷν τε καὶ ἐρᾷν ὑπερόρια, καὶ τῶν παραδεδομένων ἡμῖν ἐκ τῆς φύσεως καταυθαδιάζεσθαι νόμων [5]). καὶ τῆς γυναικός, εἰ τὸν νόμον ἐπισταμένη τοῦτου μὲν ἀμελήσειεν, ἀθεμίτοις δὲ ἑαυτὴν ἐπιδοίη γάμοις, ὑπὸ τὴν αὐτὴν γινομένης ποινήν.

Κεφ. β'.

Εἰ μέντοι τύχοιεν ἐκ προτέρων γάμων ἀμέμπτων

Novella XII.

DE INCESTIS ET NEFARIIS NUPTIIS.

Imp. Iustinianus A. Floro gloriosissimo Comiti rerum sacrarum privatarum quorumcunque locorum.

Praefatio.

Leges de incestis nuptiis ab Imperatoribus antea scriptas non perfectas esse existimamus, quae eos, qui incestas nuptias contraxerunt, impunitos relinquunt, prolem vero ex iis natam, licet culpa careat, paternis bonis privant, quasi necesse sit eos, qui peccarunt, impunitos esse, qui vero crimine carent tanquam sontes puniri.

Cap. I.

Sancimus igitur, ut, si quis in posterum illicitas et naturae contrarias nuptias (quas lex incestas, nefarias et damnatas vocat) contraxerit, siquidem liberos ex prioribus legitimis et inculpatis nuptiis natos non habeat, statim is res suas amittat, simulque iis, quae dotis nomine ei data sunt, minime fruatur, sed omnia fisco addicantur. Quum enim legitimas nuptias contrahere licuisset, cur illegitimas appetit, sobolem confundit, familiam iniuria afficit, et impia ac nefaria perpetrat, eaque concupiscit, quae multa etiam bruta animalia aversantur? Poena igitur illius sit non solum publicatio bonorum, sed etiam cinguli ademtio atque exsilium, et si vilis conditionis sit, corporis quoque castigatio, ut discat caste vivere, et intra naturae terminos se continere, nec voluptuose vivere, et quae modum excedunt amare, legibusque, quae a natura traditae sunt, repugnare. Mulier quoque, si, quum legem sciret, eam neglexerit, et incestas nuptias contraxerit, eandem poenam sustineat.

Cap. II.

Sin autem ex prioribus inculpatis nuptiis liberos, vel

Gl. Const. XII.

DE INCESTIS ET NEFARIIS NUPTIIS.

(Coll. II. tit. 6.)

Imp. Iustinianus A. Floro, gloriosissimo Comiti ubicunque positae divinae rei privatae.

Praefatio. Pro incestis dudum nuptiis scriptas ab Imperatoribus leges non perfecte se habere [6]) indicamus, quae eos quidem, qui incestis copulantur nuptiis, impunitos sinunt, ex iis autem procedentem sobolem, utique inculpabilem existentem, privant rebus patris [7]), ut necessitas sit eos quidem, qui peccant, sine reatu esse, eos autem, qui innoxii sunt, tanquam peccantes puniri.

Cap. I. Sancimus igitur, de cetero, si quis illicitas et contrarias naturae (quas lex incestas, et nefandas, et damnatas vocat) contraxerit nuptias, si quidem non habuerit filios ex prioribus legitimis et inculpabilibus sibi contractis nuptiis, mox ei suarum rerum casum imminere, simul autem, et eis [8]), quae nomine dotis data sunt ei, in nullo potiri, sed omnia aerario assignari, eo quod, dum licuerit nuptias facere legitimas, contra leges amaverit, et confuderit quidem sobolem, nocuerit autem et generi, egerit vero quae impia sunt et scelesta, et talia concupierit, qualia plurima etiam irrationabilia amovent [9]) animalia, sitque ei poena non confiscatio solum, sed etiam cinguli privatio et exsilium, et si vilis fuerit, etiam corporis verberatio, quatenus discat caste vivere et intra naturam se continere, non autem delectari et amare ultra terminum traditum nobis a natura etiam his legibus repugnare [10]). Muliere [11]) quoque, si legem sciens hanc quidem neglexerit, incestis autem semetipsam tradiderit nuptiis, sub eadem constituenda poena.

Cap. II

---

a) *Hal. et Scrimg. — Prooem. et cap.* 1 — 3 *in Bas. XXVIII*, 6. *Schol. a — c. — Iulian. const.* 32. — ***Versio est vetus glossata.***

1) *Hal.*; γάμων *om. Scrimg., Bas.* — 2) λόγῳ ***Hal.*** — 3) *Scrimg., Bas.*; γάμον ποιεῖν νενομισμένον ***Hal.*** — 4) παράνομον *Hal.* — 5) *Hal., Bas., (Vulg.)*; νόμων *om. Scrimg.* — 6) *Trid., Port.*; *om. se Cont* — 7) *Trid., Cont.*; paternis *Port.* — 8) *Port.*; ea *Trid.*, eorum *Cont.* — 9) admonent *Trid., Port.* — 10) etiam — repugnare *uncis incl. Cont.* — 11) mulier *Trid., Port.*

πτων παῖδες ὄντες αὐτῷ [1]), ἢ ἔγγονοι τυχόν, ἢ καὶ περαιτέρω, τὴν πατρῴαν εὐθὺς ἐκεῖνοι λήψονται διαδοχήν, αὐτεξούσιοι μὲν τῇ τοῦ πατρὸς τιμωρίᾳ γινόμενοι, τρέφοντες δὲ ὅμως αὐτόν, καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀναγκαίων παρέχοντες. εἰ γὰρ καὶ τῶν νόμων ὑπερόπτης εἴη καὶ ἀσεβής [2]), ἀλλὰ πατὴρ ὅμως ἐστί [3]).

vel nepotes, vel etiam ulteriores habeat, statim illi paternam hereditatem accipiant, et in poenam patris suae potestatis fiant, illum tamen alant, eique reliqua necessaria praebeant. Quanquam enim legum contemtor et impius sit, tamen pater est.

Κεφ. γ'.

Καὶ τοῦτο μὲν ὁ μετὰ ταῦτα ἐχέτω χρόνος, ὁ μετὰ τὴν παροῦσαν ἡμῶν διάταξιν ῥέων, ὁ μηδένα λυπήσων, εἴ γε σωφρονοίη. ἔξεστιν γὰρ μηδὲν ἁμαρτόντας ὑπὸ τῷ νόμῳ τούτῳ [4]) μὴ τετάχθαι. Τὸ δέ γε ἤδη παρῳχηκὸς οὔτε παντελῶς ἐῶμεν ἀνεύθυνον, οὔτε πανταπασιν ὑπὸ πικρὰν φέρομεν ἀγανάκτησιν, ἀλλ' εἴ τις ἀθέμιτος γέγονε γάμος, εἰ μὲν ἔφθασεν οἵῳ δήποτε τρόπῳ οὗτος διαλυθῆναι, ἀνεύθυνος ἔσται. Εἰ δὲ ὧδε ἡμῶν ὁ νόμος εὕροι τινὰ μετὰ τῶν τοιούτων γάμων ἄδειαν ἐκεῖνος ἐχέτω, ἀφ' οὗπερ ἅπασιν ἐμφανὴς γέγοιτο, ἐνιαυτῶν εἴσω δύο τὴν οὕτως αὐτῷ συναφθεῖσαν ἀποπέμπειν γαμετήν, οὐκ ἐπανελευσομένην ἔτι πρὸς αὐτόν, οὐδὲ διεστῶσαν μὲν τῷ σχήματι, ταῖς δὲ ἀληθείαις συνοῦσαν (ἴσως γὰρ οὕτως καὶ τοῖς προτέροις [5]) ἀπολογήσεται), μόνης τετάρτης τῆς αὐτοῦ περιουσίας μοίρας ἐπὶ τὸ δημόσιον φερομένης. Καὶ τοὺς γε παῖδας, ἐπειδήπερ αὐτοῖς ὡς ἀνευθύνοις συγχωροῦμεν, εἰ μὲν μόνοι καὶ μὴ μεθ' ἑτέρων καὶ αὐτῶν γνησίων εἶεν, ἐξ ἑτέρων γάμων ἀνευθύνων γενομένων, μὴ στερεῖσθαι τῆς πατρῴας διαδοχῆς, εἰ μὴ δικαίως αὐτοὺς μισήσας ὁ πατὴρ διά τινα ἑτέραν νόμιμον πρόσκρουσιν τῆς οἰκείας ἀποκλείσοι διαδοχῆς. §. 1. Εἰ μέντοιγε καὶ γάμος εἴη τις ἕτερος προγενόμενος, καὶ οὐδὲν τῷ νόμῳ προσκρούων, καὶ παῖδες ἐκεῖθεν γένοιντο, τὰς μὲν τριῖς μοίρας τοῦ κλήρου τοῖς πανταχόθεν ἀμέμπτοις τε καὶ ἀνευθύνοις καταλιμπάνεσθαι παισίν, εἰ μή τι προσκρούσειεν ἕτερον, ὅπερ αὐτοὺς ἀναξίους τῆς τοῦ πατρὸς κατὰ νόμον δείκνυσι διαδοχῆς, τὴν δὲ τετάρτην τοῖς παισὶ τοῖς ὑρισμένοις μέν, ἀνευθύνοις δὲ ὅμως, καταλιμπάνειν ἐξέστω, καὶ αὐτοῖς ἀμέμπτοις πᾶλλα πανταχόθεν περὶ τὸν πατέρα φαινομένοις, δηλαδὴ προεξαιρουμένης [6]) ἐκ τῆς πατρῴας περιουσίας τῆς τετάρτης μοίρας, ἣν τῷ δημοσίῳ δίδοσθαι προσετάξαμεν. Δίδομεν δὲ αὐτοῖς [7]) οὐκ ἐκ διαθήκης μόνης, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀδιαθέτου τῶν γεγεννηκότων κατὰ τὸν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον τρόπον γίνεσθαι

Cap. III.

Et hoc quidem obtineat futuro tempore, quod post hanc constitutionem labetur, quodque nemini molestiam feret, si caste vixerit. Non licet enim nihil delinquentes huic legi subiicere. Quod vero iam praeteriit, neque plane impunitum esse sinimus, neque sub acerbam omnino indignationem deducimus, sed si quae incestae nuptiae contractae sunt, siquidem quocunque modo ante dissolutae fuerunt, poena careant. Sin autem haec nostra lex aliquem tales nuptias iniisse inveniat, liceat illi intra duos annos a tempore publicationis uxorem sibi ita iunctam dimittere, eaque nunquam ad eum revertatur, nec specie quidem separata sit, re autem vera consuetudinem cum illo habeat (forte enim prioribus (legibus) ita satisfaciet), et quarta solum pars substantiae eius ad fiscum deferatur. Et liberi, quoniam illis ut innoxiis veniam damus, siquidem soli, neque alii simul iique legitimi ex aliis licitis nuptiis nati exsistant, non priventur paterna successione, nisi eos pater, iure odio habens, propter aliam quandam legitimam offensam ab hereditate sua excluserit.

§. 1. *Quodsi aliae quaedam nuptiae, quae non contra legem sunt, ante contractae sint, atque ex his liberi exsistant, tres quidem partes hereditatis liberis omni ex parte culpa et crimine carentibus relinquantur, nisi in alia re peccaverint, quae ipsos secundum leges paterna successione indignos reddat, quartam vero liberis, qui iniuriam quidem passi sunt, culpa tamen vacant, si et ipsi in patrem plane nihil commiserunt, relinquere liceat, quarta parte, quam fisco dari praecipimus, ex paterna substantia prius detracta. Concedimus autem illis, ut non solum ex testamento, sed etiam ab intestato secundum modum a nobis ante dictum parentum suorum heredes fiant. Atque id ipsum etiam obtineat, si postquam demisit priorem coniugem, quae illicite illi iuncta erat, aliam legitimam uxorem ducat,*

Cap. II. Si vero contigerit ex prioribus nuptiis inculpabilibus filios esse ei, aut nepotes forte, aut ulterius, paternam mox illi accipiant successionem, suae quidem potestatis patris supplicio facti, pascentes autem eum et alia necessaria praebentes. Nam licet legum contemtor et impius sit, tamen pater est.

Cap. III. Et hoc quidem sequens tempus habeat post praesentem nostram constitutionem currens, nullo contristando, si caste vixerit; licebit enim nihil peccantes sub hac lege non subdi. Quod vero iam transactum est, nec omnino relinquimus innoxium, nec omnibus modis sub acerbam indignationem submittimus, sed si quae incestae factae sunt nuptiae, si quidem contigerit eas quolibet modo dissolvi, sine reatu sint; si vero haec nostra lex invenerit aliquem post tales nuptias [8]), licentiam ille habeat, ex quo omnibus insinuata est, intra duos annos sic sibi copulatam dimittere coniugem, non reversuram ulterius ad eum, neque seperatam quidem figuraliter, pro veritate vero coniunctam (forsan enim sic prioribus satisfaciat), sola quarta eius substantiae parte ad fiscum deferenda, et ad filios omni alia substantia, quam eis tanquam innoxiis concedimus, ut, si quidem soli, et non cum aliis et ipsis legitimis sint, ex [9]) aliis nuptiis inculpabilibus exsistentibus, non priventur paterna successione, nisi iuste eos odio habens pater propter aliam quandam legitimam offensionem a sua excludat successione. §. 1. Si vero etiam nuptiae sint aliae prius factae, et non offendentes legem, et filii inde oriantur, tres quidem partes hereditatis undique inculpabilibus et innoxiis relinqui filiis, nisi aliquid offendant aliud, quod eos indignos patris secundum legem successione demonstret; quartam vero filiis iniuriam quidem passis, innoxiis tamen, relinquere liceat, et ipsis inculpabilibus per omnia alia circa patrem visis, scilicet et praecepta [10]) ex paterna substantia quarta parte, quam fisco dari praecipimus. Damus autem eis non ex testamento solo, sed etiam ab intestato genitorum secundum prius a nobis dictum modum fieri heredes.

[1]) αὐτῇ *Hal.* — [2]) τῶν νόμων παραβάτης καὶ ἀσεβής *Hal.*; τῶν νόμων ὑπερόπτης ἢ καὶ ἀσεβής *Bas.* — [3]) *Scrimg.*, *Bas.*; ὅμως πατὴρ καθέστηκε *Hal.* — [4]) ἁμαρτῶντας ὑπὸ τὸν νόμον τοῦτον *Hal* — [5]) αὐτος καὶ τῶν προτέρων *Hal.* — [6]) *Hal.*; πατέρα προεξαιρουμένοις *Scrimg.* — [7]) *Hal.*, *Bas.*; αὐτοὺς *Scrimg.* — [8]) *Trid.*, *Port.*, *Cont.*; post in talibus nuptiis *Beck.* — [9]) ipsi legitimi sint et ex *Trid.*, *Port.* — [10]) *Trid.*; percepta *Port.*, *Cont.*

θαι κληρονόμους. Ταὐτοῦ τούτου κρατοῦντος, εἰ καὶ μετὰ τὸ τὴν προτέραν ἀποπέμψασθαι γαμετὴν τὴν ἀθεμίτως αὐτῷ συναφθεῖσαν ἑτέραν ἄγοιτο κατὰ νόμον γυναῖκα, παίδων αὐτῷ καὶ ἐκ τῆς προτέρας ὄντων, καὶ ὕστερον ἐκ τῆς νομίμου γενομένων. οὕτω γὰρ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον τῇ [1]) φιλανθρωπίᾳ νικήσομεν, τῆς προικὸς δηλαδὴ τῇ ἀποστάσῃ γυναικὶ διδομένης. Εἰ δὲ μὴ τὴν γαμετὴν ἀποπέμψαιτο ἐνιαυτῶν εἴσω δύο, ἀφ' οὗπερ ὁ νόμος δημοσίᾳ γένηται φανερός, αὐτός τε ἐκπιπτέτω τῆς αὐτοῦ περιουσίας, καὶ ἡ γυνὴ τῆς προικός, καὶ ὑπὸ τὴν εἰρημένην γινέσθω ποινήν. Οἵ τε τοιοῦτοι παῖδες οὐδὲν ἐκ τῆς πατρῴας περιουσίας ἕξουσιν, οὐδὲ μὴν τῆς μητρῴας προικός. ἀλλ' εἰ μὲν εἶεν ἐκ προτέρων γάμων ἀνευθύνων παῖδες αὐτῷ γενόμενοι, ἐκεῖνοι τὰ πράγματα λήψονται, παρὰ τὴν τετάρτην δηλαδὴ μοῖραν, τὴν εἰς τὸ δημόσιον φερομένην, αὐτεξούσιοί τε γινόμενοι καὶ τὸν πατέρα τρέφοντες, καὶ τὴν ἄλλην αὐτῷ παρέχοντες ἀρκοῦσαν θεραπείαν, καθὰ φθάσαντες εἴπομεν. τῆς προικὸς κἀνταῦθα τῆς ἀθεμίτου γυναικὸς ὑπὸ τὸ δημόσιον γινομένης. Εἰ μέντοιγε παῖδες οὐκ εἶεν ἐκ προτέρων ἀμέμπτων γάμων τῷ ταῦτα πράξαντι γενόμενοι, τηνικαῦτα τῆς πάσης αὐτοῦ περιουσίας κύριον ἔσται τὸ δημόσιον. τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν μετὰ ταῦτα γαμούντων ἀθέμιτα νενομοθετήκαμεν, ἓν ἴσῳ διὰ πάντων τιθέντες τὸν οὐκ ἀποπεμπόμενον εἴσω τοῦ ῥηθέντος ἡμῖν χρόνου τὴν ἀθέμιτον γαμετὴν τῷ μετὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον τῶν ἀθεμίτων τε καὶ μεμισημένων τινὰ γάμων ἑλομένῳ.

ducat, eique tam ex priore, quam postea ex legitima uxore liberi nati sint. Ita enim superiora tempora humanitate vincemus, si dos scilicet mulieri, quae divertit, reddatur. Sin autem intra biennium, a quo haec lex publicata fuerit, uxorem non dimittat, et ipse substantia sua, et mulier dote excidat, et poenae supradictae subsit, et liberi illi neque ex paterna substantia, neque ex dote matris quidquam habeant. Sed si ex prioribus legitimis nuptiis liberos habeat, illi praeter quartam scilicet partem, quae fisco infertur bona accipiant, atque suae potestatis fiant, et patrem alant, ac reliquum sufficiens ministerium, sicut ante diximus, ei praestent; dos illegitimae coniugis etiam hic in fiscum redigatur. Quodsi ille, qui haec commisit, liberos ex prioribus legitimis nuptiis non habeat, tunc totius eius substantiae fiscus erit dominus. Hoc enim in illis etiam sancivimus, qui post hanc legem incestas nuptias contrahent, comparantes eum, qui intra dictum tempus illegitimam uxorem non dimittit, cum illo, qui post hanc nostram legem incestas et exosas nuptias contraxerit.

Κεφ. δ'.

Ἀμφισβητηθὲν δὲ ἔν τισιν ἔθνεσι καί τι περὶ τῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας διατάξεως γινομένων γνησίων παίδων, ᾠήθημεν ὀρθῶς ἔχειν ἡμεῖς, οἷα τοῦ νόμου πατέρες, προσθεῖναί τε αὐτῷ, καὶ διαλῦσαι τὸ στασιαζόμενον. καὶ γὰρ δὴ καὶ μετὰ τοιαύτης τῆς ἐννοίας ἐξ ἀρχῆς τὸν νόμον ἐθέμεθα. εἰ γάρ τις καὶ γνησίων εἴη παίδων πατήρ, καὶ ἀπελθούσης αὐτοῦ τῆς γαμετῆς ἐξ ἀνθρώπων ἢ καὶ νομίμως διαλυθείσης ἔχοι τινὰ συνήθειαν πρὸς ἄλλην γυναῖκα, ἣν ἐξῆν καὶ νομίμως ἄγεσθαι γαμετήν, καὶ γένοιντο παῖδες αὐτῷ πρὸ τῶν προικῴων συμβολαίων, εἴ γε ταῦτα ποιήσειεν, ἢ καὶ μετὰ ταῦτα, εἰ καὶ μόνοι μείνοιεν οἱ πρὸ τῶν προικῴων παῖδες, δευτέρων ἢ οὐ γενομένων, ἢ καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι τελευτησάντων, ᾠήθησάν τινες μὴ δύνασθαι τοὺς δευτέρους εἶναι γνησίους, ἐπειδὴ προϋπῆσαν καὶ ἐκ τῆς προτέρας [2]) γαμετῆς ἕτεροι νόμιμοί τε καὶ γνήσιοι παῖδες. ὅπερ

Cap. IV.

Quum vero quibusdam gentibus dubium quoddam exortum sit de liberis, qui per nostram constitutionem legitimi facti sint, recte nos facturos putavimus, si tanquam legis patres illi quid adiiceremus, et dubium solveremus; hac enim mente legem hanc ab initio tulimus. Nam si quis legitimorum liberorum sit pater, et uxore eius e vita excedente, vel matrimonio legitime soluto, cum alia muliere consuetudinem habeat, quam secundum legem uxorem ducere licebat, ac liberi ante dotalia instrumenta, si quae fecit, vel postea illi nati fuerint, licet liberi ante dotalia instrumenta nati soli supersint, secundis vel non procreatis, vel, quum nati essent, mortuis, existimant quidam, secundos liberos legitimos esse non posse, quia ex priore coniuge alii legitimi et sui liberi ante exsistant. Id quod non recte nec apte cohaeret; nam si confectione dotalium instrumentorum contenti eiusmodi liberos legitimos et suos

redes. Hoc eodem valente, si etiam, postquam prius dimiserit coniugem inceste sibi copulatam [3]), alteram duxerit secundum legem uxorem, filiis ei et ex priore exsistentibus, et postea ex legitima procreatis; sic enim prius tempus clementiae vincimus, dote quippe praecedenti mulieri danda. Si autem uxorem non dimiserit intra duos annos, ex quo lex fuerit publice insinuata, et ipse cadat sua substantia, et mulier dote, et supra dicta fiat poena; tales quoque filii nihil ex paterna substantia habebunt, neque ex materna dote. Sed si quidem [4]) fuerint ex prioribus nuptiis innoxii filii ei procreati, illi res accipiant (post quartam quippe partem, quae ad fiscum defertur) suae potestatis effecti, et patrem alentes, et aliam ei praebentes sufficientem sanationem, sicut praediximus; dote etiam hic incestae coningis sub fisco facienda. Si vero filii non sint ex prioribus inculpabilibus nuptiis hoc agenti procreati, tunc totius eius substantiae dominus erit fiscus. Haec enim etiam in postea nubentibus inceste sancimus, sub aequalitate per omnia ponentes eum, qui non dimittit intra praedictum a nobis tempus incestam coningem, cum eo, qui post hanc nostram legem incestas et odibiles quasdam nuptias elegit [5]).

Cap. IV. Dubitatum itaque in quibusdam gentibus etiam aliquid [6]) de legitimis filiis ex nostra constitutione factis, existimavimus recte se habere nos tanquam legis patres et adiicere ei, et solvere dubitationem. Etenim cum tali intellectu ab initio legem posuimus. Nam etsi legitimorum quisquam sit pater, et abeunte eius uxore ex hominibus, aut etiam legitime transigente, habuerit quandam consuetudinem ad aliam mulierem, quam licebat etiam legitime ducere uxorem, et fuerint ei filii [7]) ante dotalia documenta, si tamen ea fecit, aut etiam postea, vel etiam soli maneant ante dotalia filii, secundis autem non procreatis, aut etiam postquam nati sunt morientibus, existimaverunt quidam, non posse secundos esse legitimos, quoniam praeexsistant ex priori

---

[1]) τῇ *om. Hal., Bas.* — [2]) ἑτέρας *Hal.* — [3]) *Trid.*; inceste sibi commissam vel copulatam *Port.*, *Cont.* — [4]) *Trid.*; qui *Port.*, *Cont.* — [5]) *Trid.*; cliget *Port.*; elegerit *Cont.* — [6]) *Trid.*, *Port.*; etiam in quibusd. gent. aliquid *Cont.* — [7]) *Trid.*, *Port.*; aut ante *Cont.*

ὅπερ οὐδεμίαν ὀρθὴν καὶ ἀκόλουθον ἔχει [1]) συνέχειαν. εἰ γὰρ τοὺς τοιούτους παῖδας ἡμεῖς νομίμους τε καὶ γνησίους ἀπεφήναμεν, τῇ τῶν προικῴων συμβολαίων ἀρχισθέντες ποιήσει, γνήσιοι δὲ καὶ οἱ πρότεροι καθεστᾶσιν, ἐπὶ πᾶσι [2]) γνησίοις ὁ πατὴρ τελευτᾷ, τοῖς τε ἐκ τῆς πρώτης γενομένοις, τοῖς τε ἀπὸ τῆς δευτέρας, εἰ καὶ πρὸ τῶν προικῴων συμβολαίων ἐγένοντο, καὶ μηδὲν ἐπ' αὐτοῖς μετὰ τὸ συμβόλαιον τῆς προικὸς ἐτέχθη, ἢ καὶ τεχθὲν ἐτελεύτησε. καὶ ἄδειαν ὁ νόμος αὐτῷ δίδωσιν ὃν βούλεται διατιθέναι τρόπον τὰ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ νοσήν, ἵνα μέντοι μὴ προσχρείαν κατά τι τοῖς νόμοις, οἷπερ μέτρῳ ῥητῷ τῆς διαδοχῆς πάντας τοὺς παῖδας καλοῦσιν. ἐλεύσονται τοίνυν καὶ ἐξ ἀδιαθέτου καὶ ἐκ διαθήκης, καθάπερ ὅ τε πατήρ, ὅ τε νόμος ἐψήφισεν, γνήσιοί τε ὄντες καὶ νόμιμοι, ἀλλήλους τε διαδέξονται. καὶ τί γὰρ ἂν ἕτερον φαίημεν, ἀρχούσης τῆς τοῦ νομίμου καὶ γνησίου προσηγορίας ὑπεξουσίους τε αὐτοὺς ἀποφῆναι, καὶ δοῦναι καὶ κατὰ τῆς διαθήκης, ἅπερ οἱ νόμοι διδόασιν, καὶ πάντα ἔχειν, ὁπόσα ἂν τῷ τοιούτῳ προσρήματι πρέπῃ;

suos declaravimus, priores etiam legitimi sunt, et pater moritur tum eos, qui ex prima, tum etiam qui ex secunda uxore progeniti sunt omnes legitimos relinquens, licet ante dotalia instrumenta nati sint, et nemo praeter eos post instrumentum dotis natus sit, vel quum natus esset, decesserit. Facultatem quoque illi lex concedit quo velit modo de rebus, quae ad prolem suam spectant, testandi, ne tamen in ullo leges offendat, quae certo modo ad successionem omnes liberos vocant. Quum igitur illi sui et legitimi sint, tam ab intestato quam ex testamento venient, prout tum pater tum lex permittit, sibique mutuo succedent. Quid enim aliud diceremus, quum legitimi et sui appellatio sufficiat ad demonstrandum, eos in potestate esse, et ut contra testamentum etiam id, quod leges dant, illis concedatur, omniaque habeant, quae huiusmodi appellationem decent?

Ἐπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου ὑηλούμενα νόμου μανθάνουσα ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι ταῦτα σπευσάτω, κηρύγμασι χρωμένη πρὸς τοὺς τῶν ἐθνῶν ἡγουμένους, ὥστε καὶ τοὺς ἔξω γινώσκειν ἀνθρώπους, ὅτι νοσῆς ἀνευθύνου τε καὶ καθαρᾶς ἐφροντίσαμεν, καὶ τὰς ἐκφύλους τε καὶ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων μεμισημένας νόμων ἀποστρεφόμεθα συμπλοκάς. Dat. XVII. Kal. Iun. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

Epilogus.

Eminentia igitur tua quae nobis placuerunt et per sacram hanc legem declarata sunt cognoscens, operam det, ut ad effectum adducantur, edictisque ad populorum rectores utatur, ut exteri quoque homines intelligant, nos innocentis et inculpatae sobolis curam gessisse, atque alienos ac nostris legibus exosos complexus aversari.

priori coninge alii legitimi et proprii filii. Quod nullam rectam et consequentem habet consonantiam. Si enim huiusmodi filios nos legitimos et proprios demonstravimus, dotalium documentorum contenti confectione, legitimi vero etiam primi constituti sunt, in omnibus legitimus [3]) etiam pater moritur, et iis, qui ex prima fuerunt, et qui de secunda, licet ante dotalia documenta procreati sunt, et nullus post eos post documentum dotis natus est, aut etiam natus [4]) mortuus, et licentiam lex ei praestat quo vult testari modo in suam sobolem, ut tamen non offendat in aliquo leges, quae mensura certa successionis omnes filios vocant. Venient igitur etiam ab intestato et ex testamento (sicut et pater et lex permittit) proprii exsistentes atque legitimi, alterutrisque succedent. Quid enim aliud decernimus, quum sufficiat legitima et suorum appellatio sub potestate eos ostendere, et dare etiam contra testamentum quae leges praebent, et omnia habere, quaecunque huiusmodi appellationem decent?

Epilogus. Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et per hanc legem declarata sunt agnoscens, operi effectuique tradere festinet, praecepto utens apud gentium praesides, ut et qui foris sunt homines agnoscant, quia sobolis innoxiae et purae curam habuerimus, et alienigenas atque nostris odibiles legibus aversamur copulationes. Dat. XVII Kal. Iun. Constantinop. Belisario V. C. Cons. indictione XIV. [535.] [5]).

Const

---

[1]) ὀρθὴν κατέχει *Hal.* — [2]) παισὶ *Hal. in notis recogn. op.*, *Hervag.*, *Paris.* — [3]) *Trid.*, *Port.*; sunt in omnibus: legitimus *Cont.* — [4]) *Trid.*; et *inser. Port.*, *Cont.* — [5]) VI Idus Octob. — indict. XIV *ms. Cont.*, *Trid.*, *Port.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ιγ'. [a])

Περὶ τῶν πραιτώρων τοῦ δήμου ἤτοι νυκτεπάρχων [1]).

(Coll. II. tit. 8.)

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Κωνσταντινουπολίταις.

Προοίμιον.

Τὸ τῶν λαμπροτάτων τῆς ἀγρυπνίας ἀρχόντων ὄνομα, σεμνόν τε καὶ τοῖς παλαι Ῥωμαίοις γνωριμώτατον ὄν, οὐκ ἴσμεν ὅπως εἰς ἀλλοίαν μετέσπη προσηγορίαν καὶ ταξιν. ἡ μὲν γὰρ πάτριος ἡμῶν φωνὴ praefectos vigilum αὐτοὺς ἐκάλεσε, τῇ τῶν ἀγρυπνούντων καὶ οὐδὲν ἀνερεύνητον καταλιμπανόντων [2]) ἀνθρώπων ἀρχῇ τούτους ἐπιστήσασα [3]). ἡ δέ γε Ἑλλήνων ἰρωνή, οὐκ ἴσμεν ὅθεν, ἐπάρχους αὐτοὺς ἐκάλεσε τῶν νυκτῶν, ὥςπερ ἀναγκαῖον ὂν ἡλίου μέν, ὡς ἔοικε, δύνοντος ἐξανίστασθαι τὴν ἀρχήν, παύεσθαι δὲ ἀνίσχοντος. τί γὰρ ἂν εἴη, διότι τὸ τῶν νυκτῶν προσέθηκεν ὄνομα; εἰ μὲν γὰρ ὡς ταύτης μόνης τῆς ἀρχῆς τῶν ἐν νυξὶν οὐκ ὀρθῶς πραττομένων ἐπιμελουμένης καὶ περινοστούσης τὴν πόλιν ταύτην ἔσχε τὴν προσηγορίαν, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ τὴν πολιαρχίαν ὁρῶμεν πραττουσαν, ὥςτε οὐδὲν ἦν τὸ κωλύον, τό γε ἐπὶ τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐκείνην τούτῳ τῷ ὀνόματι καλεῖν. εἰ δὲ διηρῆσθαι τας ἀρχὰς οἷόν τε, καὶ τὸν μὲν ἐνδοξότατον ἔπαρχον τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως εἶναι τῆς ἡμέρας ἄρχοντα, τοὺς δὲ ἄλλους τῆς νυκτός, σφόδρα τῶν εἰκότων ἀπεπλανήθησαν, τὴν ὀρθότητα τῶν ὀνομάτων οὐκ ἴσμεν δὲ ὅπως διαφθείραντες. ταύτῃ τοι καὶ τὴν προσηγορίαν ταύτην, ζοφώδη τε οὖσαν, καὶ σκοτεινήν, καὶ τῆς νυκτὸς ἐπώνυμον, εἰκότως ἀποφεύγουσιν ἅπαντες, καὶ ποινὴν τὴν χειροτονίαν ἡγοῦνται, καὶ οὔτε βασιλικῶν ἀξίαν συμβόλων εἶναι νομίζουσιν.

Κεφ. α'.

Ἡμεῖς οὖν τὸ πρᾶγμα ὡς ἔχει θεωρήσαντες ψηφισθημεν χρῆναι τὴν ἀρχὴν δὴ ταύτην ἐξ αὐτῆς ἀρξαμένην [4]) τῆς προσηγορίας εἰς τὸ πᾶν ἀνεγεῖραί τε καὶ

Novella XIII

DE PRAETORIBUS POPULI SIVE NYCTEPARCHIS.

Imp. Iustinianus A. Constantinopolitanis.

Praefatio.

Quum clarissimorum vigilum praefectorum nomen honestum et antiquis Romanis satis notum fuerit, nescimus, quo modo in aliam appellationem et ordinem translatum sit. Nam patria nostra lingua praefectos vigilum eos vocavit, illis igitur hominibus, qui vigilias agunt, et nihil inexploratum relinquunt, tanquam magistratus eos praefecit. Graecorum vero lingua nescimus unde illos praefectos noctium vocaverit, quasi necesse sit, ut sole quidem, ut videtur, occidente imperium incipiat, eo vero oriente desinat. Quid enim causae est, ut noctium nomen adderet? Si enim appellationem hanc inde habuit, quod hic magistratus eorum, quae nocte non recte fiunt, solus curam gerat, et per urbem oberret, idem tamen et magistratum urbis facere videmus, ita ut nihil impediat, quo minus et ille magistratus, quantum ad hanc appellationem, eo nomine vocetur. Nam si magistratus dividi, et gloriosissimus quidem praefectus felicis huius urbis diurnus, reliqui vero nocturni iudices esse possunt, valde a vero illi aberrarunt, nominum veram significationem, nescimus qua ratione, corrumpentes. Hanc igitur appellationem, quum caliginosa et tenebrosa sit, atque a nocte nomen traxerit, merito omnes fugiunt, et creationem hanc poenam esse putant, nec imperialibus codicillis dignam existimant

Cap. I.

Nos igitur re uti se habet, perspecta, magistratum hunc ab ipsa appellatione ortum trahentem in totum erigendum atque ornandum, et neminem plane in posterum

Gl. Const. XIII.

DE PRAETORIBUS POPULI.

Idem A. Constantinopolitanis.

Praefatio. Clarissimorum vigiliae indicum nomen honestum et antiquis Romanis cognitum nescimus quemadmodum in aliam translatum est appellationem et ordinem. Patriae enim nostrae vox praefectos eos vigilum appellavit, vigilantibus et nihil imperscrutatum relinquentibus hominibus hoc cinguli praeponens. Vox enim Graecorum nescimus unde praefectos eos appellavit noctium, tanquam necessarium esset, sole quidem verisimiliter decumbente exsurgere cingulum, quiescere autem debilitato. Quid enim erat, propter quod noctium addidit nomen? Si enim quodammodo hac sola dignitate, quae in noctibus sunt non recte gesta curam habente, et circumlustrante civitatem, hanc habuit appellationem, sed hoc ipsum et civitatis cingulum videmus agentem, quatenus nihil interesset, quod prohiberet super appellatione ista etiam dignitatem illam hoc nomine vocitari. Si enim dividi dignitates possunt, et gloriosum quidem praefectum felicissimae huius civitatis esse diurnum indicem, alios autem noctis, vehementer competentium aberraverint rectitudinem nominum nescimus quemadmodum corrumpentes. Hanc igitur appellationem istam nebulosam exsistentem et obscuram et noctis praenomen fortassis refugiunt omnes, et poenam esse hanc administrationem existimant, et neque imperialium dignam codicillorum esse putant.

Cap. I. Nos igitur rem quomodo oportet adspicientes aestimavimus oportere dignitatem hanc a principio incipientem ab appellatione in totum erigere et ornare, et nycteparchum nullatenus de cetero vocari. Curam

---

a) *Hal. et Scrimg.* — *Cap.* 3. 4. 5. 6. *in Bas. VI.* 5. 4 — 7. *cf. Psell. p.* 18. — *Iulian. Const.* 23. — *Versio non glossata quidem est, antiqua tamen; exstat autem in edd. Mogunt.* (*Schoeffer* 1477) *et Basil.* (*Wensler* 1478), *omissam deinde ab editoribus demum restituit Contius* (1571)

1) ἤτοι νυκτεπάρχων *om. Hal.* — 2) *Hal.*; τῇ ἀνθρώπων ἀρχῇ τούτοις ἐπιστήσασα *Hal.* — 3) τὴν τῶν ἀγρυπνούντων καὶ οὐδὲν ἀνερ. καταλιμπανόντων τῶν *ante* ἀνθρώπων *repetit Scrimg.* — 4) *Fort leg.* ἀρξάμενοι.

καὶ κατακοσμῆσαι, καὶ νυκτέπαρχον μὲν μηδένα τοῦ λοιποῦ παντελῶς [1]) καλεῖσθαι. ἐπιμελήσονται γὰρ καὶ [2]) τῶν ἐν ἡμέρᾳ καὶ τῶν ἐν νυκτὶ παρὰ τὸ προσῆκον πραττομένων. §. 1. Ἐπειδὴ δὲ τοὺς πάλαι Ῥωμαίους σφόδρα τὸ τοῦ πραίτωρος ἤρεσεν ὄνομα, διὰ τοῦτο φήθημεν αὐτοὺς praetoras plebis δεῖν ὀνομάσαι τοὺς ἐπὶ τῇ φυλακῇ τε καὶ εὐταξίᾳ τεταγμένους, καὶ τὴν δημώδη καθίστᾶν ἰσχύοντας ἀταξίαν. καὶ ὥσπερ ἕτεροι praetores εἰσὶν ἐν τῇ συγκλήτῳ βουλῇ, οἱ τῶν ἐλευθεριῶν καὶ τῶν ἐπιτρόπων καὶ τῶν τοιούτων προκαθήμενοι, οὕτως ἔστωσαν καὶ οὗτοι πραίτωρες τῆς ἐπὶ τῶν δήμων ὀρθότητος, καὶ τῇ μὲν ἡμετέρᾳ φωνῇ praetores plebis προσαγορευέσθωσαν, τῇ δὲ ἑλλάδι ταύτῃ καὶ κοινῇ πραίτωρες δήμων. Τὸ δὲ τοῦ πραίτωρος ὄνομα ὅπως ἔσὶ σεμνόν [3]), ὅπως οὐ πόρρω καθέστηκεν ὑπατείας, ὅπως ἐγγύτατα τοῦ νόμου τέτακται, δηλοῦσιν οἱ νόμοι, τῇ τε ὑπατείᾳ παραζεύξαντες τοὺς πραίτωρας, δευτέραν τε αὐτοῖς μετὰ τὸν νόμον δόντες τὴν τάξιν. καὶ ὥσπερ τὸ παλαιὸν ὕπατοί τε ἦσαν οἱ τῆς μεγίστης ἐξάρχοντες βουλῆς, δήμαρχοί τε οἱ τὸν δῆμον ἡνιοχοῦντες, οὕτω δὴ καὶ νῦν ἔστωσαν πραίτωρες μὲν συγκλήτου οἱ τὰ ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένα πράττοντες, πραίτωρες δὲ τῶν δήμων οἱ τῆς εὐταξίας αὐτῶν ἀντιλαμβανόμενοι, καὶ τοῦ συμφέροντος αὐτοῖς προνοοῦντες. §. 2. Ἀμέλει [4]) τὴν ἀρχὴν ταύτην πάλαι σεμνὴν οὖσαν, καὶ ἐπὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης πολιτευσαμένην λαμπρῶς, ἐπὶ τῶν χρόνων οὐ μόνον, οὓς οἱ αὐτοκράτορες ἔσχον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔτι πορρωτέρω, καὶ ἡ μεγάλη πόλις αὕτη δεξαμένη τὴν ἀρχὴν οὐκ εὐκαταφρόνητον ἔσχε. τοιγαροῦν οὐδὲ ἐν πολλῷ πρεσβυτάτοις χρόνοις μεμαθήκαμέν τινας τὰς μεγάλας τῶν ἀρχῶν διαχειρίσαντας, αἳ περὶ τὴν βασιλείαν εἰσίν, εἶτα ὕστερον οὐ καταξιώσαντας ἐπὶ τούτου τοῦ φροντίσματος γενέσθαι, κατὰ μικρὸν δὲ οὕτω τὸ πρᾶγμα εὐτελὲς ὤφθη καὶ ἄξιον οὐδενός, ὥστε οὔτε ἐκ συμβόλων ἡμετέρων γίνεσθαι, κεῖσθαι δὲ ἐπὶ τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἐπάρχοις τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, καὶ τὰ πολλὰ τοὺς ἐκ τῆς ταξεως τῆς αὐτῶν ταύτην παραλαμβάνειν τὴν ἀρχήν, καὶ διαχειρίζειν αὐτὴν τὸν πάντων κάκιστον τρόπον. Καίτοιγε εἴ τις θεάσαιτο τὸ τῆς ἀρχαιότητος αὐτῆς σύμβολον, σφόδρα αὐτήν, ὁποία τὸ πρότερον ἦν, καὶ ἐκ τῶν νῦν ὄντων μαθήσεται. ἔστι γὰρ αὐτῇ [5]) δικαστήριον ἴδιον καὶ τάξις, κομμενταρισίους τε ἔχουσα καὶ ἄλλα πάντα, ὁπόσα σχεδὸν τῇ πολιαρχίᾳ παρὰ τῶν νόμων ἀφώρισται.

Κεφ. β'.

sterum nycteparchum vocandum esse putavimus. Curam enim gerent tam eorum, quae interdiu, quam quae noctu iniuste fiunt.

§. 1. *Quum vero praetoris nomen veteribus Romanis admodum placuerit, ideo eos, qui ad custodiam et disciplinam constituti sunt, popularesque seditiones cohibere possunt, praetores plebis nominandos putavimus. Et quemadmodum in senatu alii praetores sunt, qui libertatibus, alii, qui tutoribus et similibus praesunt, ita hi quoque praetores in officio plebem contineant, et nostra quidem lingua praetores plebis, hae vero Graeca et communi πραίτωρες δήμων appellentur. Quam venerandum vero sit praetoris nomen, quam prope a consulatu absit, quam vicinum sit legibus, declarant leges, quae consulatui iungunt praetores, secundum locum ex lege ipsis dantes. Et quemadmodum olim consules erant, qui magno praeerant senatui, tribuni vero plebis, qui plebem gubernabant, ita et nunc praetores quidem senatus sint, qui agant, quae ante dicta a nobis sunt, praetores vero plebis, qui quietem eius defendant commodisque prospiciant.*

§. 2. *Hunc profecto magistratum, qui venerandus olim fuit et in vetere Roma splendide gestum, non iis solum temporibus, quibus Imperatores fuerunt, sed etiam superioribus, neque magna haec civitas, postquam imperium nacta est, contemtui habuit. Nam neque antiquissimis temporibus quosdam magnis honoribus, qui circa Imperatorem sunt, gestis hoc munus suscipere dedignatos fuisse didicimus. Paulatim vero haec res adeo vilis et indigna visa est, ut neque per codicillos nostros fieret, sed in gloriosissimorum praefectorum felicis huius civitatis potestate esset, et plerumque illi, qui in officio eorum erant, magistratum hunc susciperent, eumque modo omnium pessimo gererent. Quanquam si quis vetustatis eius symbolum spectet, abunde etiam ex iis, quae nunc fiunt, cognoscat, qualis antea fuerit. Habet enim proprium iudicium, cohortem, et commentarienses, reliquaque omnia, quae fere praefecto urbis a legibus tributa sunt.*

Cap. II

Curam enim habebunt eorum, quae in diem et in noctem praeter quod competens est aguntur. §. 1. Igitur quoniam antiquis Romanis vehementer praetoris placuit nomen, propterea existimavimus eos praetores plebeios [6]) oportere nominare, qui ad custodiam et disciplinam constituti sunt, et plebeiam possunt compescere seditionem; et sicut ceteri praetores sunt in curia senatus, libertatum et tutorum et talium praesides, ita sint et isti praetores super populorum rectitudine, et nostra quidem voce plebis praetores appellentur, graeca vero ista et communi (lingua) praetores populorum. Praetoris enim qualiter est honestum nomen, qualiter non longe constitutum a consulatu, qualiter vicinum legi afflictum, manifestant leges, consulatui coniungentes praetores, secundum eis cum lege dantes ordinem. Et quemadmodum antiquitus consules fuerunt, qui magnae praeerant curiae, principes autem plebis qui plebem gubernabant, ita et nunc sunt praetores quidem senatus, qui ea, quae pridem a nobis dicta sunt, agunt, principes vero populorum hi, qui quietem eorum defendunt, et quod eis expedit provident. §. 2. Revera enim dignitatem hanc, olim honestam constitutam, et in seniore Roma in usu frequentatam splendide, in temporibus non solum, quae Imperatores habuerunt, sed et adhuc longius, et magna civitas hanc suscipiens dignitatem non despectam habuit. Neque enim veteribus temporibus didicimus aliquas magnas dignitates administratas, quae circa imperium sunt, et post haec non dignari de hac re sollicitudinem fieri, paulatim vero ita res abiecta visa est et nullius rei digna, uti neque ex codicillis nostris fieret, iaceret autem sub gloriosissimis praefectis felicissimae huius civitatis, et multa ex ordine eorum ista susciperet dignitas, et administraret eam pessime. Etenim si quis inspiciat antiquitatis eius cingulum, vehementer eam, qualis pridem erat, et de his, quae nunc sunt, docebitur; cognoscet enim eam et forum proprium et officium commentariensis habentem, et alia omnia, quae paene civitatis cingulo a legibus deputata sunt.

Cap. II.

---

[1]) *παντελῶς om. Hal.* — [2]) *καὶ om. Hal.* — [3]) *Ex emend. Agyl.; ὄνομα om. Scrimg.; πραιτ. ὅπως ἔσιι ὄνομα (om. σεμνὸν) Hal.* — [4]) *Οἴδαμεν δὴ ἀμέλει Hal.* — [5]) *Hal.; αὕτη Scrimg.* — [6]) „al plebis" *Cont. in marg.*

Κεφ. β.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἡμεῖς πάντα διερευνώμενοι τὰ γενόμενα πρόσθεν σπεύδομεν εἰς καλλίονα τάξιν καὶ τὴν ἀρχαίαν σεμνότητα καὶ τὴν τούτου τοῦ πράγματος ἐπαναγαγεῖν εὐκοσμίαν, ἵνα μὴ κλοπαί τε παρ' αὐτῶν γίνοιντο, συχναὶ καὶ κοινωνίαι πρὸς τοὺς κλέπτοντας, καὶ αἱ κρίσεις ἐκμελεῖς τε καὶ ἐξίτηλοι καὶ οὐδενὸς ἄξιαι προέρχοιντο λόγου, διὰ τοῦτο ᾠήθημεν τὰ περὶ αὐτὴν [1]) διορίσασθαι. Ἐνενοήσαμεν γάρ, ὡς εἰ χρηματικῶν ἕνεκεν δικῶν, ἐν αἷς οὐκ ἐν μεγίστοις ἐστὶν ὁ κίνδυνος, ἀλλ' ἐν χρήμασι μόνοις, ὅμως ἀρχαί τε δικάζουσιν αἱ μέγισται, καὶ πολλάκις καὶ συνδικασταὶ δίδονται, καὶ μυρίαι φρονίδες ἡμῖν εἰσὶν ὑπὲρ τοῦ μὴ τὰ πράγματα χωρὶς κρίσεως προϊέναι, πῶς οὐ προσῆκόν ἐστιν ἐπὶ δικασταῖς, οἷς ἐπὶ ταῖς ψυχαῖς τῶν κρινομένων ἐστὶν ὁ κίνδυνος, πᾶσαν ἐσθαι πρόνοιαν, ὅπως ἄν τινος ἄξιοι γίνοιντο λόγου, μή ποτε ψυχὴν ἀπολέσαιεν ἀνθρώπου, τικτομένου μὲν ἅπαξ, ἀναλαβεῖν δὲ αὐτὴν ἐπὰν ἀπολέσειεν οὐκ ἰσχύοντος;

Cap. II.

Quoniam igitur nos omnia, quae ante facta sunt, investigantes, huius etiam rei concinnitatem ad meliorem ordinem et pristinam auctoritatem reducere studemus, ne furta ab ipsis frequenter committantur, et societates cum furibus ineantur, atque absonae viles et nullius pretii sententiae ferantur, quae ad eam spectant definienda esse putavimus. Cogitavimus enim, si in causis pecuniariis, in quibus non de maximis rebus, sed de pecunia solum periclitamur, maximi tamen magistratus ius dicunt, et saepe etiam plures iudices dantur, et infinitae nobis curae sunt, ne res sine iudicio peragatur, cur non aequum sit, ut omnem providentiam adhibeamus, quo iudices, quorum sententiis diiudicatur de animis condemnatorum, alicuius pretii sint? ne animam hominis perdant, qui semel quidem nascitur, eam vero si perdidit recipere non potest.

Κεφ. γ'.

Πρῶτον μὲν οὖν θεσπίζομεν, μηδένα [2]) παντελῶς ἐπὶ τὴν εἰρημένην ἀρχὴν παριέναι, πρὶν ἢ παρ' ἡμῶν σύμβολα τοῦ φροντίσματος λάβοι, καὶ μηδενὶ λόγῳ τολμᾶν ἔξω βασιλικῶν συμβόλων ἐπὶ τὸ φρόντισμα τοῦτο χωρεῖν, ἀλλ' ἀναμένειν τὴν βασιλείαν καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἐν γράμμασι ψῆφον. Ἡμεῖς γὰρ οὐδενὶ τὴν εἰρημένην ἀρχὴν παραδώσομεν, πλὴν εἰ μὴ τῶν μεγαλοπρεπεσιάτων illustrium, ἢ τῶν περιβλέπτων κομήτων consistorianῶν, ἢ τῶν [3]) λαμπροτάτων τριβούνων τῶν πραιτωριανῶν καὶ νοταρίων οἳ ταυτην παραλαμβάνοντες εἶεν, ἢ ἄλλας ἀρχὰς ἄρξαντες, καὶ φανέντες ἡμῖν ἐπιτήδειοι καὶ τῆς παρ' ἡμῶν ἄξιοι μαρτυρίας, ὥστε αὐτοὺς τὴν εἰρημένην ἔχοντας σεμνότητα καὶ τιμὴν ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ δικαίου, μάλιστα ἐπείπερ [4]) ὑπὲρ ψυχῶν ἐστιν ὁ ἀγών, καὶ τά τε πολλὰ φονικαῖς εἰωθασι δίκαις διαιτᾶν, καὶ ταῖς περὶ μοιχείας, καὶ ἐφόδων, καὶ ἁρπαγῶν, καὶ εἴ τι τοιοῦτόν ἐστιν. §. 1. Ὥστε δεῖ τὸν τῶν τηλικούτων ἐγκλημάτων προκαθήμενον ἄνδρα εἶναι πανταχόθεν σεμνόν τε, καὶ ἀνεπίληπτον, καὶ τοιαύτης ἀκροάσεως ἄξιον, καὶ πάσης ἀπέχεσθαι κλοπῆς ἤτοι δωροδοκίας, δησυληψίας, καὶ καθαρὰς ἔχειν τὰς χεῖρας. ἔχειν δὲ δὴ [5]) καὶ πάρεδρον τῶν δοκίμων ἕνα. καὶ γὰρ οὐδὲ ἔξω παραμυθίας αὐτοὺς τῆς ἀποχρώσης καταλείψομεν, ἀλλὰ ἀνὰ decem librarum χρυσίου αὐτοῖς προφάσει ἀννόνων ἔτους ἑκάστου δώσο-

Cap. III.

Primum itaque sancimus, ut nullus plane ad dictum magistratum accedat, antequam codicillos administrationis a nobis accipiat, nec ulla ratione sine codicillis imperialibus munus illud suscipere audeat, sed Imperatorem eiusque decretum scriptum exspectet. Nemini enim dictum magistratum trademus, nisi illi, qui eum suscipiunt, ex magnificentissimis illustribus, vel spectabilibus comitibus consistorianis, vel clarissimis tribunis praetorianis vel notariis sint, aut alios magistratus gesserint, et idonei ac nostro testimonio digni nobis visi fuerint, ut dicta gravitate et honore praediti iustitiae vindices sint, praesertim quum de animabus agatur, et plerumque de causis homicidii, adulterii, invasionum, rapinarum et similibus iudicare soleant.

§. 1. *Oportet igitur eum, qui de tantis criminibus iudicat, ex omni parte gravem, inculpatum, et tali cognitione dignum virum esse, ac omni furto sive accipiendis muneribus abstinere, et puras manus, atque assessorem habere, qui ex probatis sit. Neque enim absque sufficiente solatio eos relinquemus, sed singulis decem libras auri annonarum nomine quovis anno dabimus, ut his contenti nihil furentur aut vendant.*

§. 2.

Cap. II. Quia igitur nos omnia perscrutantes, quae facta sunt pridem, festinamus in meliorem ordinem et antiquam honestatem et huius rei reducere ornamentum, ut non furta ab iis fiant frequentia, et societates cum furibus, et iudicia negligi et sperni, et nullius dignae procedant rationis, propterea existimavimus quae circa ea sunt definire. Scimus enim, quoniam, si propter pecuniarias lites, in quibus non magnum est periculum, nisi in pecuniis solis, attamen dignitates eas indicant magnae, et multotiens etiam coniudices dantur, et innumerabiles nobis sollicitudines sunt, ut non causae sine iudicio procedant, quomodo non competens est de iudicibus, quibus super animabus indicantium est periculum, omnem ponere providentiam, qualiter alicuius digni efficiantur rationis, ne quando animam perdant hominis nati quidem semel, recipere autem eam dum perdiderit non valentis?

Cap. III. Primum quidem igitur sancimus, neminem omnino in praedicta dignitate adesse, prinsquam a nobis codicillos administrationis accipiat, et nulla ratione praesumere citra imperiales codicillos ad curam istam accedere, sed exspectare imperium et exinde conscriptum iudicium. Nos enim nulli praedictam dignitatem trademus, nisi magnificis, illustribus aut spectabilibus comitibus consistorianis, aut clarissimis tribunis praetorianis et notariis, qui hanc suscipiant dignitatem, aut aliis administrationes agentibus, et apparentibus nobis aptis et nostro dignis testimonio, quatenus eos praedictam habentes honestatem et honorem defendere praesertim pro iustitia, propter quod pro animabus est intentio, et multis homicidii consueverunt litibus habitare, et de adulteriis, et invasionibus, et rapinis, et si quid tale est. §. 1. Oportet ergo talibus criminibus praesidentem virum esse undique honestum, et irreprehensibilem, et huiusmodi auditorii dignum, et omnis abstinentem furti seu munerum acceptionis, et puras habere manus. Habere autem et consiliarium probatum unum. Etenim neque citra usum consolationis eos relinquemus, sed unicuique eorum tot solidos occasione annonarum

[1]) αὐτῶν *Hal.* — [2]) *Hal.*; νυκτέπαρχον *add.* τῶν *Hal.* — [4]) *Hal.*; δικαίου μάλιστα, ἐπείπερ *Scrimg.* — [3]) κομήτων ἢ τοῦ ὑψηλοτάτου βήματος *Scrimg.* — [5]) καὶ πάσης — δὴ *om. Hal.*

δώσομεν, ὥστε αὐτοὺς τούτοις ἀρχουμένους μηδεμιᾶς ἀνασχέσθαι κλοπῆς ἢ καπηλείας. §. 2. Ἀλλὰ μηδὲ ἐπιδόσεις γίνεσθαι παντελῶς, καθάπερ ἔν τισιν, ἐγίνετο χρόνοις, μηδὲ προῖσθαι χρυσίον μηδενί. ἐν ἴσῳ γὰρ ἐγκλήματι γενήσεται καὶ ὁ δούς τινι προῖκα τῆς ἀρχῆς, καὶ ὁ, ἐπειδὰν γένοιτο, παρά τινος λαβεῖν ἀνασχόμενος, καθὰ καὶ τῷ δοθησομένῳ παρ' αὐτῶν ὅρκῳ δηλωθήσεται.

§. 2. *Sed nec largitiones ullo modo fiant, nec pecunia alicui detur, quemadmodum nonnullis temporibus factum est. In pari enim crimine erit, qui pro magistratu aliquid dat, cum eo, qui, ubi magistratus est factus, ab aliquo accipere audet, quemadmodum et iureiurando ab ipsis praestando declarabitur.*

Κεφ. δ'.

Μεμαθήκαμεν δὲ αὐτοῖς πρὸς ὑπουργίαν εἶναι τάγματα πονηρά, φαμὲν δὲ λωποδυτῶν τε, καὶ βενεφικιαλίους, καὶ βαλαντιοτόμους, καὶ ἕτερον πλῆθος, ὧν ἕκαστον προσῆκόν ἐστι κεκολάσθαι μᾶλλον, ἢ τοιαῦτα βιοῦν. οὐδὲ γὰρ τὸ τῶν λωποδυτῶν τοῦτο τοιοῦτόν ἐστιν, ὡς ἐπ' ἀγαθῷ τι πράττειν, ἀλλ' ἐπὶ τούτῳ μόνον γινώσκουσι τοὺς κλέπτας, ἐφ' ᾧ τι κέρδος ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν θηρᾶν. ἅπερ ἅπαντα προσήκει τοὺς νῦν παρ' ἡμῶν εἰς τὴν πραιτοῦραν τοῦ δήμου παριόντας μισῆσαι καὶ ἀποστραφῆναι, καὶ καθαρᾶς χρῆσθαι ταῖς χερσί, καὶ ἐπεξιέναι πᾶσι τοῖς προσαγγελλομένοις εἴτε περὶ κλοπῆς, εἴτε περὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων, καὶ τὴν πόλιν ἡμῖν ἐκκαθαίρειν τῶν τὰς κλοπὰς ἐργαζομένων θηρίων, καὶ ἀνδράσι σπουδαίοις χρῆσθαι πρὸς ταῦτα ὑπουργοῖς, καὶ τῇ οἰκείᾳ τάξει προσφέρεσθαι προσηκόντως. ὥστε δέος αὐτοὺς ἔχειν τοῦ σφῶν αὐτῶν [1]) ἄρχοντος, καὶ ἅπαντα πράττειν μετὰ σφοδρότητός τε καὶ εὐνοίας. εἰ γὰρ βουληθείεν ὀρθῶς διαγίνεσθαι καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἀξίως κρίσεως, οὔτε πολλοί τινες οἱ κλέπτοντες ἔσονται, τὰ φῶρά τε ἧττον εὑρεθήσεται, οἵ τε ἁμαρτάνοντες ἐλάττους γενήσονται, δεδιότες ἀρχήν, ἣν οὐκ ἄν τις ὠνήσαιτο χρημάτων. §. 1. Ἀλλὰ καὶ ἐγκλημάτων, κἂν εἰ σφοδρόταται εἶεν, κατακούσονται, καὶ τοὺς δημοτικοὺς καταστήσουσι θορύβους, οὐ τῷ [2]) τῆς ἐνδόξου ταύτης καὶ βασιλίδος ἄρχοντι πόλεως, ἀλλ' ἡμῖν [3]) αὐτοῖς ὑπηρετούμενοι, καὶ πάσης ἀξιούμενοι παρ' αὐτοῦ [4]) τιμῆς, ὡς ἄρχοντες ἐλάττους παρὰ μείζονος ἄρχοντος. ἐπικουφίσουσί τε αὐτῷ τὰς φροντίδας, οὐδὲν αἱρούμενοι πράττειν, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἀνδρῶν ἀγαθῶν καὶ βασιλικῆς μαρτυρίας ἄξιον. Εἰ δέ ποτε συμβαίη (τοῦτο ὅπερ ἀπευχόμεθα) γενέσθαι τινὰ κατὰ τὴν πόλιν ἐμπρησμόν, δεῖ καὶ αὐτοὺς παρεῖναι, καὶ ὑπουργεῖν, καὶ μέγιστον τοῦτο ἔργον ἔχειν τὸ τοὺς κλέπτοντάς τε καὶ ὑφαιρουμένους τὰ τῶν ἀτυχούντων ἀποσοβεῖν καὶ περισώζειν καθ' ὅσον εἰσὶ δυνατοὶ τὰ πράγματα τοῖς ὑπὸ τοῦ πυρὸς βιαζομένοις. καὶ γὰρ εἰ περὶ ταύτην τὴν ἀρχὴν διαγένοιντο σπουδαίως, μείζων αὐτοὺς ὑποδέξεται φρόνος

Cap. IV.

Cognovimus etiam, in ipsorum ministerio malas cohortes esse, scilicet latronum cognitores, beneficiarios, saccularios, et alios eius generis homines, quorum unumquemque poenas dedisse convenientius est, quam tali modo vivere. Non enim latronum cognitores ita sunt comparati, ut boni quid agant, sed ideo solum fures cognoscunt, ut aliquid lucri sibi et magistratibus suis aucupentur. Quae omnia illos, qui ad praeturam plebis a nobis iam provehuntur, odisse, aversari et puris manibus uti decet, atque omnia, quae ipsis denunciantur, sive de furto sive de ceteris ulcisci, nobisque civitatem a bestiis illis furta facientibus purgare, ad haec ministris probis hominibus uti, et erga officiales suos decenter se gerere, ut hi magistratum suum timeant, et omnia cum studio et benevolentia agant. Si enim recte et nostro de illis iudicio dignos se gerere velint, non multi fures erunt, et furta citius detegentur, paucioresque erunt, qui delinquant, et magistratum timebunt, quem nemo pecunia emat.

§. 1. *Sed et de criminibus, licet gravissimis, cognoscant, et populares tumultus componant, nec magistratui celebris huius regiaeque urbis, sed nobis ipsis ministrent, omnemque honorem ab eo mereantur, tanquam magistratus minores a magistratu maiore. Curas quoque illius levent, nec quicquam agere velint, quod non sit virorum bonorum imperialique testimonio dignum. Si vero incendium aliquod (quod ne fiat optamus), in urbe oriri contingat, illos etiam adesse, et operam praestare oportet, atque id praecipue agere, ut eos qui furantur, et infelicium bona auferunt, arceant, et quoad eius facere poterunt iis, qui ab igne vim patiuntur, res conservent. Si enim in hoc magistratu diligentes se gesserint, maior sedes et gravior magistratus eos excipiet, ac sciant, satius esse cum honestate vivere, quam hac contemta multis manibus uti, et per eas impie agere, et postea egere, propterea quod*

nonarum annis singulis dabimus, quatenus hi sufficientes his nulli adquiescant furto aut venalitati. §. 2. Sed neque per dationem fieri omnino, quemadmodum in quibusdam fiebat temporibus, neque προῖσθαι aurum ulli. In aequali enim crimine efficitur et qui dat alicui occasione dignitatis, quodsi factum fuerit adquiescens, ut secundum dandum ab eo insinuandum manifestatur.

Cap. IV. Didicimus autem, eis ad obsequium esse officia maligna; dicimus autem latronum cognitores, et beneficiarios [5]), et cingulorum incisores, et aliam multitudinem, quorum unumquemque competens est castigari [6]) magis, quam taliter vivere. Neque enim latronum cognitor talis est, quomodo in bonum quid agere, sed in hoc tantummodo cognoscunt fures, ut lucrum sibi et iudicibus suis venentur. Quae omnia competens est eos, qui nunc a nobis in praeturam populi transeunt, odisse et aversari, et mundis uti manibus, et resecare omnia, quae praecepta sunt sive de furto, sive de aliis delictis, et civitatem nobis emundare ab his, quae furta operantur, bestiis, et viris industriis uti ad haec ministris, et proprio officio offerri competenter, quatenus timor eos habeat sui indicis, et omnia agant cum vehementia et bona voluntate, et digne indicio de se. Neque multi aliqui fures erunt, et furta celeriter invenientur, et peccantes imminuentur, timentes dignitatem, quoniam nemo comparet pecuniis. §. 1. Sed et crimina, vel si vehementissima sint, cognoscent, et populares sedabunt turbas, ita gloriosae huius et regiae iudici civitatis, sed [7]) nobis obsequentes, et omni digni eo honore, tanquam indices minores a iudice maiore evacuent eius sollicitudines, nihil eligentes agere, quod non est bonorum virorum et imperialis testimonii dignum. Si vero aliquando contigerit (hoc quod non optamus) fieri aliquod in hac civitate incendium, oportet eos praesentes esse et ministrare, et maximum hoc opus habere, ne fures et subtrahentes infelicissimorum res eripere, et salvare, quantum possunt, res ab ignis violentia. Etenim si circa hanc dignitatem facti fuerint industrii, maior eos sedes excipiet et honestior dignitas, et cognoscent,

---

[1]) ἔχειν. ἐπὶ τῷ αὐτῶν ἄρχοντι *Hal.* — [2]) *Scrimg., Bas.*; οὕτως *Hal.* — [3]) *Scrimg., Bas.*; ἄρχοντες πόλεως ὡς καὶ ἡμῖν *Hal.* — [4]) *Scrimg., Bas.*; αὐτῶν *Hal.* — [5]) *Ita sec. Graec.*; veneficiarios *Cont. Graec.*; castigare *Cont.* — [6]) *Sec.* — [7]) et *Beck.*

θρόνος καὶ ἀρχὴ σεμνοτέρα. καὶ εἴσονται, πόσον ἐστὶ τὸ μετὰ σεμνότητος ζῆν [1]), ἢ ταύτης μὲν περιφρονεῖν, χρῆσθαι δὲ πολλαῖς ταῖς χερσί, καὶ δι' αὐτῶν ἀσεβεῖν καὶ ἀπορεῖν ὕστερον [2]), διότι μηδὲν τῶν οὕτως ἀθροιζομένων πέφυκε μένειν, ἀλλὰ κακῶς τε συλλέγεσθαι καὶ αὐτίκα διαπόλλυσθαι. Ὅπως τοίνυν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους ὠφελήσαιμεν, διὰ [3]) ταύτην φήθημεν χρῆναι τὴν πρόφασιν, καὶ παραψυχὴν τοσαύτην αὐτοῖς δοῦναι, καὶ ἄνδρας [4]) τετιμημένους εἰς μέσον ἀγαγεῖν, ὅπως ἂν τῆς αὐτῶν ἀρετῆς αἰσθηται τὸ ὑπήκοον. ἔξουσι δὲ οἱ περίβλεπτοι τῶν δήμων πραίτωρες καὶ πάρεδρον τῆς ἡμετέρας ἐπ' αὐτοῖς κρίσεως, καθάπερ εἴπομεν, ἄξιον.

quod nihil eorum, quae ita coacervantur, sic comparatum est, ut diuturnum sit, sed male parta statim dilabuntur. Ut igitur subditis nostris prodessemus, hac uti existimavimus oportere occasione et tantum iis dare solatium, et viros honoratos in medium producendos esse, ut eorum virtutem subditi sentiant. Spectabiles vero praetores plebis assessorem etiam, sicut diximus, habebunt dignum iudicio, quod de iis nobis est.

Κεφ. ε'.

Παρέσονται δὲ αὐτοῖς καὶ ἀνὰ εἴκοσι στρατιῶται, καὶ ἀνὰ τριάκοντα ματρικάριοι, οὓς δὴ νῦν ἡμεῖς κατεστήσαμεν ταῖς διατυπώσεσιν ὑπηρετούμενοι ταῖς αὐτῶν, καὶ εἴ που δέοι καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας ἐπέχοντες, καὶ τῷ προσήκοντι σχήματι παραδιδόντες τὸ πολίτευμα. Δεῖ δὲ αὐτοὺς ἐπίστασθαι σαφῶς, ὡς ἐὰν καθαροὺς ἑαυτοὺς τηρῶσιν, τήν τε ἐκ θεοῦ συμμαχίαν ἕξουσι, τῆς τε παρ' ἡμῶν εὐμενείας οὐκ ἀποτεύξονται, μακρότερά τε αὐτοῖς ἔσται τὰ τῆς ἀρχῆς. τίς γὰρ ἂν τὸν καλῶς τε καὶ ὀρθῶς διαγινόμενον ἀμείβειν ἐθελήσειεν;

Cap. V.

Aderunt vero ipsis viginti milites, et triginta matricarii, quos nunc constituimus, qui ipsorum mandatis obtemperent, et ubi opus sit tumultuantes contineant, atque in conveniente forma rempublicam constituant. Certo autem scire eos oportet, si incorruptos se praestent, et a deo se auxilium habituros, et nostra benevolentia non privandos, atque longiorem magistratum gesturos esse. Quis enim eum, qui bene et recte se gerit, removere vellet?

Κεφ. ϛ'.

Ἀλλὰ καὶ εἴ παραπεμφθείη τις αὐτοῖς ἐκ τοῦ δικαστηρίου τοῦ λαμπροτάτου ἐπάρχου τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, ἐφ' ᾧ τιμωρίαν ὑποσχεῖν, ἀκριβῶς ἀναζητείτωσαν τὴν αἰτίαν, καὶ μανθανέτωσαν, ἐφ' οἷς ἀναιροῦσι τὸν ἄνθρωπον, ἢ ἀφαιροῦνται μέλους ἢ τινος τοιούτου, πυνθανόμενοι καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου, εἴ καὶ τοῦτο συνείδοιεν, ὥστε αὐτοὺς ἀκριβῶς ἐξενεγκεῖν τὴν ψῆφον, ἢ ψυχῆς ἢ μέλους τινὸς ἀφαιρουμένην [5]) τὸν παραπεμπόμενον. §. 1. Ὥσπερ δὲ τοὺς περιβλέπτους πραίτωρας τῶν δήμων τηλικαύταις ἐτιμήσαμεν δωρεαῖς, ἀξιώσαντες αὐτοὺς καὶ συμβόλων ἐκ τῆς ἡμετέρας προϊόντων χειρός, καὶ σιτήσεως, καὶ προσηγορίας τοσαύτης, καὶ τῶν ἄλλων, ὁπόσα ἔμπροσθεν εἴρηται, οὕτως αὐτοὺς ἀπαιτοῦμεν ἀντιδιδόναι ἡμῖν τὴν ἑαυτῶν καθαρότητα, καὶ τὴν ἐν ἅπασιν ἀγρυπνίαν, καὶ τὸ πάντα πράττειν ἴσῳ καὶ δικαίῳ λογισμῷ, καὶ καθαρᾷ τῇ χειρί. Εἰ γάρ τι φανεῖεν πλημμελοῦντες, καὶ ἢ κλέπτοντες, ἢ τῶν κλεπτόντων ἀνεχόμενοι, ἢ μὴ πᾶσιν ἐπεξιόντες τρόποις, καὶ τοὺς μὲν ἀξίους θανάτου

Cap. VI.

Quin etiam si quis ex dicasterio clarissimi praefecti felicis huius urbis, ut poenam sustineat, ad eos transmittatur, diligenter in causam inquirant, et cognoscant, cur homo occidendus, vel membrum, vel tale quid ipsi auferendum sit, atque ex ipso gloriosissimo praefecto sciscitentur, num id ipsum ei placeat, ita ut accurate sententiam ferant, qua aut vita, aut membro is, qui transmissus est, privetur.

§. 1. *Quemadmodum autem spectabiles praetores plebis tantis donis honoravimus, eosque codicillis etiam a nostra manu proficiscentibus, et annona, atque tali appellatione, ac reliquis, quae ante dicta sunt, dignati sumus, ita ab iis exigimus, ut nobis vicissim integritatem et vigilantiam in omnibus praestent, omniaque aequa et iusta ratione ac pura manu gerant. Nam si illos delinquere, vel furari, vel fures tolerare, vel eos non omnimodo persequi, nec morte dignos punire, qui vero mediocriter peccarunt ex magna hac urbe eo, quo nos iusserimus, expellere appareat, sciant, de his rebus*

scent, quantum est, quod cum honestate vivitur, quam hanc contemnere, uti autem multis manibus, et per eas impie agere, et postea egere, propter quod nihil horum, quae ita congregantur, consuevit manere, sed male colligere, et statim deperdere. Ut igitur nostros subiectos invitare quidem per hanc aestimavimus oportere occasionem, et solatium eis dare tantum, et homines honoratos ad medium adducere, ut eorum virtutem sentiant subiecti. Habebunt autem spectabiles populorum praetores et consiliarium nostro super eo iudicio, sicut diximus, dignum.

Cap. V. Assistent autem eis et viceni milites, et triceni matricarii, quos nunc nos constituimus, dispositionibus obsequentes eorum, et sicubi *δέοι* eos, qui indecenter agunt, detinentes et competenti ordini tradentes disciplinam. Oportet autem eos manifeste scire, quod si mundos semetipsos constituerint, et dei auxilium habebunt, et nostra placatione non fraudabuntur, et longior eis dignitas erit. Quis enim bene et recte agentem amovere velit?

Cap. VI. Sed si transmittatur eis aliquis a iudicio viri clarissimi praefecti huius felicissimae civitatis, quatenus suppliciis subiiciatur, scrupulose inquirant dignitatem, et doceantur, in quibus occidunt hominem, aut auferunt membrum, aut tale aliquid, sciscitantes et ab ipso glorioso praefecto, si et hoc praeviderit, ut cum subtilitate proferant sententiam aut animae aut membri alicuius auferendi a destinato. §. 1. Quemadmodum enim spectabiles praetores populorum talibus honoravimus donationibus, dignos eos facientes et codicillis a nostra procedentibus manu, et annonis, et appellatione tanta, et aliis, quae dicta sunt, ita eos exigimus reddere nobis suam puritatem et in omnibus vigilantiam, et cuncta agere aequali et insta conscientia et pura manu. Si enim aliquid apparuerint delinquentes, aut furantes, aut furibus adquiescentes, aut non omnibus resecantes modis, et dignos quidem morte suppliciis subdentes, mediocria vero agentes expellentes a magna

---

[1]) *Scrimg., Bas.*; *ἀρχῆς σεμνοτέρας ἔσονται, ὡς πολλῷ ἐστι τὸ μ. σ. ζῆν φέρτερον Hal.*, *quem autem temere haec mutasse constat cf. Heimbach. l. c. p.* 328. — [2]) *Ὕπερ Hal.* — [3]) *Fort. leg. διὸ.* — [4]) *ὠφελήσαι μεν, ἡγησάμεθα καὶ ἄνδρας Hal.* — [5]) *Hal. ἀφαιρουμένων Scrimg.*

θανάτου τιμωρούμενοι, τοὺς δὲ μετριώτερα πράττοντας ἐξελαύνοντες τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως, ἔνθα ἂν ἡμεῖς προστάξαιμεν, ἵστωσαν, ὡς αὐτοὶ τὸν ὑπὲρ τούτων ὑφέξουσι λόγον, οὐ θεῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν. καὶ ἕνοχοι γενήσονται καὶ ζημίᾳ πάσῃ τοῖς ὑπηκόοις συμβαινούσῃ, καὶ τῇ παρ' ἡμῶν ἀγανακτήσει, καὶ τῷ θᾶττον ἀτίμως ἐξεληλάσθαι τῆς ἀρχῆς, ἡμῶν διὰ τοῦτο καὶ πόνους ὑποστάντων, καὶ δαπάνης μεγάλης ἀνεχομένων, ἵνα μή τινι τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἐπενεχθείη τις συκοφαντία, καὶ χρημάτων ἢ ψυχῆς ἀπώλεια, καὶ ὅσα τοιαῦτα καθέστηκεν, ἀλλὰ πάντα ὑπὸ κρίσιν γίνοιτο τὴν προσήκουσαν.

rebus se non solum deo, sed etiam nobis rationem redditurus, atque omni damno, quod subditis accidet, et indignationi nostrae obnoxios futuros, ac celerrime cum infamia a magistratu expellendos esse. Ideo enim labores sustinemus et magnos sumtus facimus, ne cui ex subditis nostris calumnia quaedam, aut pecuniae vel vitae et similium amissio contingat, sed omnia legitime decidantur.

Ἐπίλογος.

Ταύτην οὖν ἅπαντες ἡμῶν τὴν βουλὴν διὰ τοῦδε τοῦ θείου κηρύγματός τε καὶ νόμου γινώσκοντες, καὶ ὅτι τῶν συμφερόντων ὑμῖν οὐδ' ὁτιοῦν παραλιμπάνομεν τῆς ἡμετέρας ὑπερεύχεσθε βασιλείας, οὕτως ὑμῶν κηδομένης, οὕτως οἰκειουμένης τὰ ἑφ' ἑκάστῳ συμβαίνοντα, οὕτω τὴν πατρικὴν ἐφ' ἅπασιν ὑμῖν διατηρούσης πρόνοιαν. Proponatur Constantinop. civibus nostris. Dat. XVI. Kal. Octobr. Constantinopoli, DN. Belisario V. C. Cons. [535.]

Epilogus.

Quum igitur hanc nostram voluntatem ex sacro hoc edicto et lege cognoscatis, et quod nihil prorsus eorum, quae vobis conducunt, praetermittamus, pro imperio nostro vota nuncupate, quod sic vestri curam gerit, sic vindicat, quae cuique contingant, sic paternam in omnibus providentiam vobis conservat.

gna hac civitate, ubi nos praeceperimus, sciant, quod ipsi pro his reddent rationem non deo solum, sed et nobis, et rei fient et omni damno, quod subiectis contigerit, et nostrae indignationi, et velociter cum infamia a dignitate repelli nostra; propterea enim et laborem sustinemus, et expensis magnis adquiescimus, ut non alicui nostrorum subiectorum inferatur aliqua calumnia, aut pecuniarum aut animae perditio, et quae talia constituta sunt, sed omnia cum examinatione fiant competente.

Epilogus. Hanc igitur omnes nostram voluntatem per hanc praeceptionem divinam et legem cognoscentes, et quia quod expedit vobis nullatenus derelinquimus, pro nostro orate imperio, sic vos tuente, sic vos proprios existimante, in his, quae in unoquoque contigerint, ita paternam in omnibus vobis custodiente providentiam. Proponatur Constantinopolitanis civibus nostris. Dat. XVI. [1]) Kal. Octobr. Constantinop. DN. Belisario V. C. Cons. [535.]

[1]) *X Cons.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ιδ'. [a])

Περὶ τοῦ μὴ εἶναι πορνοβοσκοὺς ἐν μηδενὶ τόπῳ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας.

(Coll. III. tit. 1.)

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Κωνσταντινουπολίταις.

Προοίμιον.

Καὶ τοῖς παλαιοῖς νόμοις, καὶ τοῖς πρώην βεβασιλευκόσι σφόδρα μεμισημένον ἔδοξεν εἶναι τὸ τῆς πορνοβοσκίας ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα, καὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ πολλοὶ κατὰ τῶν τὰ τοιαῦτα πλημμελούντων ἐγράψησαν νόμοι. Ἡμεῖς δὲ καὶ τὰς ἤδη τεθειμένας κατὰ τῶν οὕτως ἀσεβούντων τιμωρίας ηὐξήσαμεν, καὶ εἴ τι παραλελειμμένον ἦν τοῖς πρὸ ἡμῶν, καὶ τοῦτο δι' ἑτέρων ἐπηνωρθωσάμεθα νόμων. καὶ ἵναγχος δὲ προσαγγελίας εἰς ἡμᾶς γενομένης πραγμάτων

Novella XIV.

NE QUO IN LOCO ROMANAE REIPUBLICAE LENONES SINT.

Imp. Iustinianus A. Constantinopolitanis.

Praefatio.

Et antiquis legibus et qui ante nos erant Imperatoribus lenocinii nomen et res ipsa admodum exosa visa est, adeo ut multae leges in eos, qui talia committunt, scriptae sint. Nos quoque poenas illis, qui ita impie agunt, impositas auximus, et si quid ab iis, qui ante nos fuerunt, praetermissum fuit, id per alias etiam leges emendavimus. Ac quum nuper impia quaedam, quae ex eiusmodi causis in magna hac urbe committuntur, nobis nuntiata fuerint, hanc rem

Gl. Const. XIV.

DE LENONIBUS.

(Coll. III. tit. 1.)

Imp. Iustinianus A. Constantinopolitanis.

Praefatio. Et antiquis legibus, et dudum imperantibus satis odibile visum est esse lenonum nomen et causa [1]), in tantum, ut etiam plurimae contra talia delinquentes scriberentur leges. Nos autem et dudum posita contra eos, qui sic impie agunt, supplicia auximus, et si quid relictum est a nostris praedecessoribus, etiam hoc per alias correximus leges, et nuper interpellatione nobis facta rerum impiarum pro talibus negotiis in hac maxima civitate com-

[a]) *Hal. et Scrimg. — Bas. LX. 38. 3. Schol. a — g — Iulian. Const. 31. — Versio est vetus glossata*

[1]) causam et nomen *Trid., Port.*

μάτων ἀσεβῶν ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις [1]) κατὰ ταύτην τὴν μεγάλην ἁμαρτανομένων [2]) πόλιν, τὸ πρᾶγμα οὐ παρεἰδομεν. ἐγνωμεν γάρ τινας ζῆν μὲν ἀτόπως, ἐκ δὲ αἰτιῶν χαλεπῶν τε καὶ μεμισημένων πρόφασιν ἑαυτοῖς μιαρῶν ἐξευρίσκειν κερδῶν. περινοστεῖν γὰρ χώρας τε καὶ τόπους πολλοίς, καὶ νέας ἐλεεινὰς δελεάζειν, προτεινομένους ὑποδήματά τε καὶ ἐσθῆτά τινα, καὶ τούτοις θηρεύειν αὐτὰς καὶ ἄγειν εἰς τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν, καὶ ἔχειν [3]) καθειργμένας ἐν ταῖς ἑαυτῶν καταγωγεῖς, καὶ τροφῆς αὐταῖς ἐλεεινῆς μεταδιδόναι καὶ ἐσθήματος, καὶ ἐντεῦθεν ἐκδιδόναι πρὸς ἀσέλγειαν αὐτὰς τοῖς βουλομένοις, καὶ πάντα πόρον ἄθλιον ἐκ τοῦ σώματος αὐτῶν προσγινόμενον αὐτοὺς λαμβάνειν, καὶ ποιεῖσθαι συγγραφάς, ὡς ἐπὶ χρόνον, ὃν αὐτοὺς δόξειε, προσεδρεύουσι τὴν ἀσεβῆ τε καὶ ἀνοσίαν ταύτην αὐτοῖς λειτουργίαν πληροῦσαι. τινὰς δὲ αὐτῶν καὶ ἐγγυητὰς ἀπαιτεῖν, ὥστε τοσαύτην γενέσθαι τὴν τοῦ πράγματος ἀτοπίαν, ὡς ἐν πάσῃ σχεδὸν τῇ βασιλίδι ταύτῃ πόλει, καὶ ἐν τοῖς περάμασιν αὐτῆς, καὶ τὸ δὴ χειριστον, καὶ πλησίον τῶν ἱερῶν τόπων καὶ τῶν σεβασμιωτάτων οἴκων τὰς τοιαύτας αὐτοῖς εἶναι καταγωγάς, καὶ πράγματα οὕτως ἀσεβῆ καὶ παράνομα ἐπὶ τῶν ἡμέτερων τολμᾶσθαι χρόνων, ὥστε καί τινας ἐλεοῦντας, αὐτὰς ἀποστῆσαι τῆς ἐργασίας ταύτης πολλάκις βουληθῆναι [4]), καὶ πρὸς νομιμον ἄγεσθαι συνοικέσιον, τοὺς δὲ [5]) οὐκ ἐφιέναι. ἑνίους δὲ οὕτως ἀνοσίους καθεστάναι, ὥστε κόρας οὐδὲ τὸν δέκατον ἀγούσας ἐνιαυτὸν εἰς ἐπικίνδυνον κατάγειν φθοράν, ὥστε καί τινας χρυσίον δόντας οὐ μέτριον μόλις ἐκεῖθεν ἐξωνήσασθαι τὰς ταλαιπώρους, καὶ γάμῳ συναρμόσαι σώφρονι. καὶ τρόπους εἶναι μυρίους, οὓς οὐκ ἄν τις ἰσχύσειε λόγῳ περιλαβεῖν, εἰς δεινὴν ἀοριστίαν ἐξενεχθέντος τοῦ τοιούτου κακοῦ, ὡς πρότερον μὲν ἐν ἐλαχίστοις [6]) μέρεσι τῆς πόλεως εἶναι, νῦν δὲ αὐτήν τε καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ἅπαντα μετὰ τῶν τοιούτων γενέσθαι κακῶν. Ταῦτα τοίνυν πρώην μέν τις ἡμῖν ἐν ἀποῤῥήτῳ προσήγγειλεν, εἶτα καὶ ἔναγχος οἱ μεγαλοπρεπέστατοι πραίτωρες παρ' ἡμῶν τὰ τοιαῦτα ἀναζητεῖν ἐπιτραπέντες, αὐτὰ ταῦτα εἰς ἡμᾶς ἤγαγον. ἅμα τε οὖν ἠκούσαμεν τούτων, ᾠήθημεν χρῆναι θεῷ [7]) τὴν τοιαύτην ἀναθεῖναι [8]) πρᾶξιν, καὶ θᾶττον ἀπαλλάξαι μέσους τοιούτου τὴν πόλιν. §. 1. Θεσπίζομεν τοίνυν, πάντας μέν, καθ' ὅσον εἰσὶ δυνατοί, σωφροσύνην ἄγειν, ἥτις καὶ μόνη θεῷ μετὰ παῤῥησίας δυνατὴ καθέστηκεν ἀνθρώπων παρασταθῆναι ψυχάς. Ἐπειδὴ δὲ πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα, τὸ γοῦν σὺν τέχνῃ καὶ δόλῳ καὶ ἀνάγκῃ τινὰς εἰς τοιαύτην ἀσέλγειαν ἄγεσθαι πᾶσι κωλύομεν τρόποις, καὶ

rem non contemsimus. Cognovimus enim, turpiter quosdam vivere, et ex gravibus atque exosis causis occasionem scelerati lucri sibi quaerere, rus scilicet et multa loca circumire, ac miseras puellas decipere, calceos et vestem ipsis promittentes, atque ita venari eas et ad felicem hanc urbem deducere, illasve aedibus suis inclusas habere, alimenta misera et vestem ipsis praebere, deinceps libidini cuicunque tradere, omnemque miserum quaestum ex corpore ipsarum provenientem illos accipere; syngraphas etiam facere, quibus cogantur puellae usque ad certum tempus, ab iis constitutum, assiduo impium hoc et scelestum ministerium praestare; quosdam vero ex illis etiam fideiussores exigere, adeo ut huius rei tanta sit absurditas, ut in tota fere regia hac urbe et in transmarinis eius locis, quodque pessimum est, etiam iuxta loca sacra et venerabiles domos talia diversoria habeant, atque adeo impia legibusque contraria temporibus nostris perpetrentur, ut, quum quidam misericordia ducti eas saepe a tali quaestu abstrahere et in legitimum matrimonium ducere vellent, illi non permitterent; quidam vero adeo scelerati fuerint, ut puellas nondum decimum agentes annum in periculosa stupra inducerent, adeo ut non modica pecunia data vix quidam miseras illas redimere et castis nuptiis secum iungere potuerint. Mille praeterea modi sunt, quos nemo oratione complecti posset, malo hoc in immensum aucto, ut, quum antea solum in minimis urbis partibus esset, nunc vero et ipsa, et quae circa eam sunt loca malis illis omnia plena sint. Haec quidem antea ad nos secreto quis detulit, deinde etiam nuper magnificentissimi praetores, quum talia inquirere a nobis iussi essent, eadem haec ad nos retulerunt. Simulac igitur haec audivimus, deo hanc actionem consecrandam, et civitatem tali scelere statim liberandam esse putavimus.

§. 1. *Sancimus igitur, ut omnes, quantum poterunt, castitatem colant, quae sola animas hominum cum fiducia deo commendare potest. Quia vero variae sunt res humanae, ne quae fraude, dolo vel vi ad libidinem trahantur, omnimodo prohibemus. Neque cuiquam lenocinium exercere, et domi mulieres habere, vel*

commissis, causam non despeximus. Agnovimus enim, quosdam vivere quidem illicite, ex causis autem crudelibus et odiosis occasionem sibimet nefandorum invenire lucrorum, et circumire provincias et loca plurima, et invenculas miserandas decipere, promittentes calceamenta et vestimenta quaedam, et his venari eas et deducere ad hanc felicissimam civitatem, et habere constitutas in suis habitationibus, et cibum eis miserandum dare et vestem, et deinceps tradere ad luxuriam eas volentibus, et omnem quaestum miserabilem ex corpore earum accedentem ipsos accipere, et celebrare conscriptiones, quia ipsae [9]) usque ad tempus, quod eis placnerit, observabunt impiam et scelestam hanc functionem implentes. Quasdam vero earum etiam fideiussores expetere, et in tantum procedere illicitam actionem, ut in omni paene hac regia civitate, et in transmarinis eius locis, et (quod deterius est) iuxta sanctissima loca et venerabiles domos sint tales habitationes, et causae sic impiae et iniquae sub nostris temporibus praesumantur, ita ut etiam quosdam miserantes earum, et abducere a tali operatione crebro volentes, et ad legitimum deducere matrimonium non sinerent. Aliquos autem sic scelestos exsistere, ut puellas nec decimum agentes annum ad periculosam deponerent corruptionem, et quosdam aurum dantes non parvum vix inde redemisse miseras, et nuptiis copulasse castis. Esse etiam decies mille modos, quos nullus praevaleret sermone [10]) comprehendere, quum ad infinitam crudelitatem deductum sit tale malum, ita ut primum quidem in ultimis partibus civitatis esset, nunc autem et ipsa et quae circa eam sunt omnia plena talium sint malorum. Hoc igitur dudum quidem aliquis nobis secrete denuntiavit, deinde etiam nuper magnificentissimi praetores a nobis talia inquirere praecepti haec eadem ad nos retulerunt, moxque audivimus et indicavimus oportere deo huiusmodi commendare causam, et velociter liberare tali scelere civitatem. §. 1. Sancimus igitur, omnes quidem secundum quod possunt castitatem agere, quae etiam sola deo cum fiducia potis est hominum animas praesentare. Quia vero plurima sunt humana, cum arte et dolo et necessitate quaslibet ad talium [11]) luxuriam deduci omnibus prohibemus modis, et nulli fiduciam esse pascere meretricem

---

[1]) ἀτιμίαις *Hal.* — [2]) ἁμαρτ. *om. Hal.* — [3]) καὶ ἔχειν *om. Hal.* — [4]) βουληθέντας *Hal.* — [5]) τούτους (*om.* δὲ) *Hal.* — [6]) ἑσχάτοις *legisse videtur Vet. Int.* — [7]) ἅμα τε οὖν ἠκούσαμεν, τούτων ᾠήθ. θεῷ (*om.* χρῆναι) *Hal.* — [8]) *Hal.*; ἀνευθῦναι *Scrimg.* — [9]) *Trid., Port.*; ipsae *om. Cont.* — [10]) *Trid.*; sermo *Cont.* — [11]) *Trid.*; quaslibet talium ad *Port. Cont.*

καὶ μηδενὶ παῤῥησίαν εἶναι πορνοβοσκεῖν, καὶ ἐπ' οἰκήματος ἔχειν γυναῖκας, ἢ καὶ δημοσίᾳ προϊσιᾶν ἐπ' ἀσελγείᾳ, ἢ ἀντ' ἄλλης τινὸς πραγματείας τὰ τοιαῦτα ἐμπορεύεσθαι, μηδὲ συγγραφὰς ἐπὶ τούτῳ λαμβάνειν, μηδὲ ἐγγυητὰς ἀπαιτεῖν, μηδὲ τοιοῦτό τι πράττειν, ὅπερ ἀναγκάζει τὰς ταλαιπώρους καὶ ἀκούσας τὴν αὐτῶν σωφροσύνην καταισχύνειν, μηδὲ ἐλπίζειν, ὡς ἔξεστι τὸ λοιπὸν αὐτοῖς ἐσθημάτων δόσει ἢ καὶ κοσμίων τυχὸν ἢ τροφαῖς δελεάζειν αὐτὰς εἰς τὸ καὶ ἀκούσας προσκαρτερεῖν. Οὐ γὰρ συγχωροῦμεν οὐδ' ὁτιοῦν γίνεσθαι τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ νῦν ἅπαντα ταῦτα ἐν βραχεῖ τῆς προσηκούσης ἠξιώσαμεν θεραπείας, παρασκευάσαντες καὶ ἀναδοθῆναι αὐταῖς πᾶσαν, ἣν ἔτυχον, ἀσφάλειαν προφάσει τοῦ τοιούτου μίσους ἐκθέμεναι, καὶ οὐδὲ συνεχωρήσαμεν [1]) τοὺς ἀνοσίους πορνοβοσκούς, εἴ τι δεδώκασιν αὐταῖς, τοῦτο παῤ αὐτῶν ἀφελέσθαι. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς πορνοβοσκοὺς ἔξω ταύτης γενέσθαι τῆς εὐδαίμονος παρεκελευσάμεθα πόλεως, ὡς ὀλεθρίους καὶ κοινοὺς λυμεῶνας τῆς σωφροσύνης γινομένους, καὶ ἐλευθέρας τε καὶ θεραπαίνας, περιεργαζομένους, καὶ καταγοντας εἰς τὴν τοιαύτην ἀνάγκην, καὶ δελεάζοντας, καὶ ἔχοντας παρατρεφομένας εἰς πᾶσαν αἰσχύνην. Προαγορεύομεν δέ, ὥς, εἴ τις τοῦ λοιποῦ τολμήσειεν ἄκουσαν κόρην λαβεῖν, καὶ ἔχειν πρὸς ἀνάγκης ἀποτρεφομένην τε, καὶ ἐκ πορνείας αὐτῷ προσαγουσαν πόρους, τοῦτον ἀνάγκη παρὰ τῶν περιβλέπτων πραιτώρων τοῦ δήμου τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως συνεχόμενον τὰς παοῶν ἐσχάτας ὑπομένειν ποινάς [2]). εἰ γὰρ τῶν χρηματικῶν αὐτοὺς κλοπῶν [3]) καὶ ληστειῶν ἐπανορθωτὰς προὐβαλόμεθα [4]), πῶς οὐ πολλῷ μᾶλλον τῆς σωφροσύνης κλοπήν τε καὶ ληστείαν αὐτοῖς ἀπελαύνειν ἐφήσομεν; Εἰ δὲ καί τις ἀνάσχοιτο ἐν τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ τινὰ πορνοβοσκοῦντα καὶ τοιαύτης προϊστάμενον ἐργασίας ἔχειν, καὶ μὴ ταῦτα προσαγγελθέντα μαθὼν τῆς οἰκήσεως αὐτὸν ἐξελάσειεν, ἴσιω καὶ decem librarum auri ὑποστησόμενος ποινήν, καὶ περὶ αὐτὴν κινδυνεύσων τὴν οἴκησιν. Εἰ δὲ καί τις συγγραφὴν τὸ λοιπὸν ἐπὶ τούτοις τολμήσειε λαβεῖν ἢ ἐγγυητήν, ἴσιω μηδὲν μὲν ὄφελος τῆς τοιαύτης ἔχων ἐγγυης ἤτοι συγγραφῆς. Καὶ γαρ ὁ μὲν ἐγγυητὴς ἔνοχος οὐκ ἔσται, ἡ δέ γε συγγραφὴ πανιοῖως ἄκυρος μενεῖ, καὶ αὐτὸς, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, τὴν εἰς τὸ σῶμα τιμωρίαν ὑποστήσεται, καὶ τῆς μεγάλης ταύτης ὡς ῥῤῶτάτω πόλεως ἐξελαθήσεται. Τὰς γὰρ δὴ γυναῖκας σωφρονεῖν μὲν βουλόμεθά τε καὶ εὐχόμεθα, μὴ μὴν ἀκούσας εἰς ἀσελγῆ βίον κατάγεσθαι, μηδὲ ἀσεβεῖν ἀναγκάζεσθαι. πᾶσαν γὰρ πορνοβοσκίαν

vel publice ad libidinem prostituere, aut pro alia quadam negotiatione talia mercari liceat, neque syngraphas hoc nomine accipere, neque fideiussores exigere, neque tale quid agere, quo miserae illae et invitae castitatem suam foedare cogantur, neque sperare, in posterum vestimentis, vel etiam ornamentis aut alimentis datis eas inescare licitum sibi fore, ut invitae etiam perseverent. Non enim permittimus, ut aliquid tale fiat, sed et nunc breviter omnia illa decente remedio dignamur, curantes, ut omnis cautio, quam occasione huius sceleris praestiterunt, illis reddatur. Neque permittimus, ut impii illi lenones, si quid illis dederunt, ipsis auferant. Quin iubemus, ut lenones illi felice hac civitate excedant, tanquam perditi homines, et communes castitatis corruptores, qui tam liberas quam servas conquirunt, et in has miserias deducunt, atque inescant, ac ad summam turpitudinem alunt. Praecipimus vero, ut, si quis in posterum invitam puellam assumere, eamque vi alere, et ex fornicatione quaestum sibi parare ausus fuerit, ille a spectabilibus praetoribus plebis felicis huius urbis comprehensus extremas poenas sustineat. Num si eos ideo creavimus, ut pecuniaria furta et latrocinia puniant, cur non multo magis castitatis etiam furta et rapinas iis coercere permittemus? Si quis etiam in domo sua aliquem lenocinium exercere et huic quaestui operam dantem habere sustineat, neque eum re denunciata et cognita domo expellat, decem librarum auri poenam subiturum, et de ipsa domo se periclitaturum sciat. Sin vero quis in posterum syngraphum vel fideiussorem eo nomine accipere ausus fuerit, sciat, se nullam utilitatem ex fideiussione aut syngrapha habiturum esse. Nam fideiussor non obligabitur, et syngrapha plane irrita erit ipse quoque, sicut diximus, poena corporali afficietur, et ex magna hac urbe quam longissime expelletur. Feminas enim castas esse volumus et optamus, non vero ut invitae ad libidinosam vitam traducantur, neque ut impie vivere cogantur. Omne enim lenocinium et fieri prohibemus, et factum punimus, praecipue in felici hac urbe, locisque suburbanis, neque minus in omnibus etiam locis extra eam, tum quae ab initio nostrae reipublicae fuerunt, tum quae a domino deo nobis donata sunt, et vel maxime in his, quia dona dei, quae in nostram rempublicam contulit, ab omni vi libera servare, et domini dei erga nos liberalitate digna esse et manere volumus. Confisi enim domino deo credidimus ob hoc nostrum castitatis studium magnam quandam accessionem reipublicae nostrae futurum, deo omnia prospera eiusmodi actionum gratia nobis largiente.

Epi-

tricem, et in domo habere mulieres, aut publice prostitnere ad luxuriam, et pro alio quodam negotio talia mercari, neque conscriptiones super hoc percipere, neque fideiussores exigere, nec tale aliquid agere, quod cogat miseras et invitas suam castitatem confundere, neque sperare, quia licebit de cetero eis vestium datione, aut ornamentorum forsan aut alimenti decipere, ut etiam invitae sustineant. Non enim permittimus quidquam fieri tale, sed etiam nunc omnia talia breviter competente cura disponimus, statnentes, etiam reddi eis omnem, quam contigerit, cautionem occasione sceleris huius exponi, et neque permittimus scelestos lenones, si quid dederunt eis, hoc ab eis auferre, sed etiam ipsos lenones iussimus [5]) extra hanc fieri felicissimam civitatem tanquam pestiferos, et communes castitatis vastatores factos, et liberas ancillasque requirentes et deducentes ad huiusmodi necessitatem, et decipientes, et habentes educatas ad universam confusionem. Praeconizamus itaque, quia, si quis de cetero praesumserit invitam puellam assumere, et habere ad necessitatem nutritam, et fornicationis sibi deferentem quaestum, hunc necesse esse a spectabilibus praetoribus populi huius felicissimae, civitatis comprehensum omnium [6]) novissima sustinere supplicia. Si enim pecuniariorum eos furtorum et latrociniorum emendatores elegimus, quomodo non multo magis castitatis furtum et latrocinium eos coërcere permittemus? Si quis autem patiatur in sua domo quendam lenonem et huiusmodi praepositum operationis habere, et haec denuntiata cognoscens non ex domo sua expulerit, sciat, se et decem librarum auri sustinere poenam, et circa ipsam periclitaturum habitationem. Si quis autem conscriptionem de cetero in talibus praesumserit, aut fideiussorem acceperit, sciat, nullam quidem se utilitatem huiusmodi fideiussionis aut conscriptionis habere. Etenim fideiussor quidem obligatus non erit, conscriptio vero omnino invalida manebit, et ipse, sicut praediximus, in corpore supplicium sustinebit, et a magna hac longissime civitate expelletur. Mulieres itaque caste quidem vivere volumus et oramus, non autem invitas ad luxuriosam vitam deduci, nec impie agere cogi. Omnino

---

[1]) *συγχωρήσομεν Hal. in notis recogn. op.* — [2]) *προϐαλλόμεθα add. Hal.* — [3]) *φωρίων Hal.* — [4]) *ἐπανορθωτικοὺς ἐξελέξαμεν Hal.* — [5]) *Trid.*, iubemus *Cont.* — [6]) *Trid.*; omnia *Cont.*

σκίαν καὶ γίνεσθαι κωλύομεν, καὶ γενομένην κολάζομεν, διαφερόντως μὲν ἐπὶ ταύτης τῆς εὐδαίμονος πόλεως καὶ ἐν τῇ ταύτης περιοικίδι, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ἐν τοῖς ἔξω τόποις ἅπασι τοῖς τε ἐξ ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας οὔσι πολιτείας, τοῖς τε νῦν παρὰ τοῦ δεσπότου θεοῦ δεδωρημένοις ἡμῖν. καὶ μάλιστά γε ἐν ἐκείνοις, διότι τὰς τοῦ θεοῦ δωρεάς, ἃς περὶ τὴν ἡμετέραν ἐποιήσατο πολιτείαν, βουλόμεθα φυλάττεσθαι καθαρὰς πάσης τοιαύτης ἀνάγκης, καὶ τῆς παρὰ τοῦ δεσπότου θεοῦ περὶ ἡμᾶς δωρεᾶς εἶναί τε καὶ διαμένειν ἀξίας. Πεπιστεύκαμεν γὰρ εἰς τὸν δεσπότην θεὸν καὶ ἐκ ταύτης ἡμῶν τῆς περὶ τὴν σωφροσύνην σπουδῆς μεγάλην ἔσεσθαι τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ προσθήκην, τοῦ θεοῦ πάντα ἡμῖν αἰσία διὰ τῶν τοιούτων παρεχομένου πράξεων.

Ἐπίλογος.

Ὅπως ἂν οὖν ὑμεῖς πρῶτοι, ἡμέτεροι πολῖται, τῆς σώφρονος ἡμῶν ἀπολαύσητε διατυπώσεως, διὰ τοῦτο τῷδε τῷ θείῳ κηρύγματι χρώμεθα, ὅπως ἂν εἰδείητε τὴν ἡμετέραν περὶ ὑμᾶς σπουδήν, καὶ τὸν περὶ τὴν σωφροσύνην τε καὶ εὐσέβειαν πόνον ἡμῶν, δι' ὧν [1]) ἐν ἅπασιν ἀγαθοῖς φυλαχθήσεσθαι τὴν ἡμετέραν πολιτείαν ἐλπίζομεν.

Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ μετὰ τῆς παραλλαγῆς ταύτης.

Ὅπως ἂν ἅπασι ταῦτα γένοιτο φανερὰ τοῖς τὴν ἡμετέραν ἔχουσι πολιτείαν, ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τόνδε ἡμῶν δεξαμένη τὸν νόμον ἐν ἁπάσῃ τῇ ὑπηκόῳ διὰ προσταγμάτων οἰκείων τοῦτον ἅπασι φανερὸν κατασησάτω, ὡς ἂν μὴ μόνον ἐπὶ ταυτης τῆς εὐδαίμονος πόλεως, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἔξω φυλάττοιτο τόποις, τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων θεῷ ἀντ' ἄλλης τινὸς εὐωδίας προσαγόμενος. Dat. Kal. Decemb. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

Epilogus.

Ut igitur vos, nostri cives, primi casta nostra dispositione fruamini, ideo sacro hoc edicto utimur quo nostrum erga vos studium, et pro castitate et pietate laborem cognoscatis, per quae rempublicam nostram in omni felicitate conservatum iri speramus.

Scriptum est exemplar gloriosissimo Magistro cum hac mutatione:

Ut omnibus, qui in republica nostra habitant, haec manifesta fiant, excellentia tua hanc legem nostram accipiens in omni ditione nostra mandatis suis omnibus manifestam facint, ut non solum in hac felici urbe, sed etiam locis externis deo universi domino alius cuiusdam suavis odoris loco oblata custodiatur.

Nov-

Omnino enim lenocinium et fieri prohibemus, et factum punimus, praecipue quidem in hac felicissima civitate et in eius circuitu, nihilominus autem et in locis foris positis omnibus, et quae ab initio nostrae sunt reipublicae, et quae nunc a domino deo donata sunt nobis, et maxime in illis, eo quod dei dona, quae circa nostram fecit rempublicam, volumus conservari pura ab omni tali necessitate, et domini dei circa nos munera esse et permanere digna. Credimus enim in domino deo etiam ex hoc nostro circa castitatem studio magnum fieri nostrae reipublicae incrementum, deo nobis omnia prospera per talia opera conferente.

Epilogus. Quatenus ergo vos primi nostri cives casta hac nostra fruamini dispositione, propterea hac sacra praedicatione utimur, ut sciatis nostrum circa vos studium, circa castitatem atque pietatem labores nostros, per quos in omnibus bonis custodiri nostram rempublicam speramus.

Scriptum exemplar gloriosissimo Magistro, mutatis ad hunc modum verbis [2]).

Ut ergo omnibus haec manifesta fiant in nostra habitantibus republica, tua sublimitas hanc nostram suscipiens sacram legem, in omni ditione praeceptis propriis eam universis insinuet, ut non solum in hac felicissima civitate, sed etiam in provinciarum custodiatur locis, domino omnium deo pro alio quodam odore suavitatis oblata. (Constantinopolitanis [3]) civibus nostris.) Dat. Kal. Decemb. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

Const. XV.

---

[1]) δι' ὃν *Bas.* — [2]) magistro, in quo adiectum *Contii.*; lata Const. *Port.*; data Const. *Cont. Leg. fort* aut *Trid.*, *Port.* — [3]) *Trid.*; proposita Const. *Mis.* proponatur Const.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ιε'. [a])

Περὶ τῶν ἐκδίκων.

(Coll. III. tit. 2.)

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Εἰ μὴ θᾶττον ἐπανάγοιμεν καὶ τὸ φρόντισμα τῶν ἐκδίκων εἰς τὴν προσηκουσαν τάξιν, οὐδὲ αὐτῆς ἔτι τῆς τῶν παλαιῶν ὀνομάτων εὐπορησοιμεν ἀληθείας. ἄλλοις μὲν γὰρ ἄλλα δέδοται παρὰ τῆς παλαιότητος ὀνόματα, σημαντικὰ σαφῶς τῶν πραγμάτων, τουτὶ δὲ τὸ τῶν [1]) ἐκδίκων καθαρῶς ἀποφαίνει τὸ τὴν ἀρχαιότητά τινας ἐπιστῆσαι τοῖς πράγμασιν, οἵπερ ἐκ πάσης αὐτὰ τῆς ἀδικίας ἐκδικήσουσιν ἐλεύθερα. τοιγαροῦν καὶ διὰ τοῦτο τῇ πατρίῳ φωνῇ defensoras αὐτοὺς καλοῦμεν, ὅπως ἂν ἀπαλλάξαιεν κακῶν τοὺς ἀδικουμένους. Νῦν δὲ τοῦτο τὸ τῶν ἐκδίκων πολὺ δή πεπατημένον ἐστὶν ἐν πολλοῖς τῆς ἡμετέρας πολιτείας μέρεσι, καὶ οὕτω καταπεφρονημένον, ὡς ἐν ὕβρει μᾶλλον ἤπερ ἔν τινι κείσθαι σεμνότητι. τοιγαροῦν γίνονται μὲν ἄνδρες ἀφανεῖς, τὰς δὲ ἐπ' αὐτοῖς ψήφους οἰκτῳ μᾶλλον ἤπερ ἐπιλογῇ πορίζουσιν. οἷς γὰρ οὐκ ἔστι τροφὴ καὶ βίος αὐτάρκης, οὗτοι τὰς τῶν ἐκδίκων ἐρανιζόμενοι χειροτονίας ἐπὶ τοῦτο παρίασι τὸ φρόντισμα, καὶ ἀντ' ἄλλου τινὸς παιγνίου [2]) ταῖς τῶν ἀρχόντων ἔκκεινται γνώμαις. ἀμέλει παύουσί τε αὐτοὺς ἡνίκα ἂν βουληθεῖεν, ἢ οὐδὲν ἢ σμικρότατα [3]) ἐγκαλέσαντες, ἄλλους τε εἰς τὴν ἐκείνων ἐμβιβάζουσι τάξιν, τοποτηρητὰς δῆθεν αὐτοὺς ἐκδίκων ποιοῦντες, καὶ τοῦτο τοῦ ἔτους πολλάκις ἐπὶ πλείοσιν ἀνθρώποις πράττοντες, ὥστε καὶ οἱ ταξιῶται, καὶ οἱ τῶν πόλεων ἄρχοντες, καὶ οἱ ταύτας οἰκοῦντες ἐν ἐσχάτῃ καταφρονήσει τὸν ἔκδικον ἔχουσι. τὰ δὲ δὴ πραττόμενα παρ' αὐτοῖς ἐν ἴσῳ τοῖς ἀπράκτοις ἐστίν. εἰ γὰρ μὴ ἐπιτάξαιεν οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, οὐδ' ἂν τολμησαιέν τινα πρᾶξιν ὑπομνημάτων συστήσασθαι παρ' ἑαυτοῖς οἱ πάντα δουλεύοντες αὐτοῖς ἔκδικοι, τοῖς ἐκείνων νεύμασι προσέχοντες μόνοις. εἰ δὲ δή καί τινα πραχθείη, πρῶτον μὲν καὶ ταῦτα πιπράσκουσιν, ἔπειτα οὐδενὸς ὄντος ἀρχείου, καθ' ὃ τὰ πραι-

Novella XV

DE DEFENSORIBUS.

Imp. Iustinianus A. Ioanni, gloriosissimo Praefecto iterum Praetorio, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Nisi munus defensorum in ordinem convenientem celeriter redigamus, nec ipsam amplius veritatem in veteribus nominibus habebimus. Aliis siquidem rebus alia ab antiquitate indita sunt nomina, quibus res clare significentur, hoc vero defensorum nomen clare demonstrat, veteres quosdam praeposuisse rebus, qui eas ab omni iniustitia tuerentur, unde et eos patria lingua defensores vocamus, ut iniuria affectos a malis defendant. Nunc vero defensores in multis reipublicae nostrae partibus adeo conculcati et contemti sunt, ut in contumelia potius, quam dignitate aliqua habeantur. Hinc obscuri homines defensores fiunt, et suffragia misericordia potius, quam electione consequuntur; quibus enim non est alimentum et victus sufficiens, illi defensorum electionem emendicantes ad hoc munus accedunt, et velut ludicrum voluntati magistratuum expositi sunt. Nam removent eos quando volunt, aut nihil, aut minima ipsis vitio vertentes, et alios in eorum locum substituunt, eosque vicarios defensorum faciunt. Et hoc saepius per annum in pluribus hominibus faciunt, adeo ut cohortales, et civitatum iudices, et harum incolae summo contemtui defensorem habeant. Quae vero ab iis aguntur, pro infectis habentur; nisi enim praesides provinciarum imperaverint, non audent defensores gesta monumentorum apud se conficere, in omnibus illis servientes, et nutus illorum solos observantes. Quodsi aliqua confecerint, primo ea vendunt, deinde, quum nullum archivum habeant, in quo gesta apud se reponant, perit id, quod actum est, nec apud eos reperies ullum vetus monumentum, sed qui actis egent ea apud heredes eorum et reliquos successores quaerunt, et quae inveniunt nulla fide digna sunt, quaedam vero amissa interci dunt, ut idem sit, ac si nunquam acta essent. Nos igitur,

Gl.

Const. XV.

DE DEFENSORIBUS CIVITATUM.

(Coll. III. tit. 2.)

Imp. Iustinianus A. Ioanni, gloriosissimo Praefecto Praetoriorum iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. Nisi velociter revocemus curam defensorum per [4]) competens officium, nec ipsam ulterius antiquorum nominum habebimus veritatem. Aliis siquidem alia data sunt ab antiquitate nomina significativa aperte rerum, hoc autem defensorum nomen pure demonstrat, antiquitatem aliquos praeposuisse rebus, quatenus ex omni eas iniustitia vindicarent liberas. Siquidem et propter hoc paterna voce defensores eos vocamus, quatenus eripiant a malis iniustitiam patientes. Nunc autem hoc defensorum nomen valde conculcatum est in multis nostrae reipublicae partibus, et ita contemtum, ut in iniuria quidem potius, quam in qualibet iaceat honestate, siquidem fiunt viri quidem obscuri, decreta vero super eis misericordia magis, quam electione conficiuntur. Quibus enim non est victus et vita sufficiens, isti defensorum emendicantes ordinationem ad hanc accedunt curam, et pro alio quodam lusu indicum subiacent voluntatibus. Deinque removent eos, quando volnerint, aut nihil, aut parvissimum delinquentes, et alios in illorum provehunt officium, quasi loci servatores eos defensorum facientes, et hoc in anno frequenter in pluribus hominibus agentes, ut et officiales, et civitatum indices, et harum habitatores in novissimo contemtu defensores habeant. Quae vero aguntur ab eis ad iustar non actorum sunt. Si enim non [5]) imperaverint provinciarum indices, nequaquam praesumunt quaedam gesta monumentorum conficere apud semetipsos per omnia servientes eis defensores et illorum nutibus intendentes solis. Si vero quaedam conficiantur, primum quidem etiam haec vennmdant, deinde, quum nullum habeant archivum, in quo gesta apud se reponant, deperit quod conficitur. et nequaquam invenies apud eos plurium

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Bas. VI.* 18. *cf. Psell. p.* 18. — *Iulian. Const.* 36. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) *πραγμάτων τοιῶνδε. τὸ δὲ τῶν Hal.* — [2]) *παιδίας Hal.* — [3]) *βουλ. εἰς μικρότατα Hal.* — [4]) *Trid., Port., Cont.*; ad *Bk. ed. ster.* — [5]) *Beck in Add.*; non *om. Trid., Port., Cont.*

πραττόμενα παρ' ἑαυτοῖς ἀποτίθεται, παραπόλλυται τὸ πραττόμενον, καὶ οὐκ ἂν εὕροις παρ' αὐτοῖς χρόνων πλειόνων ὑπόμνημα παντελῶς οὐδὲ ἕν, ἀλλ' εἰς κληρονόμους τε αὐτῶν καὶ τὰς ἄλλας διαδοχὰς οἱ τούτων δεόμενοι ζητοῦσι τὰ πεπραγμένα, καὶ τούτων τὰ μὲν εὑρίσκουσιν οὐδεμιᾶς ἄξια πίστεως ὄντα, τὰ δὲ καὶ ἐξαπόλλυται, καὶ διαπίπτει τοσοῦτον, ὡς ἐν ἴσῳ τοῖς μηδὲ γενομένοις εἶναι. Ἡμεῖς τοίνυν, ἐπειδὴ τὰ τῶν ἀρχόντων εὖ διεθήκαμεν, καὶ μείζους τε τὰς ἐπικρατείας αὐτῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐποιησάμεν, καὶ ποῤῥωτέρω γε αὐτοῖς ἐστὶ τὰ τῆς πόλεων ἐποψίας, διὰ τοῦτο ᾠήθημεν χρῆναι καὶ τὸ τῶν ἐκδίκων καταστήσασθαι. γένοιτο γὰρ ἂν οὕτω τις ἁρμονία χρηστή, εἴπερ ἀρχόντων λάβοιεν τάξιν οἱ τῶν πόλεων ἔκδικοι, καὶ ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενος δοκοίη τις ἄρχων εἶναι μᾶλλον ἀρχόντων, καὶ ταύτῃ σεμνότερος τῶν ἔμπροσθεν φαίνεσθαι. ὅσῳ γὰρ ἂν τις ἄρχοι κρειττόνων, τοσούτῳ μείζων αὐτὸς καὶ σεμνότερός ἐστι.

igitur, quum ea, quae ad magistratus spectant, bene disposuerimus, et potestatem eorum in provinciis maiorem effecerimus, atque inspectio civitatum procul ab iis absit, putavimus, etiam ea, quae ad defensores pertinent, constituenda esse. Sic enim pulchra quaedam harmonia erit, si defensores civitatum inter magistratus locum accipiant, et praeses provinciae magis iudicum iudex, atque ita prioribus dignior videatur; quanto enim quisque maioribus imperat, tanto maior ipse et dignior est.

Κεφ. α'.

Τέως οὖν ἐκεῖνο πρῶτον νομοθετητέον, ὥστε μηδενὶ τῶν πάντων εἶναι παῤῥησίαν τὴν τοῦ ἐκδίκου χειροτονίαν ἀπωθεῖσθαι, ἀλλὰ ἀμοιβαδὸν ἅπαντας τοὺς σεμνοτέρους τῶν πόλεων οἰκήτορας ταύτην αὐταῖς τὴν λειτουργίαν ἐκπληροῦν. τοῦτο γὰρ δὴ κἂν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις κρατεῖν τε καὶ πολιτεύεσθαι μεμαθήκαμεν. οὐδενός, οὐδ' ἂν εἰ τετιμημένος εἴη τῇ τῶν μεγαλοπρεπεστάτων ἰλλουστρίων ἀξίᾳ, τοῦτο διωθεῖσθαι συγχωρουμένου, οὐδ' αν εἰ στρατείαν ἔχοι σεμνήν, οὐδ' ἂν εἴ τι προῖσχοιτο προνόμιον ἐκ θείων αὐτῷ τύπων, κἂν εἰ πραγματικοὶ καθεστήκοιεν, πεφιλοτιμημένον, ἀλλὰ κατὰ κύκλον τῶν οἰκητόρων τῆς πόλεως, ὧν τις ἐστὶ καὶ λόγος, ταύτην ἐκπληρούντων, καὶ ἐπειδὰν ὁ κύκλος παύσηται, πάλιν ἐπανιόντων εἰς τὸ φρόντισμα, καὶ τῇ πόλει τὴν εἰρημένην φροντίδα λειτουργούντων, ὥστε τὸν ἐν ἑκάστῃ πόλει ἔκδικον ἄρχοντα [1]) μᾶλλον ἢ ἔκδικον εἶναι δοκεῖν, ψήφῳ μὲν σὺν ὅρκῳ γινόμενον πάντων κοινῇ [2]) τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐκείνην ὄντων οἰκητόρων [3]), ἀλλὰ μὴ τῶν ἐνταῦθα διαγόντων [4]). §. 1. Ὅρκον δὲ παρέχοντα, ὡς ἅπαντα πρὸς τὸν νόμον καὶ τὸ δίκαιον πράξει κοινῇ [4]), βεβαιούμενον δέ, καθάπερ ἡμεῖς νῦν φαμέν, ἐκ προστάξεως τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ὑπάρχων, εἰς διετίαν δὲ ἄρχοντα μόνην, καὶ παυόμενον τοῦ φροντίσματος. οὐκ ἔχοντος ἄδειαν τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος παύειν αὐτόν,

Cap. I.

Interim igitur illud prius sanciendum est, ut nemini plane, si defensor eligatur, id recusare liceat, sed omnes honestiores urbium incolae hoc illis ministerium alternis vicibus praestent; id enim prioribus temporibus obtinuisse et in usu fuisse didicimus. Nemini, etsi magnificentissimorum illustrium dignitate honoratus sit, id declinare permissum sit, neque si in honesta sit militia, neque si privilegium ex sacris sanctionibus, licet pragmaticae sint, liberaliter concessum praetendat Sed incolae civitatis, quorum aliqua habetur ratio, per circulum id obeant, et ubi circulus desinit, ad munus illud revertantur, et civitati praedictum munus obeant, adeo ut cuiusque civitatis defensor magistratus magis, quam defensor esse videatur, suffragio omnium, qui in ea civitate una habitant, non vero eorum, qui ibi commorantur, praestito iureiurando creatus.

§. 1. *Iusiurandum vero praestet, se secundum leges et ius omnia communiter facturum esse; confirmetur autem, sicut nunc dicimus, praecepto gloriosissimorum nostrorum praefectorum, imperium vero habeat tantum per biennium, et tum munere se abdicet. Clarissimus autem provinciae praeses potestatem eum removendi non habeat, sed si quid non recte gerere videatur,*

plurium temporum poni monumentum ullum penitus, sed ad heredes eorum aut alias successiones his monumentis egentes gesta quaerunt, et si horum quaedam inveniuntur, nulla [5]) fide sunt digna, alia vero etiam pereunt, et in tantum cadunt, ut in similitudine non actorum sint. Nos igitur, quoniam de indicibus bene disposuimus, et maiores potestates eorum in gentibus fecimus, et procul ab eis est inspectio civitatum, propterea credimus oportere etiam de defensoribus constituere. Fit enim sic congruentia utilis, si indicum sumant officium civitatum defensores, et provinciae praeses videbitur quidem iudex indicum potius esse, et ex hoc honestior praecedentium apparere; quanto enim quilibet praeest melioribus, tanto maior ipse et honestior est.

Cap. I. Interim illud sciendum est prius, ut nulli hominum sit licentia defensoris ordinationem declinare, sed invicem universi nobiliores civitatum habitatores hoc ministerium eis adimpleant; hoc enim et in prioribus temporibus valuisse, et in republica gestum didicimus. Nulli, nec si honoratus sit magnificentissimorum illustrium dignitate, hoc declinare concedimus, nec si militiam habeat honestam, neque si proferat privilegium sunm ex divinis formis, vel si pragmatici sint collati, sed secundum circulum habitatoribus civitatis, quorum aliqua ratio est, hoc implentibus, et dum circulus expletur, rursus revertentibus ad sollicitudinem, et civitati praedictam curam ministrantibus, ut in unaquaque civitate defensor index potius, quam defensor esse videatur, decreto quidem cum iureiurando facto [6]) omnium possessorum in illa civitate consistentium, sed non in hac urbe degentium. §. 1. Iusiurandum vero praebens, quod omnia secundum legem ac ius agat, et omnium communiter, confirmandus autem, sicut nunc, ex praecepto gloriosissimorum nostrorum praefectorum, in biennio vero administrans solo, et removendus a cura; non habente licentiam

[a]) *Breviter sensum horum verborum exhibent* Paratitla *ad coll. const. eccl. III.* 1. (*Voëlli bibl II. p.* 1338.)

[1]) δικαστὴν *Hal.* — [2]) *Scrimg., Bas.*; δοκεῖν, δόγματος μὲν δὴ μεθ' ὅρκου γινομένου κοινῇ πάντων *Hal.* — [3]) κητόρων *Paratitla ad coll. const. eccl., Bas. Vulg.* — [4]) κοινῇ *om. Hal., Bas.* — [5]) *Trid.*; et horum quidem quae inveniuntur, quaedam nulla *Port.*; et horum quaedam quidem inveniuntur, nulla *Cont.* — [6]) facto *Trid., Port.*

αὐτόν, ἀλλ' εἴ τι δοκοίη πράττειν οὐκ ὀρθόν, μηνύειν εἰς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἐπάρχους, ὥστε ἐκεῖθεν αὐτῷ γενέσθαι τὴν τοῦ φροντίσματος ὑπαλλαγήν, ὅθεν καὶ δίδοται.

deatur, gloriosissimis praefectis indicet, ut ab eo munere privetur, a quo id collatum est.

Κεφ. β'.

Μηδεμιᾶς οὔσης παῤῥησίας τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι ἢ αὐτοῖς τοῖς ἐκδίκοις τυποιηρητὰς ἐκδίκων ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο πᾶσιν αὐτοῖς ἀπαγορεύομεν [1]) τρόποις. ἀλλὰ μηδὲ οἰκείους [2]) τοποτηρητὰς ἐν ταῖς πόλεσι τοὺς λαμπροτάτους ἄρχοντας ἐκπέμπειν, πλὴν αὐτῶν τῶν ἐκδίκων, οὓς τὴν τῶν ἀρχόντων τάξιν πληροῦν ἐν ταῖς πόλεσι βουλόμεθα, αὐτούς τε ἐν ἅπασιν ἐπιμελεῖσθαι τῶν πόλεων, ἐν αἷς εἰσί.

Cap. II.

Nulla quoque sit licentia ei, qui magistratum gerit, vel ipsis defensoribus, vicarios defensorum constituendi, sed et hoc omnibus modis illis sit interdictum. Sed nec clarissimi praesides in urbibus proprios vicarios mittant, nisi ipsos defensores, quos iudicum locum in civitatibus obtinere, ipsos vero in omnibus curam civitatum, in quibus sunt, gerere volumus.

Κεφ. γ'.

Πράττεσθαί τε παρὰ τοῖς ἐκδίκοις καὶ διαθηκῶν ἐμφανίσεις καὶ δωρεῶν, καὶ πᾶν, εἴ τι τῶν τοιούτων ἔστιν ὑπομνημάτων ἴδιον. οὐ δυναμένου τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος κωλύειν τὸ πράττεσθαι μέλλον, ἢ προστάττειν, ὡς οὐ [3]) βούλοιτό τι πραχθῆναι ἢ πραχθὲν μὴ ἐκδοθῆναι. οὐδὲ γὰρ τοιούτου τινὸς αὐτῷ παντελῶς ἐξουσίαν δίδομεν, τῶν ἀποπωτάτων εἶναι νομίζοντες πράγματα ἀναγκαῖα διαπίπτειν τοῖς ἀνθρώποις διὰ τὰς τῶν ἀρχόντων ἴσως ἀλόγους ὁρμάς τε καὶ προστάξεις, ἀλλὰ καὶ πράττειν, ἅπερ ἂν τις βουληθείη, καὶ ἐκδιδόναι, κἂν εἰ τὸ πραττόμενον ἅπτοιτο τοῦ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος [4]) ἢ τινος τῶν δυνατῶν, μηδὲ τοῦτο κωλύειν. δεῖ γὰρ οὕτω διαγίνεσθαι τοὺς ἐπὶ τῶν ἀρχῶν ἢ τινος δυνάμεως ὄντας, οὐχ ὥστε κωλύειν τινὰ γίνεσθαι [5]) κατ' αὐτῶν πρᾶξιν, ἀλλὰ οὕτως ἄμεμπτον τὸν ἑαυτῶν παρέχεσθαι τρόπον, ὡς μηδενὶ διδόναι καιρὸν τῆς κατ' αὐτῶν μέμψεως. καὶ εἴτε ἐνδημοίη ταῖς πόλεσιν ἄρχων, εἴτε μή, μὴ κωλυέσθω τὶς πράττειν καὶ παρὰ τοῖς ἐκδίκοις τινὰ ὑπομνήματα ἐφ' οἷς ἂν βούλοιτο, πλὴν ἐκείνων μόνων, ὅσα δικαιοδοσίας δεῖται, καὶ αὐτῆς [6]) τῆς τῶν ἀρχόντων αὐθεντίας ἠρτηται. §. 1. Ἔπειτα καὶ τοῖς τὰς δημοσίας εἰσπράξεις ἔχουσι τοὺς τῶν πόλεων ἐκδίκους πᾶσιν ἐπαμύνειν τρόποις, κἂν εἰ δέοι προφάσει τῆς τῶν ἀγνωμόνων συντελῶν ἀπορίας ὑπομνήματα πρᾶξαι, καὶ τοῦτο ποιεῖσθαι προθύμως, κἂν εἰ παραγενέσθαι καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας ἰδεῖν, καὶ αὐτοῖς τούτοις μαρτυρῆσαι, κἂν εἰ δημοτικὸν παῦσαι θόρυβον, καὶ ἁπλῶς [7]) τὴν τῶν ἀρχόντων ἐπέχειν τάξιν, καὶ μάλιστα ὅταν ἅπῶσι. τούς τε ταξεώτας τοὺς ἐπιχωρίους,

Cap. III.

Fiunt apud defensores insinuationes testamentorum et donationum, et omne id, quod monumentis illis proprium est, ita ut clarissimus provinciae iudex non possit prohibere id, quod agendum est, vel praecipere, ne quid agatur, aut quod actum est, non edatur. Neque enim huiusmodi faculatatem ullo modo ei concedimus, absurdissimum putantes, ut propter temerarios fortasse magistratuum affectus et praecepta res necessariae hominibus intercidant. Sed conficiant quae quis voluerit, atque edant, et licet id, quod agitur, provinciae praesidem vel aliquem ex potentibus tangat, neque hoc prohibeant. Oportet enim eos, qui in magistratu vel potestate aliqua constituti sunt, ita se gerere, ut acta adversus se confici non prohibeant, sed moribus ita inculpatis esse, ut nemini de se conquerendi occasionem praebeant. Et sive in civitate sit iudex, sive non, nemo apud defensores quoque monumenta quaedam de quibus rebus voluerit conficere prohibeatur, exceptis solum iis, quae iurisdictione egent, et ab ipsa magistratuum auctoritate pendent.

§. 1. *Deinde iis, qui publicas exactiones habent, defensores civitatum omnibus modis auxilio sint. Et si opus fuerit, ut ob contumaciam ingratorum subditorum acta conficiantur, hoc quoque alacriter faciant, et si opus sit, ut adsint ac videant eos, qui improbe se gerunt, et his ipsis testimonium perhibeant, et si popularis tumultus sedandus sit, et omnino magistratuum locum impleant, maxime quando absint. Officiales quoque provinciae, qui in civitate illa sunt, in qua*

centiam clarissimo provinciae indice removendi eum, sed si quid videatur agere non recte, nuntiare ad gloriosissimos praefectos, ut inde ei fiat curae privatio, unde etiam datur.

Cap. II. Nulla exsistente licentia administratori aut ipsis defensoribus vices agentes defensorum facere, sed etiam hoc omnibus eis interdicimus modis. Sed neque proprias vices agentes per civitates clarissimos indices destinare, nisi ipsos defensores, quos indicum officium complere in civitatibus volumus; ipsos quoque in omnibus diligentiam adhibere civitatibus, in quibus sunt.

Cap. III. Et agi apud defensores testamentorum insinuationes, et donationum, et quidquid aliud est monumentorum proprium; non valente clarissimo provinciae indice prohibere quod agendum est, aut praecipere, quia non velit aliquid agi aut actum non edi; non enim huiusmodi alicuius ei omnino potestatem damus, absurdissimum existimantes, necessariis rebus cadere [8]) homines propter iudicum forte irrationabiles motus atque praeceptiones, sed etiam agere, quaecunque voluerit, et edere, et licet quod agitur tangat, provinciae praesidem aut quemlibet potentium, neque hoc prohibere. Oportet etenim sic agere eos, qui in administrationibus sunt aut in qualibet potestate, non ut prohibeant quaedam fieri contra se gesta, sed ita inculpabilem suum praebeant modum, ut nulli detur tempus querimoniarum adversus eos, et sive adfuerit civitatibus index, sive non, nequaquam prohibeatur quispiam agere apud defensores quaedam monumenta in quibuscunque voluerit, praeter illa sola, quae inrisdictione egent, et ex ipsa indicum auctoritate pendent. §. 1. Deinde et his, qui publicas exactiones habent, civitatum defensores omnibus auxiliari modis, et si opus fuerit occasione contemtus contumaciae tributariorum monumenta conficere, et haec fieri velociter inbemus, et interesse, ut inordinate agentes videant, et his ipsis testimonium perhibere, vel publicum removere tumultum, et absolute iudicum obtinere ordinem, et maxime quando absunt; et officiales provinciae, quicunque in civitate sunt illa, in qua defen-

[1]) *Hal., (Vulg.); ἀπαγορεῦσθαι Scrimg., Bas.* — [2]) *Bas.; οἰκίας Scrimg.; ἰδίους Hal.* — [3]) *οὐ om. Hal., Bas.* — [4]) *Hal., Bas.; ἐπάρχοντος Scrimg.* — [5]) *διαγ. τοὺς ἐν ἀρχαῖς ὄντας ἢ ἐν ἡτινοοῦν δυναστείᾳ ὥστε μὴ ἀπαγορεύεσθαι γίνεσθαι Hal. cf. Heimb. l. c. p.* 328 *sq.* — [6]) *Scrimg., Bas.; ἐξ αὐτῆς Hal.* — [7]) *Hal., Bas., Vulg.; ἁπλῶς om. Scrimg.* — [8]) *Bk.; cedere Trid., Port., Cont.*

ρίους, οἳ κατὰ τὴν πόλιν εἰσὶν ἐκείνην, καθ' ἣν ὁ ἔκδικος ἐστίν, ὑπακούειν αὐτῷ καὶ βοηθεῖν, ὥστε ἀπόντων τῶν ἡγουμένων τῶν ἐθνῶν μηδὲν δοκεῖν ἐλλείπειν ταῖς πόλεσιν ἐπὶ [1]) τῆς ἐκείνων παρουσίας. Ἐκ δὲ τῆς ἐπιχωρίου τάξεως ἔχειν καὶ ταχυγράφον αὐτοῖς ὑπουργοῦντα. καὶ δύο ταξεώτας, οἳ τὰ παρ' αὐτῶν ψηφιζόμενα πληρώσουσι. §. 2. Δικάζειν τε ταῖς δίκαις ἁπάσαις ταῖς χρηματικαῖς μέχρι χρυσῶν τριακοσίων. οὐ δυναμένων τῶν ὑποτελῶν ἔλκειν τοὺς αὐτῶν ὑπευθύνους παρὰ τοὺς λαμπροτάτους τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας, εἴπερ εἶσω τῆς εἰρημένης τῶν τριακοσίων νομισμάτων ποσότητος ἡ δίκη καθεστήκοι.

qua defensor est, ipsi obediant et praesto sint, ut, cum praesides provinciarum absunt, nihil civitatibus ipsis praesentibus deesse videatur. Ex provinciali autem officio habeant etiam exceptorem sibi inservientem, et duos officiales, qui ea, quae ab ipsis decernuntur, exsequantur.

§. 2. *Iudicent quoque in omnibus causis pecuniariis usque ad aureos trecentos, nec subditi nostri debitores suos ad clarissimos provinciarum praesides trahere queant, si intra dictam quantitatem trecentorum aureorum lis consistat.*

Κεφ. δ'.

Ἀλλὰ μηδὲ δι' αὐτὸ τοῦτο τοὺς διώκοντας πλείονος ἀποτιμᾶσθαι τὴν δίκην, ἵνα συντρίψωσι τοὺς εὐθυνομένους, καὶ μὴ τῷ τῆς πόλεως ἐκδίκῳ, ἀλλὰ τῷ τῆς χώρας προσαγάγοιεν ἄρχοντι. ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν, καὶ ἡ ψῆφος δείξειεν ἐλάττονα τὴν δίκην εἶναι τῶν τριακοσίων χρυσῶν, καὶ ἐξεπίτηδες ηὐξῆσθαι διὰ τὸ παρὰ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, ἀλλὰ μὴ τῷ τῆς πόλεως ἐκδίκῳ κατεξετασθῆναι, μόνον τὸν ἐνάγοντα τῇ πάσῃ τῆς δίκης ὑποβάλλεσθαι ζημίᾳ.

Cap. IV.

Sed nec propter hoc actores litem pluris aestiment, ut conterant reos, et non ad defensorem civitatis, sed ad provinciae praesidem eos deferant. Sed si tale quid fecerint, et sententia litem trecentis aureis minorem et studio auctam esse ostendat, ut apud provinciae praesidem, non autem apud defensorem civitatis examinaretur, solus actor totius litis damno subiiciatur.

Κεφ. ε'

Καὶ μὴν καὶ τας παρὰ τῶν ἐκδίκων ἐκκλήτους ἐπ' αὐτοὺς φέρεσθαι τοὺς ἄρχοντας. εἰ δέ τι πράξαιεν ὑβριστικὸν περὶ τοὺς ἐκδίκους οἱ ταξεῶται, τηνικαῦτα τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένους ἀμύνειν καὶ σωφρονίζειν τοὺς ταξεώτας. ἄδειαν γὰρ δίδομεν τοῖς ἐκδίκοις, εἰ τούτου ῥᾳθυμήσαιεν οἱ τῶν ἐθνῶν ἡγούμενοι, τῷ θρόνῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ταῦτα προσαγγέλλειν, ὥστε αὐτόθεν δίδοσθαι βοήθειαν αὐτοῖς καὶ ἐκδίκησιν πρέπουσαν. καὶ ταῖς ἀληθείαις ἐκδίκους αὐτοὺς εἶναι κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων, ἔχοντας ἀρχικῆς σεμνότητος μίμημα. §. 1. Κἂν εἰ διαπεσεῖν συμβαίη πόλεως ἔκδικον, εὐθὺς ἐφ' ἕτερον φέρεσθαι τὴν ψῆφον, τὸν ἐκ τοῦ κύκλου καλούμενον, μειὰ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων ὅρκων, καὶ ἔχεσθαι μὲν εὐθὺς τῆς φροντίδος, τὴν δὲ ψῆφον μηνύεσθαι καὶ κυροῦσθαι παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς. καὶ μηδέποτε τοῖς ἐκδίκοις τοποτηρητὴν μέν, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, διδόσθαι, ἵνα μὴ πάλιν τῇ πρόσθεν ἀταξίᾳ δῶμεν δῆθεν εὔλογον [2]) ἀφορμήν. §. 2. Προστάξεις δὲ ποιησάσθω ἡ σὴ ὑπεροχὴ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν, ὥστε ἐν ταῖς πόλεσιν οἴκημά τι δημόσιον ἀφορισθῆναι, καθ' ὃ προσῆκόν ἐστι τοὺς ἐκδί-

Cap. V.

Ad haec appellationes a defensoribus ad ipsos praesides deferantur. Si vero cohortales defensoribus aliquam iniuriam inferant, tunc provinciarum praesides auxilio sint et cohortales castigent. Potestatem enim concedimus defensoribus, si praesides provinciarum id neglexerint, sedi tuae eminentiae hoc denunciandi, ut auxilium et vindicta conveniens illis inde praestetur Et contra delinquentes veri sint defensores, atque magistratuum gravitatem imitentur.

§. 1. *Et si defensorem civitatis deficere contigerit, statim calculus feratur ad alium, qui ordine cum iureiurando ante dicto vocetur, et statim quidem munus suscipiat, decretum vero indicetur et a tua eminentia confirmetur, et nequaquam defensoribus vicarius, sicuti antea diximus, detur, ne rursus priori confusioni iustam occasionem demus.*

§. 2. *Praecipiat vero eminentia tua in qualibet provincia, ut in civitatibus aedificium aliquod publicum definiatur, in quo conveniat defensores acta reponere; et*

defensor est, obedire illi, et adiuvare, ut absentibus praesidibus gentium nihil videatur deesse civitatibus sub illorum praesentia. Ex provinciali autem officio habere et exceptorem eis administrantem, et duos officiales, qui ea, quae ab eis decernuntur, adimpleant. §. 2. Et iudicare in causis omnibus pecuniariis usque ad aureos trecentos; non valentibus nostris subiectis trahere sibimet obligatos ad clarissimos provinciarum iudices, si usque ad praedictam trecentorum solidorum quantitatem lis consistat.

Cap. IV. Sed neque pro hoc ipso actores amplius aestimare litem, ut conterant reos, et non civitatis defensori, sed provinciae deferant iudici. Sed si quid tale egerint, et sententia manifestet, minorem esse litem trecentorum aureorum, et studio auctam, ut apud provincialem iudicem, et non civitatis defensorem examinaretur, solum actorem omni litis subdi dispendio.

Cap. V. Et a defensoribus appellationes ad ipsos fieri iudices. Si vero egerint aliquid ininriosum circa defensores officiales, tunc provinciarum praesides ulcisci et castigare officiales [3]). Licentiam enim damus defensoribus, si hoc neglexerint praesides gentium, sedis tuae eminentiae haec nuntiare, ut inde detur auxilium eis et vindicta competens, et re vera defensores eos esse contra delinquentes, habentes indiciariae claritatis et honestatis imitationem. §. 1. Et si cadere contigerit civitatis defensorem, mox ad alium deferri decretum, qui ex circulo vocatur, cum dudum dicto iureiurando, et suscipere quidem mox curam, decretum vero nuntiari et confirmari a tuo culmine; et nequaquam defensoribus vices agentes, sicut praediximus, dari, ne rursus priori confusioni demus quasi rationabilem occasionem. §. 2. Praecepta vero faciat tua eminentia per unamquamque provinciam, ut in civitatibus habitatio quaedam publica distribuatur, in qua convenient est defensores monumenta recondere, eligendo quendam in provincia, qui horum habeat custodiam, quatenus incor-

[1]) ἐπὶ *deest in Bas.* — [2]) ἄλογον *Hal.* — *vocab. incl.*
[3]) *Trid.*; possint *add Port., Cont., sed hic uncis*

ἐκδίκους τὰ ὑπομνήματα ἀποτίθεσθαι, προβαλλομένου τινὸς κατὰ χώραν, ὃς τὴν τούτων ἕξει φυλακήν, ὥστε ἀδιάφθορα μένειν αὐτά, καὶ θᾶττον εὑρίσκεσθαι παρὰ τῶν ἐπιζητούντων. καὶ εἶναί τι παρ' αὐτοῖς ἀρχεῖον, καὶ τὸ μέχρι νῦν ἁμαρτηθὲν ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπανορθοῦν.

et designetur aliquis ex provincia, qui ea custodiat, ut incorrupta maneant, celeriterque ab iis inveniantur, qui ea desiderant, et ut apud eos aliquod archivum sit, ac id, in quo hactenus in civitatibus peccatum est, emendetur.

Κεφ. ϛ'.

Ὅτι δὲ καὶ οἱ ἔκδικοι τῶν πόλεων παντοίως ἄμισθοι γενήσονται, καὶ ὑπὲρ τῶν προσιαγμάτων αὐτῶν, εἰ μὲν αἱ πόλεις μείζους εἶεν, τέσσαρες μόνοι δοθήσονται χρυσοὶ τῷ δικαστηρίῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς, εἰ δὲ ἐλάττους, τρεῖς, ἤδη [1]) τοῖς ἡμετέροις διαιέτακται νόμοις. εἰ δέ τινας σιτήσεις ἔχουσι δημοσίας, καὶ αὐτὰς κατὰ τὸ σύνηθες λήψονται. §. 1. Ἀκροάσονταί γε μὴν καὶ τῶν ἐλαφροτέρων ἐγκλημάτων, καὶ σωφρονισμῷ προσήκοντι παραδώσουσι. καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς μείζοσιν ἐγκλήμασιν ἁλισκομένους φρουρήσουσι, καὶ ἀναπέμψουσι πρὸς τὸν τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενον. οὕτω γὰρ ἀπολαύσει καὶ πόλις ἑκάστη φροντίδος ἀρχικῆς, καὶ τὸ σύμπαν ἔθνος ὑπὸ μείζονι τεταγμένον ἄρχοντι μείζονος αἰσθήσεται προνοίας. καὶ ὑποτεμοῦνται πολλὰ τῶν ἀρχικῶν φροντίδων [2]) οἱ τῶν πόλεων ἔκδικοι, εἰς ἑαυτοὺς [3]) ταῦτα μεταθέντες, καὶ ἐπικουφίσουσι τοῖς ἄρχουσι τὰς ὑπὲρ τῶν ὅλων [4]) μερίμνας, αὐτοὶ τὰ κατὰ μέρος παύοντες, καὶ τὰ τῶν ἀδικουμένων ἢ τῶν ἀμφισβητούντων διαλύοντες, καὶ σεμνούς, καθὰ πολλάκις εἰρηται, τοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὄντας ἀποφαίνοντες. Εἰ δὲ καὶ ἀγνωμονοῖντο παρά τινων οἱ δημόσιοι φόροι, τοὺς τῶν ἐθνῶν ἡγουμένους τοῖς ἐκδίκοις ἐπιτάττειν τὰς κατὰ τῶν ἀγνωμονούντων εἰσπράξεις, ἵνα κατὰ τοῦτο αὐτοῖς βοηθοῖεν. Εἰ δέ τις ἐκδίκου παρὰ ταῦτα γένοιτο χειροτονία, ἢ παραιτοῖτό τις τὴν τοῦ ἐκδίκου προβολὴν ἐπ' αὐτὸν ἰοῦσαν εἴτε ἀξιώματος, εἴτε στρατείας, εἴτε προνομίου, εἴτε ἑτέρου τινὸς προφάσει, οὗτος ἔστω quinque librarum auri ὑποκείμενος ποινῇ, καὶ οὕτως μετὰ τὴν ταύτης ἔκτισιν εἰς ἔργα τῆς πόλεως προχωροῦσαν ἀναγκασθήσεται τὸ τοῦ ἐκδίκου διανύσαι φρόντισμα. προσήκει γὰρ ἑκάστῳ τῶν σεμνοτέρων λειτουργεῖν ταῖς πόλεσιν, αἷς οἰκεῖ, καὶ ταύτην αὐταῖς ἀποτιννύναι τῆς οἰκήσεως τὴν ἀμοιβήν.

Cap. VI.

Defensores autem civitatum omnino gratis creandos, et pro iussionibus eorum, si urbes maiores sint, quatuor solum aureos, sin autem minores, tres aureos dicasterio tuae eminentiae dandos esse, iam legibus nostris constitutum est. Si vero quasdam annonas publicas habeant, etiam illas secundum consuetudinem accipient.

§. 1. *Cognoscent etiam de levioribus criminibus, et ut convenit ea punient; ob maiora vero crimina captos custodient, et ad praesidem provinciae remittent. Ita enim quaelibet urbs cura magistratus fruetur, et omnis gens sub maiore magistratu constituta maiorem experietur providentiam, civitatumque defensores multas magistratibus curas praecident eas in se transferentes, et magistratibus eas, quas pro universis gerunt, sublevabunt, si finem singularibus negotiis imponent, ac eorum, qui iniuriam passi sunt, aut inter se disceptant, causas decidant, et graves esse eos, qui in magistratibus sunt, sicuti saepius diximus, demonstrent. Si vero ab aliquibus publici reditus segnius inferantur, provinciarum praesides defensoribus civitatum exactiones contra contumaces illos iniungant, ut hac in re ipsis auxilio sint. Si vero adversus haec defensor quidam eligatur, aut quis defensoris munus ad se delatum sive dignitatis, sive militiae, sive privilegii, sive alterius cuiusdam rei praetextu recuset, sciat, se poenae quinque librarum auri subiiciendum, et ea soluta ac in opera civitatis impendenda cogendum esse defensoris munere fungi. Convenit enim unicuique honestiorum civium munera obire in civitatibus, quas inhabitat, et pro inhabitatione hanc ipsis gratiam referre.*

Ἔπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις,

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt, et sacra hac lege declarata sunt, eminentia tua in provinciis, quibus praeest,

incorrupta maneant haec, et velociter inveniantur a requirentibus, et sit apud eos archivum, et quod hactenus praetermissum est in civitatibus emendetur.

Cap. VI. Quia vero etiam defensores civitatum extra omne commodum fiunt, et pro decretis eorum, si quidem civitates maiores sunt, quatuor solummodo dabuntur aurei foro tuae sublimitatis, si vero minores, tres, sicut [5]) iam dudum nostris constitutum est legibus; si vero quaedam salaria habent publica, etiam haec secundum consuetudinem percipient. §. 1. Audient quoque leviora crimina, et castigationi competenti contradent, et eos, qui in maioribus criminibus capiuntur, detrudent in carcerem, et mittent ad provinciae praesidem; sic enim fruetur civitas unaquaeque cura iudiciali, et omnis gens sub maiore constituta iudice maiorem sentiet providentiam, et rescindentur plurimae iudicum curae, quum civitatum defensores in semetipsis eas imponnat, et levigant praesidum, quas pro omnibus hominibus habent, sollicitudines, ipsi particulariter removentes ea, quae vim patientibus inferuntur, aut dubitationes solventes, et honestos (sicut saepe dictum est) eos, qui in administrationibus sunt, demonstrantes. Si vero etiam detineantur ab aliquibus publicae functiones, gentium praesides defensoribus imperabunt contra detentores exactiones, ut et secundum hoc eos adiuvent. Si qua vero defensoris praeter haec fiat ordinatio, aut renuerit aliquis defensoris officium in semetipsum veniens, sive dignitatis, sive militiae, sive privilegii, sive alterius cuiuspiam occasione, iste quinque librarum auri subiectus poenae etiam sic post eius exactionem ad opera civitatis proficientem cogatur defensoris implere sollicitudinem. Convenit enim unumquemque nobilium semper functionem agere civitatum, quas inhabitat, et hanc eis conferre habitationis repensationem.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram insinuata sunt legem tua sublimitas in provinciis, quibus praeest, facere manifesta per programmata propria studeat, quatenus cognoscant omnes, quia

---

[1]) καθάπερ ἤδη *Hal., Vulg.*; καὶ ἤδη *Bas.* — *Scrimg.* — [4]) ὑπὲρ λαῶν *Hal.* — [5]) sicut *om.* [2]) ἐπειδὰν *add. Hal.* — [3]) *Hal., Bas.*; αὐτοὺς *Bk. ed. ster*

χίαις, ὧν ἄρχει, ποιῆσαι φανερὰ διὰ προσταγμάτων οἰκείων σπευσάτω, ὅπως ἂν γινώσκοιεν ἅπαντες, ὅτι καὶ τῶν μεγίστων καὶ τῶν μέσων καὶ τῶν σμικροτάτων ἡμῖν μέλει, καὶ οὐδέν ἐστι τοιοῦτον, ὅπερ ἔξω τῶν ἡμετέρων φροντίδων ποιούμεθα. μέρος δὲ ποιησάσθω ἡ σὴ ὑπεροχὴ τῶν οἰκείων προστάξεων τὸ ἐντεῦθεν ἤδη τοὺς τῶν ἐθνῶν ἡγουμένους παρασκευάσαι καθ' ἑκάστην πόλιν τοὺς ἐν ὑπολήψεως ἔχοντας ὀνομασθῆναι ἐκδίκους κατὰ τὸν κύκλον, ὡς εἴρηται, καὶ ψήφους γενέσθαι κοινὰς μεθ' ὅρκων ἐπ' αὐτοῖς [1]), καὶ ἀπογραφῆναι τὸν εἰρημένον κύκλον, καὶ οὕτω κατὰ διετίαν ὑπεισιέναι τὸ φρόντισμα τοὺς ἐφεξῆς, καὶ εἴπερ διαπέσοι τις ἐξ αὐτῶν, ἕτερον ἀντεισάγεσθαι, ἀεὶ μὲν τῆς ψήφου μεθ' ὅρκου γινομένης, αὐτοῦ δέ, ἡνίκα ἂν μέλλοι τοῦ φροντίσματος ἀντέχεσθαι, τὸν ὡρισμένον ὅρκον ὑπέχοντος, καὶ τῆς προβολῆς αὐτοῦ γινομένης παρά τε τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου [a]), καὶ τοῦ εὐαγοῦς κλήρου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὴν πόλιν ὑπολήψεως ἀντεχομένων. ὅπερ καὶ νῦν εὐθὺς γενέσθαι προσῆκει, πάντων ὡς εἴρηται κατὰ τόνδε ἡμῶν τὸν γενικὸν προϊόντων νόμον. τοὺς δὲ νῦν ὄντας ἐκδίκους, εἰ μὲν ἀρεστοὶ [2]) φανεῖεν, καὶ αὐτοὺς ἐγγραφῆναι τῷ κύκλῳ, καὶ διετίαν πληρῶσαι τὸ φρόντισμα. καὶ εἰ μὲν ἤδη διετίαν ἐπὶ τοῦ φροντίσματος ἔχουσι, παύσασθαι τῆς τοῦ ἐκδίκου φροντίδος, πλὴν εἰ μὴ βούλοιντο κοινῇ ψήφῳ ἔχεσθαι αὐτὸν εἰς ἑτέραν διετίαν τῆς αὐτῆς ἐπιτηδεύσεως, εἰ δὲ οὔπω τὴν διετίαν ἐπλήρωσαν, ἄξιοι δὲ φαίνοιντο τοῦ κοινωνῆσαι τῷ κύκλῳ, πληροῦν τὸν λειπόμενον χρόνον, μηδένα δὲ περαιτέρω τούτου τὰς πόλεις ἐκδικεῖν, ἀλλὰ μέχρι τούτου μόνον ἵστασθαι τοῦ χρόνου, πλὴν εἰ μὴ τὸ κοινὸν τῆς πόλεως ἀντιλέγοντος οὐδενὸς ἐπιψηφίσεται αὐτόν. καὶ τούτου δὲ γινομένου, ἑτέραν διετίαν ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ φροντίσματος, καὶ πάντως αὐτὸ κατατίθεσθαι [3]), καὶ τότε πάλιν γίνεσθαι, ὅταν αὐτὸς αὐτὸν ὁ κύκλος εἰς ταύτην ἀγαγοι τὴν τάξιν, ὥστε μὴ τῇ συνεχείᾳ καὶ τῷ διηνεκεῖ τοῦ φροντίσματος καὶ τῷ κατά τινα μηχανὴν αὐτὸ καθ' ἕκαστον ἀναγεοῦν γίνεσθαί τισιν ἀπέραντον τὴν εἰρημένην διοίκησιν. Τούτων ἁπάντων κρατούντων εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, ἐπειδήπερ μετὰ πάσης αὐτὰ σπουδῆς τε καὶ ἀγρυπνίας καὶ τῆς πρὸς τὸν θεὸν συντονίας [4]) ἐξευρομέν τε καὶ τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις κεχαρίσμεθα. Dat. XVI. Kal. August. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

praeest, per programmata sua nota facere studeat, ut omnes intelligant, et maxima et mediocria et minima nobis curae esse nec quicquam esse, quod a cura nostra alienum putemus. Id quoque eminentia tua praeceptis efficere studeat, ut provinciarum praesides operam dent, ut in unaquaque civitate illi, qui in bona sunt existimatione, defensores per circulum, uti dictum est, nominentur, et praestito iureiurando communia de iis ferantur suffragia, et ut circulus ille, quem diximus, describatur, atque ita quolibet biennio ii, qui sequuntur, munus subeant. Si autem aliquis ex illis excidat, alius in eius locum substituatur, et suffragia semper praestito iureiurando ferantur, ipse vero, quando munus suscipit, definitum iusiurandum praestet, et designatio illius fiat tum a dei amantissimo episcopo, et venerabili clero, reliquisque, qui in civitate in existimatione sunt; quod et nunc statim fieri convenit, omniaque, ut dictum est, secundum hanc generalem nostram legem procedant. Qui vero nunc sunt defensores; siquidem probati esse videantur, etiam illi circulo nunc inscribantur, et per biennium munus obeant, et si per biennium munere illo functi fuerint, a defensoris munere liberentur, nisi communi suffragio eum altero quoque biennio in eodem officio retinere velint. Sin vero biennium nondum impleverint, digni vero videantur, qui in circulo partem habeant, impleant tempus, quod reliquum est, nemo vero ultra id urbes defendat, sed usque ad hoc solum tempus maneat, nisi tota civitas nemine contradicente eum elegerit; et si hoc fiat, per aliud biennium munus suscipiat, et omnino illud deponat, et tum rursus fiat, quando circulus eum iterum ad ordinem illum deducit, ne continuatione et perpetuitate huius muneris, et eo, quod arte quadam illud in singulis renovetur, dicta administratio in quibusdam fiat perpetua. Haec omnia valeant in omne tempus, quoniam cum omni diligentia, vigiliis et erga deum affectu ea invenimus et subditis nostris largiti sumus.

Dat. XVI. Kal. August. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

ΔΙΑ-

No

quia et maximorum, et mediocrium, et parvulorum nobis cura est, et nihil est tale, quod a nostra sollicitudine removeamus. Partem vero faciat tua eminentia suorum praeceptorum, ut ex hoc iam gentium praesides praeparent secundum unamquamque civitatem eos, qui bonae opinionis sunt, nominari defensores secundum circulum, sicut iam dictum est, et decreta fieri communia cum inreinrando in eis habito, et describere praedictum circulum, et ita per biennium subintrare curam eos, qui subsequuntur, et si exciderit [5]) quispiam ex eis, alium introduci, semper quidem decreto cum inreiurando faciendo, ipsoque, dum futurus fuerit curam suscipere, definitum iusiurandum subeunte, et electione eius facienda a deo amabili episcopo, et venerabili clero, et aliis in civitate bonae opinioni studentibus. Quod etiam nunc mox fieri convenit, omnibus, sicut dictum est, secundum hanc nostram generalem procedentibus legem. Nunc autem defensores exsistentes, siquidem placiti videantur, etiam ipsos inscribi circulo, et biennio complere curam, et si quidem iam biennium in ea cura habent, removeri defensoris sollicitudine, nisi tamen voluerint communi decreto teneri enm [6]) biennio in eodem officio. Si vero nondum biennium impleverint, digni vero videantur communicare circulo, impleant reliquum tempus, ultra quod nullus civitatem defendat, sed usque ad hoc solum stet tempus, nisi cuncta civitas reluctante nullo elegerit eum, et hoc facto alio biennio suscipiat sollicitudinem, et modis omnibus deponatur, et tunc rursus fiat [7]), quando ipse eum circulus ad hunc adduxerit ordinem, ne frequentia et continuatione curae et per quandam machinationem illud semper renovando fiat aliquibus infinita praedicta gubernatio. His omnibus valituris in omne tempus, quoniam cum toto hoc studio et vigilantia et domini dei intuitu adinvenimus et nostris subiectis contulimus. Dat. XVI. Kal. August. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

Const. XVI

---

[a]) *Paratitla ad Coll. const. eccl. III.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 1338.)

[1]) διδομένου *add. Hal.* — [2]) *Hal., Vulg.*; ἄριστοι *Scrimg.* — [3]) αὐτὸν ἀφίστασθαι *Hal.* — [4]) καὶ τοῦ θεσπότου θεοῦ εὐνοίας *Hal.* — [5]) *Trid., Port.*; ceciderit *Cont.* — [6]) *Trid., Port.*; eos *Cont.* — [7]) tempus *add. Trid., Port.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ις'.[a])

Περὶ τοῦ τοὺς κληρικοὺς ἐξ ἑτέρας ἐκκλησίας μετατίθεσθαι εἰς ἑτέραν εἰς τὸν τῶν ἐλλειπόντων στατοῦτον ἀριθμόν.

(Coll. III. tit. 3.)

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἀνθεμίῳ, τῷ θειοτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ [1]).

Προοίμιον.

Νόμον ἐναγχος ἐγράψαμεν περὶ τοῦ μέτρου τῶν χειροτονιῶν, καὶ τοῦ μὴ προσήκειν ἐκκεχυμένας αὐτὰς εἶναι μήτε ἐπὶ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, μήτε ἐν ταῖς ἄλλαις, ὃν δὴ καὶ κύριον εἶναι καὶ κρατεῖν κατὰ πᾶσαν τὴν αὐτοῦ παρακελευόμεθα δύναμιν. Ἐπειδὴ δὲ σκοπὸς ἡμῖν ἐστιν εἰς τὸ συστεῖλαι μὲν τὰς χειροτονίας, ἐνιεῦθεν δὲ [2]) τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τὸ ὑπερβάλλον τῆς δαπάνης εἰς μέτριόν τι καὶ φορητὸν περισιῆσαι ποσόν, ὅπως ἂν τὸ πλῆθος αὐτῇ τῶν δαπανημάτων ἐλαττωθείη, διὰ τοῦτο πᾶσαν περινοσιοῦντες ὁδὸν καὶ ἐπὶ τὸν παρόντα νόμον ἐληλύθαμεν, οὐδὲν μὲν ἀλλοιότερον ὄντα τοῦ προτέρου, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς ὁρμώμενον προαιρέσεως, ἔτι δὲ ἄλλον τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν ὀνῆσαι δυνάμενον.

Κεφ. α'.

Θεσπίζομεν γάρ, εἴπερ ἔν τισι τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, ὧν αὐτὴ ἡ ἁγιωτάτη μεγάλη ἐκκλησία τὴν διοίκησιν καὶ τὰς δαπάνας εἵλετο, συμβαίη πρεσβύτερον ἢ διάκονον ἢ ἀναγνώστην ἢ ψάλτην τελευτῆσαι, μὴ ἕτερον εὐθὺς ἔξωθεν ἐπεισάγεσθαι, ἀλλὰ σκοπεῖν, πόσον ἐστὶ τηνικαῦτα τὸ μέτρον τῶν ἐκεῖσε λειτουργούντων εὐλαβεστάτων κληρικῶν. Καὶ εἰ μὲν οὕπω τὸ τῶν κληρικῶν ἠλαττώθη μέτρον, ἀλλὰ ἔτι πλεονάζουσιν ὅσον πρὸς τὸ ἄνωθεν ὡρισμένον καὶ τὸ καλούμενον στατοῦτον, μηδεμίαν γίνεσθαι ἀντ' αὐτοῦ χειροτονίαν, μέχρις ἂν ὁ ἀριθμὸς εἰς ἑαυτὸν ἀποκατα-

Novella XVI.

UT CLERICI EX UNA ECCLESIA IN ALIAM TRANSFERANTUR AD SUPPLENDUM STATUTUM DEFICIENTIUM NUMERUM.

Idem Imperator Anthemio, sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo et Patriarchae universali.

Praefatio.

Legem nuper de modo creationum scripsimus, neque convenire diximus eas effusas esse neque in sanctissima magna ecclesia felicis huius urbis, neque in reliquis, eamque legem firmam esse et omni sua vi valere iubemus. Quoniam vero propositum nobis est creationes minuere atque ita sanctissimae maiori ecclesiae immensos illos sumtus ad moderatam quandam et tolerabilem redigere quantitatem, ut multitudo impensarum minuatur, propterea omnem circumeuntes viam ad hanc legem pervenimus, non diversam a priore, sed ex eadem voluntate ortam, quaeque etiam magis sanctissimae ecclesiae prodesse possit.

Cap. I.

Sancimus igitur, si in quibusdam sanctissimis ecclesiis, quarum administrationem et impensas suscepit haec sanctissima magna ecclesia, accidit ut presbyter vel diaconus, vel lector, vel cantor moriatur, ne statim alius extrinsecus inducatur, sed prius spectetur, quantus tunc sit numerus religiosorum clericorum ibidem ministerium obeuntium. Et si clericorum numerus nondum sit deminutus, sed, quantum ad id, quod a maioribus est definitum, et statutum vocatur, adhuc redundet, nemo in eius locum nonnisi restituto numero eligatur. Si vero multitudo ita deminuta sit, ut alium clericum, ne

Gl. Const. XVI.

DE MENSURA ORDINANDORUM CLERICORUM.

(Coll. III. tit. 3.)

Idem Imperator Anthemio, sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo Constantinopolitano, et universali Patriarchae.

Praefatio. Legem nuper scripsimus de mensura ordinationum, et ut non competeret effusas eas esse neque in sanctissima maiore ecclesia huius felicissimae civitatis, neque in aliis, quam etiam firmam esse et valere secundum omnem suam volumus virtutem. Quia vero intentio nobis est abbreviare quidem ordinationes, huic autem sanctissimae maiori ecclesiae excellentem expensam ad mediocrem quandam atque portabilem reducere quantitatem, quatenus multitudo ei expensarum minuatur, propter hoc omnem circumeuntes viam ad praesentem venimus legem, nihil quidem aliud exsistentem a priore [3]), sed ex eius procedentem [4]) voluntate, adhuc autem amplius sanctissimae maiori ecclesiae prodesse valentem.

Cap. I. Sancimus enim, si in quibusdam sanctissimarum ecclesiarum, quarum ipsa sanctissima maior ecclesia gubernationem et expensas suscepit, contigerit aut presbyterum, aut diaconum, aut lectorem, aut cantorem mori, non alium mox extrinsecus introduci, sed considerare, quanta tunc est mensura ibidem ministrantium reverendissimorum clericorum. Et si quidem nondum clericorum minuta

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Argumentum perhibet Coll. const. eccl. III.* 1. 10. (*Voëlli bibl. II. p.* 1332.), *Photii Nomoc. I.* 26. (*ibid. p.* 845.) *et I.* 30. (*ibid. p.* 850.) — *Bas. III.* 3. 1. *cf. Psell. p.* 18. — *Iulian. const.* 12. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) Ἀνθέμιῳ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως *coll. const. eccl. cf. Leunclav. Notat. I.* 75. — [2]) *Hal., Bas.; te Scrimg.* — [3]) quidem aliter existente priore *Trid., Port.* — [4]) procedente *Trid., Port.*

κατασταίη. Εἰ δὲ ἠλάττωται τὸ πλῆθος, ὥστε ἀνάγκην εἶναι διὰ τὸ μὴ ἐλλεῖψαι τὸ σιατοῦτον ἕτερον ἀντὶ τοῦ τελευτήσαντος εἰσαχθῆναι κληρικόν, σκοπεῖν τὴν μακαριότητα τὴν σήν, εἴ τις ἐστὶν ἐν ταῖς ἄλλαις ἐκκλησίαις ταῖς παρὰ τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν περιτὸς τοῦ αὐτοῦ τάγματος κληρικός, κἀκεῖθεν ἀντικαθισιᾶν ἕτερον, ἀλλὰ μὴ νέαν ποιεῖσθαι τὴν χειροτονίαν. Οὕτω γὰρ ἐκ τοῦ περιττεύοντος ἀεὶ τοῦ ἐλλείποντος ἀναπληρουμένου, ἡ καλή τε καὶ θεοφιλὴς ἐπιτεθήσεται τῷ πράγματι συμμετρία, κἀντεῦθεν ἡ ἁγιωτάτη μεγάλη ἐκκλησία κατὰ μικρὸν τῶν ὀφλημάτων ἀπαλλαγήσεται. ἐπείτοιγε εἰ τὸ μὲν ἔνδεον ἀναπληροῖτο ταῖς ἐπεισαγωγαῖς ταῖς ἔξωθεν, τὸ δὲ περιττεῦον μὴ μειοῖτο, πολύς τε καὶ ἀπέραντος διελεύσεται χρόνος, ἕως ἅπαν τὸ περιττεῦον ἐλαττωθείη.

ne statutum illud deficiat, in locum eius, qui mortuus est, introduci necesse sit, videat beatitudo tua, an quis clericus in reliquis ecclesiis citra sanctissimam maiorem ecclesiam in eodem ordine superfluus sit, et exinde in eius locum alium constituat, non autem nova fiat electio. Ita enim, si ex superfluo id, quod deficit, semper suppleatur, pulchra et deo grata negotio dabitur symmetria, et sanctissima magna ecclesia paulatim debitis liberabitur; alioquin si id, quod deest, suppleatur extraneis introductis, superfluum vero non minuatur, longum et infinitum tempus erit, donec omne, quod redundat, imminuetur.

Ἔπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ μακαριότης τὰ διὰ τὴν τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ὠφέλειαν εἰκότως ἡμῖν παρασκάνια ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Καὶ γὰρ εἴτι γένοιτο παρὰ ταῦτα, γινώσκειν ἀνάγκη τὸν παρὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον δέξασθαι τὴν χειροτονίαν θαῤῥοῦντα, ὡς οὐδὲν ἐντεῦθεν ὄφελος ἕξει, οὔτε λογισθήσεται τοῖς εὐλαβεστάτοις οἰκονόμοις τὰ τῆς περὶ τοῦτο τὸ μέρος γινομένης τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ δαπάνης, ἀλλ' αὐτοὶ τὸ ἐντεῦθεν ἐπιγνώσονται βλάβος, οἰκοθεν τοῦτον τῆς ἑαυτῶν ῥᾳθυμίας ἀπολαμβάνοντες τὸν καρπόν. Dat. XVII. Kal. Augnst. Constantinop. DN. Belisario V. C. Cons. [535.]

Epilogus

Tua igitur beatitudo, quae propter sanctissimarum ecclesiarum utilitatem merito nobis placuerunt, ad effectum deducere studeat. Num si adversus haec quid fiat, eum, qui contra hanc nostram legem creationem suscipere ausus fuerit, scire oportet, se nihil inde utilitatis habiturum neque impensas eo factas a religiosissimis oeconomis sanctissimae ecclesiae non imputandas esse, sed damnum inde emergens sibi esse ferendum, hunc suae negligentiae fructum a semet ipsis accipientibus.

ΔΙΑ-

No-

unta mensura est, sed adhuc abundant, quantum ad id, quod superius definivimus, et ut vocant statutum [1]), nullam fieri pro eo ordinationem, donec numerus in [remedio] ipso [2]) restituatur. Si vero [3]) deminuta multitudo est, ut necessitas sit, ne desit statutus numerus, alium pro moriente introduci clericum, considerare beatitudinem tuam, si quis est in aliis ecclesiis citra sanctissimam maiorem ecclesiam, ex abundanti eiusdem ordinis clericus, et exinde restituere alium, et non novam facere ordinationem. Sic enim dum ex eo, quod plus est, semper hoc, quod defuit, impletur, bona et deo amabilis imponitur causae mensura, et sic sanctissima maior ecclesia paulatim debitis liberabitur. Alioquin si quod defuerit quidem compleatur introductionibus extraneis, quod vero plus est non minuatur, plurimum et indefinitum transiet tempus, donec omne, quod plus est, minuatur.

Epilogus. Tua igitur beatitudo ea, quae propter sanctissimarum ecclesiarum utilitatem recte nobis placuerunt, operi effectuique contradere festinet. Etenim si quid fiat praeter hoc, scire necesse est eum, qui contra hanc nostram legem suscipere ordinationem praesumserit, nihil hinc utilitatis habiturum, neque reputabitur a reverendissimis oeconomis in hac parte facta sanctissimae maiori ecclesiae expensa, sed ipsi ex hoc cognoscent damnum a semetipsis hunc suae negligentiae recipientes fructum. Dat. XVII. Kal. August. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

Const. XVII

[1]) et eum quem vocant statutum numerum *Trid.* — *proposuit* — [3]) *Trid.*, sio deminuta *Const.*
[2]) *Legendum videtur:* in semet ipso, *ut Bk. ed. ster.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ιζ.[a])

DE MANDATIS PRINCIPUM.

(Coll. III. tit. 4.)

Ἐν ὀνόματι τοῦ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Ἰουστινιανός, Ἀλαμανικός, Γοτθικός, Φραγγικός, Γερμανικός, Ἀντικός, Ἀλανικός, Βανδαλικός, Ἀφρικανός, εὐσεβής, εὐτυχής, ἔνδοξος, νικητής, τροπαιοῦχος, ἀεισέβαστος, αὔγουστος.

Ἤδη μὲν ἐν τῷ γενικῷ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας νόμῳ πάντα διηγόρευται, ἐφ' οἷς προσῆκόν ἐστι τοὺς τὰς ἀρχὰς παραλαμβάνοντας ταύτας διοικεῖν, μεμνημένους τῶν ὅρκων, ὧν ἐπὶ τούτοις παρέχουσιν. Ἀναγκαῖον δὲ ὅμως ᾠήθημεν καὶ νῦν παραλαμβάνοντί σοι τὴν ἀρχὴν ἐπισκῆψαι τὰ πρέποντα, κατὰ τοῦτο δὴ τὸ τοῖς προγόνοις τῆς πολιτείας ἡμῶν ἐξηυρημένον, οἳ τοῖς εἰς τὰς ἀρχὰς στελλομένοις ῥητὰ παρεῖχον παραγγέλματα, mandata principis αὐτὰ καλοῦντες, καθάπερ ἐχρῆν αὐτοὺς διακυβερνᾶν τὰς ἀρχάς.

Κεφ. α'.

Δεῖ τοίνυν σε καθαρῶς παραλαμβάνοντα τὴν ἀρχὴν καὶ δόσεως ἁπάσης χωρὶς πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων καθαρὰς φυλάττειν θεῷ τε καὶ ἡμῖν καὶ τῷ νόμῳ τὰς χεῖρας, καὶ μηδενὸς ἅπτεσθαι κέρδους, μήτε μείζονος, μήτε ἐλάττονος, μηδὲ σεσοφισμένην τινὰ ποιεῖσθαι κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐμπορίαν, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι μόνοις τοῖς παρὰ τοῦ δημοσίου σοὶ χορηγουμένοις, καὶ διά τε σαυτοῦ, διά τε τῶν περὶ σε καθαρὸν αὐτοῖς πανταχόθεν φυλάττειν τὸ δίκαιον, καὶ σπεύδειν πρῶτον μὲν τοὺς δημοσίους φόρους ἀπαι-

Novella XVII.

DE MANDATIS PRINCIPUM.

In nomine domini Iesu Christi dei nostri Imperator Caesar Flavius Iustinianus, Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor, Triumphator, semper honorandus, Augustus.

Generali quidem pietatis nostrae lege omnia iam sancita sunt, secundum quae eos, qui magistratum suscipiunt, iuramentorum, quae illius nomine praestant, memores, illum gerere convenit. Necessarium tamen putavimus etiam nunc tibi magistratum suscipienti id quod decet praecipere, quum a maioribus reipublicae nostrae inventum sit, ut iis, qui ad magistratum gerendum mittebantur, certa darentur praecepta, quae mandata principis vocabantur, secundum quae eos magistratum gerere oportebat.

Cap. I.

Oportet igitur te magistratum pure et sine ullo suffragio suscipientem ante omnia et deo et nobis et legi puras servare manus, nec ullum lucrum, sive maius sive minus, capere, nec dolose excogitatam negotiationem cum subditis exercere, sed illis solum contentum esse, quae ex fisco tibi praebentur, et tam pe. te ipsum, quam per eos, qui circa te sunt, omnino puram illis servare iustitiam. Ac primum quidem operam des, ut tributa publica vigilanter exigas, nihil in gerenda fisci cura praetermittens, inquiras etiam, num fiscus

Gl. Const. XVII.

DE MANDATIS PRINCIPUM.

(Coll. III. tit. 4.)

Imp. Iustinianus A. Triboniano, Quaestori sacri nostri Palatii et Exconsuli.

Ex libris antiquis, qui iura Romani nominis continebant, non ignorat tua sublimitas, quanta de mandatis principum legum latores in suo quisque volumine conscripserunt. Quia igitur nobis, reparantibus omnem vetustatem iam deperditam ac deminutam, placuit etiam omnibus iudicibus nostris, qui minores vel medias administrationes gerunt, sive inter correctores, sive inter consulares, sive inter spectabiles ordinentur, non solum codicillos praestare, sed etiam mandata dare, quibus inspectis omnia gubernare laudabiliter possint, ideo librum mandatorum composuimus, qui subter per utramque linguam annexus est, ut detur administratoribus nostris secundum locorum qualitatem, in quibus Romana vel Graeca lingua frequentatur, scire eorum sanctionem, ut nihil ex iis audeant praeterire, sed saluberrimas dispositiones nostras observantes in perpetuum [1]), nostras provincias nostroque imperio subiectos gubernare festinent. Illustris igitur auctoritas tua, ad quam quaestoria pertinet censura, eadem mandata et in libris legum transcribi, et in sacro laterculo deponi praecipiat, quatenus ex his una cum codicillis suscipiendis administratores, quemadmodum possint reipublicae subvenire, non ignorent [2]).

In nomine domini Iesu Christi, dei nostri, Imperator Caesar Flavius Iustinianus, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, gloriosus, victor, triumphator, semper adorandus, Augustus [3]).

Praefatio. Iam quidem in generali nostrae pietatis lege omnia declarata sunt, in quibus conveniens est administrationes accipientes eas gubernare, memorantes iusiurandum, quod super his praestatur. Necessarium tamen existimavimus etiam nunc percipienti tibi administrationem designare, quod a progenitoribus reipublicae nostrae adinventum est, qui ad administrationes directis certa praecepta dabant, mandata principum ea vocantes, secundum quae oporteret eos gubernare administrationes.

Cap. I. Oportet igitur te pure sumentem administrationem et sine omni suffragio prae omnibus alix. mundas servare deo nobisque et legi manus, et nullum contingere lucrum, neque maius, neque minus, neque captiosum quiddam contra subiectos facere negotiatione, sed contentum esse solis a fisco tibi ministratis, et tam

---

[a]) *Haec novella graece et latine emissa est, mansit autem nobis graecus tantum liber mandatorum, qui dicitur; cf. Biener Gesch. d. Nov. p. 17. 19. 442.; epistolam autem ad Quaestorem Tribonianam datam, quae prooemii loco praemissa est, latine tantum scriptam fuisse, verisimile est; cf. Biener l. cet. p. 256. — Hal. et Scrimg. — Si praefationem exceperis, tota novella est in Bas. VI. 3. 22. cf. Psell. p. 18. — Iulian. Const. 21. — Versio est vetus glossata.*

[1]) *Trid.*; observantes, in perpetuum *Port., Cont.* — [2]) *Cont. adiecit subscriptionem: Dat. XVI. Kal. Maii post consulatum Belisarii v. c. Consulis.* — [3]) *Hanc divini nominis invocationem et titulorum Iustiniani enumerationem non habent Trid., Port.*

ἀπαιτεῖν ἀγρύπνως, μηδὲν ἐλλείποντα τῆς περὶ τὸ δημόσιον προνοίας, ἀναζητεῖν τε μήτι τὸ δημόσιον ἠλαττωται, καὶ περιποιεῖν αὐτῷ παντα χόθεν τα οἰκεῖα. Ὡς περ γὰρ τοῖς ἰδιώταις ἀδικουμένοις βοηθοῦμεν, οὕτω καὶ τὸ δημόσιον ἀνεπηρέαστον μένειν βουλόμεθα. οἱ γὰρ δὴ συντελεσταὶ πάσης ἄλλης ἐπηρείας ἐλεύθεροι φυλαττόμενοι ῥᾳδίως τε καὶ ἐκ προχείρου καταθήσουσι τοὺς φόρους, καὶ ἅπερ εἰς κλοπὰς πρότερον διδόντες ἔμενον ἐποφειλοντες ἔτι τὰ δημόσια, ταῦτα νῦν αὐτοῖς τοῖς δημοσίοις τιθέντες ἀπαλλαγήσονται ῥᾳδίως τῶν ἐπὶ τοῖς φόροις ὀφλημάτων.

fiscus detrimentum passus sit, eique sua ab omni parte conserves. Sicut enim privatis iniuriam passis opem ferimus, ita etiam fiscum illaesum manere volumus. Nam si subditi ab omni iniuria liberi servantur, facile et promte tributa solvent, et quum antea illa in furta expendentes tributorum debitores manerent, ea si nunc fisco solvant, facile a debitis tributorum liberabuntur.

Κεφ. β'.

Ἔπειτα προσῆκόν ἐστί σε προνοεῖν τοῦ μὴ τοὺς δήμους τῶν πόλεων ἐν ἀλλήλοις στασιάζειν, ἀλλὰ πᾶσαν εἰρήνην εἶναι ταῖς πόλεσιν, ἐκ τοῦ τὴν ἰσότητα κἀνταῦθα τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις φυλάττειν, καὶ μήτε κέρδους μήτε πάθους τινὸς ἕνεκεν πρός τι τῶν μερῶν ἀποκλίνειν [1]).

Cap. II.

Deinde curam te gerere oportet, ne populus in civitatibus seditiones inter se agitet, sed ut pax sit in civitatibus eo ipso, quo aequitatem etiam ibi inter subditos servas, nec ob lucrum aut aliquem affectum in partem aliquam inclinas.

Κεφ. γ'.

Ἔστω σοι καὶ τρίτον σπούδασμα τὸ τῶν δικῶν μετὰ πάσης ἰσότητος ἀκροᾶσθαι, καὶ τὰς μὲν βραχυτέρας, καὶ ὅσαι μάλισια τῶν εὐτελεστέρων εἰσίν, ἀγράφως τέμνειν τε καὶ κρίνειν, καὶ ἀπαλλάττειν ἀνθρώπους τῆς πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίας, καὶ μὴ συγχωρεῖν αὐτοὺς μηδὲν περαιτέρω τῶν περιεχομένων τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει προφάσει δικαστικῶν δαπανημάτων ζημιοῦσθαι, εἴγε ὅλως ἱκανοὶ πρὸς δόσιν καθεστᾶσιν. ἐπείτοιγε καὶ προῖκα τῶν δικῶν ἀκροάσασθαι, καὶ μὴ συγχωρεῖν ἐκ ῥᾳθυμίας τοὺς τῆς ἐπαρχίας, ἧς ἄρχεις, εἰς ταύτην τρέχειν τὴν εὐδαίμονα πόλιν, καὶ ἡμᾶς ἐνοχλεῖν. ἴσθι γάρ, ὡς, εἴ τις ἔλθοι, καὶ προσέλευσιν ἡμῖν ποιησοιτο, καὶ παρ' ἡμῶν ἐρωτώμενος, εἰ πρότερόν σοι προσῆλθεν, εἶτα ψήσειε καὶ προσελθεῖν καὶ τοῦ δικαίου μὴ τυχεῖν, καὶ τοῦτο ἀληθὲς εὕροιμεν, εἰς σὲ τὴν ἀγανάκτησιν τρέψομεν [2]). Εἰ μέντοι [3]) μὴ προσελθὼν σοι παραγενέσθαι τῇ βασιλίδι ταύτῃ θαῤῥήσειε πόλει, καὶ ἀντιπέμψομεν αὐτὸν σὺν ἐπιτιμήσει πάσῃ, καὶ ἀποκρίσεως οὐ μεταδώσομεν.

Cap. III.

Tertio quoque tibi curae sit, ut de litibus cum omni aequitate cognoscas, ac breviores quidem et praesertim quae ex levioribus sunt sine scripto decidas et iudices, hominesque a mutuis contentionibus liberes, nec permittas, ut ultra ea, quae sacra nostra constitutione continentur, iudicialium expensarum nomine damno aliquo afficiantur, siquidem omnino idonei sunt qui solvant aliquid; alioqui gratis causas cognoscas, nec negligenter permittas, ut homines provinciae tuae, cui praees, ad felicem hanc urbem accurrant, et nobis molesti sint. Scias enim, si quis veniat, et nos adeat, atque a nobis interrogatus, num te prius convenerit, dicat, se adiisse te, nec vero iustitiam impetrasse, idque verum esse nos reperiamus, in te indignationem nos esse conversuros. Si tamen qui te non convenit ad regiam hanc urbem venire ausus fuerit, eum vehementer increpatum remittemus, et responsum non dabimus.

Κεφ. δ'.

Ἔπειτα προσῆκόν ἐστί σε καὶ τοὺς ἐντεῦθεν φοιτῶντας, εἴτε μαγιστριάνους, εἴτε ἐξ οἱου δήποτι δικαστηρίου, μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν μηδὲ ὑπερπράττειν τοὺς

Cap. IV.

Deinde convenit te non permittere, ut illi, qui hinc commeant, sive magistriani, sive ex quolibet sint iudicio, subditos iniuria afficiant aut superexigant, sed si quis veniat

tam per te, quam per eos, qui circa te sunt, parum eis undique servare ius, et festinare primum quidem fiscalia tributa exigi vigilanter, nihil deminuens circa publicam curam requirere, ne forte fiscus inde minuatur, et salvare ei undique quae propria sunt. Sicut enim privatos iniustitiam passos adiuvamus, sic et publicum illaesum manere volumus. Collatores namque omni alia calumnia liberi conservati facile et in promtu solvent tributa, et qui in furta prius dantes manebant debentes adhuc fiscalia, haec nunc ipsis fiscalibus [4]) exsolventes liberabunt facile se tributis.

Cap. II. Deinde conveniens est te providere, ut nulli populi civitatum alterutris seditiones faciant, sed omnem pacem esse dei civitatibus, dum aequitas etiam hinc nostris subiectis servatur, et neque lucri, neque passionis alicuius causa ad aliquam partium declinatur.

Cap. III. Sit tibi quoque tertium studium lites cum omni aequitate audire, et omnes quidem breviores et quaecunque maxime vilium sunt ex non scripto decidere et iudicare, et liberare homines [5]) alterna contentione, et non permittere in aliquo [6]) ultra, quam continetur sacra nostra constitutione, occasione causalium expensarum damnificari, si tamen sufficientes in datione consistant. Alioqui etiam gratis lites audire, et non permittere ex negligentia de provincia alicuius praesidis quemquam ad hanc currere felicissimam civitatem, et nobis molestum esse. Scito namque, quia, si quis veniat, et aditionem nobis faciat, et a nobis interrogatus, si prius te adiit, deinde te [7]) dicat adiisse, et quod iustum est non impetrasse, et hoc verum inveniamus, in te indignationem convertemus. Si vero, quum te non adierit, venire ad hanc regiam praesumserit civitatem, et remittemus eum cum omni correctione, et responsum non dabimus.

Cap. IV. Deinde competens est te etiam hinc venientes, sive ex magisteriano, sive ex quolibet foro, non permittere laedere, nec superexigere subiectos nostros. Sed si quis adierit, tale aliquid questus, hoc et

---

[1]) ἀποβαίνειν *Hal.* — [2]) ἴσθι γὰρ — τρέψομεν *om. Hal., Bas.* — [3]) εἰ δέ τις *Hal., Bas.* — [4]) haec sunt et ipsi fiscalibus *Trid.*; hoc nunc et ipsis fisc. *Port.*; ex nunc ipsis fisc. *Cont. Leg. videtur*; et quae — ea (*inde corruptum* ex *apud Cont.*) — [5]) *Trid.*; omnes *Port., Cont.* — [6]) in aliquo *om. Trid.*; perm. nihil ultra *Port.* — [7]) *Trid., Cont.*; te *om. Port.*

τοὺς ἡμετέρους, ὑπηκόους, ἀλλ' εἴ τις προσέλθοι τοιοῦτό τι μεμψόμενος, τοῦτο καὶ ἐπεξιέναι, καὶ τὸ αἰτούμενον αὐτοῖς περιποιεῖν, καὶ μηδὲ συγχωρεῖν τινι προτεινομένῳ προστάξεις οἷου δήποτε δικασηρίου (ταύτας δὴ τὰς ἐξ ἔθους φοιτώσας, ὀλκῶν τε ὕδατος ἕνεκεν, καὶ λιμένων, καὶ ὀδοστρωσιῶν, καὶ γεφυρῶν, καὶ εἰκόνων, καὶ τειχῶν, καὶ οἰκημάτων καταστροφῆς, ὡς ἐν δημοσίῳ τόπῳ γινομένων, καὶ ἑτέρων τοιούτων) ζημιοῦν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους. οὐ γὰρ βουλόμεθα, οὐδὲ κατὰ τοιαύτην πρόφασιν, οὐδεμίαν αὐτοῖς ἐπάγεσθαι ζημίαν. Αὐτὸς δὲ ἁπάντων τούτων προνοήσεις, ζημίας ἅπαντα πράττειν [1]) χωρίς. Εἰ δέ τις τοιοῦτό τι προστεταγμένος ἔλθοι, παντελῶς οὐ προσέξεις αὐτῷ, πλὴν εἰ μὴ θεῖον ἡμέτερον πραγματικὸν δείκνυσι τύπον ὑπὲρ τούτων γεγραμμένον. καὶ τότε γε μὴν δέξῃ μὲν τὸν τοιοῦτον τύπον, οὐ μὴν τι πράξεις ἐξ αὐτοῦ, πρὶν ἂν εἰς ἡμᾶς μηνύσας δευτέραν ὑπὲρ τούτων ἐπιτροπὴν ἡμετέραν προσλάβοις. §. 1. Ἀλλὰ καὶ τῆς ἀφθονίας τῶν ἐπιτηδείων καὶ τῶν ἔργων τῶν πόλεων ἐπιμελήσῃ, παρασκευάζων ἐκ τῶν πολιτικῶν χρημάτων αὐτούς, ἅτε πατέρας [2]), τὰ ἀναγκαιότατα τῶν ἔργων ποιεῖν, καὶ γεφυρῶν ὁμοίως, καὶ ὁδῶν, καὶ λιμένων, ἐν οἷς ἔλως εἰσὶ τόποις τῆς ἐπαρχίας, ἧς ἄρχεις, λιμένες, καὶ τειχῶν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ εἴ τι ὅλως ἐστὶ τῷ δημοσίῳ [3]) καὶ ταῖς πόλεσι συμφέρον, βουλεύσῃ τε καὶ πράξεις καὶ μηνύσεις. §. 2. Ἕξεις δὲ ὑπακούοντάς σοι καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἐπαρχίαν στρατιώτας ἐν οἷς ἂν αὐτῶν χρῄζοις εἰς ὑπουργίαν δικαίαν. οὓς εἰ πλημμελοῦντας εὕροις, ὑποθήσεις σωφρονισμῷ πρέποντι, καὶ πρόσγε ἐκ τῶν σιτήσεων αὐτῶν τὸ ἱκανὸν γενέσθαι τοῖς ἠδικημένοις παρασκευάσεις.

Κεφ. ε'

Οὐ συγχωρήσεις δὲ προνομίοις τισὶ χρῆσθαι τοὺς ἀδικοῦντας, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον αὐτοῖς εἰς βοήθειαν φυλάξεις, τὸ πανταχόθεν καθαροὺς τῶν ἐπαγομένων καὶ ἀνευθύνους φανῆναι. Φόνους δέ, καὶ μοιχείας, καὶ παρθένων ἁρπαγάς, καὶ ἐμφόδους, καὶ ἀδικίας οὕτω μετὰ σφοδρότητος μετελεύσῃ, κολάζων τοὺς ἁμαρτάνοντας κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους, ὡς τῇ κατ' ὀλίγων [4]) τιμωρίᾳ τοὺς ἄλλους ἅπαντας σώζειν. §. 1. Μάλιστα δὲ τῶν ταξεωτικῶν τῶν σαυτοῦ κρατήσεις, οὐκ ἐφιεὶς αὐτοῖς τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους λεηλατεῖν, οὐδὲ δοκεῖν μὲν ἄρχεσθαι παρὰ σοῦ, ταῖς ἀληθείαις δὲ τῆς σῆς ἄρχειν γνώμης. §. 2. Σπεύσεις δὲ καὶ πάρεδρον, καὶ εἴ τις ἐστὶ τῶν περί σε, λαμβάνειν ἄνδρα χρηστόν, καὶ καθαρεύοντα πανταχόθεν, καὶ ἀρκούμενον τοῖς παρὰ τοῦ

veniat et de eo conqueratur, illud persequi, et indemnes eos servare, nec permittere cuiquam mandata cuiuscunque iudicii praetexenti (ea scilicet, quae ex consuetudine mittuntur, aquae ductuum, vel portuum, vel viarum sternendarum, vel pontium, vel imaginum, vel murorum, vel aedificiorum destruendorum tanquam in publico structorum, vel similium rerum causa), ut damno subditos nostros afficiat. Volumus enim neque hoc praetextu ullum damnum illis inferri. Ipse vero omnium horum curam geres, ita ut sine damno omnia facias. Si vero aliquis cum eiusmodi mandato veniat, nullo modo eum audias, nisi sacram nostram pragmaticam sanctionem de his scriptam ostendat; et tunc quidem suscipias eam sanctionem, non autem quid ex illa agas, antequam re nobis indicata secundum mandatum nostrum accipias.

§. 1. *Sed et curam adhibeas ut rebus necessariis et operibus civitates abundent atque procures, ut ipsi tanquam patres opera maxime necessaria ex civilibus pecuniis exstruant, et pontium simul et viarum atque portuum (in quibuscunque locis tuae provinciae, cui praees, portus sint) et murorum curam gerant, et quidquid publico vel civitatibus utile est, de eo deliberes, idque facias et indices.*

§. 2. *Milites quoque, qui in provincia sunt, in omnibus obedientes habebis, in quibus illis ad iustum ministerium indigebis; quos ubi delinquere videris, eos ut decet castigabis, insuper quoque ex annonis illorum laesis ut satisfiat curabis.*

Cap. V.

Non autem permittes, ut delinquentes privilegiis fruantur, sed illud solum ipsis auxilium servabis, ut ab omni parte puros ab iis, quorum accusantur, et innocentes se probent. Caedes vero, et adulteria, et virginum raptus, et invasiones, et iniurias cum severitate reprimes, et delinquentes secundum nostras leges punies, ut paucorum supplicio reliquos omnes serves.

§. 1. *Maxime vero cohortales tuos in officio continebis, nec illis permittes, ut subditos nostros depraedentur, neque ut a te quidem regi videantur, revera tamen tuae voluntati imperent.*

§. 2. *Operam quoque des, ut assessorem, vel quisquis sit, qui circa te fuerit, accipias virum bonum, scelerisque omnino purum, et contentum iis, quae a fisco*

et exsequi, et indemnitatem ei procurare, et neque permittere alicui proferenti praecepta cuiuscunque fori (haec videlicet quae solemniter diriguntur, formarum etiam aquae causa, et portuum, et itinerum sternendorum, et imaginum, et murorum, et domuum destructionis tanquam in publico factarum, et aliorum talium) damnificare nostros subiectos. Non enim volumus nec per talem causam ullum eis inferri damnum. Ipse vero omnium horum providebis, sine damno omni gestum. Si quis autem, cui tale aliquid iussum est, veniat, omnino non respicias eum, nisi sacram nostram pragmaticam ostendat formam pro hoc scriptam; tunc [5]) suscipies [6]) quidem talem formam, non autem aliquid ages [6]) ex ea, antequam ad nos nuntians secundum praeceptionem nostram suscipias. §. 1. Sed etiam pro ubertate necessariorum et operum civitatum diligentiam habebis, procurans ex civilibus pecuniis patres quae valde necessaria sunt operum facere, et pontium similiter, et viarum, et portuum, in quibus omnino sunt locis provinciae, cui praesides; portuumque et murorum curam habebis, et quidquid omnino est publico et civitatibus utile, et cogitabis, et facies, et nuntiabis. §. 2. Habebis autem obedientes tibi et qui in provincia sunt milites, in quibus eorum opus habueris ad ministerium iustum. Quodsi delinquentes inveneris, sub omni castigatione decente insuper ex emolumentis eorum satisfieri laesis procurabis.

Cap. V. Non permittas privilegiis aliquibus uti nocentes, sed illud solum eis in auxilium observabis, ut undique puri horum, quae eis inferuntur, et innoxii videantur. Homicidia autem, et adulteria virginumque direptiones, et invasiones, et oppressiones ita cum vehementia corriges [7]), puniens delinquentes secundum nostras leges, ut paulatim supplicium alios [8]) omnes faciat salvos. §. 1. Praecipue vero officiales tuos retinebis, nos permittens eis subiectos nostros depraedari [9]), neque ut illi officiales videantur quidem subiecti tibi, pro veritate autem tuae praesint voluntati. §. 2. Festinabis etiam consiliarium et quicunque fuerit circa te assumere virum

---

[1]) *Scrimg., Bas.*; πραττων *Hal.* — [2]) *Scrimg., Bas.*; χρημάτων τοὺς πατέρας *Hal., Vulg.* — [3]) καὶ ὅλως ἐν οἷς ἐστι τῷ δημ. *Hal.* — [4]) *Bas.*; κατ' ὀλίγον. *Scrimg., Hal., Vulg.* — [5]) *Trid., Port.*; tu *add. Cont.* — [6]) *Bk.*; suscipiens — agens *Trid., Port., Cont.* — [7]) *Trid.*; corrige *Port., Cont.* — [8]) eos *Trid., Port.* — [9]) expellere *Trid.*; impellere *Port.*

τοῦ δημοσίου. καὶ εἴ γέ τις παρ' ἐλπίδας γένοιτο, καὶ οὐκ εὔροις αὐτὸν φυλάττοντά σοι πίστιν δικαίαν, τὸν μὲν ἀπελάσεις, ἑτέρῳ δὲ χρήσῃ παρέδρῳ, τὸν νόμον καὶ τὸ δίκαιον μετὰ καθαρῶν φυλάττοντι τῶν χειρῶν. §. 3. Τοιοῦτον δὲ παρέξεις σαυτὸν ἅπασι δημοσίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ, ὥστε φοβερώτατον μὲν εἶναι τοῖς ἁμαρτάνουσι καὶ τοῖς ἀγνωμονοῦσι πρὸς τὸ δημόσιον, ἡμερώτατον δὲ καὶ πρᾶον ἅπασι τοῖς ἐπιεικεστέροις καὶ εὐγνώμοσι, καὶ πατρικὴν αὐτοῖς εἰσάγειν πρόνοιαν.

fisco dantur. Et si quis praeter spem fuerit, quem fidem tibi iustam non servare reperias, eum expellas, et alio assessore utaris, qui legem et iustitiam puris manibus custodiat.

§. 3. *Talem vero publice et privatim omnibus te praebebis, ut delinquentibus et erga fiscum indevotis maximo quidem terrori sis, mansuetissimus vero et mitis erga probos et gratos et tanquam pater illorum curam geras.*

Κεφ. ϛ'.

Ἀλλὰ μηδὲ τούτους δεῖ τοὺς καλουμένους λόγους προχείρως διδόναι σπευδειν ἐπὶ [1]) πλείονα χρόνον, ἀλλὰ καὶ μετ' ἐξετάσεως, καὶ ἐν χρόνῳ συμμέτρῳ, καὶ οὐχ ὑπερβαίνοντι τριάκοντα προθεσμίαν ἡμερῶν, ὥστε μὴ ἐντεῦθεν ἀπεράντους εἶναι τοῖς ἀνθρώποις τὰς πρὸς ἑαυτοὺς φιλονεικίας. Εἰ δὲ καί τινα ὑπὸ τὸν καλούμενον λόγον ποιησαιο, εἶτά τις προσέλθοι κατ' αὐτοῦ, ἄξεις μὲν αὐτὸν, φυλάττων τὸν δεδομένον αὐτῷ λόγον, ἐξετάσεις δὲ τὴν ὑπόθεσιν τοῦ λόγου πανταχόσε σωζομένου, καὶ εἴπερ καὶ ψῆφον κατ' αὐτοῦ δήσειεν, καταδικάσεις αὐτόν, καὶ δυοῖν τούτῳ προθήσεις αἵρεσιν, ἢ εἰ βούλεται τῷ δεδομένῳ λόγῳ καθαρῶς ἀπειπεῖν καὶ πρᾶξαι τὰ κριθέντα [2]), ἢ εἰ μὴ τοῦτο, τοῖς ἱεροῖς αὐτὸν ὅροις ἀποκατασιησεις, κἀκεῖσε τὸν ἐκβιασμὸν ἐπάξεις σωφρόνως καὶ μετὰ τῆς ὀφειλούσης τοῖς εὐαγέσιν ὅροις αἰδοῦς.

Cap. VI.

Sed nec festinare te oportet, ut λόγους illos, uti vocantur, in longiora tempora facile concedas, sed praevio examine et tempore mediocri, quod terminum triginta dierum non excedat, ne hominum inter se contentiones infinitae sint. Si vero aliquem λόγῳ, qui dicitur, subieceris, et deinde quis eum conveniat, in ius quidem eum duces, servans datam illi fidem, examinabis vero negotium ab omni parte servata fide, et si etiam sententia contra eum opus sit, condemnabis eum, et optionem ei deferas utrum velit datae fidei pure renunciare et iudicata facere, an si id nolit, eum sacris finibus restitues, ibique executionem facies moderate et cum reverentia sacris locis debita.

Κεφ. ζ'. [a])

Οὔτε δὲ ἀνδροφόνοις, οὔτε μοιχοῖς, οὔτε παρθένων ἅρπαξιν ἁμαρτάνουσι τὴν ἐκ τῶν ὅρων φυλάξεις ἀσφάλειαν, ἀλλὰ κἀκεῖθεν ἐξελκύσεις, καὶ τιμωρίαν αὐτοῖς ἐπάξεις. Οὐ γὰρ τῶν τὰ τοιαῦτα ἁμαρτανόντων φείδεσθαι προσῆκει, ἀλλὰ τῶν περιόντων [3]), ἵνα μὴ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν τολμηροτέρων πάσχοιεν, ἄλλως τε [4]) ἡ ἐκ τῶν ἱερῶν ἀσφάλεια οὐ τοῖς ἀδικοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀδικουμένοις δέδοται παρὰ τοῦ νόμου, καὶ οὐκ ἂν εἴη δυνατὸν ἑκάτερον ἰσχυρίζεσθαι τῇ παρὰ τῶν ἀσύλων τόπων ἀσφαλείᾳ, καὶ τὸν ἀδικοῦντα, καὶ τὸν ἀδικούμενον. §. 1. Τὰς δὲ τῶν δημοσίων φόρων εἰσπράξεις καὶ ἔνδον τῶν ἱερῶν γίνεσθαι μετὰ τοῦ πρέποντος παρασκευάσεις, ἐπειδήπερ ὁ τῶν δημοσίων λόγος καὶ στρατιώταις, καὶ ἰδιώταις, καὶ αὐτοῖς τε τοῖς ἱεροῖς, καὶ ὅλῃ τῇ πολιτείᾳ συμφέρων τε καὶ ἀναγκαιότατός ἐστιν. Ἐπαμυνοῦσι

Cap. VII.

Neque vero homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus delinquentibus locorum serves securitatem, sed etiam inde eos extrahas, poenamque illis imponas; non enim talia delinquentibus parcere convenit, sed iis, qui praestant illis, ne ab audacibus talia patiantur, praesertim quum securitas in sacris locis non laedentibus, sed laesis a lege detur. Nec fieri potest, ut uterque, tum qui iniuriam intulit, tum qui eam passus est, asylorum securitate gaudeat.

§. 1. *Ut vero exactiones tributorum publicorum in locis sacris decenter fiant, curabis, quoniam tributorum ratio et militibus, et privatis, et ipsis sacris etiam, atque toti reipublicae utilis et maxime necessaria est. Ad hoc autem auxilio tibi erunt deo amantissimi ecclesiarum defensores et oeconomi, neminem eorum,*

virum optimum, et parum undique, et contentum iis, quae a fisco dantur; et si quid praeter spem accesserit, et non inveneris eum custodientem tibi fidem iustam, illum quidem expelles, alio vero uteris consiliario, legem et iustitiam cum puris servante manibus. §. 3. Talem vero praebebis temetipsum omnibus et publice et privatim, ut terribilis quidem sis delinquentibus et indevotis circa fiscalia, mansuetissimus autem et mitis omnibus placidis et devotis, et paternam eis exhibens providentiam.

Cap. VI. Sed neque haec, quae dicuntur verba, id est iusiurandum, promte dare festines in amplius tempus, sed et cum examinatione in tempore mediocri et non transcendente triginta dierum inducias, ne ex hoc infinitae sint hominibus ad invicem contentiones. Si vero etiam aliquem sub nuncupato verbo feceris, deinde aliquis adierit adversus eum, deduces quidem eum, custodiens datum ei verbum, et examinabis negotium verbo ubique servato, et si etiam contra eum sententia necessaria sit, condemnabis eum, et duorum proponeS electionem, utrum velit dato verbo absolute abrenuntiare, et agere quae indicata sunt, an non. Certe si hoc non, sacris eum terminis restitues, et ibi executionem inferes temperate, et cum debita venerabilibus locis reverentia.

Cap. VII. Neque autem homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus delinquentibus terminorum custodies cautelam, sed etiam inde extrahes, et supplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, sed hoc patientibus, ut non talia a praesumtoribus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus, sed laesis datur a lege, et non erit possibile utrumque tueri cautela sacrorum locorum, et laedentem, et laesum. §. 1. Publicorum vero tributorum exactiones etiam intra templa decenter fieri procurabis [5]), quoniam fiscalium ratio et militibus, et privatis, ipsisque templis, et cunctae reipublicae utilis et necessaria est. Auxiliabuntur tibi ad hoc etiam deo amabiles ecclesiarum defensores et

---

[a]) *Photii Nomoc. IX. 30. (Voëlli bibl. II. p. 1011.) Balsamon ad h. l. (ibid. p. 1013.)*

[1]) ἢ ἐπὶ *Hal., Bas.* — [2]) τὰ καταχριθέντα *legisse videtur πασχόντων.* — [4]) κἂν *add. Hal.* — *Mel.* — [3]) *Scrimg., Bas.*; δεδιότων *Hal.*; *Vet. Int.* [5]) praeparabis *Trid.*; properabis *Port.*

νοῦσι δέ σοι πρὸς τοῦτο οἱ θεοφιλέστατοι τῶν ἐκκλησιῶν ἔκδικοι καὶ οἰκονόμοι, οὐδένα τῶν τοὺς δημοσίους φόρους κατὰ χώραν ἀπαιτουμένων ἀφαιρούμενοι τῆς εἰςπράξεως, ἀλλ' οὐδὲ συγχωροῦντες βίαιον ἢ στασιῶδές τι παθεῖν τοὺς τὸν ἐκβιβασμὸν ἐπαγόντας, γινώσκοντας, ὡς, εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν, οἴκοθεν τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι τῷ δημοσίῳ καταναγκασθήσονται.

corum, a quibus tributa publica in provincia exiguntur, exactione subtrahentes, nec permittentes, ut quid violenti aut seditiosi patiantur qui executionem faciunt, scientes, si tale quid fecerint, se fisco ex bonis suis satisfacere cogendos esse.

Κεφ. η'.

Ἀναγκάσεις δὲ τοὺς δημοσίους πράκτορας ἤτοι τοὺς ἀπαιτητὰς [1]) ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἀποχαῖς φανερὰ ποιεῖν ἅπαντα, ἐφ' οἷς αὐτὰς διδόασι, τουτέστι τό τε ποσὸν τῶν ζυγοκεφάλων, ἢ ἰούγων, ἢ ἰουγαλίων, ἢ ὅπως δήποτε ἂν αὐτὰ κατὰ χώραν καλοῖεν, καὶ ὑπὲρ τίνων αὐτὰ καὶ ποίων χωρίων ἀπαιτοῦσι, καὶ τὸ τῶν δεδομένων ποσόν, εἴτε ἐν εἴδεσιν, εἴτε ἐν χρυσίῳ, ἀπειλῶν αὐτοῖς καὶ ζημίαν μεγάλην, καὶ χειρὸς ἀφαίρεσιν [2]), εἰ [3]) τὸ παραγγελλόμενον μὲν ἀεί, μέχρι δὲ νῦν μὴ φυλαχθέν, μὴ [4]) τοῦ λοιποῦ γοῦν πᾶσι φυλάξαιεν τρόποις. Εἰ δέ, ὡς εἰκὸς, ἀποφυγὴν ἐξευροῖέν τινα, λέγοντες μὴ δύνασθαι τὴν τῶν ἰούγων ἐντιθέναι [5]) ποσότητα, μάλιστα μὲν κακουργεῖν αὐτοὺς νομίζομεν, πλὴν ἀλλὰ μηδὲν ἐντεῦθεν βλαπτέσθω μηδὲ τὸ δημόσιον, μηδὲ οἱ συντελεῖς. τὸ μὲν γὰρ δημόσιον ἀποχρίτως ἅπαντα τὰ οἰκεῖα λαβέτω, καὶ τὰς ἐξ ἔθους γενομένας ἀποδείξεις λαμβανέτωσαν οἱ ταῦτα κατατιθέντες, μηδὲν ἀπαιτοῦμενοι πλεῖον, πρᾶγμα δὲ μηδ' ὁτιοῦν καταβλαπτέσθω. Καὶ ἡ μὲν κατὰ τὸ σύνηθες συντέλεια καταβαλλέσθω παρ' αὐτῶν, καὶ εἰςφερέσθω τῷ δημοσίῳ, μηνυέσθω δὲ εἰς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἡμῶν ὑπάρχους τὰ περὶ τούτων, πρότερον ἀναγκαζομένων τῶν κηνσιτόρων [6]) τὰς καλουμένας ἐκθέσεις ἀκριβεῖς διδόναι, ὥστε ἐκεῖθεν γίνεσθαι τὴν τοῦ πράγματος διάκρισιν. Οὕτω τέως τῶν κατὰ συνηθειαν δεδομένων δημοσίων ἀμέμπτως εἰςκομιζομένων, ὅπερ ἂν ἐπὶ τοῖς ἀμφιβητουμένοις οἱ ἐνδοξότατοι ἡμῶν ὕπαρχοι κρίνοιεν, ἐπὶ τοῖς στασιαζομένοις τοῦτο κρατεῖν, ἀνάγκην ἐχόντων τῶν πρακτόρων μετὰ τὸ γνωσθῆναι τὴν ἀλήθειαν τὴν ἐπὶ τοῖς ζητουμένοις καὶ ἐπ' ἐκείνοις τοῦ λοιποῦ τὸ ποσὸν τῶν ὄντων ζυγοκεφάλων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κατὰ τὸ παρ' ἡμῶν ἤδη διατεταγμένον ταῖς ἀποδείξεσιν ἐντάττειν. §. 1. Οὐ συγχωρήσεις δὲ ἢ βουλευταῖς, ἢ κηνσουαλίοις, ἠνίκα πράσεις γίνονται χωρίων ἢ ἄλλως διανεμήσεις, καὶ εἰς ἕτερα πρόσωπα μεθίστανται κτήσεις, διαστροφαῖς χρῆσθαί τισι, καὶ μὴ μετατιθέναι

Cap. VIII.

Coges vero publicos exactores sive compulsores, ut in apochis suis omnia, pro quibus eas tradunt, exprimant quantitatem zygocephalorum, aut iugorum, aut iugalium, vel quo alio nomine ea in provincia appellant, et pro quibus ac qualibus praediis ea exigant, et quantitatem eorum, quae sive in speciebus, sive in auro dantur; magnam mulctam iis minitans, et manus amputationem, si id, quod semper quidem praeceptum, hactenus vero nondum observatum fuit, in posterum non omnibus modis observent. Quodsi vero, ut probabile est, effugium aliquod inveniant, dicentes, se quantitatem iugorum inserere non posse, nos eos vel maxime dolo agere putamus, attamen exinde nec fiscus omnino quidem laedatur, nec subditi. Nam fiscus sine praeiudicio omnia, quae illius sunt, accipiat, et qui illa solvunt, apochas more solito accipiant, nec amplius quid ab iis exigatur, res vero ipsa plane non laedatur. Et tributa quidem more solito ab iis solvantur ac fisco inferantur, nuncientur vero haec gloriosissimis praefectis, et prius cogantur censitores eas, quas vocant, expositiones accuratas dare, ut exinde res diiudicetur. Ita tributis, quae secundum consuetudinem dantur, interim recte illatis, quodcunque de re controversa gloriosissimi nostri praefecti iudicaverint, id inter dissidentes obtineat, et executoribus necesse sit, quum veritatem in his quaestionibus cognoverint, etiam in iis in posterum quantitatem zygocephalorum et reliquorum omnium, ut a nobis iam constitutum est, apochis inserere.

§. 1. *Non permittes vero curialibus aut censualibus, cum venditiones praediorum aut aliae divisiones fiunt, aut possessiones in alias personas transferuntur, ut iniquitate aliqua utantur, et praedia a venditoribus ad*

et oeconomi, nullum horum, qui fiscalia tributa exiguntur [7]), abripientes exactioni, sed neque permittentes violentum aut seditiosum aliquid pati exactionem inferentes, scientes, quia, si quid tale gesserint, de suo satisfacere fisco cogentur.

Cap. VIII. Coges autem publicos exactores in suis de susceptis [8]) manifesta facere omnia, in quibus ea dederunt, nempe quantitatem zygocephalorum, aut iugorum, aut iugalium, aut quolibet modo per regiones nuncupantur, et pro quibus haec et qualibus [9]) praediis exiguntur, et datorum quantitatem sive in speciebus, sive in auro. Et interminaberis eis et magnum damnum, et manus amputationem, si hoc, quod praecipitur quidem semper, usque nunc autem non custoditum est, non deinceps omnibus servent modis. Si vero, ut assolet, declinationem inveniant aliquam, dicentes, non posse iugorum poni quantitatem, maxime quidem eos malignari putamus, sed tamen nihil hinc laedatur fiscus nec collatores; fiscus etenim sine praeiudicio omnia sua percipiat, et solenniter celebrata desuscepta [10]) percipiant ii, qui haec exsolverint [11]), nihil exigendi amplius. Causa vero in nullo laedatur, et secundum consuetudinem quidem tributa solvantur ab eis, et inferantur fisco. Nuncietur autem ad gloriosissimos nostros praefectos de istis, primitus cogendis censualibus nuncupatas expositiones subtiliter dare, ut ex hoc fiat causae diiudicatio, et sic interim secundum consuetudinem quidem datis fiscalibus inculpabiliter inferendis, quidquid [12]) in iis, quae dubitantur, gloriosissimi nostri praefecti indicaverint, in iis, quae moventur [13]), haec valere; necessitatem habentibus exactoribus, post cognitam veritatem super his quaestionibus, et in illis de cetero quantitatem zygocephalorum et aliorum omnium describere, secundum quod a nobis iam ordinatum est. §. 1. Non permittas autem [14]) curialibus aut censualibus, dum vendita

---

[1]) ἤτοι τοὺς ἀπαιτ. *om. Hal.*; πράκτορες ἤτοι τοὺς *om. Bas.* — [2]) καὶ χειρὸς ἀφαίρεσιν *om. Cod. Flor. et Bol.* (*cf. Heimbach l. c. p.* 329.), *Bas.*; καὶ χειρὸς ἀποτομὴν *Hal.* — [3]) *Hal.*; εἰς *Scrimg., Bas.* — [4]) εἰ μὴ *Bas.* — [5]) *Scrimg., Hal., Bas.*; ἐκτιθέναι *coni. Homb.* — [6]) τὰ περὶ τῶν προτ. ἀναγκ. κατὰ τῶν κηνσυαλίων *Hal.* — [7]) exigunt *Trid., Port.* — [8]) *Bk. ed. ster.*; *de susceptis Trid., Port., Cont.* — [9]) *Bk. ed. ster.*; *antea* quaelibet. — [10]) *Bk. ed. ster.*; *antea* celebr. suscepta. — [11]) percipiant et vetat qui hoc exsolverit *Trid.*; percipiat et qui hoc exsolverit *Port.* — [12]) inferendis. Quod autem *Trid., Port.* — [13]) *Trid., Port.*; quae controversa sunt *Cont.* — [14]) itaque *Trid., Port.*

νέαι παρὰ τῶν πωλησάντων εἰς τοὺς ἀγορασιὰς τὰ χωρία, ἀλλ' ἀναγκάσεις αὐτοὺς ἐκ τρόπου παντὸς ποιεῖσθαι τὰς μεταθέσεις ζημίας χωρίς. εἰ δὲ φήσαιεν ἀπόρους εἶναι τοὺς ἀγορασιάς, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ποιεῖν τὴν μετάθεσιν, αὐτὸ τοῦτο ἐξετάσεις χωρὶς τῆς οἱασοῦν ζημίας. καὶ εἰ μὲν εὐποροῖεν οἱ ἀγορασιαί, ἀναγκάσεις τοὺς τῶν δημοσίων προεστῶτας πᾶσι τρόποις καὶ χωρὶς τῆς οἱασοῦν ζημίας ποιήσασθαι τὴν μετάθεσιν, εἰ δὲ ταῖς ἀληθείαις αὐτοὺς εὕροις οὐ σφόδρα εὐπόρους, ἀναγκάσεις τοὺς πράτας αὐτὸ τοῦτο ὁμολογῆσαι ἐν ὑπομνήμασιν, ὅτι κινδύνῳ αὐτῶν ἡ μετάθεσις γίνεται τῶν δημοσίων φόρων εἰς τοὺς παρ' αὐτῶν ἐωνημένους (τοῦτο ὅπερ ἐπὶ τῆς ἑῴας ἴσμεν ἐν πολλοῖς γινόμενον ἔθνεσιν). οὕτω γὰρ οὔτε τὸ δημόσιον βλαβήσεται, καὶ οἱ δημόσιοι φόροι παρὰ τῶν νεμομένων εἰσκομισθήσονται, ὅπως ἂν μὴ ἕτεροι μὲν εἶεν οἱ νεμομένοι, ἕτεροι δὲ οἱ συντελοῦντες. δεῖ γὰρ μάλιστα κατὰ τῶν νεμομένων φέρεσθαι τὰς συντελείας, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τῶν μὴ κατεχόντων μήτε νεμομένων τὰ γήδια.

ad emtores non transferantur, sed eos omni modo sine detrimento ea transferre coges. Si vero dixerint emtores esse inopes, et propterea se non transferre, id ipsum sine ullo damno examinabis. Et siquidem divites sint emtores, coges eos, qui fisco praesunt, omnino et sine ullo damno transferre; sin autem revera eos non admodum divites inveneris, venditores hoc ipsum apud acta confiteri coges, periculo suo tributa publica in emtores transferri (quod etiam in Oriente a multis gentibus factum esse scimus); sic enim nec fiscus laedetur, et tributa publica a possessoribus inferentur, ne alii possideant, alii vero tributa solvant. Maxime enim convenit, ut tributa possessores, non autem eos, qui terras non detinent nec possident, sequantur.

Κεφ. θ'.

Ἐκεῖνο μέντοι σε βουλόμεθα γινώσκειν, ὡς, εἴποτε προστάξαιμεν εἰς ἑτέρας ἴσως παραγενέσθαι σε χώρας, προσῆκόν ἐστιν ἀρχομένων σε τοῖς ἀπὸ τοῦ δημοσίου φιλοτιμηθεῖσι μὴ προῖκα δαπανᾶν, μηδὲ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους ἐπιτρίβειν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας ὧν ἐδαπάνας, ἐξ αὐτῶν καὶ εἰς ἑτέρας γινόμενον χώρας ποιεῖσθαι τὰς δαπάνας, μηδὲ ἀγγαρείαις τοὺς συντελεστὰς ἐπιτρίβοντα μηδὲ σέ, μηδὲ τὴν πειθομένην σοὶ τάξιν, ἀλλ' οἰκείοις μὲν ὑποζυγίοις, οἰκεία δὲ δαπάνῃ ποιεῖσθαι τὴν πορείαν. Αὐτοῦ τούτου φυλαττομένου, κἂν εἰ μὴ ὑπερόριος γένοιο, ἀλλὰ τὰς τῆς ἐπαρχίας διά τινα πρόφασιν ἀναγκαίαν περινοστοίης πόλεις.

Cap. IX.

Illud tamen te scire volumus, si forte in alias provincias te proficisci iubeamus, te contentum esse debere iis, quae a fisco praebentur, non vero gratuito victu uti, neque subditos nostros atterere, sed ex iis, ex quibus, quum in provincia esses, sumtus faciebas, etiam cum in alia provincia fueris, expensas facere. Neque angariis subditos nostros atteras nec tu, nec cohors, quae tibi subest, sed propriis impensis iter facias; hoc ipsum quoque observes, etsi terminos provinciae non egrediaris, sed ipsius provinciae urbes ex necessaria quadam causa peragres.

Κεφ. ι'.

Τοὺς γὰρ δὴ καλουμένους τοποτηρητὰς διδόναι τοὺς ἄρχοντας ἐν ταῖς πόλεσι τῆς ἐπαρχίας, οὓς ἡγοῦνται, κἂν εἰ spectabiles, κἂν εἰ λαμπρότατοι, κἂν εἰ ἡγεμόνες εἶεν, πᾶσιν ἀπαγορεύομεν τρόποις. ἀλλὰ μηδὲ εἰ στρατιῶταί τινες ἔποινταί σοι, μηδὲ ἐκείνοις προῖκα συγχωρεῖν δαπανᾶν, ἀλλ' ἐκ τῶν οἰκείων σιτήσεων. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο πράξαιεν, ἀλλ' ἐκ τῶν συντελεστῶν δαπανήσαιεν καὶ ἀγγαρείας λάβοιεν, πᾶν, ὅσον ἂν ζημιοῖτο τὸ ὑπήκοον, τοῦτο ἐκ τῶν αὐτῶν σιτήσεων εἰσπράξας, οἰκείῳ κινδύνῳ τοῖς ἠδικημένοις [1]) ἀποσώσεις.

Cap. X.

Ne enim praesides in urbibus provinciae, qui praesunt, vicarios, quos vocant, constituant, licet spectabiles, aut clarissimi, aut praesides sint, omnibus modis prohibemus. Sed neque si milites quidam te sequantur, illis permittas, ut gratuito victu utantur, sed de propriis annonis vivant. Si vero id non fecerint, sed subditorum sumtu vixerint, et angarias acceperint, omne damnum, quod subditi patientur, ex annona ipsorum exiges, tuoque periculo servabis iis, qui laesi sunt.

Κεφ. ια'.

Cap. XI.

vendita sunt praedia eorum, aut in alias personas mittatur [2]) possessio, tergiversationibus uti quibusdam, et non transferri a venditoribus ad emtores praedia, sed coges eos omnino facere mutationes sine damno. Si vero dixerint minus idoneos esse emtores, et propterea non fieri migrationem, hoc ipsum examinabis sine quolibet damno. Et si quidem idonei fuerint emtores, coges fiscalium praesules omnibus modis et sine quolibet damno celebrare transpositionem; si vero pro veritate eos inveneris non satis idoneos, coges venditores hoc ipsum profiteri ad gesta, quia periculo eorum transpositio fit fiscalium tributorum in eos, qui ab ipsis emunt, hoc quod etiam in Oriente novimus in multis fieri gentibus. Sic enim neque fisco [3]) nocebitur, et fiscalia tributa a possessoribus inferentur, ut non alii quidem sint possessores, alii vero collatores. Oportet enim maxime contra possessores fieri collationes, sed non contra non detinentes neque possidentes terras.

Cap. IX. Illud tamen te volumus nosse, quia, si quando praeceperimus ad alias forte proficisci te provincias, competens est, contentum te iis, quae de fisco larginntur, non gratis expendere, neque nostros subiectos atterere, sed ex quibus in provincia consistens expendebas, ex his ipsis et ad alias proficiscentem regiones facere expensas, neque angariis collatores affligentem, neque te, neque obediens tibi officium, sed propriis quidem subingalibus propriaque expensa agere iter. Hoc ipso custodiendo, vel si non ultra terminos properes provinciae, sed propter quandam occasionem necessariam circumeas civitates.

Cap. X. Eos autem, qui vocantur loci servatores, dare indices in civitatibus provinciae, cui praesident, licet spectabiles viri, vel clarissimi, vel praesides sint, omnibus interdicimus modis. Sed neque si milites aliqui sequantur te, neque illos gratis permittas expendere, sed ex propriis emolumentis. Si vero non hoc egerint, sed ex tributis expenderint, et angarias acceperint, omne, quidquid damnificabuntur subiecti, hoc ex eorum emolumentis exigens proprio periculo laesis servabis.

Cap. XI.

[1]) ζημιουμένοις *Hal.* — [2]) *Trid., Port.*; mutatur *Cont.* — [3]) *Trid., Port.*; fiscus *Cont.*

Κεφ. ια'.

Οὐ μὴν οὐδὲ προτράσει θρησκειῶν τε καὶ αἱρέσεων ζητήσεως συγχωρήσεις τινὶ τὴν ἐπαρχίαν λεηλατεῖν, ἢ ἄλλως τοιαύτην τινὰ πρόσταξιν ἐγχειρισθῆναι ἐπὶ τῆς χώρας, ἧς ἄρχεις, αὐτὸς δὲ προνοήσεις μετὰ τοῦ προσήκοντος καὶ τοῦ συμφέροντος τοῖς δημοσίοις, καὶ τοῦ τὰ τοιαῦτα ἀνερευνᾶν, καὶ μὴ συγχωρεῖν τι παρὰ τὰς ἡμετέρας γίνεσθαι προστάξεις προφάσει θρησκειῶν [a]). Εἰ δὲ κανονικὸν εἴη τὸ ἐπιζητούμενον, ἅμα τῷ μητροπολίτῃ τῆς ἐπαρχίας ταῦτα διακρίνειν, εἴτε ἐπίσκοποι ἀμφισβητοῖεν, εἴτε ἕτεροί τινες, καὶ τῷ πράγματι διδόναι θεοφιλῆ τε καὶ πρέποντα ὅρον, ὃς καὶ τὴν πρέπουσαν τιμὴν τῇ ὀρθοδόξῳ φυλάξει πίστει, καὶ τὸ ἀζήμιον περιποιήσει τοῖς δημοσίοις, καὶ τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι τὸ ἀνεπηρέαστον φυλάξει.

Κεφ. ιβ'.

Δεῖ δέ σε καὶ τούτου πᾶσαν τίθεσθαι πρόνοιαν, τοῦ ἡνίκα τις ἄξιος φανείη ποινῆς, ἐκεῖνον μὲν κολάζειν, τῶν δὲ πραγμάτων αὐτοῦ μὴ προσάπτεσθαι, ἀλλὰ συγχωρεῖν ταῦτα τῷ γένει καὶ τῷ νόμῳ καὶ τῇ κατ' ἐκεῖνον φέρεσθαι τάξει. οὐ γὰρ τὰ πράγματα ἐστι τὰ πλημμελοῦντα, ἀλλ' οἱ τὰ πράγματα κεκτημένοι, οἱ δὲ ἀντιστρέφοντες τὴν τάξιν, τοὺς μὲν ἀξίους ποινῆς ἀφιᾶσι, τὰ δὲ ἐκείνων ἀφαιροῦνται πράγματα, ἑτέρους ἀντ' αὐτῶν τιμωρούμενοι, οὓς ὁ νόμος ἴσως ἐπὶ τὴν ἐκείνων ἐκάλει διαδοχήν.

Κεφ. ιγ'.

Προστασίας δὲ ἀδίκους, ἃς μανθάνομεν ἐν ταῖς ἡμετέραις ἐπαρχίαις γίνεσθαι, πᾶσι μετελεύσῃ τρόποις, οὐ συγχωρῶν οὐδενὶ τοὺς ἑτέρων βίους ἐνεργολαβεῖν, οὐκ οἰκειοῦν ἑαυτῷ τὰ χωρία τὰ μηδαμόθεν αὐτῷ προσήκοντα, οὐκ εἰς τὴν ἑτέρων βλάβην ἐπαγγέλλεσθαι προστασίαν, οὐχ, ὅπως ἂν ἀποσεροῖεν τὸ δημόσιον, τὴν ἐπ' αὐτὸ [1]) ἰσχὺν ἀντιτάττειν. ἀλλὰ [2]) μηδὲ ἔστω σοὶ φρονίς, ὁποίας ἂν εἶεν οἱ ταῦτα πράττοντες δεσποτείας. ἀρκέσει γάρ σοι διὰ πάντων πρὸς τελεωτάτην ἰσχὺν ὅ τε νόμος, ἥ τε τῆς βασιλείας εὐμένεια.

Κεφ. ιδ'.

Ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰσδεχομένους ἀλλοτρίους γεωργοὺς οὕτω μισήσεις, οὕτως ἀναγκάσεις θᾶττον ἀποδοῦναι τοὺς

Cap. XI.

Neque vero praetextu religionis et haeresium quaestionis cuiquam provinciam depraedari, vel aliam quandam eiusmodi iussionem in provincia, cui praees tradi permittas. Ipse vero curam geres, ut, sicut decet et publico utile est, etiam in huiusmodi res inquiras, nec contra nostras iussiones praetextu religionis aliquid committi patiaris. Si vero canonicum sit id, de quo quaeritur, una cum provinciae metropolitano id diiudicetur, sive episcopi, sive alii dubitent, et causa pie ac decenter decidatur, qui et honorem ut decet orthodoxae servabit fidei, et ut fiscus indemnis sit curabit, subditosque nostros servabit illaesos.

Cap. XII.

Huius quoque rei curam te gerere in primis oportet, ut, si quis poena dignus videatur, illum quidem punias, bona autem eius non attingas. sed ut haec ad familiam secundum legem et ordinem eius deferantur permittas Non enim res peccarunt, sed qui res possident; qui vero ordinem invertunt, illi poena quidem dignos dimittunt, bona vero eorum auferunt, alios eorum loco punientes, quos lex fortasse ad eorum successionem vocavit.

Cap. XIII.

Iniusta quoque patrocinia, quae in nostris provinciis praestari cognovimus, omnibus modis punies, nemini permittens, ut aliorum bona patrocinio suo defendenda redimat, vel praedia nullo iure ad se pertinentia sibi vindicet, vel patrocinium in aliorum damnum promittat, vel quo fiscum defraudet, potentiam suam opponat Neque quaeras, sub cuius dominio sint, qui haec agunt; sufficiet enim tibi per omnia ad summam potentiam tum lex, tum Imperatoris benevolentia.

Cap. XIV.

Sed et eos, qui alienos agricolas suscipiunt, ita odio habebis, ita coges eos, qui iniuste suscepti sunt, cele-

Cap. XI. Neque occasione religionum haeresinmque quaestionis permittas alicui provinciam commovere, aut aliter quandam praeceptionem iniungi provinciae, cui praesides; ipse vero providebis cum competente utilitate fiscalibus et quae alia sunt perscrutari, et non permittere aliquid contra nostras fieri praeceptiones occasione religionum. Si vero canonicum sit, quod quaeritur, una cum metropolita provinciae hoc disponere et decernere, sive episcopi dubitent, sive alii quidam, et causae dare deo amabilem et decibilem terminum, qui et decenter orthodoxam custodiat fidem, et indemnitatem procuret fiscalibus, et nostros subiectos servet inviolatos.

Cap. XII. Oportet autem te et in hoc omnem ponere providentiam, cum aliquis dignus apparnerit poena, illum quidem punire, res autem eius non contingere, sed sinere eas generi et legi, et secundum illam ordini [3]). Non enim res sunt, qnae delinqunnt, sed qui res possident; at illi reciprocant ordinem, eos qnidem, qui digni sunt poena, dimittunt, illorum autem auferunt res, alios pro illis punientes, quos lex forte ad illorum vocavit snccessionem.

Cap. XIII. Patrocinia qnoque iniusta, qnae cognoscimus in nostris provinciis fieri omnibus corrige modis, non sinens nlli aliornm vitas in se suscipere, non ampliare sibi praedia nullo modo ei competentia, non in aliorum laesionem promittere patrocinium, non quemadmodum fraudent fiscum suam virtutem obiicere. Neqne sit tibi cura, cuinslibet sint haec agentes dominii; sufficit enim per omnia tibi ad perfectam fortitudinem et lex, et imperii favor.

Cap. XIV. Sed etiam snscipientes alienos agricolas sic odio habebis, sic compelles cito reddere qnod suscipiunt male, ut, si plurimum mauserint inobedientes, omne, quidquid onus [4]) provinciae est, illorum possessio-

---

[a]) *Quae sequuntur usque ad finem capitis non habent Hal., Bas.*

[1]) ἑαυτῶν *Hal., Bas., Vulg.* — [2]) ἀλλὰ *om. Hal.*, [4]) *Trid.*; in onus *Port.*, *Cont Bas.* — [3]) et secundum illum ordinem *Trid., Port.* –

τοὺς ληφθέντας κακῶς, ὡς, εἰ μέχρι πολλοῦ μείναιεν ἀπειθοῦντες, ἅπαν, ὅσον ἄπορον τῆς ἐπαρχίας ἐστί, τοῦτο ταῖς ἐκείνων κτήσεσιν ἐπιθήσεις. Εἰ δὲ ἐν ἑτέραις ἐπαρχίαις οἱ γεωργοὶ λέγονται καθεστάναι, γράμμασι χρῆσθαι δημοσίοις πρὸς τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἐκείνων ἡγουμένους, ὥσιε αὐτοὺς τοὺς ἐν αὐταῖς πεφευγότας γεωργοὺς συνομολογοῦντας ἢ ἐλεγχομένους παραδίδοσθαι τοῖς κεκτημένοις, καὶ ἐπαναγεσθαι πρὸς τὴν ἐπαρχίαν, ἧς ἄρχεις, καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας σφοδρότερον μετιέναι τῇ τῶν ἀπόρων ἐπιβολῇ. προσῆκον γάρ ἐστι τὸν τὰ τοιαῦτα ἀπεύδοντα τὸ ἐντεῦθεν ἄτοπον καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἐλάττωσιν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ περιουσίας μαθεῖν, ὅπως ἂν ἐλαττούμενος γινώσκοι, πόσον ἐστὶ τὸ ἀδικεῖν τε καὶ πλημμελεῖν εἰς ἑτέρους. Τοῦτο δὲ πράξεις, εἴτε οἱ τὰ χωρία κεκτημένοι κατὰ χώραν εἰσίν, εἴτε τινῶν ἑτέροις προσηκόντων φροντισταὶ καθεστήκοιεν. δεῖ γὰρ καὶ τοὺς κεκτημένους ἐκεῖνα μόνον ἔχειν, ἅπερ αὐτοῖς δίδωσιν ὁ νόμος, καὶ τοὺς προνοοῦντας τῶν ἀλλοτρίων ἐκείνων προΐστασθαι μόνον, ἅπερ κατὰ μίσθωσιν ἢ καθ' ἕτερον νόμιμον αὐτοῖς παραδέδοται τρόπον, τῶν δὲ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι, καὶ μὴ προνοεῖν μὲν ἑτέρων, ἀδικεῖν δὲ ἄλλους, καὶ ἑαυτοῖς κέρδος ἀσεβὲς ἐντεῦθεν πορίζειν.

celeriter reddere, ut, si diu sint contumaces, omne quod solvendo non est in provincia, illud possessionibus eorum imponas. Quodsi agricolae in aliis provinciis esse dicantur, publicis litteris ad praesides provinciarum illarum utere, ut illi agricolas, qui eo confugerunt, confitentes aut convictos dominis tradant, et in provinciam, cui praees, reducant, ac in contumaces graviter animadvertas imponendo iis, ut resarciant redituum defectionem. Convenit enim, ut, qui eiusmodi rebus operam dat, malum quod inde sequitur, et rerum deminutionem in sua substantia sentiat, quo damno affectus intelligat, quanti sit iniustum esse et peccare in alios. Hoc vero facies, sive illi, qui praedia possident, in provincia sint, sive rerum ad alios pertinentium curam gerant. Nam et possessores ea solum habere, quae ipsis lex tribuit, et eos, qui aliena curant, illis solum praeesse. quae per locationem vel alio quodam legitimo modo illis tradita sunt, ab alienis vero abstinere, nec aliorum quidem curam gerere, alios vero iniuria afficere, et impium exinde lucrum sibi comparare oportet.

Κεφ. ιε'.

Σανίδας δὲ ἐπιτιθέναι χωρίοις ἀλλοτρίοις ἢ ἐργαστηρίοις ἐν πόλεσι διακειμένοις, καὶ ἐπιγράφειν τὰς ἑαυτῶν προσηγορίας οὕτω τοῖς τολμῶσιν ἐπικίνδυνον κατασκήσεις, ὡς γινώσκειν, ὅτι ταῦτα πράττοντες αὐτοὶ τὴν ἑαυτῶν περιουσίαν προσάψουσι τῷ δημοσίῳ. Εἰ γὰρ πρᾶγμα μόνῃ τῇ βασιλείᾳ καὶ τῷ δημοσίῳ δεδομένον πειρᾶταί τις ὑφαρπάζειν, ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μανθανέτω τὴν πεῖραν, καὶ τοῖς αὐτοῦ πράγμασι τίτλων ἐπιτιθεμένων δημοσίων γενέσθω τοῖς ἄλλοις παράδειγμα σωφρούνης, οἷπερ, εἰ τῶν αὐτῶν ἄψαιντο κακῶν, ταῖς ὁμοίαις ποιναῖς ὑποκείσονται. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα φυλάξεις, γινώσκων τὴν ἡμετέραν περὶ σε προαίρεσίν τε καὶ γνώμην, ὁποία μέν τις ἔσται πλημμελοῦντός σου, ὁποία δὲ εὐδοκιμοῦντος καὶ τοῖς ἡμετέροις ἀκολουθοῦντος παραγγέλμασί τε καὶ νόμοις.

Cap. XV.

Tabulas vero imponere praediis alienis vel ergasteriis in civitatibus constitutis, suaque nomina illis inscribere adeo periculosum efficies illis, qui id audebunt, ut sciant, tale quid agendo se bona sua fisco addicturos esse. Si quis enim rem soli imperio et fisco datam rapere audeat, is in suis rebus id experiatur, titulisque publicis rebus suis impositis, aliis fiat exemplum continentiae, qui, si iisdem malis implicentur, similibus poenis subiacebunt. Haec igitur omnia observabis, sciens nostram erga te voluntatem et sententiam, qualis ea sit futura. si delinquas, qualis autem, si probus sis et praecepta nostra atque leges sequaris.

Κεφ. ις'.

Ἅμα δὲ ἐπιβαίης τῆς χώρας, συγκαλεσάμενος ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ μητροπόλει καθεστῶτας (φαμὲ δὲ τόν τε θεοφιλέστατον [1]) ἐπίσκοπον, τόν τε εὐαγῆ κλῆρον, τούς τε ἐν τέλει [2]) τῆς πόλεως) ἐμφανῆ κατα-

Cap. XVI.

Simulac vero provinciam ingressus fueris, convocatis omnibus, qui in metropoli sunt (deo amantissimum dicimus episcopum, venerabilem clerum, et nobiles civitatis), sacra haec nostra praecepta apud acta

sessionibus hoc impones. Si vero in aliis provinciis agricolae dicantur esse constituti, literis uteris publicis ad provinciarum praesides, ut in eas fugientes agricolas confitentes aut convictos tradant possessoribus [3]), et revocentur ad provinciam, cui praesides, et inobedientes vehementer corripies minus idoneorum adiectione. Competens enim est talia studentem hinc onus et rerum deminutionem in sua facultate cognoscere, ut minoratus cognoscat, quantum est laedere et delinquere in alios. Sed hoc ipsum age, sive praedia possidentes in provincia sint, sive aliquorum aliis competentium gubernatores sint. Oportet etenim et possessores illa solum habere, quae eis dat lex, et gubernatores alienarum illis praeesse solummodo, quae per conductionem aut alium legitimum eis sunt tradita modum, extraneis autem abstinere, et non providere quidem aliis, laedere vero alios, et sibimet lucrum impium ex hoc acquirere.

Cap. XV. Titulos autem imponere praediis alienis aut ergasteriis in civitatibus constitutis, et superscribere sua vocabula ita praesumentibus periculosum esse scias, ut agnoscant, quia haec agentes ipsi suam substantiam applicabunt fisco. Si enim causam soli imperio et fisco datam tentaverit aliquis arripere, in suis agnoscat experimentum, et suis rebus titulis impositis publicis fiat aliis exemplum abstinentiae, qui, si iisdem implicentur malis, similibus subdentur poenis. Haec igitur omnia observa, sciens nostram circa te voluntatem atque sententiam, qualis quidem erit delinquente te, qualis autem probato et nostra sequente praecepta ac legis.

Cap. XVI. Mox autem ut [4]) ingredieris provinciam, convocatis omnibus in metropoli constitutis (dicimus autem deo amabili episcopo, et venerabili clero, et nobilibus civitatis), insinuabis haec nostra sacra praecepta sub gestorum insinuatione, et proponeS exemplar eorum publice non solum in metropoli, sed etiam in

[1]) *συγκαλεσάμενός τε τὸν θεοφ. Hal. ex Cod. Bas* — [3]) *Trid.*; possessionibus *Port., Cont.* — [4]) ubi *Bel. cf. Heimbach l. c. v.* 325. — [2]) *ἐντελεῖς Hal., Trid.*

κατασήσεις ταῦτα ἡμῶν τὰ θεῖα παραγγέλματα ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων. Καὶ προθήσεις τε τὸ ἰσότυπον αὐτῶν δημοσίᾳ οὐ μόνον ἐπὶ τῆς μητροπόλεως, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις τῆς ἐπαρχίας πόλεσι, πέμπων αὐτὰ διὰ ταξεωτῶν ὧν ζημίας χωρίς, ὥστε ἅπαντας γινώσκειν, ἐφ' οἷς παρέλαβες τὴν ἀρχήν, καὶ ὁρᾷν, εἰ ταῦτα φυλαττεις, καὶ τῆς ἡμετέρας ἄξιον σαυτὸν ἀποδεικνύεις κρίσεως.

acta manifesta facies, exemplum quoque eorum non solum in metropoli, sed etiam in reliquis provinciae civitatibus publice propones, sine impensis ea per officiales tuos mittens, ut omnes cognoscant, qua lege magistratum acceperis, et videant, num hoc observes, et dignum te nostro iudicio ostendas.

Κεφ. ιζ'.

Ταῦτα γὰρ [1]) φυλατόμενα παρὰ σοῦ ποιήσει σοὶ τὴν παροῦσαν ἀρχὴν χρονιωτέραν τε καὶ εὐκλεεστέραν, εἴ γε πρὸς τοῖς ἄλλοις μηδὲ ὁπλοφορεῖν [2]) τῶν οὐχὶ στρατιωτῶν τινι συγχωρήσεις. Ταῦτά σε θεῷ καὶ τοῖς νόμοις καὶ ἡμῖν προσφιλῆ κατασήσει. Κἀκείνου δὲ προνοήσεις, ὥστε, εἴ τις τῶν τοὺς δημοσίους θορύβους ἀνιστάντων πειραθείη ποτὲ τῆς μεγάλης ταυτης πόλεως ἀποφυγεῖν [3]) ἢ μόνος, ἢ καὶ μεθ' ἑτέρων, καὶ γενέσθαι κατὰ τὴν ἐπαρχίαν, ἧς ἄρχεις, ἀνιχνεῦσαι τὰ περὶ τούτου, καὶ ἐξετάζειν σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ, καὶ ἐν ἀσφαλεῖ καθίσταν, καὶ μηνύειν ἐνταῦθα, εἰ τῶν πολλάκις ἐπιζητουμένων εἴη προσώπων, ὥστε καὶ ἄγεσθαι κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν, καὶ ποινὰς ὑπέχειν, ἃς ὁ νόμος ἐπὶ τῶν τοιούτων διέταξεν. Dat. XVI. Kal. Maii, Constantinopoli, Belisario V. C. Cons. [535.]

Cap. XVII.

Haec igitur si a te serventur, magistratum hunc efficient tibi diuturniorem et clariorem, si quoque praeter reliqua nemini, qui miles non est, arma gestare permittas. Haec te deo, et legibus, et nobis carum reddent. Illius etiam rei curam geres, ut, si quis ex iis, qui tumultus publicos excitant, ex magna hac urbe vel solus vel cum aliis aufugere aliquando conetur, et in provinciam, cui praees, venerit, in eum inquiras, et omni diligentia cum examines ac custodias, nobisque denuncies, an sit ex iis personis, quae saepe quaesitae fuerunt, ut ad hanc felicem urbem ducatur, et poenas sustineat, quas lex in tales constituit.

ΔΙΑ-

N

in aliis provinciae civitatibus, transmittens ea per officiales tuos sine damno, ut omnes cognoscant, in quibus suscepisti cingulum, et videant, si hoc conservas et nostro dignum temetipsum ostendis iudicio.

Cap. XVII. Haec enim [4]) conservata apud te faciunt praesentem tibi cingulum diuturniorem et gloriosiorem, siquidem super alia neque armis uti non militantem permittes aliquem. Haec te et deo, et legibus, et nobis carissimum constituunt. Sed et illud providebis, ut, si quis eorum, qui populum in turbas sollicitant, tentarit [5]) aliquando ab hac magna civitate fugere [6]) aut solus, aut cum aliis, et venire [7]) in provinciam, cui praees quatenus investigare de hoc et examinare cum omni subtilitate et cum cautela cures, et ubi constiterit [8]), nuntiare hoc, si forte dignae inquisitione sint personae, et adduci ad hanc felicissimam civitatem, et poenas sustentare, quas lex de talibus constituit. Dat. XVI. Kal. Maii, Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

Const. XVIII.

---

[1]) γὰρ *om. Cod. Flor. et Bol. cf. Heimbach l. c. p.* 325. — [2]) ἐνδοξότεραν. οὐ μὴν προσγε τοῖς ἄλλοις οὐδὲ τοῖς ὅπλοις χρήσασθαι *Hal non ex Codicis auctoritate recepit sed ex Vulg. graece interpretatus est, in Cod. Bol. enim haec verba exciderunt; cf. Heimbach l. c.* — [3]) θορύβους παρακινούντων ποτὲ καὶ τήνδε μεγάλην τὴν πόλιν φεύγειν ἐπιχειρίσῃ. *Hal. De his idem valet, quod modo notavimus.* — [4]) enim *om. Trid.* — [5]) sollicitare tentant *Trid., Port.* — [6]) *Trid., Cont.*; fugerit *Port.* — [7]) *Trid.*, venerit *Port., Cont.* — [8]) *Port., Cont., sed Cont.* cures *uncis circumdedit, et in ms. suo ut in Gr. deesse addit hoc vocabulum* et cum *ante* cautela *om.*; et cum cautela constiterit *Trid.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ιη'. *)

Ὥστε τὴν νόμιμον μοῖραν τῶν παίδων εἶναι, εἰ μέχρι μὲν τεσσάρων εἶησαν οἱ παῖδες, οὐγκίας δ', εἰ δὲ ὑπὲρ τοὺς τέσσαρας εἰσὶν οἱ παῖδες, οὐγκίας ξ'. καὶ ὅτι ἐξ ἀδιαθέτου οἱ φυσικοὶ παῖδες, γνησίας μὴ ὑπούσης γονῆς, δύο οὐγκίας λαμβάνουσι σὺν τῇ μητρί. καὶ ὅτι καὶ ἐκ διαθήκης καὶ ἐξ ἀδιαθέτου ἁρμόττει ἡ συνεισφορά, εἰ μὴ κωλύσειε ῥητῶς ὁ testator [1]). καὶ περὶ διαιρέσεως γινομένης ἀπὸ γονέων εἰς παῖδας, καὶ περὶ τοῦ ἀρνουμένου τὴν ἰδίαν συγγραφήν, καὶ περὶ ἑτέρων κεφαλαίων.

(Coll. III. tit. 5.)

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Ἤδη μὲν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ καὶ ὡς ἄν τις εἴποι καλῶς παρὰ θεοῦ συσταθείσῃ πολιτείᾳ, τῇ Ῥωμαίων φαμέν, πολλὰ περὶ διαθηκῶν διεσπούδασταί τε καὶ μεσιὰ τὰ τῶν νόμων βιβλία τῶν τοιούτων καθέστηκε. καὶ οὐ μόνον οἱ πάλαι σοφοὶ ταῦτα γεγραφήκασιν, οὐδὲ ἡ τῶν εὐσεβῶν μοναρχῶν ἐξουσία, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν ἤδη τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων οὐδενὸς ἐλάττους καταβέβληνται περὶ τούτου νομοθεσίαι. Τὸν δὲ θεὸν ἐννοοῦντες ἀεί, καὶ ὅπως ἂν ἀρεστοί [2]) τε αὐτῷ φαινοίμεθα καὶ τι τῶν εἰς ἡμᾶς ἀγαθῶν ἄξιον πράττοιμεν, πειρώμεθά τι προσεξευρίσκειν ἀεὶ τῇ φύσει τε ἀκόλουθον, καὶ τὰ πρόσθεν ἐπανορθούμενον. Πολλάκις τοίνυν καὶ ἄλλοτε τεθαυμακαμεν, ἀνθ' ὅτου τοῖς γνησίοις καὶ εὐγνώμοσι τέκνοις, οἷς ἔχουσι χάριν οἱ γονεῖς, τὸ καταλιμπανόμενον, ὃ ἤδη καὶ χρέος καλοῦσι, μόνον τριούγκιον ὥρισαν ἐξ ἀνάγκης καταλιμπάνεσθαι, τὸ λοιπὸν δὲ ἐν τῇ γνώμῃ τῶν γονέων ἀπόκειται, καὶ λήψονται μὲν καὶ συγγενεῖς ἅπαντα, καὶ οἵ γε ἔξωθεν καὶ μετ' ἐλευθερίας οἰκέται, οἱ παῖδες δέ, εἰ καὶ πολλοὶ καθεσιήκοιεν, εἰ καὶ μηδὲν προσκρούοιεν τοῖς γονεῦσι, κατα δοῦνται, καὶ τὸ τριούγκιον διαιρήσονται μόνον, κἂν εἰ δέκα τυχόν, κἂν εἰ πλείους εἶεν, καὶ πένητες ἔσονται παῖδες πατρὸς ἕως ἔζη πλουτοῦντος.

Κεφ. α'.

Novella XVIII.

UT LEGITIMA PORTIO LIBERORUM, SI QUATUOR SUNT LIBERI, QUATUOR UNCIAE, SI VERO PLURES QUAM QUATUOR SUNT LIBERI, SEX UNCIAE SINT; ET UT LIBERI NATURALES SOBOLE LEGITIMA NON EXSISTENTE AB INTESTATO DUAS UNCIAS CUM MATRE ACCIPIANT, ET UT TAM EX TESTAMENTO QUAM AB INTESTATO COLLATIO COMPETAT, NISI TESTATOR EAM EXPRESSE PROHIBEAT; ET DE DIVISIONE A PARENTIBUS INTER LIBEROS FACTA; ET DE EO, QUI SYNGRAPHAM PROPRIAM INFICIATUR, ET DE ALIIS CAPITIBUS.

(Coll. III. tit. 5.)

Imp. Iustinianus A. Ioanni, gloriosissimo per Orientem sacro Praetorio iterum Praefecto, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Multa quidem a magna hac, et, ut recte quis dixerit, a deo constituta republica Romanorum de testamentis iam disposita sunt, iisque rebus pleni sunt legum libri. Neque antiqui solum sapientes et pii potentesque monarchae haec scripserunt, sed etiam non minus a nobis, quam Imperatoribus, qui nos antecesserunt, de ea re latae sunt leges. Quum vero deum semper intueamur atque ut ei probati simus, et agamus aliquid, quod beneficiis in nos collatis dignum sit, semper quid invenire annitimur, quod et naturae conveniat, et priora corrigat. Ac saepe etiam alias mirati sumus, cur legitimis et gratis liberis, quibus gratiam habent parentes, definiverint, ut id, quod relinquendum est (quod etiam debitum vocant), solus triens sit, qui necessario relinquatur, reliquum vero a voluntate parentum pendeat, ac cognati quidem, et extranei, et servi cum libertate omnia accipiant, liberi vero, etsi multi sint, licet etiam parentes non offenderint, pudore suffusi quadrantem solum dividunt, etsi decem fortasse vel plures sint, sicque liberi patris, dum viveret, divitis pauperes sint.

Cap. I.

Gl. Const. XVIII.

DE TRIENTE ET SEMISSE, ET SUCCESSIONIBUS FILIORUM ET NEPOTUM NATURALIUM: ET COLLATIONIBUS, VEL DISTRIBUTIONIBUS, NEC NON ET LITERARUM AUT NUMERATIONUM ATQUE RERUM EX QUIBUS DETINENT, INFICIATIONIBUS.

(Coll. III. tit. 5.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo Praefecto sacrorum per Orientem Praetoriorum iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. Iam quidem magnae hnic et, ut ita quis dicat, bene a deo constitutae reipublicae (dicimus Romanorum) plurima de testamentis disposita sunt, et pleni legum codices de talibus consistunt, et non solum sapientes antiqui haec scripserunt aut piorum potestas Imperatorum, sed etiam a nobis iam non aliquo priorum principum minus legislationes prolatae sunt. Deum vero semper considerantes, et quatenus ei placiti videamur et aliquid bonorum dignum in nobis agamus, nitimur aliquid adinvenire semper et naturae conseqnens, et quod possit priora corrigere. Freqnenter igitur et alia vice mirati sumus, quomodo legitimis et benevolis filiis, quibus agunt gratias parentes, quibusqne quod relinqnitur iam etiam debitum vocant, solum triuncium definiernnt ex necessitate relinqui, reliquum vero iacet in voluntate parentum, et capiunt quidem cognati omnia, et extranei, vel cum libertate servi; filii vero, licet multi consistant, etiamsi nihil offenderint parentes, confunduntur, et triuncium dividunt solum, vel si decem forte aut amplius fuerint, et pauperes erunt filii patris, donec vixerit, idonei.

Cap. I.

*) *Hal. et Scrimg.* — *Maior pars Nov. in Bas.* — *Iulian. Const.* 34. — *Hanc Novellam latina quoque lingua scriptam atque ita in Africam missam esse docemur ex Nov.* 66. *cap.* 1. (*cf. Biener Gesch. d. Nov. p.* 13.) *nobis restat tantum versio vetus glossata.*

[1]) ὁ διαθέμενος *Hal.* — [2]) *Hal., Fulg.*; ἄριστοι *Scrimg.*

Κεφ. α'. [a])

Ταῦτα ἡμᾶς ἐκίνησεν ἐπανορθῶσαι τὸν νόμον, καὶ μὴ περιΐδεῖν αὐτὸν μέχρι παντὸς ἐρυθριῶντα, ἀλλὰ τοιούτῳ διορίσαι τὸ πρᾶγμα τρόπῳ, ὥστε, εἰ μὲν ἑνός ἐστι παιδὸς πατὴρ ἢ μήτηρ, ἢ δυοῖν, ἢ τριῶν, ἢ τεσσάρων, μὴ τριούγκιον αὐτοῖς καταλιμπάνειν μόνον, ἀλλὰ τὴν τρίτην τῆς ἑαυτοῦ περιουσίας, τουτέστιν οὐγκίας τέσσαρας, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ διωρισμένον μέτρον ἔχοι τοῦ ῥηθέντος ἀριθμοῦ. εἰ δὲ ὑπὲρ τοὺς τέσσαρας ἔχει παῖδας, τὴν ἡμίσειαν τῆς πάσης περιουσίας αὐτοῖς καταλιμπάνεσθαι μοῖραν, ὥστε ἑξαούγκιον εἶναι πάντως τὸ ὀφειλόμενον, ἑκάστῳ [1]) κατ' ἴσον τὸ τειραούγκιον τυχὸν ἢ τὸ ἑξαούγκιον διαιρούμενον. καὶ τοῦτο οὐκ ἐν ἀδίκῳ περιστάσει πραγμάτων (εἰκὸς γὰρ κἀνταῦθα τοὺς ἄλλους ἀδικηθῆναι, τῶν μὲν τὰ καλλίονα, τῶν δὲ τὰ χείρονα λαμβανόντων), ἀλλὰ τοῦτο δὴ τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστῳ διὰ πάντων ἴσον εἶναι ἐν ποιότητί τε καὶ ποσότητι, εἴτε τις αὐτὸ καιὰ τρόπον ἐνστάσεως, εἴτε κατὰ πρεσβεῖον, ταῦτον δέ ἐστιν εἰπεῖν, καὶ φιλειλομμίσσου καταλιμπάνει πρόφασιν. πάρεστι γὰρ αὐτῷ τὸ λοιπόν, ὀκταούγκιον τυχὸν ἢ ἑξαούγκιον, ἔχειν καὶ φιλοτιμεῖσθαι καθ' ὅσον ἂν βουληθείη ἢ τοῖς παισὶν αὐτοῖς, ἤ τισι τῶν ἔξωθεν, καὶ τῆς φύσεως πρότερον θεραπευθείσης τὰ εἰκότα, οὕτως ἐπὶ τὰς ἔξω φιλοτιμίας χωρεῖν. τούτου κρατοῦντος ἐφ' ἁπάντων τῶν προσώπων, ἐφ' ὧν ἐξ ἀρχῆς ὁ τοῦ πάλαι τετάρτου τῆς de inofficioso [2]) νενομοθέτηται λόγος.

Cap. I.

Haec nos moverunt, ut legem corrigeremus, nec in perpetuum eam sineremus erubescere, sed tali modo rem determinaremus, ut, si quis unius, vel duorum, aut trium, vel quatuor liberorum pater aut mater sit, non quadrantem solum ipsis relinquat, sed tertiam bonorum partem, hoc est quatuor uncias, eaque mensura sit dicto illi numero definita. Sin vero plures quam quatuor habuerit liberos, dimidiam partem totius substantiae suae illis relinquat, ut sex unciae sint omnino quod debetur, et inter singulos triens forte vel semis aequaliter dividatur; idque non iniusta rerum circumstantia (fortasse enim etiam hic iniuria quibusdam fieri posset, si hi quidem meliora, illi vero deteriora acciperent), sed quod cuique competit per omnia in quantitate et qualitate aequale sit, sive quis illud per modum institutionis, sive legati, seu quod idem est fideicommissi nomine relinquat; licet enim ei id, quod reliquum est, bessem scilicet vel semissem, habere, et prout voluerit sive liberis ipsis, sive extraneis largiri, et quum naturae prius quae debet praestiterit, deinde erga extraneos liberalem esse. Atque hoc in omnibus personis, quibus ab initio antiqua quarta querelae de inofficioso constituta est, obtineat.

Κεφ. β'.

Ἐξηρήσθω δὲ ἡμῖν ὁ περὶ τῶν βουλευτῶν ἀρτίως τεθειμένος νόμος, ὃς τοῖς παισὶ τῶν βουλευτῶν ἢ καὶ ταῖς βουλευταῖς γεγαμμέναις θυγατράσιν ἑνακούγκιον πάντως δίδοσθαι βούλεται, τοῦ λοιποῦ τριουγκίου παρὰ τῶν γονέων κατ' ἐξουσίαν διοικουμένου. πάντων τῶν ἄλλων τῶν περὶ τῆς de inofficioso κειμένων νόμων, καὶ μάλιστα τῶν ἡμετέρων, ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν φυλαττομένων ἰσχύος ἐπί τε τῶν ἀχαρίστων παίδων, ἐπί τε τῶν μὴ τοιούτων, πλὴν κατὰ μόνον τὸ ποσόν, ὅπερ κατὰ τὸ παρὸν ηὐξήσαμεν, κατὰ πάντας τοὺς προκειμένους ὅρους.

Cap. II.

Excepta vero sit lex de curialibus nuper lata, quae filiis curialium, vel filiabus, quae curialibus nupserunt, dodrantem omnino dari, et de reliquis tribus unciis a parentibus pro lubitu eorum vult disponi. Reliquas omnes leges, quae de querela inofficiosi latae sunt, et maxime nostrae, in suo robore conserventur, tam liberos ingratos quod attinet, quam eos, qui tales non sunt; excepta sola quantitate, quam nunc auximus, secundum ea, quae ante definita sunt.

Κεφ. γ'.

Κωλύομεν δὲ κἀκεῖνο, βαρύ τε ὂν καὶ ἔχον τινα νόμιμον ἀφορμήν, εἰς δεινὴν δὲ ἐμπίπτον ἀπηνείαν τε

Cap. III.

Prohibemus vero etiam illud, quod et grave est, et legitimam quidem causam habet, in magnam tamen crude-

Cap. I. Haec nos movernnt corrigere legem, et non eam despicere semper erubescentes, talique modo determinare causam, ut, si quidem unius est filii pater aut mater, aut duorum vel trium, vel quatuor, non triuncium eis relinqui solum, sed etiam tertiam propriae substantiae partem, hoc est uncias quatuor, et hanc esse definitam mensuram usque ad praedictum numerum. Si vero ultra quatuor habuerit [3]) filios mediam eis totius substantiae relinqui partem, ut sexuncium sit omnino quod debetur, singulis ex aequo quadriuncium vel sexuncium dividendo, et hoc non sub iniusta circumstantia rerum (forsan enim hic [4]) etiam alii iniustitiam patiuntur, aliis [5]) quidem meliora, aliis vero deteriora percipientibus), sed quod contigerit unumquemque per omnia aequum esse in qualitate et quantitate, sive quis illud institutionis modo, sive per legati (idem est dicere et [6]) fideicommissi) relinquat occasionem. Licebit enim ei reliquum octuncium forte aut sexuncium habere, et largiri sicut voluerit filiis ipsis aut cuilibet extraneorum, et natura primo curata competenter sic ad extraneas largitates accedere. Hoc observando in omnibus personis, in quibus ab initio antiquae quartae ratio de inofficioso lege decreta est.

Cap. II. Excipiatur autem a nobis de curialibus nuper posita lex, quae filiis curialibus aut filiabus curialibus nubentibus noniuncium omnino dari vult, reliquo triuncio a parentibus secundum potestatem dispensando; omnibus aliis de inofficioso positis legibus, et praecipue nostris, in sua virtute servandis, et de ingratis filiis, et de naturalibus, praeter solam quantitatem, quam ad praesens auximus, secundum omnes praedictas definitiones.

Cap. III. Prohibemus autem et illud grave exsistens, et habens quidem aliquam legalem occasionem, in

---

[a]) *Cap.* 1—4 *in Bas. XLI.* 4. 2. *Schol.* 1—2.

[1]) *Ita distinguendum esse docuit Homb.*; τὸ ὀφειλ. ἑκάστῳ *Hervag., Paris.* — [2]) τῆς μέμψεως *Hal., Bas.* — [3]) *Trid.*; habuerint *Cont.* — [4]) *Trid.*; ob hoc *Part., Cont.* — [5]) *Bk. ed. ster.* et aliis *Trid., Port., Cont.* — [6]) *Trid.*; etsi per fideic. *Port., Cont.*

τε καὶ πικρίαν. ἴσμεν γὰρ τινας διαθήκας, καθ' ἃς οἱ τελευτῶντες οὐ πατρικῶς οὐδὲ ὡς ἄνδρας ἐχρῆν, ἀλλὰ σφόδρα μαλθακῶς καὶ ὑποκεκλιμένως [1]) ἐποιήσαντο τὰς ἐνστάσεις. ταῖς μὲν γὰρ γυναιξὶ πάντα κατέλιπον τῶν ἑαυτῶν πραγμάτων τὸν οὐσουφρουκτον, τοῖς δὲ παισὶ τὴν δεσποτείαν γυμνήν. ὥστε, οἶμαι, σπούδασμα εἶναι τῆς τοιαύτης διαθήκης τὸ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν δεσποτείαν προσλαβεῖν, τῶν παίδων ἴσως λιμῷ φθειρομένων. πόθεν γὰρ ἂν ἐν μέσῳ καὶ διοικοῖντο, καὶ τὴν ἐφήμερον ἔχοιεν δίαιταν, οὐδενὸς αὐτοῖς καταλελειμμένου, γυναικείας ὀργῆς ἴσως καὶ ἀλόγου παρεμπιπτούσης, ἥτις αὐτῶν καὶ τὴν καθ' ἡμέραν ἀφαιρεῖται διοίκησιν; οὐκ ἐξέσται τοίνυν τὸ λοιπὸν οὐδενὶ παντελῶς παῖδας ἔχοντι τοιοῦτό τι πράττειν, ἀλλὰ πάντως αὐτοῖς τοῦ νομίμου τούτου μέρους, ὅπερ νῦν ἀφωρίσαμεν, καὶ τὴν χρῆσιν καὶ τὴν ἐπικαρπίαν πρὸς τῇ δεσποτείᾳ καταλιμπανέτω, εἰ βούλεται παίδων οὐκ εὐθὺς λιμῷ τελευτώντων, ἀλλὰ καὶ ζῆν δυναμένων καλεῖσθαι πατήρ. Καὶ ταῦτα πάντα φαμὲν οὐκ ἐπὶ παιρὸς μόνου, ἀλλὰ καὶ μητρός, καὶ πάππου, καὶ προπάππου, καὶ τῶν παρεζευγμένων ἑκάστῳ θηλέων προσώπων, μάμμης φαμὲν καὶ προμάμμης, εἴτε πρὸς πατρός, εἴτε πρὸς μητρὸς εἶεν.

crudelitatem et acerbitatem incidit. Scimus enim testamenta quaedam facta, in quibus defuncti non paterne, nec ut viros decuit, sed admodum molliter et demisse heredes instituerunt. Uxoribus enim suis omnem reliquerunt rerum suarum usumfructum, liberis vero nudum dominium, ita ut, credo, eiusmodi testamenti ea sit intentio, ut etiam dominium mulier accipiat, quum liberi fortasse fame pereunt. Unde enim medio tempore se sustentarent et victum quotidianum haberent, si nihil illis relinquatur, accedente fortasse muliebri et nefanda ira, quae ipsis quotidianum etiam victum eripiat? Nullo igitur modo ulli in posterum, qui liberos habet, tale quid facere licebit, sed omnino legitimae illius partis, quam nunc definimus, usumfructum una cum proprietate relinquat si liberorum, qui non statim fame pereant, sed habeant, unde vivere possint, pater dici velit. Atque haec omnia dicimus non tantum de patre solo, sed et matre, avo, proavo, et unoquoque feminis, aviae scilicet et proaviae, tam paternae quam maternae, coniuncto.

Κεφ. δ'.

Οὐδὲ ἐκείνου φυλαττομένου τὸ λοιπὸν ἐπὶ τοῖς ἐγγόνοις καὶ προεγγόνοις, τοῖς οὐχὶ καὶ suοις [2]) καὶ ὑπεξουσίοις, ὥστε παρὰ τὸ τρίτον ἔχειν αὐτοὺς τῆς μοίρας, ἣν τοῖς αὐτῶν γονεῦσιν περιοῦσιν ἔδει καταλιπεῖν τοὺς διαθεμένους. Οὐ γὰρ ἐξαιροῦμεν ἔτι τοὺς ἐγγόνους τοὺς ἀπὸ παιδὸς τοῦ πρὸς πατρὸς πάππου γενομένους, ὥστε ἐκείνους μὲν τέλειον λαμβάνειν τὸ μέρος, ὅσον ἂν ὁ αὐτῶν παιὴρ ἔλαβεν περιών, τοὺς δὲ ἐγγόνους τοὺς ἀπὸ τοῦ πάππου διὰ μέσης θυγατρὸς γενομένους, ἢ τοὺς ἀπὸ τῆς μάμμης πρὸς πατρὸς ἢ πρὸς μητρὸς παρὰ τὸ τρίτον λαμβάνειν, ἀλλὰ μίαν τάξιν ἐφ' ἅπασι τίθεμεν ἐγγόνοις καὶ προεγγόνοις, οὐκ ἀνεχόμενοι τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος ἐν τοῖς τοιούτοις ἐλαττοῦν [3]). οὐδὲ γὰρ τὸ ἄρρεν αὐτὸ καθ' αὐτό, οὐδὲ τὸ θῆλυ μόνον πρὸς τεκνογονίαν αὔταρκες, ἀλλ' ὥσπερ ἑκάτερον συνῆρμοσεν ὁ θεὸς πρὸς τὴν τῆς γενεσιουργίας χρείαν, οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν αὐτὴν ἑκατέρῳ φυλαττομένην ἰσότητα. §. 1. Ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τούτου σιησομεν τὸν νόμον. ταῦτα γὰρ φαμὲν καὶ ἐπ' ἐκείνων τῶν παίδων, οἵπερ ἐκ γάμων εἰσὶ γνησίων, εἰ καὶ μὴ προῖκες τοῖς γάμοις ἀκολουθήσαιεν, ἀλλὰ διάθεσις ὡμολογημένη καὶ σαφὴς μεταξὺ τῶν συνοικούντων οὖσα τοῖς παισὶ δίδοιη [4]) τὸ γνήσιον. προῖκα μὲν γὰρ

Cap. IV.

Neque id in posterum in nepotibus et pronepotibus, qui non sui et in potestate sunt, observetur, ut minus habeant tertia parte illius portionis, quam testatores parentibus illorum superstitibus relinquere debebant. Non enim amplius excipimus nepotes, qui ex filio avi paterni nati sunt, ut illi quidem integram illam partem accipiant quam pater ipsorum, si viveret, accepturus esset, nepotes autem avi ex filia nati, vel nepotes aviae, paternae aut maternae, minus tricnte accipiant, sed unum ordinem in omnibus nepotibus et pronepotibus constituimus non ferentes, ut feminae in talibus deterioris sint conditionis, quam masculi. Neque enim masculus solus, neque femina sola ad liberorum procreationem sufficit, sed sicut deus utrumque coniunxit ad generationis opus, ita et nos eandem utrique aequalitatem servamus.

§. 1. *Sed nec his finibus legem concludemus, haec enim de illis quoque liberis dicimus, qui ex legitimis procreati sunt nuptiis, licet nuptias nullae dotes secutae sint, sed indubitata et manifesta inter coniuges affectio liberis praestet, ut legitimi sint. Nuptiae enim dotis quidem causam dant, dos vero nuptias non con-*

in duram [5]) tamen incidens crudelitatem et amaritudinem. Novimus enim aliqua testamenta, secundum quae morientes non paterne, nec ut viros oportebat, sed nimis molliter atque remisse fecerunt institutiones, uxoribus siquidem omnem [6]) reliquerunt suarum rerum usumfructum, filiis autem proprietatem nudam. Quamobrem arbitror studium esse huiusmodi testamentis uxores etiam proprietatem acquirere, filiis forte fame peremtis. Unde enim et in medio gubernentur, et quotidianum habeant cibum, nihil eis derelicto, uxoris ira, forsan et irrationabili, intercedente, quae eis etiam quotidianam gubernationem abripiat? Non licebit igitur de cetero ulli omnino filios habenti tale aliquid agere, sed modis omnibus eis huius legitimae partis, quam nunc deputavimus, et usumfructum, insuper et proprietatem relinquat, si vult filiorum non repente fame morientium, sed vivere valentium vocari pater. Et haec omnia dicimus non in patre solo, sed et in matre, et avo, et proavo, et adiunctis unicuique feminarum personis, id est avia et proavia, sive paternae, sive maternae sint.

Cap. IV. Neque illo de cetero servando in nepotibus et pronepotibus non suis et sub potestate constitutis, minus tertia parte eos habere, quam eorum parentibus viventibus oportebat relinquere testatores. Non enim excipimus ulterius nepotes, qui ex filio paternis avis accrescunt, ut illi quidem integram accipiant partem, quantam eorum acciperet pater vivens, nepotes autem ab avo per mediam filiam venientes, aut avia paterna vel materna, minus tertia accipiant, sed unum ordinem in omnibus ponimus nepotibus et pronepotibus, non ferentes feminam a masculo in talibus minui. Neque enim masculus ipse in se, neque femina solum ad nativitatis propagationem sufficiens est, sed sicut utrumque eorum coaptavit deus ad generationis opus, ita etiam nos eandem utrisque servamus aequalitatem. §. 1. Sed nec usque in hoc statuimus legem. Haec enim dicimus et in illis filiis, qui ex nuptiis sunt legitimis, licet non sint, secutae nuptias dotes, sed affectus indubitatus

[1]) *Scrimg., Bas.*; *ὑπολελυμένως Hal.* — [2]) *οὐχὶ γνησίοις Hal., Bas.* — [3]) *οὐκ ἂν ἐχόμενοι — ἐλαττον Hal.* — [4]) *δεδωκυῖα Hal.*; *δοίη Bas.* — [5]) *diram Trid.* — [6]) *Trid.*; institutiones uxoribus, si quidem illis omnem *Cant.*

γὰρ ἀποτελεῖ γάμος, γάμον δὲ προῖχες οὐ ποιοῦσιν, ἀλλ' ἡ τῶν συνοικούντων ἀμοιβαία διαθεσις. Ταυτὸ δὲ κρατείτω καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ μεταγινεστέρας διαθέσεως μετὰ προικῴων κατὰ τὰς ἡμετέρας διατάξεις γενομένων γνησίων. Καὶ οὗτος μὲν ἔστω νόμος ταῖς γνησίαις γοναῖς.

constituit, sed coniugum mutuus affectus. Idem obtineat in iis quoque, qui ex posteriore affectu confectis dotalibus instrumentis secundum nostras constitutiones legitimi fiunt. Et haec quidem lex legitimae soboli lata sit.

Κεφ. ε'.[a])

Βλέψωμεν δὲ δή τι καὶ πρὸς μόνην τὴν φύσιν φιλάνθρωπον. πολλοὶ γὰρ ἐνοχλοῦσιν ἡμᾶς ἀεὶ καὶ ἱκετεῖαι συγναὶ καὶ δακρύοντες παῖδες. καὶ ἀεὶ μέν τι φιλάνθρωπον ὁρίζομεν, ἀλλ' ὅτι μὴ μετὰ νόμου τοῦτο πράττομεν, ἐρυθριῶμεν. Ὥςτε τῷ πράγματι καὶ νόμον προσθέντες, αὐτοὶ μὲν ὄχλους ἀποσεισόμεθα, δώσομεν δὲ ἅπασιν ἔχειν τὴν ἐκ τοῦ νόμου βοήθειαν. ὅτι μὲν γὰρ διαθέσθαι τοῖς τῶν φυσικῶν παίδων πατράσι καὶ ἐπ' αὐτοῖς δεδώκαμεν γνησίας μὲν ὑπούσης γονῆς ἄχρι μιᾶς μόνης οὐγκίας, ἣν ἔξουσιν ἅμα τῇ μητρὶ (τοῦτο ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν ἦν), παίδων δὲ οὐκ ὄντων γνησίων καὶ μέχρι τοῦ ἡμίσεως τῆς περιουσίας ὅλης, τοῦτο λέγουσιν οἱ παρ' ἡμῶν τεθειμένοι νόμοι, οὐκ ἐν διαθήκῃ μόνον τοῖς πατράσιν ἐφιέντες τοῦτο πράττειν, ἀλλὰ κἂν ταῖς ἄλλαις φιλοτιμίαις, ἃς καὶ περιόντες δωροῦνται. τὸ δὲ δὴ παρὸν περὶ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου τι διαλέξεται, καὶ ἐκ καινῆς ὑφηγήσεται νῦν.[b]) Εἴ γάρ τις τελευτῶν γνησίας αὐτῷ παντελῶς γονῆς οὐκ ὑπούσης, παίδων φαμέν, ἢ ἐγγόνων, ἢ τῆς ἐφεξῆς διαδοχῆς, οὐδὲ νομίμου γαμετῆς, εἶτα τελευτήσοι μὴ διαθέμενος τὴν οὐσίαν, καὶ ἀφίκοιτο συγγένεια τυχὸν ἢ καὶ ἐλευθερωτὴς ἴσως τὴν διακατοχὴν κατασείων τε καὶ ἐπανατεινόμενος, ἢ καὶ τὸ ἡμέτερον ταμεῖον (οὐδὲ γὰρ ἐκείνου τόγε ἐπὶ τούτου φειδόμεθα), εἴη δὲ αὐτῷ κατὰ τὸν οἶκον ἕως περιὴν ἐλευθέρα τε γυνὴ ἐν παλλακῆς σχήματι συνοῦσα, καὶ παῖδες ἐξ αὐτῆς (τοῖς γὰρ τοιούτοις μόνοις ταῦτα νομοθετοῦμεν, ἔνθα παντελῶς ἀναμφισβήτητός ἐστιν ἥ τε τῆς παλλακῆς κατὰ τὸν οἶκον σχέσις, ἥ τε τῶν νόθων ἐκεῖσε γονή τε καὶ τροφή), δίδομεν αὐτοῖς καὶ ἀδιαθέτων τῶν γονέων τελευτώντων δύο τῆς πατρῴας οὐσίας ἔχειν οὐγκίας, ἅμα τῇ μητρὶ μεριζομένας, ὁπόσοιπερ ἂν εἶεν οἱ παῖδες, ὥςτε ἑνὸς παιδὸς πρὸς ἀναλογίαν καὶ τὴν μητέρα λαμβάνειν. Καὶ ταῦτα φαμέν, εἰ μὴ παλλακῇ συνοικοίη, καὶ παῖδας ἐξ ἐκείνης σχοίη, ἢ καὶ προαπελθούσης τῆς παλλακῆς, θανάτῳ τυχὸν ἢ χωρισμῷ, οἱ παῖδες αὐτῷ κατὰ τὴν οἰκίαν εἶεν. τότε γὰρ δίδομεν αὐτοῖς τὴν ἐξ ἀδιαθέτου πρὸς τὸ διούγκιον κλῆσιν. Εἰ δὲ ἐκκεχυμένα τὰ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῷ γίνοιτο, καὶ ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ἐπεισαγάγοι τῇ προτέρᾳ παλλακάς, καὶ πλῆθος ἔχοι

Cap. V.

Consideremus autem aliquid, quod ex natura sola clemens est. Multi enim perpetuo nobis molesti sunt, precesque crebras et lacrimantes liberos conspicimus. Ac semper quidem aliquid humani definire solemus, sed quia per legem id non facimus, erubescimus; quare si huic rei legem etiam demus, molestiam removebimus, et ut omnes ex lege auxilium habeant, efficiemus. Parentibus enim liberorum naturalium in eorum etiam favorem testari permissum a nobis esse, legitima quidem sobole exsistente de una solum uncia, quam illi cum matre habeant, quod etiam antea obtinebat, legitimis vero liberis non exsistentibus, etiam de dimidia totius substantiae parte, id quidem leges a nobis latae dicunt, patribus non solum in testamento, sed etiam reliquis donationibus, quas inter vivos faciunt, id agere permittentes; haec autem constitutio de successione ab intestato loquetur, et novi quid exponet. Si enim quis moriatur non relicta legitima sobole, liberis dicimus, aut nepotibus, aut sequentibus successoribus, neque legitima coniuge, et de substantia sua nihil disponens moriatur, ac veniant fortasse cognati vel manumissor, et bonorum possessionem movcant atque intendant, vel etiam nostrum aerarium (non enim illi quantum ad hanc rem parcimus), ille vero domi mulierem dum vivebat ut concubinam, et liberos ex ea habuerit (illis enim solis haec sancimus, quando et concubinae, quae in domo fuit, affectio, et naturalium ex ea liberorum generatio et educatio plane indubitata est), concedimus iis, ut parentibus ab intestato morientibus duas uncias paternae substantiae, quotcunque fuerint liberi, cum matre dividendas habeant, adeo etiam, ut mater pro rata unius filii accipiat. Atque haec dicimus, si unam concubinam habuerit, ex eaque liberos susceperit, aut si praemortua vel separata concubina liberos domi habeat; tunc enim damus illis, ut ab intestato in duas uncias vocentur. Sin vero effusa fuerit eius cupiditas, et priori alias super alias adsciverit concubinas, et multitudinem habeat mulierum fornicantium (ita enim melius dicimus), liberisque ex illis procreatis mortuus fuerit, multas simul relinquens concubinas, odio illum habemus, et omnino ab hac lege arcemus. Sicuti enim is, qui legitimam habet uxorem, alias, dum consistit, ma-

tatus et manifestus inter coninges exsistens filios praestet esse legitimos. Dotem etenim celebrant nuptiae, nuptias autem dotes non facinnt, sed coniunctorum affectus Hoc idem obtineat et in iis, qni ex posteriore affectu cum dotibus secundum nostras constitutiones legitimi fiunt. Et haec sit sanctio legitimae soboli.

Cap. V. Consideremus autem aliqnid ad solam naturam clemens. Multi namque molesti sunt nobis semper, precesque crebrae, et flentes filii. Et semper equidem clemens aliquid definimus, sed quia non hoc cum lege agimus, erubescimus; ideoque causae etiam legem adiicientes, ipsi quidem populos removebimus, dabimus autem omnibus habere ex lege remedium. Quia enim testari naturalium filiorum patribus etiam ipsis dedimus legitima qnidem exsistente prole usque ad unam solam nnciam, quam habebunt nna cum matre (hoc quod etiam prius fuit), filiis autem non exsistentibus legitimis usque ad medietatem totius substantiae, hoc dicunt a nobis positae leges, non in testamentis solum patribus concedentes hoc agere, sed etiam aliis munificentiis, quas et superstites donant; praesens autem lex de iis, quae ab intestato sunt, loquitur, et novi aliquid introducit. Nunc enim si qnis moriens legitima sibi penitus sobole non exsistente (filiorum dicimus, aut nepotum, aut ceterae successionis), neque uxore legitima, proinde moriatur non disposita substantia, et veniat cognatio forsan aut certe manumissor bonorum possessionem movens et insurgens, aut etiam nostrum aerarium (nec enim illi qnantum ad hoc parcimus), sit autem ei domi, donec vivit, libera mulier in habitu concubinae cum ea degens, et filii ex ea (talibus enim solis haec sancimus, ubi omnino indubitatae sunt sive concubinae in domo habitae, sive naturalium ibidem proles), et nutrimentum damus eis, et intestato parentibus morientibus duas habere uncias paternae snbstantiae cum matre partiendas, quanticunque fuerint filii, ita ut pro portione [1]) unius filii et mater accipiat. Et haec dicimus, si uni concubinae cohabitaverit, et filios ex ea habuerit, aut praecedente

[a]) *Hoc caput quod in Hal. ed. Novica deest, additur in Supplem. Herwag. unde in ed. Paris. suo loco insertum est.* — [b]) *Quae sequuntur usque ad verba* κρατήσει δὲ καὶ *etc. in fine huius cap. repetita sunt in Nov.* 89 *c.* 12. *cf. Biener Gesch. d. Nov. p.* 104.

[1]) ita ut portionem *Trid.*

ἔχοι γυναικῶν παρανευομένων (οὕτω γὰρ εἰπεῖν κάλλιον), καὶ ἐξ αὐτῶν παιδοποιούμενος τελευτήσειε, πολλὰς ὁμοῦ καταλιπὼν παλλακάς, μισητὸς μὲν ἡμῖν ὁ τοιοῦτος, πόρρω δὲ τοῦδε τοῦ νόμου καθάπαξ ἀπελαυνέσθω. ὥσπερ γάρ, εἴ τις νομίμῃ συνοικοῦσαν γυναικί, ἄλλας ἐπεισαγαγεῖν οὐκ ἂν δύναιτο τοῦ συνοικεσίου συνεστῶτος, καὶ ἐξ αὐτῶν νομίμως παιδοποιεῖσθαι, οὕτως οὐδὲ μετὰ τὴν γνωριζομένην τῷ νόμῳ καθ' ὃν εἰρήκαμεν τρόπον παλλακὴν καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνης παῖδας δώσομεν, εἰ καί τι πάρεργον ἡδονῆς ἄλλο ποιήσαιτο, καὶ τοῦτο εἰς τὴν διαδοχὴν εἰσάγεσθαι τὴν αὐτοῦ, εἰ τελευτήσειεν ἀδιάθετος. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο νομοθετήσαιμεν, ἀδιάκριτα μὲν ἔσται τὰ τῶν γυναικῶν, τίνος μᾶλλον, ἢ τίνος ἕκαστον ἐρᾷ, ἀδιάκριτα δὲ τὰ τῶν παίδων. καὶ ἡμεῖς οὐ δίδομεν τοῖς ἀσελγαίνουσιν, ἀλλὰ τοῖς σωφρονοῦσι τὸ νόμιμον. Οὐ διαφερόμεθα δὲ περὶ τῶν παίδων, εἴτε ἄρρενες, εἴτε θήλειαι καθεστήκοιεν. ὥσπερ γὰρ ἡ φύσις οὐδὲν περὶ τὰ τοιαῦτα τεχνολογεῖ, οὕτως οὐδὲ ἡμεῖς ἄλλον ἐπ' ἀρρένων καὶ ἄλλον ἐπὶ θηλειῶν κατὰ τοῦτο τίθεμεν νόμον. Κρατήσει δὲ καὶ οὗτος ὁ νόμος ἡμῖν ἐπὶ τοῖς ἑφεξῆς, καὶ μάλιστα πάντων οὗτος. ἐπειδὴ γὰρ παρὰ τὸ κεκραιηκὸς οὐκ ὀρθῶς ἄνωθεν πολλά τε ἐπηνώρθωσε καὶ εἰσηγήσατο, καὶ τὸ προειληφὸς οὐκ ἂν ἐκ τοῦ μήπω γεγονότος κανονίζοιτο, ταῦτα ἡμῖν περὶ τῶν εἰρημένων διαδοχῶν νενομοθετήσθω.

matrimonium, insuper ducere, et ex illis legitime liberos procreare nequit, ita nec post concubinam lege probatam, quemadmodum diximus, liberosque ex illa susceptos permittemus. si alios per libidinem insuper procreaverit, ut illi ad successionem eius admittantur, si intestatus fuerit mortuus. Nisi enim hoc constituamus, dubium erit, quam ex mulieribus magis aut minus amaverit, nec distincta quoque erunt ea, quae ad liberos pertinent. Et nos non luxuriose, sed caste viventibus legem damus. Non autem distinguimus in liberis, sive masculi sint, sive feminae. Quemadmodum enim natura nihil circa illa distinguit, ita nec nos hac in re aliam masculis, aliam feminis legem ferimus. Obtinebit itaque haec lex in futurum, et omnium maxime haec lex. Quoniam enim praeter id, quod olim non recte obtinuit, multa emendavit et introduxit, et id, quod praeteriit, regulae, quae nondum exsistit, subiici nequit, haec a nobis de dictis successionibus sancita sint.

Κεφ. ϛ'.[a])

Κἀκεῖνο δὲ καλῶς ἔχειν φήθημεν τῷδε περιλαβεῖν τῷ νόμῳ. τῶν γὰρ ἔμπροσθεν νόμων βουλομένων ἐπὶ τῶν συνεισφορῶν, εἰ μὲν διαθήκης χωρὶς τελευτήσειεν οἱ γονεῖς, τὰς συνεισφορὰς κατὰ τὴν αὐτῶν δύναμιν γίνεσθαι, εἰ δὲ ἐπὶ διαθήκαις, μηδὲν ἀπόντες περὶ αὐτῶν, μὴ χώραν ταῖς συνεισφοραῖς γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ πράγματα ἔχειν τὰ κατὰ προῖκα τυχὸν ἢ καθ' ἕτερον τρόπον διδόμενα, καὶ τῶν καταλελειμμένων ἀντιλαμβάνεσθαι, ἡμεῖς θεσπίζομεν, μὴ εἶναι παντελῶς τοιαύτην πρόληψιν, ἀλλ' εἴτε τις ἀδιάθετος τελευτήσειεν, εἴτε ἐπὶ διαθήκαις (ἐπειδήπερ ἄδηλόν ἐστι μή ποτε ἐκλαθόμενος τῶν δεδομένων, ἢ ὑπὸ τῆς ἐν τῷ θανάτῳ ταραχῆς στενοχωρούμενος οὐκ ἐμνήσθη τούτου), πάντως εἶναι τὰς συνεισφορὰς καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἰσότητα κατὰ τὸ ἤδη διατεταγμένον, εἰ μὴ ῥητῶς ἐπισκήψειεν αὐτὸς βούλεσθαι μὴ γενέσθαι συνεισφοράν, ἀλλ' ἔχειν τὸν ἀναγκαζόμενον ἐκ τοῦ νόμου συνεισενεγκεῖν καὶ τὸ ἤδη δεδομένον, καὶ τοῖς ἐκ τῆς διαθήκης χρῆσθαι δικαίοις. πάντων τῶν ἔμπροσθεν περὶ συνεισφορῶν ἡμῖν νενομοθετημένων ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν μενόντων ἰσχύος. Κεφ. ζ.

Cap. VI.

Illud quoque hac lege complecti pulcrum duximus; quum enim prioribus legibus constitutum esset de collationibus, ut, si parentes intestati moriantur, collationes secundum vim suam fierent, sin vero testamento facto nihil de illis dixerint, collationibus locus non esset, sed res dotis vel alio nomine datae retinerentur et relicta vindicarentur, nos sancimus, ne talis praesumtio ullo modo locum habeat, sed sive quis decedat intestatus, sive testatus (quoniam incertum est, oblitusne eorum, quae data sunt, an perturbationem mortis pressus mentionem illius rei non fecerit), omnino collatio aequaliter fiat, uti iam constitutum est, nisi ille expresse disposuerit, se collationem fieri nolle, sed eum, qui a lege conferre cogitur, habere et id, quod datum est, et iuribus testamento delatis frui. Omnia autem, quae antea a nobis de collationibus sancita sunt, in suo robore maneant.

Cap. VII.

dente concubina, morte forsan aut divisione, filii domi sint; tunc enim damus eis ab intestato duarum unciarum successionem. Si autem confusa concupiscentia ita fiat, ut alias superinducat priori concubinae, et multitudinem habeat concubinarum fornicantium (sic enim dicere melius est), et ex eis filios faciens moriatur, multas simul relinquens concubinas, odibilis quidem nobis est iste, qui talis est, procul autem omnibus modis ab hac lege expellatur. Sicut enim quis legitimae uxori coniunctus alias superinducere non poterit matrimonio consistente, et ex eis legitime filios procreare, sic neque post cognitam, quemadmodum diximus, concubinam et ex illa filios dabimus, si aliud opus libidinis egerit, etiam hoc ad successionem eius introduci, si mortuus fuerit intestatus. Nam si hoc non constituimus, indiscretae erunt mulieres, quam magis, aut quam minus amaverint, indiscreti etiam filii, et nos non praebemus luxuriantibus, sed caste viventibus legem. Non autem distinguimus de filiis, sive masculi, sive feminae sint. Sicut enim natura nihil circa hoc arte ratiocinatur, ita nec nos alteram in masculis, et alteram in feminis secundum hoc ponimus legem. Valebit itaque haec lex nobis in futuris, et maxime omnium haec, quoniam earum, quae dudum non recte tenebant plurima et emendavit et explanavit, et quod praeteriit non potest ab ea, quae nondum erat, regulae subiici. Haec a nobis de praedictis successionibus sunt sancita.

Cap. VI. Illud quoque bene se habere credimus hac lege complecti. Prioribus enim legibus volentibus, in collationibus, si quidem sine testamento morerentur parentes, collationes secundum earum virtutem fieri, si vero testati, nihil dicentes de eis, locum non fieri collationibus, sed res habere per dotem forte aut alio modo datas, et quae sunt relicta defendere, nos sancimus, non esse omnino talem opinionem, sed sive quispiam intestatus moriatur, sive testatus (quoniam incertum est, ne [1]) forsan oblitus datorum, aut [2]) praeimmultu mortis angustatus [3]) huius non est memoratus), omnino esse collationes et exinde aequalitatem, secundum quod olim dispositum est, nisi expressim desiguaverit ipse, se velle non fieri collationem, sed habere eum, qui cogitur ex lege conferre, et quod iam datum est, et ex iure testamenti; omnibus, quae prius de collationibus a nobis sancita sunt in sua virtute manentibus.

Cap. VII.

[a]) *Bas. XLI. 7. 37. Schol. m. n.*

[1]) [2]) *Trid., Cont.* num — an *Port.* — [3]) *Trid.*; angustiatus *Cont.*

Κεφ. ζ.

Καὶ τὸ πολλάκις δὲ ἡμῖν δικαζουσι παρασιὰν ναγκαῖον ἐνομίσθη [1]) νῦν μέρος γενέσθαι τοῦ παροντος νόμου. πολλάκις γαρ τινες πλειόνων παίδων καθεστῶτες γονεῖς, εἶτα δοκοῦντες εὐθὺς τὰ πράγματα διαιρεῖν, ὅπως ἂν ἀδελφικῆς αὐτοὺς ἀπαλλάξαιεν ἔριδος, εἰς μείζους ἔτι καὶ χαλεπωτέρας αὐτοὺς φιλονεικίας ἐξάγουσι. δέον γάρ, εἴπερ τοῦτο ἐβούλοντο, ῥητῶς ἅπαντα διελεῖν ἐν ταῖς διαθήκαις ταῖς ἑαυτῶν, ἢ εἰ μὴ τοῦτο, μερίδας γοῦν ποιήσασθαι, καὶ ὑποσημήνασθαι [2]) ταύταις, καὶ οὕτως ἀναμφισβήτητον δοῦναι τοῖς παισὶ τὴν διαίρεσιν. οἱ δὲ οὐ τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλὰ μέρος μὲν δι' ἑαυτῶν αὐτοὶ γράφουσι καὶ οὐδὲ τοῦτο συνεχές, ἀλλ' ἴσως παρεγγεγραμμένον ἑτέρου τινὸς γράμμασι, καὶ ἐν ἀπογραφῇ τινὶ παρεῤῥιμμένη καὶ φυλακῆς οὐδεμιᾶς ἠξιωμένῃ κείμενον, τὸ δὲ λειπόμενον μέρος οὐκ ἔτι τῆς ἐκείνων ἐσὶ χειρός, ἀλλ' ὑπογραφέως τινὸς ἴσως διαφθαρέντος ἢ καὶ τοῦ τυχόντος. κἀντεῦθεν αὐτοῖς δικῶν ἀφορμαὶ μυρίαι, πότερον ταῦτα γνώμῃ πέπραχται τοῦ πατρός, ἢ τινος ἐσὶν ἔριδός τε καὶ φιλονεικίας τεχνίτου ἔργάτου, καὶ πρὸς τινος ἰωμερῶν χάριν γεγραφότος. Ταῦτα ἡμεῖς ἐνοχλεῖν τοῦ λοιποῦ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους οὐ βουλόμενοι, θεσπίζομεν [a]), εἴ τις βούλοιτο τὰ οἰκεῖα πράγματα τοῖς παισὶ διελεῖν, ἢ πάντα, ἢ καί τινα τυχὸν καταλιπεῖν ἐξαίρετα, ταῦτα μάλισια μέν, εἰ δυνατὸν εἴη, λεγέτω ἐν τῇ διαθήκῃ, καὶ ἀναμφισβήτητον διδότω τοῖς παισὶ τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν. εἰ δὲ τοῦτο οὐ πράττοι διά τινας ἀνάγκας, αἳ πολλαὶ περιεστᾶσιν ἀνθρώπους, ἀλλ' ἔξεστι νεμήσεις ποιήσασθαι τῶν πραγμάτων, ἅπερ ἂν διανεμηθῆναι βουληθείη, καὶ ὑποσημήνασθαι πᾶσαις ἢ αὐτόν, ἢ τοὺς παῖδας ἅπαντας ὑπογράψαι παρασκευάσαι [3]), ὧν μεταξὺ τὰ πράγματα διαιρεῖ, κἀντεῦθεν τῷ πράγματι δοῦναι πίστιν ἀναμφισβήτητον. καὶ τὸ κατὰ τοῦτο γινόμενον τὸ σχῆμα κυρίων τε ἔστω καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἑτέρας οὐ δεόμενον ἀσφαλείας. Εἰ δέ τις τοῦτο οὐ πράξειεν, ἀλλὰ διεσκεδασμένην οὕτως καὶ ἐν τοῖς πλείστοις ἀμάρτυρον ὑπογραφὴν ποιήσαιτο, ἴστω μηδὲν ἐντεῦθεν τοῖς παισὶ παρέξων ὄφελος, ἀλλ' ὡς οὐδενὸς γενομένου διαῤῥήσονται τὴν οὐσίαν οἱ παῖδες ταῖς ἀδήλοις καὶ κατὰ τὸ πλεῖστον ἁμαρτύροις γραφαῖς οὐκ ἀκολουθοῦντες, οὐδὲ τῶν τὴν ὑπόθεσιν κρινόντων (οὓς δὴ τοῦ familiae herciscundae καλοῦσιν οἱ νόμοι δικασιας) ἔπεσθαι τούτοις ἀναγκαζομένων. Δεῖ

Cap. VII.

Et quod saepe nobis indicantibus placuit, id ut pars fieret praesentis legis necessarium credidimus. Saepe enim quidam, qui plurium liberorum parentes sunt, et qui celeriter bona dividere videntur, ut fraterna eos discordia liberent, in maiores et graviores contentiones eos deducunt. Quum enim, si id velint, expresse omnia in testamentis suis dividere, vel si id nolint, partes facere iisque subscribere oporteret, et sic liberis non controversiam dare divisionem, illi id non faciunt, sed partem quidem ipsi scribunt, eamque non continuam, sed fortasse alterius cuiusdam manu interscriptam, et in schedulam reiectitiam et nulla custodia dignam coniectam, reliqua vero pars manus illorum non est, sed scribae fortasse cuiusdam corrupti, vel etiam alius cuiuslibet, indeque illis litium causae innumerae, cum non liqueat utrum haec voluntate patris facta sint, an cuiusdam, qui litem et contentionem dolose movere voluerit, et in favorem unius partis scripserit. Nos, quum haec in posterum subditis nostris molestiam afferre nolimus, sancimus, ut, si quis velit bona sua inter liberos distribuere, vel omnia, vel etiam praecipua quaedam relinquere, illa praecipue si fieri potest, in testamento exprimat, sicque liberis non controversam eorum praebeat utilitatem. Sin vero propter quasdam necessitates, quarum multae homines circumdant, id non faciat, ei tamen divisiones rerum earum, quas dividi voluerit, facere, et omnibus vel ipse subscribere, vel ut omnes liberi, inter quos res distribuit, subscribant efficere, atque ita negotio illi indubitatam fidem conciliare licebit. Et quod secundum hanc formam fit ratum sit atque firmum, nec alia cautione egeat. Quodsi vero quis id non faciat, sed ita dispersam et maximam partem testibus carentem subscriptionem fecerit, sciat, se nihil utilitatis inde liberis praebiturum, sed perinde, ac si nihil actum esset, liberi substantiam dividant, incertas et ut plurimum sine testibus factas scripturas non sequentes, neque ii, qui de causa iudicant (quos iudices familiae herciscundae leges vocant) ut illas sequantur eos cogent. Accurate enim prospiciendum est securitati liberorum, nec hoc quidem muniendum illud vero in errore relinquendum, quod difficilioribus et inexplicabilibus, saepe etiam in accusationes desinentibus causis ansam praebet. De successionibus igitur, et collationibus, et reliquis, de quibus dictum est, huc usque sancitum esto.

Cap. VIII

Cap. VII. Et quod saepe nobis indicantibus placuit, necessarium credimus nunc partem fieri praesentis legis. Frequenter enim quidam plurimorum filiorum constituti patres, deinde putantes mox substantiam dividere, ut a fraterno certamine eos praeservent, ad maiores adhuc et saeviores eos contentiones adducunt. Quum enim oporteret, si hoc vellent, aut aperte omnia dividere in testamentis suis, aut si non hoc vellent, partes [4]) facere, et eas subscribere, et sic indubitatam dare filiis divisionem, at illi non hoc faciunt, sed partem quidem aliquam per se ipsi scribunt, et neque hanc [5]) continue, sed forte interscriptam alterius cuiuspiam literis, et in descriptione [6]) abiecta, et nulla custodia digna positam [7]), residuus vero pars nequaquam illorum est manus, sed subscriptoris cuiuspiam forte corrupti, aut cuiuscunque, et hinc illis litium occasiones decies millies, utrum haec voluntate gesta sint patris, an alicuius artificis operarii certaminis et contentionis, et ad favorem partis alicuius scribentis. Haec nos molestare de cetero nostros subiectos nolentes, sancimus, si quis voluerit suas res filiis dividere aut omnes, aut etiam aliquas forte reliquere praecipuas, has maxime quidem, si possibile est, dicat in testamento, et indubitatam det filiis hinc utilitatem. Si autem hoc non agat propter aliquas necessitates, quae plurimae circumassistunt hominibus, licet tamen descriptiones facere rerum, quas partiri voluerit, et subscribere omnibus aut ipsum, aut filios universos subscribere procurare [8]), inter quos res dividet, et ex hoc causae dare indubitatam fidem, et quod secundum hanc fit speciem, ratum sit atque firmum aliaque cautela non indigens. Si vero aliquis hoc non egerit, sed dispersam sic, ut plerumque, sine testimonio subscriptionem fecerit, sciat, nihil hinc filiis sese praebiturum utilitatis, sed quasi nihil sit factum, dividentibus substantiam filii, incertas et plerumque sine testimonio conscriptiones non sequentes, neque iudicibus causae, quos iudices familiae erciscundae leges appellant, has sequi cogendis. Oportet

---

[a]) *Haec pars huius cap. usque ad verba* δεόμενον ἀσφαλείας *recepta est in Bas. XXXV. 20. 1.*

[1]) νενόμισται *Hal.* — [2]) ὑπομηνύεσθαι *Hal.* — [3]) *Hal., Vulg.;* παρασκευάσας *Scrimg., Bas.* — [4]) aut si non hoc, vel partes *Trid.* — [5]) habere *add. Trid., Port.* — [6]) [7]) et inscriptione — posita *Trid., Port.* — [8]) *Port.;* praeparare *Trid., Cont.*

Δεῖ γὰρ προνοεῖν ἀκριβῶς τῆς τῶν παίδων ἀσφαλείας, καὶ μὴ τὸ μὲν ἀσφαλίζεσθαι, τὸ δὲ καταλιμπάνειν πλανώμενον, δυσκολωτέρων ἔτι καὶ ἀλύτων πολλάκις δὲ καὶ εἰς ἐγκλήματα φερουσῶν αἰτιῶν ἀφορμὴν παρεχόμενον. Περὶ μὲν οὖν διαδοχῶν τε καὶ συνεισφορῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν προειρημένων μέχρι τοῦδε νενομοθετήσθω.

Κεφ. η'.

Ἡ δὲ περὶ τὴν ἀγνωμοσύνην γινομένη παρά τινων σπουδὴ ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐποίησε τὴν τοῦ δήμου πάλαι [1]) νομοθεσίαν ἀποδέξασθαι, ἣν διά τινος τῶν οἰκείων ἔγραψε δημάρχων, τὴν τοῦ Ἀκουϊλίου προσηγορίαν ἐξ ἐκείνου δεξαμένην, καθ' ἣν ἐξ ἀρνήσεως διπλαῖς ὑπέβαλε ταῖς εἰσπράξεσι τοὺς ἀγνωμονεῖν τε καὶ ἀρνεῖσθαι πειρωμένους, ὅπου γε δὴ καὶ ἄλλαι τινὲς ἀγωγαὶ πρὸς τὴν αὐτὴν ὥρμησαν τάξιν. ἀλλ' ἡ κατὰ μικρὸν δοκοῦσα φιλανθρωπία λέληθε τὴν τῶν πονηροτέρων ἀγνωμοσύνην ἐκθρέψασα. Διὸ δὴ καὶ ἡμῖν ἀναγκαίως ἔδοξεν ἔχειν τὰς ἀπρεπεῖς τε καὶ οὐκ εὐσχήμονας τῶν ἀρνήσεων τῇ ῥᾳθείσῃ ζημιῶσαι ποινῇ [a]). Εἰ γὰρ προφέροιτό τινος συγγραφή, ὁ δὲ αὐτὴν ἐξαρνοῖτο καὶ ταῦτα γράμματα ἔχουσαν αὐτοῦ, ὡς ἀναγκασθήναι τὸν διώκοντα πράγματα ὑπομεῖναι περὶ τὴν σύστασιν αὐτῆς, ἢ τὰ μὲν γράμματα δέχοιτο, φήσοι δὲ μὴ καταβεβλῆσθαι τὸ χρέος αὐτῷ, καὶ συσταίη τούτῳ νομίμοις τρόποις ὁ διώκων, τὴν καταδίκην κατ' αὐτοῦ διπλασίαν ἑφ' ἑκατέρου θέματος γίνεσθαι θεσπίζομεν οὐχ ὅτι τοῖς πικροτέροις τῶν νόμων ἡδόμεθα, ἀλλ' ὅτι τὰς δίκας διὰ τούτων ἐλάττους ἀποτελοῦμεν. ὥστε τῷ δέει τῆς ποινης θᾶττον αὐτοὺς λέγειν, ἅπερ ὁμολογεῖν προσήκει. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν τοιούτων πᾶσι τρόποις τὰς καταδίκας τοῦτον βουλόμεθα φέρεσθαι τὸν τρόπον, καὶ εἴ παρὰ ταῦτά τι πραξειε δικαστής, γινωσκέτω, ὡς παραβαίνων τὸν νόμον αὐτὸς ἐνέξεται ταῖς ἐντεῦθεν ποιναῖς. Ταῦτα δὲ φαμέν, εἰ μὴ περὶ τὰς ἀποδείξεις ὁ διώκων ἀπειπὼν ὅρκῳ τοῦ φεύγοντος τὴν μέχρι νῦν ἄρνησιν λυθῆναι βουληθείη. εἰ γάρ τι τοιοῦτο πράξειεν, εἰ μὲν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς μετὰ τὴν ἄρνησιν ἐπαγάγοι τὸν ὅρκον, κἀκεῖνος εὐθὺς ὁμολογήσειε τὸ εἰς ἄρνησιν ἐνεχθέν, ἀκινδύνως τό γε εἰς τὸ διπλάσιον ἔσται. Εἰ δὲ μακροτέρας γινομένης τῆς δίκης, τηνικαῦτα ὁ διώκων ἐπαγάγοι τὸν ὅρκον, ὁ δὲ καὶ οὕτω τὸ ἐπαγόμενον ὁμολογήσειε, τῆς μὲν τοῦ διπλασίονος αὐτὸν ἐξαιροῦμεν ποινῆς, πᾶσαν δὲ τὴν δαπά-

Cap. VIII.

Studium vero, quo aliqui ad inficiationem feruntur, necessitatem nobis imposuit denuo comprobandi veterem plebis legem a quodam tribuno eius scriptam, quae Aquiliae nomen ab illo accepit, ex qua ob inficiationem poenae dupli eos subiecit, qui tergiversari et inficiari quid conabantur, quum etiam aliae quaedam actiones ad eundem locum tenderent; sed paulatim clementiae opinio imprudens malorum contumaciam aluit. Quapropter et nobis necessarium visum est indecentes et turpes illas inficiationes dicta poena multare. Si quis enim syngrapham alicuius proferat, hic vero eam neget, etsi manum eius prae se ferat, ita ut actor in ea probanda molestiam subire cogatur, aut manum quidem agnoscat, neget vero debitum sibi solutum esse, actorque legitimo modo id probet, sancimus, ut utroque casu in duplum condemnetur, non quod duris legibus delectemur, sed ut lites sic minuamus quo metu poenae citius illi dicant, quae confiteri oportet. In his igitur condemnationes hoc modo fieri volumus, et si iudex adversus haec quid fecerit, sciat, se, si legem transgrediatur, iisdem poenis esse afficiendum. Haec vero dicimus, nisi actor probationibus renuncians iuramento rei inficiationem hactenus factam solvi velit. Si enim tale quid fecerit, siquidem statim ab initio post inficiationem iuramentum deferat, et ille statim id, quod prius inficiatus erat, confiteatur, quantum ad duplum extra periculum erit. Si vero longius protracta lite tum demum actor iuramentum deferat, hic vero etiam sic confiteatur id, quod defertur, poena quidem dupli eum eximimus, actori vero omnes impensas propter probationem hucusque factas iuramento illius definiendas eum, qui initio quidem inficiatus, deinde vero confessus est, solvere iubemus. At si quis numerationem pecuniae factam esse negaverit, deinde vero solutiones a se factas alleget, ne illi ea, quae revera soluta sunt, prosint, sed ut totum debitum ab ipso exigatur, hancque solam sustineat inficiationis poenam, iube-

Oportet enim providere subtiliter cautelae filiorum, et non aliud quidem munire [2]), aliud sub errore relinquere, quod difficilium insuper et insolubilium, crebro etiam crimina ferentium causarum occasionem praestat. De successionibus itaque, et collationibus, et aliis, quae praedicta sunt, usque in hoc sancitum sit.

Cap. VIII. Studium vero malevolentiae, quod fit ab aliquibus, necessariam nobis fecit plebis denuo legislationem approbare, quam per quendam suorum protulit tribunorum, et quae Aquiliae nuncupationem ab illo suscepit, secundum quam pro abnegatione duplicibus subdebat exactionibus malevolentes et abnegare tentantes; ubi etiam aliae quaedam actiones ad eundem coaptatae sunt ordinem. Sed paulatim mutata clementia ablata est, quae consuevit iniquorum enutrire malevolentiam. Quamobrem etiam nobis necessarium visum est indecentes et turpes abnegationes praedictae poenae subiicere. Si enim protulerit aliquis scripturam, alter autem eam negaverit, quum haec litteras eius habeat ita, ut necessitatem patiatur actor causas pati circa probationem eius, aut litteras quidem suscipiat, dicat autem, non solutum debitum sibi, et probaverit hoc legitimis modis actor, condemnationem adversus eum duplicem in utroque casu fieri sancimus, non quia amarioribus legibus delectamur, sed quia lites eorum minores efficimus, quatenus timore poenae citius dicant, quod confiteri competit. In talibus itaque omnibus modis condemnationem hoc fieri volumus modo, et si praeter haec egerit, iudicem scire, quia transcendens legem ipse tenebitur his poenis. Haec autem dicimus, nisi probationibus actor abrenuntians sacramento rei usque nunc abnegationem [3]) factam solvi voluerit. Si enim tale aliquid egerit, si quidem mox ab initio post abnegationem intulerit insiurandum, et ille continuo confessus fuerit quod in negationem deductum erit, sine periculo erit quantum ad duplum. Si vero longiore facta lite tunc actor inferat sacramentum, at ille etiam sic quod infertur profiteatur, de dupli quidem eum eximimus poena, omnes vero expensas, quae usque tunc factae sunt propter probationes, actori, iureiurando eius definitas, exsolvere eum, qui ab initio quidem negavit, postea vero confessus est, iubemus. Si quis autem adnumerationem

---

[a]) *Reliqua pars huius cap. et cap.* 9. *in Bas. XXIII.* 1. 62. *Schol. k. — t. In Schol. k. additur finis cap.* 7. *περὶ μὲν οὖν etc. et prior pars cap.* 8.

[1]) *πάλιν habuisse videtur Vet. Int.; παλαιὰν* [3]) *ad negationem Trid., Port. Schol. Bas.* — [2]) *Ita legendum videtur pro* minuere. —

δαπάνην τὴν μέχρι τότε γενομένην διὰ τὰς ἀποδείξεις τῷ ἐναγοντι [1]), ὅρκῳ τούτου κρινομένην, καταβάλλειν τὸν τὴν ἀρχὴν μὲν ἀρνησάμενον, ὕστερον δὲ ὁμολογήσαντα κελεύομεν. Εἰ δέ τις τὴν ἀρίθμησιν ἐπ' αὐτῶν γενέσθαι τῶν χρημάτων ἀρνησάμενος, εἶτα ὕστερον χρήσαιτο καταβολαῖς παρ' αὐτοῦ γενομέναις, τῷ τοιούτῳ μηδὲν ὄφελος εἶναι τῶν ταῖς ἀληθείαις καταβεβλημένων θεσπίζομεν, ἀλλ' ὁλόκληρον αὐτὸν τὸ χρέος ἀπαιτεῖσθαι κελεύομεν, καὶ ταύτην μόνην ὑπέχειν τῆς ἀρνησεως τὴν ποινήν (τοῦτο ὅπερ καί τις τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων ἔτυχε διαταξάμενος), οὐδενὸς τῶν δικαζόντων οὐδὲ πρὸς τοῦτο ὑποκατακλινομένου, ἀλλὰ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ νόμου φυλάττοντος. Εἰ δὲ καὶ ὁ φεύγων προσκομίσειε γράμματα τοῦ διώκοντος, εἶτα ἐκεῖνος ταῦτα ἀρνηθείη, ὁ δὲ συσταίη τούτοις, μὴ μόνον ἐκεῖνο λογιζέσθω, περὶ οὗ τὰ τῆς ἀρνήσεως ἦν, ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον ἕτερον προσκατατιθέσθω. κἀνταῦθα δὲ ὁ περὶ τῆς τῶν ὅρκων δόσεως ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ ἐναγοντος εἰσαγέσθω λόγος.

iubemus (id quod etiam aliquis ex Imperatoribus, qui ante nos fuerunt, constituit), nec nullus iudex neque hac in re flectatur, sed legem exacte servet. Si vero reus etiam actoris manum proferat, et hic eam inficietur, ille vero eam probet, non id solum, quod negatum fuit, computetur, sed et alterum tantum adiiciatur; hoc autem in casu iuramenti praestandi ratio similiter in actore quoque habeatur.

Κεφ. θ'.

Εἰ δὲ ἡ δίκη πράττοιτο διὰ κηδεμόνων (οἷα καθεστῶσα προσώπων, ἃ κηδεμόνων δεῖται), τὰς τοιαύτας τῶν ἀρνήσεων ποινάς, ὅταν ἐπ' οἰκείοις αὐτῶν τῶν κηδεμόνων γίνοιντο γράμμασι, μὴ κατὰ τῶν κηδεμονευομένων, ἀλλὰ κατ' αὐτῶν φέρεσθαι τῶν τὴν ἀσχήμονά τε καὶ ἀπρεπῆ ταύτην ἄρνησιν ποιησαμένων. Εἰ δέ τις ἑτέρα καταδίκης αὔξησις ἢ εἰς τὸ διπλοῦν, ἢ εἰς τὸ τριπλοῦν, ἢ εἰς τὸ τετραπλάσιον παρὰ τῶν ἀρχαίων νόμων ἢ τῶν βασιλικῶν εἰσῆκται διατάξεων, μενέτω μὲν ἐκείνη κατὰ τὸ οἰκεῖον σχῆμα, καθάπερ αὐτὴν [2]) ἡμεῖς ἐν τοῖς ἡμετέροις Ἰνστιτούτοις καὶ Διγέστοις καὶ τῷ τῶν διατάξεων ἐνομοθετήσαμεν βιβλίῳ, τὸ δὲ νῦν τοῦτο προστήκη τοῖς προτέροις ἔστω.

Cap. IX.

Quodsi lis per curatores agatur (nimirum cum illa ad personas, quae curatores habent, pertinet), eiusmodi inficiationum poenae, quando in propriis curatorum literis fiunt, non iis, qui in cura sunt, sed qui turpiter et indecenter inficiati sunt, irrogentur. Si vero aliud quoddam mulctae augmentum ad duplum, triplum vel quadruplum a veteribus legibus vel principum constitutionibus introductum est, illud quidem in statu suo maneat, quemadmodum id in Institutionibus et Pandectis nostris et constitutionum Codice sancivimus; quod vero nunc constituimus, additamentum sit priorum.

Κεφ. ι'. [a])

Κἀκεῖνο δὲ στασιασθὲν ἐν δικαστηρίοις οἰόμεθα χρῆναι κάλλιον ἧπερ ἅπαντες οἱ πρὸ ἡμῶν διαρθρῶσαί τε καὶ τάξαι. Εἰ γάρ τις ἐγκαλοῖτο πράγματα κατέχειν ἑτέρου, φάσκοι δὲ οὐκ εἶναι τὰ πράγματα ἐκείνου, περὶ οὗ φησὶν ὁ διώκων, ἀναγκασθείη δὲ ὁ τὴν ἀγωγὴν ποιούμενος ἢ συμβολαίοις, ἢ μάρτυσιν, ἢ ἑτέροις πόνοις χρήσασθαι πρὸς τὸ δειχθῆναι τὰ πράγματα ἐκείνου καθεστάναι, εἶτα ὕστερον ὁ μέχρι παντὸς διαρνηθείς, ἐκείνου ταῦτα μὴ γενέσθαι, χρῆ-

Cap. X.

Illud quoque, de quo saepe in iudiciis dissensiones fuerunt, melius, quam factum est ab omnibus, qui ante nos regnarunt, formandum et ordinandum esse putamus. Si quis enim ut rerum alienarum possessor conveniatur, neget vero res, de quibus actor loquitur, illius esse, et is, qui actionem intendit, vel instrumentis, vel testibus, vel alio labore probare cogatur, eas res ad illum pertinere, et deinde is, qui res illius esse constanter negaverat, uti voluerit iuribus ab illo sibi debitis, et dicat,

Sancimus igitur hac sacra lege, ut, quantum ad successionem feminarum, eadem apud Armenios obtineant, quae apud nos, nec ulla sit differentia inter masculum et feminam. sed sicut in nostris legibus constitutum est, quo modo parentes succedant, pater scilicet et mater, avus et avia, ac remotiores, vel etiam qui eos sequuntur, filius scilicet et filia, et quomodo ipsis succedatur, ita et apud Armenios sit, et leges Armeniae a Romanis nihil differant. Si enim ad nostram rempublicam pertinent, et cum reliquis gentibus nobis serviunt, omnibusque, quae nostra sunt, fruuntur, solae illorum feminae ab aequalitate, quae apud nos est, non

Const. XXI.

DE ARMENIIS.

Imp. Iustinianus Aug. Acacio, Proconsuli Armeniae.

Praefatio. Armeniorum regionem bene legibus gubernari volentes, et nihil ab alia nostra differre republica, et administrationibus eam romanis ornavimus, prioribus eam liberantes nominibus, et figuriati Romanorum assuevimus, sanctionesque non alias esse apud eos, quam quas Romani nominant, disposuimus. Et existimavimus, oportere expressa lege illud quoque corrigere, quod male apud eos delinquebatur, et non secundum barbaricam gentem virorum quidem esse successiones, tam parentum, quam fratrum et alterius generis, mulierum vero nequaquam, neque sine dote eas ad viros venire, nec emi a maritis futuris, quod barbarice hactenus apud eos servabatur, non ipsis solummodo haec ferocius sentientibus, sed etiam aliis gentibus ita exhonorantibus naturam et femineum iniuriantibus, genus, tanquam non a deo sit factum, nec serviat nativitati, sed tanquam vile et exhonorandum, et extra omnem competentem honorem [2]).

Cap. I. Sancimus itaque per hanc sacram legem, et apud Armenios haec ipsa tenere, quae et apud nos occasione successionis feminarum, et nullam esse differentiam masculi et feminae, sed sicut in nostris legibus dispositum est, secundum quam figuram heredes exsistant parentum, hoc est patris et matris, et avi et aviae, et adhuc longius, vel eos [3]), qui post ipsos sunt, hoc est filii et filiae, et quemadmodum ipsi hereditatem transmittant, ita et apud Armenios esse, et nihil Armeniorum leges a Romanorum differre. Si enim nostrae

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Versio antiqua, quae in glossatis non est, iam recepta erat in ed. Mogunt.* 1477 sed *obliteratam postea denuo edidit Cont.* 1571. — [b]) *Bas. XLV.* 6. 1.

[1]) *γονεῖς, τοῦτ' ἔστι Hal., Bas.* — [2]) comp. bon. habitum *Bk. ed. ster.* — [3]) vel eorum *Bk. ed. ster.*

ἄλλων ἐθνῶν, καὶ πάντων ἀπολαύουσι τῶν ἡμετέρων, οὐ δή που μόναι παρ' αὐτοῖς αἱ θήλειαι τῆς παρ' ἡμῖν ἰσότητος ἐκβληθήσονται, ἀλλὰ πᾶσιν ἐν ἴσῳ τὰ τῶν ἡμετέρων ἔσται νόμων, ὅσα τε ἐκ τῶν παλαιῶν συνηθροίσαμεν, καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἐτάξαμεν ἰνστιτούτοις τε καὶ διγέστοις, ὅσα τε ἐκ τῆς βασιλικῆς νομοθεσίας τῶν τε ἔμπροσθεν αὐτοκρατόρων καὶ ἡμῶν τε αὐτῶν ἀπογέγραπται.

non excludentur, sed leges nostrae ad omnes aequaliter pertinebunt, tum illae, quas ex veteribus collegimus, et in nostris Institutionibus et Digestis posuimus, tum et quae ex imperialibus legibus, tum Imperatorum, qui ante nos fuerunt, quam nostris, descriptae sunt.

Κεφ. β'.

Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα κρατεῖν εἰς τὸν ἅπαντα θεσπίζομεν χρόνον, ἀρχόμενα ἐκ προοιμίων τῆς παρούσης τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως καὶ αὐτῆς, καθ' ἣν τόνδε γράφομεν τὸν νόμον. τὸ γὰρ καὶ τὰ παλαιότερα περιεργάσασθαι καὶ πρὸς τοὺς ἄνω χρόνους ἀνελθεῖν συγχύσεως μᾶλλον, ἢ νομοθεσίας ἔστίν. ἀλλ' ἐκ τῶν χρόνων, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, τῆς παρούσης τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως καὶ αὐτῆς καὶ κατὰ τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον αἱ διαδοχαὶ μενέτωσαν [1]) ὅμοιαι, τῶν ἐκ πάσης αἰτίας εἰς διαδοχὰς φερομένων ὁμοίως μὲν ἐπὶ γυναικῶν, ὁμοίως δὲ ἐπὶ ἀνδρῶν τοῦ λοιποῦ φυλαττομένων. Τὸ δὲ ἔμπροσθεν γενόμενον ἅπαν μένειν ἐπὶ τοῦ προτέρου σχήματος ἐῶμεν, εἴτε ἐπὶ γενεαρχικῶν, εἴτε ἐπὶ τῶν ἄλλων γέγονεν, οὐδ' ὁτιοῦν ἐπικοινωνούντων τῶν θηλειῶν προσώπων ἐπὶ τοῖς ἤδη διανεμηθεῖσι γενεσιαρχικοῖς [2]) χωρίοις ἢ ταῖς γενομέναις διαδοχαῖς μέχρι τῆς τριςκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως καὶ αὐτῆς, ἀλλ' ἐκ τοῦ ῥηθέντος χρόνου, τουτέστιν ἀπὸ τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως, κρατεῖν τὰ παρ' ἡμῶν νομοθετηθέντα θεσπίζομεν.

Cap. II.

Sancimus igitur, ut haec omnia in omne tempus valeant, atque ab initiis huius ipsius decimae quartae indictionis, qua hanc legem scribimus, incipiant. Antiqua enim curiose scrutari, et ad superiora tempora ascendere confusionis potius est, quam legislationis. Sed, uti diximus, a tempore huius ipsius decimae quartae indictionis ac in omne futurum tempus successiones maneant similes, et quae quacunque de causa ad successiones pertinent, aequaliter tam in feminis quam in masculis in posterum observentur. Quod vero ante factum est, id omne in priore statu manere permittimus, sive in genearchicis, sive in ceteris factum est; et femininae personae nihil plane commune habeant cum genesiarchicis praediis iam divisis, vel successionibus, quae usque ad ipsam decimam tertiam indictionem fuerunt. sed ex dicto tempore, hoc est a decima quarta indictione, ut valeant, quae a nobis constituta sunt, sancimus.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασιάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια καὶ οἱ μετ' κυτὴν τῆς ἀρχῆς ἀντιλήψόμενοι παραφυλάττειν εἰς τὸ διηνεκὲς σπουδασάτωσαν. Dat. XV. Kal. April. Constantinop. post Belisarii V. C. consul. [536.]

Epilogus.

Quae igitur placuerunt nobis et sacra hac lege declarata sunt magnificentia tua et qui post eam magistratum susceperunt in perpetuum observare studeant.

Dat.

---

nostrae reipublicae sunt, serviuntque nobis cum aliis gentibus, et omnibus nostris fruuntur, nequaquam solae apud eos feminae nostra aequitate repellentur, sed omnibus sub aequitate nostrae erunt leges, quascunque et ex veteribus collegimus et in nostris posuimus Institutis atque Digestis, et quaecunque ex imperiali legislatione tam priorum Imperatorum quam nostra conscriptae sunt.

Cap. II. Haec igitur omnia valere per omne tempus sancimus, incipientia a principiis praesentis quartae decimae indictionis, et huius, secundum quam hanc scripsimus legem. Nam et antiquiora perscrutari, et ad superiora tempora ascendere confusionis magis, quam legislationis est; sed ex temporibus, sicut praediximus, praesentis quartae decimae indictionis tantum, et in subsequente universo tempore successiones maneant similes, ex omni causa, quae in successionibus relata est, similiter in mulieribus, similiter in viris de cetero servandae. Quod autem prius factum est omne manere in priori figura sinimus, sive in progenitorialibus, sive in aliis factum est, nihil omnino communicantibus femineis personis super iam divisis progenitorialibus praediis, aut factis successionibus usque ad tertiam decimam indictionem et hanc, sed ex memorato tempore, hoc est quarta decima indictione, valere quae a nobis sunt legislata sancimus.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem tua magnificentia et qui post eam administrationem susceperint, in perpetuum custodire festinent. Dat. XV. Kal. April. Constantinop. post Belisarii V. C. consul. [536.]

---

[1]) μὲν ἔστωσαν Hal. — [2]) ἤδη δι' ἀναίσθησιν γενεαρχικοῖς Hal.

Δ Ι Α Τ Α Ξ Ι Σ κβ'. [a])

Περὶ τῶν δευτερογαμούντων.

(Coll. IV. tit. 1.)

Ο αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ παιρικίῳ.

Προοίμιον.

Πολλοὶ μὲν ἤδη καὶ ποικίλοι τέθεινται νόμοι παρ' ἡμῶν, καὶ ἑκάστῳ μέρει τῶν πρότερον ἡμῖν νομοθετηθέντων μὲν ἢ διαταχθέντων, δοξάντων δὲ ἡμῖν ἔχειν οὐκ ὀρθῶς, τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω διδύντες ὁδόν, καὶ ἐφηγούμενοι τοῖς ὑπηκόοις ὃν προσήκει διαζῆν τρόπον, τὸ δὲ δὴ νῦν τοῦτο τὸ παρ' ἡμῶν γινόμενον νόμος τις ἐστὶ κοινός [1]), τῷ πάντων καιριωτάτῳ [2]) τῶν πραγμάτων τὴν προσήκουσαν τάξιν ἐπιτιθείς. Εἰ γὰρ ὁ γάμος οὕτως ἐστὶ σεμνόν, ὡς τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει δοκεῖν ἀθανασίαν ἐπιτεχνητὴν εἰσηγεῖσθαι, καὶ ἐκ τῆς παιδοποιΐας ἀνανεούμενα τὰ ἔνη μένει διηνεκῆ, τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας καθ' ὅσον ἐστὶ δυνατὸν τῇ καθ' ἡμᾶς τὸ ἀθάνατον χαριζομένης φύσει, εἰκότως ἡμῖν περισπούδαστα τὰ περὶ τῶν γάμων ἐστί. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῶν νομοθετηθέντων οὐ πᾶσι προσήκει οὔτε ἀνθρώποις, οὔτε πράγμασιν, οὔτε καιροῖς, τὸ δὲ περὶ τῶν γάμων σπουδασμα πάσης ἐστὶν, ὡς εἰπεῖν, τῆς ἀνθρωπίνης γονῆς. ἐξ οὗ καὶ ἀνανεοῦσθαι μόνου, καὶ πλείονος τῶν ἄλλων φροντίδος καθέστηκεν ἄξιον. Ἦν μὲν οὖν παλαιότης οὐ σφόδρα τὰ περὶ τῶν προτέρων ἢ τῶν δευτέρων περιεργάζετο γάμων, ἀλλ' ἐξῆν καὶ τοῖς πατράσι καὶ ταῖς μητράσιν εἰς πλείους ἀφικνεῖσθαι γάμους, καὶ κέρδους οὐδενὸς ἀφαιρεῖσθαι, καὶ τὸ πρᾶγμα ἦν ἐν ἁπλότητι συγκεχυμένον [3]). Ἐκ δὲ τῶν τοῦ μείζονος Θεοδοσίου χρόνων πλείων φροντὶς γέγονε τῆς περὶ ταῦτα τυχνολογίας, ἕως περιελθοῦσα διὰ τῶν ἐφεξῆς βασιλέων εἰς Λέοντα τὸν τῆς εὐσεβοῦς μνήμης ἀφίκετο, ἄνδρα γενναίως τε καὶ ἐνδοξικῶς καὶ τὰ περὶ τούτων κατὰ τὸ πλεῖστον νομοθετήσαντα. ἡμεῖς δέ γε ἐν τῇ τῶν διατάξεων συνθήκῃ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα περὶ τούτων διωρίσαμεν, ᾠήθημεν δὲ χρῆναι νῦν, βουλαῖς τελειοτέραις τὸ πρᾶγμα κατασκευάσαντες, καί τινα ἐπανορθώσαι οὐ τῶν ἄλλων μόνον, ἀλλ' ἤδη [4]) καὶ τῶν παρ' ἡμῶν αὐτῶν νομοθετηθέντων. οὐ γὰρ ἐρυθριῶμεν, εἴτι κάλλιον, καὶ ὧν αὐτοὶ πρότερον εἴπομεν, προεξεύροιμεν,

Novella XXII.

DE HIS, QUI SECUNDAS NUPTIAS CONTRAHUNT.

Idem Imperator Ioanni, gloriosissimo per Orientem sacro Praetorio iterum Praefecto, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Multae quidem et variae iam a nobis latae sunt leges, quae singulatim ea, quae antea a nobis sancita sunt aut constituta, non autem recte se habere nobis videbantur, emendant, et subditis, quo modo illis vivendum sit, exponunt, quod vero nunc a nobis fit, communis quaedam lex est, quae rei omnium praestantissimae convenientem modum tribuit. Nam si matrimonium res est adeo veneranda, ut humano generi artificialem immortalitatem conferre videatur, et si per liberorum procreationem renovata genera perpetuo manent, dei clementia immortalitatem naturae nostrae, quoad eius fieri potest, largiente, merito nobis magnae curae sunt nuptiae. Reliqua enim, quae sancita sunt, nec omnibus hominibus, neque rebus, neque temporibus conveniunt, studium vero, quod nuptiis impenditur, totius est, ut ita dicamus, humani generis, per quod etiam solum renovatur, et maiore, quam reliqua, cura dignum est. Antiquitas igitur de primis aut secundis nuptiis non admodum curiose egit, sed patribus et matribus ad plures nuptias venire licebat, nulloque lucro privari; et res in simplicitate confusa erat. A temporibus autem Theodosii maioris maior fuit hanc rem artificiose tractandi cura, donec illa per sequentes Imperatores ad Leonem piae memoriae pervenit, virum, qui egregie et ut virum decet etiam de his praecipue leges tulit. Nos quoque in constitutionum compositione multa quidem et alia de his diximus, attamen quum consiliis perfectioribus rem consideraremus, quae dam non solum in iis, quae ab aliis, sed et quae a nobis ipsis iam sancita fuerunt, nunc corrigenda esse putavimus. Non enim nos pudet, si quid pulchrius illis, quae ipsi antea diximus, inveniamus, id lege sancire, et priorem ut decet sponte emendare, non autem donec lex ab aliis emendetur exspectare.

Cap. I.

Gl. Const. XXII.

DE NUPTIIS.

(Coll. IV. tit. 1.)

Idem Imperator Ioanni, gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. Plurimae quidem iam variaeque positae sunt leges a nobis unicuique parti prius a nobis sancitorum quidem aut dispositorum, visorum autem nobis habere non recte, ad meliora dantes viam, et exponentes subiectis, quo competat degere modo, hoc autem, quod nunc a nobis fit, lex quaedam est communis omnibus et [5]) propria, rebus competentem ordinem ponens. Si enim matrimonium sic est honestum, ut humano generi videatur immortalitatem artificiose introducere, et ex filiorum procreatione renovata genera manent, ingiter dei clementia, quantum est possibile, nostrae immortalitatem donante naturae, recte nobis studium est de nuptiis. Alia namque omnia, quae sancita sunt a nobis, non omnibus competunt nec hominibus, nec rebus, nec temporibus, studium vero nuptiarum totius est, ut ita dicatur, humanae sobolis, ex quo etiam renovatur solo, et ampliore, quam alia, sollicitudine dignum est. Antiquitas equidem non satis aliquid de prioribus aut secundis perscrutabatur nuptiis, sed licebat et patribus et matribus et ad plures venire nuptias, et lucro nullo privari, et causa erat in simplicitate confusa. Maioris autem Theodosii temporibus amplior sollicitudo facta est circa huius rei tractatum, donec circumiens per ceteros Imperatores in Leonem piae memoriae pervenit,

---

a) *Hal. et Scrimg.* — *Plurima huius novellae capita sunt in Bas.* — *Iulian. Const.* 36. — *Versio est vetus glossata.*

1) καινὸς *Hal.* — 2) *Cod. Ven. et Vat.* (*cf. Heimbach l. c. p.* 340.), *Scrimg.*; κυριωτάτῳ *Hal.* — 3) *Cod. Ven. et Vat.* (*cf. Heimbach ibid.*), *Scrimg.*; συγχεόμενον *Hal.* — 4) ἀλλὰ δὴ *Hal.* — 5) et *om. Cod. Hamb., Trid.*

ροιμεν, τοῦτο νομοθετεῖν, καὶ τὴν προσήκουσαν τοῖς πρότερον δευτέραν ἐπιτιθέναι διόρθωσιν οἴκοθεν, ἀλλὰ μὴ παρ' ἑτέρων ἀναμένειν ἐπανορθωθῆναι τὸν νόμον.

Κεφ. α'.

Δύο τοίνυν ταῦτα προειρῆσθω τοῦδε τοῦ νόμου. Καὶ πρῶτον ἐκεῖνο, τὸ πάντα μέν, ὁπόσα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν νενομοθέτηται εἴτε παρ' ἡμῶν, εἴτε παρὰ [1]) τῶν πρὸ ἡμῶν, ταῦτα κρατεῖν ἕκαστον καιὰ τοὺς οἰκείους [2]) χρόνους, οὐκ ἔχοντα οὐδένα ἐκ τοῦ παρόντος νόμου καινισμόν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν οἰκείων θεμάτων κρατοῦντα καὶ πολιτευόμενα, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἐκβάσεις ἐκ τῶν ἤδη τεθέντων [3]) ἀναμένοντα νόμων, καὶ οὐδὲν κοινωνοῦντα τῷ παρόντι νόμῳ. τὸν δὲ παρόντα νόμον ἐκ τοῦ νῦν κρατεῖν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐσομένοις θέμασι, καὶ ἐπὶ πάντων τῶν μετὰ ταῦτα γάμων, εἴτε προτέρων, εἴτε τῶν ἐφεξῆς, ἐπί τε τῶν ὕστερον ἐσομένων εἴτε γαμικῶν κερδῶν, εἴτε διαδοχῶν ἐκ τῶν παίδων. καὶ γὰρ τὸ μὲν προειλῆφὸς ἅπαν τοῖς ἤδη γεγραμμένοις καταλιμπάνομεν νόμοις, τὸ δὲ μέλλον διὰ τοῦ παρόντος ἀσφαλιζόμεθα νόμου, ὥστε εἴτε πρῶτοι, εἴτε δεύτεροι γεγόνασι γάμοι, εἴτε τοῖς γονεῦσι διαδοχαὶ τῶν ἐκ τοῦ πρώτου γάμου παίδων, εἴτε κέρδη ἐκ προικῴων, ἢ προγαμιαίων δωρεῶν, ἢ ἐξ ἄλλης αἰτίας, εἴτε ὄντων ἐκ τοῦ δευτέρου γάμου παίδων, εἴτε καὶ μή, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ταῦτα παραφυλαττέσθω καιὰ τοὺς ἑαυτῶν ἕκαστα χρόνους. καὶ ἀπολαυέτωσαν οἵτε ἄνδρες αἵτε γυναῖκες τῆς ἔμπροσθεν νομοθεσίας, εἴτε πρὸς δευτέρους ἐλθοιεν γάμους, εἴτε καὶ μέχρι τῶν πρώτων ἔστησαν· εἴτε διεδέξαντο τοὺς παῖδας, εἴτε τι τῶν πάντων ἔπραξαν τοῖς πρότερον ἀκολουθοῦντες [4]) νόμοις. τοὺς γὰρ ἐκείνοις πισιεύσαντας καὶ οὕτως συμβαλόντας οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο διὰ τί μὴ καὶ τὸ μέλλον ἠπίστουν, καὶ τῷ φαινομένῳ μὲν καὶ τῷ πολιτευομένῳ πανιάπασιν ἠπίστουν, τὸ δὲ οὔπω γενόμενον ἐδεδίεσαν. Ὥστε ἐκεῖνα μὲν ἅπαντα μενέτω τὴν ἑαυτῶν φυλάττοντα τάξιν [5]), ὁ δὲ ἐφεξῆς χρόνος ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα τικτομένοις θέμασιν ἐν ἑνὶ πάντα τῷδε τῷ νόμῳ κείμενά τε καὶ συνηθροισμένα θεασάσθω, ὁπόσα περὶ τῶν ἐσομένων, ὡς εἴρηται, γάμων προσήκει κρατεῖν. Ἓν μὲν οὖν τοῦτο προειρήσθω τοῦ νόμου.

Κεφ. β'.

Δεύτερον δὲ ἐκεῖνο, ὥσιε ἅπαντα, ὁπόσα ἐκ τῆς νῦν

Cap. I.

Haec autem duo huic legi praefanda sunt. Et illud primum, ut omnia quidem, quae antea sive a nobis sive a maioribus sancita sunt, secundum tempora sua obtineant, nec ullatenus per hanc legem innoventur, sed in suis casibus valeant atque observentur, et decisionem ex latis iam legibus exspectent, nec cum hac lege quid commune habeant. Haec vero lex ab hoc tempore in omnibus futuris casibus omnibusque nuptiis, quae posthaec futurae sunt, sive prioribus, sive secundis, valeat, et tam in lucris nuptialibus, quam successionibus liberorum deinceps futuris. Omne enim, quod praeteriit, legibus iam scriptis relinquimus, quod autem futurum est, hac lege munimus. Quare sive primae sive secundae nuptiae contractae sunt, sive parentibus successio liberorum matrimonii prioris, sive lucra ex dotibus, aut donationibus antenuptialibus, vel ex alia causa delata sunt, sive ex secundis nuptiis exsistunt liberi, sive non, in praecedentibus temporibus haec singula secundum sua tempora serventur, et tam viri quam feminae prioribus legibus fruantur, sive ad secundas venerunt nuptias, sive non, sive liberis successerunt, sive quid aliud priores leges secuti egerunt. Qui enim illis crediderunt, atque ita contraxerunt, eos nemo culpabit, quod et futurum nesciverint, et quod apparebat atque usu obtinebat omnino crediderint, quod vero nondum factum erat, non formidaverint. Unde illa omnia maneant in suo ordine, futurum vero tempus in casibus posthaec futuris omnia in hac una lege posita et collecta intueatur, quae in futuris ut dictum est, nuptiis obtinere debent. Primum igitur illud huic legi praemissum sit.

Cap. II.

Alterum vero illud, ut omnia, quae ab hac die testator,

pervenit, virum fortiter atque viriliter etiam de istis plerumque sancientem. Nos autem in constitutionum compositione multa quidem et alia de istis decrevimus, existimavimus autem, oportere nunc consiliis perfectioribus causam considerantes etiam quaedam corrigere, non aliorum solummodo, sed etiam quae a nobis ipsis sancita sunt. Non enim erubescimus, si quid melius etiam horum, quae ipsi prius diximus, adinveniamus, hoc sancire, et competentem prioribus imponere correctionem, nec ab aliis exspectare corrigi legem.

Cap. I. Duo igitur haec praemittantur huic legi. Et primum illud, ut omnia quidem, quaecunque in prioribus sancita sunt sive a nobis, sive a prioribus nostris, haec valeant singula secundum propria tempora, non habentia ullam ex praesente lege novitatem, sed et in suis casibus valitura atque tractanda, et suos eventus ex iis, quae iam positae sunt, legibus exspectantia, et nihil communicantia praesenti legi. Praesentem vero legem ex nunc valere volumus in omnibus futuris casibus, et in omnibus postea nuptiis, sive prioribus, sive deinceps, et in posteris aut futuris sive nuptialibus lucris, sive successionibus, quae ex filiis sunt. Etenim quod quidem omne iam praecessit conscriptis relinquimus legibus, quod vero futurum est per praesentem munimus legem. Unde sive secundae provenerint nuptiae, sive parentibus successiones ex prioris matrimonii filiis, sive lucra ex dotibus, aut antenuptialibus donationibus, aut ex alia causa, sive exsistentibus ex secundo matrimonio filiis, sive etiam non, in prioribus temporibus haec serventur secundum sua singula tempora, et fruantur tam viri quam mulieres prioris legis latione, sive ad alias venerint nuptias, sive etiam usque ad priores steterint, sive successerint filiis, sive aliquid omnium egerint priores sequentes leges. Illis enim credentes et ita contrahentes nullus culpabit, quare non futurum sciverunt, et hoc, quod videbatur quidem et tractabatur, omnibus modis crediderunt, quod vero nondum factum erat non formidaverunt. Unde illa quidem omnia maneant suum servantia ordinem, deinceps vero tempus in posterioribus pariendis casibus in una omnia hac lege [6]) posita atque collecta respiciat, queacunque de futuris (sicut dictum est) nuptiis competunt valere. Unum igitur hoc praemittatur legi. Cap. II.

[1]) *Hal.*; *om. παρὰ Scrimg.* — [2]) *ἰδίους Hal.* — [3]) *ταχθέντων Hal.* — [4]) *Ita coniecit Homb. secutus Vulg.*; *ἀκολουθοῦντες Scrimg., Hal.* — [5]) *Cod. Ven. et Flor.* (*cf. Heimbach l. c. p.* 338.), *Hal., Vulg.*; *ὥστε — ταξιν om. Scrimg.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; omnia in una hac lege *Cont.*

νῦν ἡμέρας ὁ διαθέμενος διατάττοι περὶ τῶν τοιούτων, εἴτε ἀνήρ, εἴτε γυνὴ καθεστήκοι, ταῦτα κρατεῖν. νομοθετείτω μὲν γὰρ ἕκαστος ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ τὰ εἰκότα, καὶ ἔστιν νόμος ἡ τούτου βουλή, καθάπερ καὶ ὁ παλαιότατος ἡμῖν τῶν νόμων καὶ πρῶτος σχεδὸν τὴν πολιτείαν Ῥωμαίοις διαταξας φησί (φαμὲν δὲ τὸν δυοδεκαδέλτον), κειὰ τὴν ἀρχαίαν καὶ πάτριον γλῶτταν ουιωσί που λέγων· uti legassit quisque de re sua, ita ius esto. οὐδενὸς δυναμένου παρὰ τὴν ἐκείνου γνώμην, οὐδ' ἂν εἰ θεῖον πράττοι τύπον, οὐδ' ἂν εἴτι τῶν πάντων, ἕτερόν τι παραδιατυποῦν ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις. §. 1. Εἰ δὲ μηδὲν ὁ διαθέμενος εἴποι ἢ διατυπώσειεν, ὅπερ μὴ τοῖς ἤδη κειμένοις καὶ κρατοῦσι προκαταείληπται νόμοις, μητε τι παρὰ τοὺς καθόλου νόμους διατάττοι, τηνικαῦτα ὅδε ἡμῖν ὁ νόμος κείσθω, πάντα καθ' ὅσον ἀνθρώπῳ δυνατὸν περιλαμβάνων καὶ διαβαίνων ἐν βραχεῖ, καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς πρώτοις ἐπανορθούμενος γάμοις [1]), καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς δευτέροις, καὶ τὰ ἐπὶ ταῖς διαδοχαῖς καὶ ταῖς λύσεσι τῶν γάμων, εἴτε ἐκ θανάτων, εἴτε ἐκ διαζεύξεως, καὶ τὰ πρὸ τοῦ πενθήμου χρόνου, καὶ μετ' ἐκεῖνον, καὶ μίαν τινὰ συνέχειαν ποιούμενος παντὸς δὴ τούτου τοῦ συγγράμματος, καὶ νομοθεσίαν πάλαι μὲν ἀρξαμένην, ἐκ πέντε δὲ μάλισια καὶ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν συχνότερόν τε κινηθεῖσαν, καὶ κατὰ μέρος ἀθροισθεῖσάν τε ἅμα, καὶ τῷ [2]) κατὰ μικρὸν συνδεῖσθαί τε πρὸς ἑαυτὴν καὶ συγκολλᾶσθαι συγχεθεῖσαν ἐν πλείστοις, καί τινος ἀεὶ δεομένην ἐπανορθώσεως καθαράν τε καὶ σύμφωνον ἑαυτῇ παντοίως ἀποφαίνων.

testator, sive vir est sive femina, de his disposuerit, firma sint. Statuat enim quilibet de rebus suis, ut decet, et voluntas illius lex sit, sicut etiam nostrarum legum antiquissima, quaeque prima fere rempublicam Romanis constituit (legem dicimus XII tabularum), secundum antiquam et patriam linguam ait, ita dicens: Uti legassit quisque de re sua, ita ius esto, *nec quisquam ius habeat contra illius voluntatem, nec si sacrum rescriptum aut quidvis aliud impetret, aliter de rebus alienis disponendi.*

§. 1. Si vero testator nil dixerit aut disposuerit, quod legibus iam latis et usu obtinentibus non comprehensum est, nec quid contra leges in universum praeceperit, tunc haec nostra lex locum habeat, quae omnia, quantum fieri potest a homine, comprehendit et breviter percurrit, ac tum quae ad priores, tum quae ad secundas nuptias, nec non quae ad successiones et dissolutiones matrimonii sive morte, sive divortio factas pertinent, et quae ante tempus luctus et post illud sunt, corrigit, quaeque facit, ut una quaedam continuatio sit totius huius scripti, et legem, olim quidem inchoatam, per centum vero et quinquaginta quinque fere annos frequenter agitatam et per partes collectam, et quod parum sibi ipsi connexa esset et conglutinata, in plurimis confusam et semper correctione quadam indigentem, puram sibique ipsi plane consonam ostendit.

Κεφ. γ'. [a])

Γάμον μὲν οὖν διάθεσις ἀμοιβαία ποιεῖ, τῆς τῶν προικῴων γε οὐκ [3]) ἐπιδεομένη προσθήκης. ἐπειδὰν δὲ ἅπαξ [4]) συνέλθοι, εἴτε ἐπὶ ψιλῇ γαμικῇ διαθέσει, εἴτε καὶ ἐπιδόσει προικὸς καὶ τῆς διὰ τὸν γάμον δωρεᾶς, δεῖ τῷ πράγματι πάντως ἀκολουθῆσαι καὶ λύσιν αὐθις ἢ ἀνεύθυνον, ἢ μετὰ ποινῆς, ἐπειδὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις παρακολουθούντων τὸ δεῖθεν ἅπαν λυτόν. τὸ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀπροίκων συμβολαίων διαλυομένων καὶ ποινὴν ἴσως ἀκολουθεῖν, τοῦτο ἡμεῖς ἐξεύρομεν πρῶτοι.

Cap. III.

Nuptias igitur mutuus facit affectus, dotalium instrumentorum accessione non indigens. Quum enim semel contractae fuerint, sive nudo coniugali affectu, sive dote et donatione propter nuptias data, solutio quoque vel sine poena vel cum poena omnino rem sequi debet, quoniam in iis, quae ab hominibus fiunt, quod ligatum est etiam dissolvi potest. Ut autem indotatorum quoque matrimoniorum solutionem poena sequatur, nos primi invenimus.

Κεφ. δ'.

Διαλυονται δὲ ἐν ζωῇ τῶν συμβαλλόντων γάμοι, οἱ μὲν συναινούντος ἑκατέρου μέρους (ὑπὲρ ὧν οὐδὲν ἐνταῦθα διαλεκτέον, τῶν συμφώνων τὸ πρᾶγμα καθάπερ ἂν ἑκατέρῳ δόξειε διοικουμένων), οἱ δὲ

Cap. IV.

Dissolvuntur vero matrimonia dum vivunt qui ea contruxerunt vel consentiente utraque parte (de quibus hic nihil dicendum, quum pacta hanc rem, sicut utrique placuerit, definiant), vel ex occasione iusta, quae

Cap. II. Secundum vero illud, ut omnia quaecunque ex hodierna die testator disposuerit de talibus, sive vir sive mulier consistat, haec valeant. Disponat itaque unusquisque in [5]) suis, ut dignum est, et sit lex eius voluntas, sicut et antiquissima nobis lex et prima paene reipublicae Romanorum disponens ait (dicimus autem duodecim tabularum), secundum antiquam et patriam linguam ita dicens: Uti legassit quisque de sua re, ita ius esto, nullo valente citra illius voluntatem, nec si sacram impetret formam, nec si quidpiam aliud omnium, aliquid aliter disponere in rebus alienis [6]). §. 1. Si vero nihil testator dixerit aut disposuerit, quod non iam positis et valentibus praeoccupatum sit legibus, nec aliquid contra universales leges ordinaverit, tunc haec nobis lex posita sit, omnia, quantum est homini possibile, comprehendens et transiens in brevi, et ea, quae in prioribus erant, corrigens nuptiis, et quae in secundis, et ea, quae in successionibus, et in solutionibus nuptiarum sive ex morte, sive ex separatione, et ea, quae ante luctuosum tempus sunt, et post illud, et unam quandam continuationem faciens totius huius conscriptionis atque legislationis, olim quidem inchoatam, ex quinque vero praecipue et quinquaginta et centum annis frequentius motam, et particulariter collectam [7]) simul, et paulatim colligatam ad semetipsam et cohaerentem, confusam in plurimis, et quadam semper egentem correctione puramque et consonam sibi omnino declarans [8])

Cap. III. Nuptias itaque affectus alternus facit, dotalium non egens augmento. Quum enim semel convenerit sub puro nuptiali affectu, sive etiam oblatione dotis et propter nuptias donationis, oportet causam omnino sequi etiam solutionem aut innoxiam, aut cum poena, quoniam eorum, quae in hominibus subsequuntur, quidquid ligatur solubile est. Ut autem etiam super indotatis matrimoniis distractione facta poena merito subsequatur, hoc nos adinvenimus primi.

Cap. IV. Distrahuntur itaque in vita contrahentium matrimonia alia quidem consentiente utraque parte, pro

---

[a]) *Prima huius cap sententia in Bas. XXVIII. 4. 47.*

[1]) καὶ τὰ — γάμοις *om. Hal.* — [2]) τῷ *om. Hal.* — [3]) προικ. ἀεὶ οὐκ *Hal.*; προικ. οὐκ ἀεὶ *Bas. cf. Nov. CXVII. 4.* — [4]) καὶ ἐπειδὰν ἅπαξ *Hal.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; super *Cont.* — [6]) disponere malens *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*, correctam *Cont.* — [8]) declaratam *Cod. Hamb., Trid.*

δὲ κατὰ πρόφασιν [1]) εὔλογον, οἳ δὴ καὶ bona gratia καλοῦνται, οἱ δὲ alias ἀπάσης χωρὶς, οἱ δὲ καὶ μετὰ alias εὐλόγου.

quae bona gratia *vocantur, vel sine ulla causa, vel etiam ex causa iusta.*

Κεφ. ε'. [a])

Κατὰ μὲν οὖν πρόφασιν ἄμεμπτον, ὅταν ἄσκησιν θάτερον ἕλῃται τῶν μερῶν, πρὸς τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβαίνον ὁδόν, καὶ τὸν ἐν ἁγνείᾳ βίον αἱρούμενον. τηνικαῦτα γὰρ νόμος καὶ ἄλλος ἡμέτερος λέγει, παῤῥησίαν εἶναι καὶ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ πρὸς τὰ κρείττω μεθισταμένοις [2]) διαλύειν τὸ συνοικέσιον, καὶ ἀναχωρεῖν μετά τινος βραχείας ὑπολειπομένης [3]) τῷ καταλελειμμένῳ παραμυθίας. ὅπερ γὰρ ἂν συμφωνήσειαν οἱ συμβάλλοντες ἀπὸ τελευτῆς γενέσθαι κέρδος, τοῦτο ἔχειν δεῖ τὸν καταλελειμμένον παρὰ θατέρου, εἴτε ἀνὴρ, εἴτε γυνὴ καθεστήκοι, διότι καὶ οὗτος, τό γε ἐπὶ τῷ συνοικήσαντι, δοκεῖ τελευτᾷν, ἑτέραν ἀνθ' ἑτέρας βίου πορείαν ἑλόμενος.

Cap. V.

Occasione igitur inculpata solvuntur, quando vitam solitariam alterutra pars amplectitur, viae meliori se committens, et vitam castam eligens; tunc enim et alia quaedam lex nostra dicit, licere et viro et mulieri ad meliora contendentibus solvere matrimonium et secedere, exiguo aliquo solatio relicto ei, qui relinquitur; quodcunque enim lucrum contrahentes in casum mortis pacti fuerint, hoc eum, qui ab altero relinquitur, sive vir, sive mulier est, habere oportet, quoniam hic, quantum ad coniugem, mori videtur, dum aliud vitae iter pro altero eligit.

Κεφ. ς'.

Καὶ κατὰ πρόφασιν δὲ ἀναγκαίαν τε καὶ οὐκ ἄλογον διαλύεται γάμος, ὅταν τις οἷός τε εἴη συνιέναι τῇ γυναικὶ καὶ τὰ παρὰ τῆς φύσεως ἀνδράσι δεδομένα πράττειν, ἀλλὰ διετία μέν, κατὰ τὸν περὶ τούτου πρώην παρ' ἡμῶν γεγραμμένον νόμον, παραδράμοι ἐκ τοῦ τῶν γάμων καιροῦ, ὁ δέ, ὅτι ταῖς ἀληθείαις ἐστὶν ἀνὴρ, οὐ δείκνυσι. πάρεστι γὰρ τῇ γυναικὶ ἢ τοῖς γε αὐτῆς πατράσι διαζευγνύναι τὸ συνοικέσιον καὶ στεῖλαι διαζύγιον, εἰ καὶ μὴ βούλοιτο τοῦτο ὁ συνοικῶν. κἀντεῦθα ἡ μὲν προῖξ, εἴ τις ἐστὶν ὅλως ἐπιδεδομένη προῖξι, ἀκολουθήσει τῇ γυναικί, καὶ ἀποδώσει ταύτην ὁ ἀνὴρ, εἴ γε τύχοι λαβών, ἡ δὲ διὰ τὸν γάμον ἧττοι πρὸ τῶν γάμων δωρεὰ μενεῖ παρὰ τῷ ἀνδρί, οὐδὲν οἴκοθεν ζημιουμένῳ. Τοῦτον δὲ δὴ τὸν νόμον ἐπανορθοῦμεν βραχείᾳ τινὶ προσθήκῃ. οὐ γὰρ διετίαν ἀριθμεῖσθαι μόνην τὴν ἐξ αὐτοῦ καιροῦ τῆς συναφείας, ἀλλὰ τριετίαν βουλόμεθα. καὶ γὰρ ἐδιδάχθημεν ἐκ τῶν ἐπισυμβάντων ἐν μέσῳ, τινὰς πλείονα ἢ καὶ κατὰ διετίαν χρόνον οὐκ ἰσχύσαντας ὕστερον ἱκανοὺς ὀφθέντας ὑπηρετήσασθαι τῇ τεκνογονίᾳ.

Cap. VI.

Ex causa autem necessaria nec ratione carente matrimonium solvitur, si quis cum muliere coire, et quae viris a natura data sunt facere non possit, sed biennium, secundum legem olim a nobis scriptam, a tempore nuptiarum praeterierit, ille vero, se revera virum esse non ostendat. Licet enim mulieri vel eins *parentibus marito etiam invito solvere matrimonium et repudium mittere. Atque tum dos quidem, si modo quaedam data est dos, sequetur mulierem, et maritus eam reddet, si accepit, donatio vero propter nuptias aut ante nuptias apud virum manebit, nullumque illa in bonis suis damnum patietur. Hanc ergo legem exigua quadam adiectione corrigimus; non enim biennium tantum ab illo tempore, quo iuncti sunt, sed triennium numerari volumus. Didicimus enim ex iis, quae interim contigerunt, quosdam, quum longiore tempore quam biennio impotentes fuissent, postea ad liberorum procreationem idoneos visos esse.*

Κεφ. ζ'.

Ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς αἰχμαλωσίας τοιοῦτόν ἐστιν, οποῖον

Cap. VII.

Sed et captivitas talis est, qua bona gratia *dissolva-*

pro quibus nihil hic dicendum est, pactis causam sicut utriqne placuerit gubernantibus, alia vero per occasionem rationabilem, quae etiam bona gratia vocatur, alia vero citra omnem causam, alia quoque cum causa rationabili.

Cap. V. Secundum occasionem itaque inculpabilem, quando conversationem altera eligit pars, ad meliorem migrans vitam, et sub castitate conversationem concupiscens; tunc enim lex et [4]) alia nostra dicit, licentiam esse viro et mulieri ad meliora migranti transigere matrimonium, et abscedere, quodam brevi dimisso [5]) ei, qui relinquitur, solatio. Quodcunque enim pacti fuerint contrahentes ex morte fieri lucrum, hoc habere oportet eum, qui dimittitur ab altero, sive vir, sive mulier sit, eo quod et iste, quantum ad matrimonium, videtur mori, aliud pro alio vitae eligens iter.

Cap. VI. Per occasionem quoque necessariam et non irrationabilem distrahitur matrimonium, quando aliquis impotens fuerit coire mulieri et agere, quae a natura viris data sunt, si biennium quidem secundum de hoc a nobis pridem scriptam legem transcurrat ex nuptiarum tempore, ille vero, quia pro veritate est vir, non ostendat; licebit enim mulieri aut eius patribus [6]) disiungere matrimonium et mittere repudium, vel si noluerit hoc maritus. Et hic quidem dos, si quidem omnino data dos sit [7]), sequetur mulierem, et reddet hanc vir, si contigit eam accipi, propter nuptias autem seu ante nuptias donatio manet apud virum nihil de suo damnificandum. Hanc itaque legem corrigimus brevi quadam adiectione. Non enim biennium numerari solum ex ipso tempore copulationis, sed triennium volnmus; edocti namque sumus ex iis, quae inter [8]) haec provenerunt, quosdam amplius, quam biennium, temporis non valentes, postea potentes ostensos ministrare filiorum procreationi.

Cap. VII. Sed etiam captivitatis casus talis est, quale est bona gratia distrahere matrimonium. Sive enim

---

[a]) *Cap. 5—7 in Bas. XXVIII. 7. 4. Huius quinti capitis pars apud Balsam. ad Photii Nomoc. XIII. 4. (Voëlli bibl. II. p. 1097.)*

[1]) οἳ μὲν κατὰ πρόφασιν *Hal.* (*om.* οἳ μὲν συναινοῦντος — διοικουμένων.) — [2]) *Scrimg., Bas., Balsam.*; μεθισταμένῳ *Hal., Vulg.* — [3]) ὑπολελειμμένης *Hal., Bas., Balsam.* — [4]) *Cod. Hamb, Trid.*; et *om. Cont.* — [5]) et oblato *add. Cod. Hamb., Trid., Port.* (*om.* solatio.) — [6]) parentibus *Port.* — [7]) et hic si quidem dos sit, si quidem omnino dos sequetur *Cod. Hamb.* et hic si quidem omnino data dos sit *Trid., Port.*; et hic si quidem dos (si quae omnino data sit) *Cont.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; ante *Cont.*

οποῖον bona gratia διαλύειν τὸν γάμον. εἴτε γὰρ ἀνδρὶ συμβαίη τοιοῦτον ἀτύχημα, τῆς γυναικὸς ἐν τῇ πολιτείᾳ μενούσης, εἴτε αὖθις γυνὴ μὲν εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπίοι, μένοι δὲ ὁ ἀνὴρ ἐν πολιτείᾳ, ὁ μὲν ἀκριβής τε καὶ λεπτὸς λόγος διαλύει τὸν γάμον (δουλείας γὰρ ἅπαξ ἐπιγενομένης θατέρῳ ἡ τῆς τύχης ἀνισότης τὴν ἐκ τῶν γάμων ἰσότητα μένειν οὐ συγχωρεῖ), πλὴν ἀλλὰ φιλανθρωπότερον τὰ τοιαῦτα θεωροῦντες, ἕως μέν ἐστι φανερὸν περιεῖναι ἢ τὸν ἄνδρα ἢ τὴν γαμετήν, μένειν ἄλυτα τὰ συνοικέσια συγχωροῦμεν, καὶ οὐκ ἐλεύσονται πρὸς δευτέρους γάμους οὔτε γυναῖκες οὔτε ἄνδρες, εἰ μὴ βούλοιντο δοκεῖν κατὰ προπέτειαν τοῦτο πρᾶξαι, καὶ ὑποπεσεῖν ταῖς ποιναῖς, ὁ μὲν τῇ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς φαμὲν ἐκτίσει, ἡ δὲ τῆς προικός. Εἰ δὲ ἄδηλον καθεστήκοι, πότερον περίεστιν ἢ μὴ τὸ εἰς πολεμίους ἀφικόμενον πρόσωπον, τηνικαῦτα πεντετίαν μενετέον εἴτε τῷ ἀνδρί, εἴτε τῇ γυναικί, μεθ' ἣν, εἴτε σαφῆ γένοιτο τὰ τῆς τελευτῆς, εἴτε ἄδηλα μένοι, γαμεῖν ἔξεστιν ἀκινδύνως. Καὶ τοῦτο γὰρ δὴ ταῖς καλουμέναις bona gratia διαλύσεσι παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν συνηρίθμηται, καὶ ἡμεῖς δὲ εἰς τοῦτο σύμφαμεν, ὥστε ἐνταῦθα οὐδὲ διαζυγίῳ γίνεται καιρός, οὕτω τῶν προσώπων διεστώτων ἀλλήλων, καὶ οὐδεὶς ἐντεῦθεν κερδανεῖ, οὔτε ὁ ἀνὴρ τὴν προῖκα, οὔτε ἡ γυνὴ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, ἀλλ' ἕκαστος ἐπὶ τῶν οἰκείων μενεῖ.

solvatur matrimonium. Sive enim marito hoc infortunium accidit, uxore in republica manente, sive vicissim uxor in captivitatem ducitur, marito in republica manente, stricta quidem et subtilis ratio solvit matrimonium (quum enim alterutri servitus semel supervenerit, conditionis inaequalitas matrimonii aequalitatem manere non sinit), sed benignius ea considerantes, quam diu certum est, aut maritum aut uxorem, esse superstitem, permittimus, ut non soluta maneant matrimonia, nec ad secundas nuptias veniant aut viri aut mulieres, nisi praepropere id fecisse videri et in poenas incidere velint, ille quidem, ut donationem propter nuptias, haec vero ut dotem solvat. Quodsi incertum est, an persona, quae in hostium potestatem pervenit, supersit nec ne, tunc et viro et mulieri quinquennium exspectandum est, quo praeterito, sive mors eius probatur, sive incerta manet, sine periculo matrimonium inire licebit. Nam et hoc inter bona gratia dissolutiones a maioribus nostris numeratum est, et nos quoque in id consentimus, ita ut nec divortio hic locus sit, personis a se ita disiunctis, neque hinc quisquam, sive vir est, dotem, sive mulier donationem propter nuptias lucrabitur, sed unusquisque sua retinebit.

Κεφ. η'. [a])

Cap. VIII.

Τὸ δὲ πρότερον ἐκ τῆς τῶν νόμων αὐστηρίας εἰσηγμένον ἡμεῖς φιλανθρώπῳ λύομεν συγχωρήσει. Εἰ γὰρ ἐκ ψήφου δικαστικῆς εἰς μέταλλόν τις ἢ ἀνὴρ ἢ γυνὴ δοθῆναι προσετάχθη (οποῖον νῦν ἐστι τό τε Ἰν Προικοννήσῳ, τό τε ἐν τῇ καλουμένῃ Γύψῳ), δουλεία μὲν ἦν κατὰ τὸ παρὰ τῶν παλαιῶν νομοθετηθὲν ἐπὶ τῆς τιμωρίας ἐπαγομένη, διεζεύγνυτο δὲ ὁ γάμος, τῆς τιμωρίας τὸν καταδεδικασμένον ἐχούσης ἑαυτῇ δουλεύοντα. ἡμεῖς δὲ τοῦτο ἀνίεμεν, καὶ οὐδένα τῶν ἐξ ἀρχῆς εὐ γεγονότων ἐκ τιμωρίας γίνεσθαι συγχωροῦμεν οἰκέτην. οὐ γὰρ ἂν μεταβάλοιμεν ἡμεῖς τύχην ἐλευθέραν εἰς δουλικὴν κατάσασιν, οἵ γε καὶ τῶν ἔμπροσθεν δουλευόντων ἐλευθεροῦσαι σπεύδοντες εἶναι. μενέτω τοίνυν ὁ γάμος ἐνταῦθα μηδὲν ἐκ τῆς τοιαύτης ψήφου βλαπτόμενος, οἷα μεταξὺ προσώπων ἐλευθέρων συνεστώς.

Quod autem severitate legum prius introductum fuit, nos benigna indulgentia abrogamus. Si enim sententia iudicis vir aut femina quaedam ad metallum damnata erat (quale nunc est in Proconneso et quas vocatur Gypso), servitus quidem secundum veterum leges ad poenam addebatur, et matrimonium solvebatur, quum poena condemnatum haberet servientem; nos vero hoc remittimus, neque eum, qui ab initio ingenuus fuit, ex poena servum fieri permittimus. Non enim liberam conditionem in servilem statum mutamus, qui quidem vel eorum, qui antea servi fuerunt, manumissores ut essemus, operam dedimus. Maneat igitur illo casu matrimonium, eique sententia eiusmodi non noceat, utpote inter personas liberas consistens.

Κεφ. θ'. [b])

Cap. IX.

Εἰ δὲ ψῆφος δικαστικὴ τὸν ἀπελεύθερον ἢ τὴν ἀπε-

Si vero sententia iudicis libertus aut liberta aut liberi

enim contingat tale infortunium viro, muliere in republica manente, sive rursus mulier quidem in captivitatem ducatur, maneat autem vir in republica, scrupulosa quidem et subtilis ratio transigit nuptias (servitute namque semel superveniente alteri personae fortunae inaequalitas aequalitatem ex nuptiis manere non sinit), attamen humanius talia contemplantes, donec quidem est manifestum, superesse aut virum aut uxorem, manere insoluta matrimonia sinimus, et non venient ad secundas nuptias neque mulieres neque viri, nisi voluerint videri ausu temerario hoc egisse, et poenis succumbere, illum quidem ante nuptias donationis dicimus exactioni, illam vero dotis. Si vero incertum sit, utrum superest an non, quae ad hostes persona devenit, tunc quinquennium exspectandum est sive a viro, sive a muliere, post quod, sive manifestum de morte fiat, sive incertum maneat, nubere licebit sine periculo. Et hoc enim nuncupatis [1]) bona gratia transactionibus a praecedentibus connumeratum est, nos quoque in hoc consentimus, ut hic neque repudio fiat tempus [2]), ita personis distantibus ab ulterutris, et nullus ex hoc lucrabitur, neque vir dotem, neque mulier antenuptialem donationem, sed unusquisque in suis manebit.

Cap. VIII. Quod autem prius ex legum severitate introductum est, nos clemente cessione resolvimus. Si enim ex decreto iudiciali in metallum aliquis aut vir aut mulier dari iussus esset (quale nunc est in Proconneso et in appellata Gypso), servitus quidem erat et [3]) ab antiquis legislatoribus sancita, et [4]) ex supplicio illata, separabatur vero matrimonium, supplicio possidente damnatum sibique servientem. Nos autem hoc remittimus [5]), et nullum ab initio bene natorum ex supplicio permittimus fieri servum. Neque enim mutamus nos fortunam [6]) liberam in servilem statum, qui etiam dudum servientium manumissores esse festinavimus. Maneat igitur matrimonium hic [7]) nihil ex tali decreto laesum, utpote inter personas liberas consistens.

Cap. IX.

[a]) *Bas. XXVIII.* 4. 45. *Schol. m.* — [b]) *Cap.* 9 *et* 10. *in Bas. XXVIII.* 7. 21. *Schol. f. g.*

[1]) Hoc enim nuncupatis *Cod. Hamb.*; Et hoc enim in nuncupatis *Trid.*; hoc enim in nunc. *Port.*; hoc enim et in nunc. *Cont.* — [2]) *Cod. Hamb.*; opus *Port.*, *Cont.* — [3]) et om. *Cod. Hamb.* — [4]) et om. *Cod. Hamb.*, *Trid.* — [5]) curavimus *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.* — [6]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.*; formam *Cont.* — [7]) *Cod. Hamb Trid.*; hoc *Port.*, *Cont.*

ἀπελευθέραν ἡ τοὺς τούτων παῖδας καταδουλώσειε, συνίσταται μὲν ἐξ ἀρχῆς ὁ γάμος, ἡ δὲ ὕστερον ἐπιφανεῖσα δουλεία διαζεύγνυσιν αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὡσανεὶ τελευτὴς ἀκολουθησάσης, ἐπείπερ οἱ πρὸ ἡμῶν φασὶ τὴν ἐπιγενομένην δουλείαν οὐ μακρῷ [1]) διεστάναι θανάτου. ὥστε ἐντεῦθεν τὸ μὲν οἰκεῖον ἕκαστος ἀπολαμβανέτω, τὸ δὲ ἀπὸ τελευτῆς μόνον τοῖς ἐλευθέροις περιγινέσθω σύμφωνον, τοῦ λοιποῦ πρὸς τὸν καταδουλώσαντα χωροῦντος.

liberi eorum in servitutem redacti fuerint, matrimonium quidem ab initio constitit, servitus autem postea accedens separat eos quasi mors secuta sit, quoniam maiores nostri dicunt, servitutem supervenientem non multum a morte differre. Quare quilibet quod suum est hic accipiat, quod vero pactum est in casum mortis, hoc liberis solum acquiratur, reliquo ad eum, qui in servitutem redegit, veniente.

Κεφ. ι'.

Εἰ δὲ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς οἰηθείη τις ἐλευθέρῳ συναπιέσθαι προσώπῳ, εἶτα ἐκεῖνο δοῦλον ὕστερον ἀποφανθείη καθεσιώς, οὐ φήσομεν λυέσθαι τὸν γάμον, ἀλλ' αὐτὸ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ γάμον γενέσθαι, παρὰ τὴν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένην αἰτίαν, τὴν τῆς περὶ τὴν τύχην ἀνισότητος, ὥστε οὐδὲ κέρδος ἐκ γάμου θεωρητέον, οὐδέ τι τοιοῦτο, ἀλλὰ ψιλὴν τῶν προσηκόντων διὰ τῶν προσφόρων ἀγωγῶν ἀνάδοσιν. Ταῦτα δὲ διορίζομεν, καὶ τὸν τοιοῦτον οὐκ εἶναι φαμὲν γάμον, εἴπερ τὸ πρᾶγμα τύχης ἀδηλία διοικήσειε [2]) μόνη, μηδὲ συναινέσεως [3]) τοῦ δεσπότου, μηδὲ κακουργίας αὐτοῦ τινος, μηδὲ ῥᾳθυμίας ἐλεγχομένης.

Cap. X.

Si vero statim ab initio quis putaverit, se liberae personae iungi, deinde vero illa servilis conditionis esse appareat, non dicimus solvi matrimonium, sed ab initio matrimonium non fuisse, propter eam rationem, quam ante diximus, conditionis inaequalitatem; unde nec lucrum ex matrimonio, nec tale quid spectandum esse, sed nudam eorum, quae debentur, per competentes actiones restitutionem. Haec autem decernimus, nec id matrimonium esse dicimus, si sola fortunae incertitudo rem regat, nec consensus domini, nec dolus eius aliquis, neque negligentia probetur.

Κεφ. ια'. *)

Εἰ γὰρ ἐξέδωκεν ὡς ἐλευθέραν τὴν ἑαυτοῦ θεράπαιναν ὁ δεσπότης, ὁ δὲ ἐλεύθερος ὢν καὶ πιστεύσας τῷ διδόντι ταύτην ἔλαβεν, ἴσως καὶ προικῴων γενομένων συμβολαίων, ἢ μηδὲ γενομένων μέν, τῆς δὲ αὐτοῦ γνώμης τὸ πρᾶγμα διοικησαμένης, οὐκ ἂν εἴη δίκαιον τὸν τοιοῦτον μὴ συνεστάναι γάμον, ἀλλὰ σωτηρὰν ἐλευθερίαν ἀκολουθεῖν εἴτε τῷ ἀνδρί, εἴτε τῇ γυναικί. καὶ τοιούτου τινὸς παρὰ τοῦ δεσπότου γεγονότος, θεσπίζομεν, ἀναρπάζεσθαί τε τὸν τοιοῦτον ἢ τὴν τοιαύτην εἰς εὐγένειαν, καὶ τὸ πρᾶγμα ὡς ἐπ' ἐλευθέροις [4]) τε καὶ τοῖς εὖ γεγονόσι κρίνεσθαι. Εἰ δὲ αὐτὸς μὲν οὐ συναρμόσειε τὸν γάμον ὁ πατέρου τῶν προσώπων δεσπότης, εἰδείη δὲ τὸ γινόμενον, καὶ ἐξεπίτηδες ἀποκρύπτοι, ἵνα ὕστερον πρᾶγμα ῥάψειε τῶν συναφθέντων πατέρῳ, τιμωρούμεθα τὴν τοιαύτην, εἴγε σαφῶς ἀποδειχθείη, κακουργίαν, καὶ ἀφαιρούμεθα τὴν δεσποτείαν τῶν οὕτω πονηρῶς βεβουλευμένων. καὶ ἔσιω πάλιν καὶ τοῦτο γάμος ὥσπερ ἂν εἰ συνήνεσεν ὁ κεκτημένος τὴν ἀρχήν. καὶ ὁ μὲν ἐκπίπτέτω τῆς δεσποτείας, αὖθις δὲ εἰς εὐγένειαν ἀναρπαζέσθω τὸ δοῦλον πρόσωπον, τοιούτου συμβαίνοντος ἀποτελέσματος, ἢ [illegible]τερ συνήνεσεν. ἢ

Cap. XI.

Si enim dominus ancillam suam tanquam liberam nuptus collocarit, ille vero, quum liber esset, et collocanti crederet, eam duxerit, fortasse dotalibus etiam instrumentis confectis, vel non confectis quidem, apud animum autem re constituta, iustum non esset, si tale matrimonium non consisteret, sed tacita libertas sive virum sive mulierem sequatur. Et si quid tale a domino factum fuerit, sancimus, ut is eave ingenua fiat, et res tam quam inter liberos et ingenuos diiudicetur. Si vero ipse quidem alterutrius personae dominus nuptias non conciliaverit, id vero, quod factum est, sciverit et studio occultaverit, ut deinde alterutri coniugum negotium facesseret, eiusmodi dolum, si manifeste probetur, punimus, eosque, qui tam prava consilia agitarunt, dominio privamus; et rursus hoc etiam matrimonium consistat, perinde ac si ab initio dominus consensisset, atque hic quidem dominio excidat, servilis autem persona rursus ingenua fiat, ac eundem effectum habeat, sive consenserit dominus, sive dolo egerit, quum manifestum sit, etiam liberos ex eiusmodi matrimonio procreatos liberos et ingenuos secundum hanc nostram legem fore.

Cap. XII.

Cap. IX. Si vero decretum iudiciale libertum aut libertam aut horum filios in servitutem redigat, constat quidem ab initio matrimonium, postea vero apparens servitus separat eos ab invicem, tanquam morte secuta, quoniam praecedentes nos dicunt, supervenientem servitutem non procul a morte differre. Idcirco hoc quidem, quod proprium est, unusquisque recipiat, placitum vero solum, quod ex morte est, liberis acquiratur, reliqua vero veniant ad eum, qui redigitur in servitutem.

Cap. X. Si vero ab initio putaverit aliquis liberae iungi personae, illa vero famula postea declaretur exsistens, non dicimus solvi matrimonium, sed ipso [5]) initio neque matrimonium fieri, secundum prius a nobis dictam causam, propter inaequalitatem fortunae [6]); unde neque lucrum ex matrimonio contemplandum esse, neque aliquid tale, sed puram rerum competentium per congruas actiones redditionem. Haec autem decernimus, et tale non esse dicimus matrimonium, si causam animus incertus disponat solum, neque consensu domini, neque malignitate eius aliqua, neque negligentia convicta.

Cap. XI. Nam si tradiderit tanquam liberam suam ancillam dominus, ille autem liber exsistens, et credens tradenti hanc accepit [7]), forsan etiam dotalibus celebratis documentis, aut neque celebratis quidem, eius autem voluntate causam gubernante, non erit iustum tale non constare matrimonium, sed tacitam libertatem sequi sive virum sive mulierem, et cum tale aliquid a domino fit, sancimus, et rapi talem virum aut feminam ad ingenuitatem, et causam tanquam super liberis et ingenuis iudicari. Si vero ipse quidem non celebraverit nuptias alterius personae dominus, sciat autem, quod agitur, et ex studio taceat, ut postea causam sarciat alteri coniunctorum, ulciscimur huiusmodi, si aperta probetur nequitia, et privamus dominum ita maligne cogitantem, sitque rursus etiam hoc [8]) matrimonium tanquam si consensisset dominus ab initio; et ille quidem cadat

*) *Cap.* 11 — 13. *in Bas. XXVIII.* 4. 45. *Schol. n — p.*

[1]) *Bas., Vulg.*; μικρῷ *Scrimg.*; μικρὸν *Hal. sed* μακρὸν *in notis recogn. op.* — [2]) ψυχῆς ἀδηλία συνδιοίκησε *Hal., Vulg.*; τύχης καὶ ψυχῆς δειλία συνδιοίκησε *Bas.* — [3]) *Scrimg., Bas.*; συνέσεως *Hal.* — [4]) ὡς ἀπελευθέροις *Hal.* — [5]) *Trid.*; ab ipso *Port, Cont.* — [6]) inequalitatis fortunam *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; accipit *Port., Cont.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; hoc etiam *Port., Cont.*

ἢ εἴπερ ἐκακούργησεν ὁ κεκτημένος, πρόδηλον ὄν, ὡς καὶ οἱ παῖδες οἱ ἐκ τῶν τοιούτων γάμων ἐλεύθεροί τε καὶ εὐγενεῖς κατὰ τόνδε ἡμῶν ἔσονται τὸν νόμον.

Κεφ. ιβ'.

Καὶ πολλῷ μᾶλλον ταῦτα κρατείτω, εἴπερ ἔτυχεν ἤδη τὸν οἰκέτην ἢ τὴν θεράπαιναν ἢ νοσοῦντας ἀποπεμψάμενος, ἢ καὶ καταφρονήσας αὐτῶν, καὶ ἀποβαλὼν τὴν ἐπὶ τῇ δεσποτείᾳ καὶ αὐτῶν γνώμην. ἐκεῖνοι γὰρ ὡς ἤδη καθεστῶτες ἐλεύθεροι, καὶ κατὰ τὸν ὡςανεὶ pro derelicto τίτλον ἑαυτῶν, ἀλλ' οὐχ ἑτέρου ὄντες, οὐκ ἂν ὕστερον ἐνοχλοῖντο παρ' ὧν τὸ κεκτῆσθαι τούτους πάλαι μισησάντων [1]).

Κεφ. ιγ'.

Deportatίων μέντοι, εἰς ἣν μετεχώρησε καὶ ἡ παλαιὰ πυρός τε καὶ ὕδατος ἀπαγορευσις (ἣν aqua et igni indictiona καλοῦσιν οἱ ἡμέτεροι νόμοι), οὐ διαλύει τὰ συνοικέσια. τοῦτο γὰρ δὴ καὶ τῷ θειοτάτῳ πρώην ἔδοξε Κωνσταντίνῳ φιλάνθρωπόν τι πρᾶγμα, καὶ ὑφ' ἡμῶν μὲν ἀποδεχθέν, τοῦ δὲ παρόντος οὐ προσαπτόμενον νόμου, ὥστε οὐδὲ τὰ ἀποτελέσματα ῥητέον τῷ γε ἐπὶ τῆς οἰκείας μένοντι τάξεως πράνματι.

Κεφ. ιδ'. [a])

Ἴσμεν δὲ δὴ καὶ τὸν τῆσδε ἡμῶν τῆς εὐδαίμονος πόλεως οἰκιστὴν (τὸν τῆς θείας φαμὲν λήξεως Κωνσταντῖνον) γεγραφότα νόμον, καθ' ὃν εἴ τις ἐπὶ στρατοπέδου γένοιτο, καὶ σιγήσειε πρὸς τὴν γαμετὴν ἐπὶ τετραετῆ χρόνον, καὶ μηδ' ὁτιοῦν αὐτῇ γένηται παρ' ἐκείνου σύμβολον τῆς περὶ αὐτὴν διαθέσεως, γνησιακῦτα ἄδειαν εἶναι τῇ γυναικὶ πρὸς δευτέρους ἀφικνεῖσθαι γάμους, διδασκαλίαν ἐπιδοῦση πρότερον τῷ τὴν στρατηγίαν ἔχοντι, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐμαρτυραμένη. καὶ εἴτι τοιοῦτο γένοιτο, ἀνεύθυνός τε ἡ γυνὴ πρὸς ἀνδρὸς ἑτέρου μεταβήσεται, καὶ οὐ ζημιωθήσεται μὲν τὴν προῖκα, οὐκ ἔτι δὲ τὴν προγαμιαίαν κερδάνει δωρεάν. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ θειότατος Κωνσταντῖνος. Σφόδρα δὲ ἡμῖν ἀώρως ἔχειν ἡ τοιαύτη διάταξις δοκεῖ. τὸ γὰρ πράξεσι πολεμικαῖς ἐνησχολημένῳ τῷ γήμαντι γυναικὸς ἐπάγειν στέρησιν οἰχ ἥτιόν ἐστι ποινὴ τοῦ παρὰ πολεμίοις ἁλῶναι. ὥστε μὴ πρότερον εἰς ἀνδρὸς φοιτάτω δευτέρου ἡ τοιαύτη γυνή, ὁποίαν ὁ νομοθέτης οὗτος ὑπέθετο, πρὶν ἂν καὶ δεκαετὴς διέλθοι χρόνος, καὶ αὐτὴ διενοχλήσειε τὸν ἄνδρα, στέλλουσα γράμματα, ἢ διά τινων

Cap. XII.

Ac multo magis haec obtineant, si contingat, ut servum vel ancillam aegrotantes dimiserit, vel eos neglexerit et deposuerit animum dominii in eos exercendi. Illi enim, utpote iam liberi, et quasi ex titulo pro derelicto sui, non vero alieni exsistentes, nulla deinceps molestia ab iis afficiantur, qui dudum eos possidere noluerunt.

Cap. XIII.

Deportatio tamen, quae veteri aquae et ignis prohibitioni successit (quam aqua et igni interdictionem *vocant nostrae leges), non solvit matrimonia. Hoc enim iam antea sacratissimo Constantino humanum visum, et a nobis quoque probatum, huic vero legi non annexum est, adeo ut nec de effectibus eius dicendum sit, quum res in suo statu maneat.*

Cap. XIV.

Scimus autem, felicis nostrae urbis conditorem quoque (Constantinum piae memoriae dicimus) legem tulisse, qua, si quis in castris fuerit, et per quadriennium nullas ad uxorem litteras dederit, illaque nullum plane ab eo habeat amoris erga se signum, mulieri ad secundas nuptias transire licet, si prius eum, qui imperium militare habet, certiorem reddiderit, atque id ipsum fuerit testificata. Et si aliquid tale fiat, mulier impune ad secundum virum transibit, nec dote mulctabitur, donationem vero propter nuptias non lucrabitur. Haec quidem sacratissimus Constantinus. Sed admodum intempestiva haec constitutio nobis videtur; nam bellicis actibus occupatum maritum etiam uxore privare non minor est poena, quam ab hostibus capi. Quare non prius ad secundas nuptias eiusmodi mulier veniat, de qua legislator hic loquitur, antequam decennium praeterierit, et ipsa missis litteris virum sollicitaverit, vel per alios eum interpellaverit, hic vero vel diserte renunciet matrimonium, vel plane sileat, tum de ea re vel gloriosissimum magistrum militum, vel spectabilem ducem, vel clarissimum tribunum, sub quorum

cadat dominio, ad ingenuitatem vero servilis persona rapiatur, hoc ipso eveniente effectu, sive consensit, sive malignatus est dominus. Palam itaque est, quia etiam filii ex talibus nuptiis liberi et ingenui secundum hanc nostram erunt legem.

Cap. XII. Et multo potius haec valeant, si contigit dudum servum aut ancillam seu languentes dereliquisse, seu etiam contemsisse eos, et amisisse [2]) super dominio adversus eos voluntatem. Illi namque, utpote iam constituti liberi, et secundum pro derelicto titulum sui et non aliorum exsistentes, non in posterum inquietabuntur ab iis, qui possidere eos olim odio habuerunt.

Cap. XIII. Deportatio tamen in quam migravit, et antiqua ignis et aquae interdictio, quam aqua et igni interdictionem vocant nostrae, leges, non solvit matrimonia. Hoc [3]) enim et sacratissimo pridem placuit Constantino clemens quaedam causa, et a nobis quidem probata est, praesenti vero non copulata legi, unde neque effectus causae dicendi sunt, quum in suo maneat ordine.

caveant tantum ne intra anni spatium ad secundum veniant matrimonium, aut sciant, si tale quid fecerint, et immaturas nuptias contraxerint, se poenas daturas esse, alias quidem, si ex priore matrimonio nullos habeant liberos, maiores vero, si liberos habeant. Si enim proles non adest, infamia statim sequetur, et mulier ob intempestivas nuptias omnino infamis erit, neque quidquam eorum accipiet, quae ex priore matrimonio illi relicta sunt, neque donatione propter nuptias fruetur, neque secundo marito ultra tertiam substantiae suae partem dabit. Sed nec liberalitatem extrinsecus in eam collatam percipiet, neque omnino ab ullo extraneo aut hereditatem, aut fideicommissum, aut legatum, aut mortis causa donationem accipiet, sed illa venient aut manebunt apud heredes defuncti, vel etiam coheredes eius, si modo heres esse potuit, ipsa vero nullam exinde utilitatem habeat. Sed si alii heredes scripti adsint, vel etiam ab intestato vocentur, ad eos pervenient, quae mulieri illi relicta sunt. Non enim fiscus ea vindicabit, ne forte videamur haec corrigentes commodis fisci providere, sed ita quidem, quae ab extraneis illi relicta sunt, ad alios venient, quae vero a priore marito, haec illi ablata pervenient ad decem personas marito, qui ea reliquit, cognatione iunctas et edicto comprehensas, hoc est adscendentes, et descendentes, et collaterales usque ad secundum gradum, gradibus in suo ordine servandis; quibus non exsistentibus ad aerarium venient.

§. 1. *Quin neque ab intestato hereditatem cognatorum suorum remotiorum adibit, sed usque ad tertium solum gradum ubique inspiciendum successio eius sistetur, remotiores autem alios habebunt heredes. Et quae praeter alias poenas illi infertur, infamiam dicimus, siquidem nullos ex priore matrimonio habeat liberos, remittitur, Imperatore per litteras id iubente, si vero liberi cuiuscunque sexus adsint, licebit quidem illi infamiae causa Imperatori supplicare, nullam vero ex rescripto capiet utilitatem, nisi aliquam ex Imperatore utilitatem percipere et a reliquis poenis liberari velit, ac liberis prioris matrimonii dimidiam substantiae suae partem pure et sine ulla exceptione, ne usufructu quidem retento, donare, sed totius substantiae suae, quam habebat, quum ad*

metus, ut non ante annale tempus ad secundum veniant matrimonium, aut sciant, quia, si quid tale gesserint, et immaturas contraxerint nuptias, subibunt poenas, alias quidem, si sine filiis ex prioribus sint matrimoniis, maiores autem, si etiam filii sint. Si enim non est soboles, infamia mox sequetur, et erit omnino mulier propter nuptiarum festinationem infamis, et neque percipiet aliquid horum, quae a priore relicta sunt ei consortio, neque fruetur sponsalitia largitate, neque marito secundarum nuptiarum ultra tertiam suae substantiae offeret partem; sed neque extrinsecus sentiet largitatem, neque percipiet penitus ab ullo extraneorum non hereditatem, non fideicommissum, non legatum, non mortis causa donationem, sed haec veniant aut maneant apud heredes [6]) defuncti, aut coheredes eius, si poterat heres esse, utpote ea nullam utilitatem habente. Sed si scripti et alii sint heredes, sive etiam ab intestato vocentur, ad illos venient quae tali mulieri derelicta sunt; non enim fiscus haec vindicabit, ne aliquo modo videamur talia corripientes fisci providere utilitati, sed illa quidem, quae extrinsecus ei derelicta sunt, ad alios venient, quae vero a priore marito sunt ab ea sublata, venient ad decem personas relinquentis viri [7]) cognationis, quae edicto continentur, hoc est adscendentes, et descendentes, et ex latere usque ad secundum gradum, gradibus in suo servandis ordine. Quibus non exsistentibus ad aerarium venient. §. 1. Sed neque longius hereditas ab intestato propriorum eius veniet cognatorum, sed usque ad tertium gradum inspiciendum undique stabit solum successio eius, longius autem exsistentes alios habebunt heredes. Et quae prae aliis ei poenis infertur, dicimus autem infamiam, si quidem sine filiis ex prioribus fuerit nuptiis, solvitur Imperatoris litteris inbentis [8]). Si vero [9]) filii fuerint cuiuscunque sexus, licebit quidem ei Imperatori pro infamia supplicare, non tamen utilitatem aliquam rescriptorum habere. Si tamen voluerit ex imperio habere utilitatem et aliis liberari poenis, ex priore matrimonio filiis mediam suae substantiae donet portionem pure et sine omni conditione, et neque usum retineat, sed omnis substantiae, quam habuerit,

[1]) ἐλεύσειεν ἢ μείνειεν *Hal.*; ἐλεύσεται ἢ μείνειεν *Bas.* — [2]) κληρονομία — ἀπελεύσεται *Hal.*; κληρονομίαν — ἐπεισελεύσεται *Bas.* — [3]) πρὸς *Hal.* — [4]) λελύσειαι *Hal.*, λύειαι *Bas.* — [5]) ὅμως εἰ βουλη θείη ἐκ διατάξεώς τινα *Hal.* — [6]) scriptos *add. Cod. Hamb., Trid., Port.* — [7]) *Bk. ed. ster.*; iure *Cod. Hamb., Trid., Port.*; *om. Cont.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; iubentibus *Port., Cont.* — [9]) *Cod Hamb., Trid.*; vero ei *Port., Cont.*

μοῖραν καθαρῶς, αἱρέσεως ἁπάσης χωρίς, καὶ οὐδὲ τὴν χρῆσιν παρακατέχουσα, ἀλλὰ πασῆς τῆς οὐσίας τῆς παρούσης, ὅτε πρὸς τοὺς δευτέρους ἐφοίτα γάμους, κατὰ τὴν ἡμίσειαν, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, ἐξισαμένη μοῖραν τοῖς ἔμπροσθεν γενομένοις παισί. καὶ διαιρήσονται τοῦτο οἱ παῖδες ἅπαντες ἐξ ἴσης, καὶ παῖδας μὲν ἔχοντες εἰς τοὺς ἑαυτῶν παραπέμψουσι παῖδας (δεῖ γὰρ τι καὶ τοῖς παλαιοῖς προσθεῖναι νόμοις). εἰ δὲ οὐκ ἔχοιεν, τὰ τοῦ τελευτήσαντος ἢ τῶν τελευτησάντων μέρη λήψονται πάντες ἀναλόγως οἱ τούτων ἀδελφοί. εἰ δὲ πάντες ἀπέλθοιεν, ἔχέτω παραψυχὴν τῆς ἑαυτῆς δυσκληρίας ἡ μήτηρ τὸ ταῦτα πάλιν ἀναλαβεῖν. Καὶ ταῦτα φαμέν, εἴπερ ἀδιάθετοι τελευτήσαιεν οἱ παῖδες. οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τοῖς ἅπαξ γενομένοις αὐτῶν εἰρξομεν αὐτοὺς διαθήκας γράφειν, ἢ περιόντας ὃν βούλονται ταῦτα διατιθέναι τρόπον. Αἱ μὲν οὖν ἐπικείμεναι ποιναὶ ταῖς πρὸ τοῦ πενθίμου γημαμέναις χρόνου τοιαῦταί πως εἰσί, καὶ τρεῖς ὑπὲρ τούτων διαιτάξεις τὰς ἔμπροσθεν γεγραμμένας μιᾷ τινι ταύτῃ παρενθήκῃ ὧδε ἡμῖν ὁ νόμος μετὰ τῆς προσηκούσης ἀπηγγειλε προσθήκης.

ad secundum veniret matrimonium, dimidiam, sicut diximus partem liberis ante natis cedere. Atque hanc liberi ex aequo dividunt, et si liberos habent, ad liberos suos transmittent (oportet enim et veteribus legibus quaedam addere), si vero non habeant, defuncti vel defunctorum partes omnes eorum fratres pro rata portione capient. Si vero omnes mortui sint, habeat mater hoc infelicitatis suae solatium, quod ista recipiet. Atque haec dicimus, si liberi intestato mortui sunt. Non enim prohibemus, quo minus testamenta faciant de iis, quae semel ipsorum facta sunt, vel inter vivos quo velint modo disponant. Hac igitur poenae illis, quae intra tempus luctus nupserunt, imminent, et tres de his antea scriptas constitutiones haec nostra lex protulit hac una competente accessione aucta.

Κεφ. κγ.

Εἰ δὲ ἀναμείνειε μὲν τὸν χρόνον ἡ γυνή, καὶ ταύτῃ διαφύγοι τὰς εἰρημένας ποινάς, ἐπὶ δευτερον δὲ ἀφίκοιτο συνοικέσιον, τῶν προτέρων ἀμελήσασα γάμων, εἰ μὲν οὐκ ἔχοι παῖδας — εἰρήσθω γὰρ καὶ αὖθις — ἀκίνδυνον ἅπαν τὸ ἐντεῦθεν. Εἰ δὲ ὑπείη γονή, καὶ παῖδας ὁ νόμος ἐντεῦθεν ἀτιμασθέντας ἴδοι, τηνικαῦτα πάσης φιλοτιμίας παρὰ τοῦ ἀνδρὸς εἰς αὐτὴν ἐλθούσης καιὰ τὸ τῆς δεσποτείας ἀφαιρεῖται μέρος, μόνην αὐτῇ καταλιπὼν τὴν χρῆσίν τε καὶ ἐπικαρπίαν. Καὶ ταῦτα δὲ νενομοθετήσθω καὶ ἐπὶ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς, καὶ ἐπὶ πάσης ἑτέρας [1]) φιλοτιμίας, εἴτε ἐν ζωῇ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς εἰς αὐτὴν γενομένης [2]), ἢ καὶ ἐκ διαθήκης ἢ mortis causa δωρεᾶς, εἴτε ἐνστάσεως εἴη μέρος, εἴτε πρεσβεῖον, εἴτε φιδεϊκόμμισσον. Καὶ, γενικῶς εἰπεῖν, ἅπας αὐτὴν ἐπιλείψει δεσποτείας τρόπος ἐπὶ τοῖς παρὰ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς εἰς αὐτὴν ἀφιγμένοις, καὶ οἱ παῖδες αὐτὰ λήψονται, καὶ τῆς δεσποτείας ἔσονται κύριοι κατὰ τὸν καιρὸν εὐθύς, καθ' ὃν ἡ μήτηρ συνῴκησεν ἄλλῳ. Καὶ ταῦτα κοινὰ [3]) γυναικός τε καὶ ἀνδρὸς ἐπιτίμια κείσθω. εἰ γὰρ δὴ κἀκεῖνος παῖδας ἔχων δευτέραν αὐτοῖς ἐπεισαγάγοι γαμετήν, οὐ τῶν ἐκ τῆς προικὸς ἀπολαύσει κερδῶν κατὰ δεσποτείας λόγον, οὐ

Cap. XXIII.

Si vero tempus quidem exspectat mulier, atque ita praedictas poenas effugit, ad secundum vero matrimonium, prioribus nuptiis neglectis, veniat, siquidem liberos non habet (rursus enim id dicendum est), sine periculo erit quidquid exinde fiet. Si vero proles adest, et lex videt liberos exinde iniuria affectos, tum omni liberalitate a marito in eam profecta quod ad proprietatem privetur, solo usufructu illi relicto. Et haec sancita quoque sint tam de donatione propter nuptias, quam de omni alia liberalitate sive inter vivos, sive testamento, sive mortis causa donatione a viro in eam collata, sive pars illud sit institutionis, sive legatum, sive fideicommissum. Et ut generaliter dicamus, omnis proprietas ab ea recedet earum rerum, quae a priore viro ad eam pervenerunt, et liberi eas capient, ac statim ab eo tempore, quo mater alii viro iuncta est, proprietatis erunt domini. Atque haec communis tam mulieri quam viro imposita sit poena. Nam si ille quoque liberos habens secundum iis superduxerit uxorem, lucris dotis quod attinet ad proprietatem non fruetur, nec aliam liberalitatem, quam a muliere accepit, firmam habebit, praeterquam quod uti et frui solum possit, quoad vixerit. Nam hic quoque liberi, etsi sub potestate constituti sint,

habuerit, quando ad secundas veniebat nuptias, mediam (sicut diximus) cedens partem prius procreatis filiis. Et dividunt haec filii omnes ex aequo, et filios quidem habentes ad suos transmittent filios (oportet enim aliquid etiam veteribus adiici legibus), si vero non habuerint defuncti filios, defunctorum portiones accipient omnino pro portione eorum fratres. Si vero omnes defuncti sint, habeat consolationem suae infelicitatis mater, ut ea rursus recipiat. Et hoc dicimus, si intestati moriantur filii; non enim in iis, quae semel facta sunt eorum [4]), prohibemus eos testamenta conscribere, aut superstites quo volunt, hoc modo disponere. Igitur imminentes poenae ante luctus nubentibus tempus tales quodammodo sunt, et tres pro his constitutiones prius scriptas una quadam hac interpositione haec nobis lex competente protulit adiectione.

Cap. XXIII. Si vero exspectet quidem tempus mulier, et propterea effugiat praedictas poenas, ad secundum vero veniat matrimonium priores negligens nuptias, si quidem non habeat filios (dicatur etiam denno), sine periculo est totum ex hoc. Si vero sit soboles, et filios exhinc [5]) exhonoratos viderit lex [6]), tunc omni largitate a viro ad eam veniente eam secundum proprietatis privat partem, solum ei derelinquens usumfructum. Et haec sancita sunt etiam super antenuptiali donatione, et super omni largitate, sive quum viveret a viro ad eam veniente, aut etiam ex testamento, aut mortis causa donatione, sive institutionis sit pars, sive legatum, sive fideicommissum. Et generaliter dicendum est, quod omnis eam deserit proprietatis modus in iis, quae a priore viro in eam venerunt, et filii ea percipient, et proprietatis erunt domini secundum tempus mox, quo mater coniuncta est alii [7]). Et haec communis mulieris et viri mulcta sit posita. Nam si et ille filios habens secundam eis superinduxerit uxorem, non ex dote fruetur lucris secundum proprietatis rationem, non [8]) largitatem aliam a muliere percipiens hanc [9]) habebit firmam, praeter quantum [10]) licet uti et frui, donec advixerit, solum; et hic [11]) quoque filii, licet sub potestate constituti sint, sed tamen domini secundum proprietatem talium

---

[1]) ἑτέρας *om. Hal., Vulg.* — [2]) εἴτε ζῶντος ἔτι παρὰ τοῦ ἀνδρὸς πρὸς αὐτὴν ἐλθούσης *Hal.* — [3]) κοινὰ *om. Hal.* — [4]) *Cod. Hamb.*; facta sunt sua *Trid.*; *non redditum* αὐτῶν *ap. Port., Cont.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; ex hoc *Port., Cont.* — [6]) lex *om. Cod Hamb., Trid., Port.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; viro *add. Port., Cont.* — [8]) *Cod. Hamb., Port.*; nam *Trid., Cont.* — [9]) non *add. Cod. Hamb., Trid.* — [10]) *Cod. Hamb., Trid.*; praeterquam quod *Cont.* — [11]) *Cod. Hamb.*; et ii *Port., Cont.*

οὐ φιλοτιμίαν ἄλλην παρὰ τῆς γυναικὸς λαβών, ταύτην ἕξει βεβαίως, πλὴν ὅσον χρήσθαι καὶ καρποῦσθαι μέχρι περιῇ μόνον. κἀνταῦθα γὰρ οἱ παῖδες, εἰ καὶ ὑπεξούσιοι καθεστήκοιεν, ἀλλ' οὖν κύριοι κατὰ δεσποτείαν τῶν τοιούτων ἔσονται, παραγινομένων εὐθὺς εἰς αὐτοὺς ἅμα τῇ τῆς δευτέρας γαμετῆς συναφείᾳ. Καὶ οὐ διαφερόμεθα περὶ τῆς προικὸς ἢ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς, πότερον αὐτοὶ ταύτην δεδώκασιν [1]) οἱ γήμαντες, ἢ τινες ἄλλοι ὑπὲρ αὐτῶν τοῦτο ἔπραξαν εἴτε τῶν ἐκ γένους, εἴτε καὶ τῶν ἔξωθεν, κἂν εἰ δοκῇ πως συνανειλῆφθαι καὶ ἡ προγαμιαία δωρεὰ τῇ προικί.

sint, domini tamen talium rerum quod ad proprietatem erunt, eaque statim matrimonio cum secunda coniuge contracto ad eos venient. Neque distinguimus in dote vel donatione propter nuptias, utrum ipsi coniuges eam dederint, an vero alii, sive cognati sive extranei, pro ipsis id fecerint, quanquam et donatio propter nuptias quodammodo in dote comprehendi videatur

Κεφ. κδ'.

Ἀλλὰ τὸ νομοθετηθὲν ἐπὶ τῶν ἐντεῦθεν εἰς τοὺς γήμαντας περιερχομένων κερδῶν καὶ οὕτω κύριον ἔστω, καὶ οὕτως ἀσφαλὴς τῶν τοιούτων ὁ νόμος αὐτοῖς γενήσεται φύλαξ, ὅτιπερ [2]) οὐδὲ ἐκποίησιν οὐδεμίαν ἐφήσει τοῖς γονεῦσιν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, οὐδὲ ὑποθήκην. ἀλλὰ κἂν εἴ τι πράξαιεν οἱ γονεῖς, εὐθὺς τὴν αὐτῶν ὑποτίθησιν αὐτοῖς περιουσίαν, οὐχ ὥστε κωλύειν τοὺς γονεῖς ἐπ' αὐτοῖς τι πράττειν ὧν βούλονται (αἰσχύνεται γὰρ ὁ νόμος σωφρονισὰς τοὺς παῖδας τοῖς γεννήσασιν ἐπιστῆναι), ἀλλ' ἐκείνους μὲν ἐρυθριᾷ, διαπειλεῖ δὲ τοῖς λαμβάνουσιν, ὡς οὐδὲν αὐτοὺς τὸ ληφθὲν ὀνήσει. Καὶ ἴστωσάν γε καὶ ἐκ τοῦδε ἡμῶν τοῦ νόμου, ὡς, κἂν εἴ τινα παρὰ τῶν τοιούτων γονέων ἀγοράσιαν ποιήσαιντο, κἂν εἰ λάβοιεν δωρεάν, κἂν εἴ τι τῶν πάντων πράξαιεν, ἐν ἴσῳ τοῖς μήτε πεπραγμένοις μήτε γεγραμμένοις ἔσται τὸ γενόμενον. ἐκδικήσουσι γὰρ αὐτὰ πάντως οἱ παῖδες, κληρονόμοι τε καὶ αὐτῶν διαδοχοι, παρά τε κληρονόμων ἐκείνων καὶ διαδόχων, οὐκ ἄλλως ἀποκλειόμενοι, πλὴν εἰ μὴ τριακονταετὴς παρέλθοι χρόνος, καὶ ἡ κατοχὴ κυρίους τοὺς λαβόντας καταστήσει, ἀρχομένου τοῖς παισὶν τοῦ χρόνου τρέχειν, ἐξ οὗπερ αὐτεξούσιοι φανεῖεν ὄντες ἢ γενόμενοι, πλὴν εἰ μή τις ἄνηβος ἡλικία προσβοηθήσειεν ἔτι [a]).

Cap. XXIV.

Quod autem de lucris exinde ad coniuges venientibus sancitum est, etiam sic ratum sit, et lex adeo fidus iis erit custos, ut has res neque alienare, neque pignori dare parentibus permittat. Sed et si parentes quid fecerint, statim eorum substantiam illis obligat, non quod parentes in iis quod volunt agere prohibeat (pudet enim legem parentibus liberos praeficere magistros), sed illos quidem pudore suffundit, minatur vero accipientibus, nihil ipsis profuturum esse id, quod acceperint. Ac sciant ex hac nostra lege, etsi ab eiusmodi parentibus quid emerint, vel donum acceperint, vel quidquam aliud egerint, id, quod gestum est, perinde habendum esse, ac si nihil neque factum neque scriptum esset. Liberi enim, eorumque heredes et successores illa ab heredibus illorum et successoribus omnino vindicabunt, nec aliter excludentur, nisi si triginta annorum tempus praeterierit, et possessio eos, qui acceperunt, dominos effecerit; tempus autem liberis currere incipit, ex quo suae potestatis esse aut facti appareant, nisi forte pupillaris aetas illis adiumento sit.

Κεφ. κε'.

Ἐλεύσεται δὲ τὰ τοιαῦτα τῶν κερδῶν εἰς τοὺς παῖδας ἅπαντας τοὺς ἐκ τῶν προτέρων γάμων. Οὐ γὰρ ἐφείμεν τοῖς γονεῦσι τὴν οὐκ ὀρθῶς ἐπεισηγμένην ἐπιλογὴν εἰς αὐτοὺς ἐνδείκνυσθαι, οὐδὲ τῷ μὲν τῶν παίδων διδόναι, τὸν δὲ ἀτιμάζειν. ἅπαντες γὰρ τοῖς δευτέροις ὁμοίως ἠτιμάσθησαν γάμοις. ἀλλ' ὥσπερ [3]) ἁπάντων

Cap. XXV.

Venient vero lucra haec ad omnes liberos, qui ex prioribus nuptiis suscepti sunt. Non enim permittimus parentibus, ut non recte introducta electione adversus eos utantur, et alii quidem ex liberis quid dent, alium vero iniuria afficiant; omnes enim secundis nuptiis pari contumelia affecti sunt. Nam si parentes omnibus liberis suis aequaliter heredes sunt, nec huic quidem

talium erunt, venientium mox in eos simul cum secundae uxoris coniunctione. Et non discernimus de dote et ante nuptias donatione, utrum ipsi hanc dederint pro se contrahentes, an aliqui alii pro eis hoc egerint sive ex genere, sive etiam extrinsecus, licet videatur quodammodo comprehensa et antenuptialis donatio in dote.

Cap. XXIV. Sed quod sancitum est super lucris hinc venientibus ad nubentes, etiam sic ratum sit, et ita certa talium lex eis erit cavens, ut neque alienationem ullam permittat parentibus in talibus, neque hypothecam, sed vel si quid egerint parentes, mox eorum obligat eis substantiam, non ut prohibeat eos aliquid agere in iis, quae voluerint (erubescit enim lex castigatores filios genitoribus statuere), illos quidem erubescit, interminatur autem accipientibus, tanquam nihil eis quod accipiunt prosit. Et sciant ex hac nostra lege, quia, vel si quam a talibus parentibus comparationem fecerint, vel si acceperint donationem, vel si quid omnino egerint, tale erit, quale nec gestum, nec scriptum quod factum est. Vindicabunt enim ea omnino filii heredesque eorum et successores ab heredibus illorum et successoribus, non aliter excludendi, nisi tricennale transeat tempus, et detentatio dominos accipientes constituat, incipiente filiis tempore currere, ex quo suae potestatis apparuerint exsistentes aut [4]) facti, nisi tamen aliqua impubes aetas adiuvet adhuc.

Cap. XXV. Venient autem talia lucra ad filios omnes ex prioribus nuptiis. Non enim permittimus parentibus non recte introductam electionem in eos, neque alii quidem filiorum dare, alium vero exhonorare; omnes enim secundis similiter exhonorati sunt nuptiis. Sed quemadmodum omnium filiorum similiter heredes exsistunt parentes, et non alii quidem succedunt, alii vero non, cur non similiter et ipsi omnibus ex aequo, quan-

---

[a]) *Refertur haec sententia in* (*Kustath.*) *ροπ. XL.* 9.

[1]) ὑπὲρ αὐτῶν *add. Hal.*, *Bas.*, (*Vulg.*). — [2]) αὐτοῖς — ὅτιπερ *om. Hal.* — [3]) *Hal.*, *Vulg.*; ἀλλωστε εἴπερ *Scrimg.*, *Bas.* — [4]) *Cod. Hamb.*, *Cont.*; maiores *add. Trid.*, *Port.*

των τῶν παίδων ὁμοίως κληρονομοῦσιν οἱ γονεῖς, καὶ οὐ τὸν μὲν διαδέχονται, τὸν δὲ οὐχ ὁμοίως, ἀνθ' ὅτου μὴ καὶ αὐτοὶ πᾶσιν ἐξίσης τὸ γε ἐπὶ τούτῳ προσφέρονται, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπιλέγονται, τοῖς δὲ παρορῶσιν; Ὥστε κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἕκαστος τῶν τοιούτων [1]) κερδαινέτω, καὶ εἰ σχοίη παίδας, εἰς αὐτοὺς τοῦτο παραπεμπέτω. οἱ δὲ τοῦτο ἐν ἀλλήλοις διαιρείσθωσαν, αὐτοὶ μὲν κατὰ τὸ μέτρον, ὁπόσοι καθεστᾶσιν, οὐ μέντοι τὸ τοῦ πατρὸς ὑπερβαίνοντες μέρος.

dem succedunt, illi vero non item, quidni et ipsi eodem modo erga omnes, quantum ad hanc rem, affecti sint sed hos eligant, illos vero contemnant? Ideoque quilibet horum pro portione lucretur, idque, si liberos habet, ad eos transmittat; hi vero pro numero personarum, quotquot sunt, id inter se dividant, patris tamen portionem non excedant.

Κεφ. κϛ'.

Ἐπειδὴ δὲ ἀκύρους ἀπεφηνάμεθα τὰς ἐκποιήσεις τας παρὰ τῶν γονέων ἐπὶ τοιούτοις γινομένας, λεπτοτέραν ἐπιθεῖναι προσήκει τῷ πράγματι τάξιν. Εἰ μὲν γὰρ πάντες περίεισιν οἱ παῖδες οἱ ἐκ τῶν προτέρων φύντες γάμων, καὶ προτελευτήσειεν αὐτοῖς ὁ γονεύς, ἄκυρα πανταχοῦ μενεῖ τὰ τῆς ἐκποιήσεως κατὰ τὸ ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον. Εἰ δὲ τελευτήσαιεν πάντες, καὶ πάλιν εἰς ἀπαίδιαν τὸ πρᾶγμα περισταίη, τηνικαῦτα ἐξ ἀποτελέσματος κύριον ἔσται τὸ ἐκποιηθέν. τίς γὰρ ἂν αὐτὸ καὶ ἀνατρέψειε τῶν παίδων (οἷς δὴ καὶ μόνοις τοῦτο ἐφυλάξαμεν) οὐχ ὑπόντων; Ἀλλ' ἐνταῦθά τις ἡμᾶς πρώην εἰσῆλθεν ἔννοια λεπτή τε καὶ μεμεριμνημένη καὶ τὸ μέσον ἀμφοῖν τῶν θεμάτων περιεργαζομένη. ἐπειδὴ γὰρ πάντων μὲν ὑπόντων τῶν παίδων καὶ προτελευτήσαντος τοῦ γεγεννηκότος οὐδὲν ὑπολέλειπτο μέρος αὐτοῖς ἐκ τῶν κερδανθέντων, πάντων δὲ τελευτησάντων ὅλον εἰς αὐτοὺς ἐπανήει, διεσκεψάμεθα μέσην τινὰ τῷ πράγματι τάξιν ἐπινοῆσαι, ὥστε, εἰ πλειόνων ὄντων παίδων τελευτήσειεν εἷς, εἰ μὲν ἔχοι παῖδας, ἐπ' ἐκείνους φέρεσθαι τὸν κλῆρον τοῦτον, ὅπερ πολλάκις εἰρήκαμεν, εἰ δὲ οὐκ ἔχοι παῖδας, μὴ πάντως εἰς τοὺς ἀδελφοὺς τὸ πᾶν ἔρχεσθαι, ἀλλ' ὅσον ἐκ τοῦ συμφώνου τοῦ ἐξ ἀπαιδίας ἐγένετο τῷ γεγεννηκότι, τοῦτο αὐτὸν κερδαίνειν, τὸ λοιπὸν δὲ συγχωρεῖν ἔρχεσθαι ἐπὶ τοὺς τοῦ παιδὸς διαδόχους, εἴτε ἀδελφοὶ καθεστήκοιεν, εἴτε ἐξωτικοὶ τυχον (ὅπερ μάλιστα ἐπὶ μητρὸς συμβαίνει), εἴτε διάθοιντο εἰς τὰς αὐτῶν περιουσίας, εἴτε καὶ ἀδιάθετοι τελευτήσαιεν. Καὶ τοῦτο δὲ ἡμεῖς ἐγράψαμεν ἡμετέρῳ νόμῳ, μεριμνήσαντές τε αὐτὸ καὶ ἐξευρόντες πρῶτοι, καὶ φιλανθρώπως νομοθετήσαντες [2]), ὥστε κάνταῦθα, εἴπερ ἐκποιήσειεν ὁ γονεύς, πρὶν εἰς δευτέρους ἀφικέσθαι γάμους, εἶτα τελευτήσειε τῶν παίδων εἷς, κατὰ τοσοῦτον ἐῤῥῶται μόνον τὰ ἐκποιηθέντα, καθ' ὅσον

Cap. XXVI.

Quoniam vero harum rerum alienationes a parentibus factas irritas declaravimus, convenit, ut accuratius hanc rem definiamus. Nam si omnes supersunt liberi ex primis nuptiis procreati, et parens praemortuus est, irrita omnino erit alienatio secundum ea, quae ante a nobis dicta sunt. Si vero omnes decesserunt, et res ad orbitatem redigitur, tum ex eventu valebit id, quod alienatum est. Quis enim id infirmabit, quum liberi, quibus solis hoc servavimus, non adsint? Sed hic nuper in accuratum quandam et sollicitam venimus cogitationem, quaeque curiose examinat, quod medium est inter utrumque casum. Nam quum omnibus quidem liberis superstitibus, et parente mortuo, nulla pars lucrorum ipsis relinqueretur, omnibus vero mortuis totum ad eos rediret, mediam quandam viam in ea re invenire voluimus, ut, si pluribus exsistentibus liberis unus moriatur, siquidem liberos habeant, ad eos hereditas illa deferatur, uti saepius diximus, si vero liberos non habeat, ad fratres totum utique non perveniat, sed quantum ex pacto in casum non exsistentium liberorum parenti acquisitum est, tantum ipse lucretur, reliquum vero ad filii successores, sive fratres, sive forte extranei sint, venire permittatur (id quod maxime in matre contingit), sive de bonis suis disponant, sive intestati moriantur. Atque hoc in lege nostra scripsimus, primi illud excogitantes et invenientes clementerque sancientes. Quare hoc quoque casu si alienaverit parens ante, quam ad secundas nuptias veniat, deinde unus ex liberis mortuus fuerit, eatenus solum valeant ea, quae alienata sunt, quatenus ad eum, qui alienavit, ex pacto in casum non exsistentium liberorum pervenit. Nam ad eas partes, quae ad heredes filii veniunt, omnino irritum erit. Quare facta alienatione res in suspenso manebit, et mutetur secundum casus, qui postea incidunt, et

quantum ad hoc, conferant, sed alios quidem eligant, alios vero despiciant? Ideoque secundum portionem unusquisque hoc lucretur, et si habeat filios, ad eos haec transmittat, illi vero haec inter alterutros partiantur. Ipsi quidem secundum mensuram, quanti consistant, non tamen patris transcendentes portionem.

Cap. XXVI. Quoniam autem infirmas declaravimus alienationes a parentibus super talibus factas, subtiliorem imponere convenit causae ordinem. Si enim omnes supersint filii ex prioribus nati nuptiis, et praemoriatur eis parens, infirma omnino manebit alienatio, secundum quod prius a nobis dictum est. Si vero moriantur omnes, et rursus ad orbitatem causa veniat, tunc ex effectu ratum erit quod alienatum est. Quis enim hoc etiam infringat, filiis, quibus videlicet solis hoc servavimus, non exsistentibus? Sed, hic quidam nobis pridem ingressus est sensus subtilis et sollicitus, et medium utrorumque casuum pertractans. Quia enim omnibus quidem exsistentibus filiis et praemoriente genitore nulla relinquebatur pars eis ex lucratis rebus, omnibus autem morientibus totum in eos revertebatur, cogitavimus medium quendam causae ordinem invenire; unde si pluribus exsistentibus filiis moriatur unus, si quidem habeat [3]) filios, ad illos ferri hereditatem (hoc quod saepe diximus), si vero non habeat filios, non omnino ad fratres totum venire, sed quantum ex pacto non exsistentium filiorum acquirebatur generanti, hoc eum lucrari, reliquum vero concedere in filii venire successores, sive fratres sint, sive extranei forte (quod maxime in matre contingit), sive disponant suas substantias, sive etiam intestati moriantur. Et hoc nos scripsimus in nostra lege, cogitantes illud, et invenientes primi, et clementer sancientes. Quapropter etiam hic si [4]) alienaverit parens, antequam ad secundas veniat nuptias, deinde moriatur unus filiorum, in tantum valet solummodo quod alienatum est, quantum ad alienantem ex pacto non exsistentium filiorum pervenit, alioquin secundum alias partes, quaecunque ad filii heredes veniunt, omnino infirma erunt. Unde alienatione facta manet causa in suspenso, sequentibus committenda fortunis, et aut perfecte

---

[1]) τὸ τοιοῦτο *Hal.*, (*Vulg.*). — [2]) τε αὐτὸ — νομοθετήσαντες *om. Cod. Bol., Hal.*; *cf. Heimbach. l. c.* p. 326. — [3]) *Cod. Hamb., Trid Port.*; habet *Cont* — [4]) etiam hoc si *Cod. Hamb., Trid.*; etiam si hoc *Port.* etiam si haec *Cont.*

ὅσον εἰς τὸν ἐκποιήσαντα κατὰ τὸ ἐξ ἀπαιδίας περιέρχεται σύμφωνον, ἐπείτοιγε κατὰ τὰ ἄλλα μέρη, ὁπόσα εἰς τοὺς τοῦ παιδὸς κληρονόμους χωρεῖ, παντοίως ἄκυρον ἔσται. ὥστε ἐκποιήσεως γενομένης μενεῖ τὸ πρᾶγμα ἐν μετεώρῳ, ταῖς ἐφεξῆς συμμεταβαλλόμενον τύχαις, καὶ ἢ τελείως ἐξ ἀρχῆς ἀκυρουμένης τῆς ἐκποιήσεως, ἢ τελείως ἰσχυούσης, ἢ κατὰ μέρος μὲν ἀκυρουμένης, κατὰ μέρος δὲ ἰσταμένης. §. 1. Καὶ ἐπὶ τούτων δὲ δὴ τῶν κερδῶν, ὅσα πρὸς τοὺς δευτέρους ἐρχομένων γάμους τῶν γονέων λαμβάνουσιν οἱ παῖδες, οὐ περιεργαζόμεθα, πότερον κληρονομοῦσιν ἢ τοῦ προτελευτήσαντος γονέως, ἢ τοῦ δευτέρου τελευτῶντος, οὐδὲ εἴ τινες μὲν κληρονομοῦσι, τινὲς δὲ οὐχί, ἀλλά, καθάπερ ἔμπροσθεν εἴπομεν, γέρας αὐτοῖς δίδομεν τοῦτο, εἴτε κληρονομοῖεν, εἴτε καὶ μή. Καὶ τοῦτο ἐξ [1]) ἴσου λήψονται αὐτοὶ μὲν περιόντες, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ οἱ τοῦ τελευτήσαντος παῖδες, τὸ τοῦ γεγεννηκότος λαμβάνοντες μέρος. παντάχοῦ μέντοι τῆς ἀχαριστίας, καθὰ καὶ ἔμπροσθεν εἴπομεν, ἐμποδὼν πρὸς τὸ τοιοῦτο κέρδος ἰσταμένης τῷ τοιούτῳ παιδί. τοὺς γὰρ κατὰ τῶν ἀχαρίστων κειμένους οὐχ ὑπερβαίνομεν νόμους, ταύτῃ καὶ τοὺς γονεῖς τιμῶντες, καὶ τοὺς παῖδας εἰς εὐσέβειαν ἄγοντες. ὥσπερ γὰρ τὰ τῆς ἐπιλογῆς ἐκωλύσαμεν, καὶ πᾶσιν δίδομεν ὁμοίως τὰ τοιαῦτα γέρα, οὕτω τὸ τῆς ἀχαριστίας οὐκ ἀναιροῦμεν. Πρόδηλον δέ, ὡς ἀχάριστον προσῆκει νοεῖν τὸν ἢ περὶ ἀμφοτέρους τοὺς γονέας, ἢ πάντως περὶ τὸν ὕστερον τελευτῶντα γενέσθαι φανερῶς ἀποδεικνύμενον.

et vel plane ab initio infirmetur alienatio, vel in totum valeat, vel pro parte quidem infirmetur, pro parte vero subsistat.

§. 1. *In ea quoque lucra, quae liberi capiunt parentibus secundas nuptias contrahentibus, non curiose inquirimus, utrum heredes sint parentis ante vel postea mortui, vel an quidam heredes sint, quidam vero non. Sed quemadmodum antea diximus, praemium hoc ipsis damus sive heredes sunt, sive non. Et hoc aequaliter illi quidem, qui superstites sunt, accipient, cum ipsis vero etiam liberi illius, qui mortuus est, parentis sui partem capient. Ubique tamen ingratitudo, sicut antea quoque diximus, filio impedimentum, quantum ad lucrum illud, afferat; leges enim in ingratos latas non transgredimur, quum ea re et parentes honoremus, et liberos ad pietatem deducamus. Quemadmodum enim electionem prohibuimus, et omnibus ex aequo praemia illa dedimus, ita quae ad ingratitudinem pertinent non tollimus. Manifestum autem est, eum existimandum esse ingratum, qui vel in utrumque parentem, vel omnino in eum, qui posterior mortuus est, talis fuisse aperte demonstretur.*

Κεφ. κζ'.

Ἄριστα δὲ ἡμῖν Λέων ὁ τῆς θείας λήξεως δοκεῖ σκέψασθαι τὰ περὶ τῶν ἐπιδόσεων, ἂν εἰς τὰ δεύτερα ποιοῦνται συνοικέσια οἱ ταῦτα συμβάλλοντες. φησὶ γάρ, ὡς, εἴπερ ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παῖδας ἔχοιεν οἱ γονεῖς, εἶτα εἰς δεύτερον ἢ καὶ ἐφεξῆς χωροῖεν συνοικέσιον, οὐ δύνανται οὔτε εἰς τὴν μερισιὰν οἱ πατέρες, οὔτε εἰς τὸν πατρῷὸν αἱ μητέρες κατὰ τὸν τῆς ζωῆς χρόνον τὴν οἱανοῦν ποιεῖσθαι φιλοτιμίαν, ἢ ἐν τελευτῇ τι καταλιμπάνειν, πλὴν ἧ τοσοῦτον, ὅσον ὁ εἷς παῖς ἢ θυγάτηρ μόνος ὢν ἐκ τοῦ φύσαντος ἔχει, εἰ δὲ πολλοὶ παῖδες εἶεν, καὶ ἕκαστος ἴσον ἔχοι μέρος, οὐ πλέον τοῦ εἰς ἕκαστον ἀφικνουμένου ἢ ὁ πατρῷὸς ἢ ἡ μητρυιὰ παραλήψονται. Εἰ δὲ ἄνισα τὰ καταλελειμμένα τυγχάνοι, τοσοῦτον ἀνάγκη μόνον εἰς τὴν μητρυιὰν ἢ τὸν πατρῷὸν ἔρχεσθαι ἐξ οἱασδήποτε φιλοτιμίας, τοῦ γονέως,

Cap. XXVII.

Optime vero divae memoriae Leo quae ad donationes pertinent, quas in secundas nuptias conferunt qui eas contrahunt, nobis considerasse videtur. Dicit enim, si ex priore matrimonio parentes habeant liberos, deinde secundum vel etiam sequens matrimonium ineant, neque patres in novercam, nec matres in vitricum quamlibet liberalitatem inter vivos conferre, vel mortis causa quid relinquere posse, nisi tantum, quantum unus filius aut filia, si solus sit, a parente habet. Si vero plures sint liberi, et singuli aequalem habeant partem, vitricus vel noverca non plus accipiant, quam ad singulos pervenit. Sin autem inaequalia sint ea, quae relicta sunt, necesse sit, ut ad novercam vel vitricum ex quacunque liberalitate parentis tantum veniat, quantum filius, qui minus habet quam reliqui, ex bonis illius vel ultima voluntate relictum, vel etiam inter

fecte ab initio infirmanda alienatione, aut perfecte valente, aut particulatim quidem infirmanda alienatione, particulatim vero constante. §. 1. Et super iis quoque lucris, quaecunque ad secunda venientibus vota parentibus percipiunt, non perscrutamur, utrum heredes exsistant aut praemorientis parentis, aut secundi morientis, nec si alii quidem heredes exsistant, alii vero non, sed, sicut superius diximus, praemium eis damus hoc, sive heredes fiant, sive etiam non, et hoc ex aequo percipiant ipsi quidem superstites, cum eis autem et defuncti filii genitoris accipientes partem, ubique tamen ingratitudine (sicut praediximus) impedimenta ad tale lucrum faciente huiusmodi filio. Contra ingratos enim positas non transcendimus leges, taliter et parentes honorantes, et filios ad pietatem deducentes. Sicut enim electionem prohibuimus [2]) et denuo omnibus similiter damus talia praemia, sic ea, quae de ingratitudine sunt, non interimimus. Palam vero est, quia ingratum intelligi eum oportet, qui circa ambos parentes, aut omnino circa posterius morientem factus aperte monstratur.

Cap. XXVII. Optime vero nobis Leo divae memoriae videtur cogitasse de oblationibus, quas in secunda faciunt matrimonia, qui ea contrahunt. Ait enim, quia, si ex priore matrimonio filios habeant parentes, deinde ad secundum aut deinceps veniant matrimonium, non possunt neque in novercam patres, neque in vitricum matres secundum vitae tempus quamlibet facere largitatem aut in morte relinquere, nisi tantum, quantum unus filius aut filia solus exsistens ex generante habeat. Si vero multi filii sunt, et unusquisque aequalem habet portionem, non amplius, quam ad singulos veniat, aut vitricus, aut noverca percipiat. Si vero inaequalia quae relinquuntur fuerint, tantum necesse est solum ad novercam aut vitricum venire ex quacunque largitate parentis, in quantum qui minus habet filius ex illius substantia percepit aut ex novissima voluntate dimissum, aut in vita datum, quippe

---

[1]) *Bas., Vulg.*; αὐτοῖς διδόμενον τοῦτο ἐξ (*om.* εἴτε — τοῦτο) *Scrimg.*; δίδομεν. τοῦτο ἐξ *Hal.* — [2]) *Cod. Hamb.*; prohibemus *add.*

γονέως, εἰς ὅσον ὁ τὸ ἕλαττον[1]) ἔχων παῖς ἐκ τῆς ἐκείνου περιουσίας λαμβάνει ἢ ἀπὸ τελευταίας βουλήσεως καταλειφθέν, ἢ καὶ ἐν ζωῇ δεδομένον, δηλαδὴ τῆς πρώην τετάρτης, νυνὶ δὲ τρίτης ἢ ἡμισείας κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον μοίρας πάντως τῷ παιδὶ καταλιμπανομένης ἢ διδομένης, εἰ μὴ πάλιν ὁ τῆς ἀχαριστίας ἐναντιώσιο λόγος. Ταὐτοῦ τούτου φυλαττομένου καὶ ἐπὶ πάππου καὶ μαμμης, καὶ προπάππου καὶ προμάμμης, καὶ ἐγγόνων ἀῤῥένων ἢ θηλειῶν καὶ προεγγόνων ὁμοίως, εἴτε ὑπεξούσιοι τυχόν, εἴτε ἐμαγκιπάτοι καθεστήκοιεν, ἐκ τῆς πατρῴας ἢ μητρῴας κατιόντες σειρᾶς. Καὶ τοῦτο διορίσας ὀρθῶς ἐπήγαγεν, ὅτι τὸ πλεῖον τοῦ καταλειφθέντος ἢ δοθέντος ὅλως ἢ τῇ μητρυιᾷ ἢ τῷ πατρῳῷ ὡσανεὶ μητε γραφέν, μήτε καταλειφθέν, ἢ δοθέν, ἢ δωρηθὲν ἀρμόσει τοῖς παισί, καὶ μεταξὺ τούτων μόνων ἐξίσης διαιρεθήσεται. Τὸ γὰρ δεῖν καὶ τοὺς ἐκ τοῦ δευτέρου γάμου παῖδας μετέχειν καὶ τούτων γέγραπται μὲν ἐπί τινος διαιτάξεως, οὐ μὴν καὶ νῦν ἡμῖν ἀρέσκει, ἀλλὰ τοῖς ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παισί, δι' οὓς καὶ παρατετήρηται, διδόσθω μόνοις, οὐδεμιᾶς μηχανῆς οὔτε δι' ὑποβολιμαίων προσώπων, οὔτε κατ' ἄλλην αἰτίαν παραλαμβάνεσθαι δυναμένης. Τοιοῦτο[2]) δὲ τὸ περιττὸν διαιρήσονται πρὸς ἀλλήλους οἱ κεχαρισμένοι παῖδες τοῖς γονεῦσιν, οὐχ οἱ ἀχάριστοι περὶ τούτους δεικνύμενοι, καὶ ἀχαριστίας τοιαύτης ὑπεύθυνοι καθεστῶτες, ὁποίαν οἱ νόμοι ζητοῦσι. τοὺς γὰρ τοιούτους καὶ τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας ἀφαιρούμεθα, μήποτε τῆς ἐλπίδος ὑποφαινομένης τῆς ἐντεῦθεν κτήσεως κατὰ τῶν γονέων χωροῖεν καὶ θρασύνοιντο, καὶ τοὺς τῆς φύσεως ἀτιμάζοιεν νόμους. πρόδηλον δέ, ὡς κἀνταῦθα, εἴ τις τούτων τελευτήσειεν, εἰς οὓς τὸ περιττὸν ἐφέρετο, παίδων ὑπόντων, οἱ τοῦ τελευτήσαντος παῖδες τοῦτο λήψονται κατὰ μὲν τὸ οἰκεῖον πλῆθος, πρὸς δὲ τὸ οὗ τελευτήσαντος μέρος.

inter vivos datum capit, scilicet veteri illa quarta, nunc vero tertia vel dimidia parte secundum legem nostram liberis omnino relinquenda aut danda, nisi rursus ingratitudinis ratio obstet. Idemque observetur in avo et avia, proavo et proavia, atque nepotibus masculis et feminis, sicut etiam in pronepotibus, sive sub potestate, sive emancipati sint, et ex paterna vel materna linea descendunt. Quumque hoc definiisset, recte intulit, ut id, quod ultra illum modum vel novercae vel vitrico relictum aut datum est, quasi neque scriptum, neque relictum, neque datum aut donatum sit, liberis competat, atque inter hos solos ex aequo dividatur. Nam quod liberi etiam ex secundo matrimonio suscepti partem ex his capere debeant, id quidem in constitutione quadam scriptum est, nobis tamen iam non placet, sed liberis ex priore matrimonio natis, propter quos etiam id observabatur, solis detur, nullaque machinatio neque per suppositas personas, neque ex alia causa adhibeatur. Id vero, quod superest, liberi, qui erga parentes se gratos praebuerunt, inter se dividant, non qui erga eos ingrati probantur, et eiusmodi ingratitudinis rei sunt, quam leges requirunt. Tales enim etiam lucro illo privamus, ne forte spe acquirendae possessionis illius affulgente contra parentes veniant, et animo efferantur, atque naturae leges violent. Manifestum vero est, hoc quoque casu, si quis eorum, ad quos id, quod superest, deferebatur, liberis exsistentibus moriatur, liberos defuncti pro numero quidem suo, attamen pro defuncti portione id accepturos esse.

Κεφ. κή'.

Ἐπειδὴ δὲ τοῖς μέχρι νῦν νόμοις ἀδιάκριτόν ἐστι, πότε προσίχει τὸ πλεῖον θεωρεῖν, ἆρα κατὰ τὸν τῆς ἐπιδόσεως καιρόν, ἢ κατὰ τὸν τῆς τοῦ γάμου διαλύσεως, κράτιστον ἡμῖν ἔδοξεν εἶναι τὸν τῆς τελευτῆς τοῦ δευτερογαμήσαντος γονέως παραιρεῖν καιρόν. γράφουσι μὲν γὰρ ἄνθρωποι καὶ ὧν ἔχουσι πλείονα, γράφουσι δὲ καὶ ἐλάττονα, αἱ δὲ ἐπισυμβαίνουσαι τυχαι τὰς ἐναντίας ἐκβάσεις ὡς ἐπίπαν ἐργάζονται. Ὥστε ἵνα μὴ περὶ ταῦτα πλανώμεθα, τὸν καιρὸν ἐκεῖνον σκεπτέον, καθ' ὃν ὁ δευτερογαμήσας τελευτᾷ, καὶ

Cap. XXVIII.

Quoniam vero legibus hactenus latis definitum non est, quando id, quod excedit, spectari debeat, an tempore donationis, an vero soluti matrimonii, optimum nobis visum est, ut tempus mortis parentis, qui secundas nuptias contraxit, observetur. Scribunt enim homines plura, quam habent, scribunt vero et pauciora, incidentes autem casus contrarios ut plurimum eventus producunt. Quare ne in iis erremus, illud tempus spectandum est, quo is, qui secundas nuptias contraxit, moritur, indeque proportio sumenda, et secundum eam quod

quippe dudum quarta, nunc autem tertia aut media secundum nostram legem portione omnino filio relinquenda aut danda, nisi rursus ingratitudinis ratio contradicat. Hoc idem observando et in avo, et in avia, et proavo, et proavia, et nepotibus masculis aut feminis, et pronepotibus similiter, sive sub potestate forsan, sive emancipati consistant, ex paterna vel materna linea descendentes. Et hoc decernens recte intulit, quia quod plus est in eo, quod relictum aut datum est omnino aut novercae aut vitrico, ac si neque scriptum, neque relictum, aut datum vel donatum, competit filiis, et inter eos solos ex aequo dividitur, ut oportet. Namque ex secundis nuptiis filios participare[3]) etiam horum, scriptum quidem in quadam constitutione est, non tamen etiam nunc nobis placet, sed ex priore matrimonio filiis, propter quos et observatum est, detur solis, nulla machinatione neque per suppositas personas, neque per aliam[4]) causam interponi valente. Hoc autem, quod plus est, dividant adinvicem grati filii parentibus, non ingrati circa hos approbati, et ingratitudini[5]) huiusmodi obnoxii constituti, qualem leges quaerunt. Tales namque etiam hac utilitate privamus, ne forte propter spem huius possessionis contra parentes accedant, et protervi sint, et naturae iniurientur leges. Palam quoque est, quoniam et hic, si quis horum moriatur, ad quos, quod plus est, deducebatur filiis exsistentibus, defuncti filii hoc accipient secundum propriam quidem multitudinem, ad defuncti vero partem.

Cap. XXVIII. Quia vero hactenus legibus indiscretum est, quando conveniat quod plus est inspicere, utrum secundum oblationis tempus, an secundum matrimonii solutionem, optimum nobis visum est esse, mortis binubi parentis observari tempus. Scribunt itaque homines et horum, quae habent amplius, scribunt autem et minus, evenientes autem fortunae contrarios eventus saepius operantur. Unde, ut non circa hoc erremus, tempus illud considerandum est, secundum quod binubus moritur, et portio inde sumenda, et secundum eam id, quod plus est,

---

[1]) ἐλάχιστον *Bas.* — [2]) τοῦτο *Hal.*, *Bas.* — [3]) *Cod. Hamb.*, *Tria.*; participari *Port.*, *Cont* — [4]) *Cod. Hamb.*: per aliquam aliam *edd.* — [5]) et ingratitudine *Coa. Hamb.*; per ingratitudinem *edd.*

καὶ τὴν ἀναλογίαν τὴν ἐκεῖθεν ληπτέον, καὶ πρὸς ἐκείνην τὸ πλεῖον σκοποῦνιας ἀφαιρεῖσθαι τὸ ὑπερβαῖνον προσήκει, καὶ τοῖς παισὶ προσνέμειν. ἐπὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις οὐ τῆς ἐξ ἀρχῆς δόσεως ἡ γραφῆς θεωρουμένης, ἀλλὰ τοῦ καλουμένου eventu [1]) σκοπουμένου.

quod excedit iudicandum, idque detrahendum liberis que tribuendum est. Atque in iis omnibus non datio aut scriptura ab initio facta consideretur, sed eventus, qui vocatur, inspiciatur.

Κεφ. κϑ'.

Ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνο ἡμῖν παραλειπτέον, ὅπερ ὀρθῶς ἔχειν Θεοδόσιος ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ὁ νέος διεταξατο, φήσας, ὅτιπερ ἐὰν γυνὴ παιδοποιησαμένη πρὸς δεύτερον ἔλθοι γάμον, κἀκεῖθεν αὐτῇ γένοιντο παῖδες ἕτεροι, εἶτα καὶ ὁ δεύτερος ἀνὴρ τελευτήσειε, τὰ μὲν αὐτῆς οἰκεῖα πράγματα οἱ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν γάμων παραλήψονται παῖδες, ἀδιαθέτου δὲ τῆς μητρὸς τελευτώσης ἐξ ἴσης καὶ ὁμοιοτάτης διανεμήσεως ἔσται. τὴν μέντοι πρὸ γάμου δωρεὰν ἑκατέρα γονὴ τὴν τοῦ οἰκείου λήψεται πατρός, καὶ ἐξ ὁλοκλήρου μὲν οἱ τοῦ προτέρου γαμου παῖδες τὴν ἐκείνου κερδανοῦσι δωρεάν, ἐξ ὁλοκλήρου δὲ οἱ ἐκ τῶν δευτέρων φύντες σπερμάτων τῆς παρ' ἐκείνου γενομένης ἀπολαύσουσι φιλοτιμίας, κἂν εἰ μὴ πρὸς τρίτον ἐκείνη [2]) συνοικέσιον ἦλθεν. τί γὰρ τοῦτο τοὺς προτέρους ὀνήσει; τί δὲ βασκαίνουσιν οἱ πρότεροι παῖδες τοῖς δευτέροις, εἰ μὴ κἀκεῖνοι τρίτοις ὑβρίσθησαν γάμοις; Καὶ ἁπλῶς ἑκάστη γονὴ τὴν τοῦ οἰκείου γονέως λαμβανέτω προγαμιαίαν δωρεάν, καὶ ὅλως τῶν πρώτων παίδων διὰ τὴν δευτερογαμίαν λαβόντων, καὶ [3]) οἱ δευτεροι πάντως αὐτὴν ἐχέτωσαν, κἂν εἰ μὴ τρίτοις ὡμίλησεν ἡ δευτερογαμήσασα γάμοις, ὥστε μὴ δοκεῖν κατὰ τοῦτο τῶν ἀδελφῶν ἐλαττοῦσθαι. Ἐκ δὲ τῆς τῶν πραγματων ἀκολουθίας ταὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν παιέρων ἔστω δευτερογαμούντων, καὶ φυλατέσθω τοῖς μὲν ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παισὶ διὰ τὴν δευτερογαμίαν ἡ κερδανθεῖσα προῖξ, τοῖς δὲ δευτέροις τα ἐκ τῶν δευτέρων, κἂν εἰ μὴ πρὸς τρίτους ὁ παὴρ ἀφίκετο γάμους. §. 1. Τὰ δέ γε λοιπά, ὁπόσα ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐκέρδανεν ἢ [4]) ὁ παὴρ ἢ ἡ μητηρ ἐκ τῆς δευτερογαμίας, ἢ κατα ληγάτον τυχὸν ἢ φιδεϊκόμμισσον, οὐ μὴν εἰς τρίτους ἐληλύθασι γάμους, ταυτα συνανακραθέντα τῇ αὐτῶν περιουσίᾳ καὶ ὑπὸ τρίτων οὐ σαλευθέντα γάμων μενέτω παρ' αὐτοῖς ἀκίνητα, καὶ εἰς τὰς αὐτῶν, ὡς οἰκεῖα [5]), διαδοχὰς ἀφικνείσθω, καὶ παρὰ περιόντων ὃν βούλονται διοικείσθω τρόπον.

Cap. XXIX.

Sed neque illud praetermittendum est, quod Theodosius iunior piae memoriae recte constituit, inquiens, si mulier susceptis liberis secundas nuptias contrahat, eique alii exinde nascantur liberi, deinde etiam secundus maritus moriatur, propria illius bona liberi, qui ex utroque matrimonio suscepti sunt, accipient, et ex aequo, si mater intestata decesserit, dividunt; utraque vero proles donationem ante nuptias proprii sui parentis capiet et liberi prioris matrimonii donationem illius in solidum lucrabuntur, ex secundis quoque nuptiis nati in solidum liberalitate ab illo profecta fruentur, etsi illa ad tertium matrimonium non venerit. Quid enim hoc prioribus prosit? aut cur priores liberi secundis invideant, si non et illi tertiis nuptiis laesi sunt? Et in summa quaelibet proles patris sui donationem propter nuptias accipiat, et quum priores liberi propter secundas nuptias illam accipiant, secundi etiam omnimodo eam habeant, etsi quae secundo nupsit ad tertias nuptias non venerit, ne videantur in hoc fratribus inferiores esse. Ex hac vero rerum consequentia idem quoque in patribus secundas nuptias ineuntibus obtineat, et dos lucrata liberis quidem prioris matrimonii propter secundas nuptias, secundis vero liberis ex secundis nuptiis servetur, etsi pater tertium matrimonium non contraxerit.

§. 1. *Reliqua vero, quae pater vel mater ex secundis nuptiis vel per legatum vel fideicommissum lucrati sunt, nec tamen tertias contraxerunt nuptias, haec substantiae eorum commixta, et a tertio matrimonio non concussa apud ipsos immota maneant, et tanquam propria ad successores eorum perveniant, atque a superstitibus eo quo voluerint modo administrentur.*

Κεφ. λ'.

Cap. XXX.

est, contemplantes anferre quod transcendit oportet, et filiis applicare; in omnibus talibus non ab initio donatione aut scriptura respicienda, sed qui vocatur eventus considerandus est.

Cap. XXIX. Nec illud quoque nobis relinquendum est, quod recte habendum Theodosius piae memoriae iunior constituit, dicens, quia, si mulier filiis procreatis ad secundas veniat nuptias, et exinde ei nascantur alii [6]) filii, deinde etiam secundus vir moriatur, eius quidem proprias res ex ambobus matrimoniis percipient filii intestata matre moriente ex aequa et simillima [7]) divisione, antenuptialem vero donationem utraque soboles proprii accipiet patris, et ex solido quidem prioris matrimonii filii illius lucrabuntur donationem, ex solido quoque ex secundis nati seminibus ab illo facta fruentur magnificentia, licet non ad tertium illa mulier matrimonium venerit. Quid enim hoc prioribus prosit? quid autem invideant priores filii secundis, si non et illi [8]) tertiis iniuriam passi sunt nuptiis? Et absolute unaquaeque soboles proprii parentis accipiat sponsalitiam largitatem, et omnino prioribus filiis propter secundas nuptias accipientibus, et secundi liberi modis omnibus eam habeant, quamvis quae secundas contraxit nuptias ad tertia minime migraverit vota. Ex rerum vero consequentia hoc ipsum et in patribus sit secundas nuptias facientibus, et servetur quidem ex priore matrimonio filiis propter secunda vota lucrata dos, secundis quoque ex secundis [9]), licet non ad tertia pater pervenerit vota. §. 1. Reliqua vero, quaecunque in talibus lucratus est pater aut mater ex secundis nuptiis, aut per legatum forsitan, sive fideicommissum, non tamen ad tertias venerunt nuptias, haec commixta eorum substantiae et a tertiis non mutilata matrimoniis maneant apud eos immota, et ad eorum velut propria [10]) successiones perveniant, aut etiam a superstitibus quo volunt disponantur modo.

Cap. XXX.

---

[1]) ἀποτελέσματος *Hal., Bas.* — [2]) *Hal., Bas., Vulg.*; *om.* ἐκείνη *Scrimg.* — [3]) *Hal., Vulg.*; *om.* καὶ *Scrimg., Bas.* — [4]) ἢ *om. Hal., Bas., Vulg.* — [5]) οἰκείας *Hal.* — [6]) *Spang.*; alii *om. Cod. Hamb. et edd.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; simili *Port., Cont.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; illis *Cont.* — [9]) *Bk. ed. ster.*; ex secundis *antea deerat.* — [10]) propriis *Cod. Hamb., Trid.*

Κεφ. κ'

Ἐπειδὴ δὲ τὰ κέρδη πανταχοῦ κατὰ τὴν τοῦ λόγου συνέχειαν εἰς τὰς ἀπὸ τελευτῆς διαζεύξεις ἐνομοθετήσαμεν, βραχεῖ τινι λόγῳ κἀκεῖνο προστίθεμεν, ὡς, ὁπόσα κερδάνοιεν οἱ γονεῖς ῥεπουδίῳ διαλυθέντος τοῦ γάμου, εἴτε bona gratia σιαλέντος, εἴτε καὶ ἄλλως, εἴτε κατὰ προικός, εἴτε καιὰ προγαμιαίας δωρεᾶς πρόφασιν, ταῦτα καιὰ μίμησιν τῶν ἀπὸ τελευτῆς κερδῶν ἅπαντα φυλαττέσθω τοῖς παισί. ταὐτοῦ τούτου φυλαττομένου καὶ ἐπὶ τῶν ἀπροίκων γαμετῶν, ἔνθα ἡ παρ' ἡμῶν τεθεῖσα διάταξις τὴν προπέτειαν ἐιμωρήσαιτο [1]). Καὶ οὐ διαφερόμεθα, παρά τίνος αἰτίαν ὁ γάμος τῷ ῥεπουδίῳ διαλέλυται. ὁπωσδήποτε γὰρ ἂν ἔχοι τὸ πρᾶγμα, φυλάττεται καὶ ἐπ' ἐκείνων τὸ κερδανθὲν τοῖς ἐκ τῶν γάμων ἐκείνων παισίν, ἐξ ὧν προῆλθον οἱ παῖδες, εἴτε οἱ πρῶτοι διελύθησαν γάμοι ῥεπουδίῳ, εἴτε καὶ οἱ δεύτεροι, κἂν εἰ τρίτος οὐκ ἠκολούθησε γάμος.

Κεφ. λα'.

Τὰ δὲ περὶ αὐξήσεων ἢ μειώσεων προικῶν ἢ προγαμιαίων δωρεῶν εἰρηται μέν τισι τῶν ἔμπροσθεν νόμων, ἡμῖν δὲ ἐξειργασται τελειότερον, οὗ γε καὶ συνεσιώτων τῶν γάμων τὰς διὰ τὸν γάμον [2]) δωρεὰς οὐκ αὔξεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς δίδοσθαι προσετάξαμεν, καὶ ὥσπερ αὔξεσθαι συνεχωρήσαμεν, οὕτω καὶ μειοῦσθαι τῶν συνελθόντων βουλομένων ἐφήκαμεν. Ἀλλὰ τοῦτο, τὸ τῆς μειώσεως φαμέν, εἰ δεύτερος γένοιτο γάμος, οὐκ ἐφήσομεν (ἵνα μή τι τῇ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως προκρούσωμεν διατάξει), ἡνίκα παῖδες ἐκ τοῦ προτέρου γένοιντο γάμου. Εἰ γὰρ ἄμετρον ἐπιδοίη τὴν προῖκα ἢ τὴν προγαμιαίαν δωρεὰν ὁ γονεύς, ἢ ἕτερόν τι φιλοτιμήσαιτο, εἶτα συναισθόμενος, ποῖ φέρεται τὰ τοῦ νόμου, συσταλείε τὸ γενόμενον, καὶ ἐλαττώσειε τὴν προῖκα ἢ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, οὐκ ἔτι κέρδος ἔσται τοῖς παισὶ τὸ δοθέν, ἀλλ' ἐξέσται κερδαίνειν ἢ τῷ πατρῳῷ ἢ τῇ μητρυιᾷ. των παίδων κατὰ τοῦτο ἀδικουμένων.

Κεφ. λβ'.

Εἰ δὲ μόνον οὐσούφρουκτο [3]) πραγμάτων ἢ ὁ ἀνὴρ τῇ γαμετῇ ἢ ἡ συνοικοῦσα τῷ γήμαντι κατὰ τελευταίαν δοίη βούλησιν, ὁ μὲν πρὸ ἡμῶν ἔλεγε νόμος, εἰ πρὸς δευτέρους ἀφίκοιντο γάμους ἢ ὁ πατὴρ

Cap. XXX.

Quoniam vero ex continuo orationis ordine ubivis de lucris in solutionibus, quae per mortem fiunt, sancivimus, breviter et hoc addimus, ut, quaecunque parentes matrimonio per repudium soluto, sive bona gratia misso, sive aliter aut dotis aut donationis propter nuptias titulo lucrati fuerint haec omnia ad imitationem lucrorum, quae morte obveniunt, liberis serventur. Idque ipsum etiam servetur in uxoribus indotatis, ubi earum temeritatem lata a nobis constitutio punivit. Nec distinguimus, cuius culpa matrimonium repudio solutum sit: quocunque enim modo se res habeat, in illis quoque id, quod lucratum est, liberis illius matrimonii, ex quo liberi illi nati sunt, servetur, sive prius matrimonium repudio solutum sit, sive etiam secundum, etsi tertiae nuptiae secutae non sint.

Cap. XXXI.

De augmentis vero et diminutionibus dotium aut donationum propter nuptias dictum quidem est in quibusdam legibus antea latis, a nobis vero perfectius elaboratum est, qui etiam constante matrimonio ut donationes propter nuptias non solum augeantur, sed etiam ut ab initio fient praecepimus. et sicuti eas augeri permisimus, ita etiam minui, si contrahentes voluerint, concessimus. Sed hoc (de deminutione loquimur) non permittemus, si secundae nuptiae contrahantur (ne Leonis piae memoriae constitutionem offendamus), quum liberi ex priore matrimonio suscepti sunt. Nam si parens immoderatam dotem vel donationem propter nuptias dederit, vel aliud quid largitus sit, deinde animadvertens, quo lex tendat, id, quod gestum est, ad minorem summam redigat, et dotem vel donationem propter nuptias minuat, id, quod datum est, liberorum lucro non cedet, sed vel vitrico vel novercae lucrari licebit, dum liberi in hoc laeduntur.

Cap. XXXII.

Si vero aut vir uxori aut uxor viro solum bonorum usumfructum testamento dederit, vetus quidem lex dicebat, si pater vel mater ad secundas nuptias venerint, eos statim relictum usumfructum amittere, quemi-

Cap. XXX Quia vero lucra ubique secundum rationis frequentiam in disiunctiones ex morte sancivimus, brevi quodam sermone et illud adiicimus, quia quaecunque lucrati fuerint parentes repudio soluto matrimonio, sive bona gratia misso, sive etiam aliter, sive per dotis, sive per sponsalitiae largitatis occasionem, haec adinstar ex morte lucrorum omnia serventur filiis. Hoc idem custodiendo etiam super iudotatis uxoribus, ubi a nobis posita constitutio procacitatem punivit [1]). Et non discernimus, ex cuius culpa matrimonium repudio sit solutum. Quocunque enim modo se habeat causa, servatur etiam super illis [2]) quod lucratum est ex illis nuptiis filiis, ex quibus processerunt filii sive prima soluta sint matrimonia repudio, sive etiam secunda, licet tertiae non secutae sint nuptiae

Cap. XXXI. De augmentis autem aut diminutionibus [3]) dotium aut antenuptialium donationum dictum est quidem aliquibus prioribus legibus, a nobis autem perfectius perscrutatum est, qui etiam consistentibus matrimoniis propter nuptias donationes non augeri solum, sed etiam a principio dari praecepimus [4]), et sicut augeri permisimus, ita quoque minui contrahentibus volentibus concessimus. Sed hoc, quod de deminutione dictum est, si secundae fiant nuptiae, non permittemus [5]) (ut non aliquo modo Leonis piae memoriae offendamus constitutionem), cum filii ex prioribus fuerint nuptiis. Si enim immensam obtulerit dotem aut antenuptialem donationem parens, aut aliquid largiatur aliud, deinde sentiens, quo ferat lex, abbreviet quod factum est, et deminuat dotem aut antenuptialem donationem, nequaquam lucrum erit filiis quod datum est, sed licebit lucrari aut vitricum aut novercam, filiis secundum hoc laesis.

Cap. XXXII. Si vero solum usumfructum rerum aut vir uxori, aut coniux marito per novissimam dederit voluntatem, ante nos quidem dicebat lex, si ad secundas veniret nuptias aut pater aut mater, statim relicto

---

[1]) ἀπροίκων γυναικῶν, ἐν οἷς παρ' ἡμῶν τεθ. διάτ. αὐτῶν ἀσέλγειαν κολάζεται *Hal.* — [2]) *Hal. in notis recogn. op., Bas.*; τῶν γάμων *Scrimg.* — [3]) μόνον χρῆσιν καρπῶν ἢ *Hal.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; punit *Port., Cont.* — [5]) *Port.*; super illud *Cod Hamb., Trid.*; *om. haec duo verba Cont.* — [6]) *Cod. Hamb.*; et diminutionibus *Trid., Port.*; aut de minutionibus *Cont.* — [7]) *Trid.*; praecipimus *Cod. Hamb., Port., Cont.* — [8]) pepercimus *Cod. Hamb., Trid., Port.*

παιὴρ ἢ ἡ μήτηρ, αὐτίκα τ῀ς καταλειφθείσης χρήσεως ἐκπίπτειν, ὥσπερ πρότερον ἐξέπιπτον τῆς δεσποτείας, καὶ παραχρῆμα τοῖς παισὶν αὐτὴν ἀποκαθίστασθαι, εἰ δὲ ἄτηβοι τυχὸν οἱ παῖδες εἶεν, καὶ μετὰ τῶν ἐμμέσων καρπῶν. τοῦτο γὰρ ἐδόκει τῷ νόμῳ. Ἡμῖν δὲ οὐ σφόδρα τοῦτο ἤρεσεν, ἀλλὰ βουλόμεθα, κἂν ἡ χρῆσις δοθεὶη κατὰ [1]) φιλοτιμίαν ἢ mortis causa [2]) δωρεᾶς γενομένης, ἢ καὶ inter vivos [3]), ἐν οἷς ἔξεστι καὶ δωρεῖσθαι, καταλειφθεῖη, καὶ ὁ λαβων εἰς δευτέρους ἀφίκοιτο γάμους, μένειν καὶ οὕτω τὴν χρῆσιν, ἄχρις οὗ περιῇ ὁ τοῦτον ἔχων τὸν οὐσούφρουκτον, εἰ μὴ ῥητῶς αὐτὸς ὁ τὴν δωρεάν, ὡς εἴρηται, πεποιημένος, ἢ ὁ τοῦτον καταλιπών, εἴτε ἄῤῥην εἴτε θήλεια, φήσοι, βούλεσθαι πρὸς δευτέρους ἀφικνουμένου γάμους τοῦ τὸν οὐσούφρουκτον λαβόντος λύεσθαί τε αὐτόν, καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανασῤέφειν δεσποτείαν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τῶν κατὰ φιλοτιμίαν δεδομένων φαμέν.

quemadmodum antea etiam proprietatem amittebant, illumque statim liberis restituere, si vero impuberes liberi essent, etiam cum fructibus medii temporis; ita enim legi visum est. Nobis vero hoc non admodum placuit, sed volumus, si usufructus vel ex liberalitate, vel mortis causa donatione datus, vel etiam inter vivos illis casibus, quibus donare licet, relictus fuerit, et qui eum accepit ad secundas nuptias venerit, ut etiam sic usufructus maneat, donec superstes erit is, qui usumfructum habet, nisi is, qui donationem, uti dictum est, fecit, vel eam reliquit, sive mas est sive femina, expresse dixerit, se velle, ut, si is, qui usumfructum accepit, ad secundas nuptias transierit, ille amittatur, et ad proprietatem suam revertatur. Sed haec de iis dicimus, quae ex liberalitate data sunt.

Κεφ. λγ'.

Εἰ μέντοι ἐν προικὶ ἢ προγαμιαίᾳ δωρεᾷ πραγμάτων οὐσούφρουκτος δοθεὶη, οὐδὲν παντελῶς καινίζομεν, ἀλλὰ τὰ ἤδη νενομοθετημένα κρατεῖτω, καὶ μενέτω παρὰ τοῖς εἰληφόσιν ἄχρις οὗ περιῶσιν, κἂν εἰ μυριάκις ἐναντίον τι βουληθεῖεν οἱ τελευτήσαντες. τὸ γὰρ ἐκ τοῦ νόμου δεδομένον κέρδος ἰδιώτης ἀφελέσθαι παντάπασιν οὐκ ἰσχύει.

Cap. XXXIII.

Si tamen in dotem vel donationem propter nuptias rerum ususfructus datus sit, nihil plane innovamus, sed quae iam sancita sunt obtineant, et quoad vivent apud eos, qui eum acceperunt, maneant, etsi vel millies defuncti contrarium velint. Lucrum enim a lege datum privatus nulla ratione auferre potest.

Κεφ. λδ'.

Ἐπειδὴ δὲ ὅλως εἰς μνήμην τῶν περὶ τοῦ οὐσουφρούκτου νόμων ἀφικόμεθα, κἀκεῖνο προσαναμίξαι τῷ νόμῳ καλόν, ὅπερ ἔστιν [4]) ἔμπροσθεν εἴρηται διατάξεσιν, ὡς πάντων ὁ παιὴρ τῶν εἰς τοὺς παῖδας ἀφικνουμένων εἴτε ἐκ μητρῴας σειρᾶς, εἴτε ἐκ γαμικῆς τῶν παίδων αἰτίας, εἴτε ἀλλαχόθεν τὸν οὐσουφρουκτον ἔχει, κἂν εἰ πρὸς δευτέρους ἔλθοι γάμους. τὴν γὰρ χρῆσιν αὐτῷ [5]) ἄχρις οὗ περιῇ μένειν ἀδιάπτωτον καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν ἅπαντες βούλονται νόμοι καὶ ἐπὶ τοῖς μητρῴοις, καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, καὶ ἡμεῖς σύμφαμεν. ὁ δὲ τῶν castrensium et quasi castrensium peculiorum ἐξηρήσθω λόγος [6])

Cap. XXXIV.

Quoniam vero mentionem legum, quae de usufructu agunt, fecimus, id quoque, quod anterioribus quibusdam constitutionibus dictum est, legi addere convenit, ut pater omnium rerum, quae ad liberos sive ex materna linea, sive ex nuptiis liberorum, sive aliunde pervenerunt, usumfructum habeat, licet ad secundas nuptias venerit. Usumfructum enim tam in maternis quam in aliis omnibus eum quamdiu vivit non amittere omnes ante nos latae leges volunt, et nos consentimus. Castrensium vero et quasi castrensium peculiorum ratio excipiatur.

Κεφ. λε'.

Μήτηρ μέντοι δωρησαμένη τι τῷ παιδὶ τῶν οἰκείων,

Cap. XXXV.

Mater tamen, quae filio ex bonis suis quid donavit,

relicto usu cadere, sicut prius cadebat proprietate, et repente illum filiis restitui, si vero impuberes forsan filii fuissent, etiam cum medii temporis fructibus; hoc enim videbatur legi. Nobis autem non satis hoc placuit, sed volumus, vel si ususfructus detur per largitatem, aut mortis causa donationem factam aut [7]) inter vivos, in quibus licet etiam donari, si relinquatur, et accipiens ad secundas veniat nuptias, manere sic quoque usum, donec supersit, qui hunc habet usumfructum, nisi expressim ille, qui donationem (sicut dictum est) fecit, aut hunc reliquit, sive masculus sive femina, dixerit, velle ad secundas veniente nuptias eo, qui usumfructum accepit, solvi eum, et ad suam reverti proprietatem. Sed haec quidem de iis, quae per largitatem dantur, diximus.

Cap. XXXIII. Si autem in dote aut in sponsalitia largitate [8]) rerum ususfructus detur, nihil penitus innovamus, sed dudum sancita teneant, et maneant apud accipientes donec vivunt, licet decies millies contrarium aliquid velint morientes. Quod enim ex lege datum est lucrum privatus auferre modis omnibus non valebit.

Cap. XXXIV. Quoniam omnino ad memoriam de usufructu legum venimus, illud quoque misceri legi bonum est, quod tribus pridem dictum est constitutionibus, quod omnium pater horum, quae ad filios veniunt sive ex materna linea, sive ex nuptiali filiorum causa, sive aliunde, usumfructum habeat, licet ad secundas veniat nuptias. Usum namque eorum donec vivunt manere sine casu etiam ante nos omnes volunt leges et in maternis, et in aliis omnibus, et nos similiter dicimus; castrensium vero et quasi castrensium iam peculiorum excipiatur ratio.

Cap. XXXV. Mater tamen donans aliquid filio de suo, si ad secundas venerit nuptias, non poterit per

---

[1]) *Hal., Vulg.*; δοθεὶη ἢ κατὰ *Scrimg., Bas.* — [2]) θανάτου αἰτίᾳ *Hal., Bas.* — [3]) ἐν ζωῇ *Hal., Bas.* — [4]) *Scrimg., Bas.*; τρισὶν *Hal., Vulg.* — [5]) *Scrimg., Bas.*; αὐτῶν *Hal., Vulg.* — [6]) ὁ δὲ τῶν ἰδιοκτήτων καὶ κουασικαστρησίων πεκουλίων ἐξαιρείσθω λόγος καὶ ἑτέρων τινῶν *Hal.*; ὁ δὲ τῶν ἰδιοκτ. καὶ οἷον ἰδιοκτήτων πεκ. ἐξηρήσθω λόγος, καὶ ἑτέρων τινῶν *Bas.* — [7]) *Bk. ed. ster.*; et *Cod. Hamb.*; *om.* aut *edd.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; in dotem aut in sponsalitiam largitatem *Port., Cont.*

οἰκείων, εἴπερ εἰς δευτέρους ἔλθοι γάμους, οὐκ ἂν δύναιτο κατὰ πρόφασιν ἀχαριστίας τὸ δεδομένον ἀναιρέπειν. οὐ γὰρ ἐκ καθαρᾶς δοκεῖ γνώμης τὴν ἀχαριστίαν εἰςάγειν, ἀλλὰ τὸν δεύτερον γάμον ἐννοοῦσα ἐπὶ ταύτην ἐλθεῖν τὴν σκῆψιν προείληπται. πλὴν εἰ μὴ καθαρῶς ὁ παῖς ἢ περὶ τὴν ζωὴν αὐτὴν ἐπιβουλεύων τῇ μητρί, ἢ χεῖρας ἐπιβάλλων ἀσεβεῖς, ἢ περὶ τὴν τῆς οὐσίας ὅλης ἀφαίρεσιν πρᾶττων τι κατ' αὐτῆς ἀποδεικνύοιτο.

navit, si ad secundas nuptias venerit, praetextu ingratitudinis datum revocare nequeat. Non enim sincero iudicio ingratitudinem obiicere videtur, sed ad secundas nuptias respiciens in eam cogitationem venisse praesumitur, nisi manifesto probetur, filium vel matris vitae insidias struxisse, vel impias manus intulisse, vel ut totam substantiam illi auferret aliquid contra ipsam molitum esse.

Κεφ. λς'.

Οὐ μὴν συγχωροῦμεν ταῖς γυναιξὶ πρὸς δευτέρων ἀφικνουμέναις γάμων ἔτι βούλεσθαι ταῖς τῶν πρότερον συνοικησάντων ἀξίαις ἢ προνομίοις χρῆσθαι, ἀλλ' εἰς οἷον ἂν μετὰ τὸν πρότερον ἀφίκοιντο γάμον, ἐκείνου στεργέτωσαν τὴν τύχην. ἡ γὰρ τῶν ἔμπροσθεν ἐπιλελησμένη οὐκ ἂν αὖθις ἐκ τῶν ἔμπροσθεν βοηθοῖτο.

Cap. XXXVI.

Non autem permittimus mulieribus, quae ad secundas nuptias veniunt, ut priorum maritorum dignitatibus aut privilegiis utantur, sed cuicunque post prius matrimonium iunctae fuerint, illius fortunam amplectantur. Quae enim priorum oblita est, ex prioribus non habebit beneficium.

Κεφ. λζ'. [a])

Χάριεν δὲ κἀκεῖνο καὶ οὐδὲ εὐσεβείας ἔξω τῷ τῆς θείας λήξεως Ἀλεξάνδρῳ πρὸς πολλοῖς ἑτέροις τῶν ἀρχαίων νομοθετῶν διώρισται, ὥστε εἴ τις ἐλευθερώσειε θεράπαιναν, εἶτα ἀγάγοιτο αὐτὴν γαμετήν, ἡ δέ, ὡς ἔοικεν, ὑπερμαζῶσά τε καὶ τρυφῶσα διαλύσειε τὸ πρὸς τὸν ἐλευθερωτὴν συνοικέσιον, οὐκ ἐφίησιν ὁ νόμος πρὸς δευτέρους γάμους ἐλθεῖν ἄκοντος τοῦ πρότερον γήμαντος, ἀλλὰ τὸν ἐφεξῆς γάμον πορνείαν ἡγεῖται καὶ φθοράν, ἀλλ' οὐ γάμον, οὐδὲ συνάφειαν, ἐξ ἧς ὕβρις οὐκ εὐπρεπὴς τῷ τὴν ἐλευθερίαν ἐπιθέντι προσγίνεται.

Cap. XXXVII.

Illud quoque eleganter nec sine pietate a divae memoriae Alexandro prae multis aliis ex veteribus legislatoribus definitum est, ut, si quis ancillam manumiserit, eamque postea uxorem duxerit, haec vero, ut fit, per lasciviam et luxuriam cum manumissore matrimonium solverit, lex illi ad secundum venire matrimonium invito priore marito non permittat, sed sequentes nuptias adulterium et stuprum, non vero matrimonium aut coniunctionem existimet, per quam indigna contumelia manumissori inferatur.

Κεφ. λη'. [b])

Ταὐτοῦ [1]) δὲ δὴ βασιλέως κἀκεῖνο εὑρόντες ἄξιον τῆς ἑαυτῶν ἡγησάμεθα μέρος ποιήσασθαι νομοθεσίας, ὡς, ἐπειδὴ πάντων ἡ μήτηρ ἀξιοπιστοτέρα πρὸς τὴν τῶν παίδων ἀναγωγὴν [2]) ἐδόκει, δίδωσιν αὐτῇ καὶ τοῦτο ὁ νόμος, εἰ μὴ πρὸς δευτέρους φοιτήσειε γάμους.

Cap. XXXVIII.

Illud quoque ab eodem Imperatore constitutum invenimus, et dignum existimavimus, ut pars legis nostrae fieret, quoniam mater ad liberorum educationem magis idonea quam alii omnes videtur, lex ei hoc quoque tribuit, nisi ad secundas venerit nuptias.

Κεφ. λθ'.

Τὰς δὲ δὴ προῖκας, ἃς ἂν λάβοιεν οἱ συνοικοῦντες, οὐ δώσουσι προχείρως ταῖς γυναιξὶ συνεσιώπων ἔτι τῶν συνοικεσίων, πλὴν ἐξ αἰτιῶν, ἃς ὁ νόμος

Cap. XXXIX.

Dotes vero, quas mariti acceperunt, non facile mulieribus, dum constat matrimonium, reddent, nisi ex causis, quas lex enumeravit. Alioquin si tale quid fece-

per occasionem ingratitudinis revocare quod datum est (non enim ex pura videtur voluntate ingratitudinem introducere, sed secundas nuptias considerans ad hanc venisse cogitationem putabitur), nisi tamen aperte filius aut circa vitam ipsam insidians matri, aut manus inferens impias, aut circa substantiae totius ablationem agens adversus eam aliquid declaretur.

Cap. XXXVI. Non tamen permittimus mulieribus ad secundas venientibus nuptias adhuc velle priorum maritorum dignitatibus aut privilegiis uti, sed ad quale post priorem venerint matrimonium, illius amplectantur fortunam; quae enim priorum oblita est, non rursus ex prioribus adinvabitur.

Cap. XXXVII. Iucundum quoque illud et non extra pietatem a divae memoriae Alexandro super alios plurimos antiquorum legislatorum determinatum est, ut, si quis manumiserit ancillam, deinde eam ducat uxorem, at illa, ut videtur, elata et epulata solverit circa manumissorem matrimonium, non sinit lex ad secundas nuptias venire invito priore marito, sed deinceps nuptias fornicationem iudicat et corruptionem, sed non nuptias nec matrimonium, ex quo iniuriae non decentes ei, qui libertatem imposuit, fiunt.

Cap. XXXVIII. Eiusdem principis illud quoque [1]) invenientes dignum putavimus partem nostrae facere sanctionis, quoniam omnium mater fide dignior ad filiorum educationem videbatur, dat ei etiam hoc lex [2]), nisi ad secundas accesserit nuptias.

Cap. XXXIX. Dotes autem, quas acceperunt [3]) contrahentes, non dabunt facile mulieribus constantibus adhuc matrimoniis, nisi tantum ex causis, quas lex enumeravit; alioqui, si quid tale gesserint, ad [4]) instar dona-

---

[a]) *Hoc caput, quod deest in Hal. ed. Norica, adiicitur in Supplementis ed. Herv ag. atque inde in Par. transiit.* — [b]) *Cap.* 38—48. *in Bas. XXVIII.* 14. *Schol. s—e.*

[1]) τινὸς *Hal., Bas.* — [2]) ἀνάγκην *Hal.* — [3]) Eiusque pr. illud quoque *Cod. Hamb.*; Eiusdem quoque princ. illud *edd.* — [4]) *Cod. Hamb.*; etiam haec lex *Trid.*; etiam hoc haec lex *Port., Cont.* — [5]) *Cod. Hamb.*; acceperint *edd.* — [6]) *Cod. Hamb.*; ad *om. edd.*

νόμος ἠρίθμησεν. Ἐπείτοιγε εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν, μίμησις δωρεᾶς τὸ γενόμενον αὐτόθεν εἶναι δοκεῖ, καὶ εἰ τελευτήσειεν ἡ γυνή, καὶ ἀναλήψονται τὰς προῖκας οἱ δεδωκότες αὐτὰς ἄωρος ταῖς γυναιξὶν ἄνδρες παρὰ τῶν κληρονόμων τῶν γυναικῶν μειὰ τῶν ἐν μέσῳ καρπῶν, αὐτοί τε καὶ κληρονόμοι αὐτῶν, καὶ ἔξουσιν εἰς κέρδος κατὰ τὸ συμπεφωνημένον. καὶ εἰ πρὸς δευτέρους ἀφίκοιντο γάμους οἱ ἄνδρες, φυλάξουσιν ἀνεκποίητα ταῦτα τοῖς παισίν, τοῦτο δὴ τὸ καθ' ὅλου διατεταγμένον. εἰ μέντοι μὴ τύχοιεν λαβόντες οἱ συνοικοῦντες τὰς προῖκας ἔτι συνεστῶτος τοῦ συνοικεσίου, καὶ μετὰ τελευτὴν αὐτὰς τῶν γαμετῶν κατὰ τὸν νόμον ἐκ τῶν ἐκείνων λήψονται κληρονόμων, καθάπερ ἡ γραφὴ βούλεται τοῦ προικῴου.

fecerint, id, quod gestum est, instar donationis eo ipso esse videbitur, et si mulier moriatur, mariti, qui dotes intempestive uxoribus restituerunt, ab uxorum heredibus tum ipsi tum heredes eorum cum fructibus medii temporis eas recipient, et secundum pacta lucrabuntur, et si viri ad secundas veniant nuptias, illa liberis non alienata servabunt; id, quod generaliter constitutum est. Si vero contigerit, ut, dum constabat matrimonium, mariti non acceperint dotes, eas post mortem coniugum ex lege ab heredibus illarum secundum tenorem dotalis instrumenti accipient.

Κεφ. μ.

Εἰ δὲ ἐπιτροπεύοι γυνὴ τῶν παίδων, πρόδηλον ὡς ἀνήβων καθεστώτων, διομοσαμένη [1]) μὴ πρὸς δεύτερον ἔρχεσθαι γάμον, εἶτα καταφρονήσασα καὶ τῆς προτέρας εὐνῆς καὶ τῶν ὅρκων εἰς ἀνδρὸς ἔλθοι δευτέρου, μὴ πρότερον ἐπίτροπόν τε αἰτήσασα, καὶ τοὺς λογισμοὺς παρασχομένη, καὶ καταβαλοῦσα πᾶν, ὅσον ἐντεῦθεν ὀφείλει, οὐ μόνον τὰ αὐτῆς ὑποθήκην ἔχειν ὁ νόμος συγχωρεῖ τοῖς παισίν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ γήμαντος οὐσίαν ὑπάγει ταῖς ὑποθήκαις, αὐτῇ τε ἀπαγορεύει τὴν τοῦ παιδὸς διαδοχὴν ἀνήβου τελευτῶντος, εἰ καὶ ἐξ ὑποκαταστάσεως ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐλθεῖν πρὸς τὴν τοῦ παιδὸς εἵποι διαδοχήν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ πρὸ ἡμῶν. ἡμεῖς δὲ θαυμάζομεν, εἰ γυναῖκα οὕτως ἀσεβῆ καθεστῶσαν, ὡς καὶ αὐτόθεν ὅρκων [2]) ἀμελῆσαι, καὶ οὕτω πρὸς ἄωρον γάμον ἐλθεῖν, τριῶν τῶν μεγίστων ἠμελημένων, θεοῦ [3]) τε, καὶ τῆς τοῦ τελευτήσαντος μνήμης, καὶ τῆς τῶν παίδων στοργῆς, οὕτως ὀλίγαις ὑπέβαλον ποιναῖς, καὶ τὴν μὲν πρὸ τοῦ πενθίμου γημαμένην χρόνου, καὶ οὐδὲ πάντως μητέρα παίδων καθεστῶσαν τιμωροῦνται πικρῶς, ἀλλὰ κἂν εἰ παῖδας οὐκ ἔχοι, διὰ μόνην τὴν σεμνότητα ταῦτα πράττοντες, γυναῖκα δὲ οὕτως ἐκλεχυμένην ἐπιθυμίαις οὐ ταῖς αὐταῖς γοῦν ὑπέβαλον ποιναῖς, ὁποίας ὑπομένουσιν αἱ πρὸ τῶν πενθίμων χρόνων εἰς ἕτερον συνοικέσιον [4]) ἀποκλίνασαι. Ὥστε νομοθετοῦμεν, τὰς οὕτως ἐπιορκεῖν [5]) τοῦ λοιποῦ τολμώσας γυναῖκας πρὸς ταῖς ἤδη προειλημμέναις ποιναῖς καὶ ταύτας ὑφίστασθαι πάσας, ἃς ἐμπροσθεν εἴπομεν ἐπὶ τῶν πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου γαμουμένων

Cap. XL.

Sin autem mater liberorum, impuberum scilicet, tutelam gerat, seque secundas nuptias non inituram iuret, deinde priori coniugio et iuramento contemto secundas nuptias neque tutore prius petito, neque redditis rationibus, neque eo, quod exinde debet, soluto contrahat, lex non solum bona eius hypothecae iure liberis tenere permittit, verum etiam in mariti substantia hypothecam constituit, ipsam quoque a successione filii, si impubes moriatur, excludit, licet pater ex substitutione eam filio succedere voluerit. Atque haec quidem maiores nostri. Nos vero miramur, quod mulieri adeo impiae, ut etiam iusiurandum temere negligat, sicque intempestivas nuptias contrahat, neglectis tribus illis, quae maxima sunt, deo, memoria defuncti et amore erga liberos, tam leves poenas irrogarint, ac illam quidem, quae ante tempus luctus nupsit, nec liberos habuit, severe puniant, immo etsi liberos non habeat, propter solam honestatem hoc agant, mulieri vero in libidinem prolapsae non easdem imposuerint poenas, quas illae sustinent, quae intra tempus luctus secundum matrimonium contraxerunt. Quare sancimus, ut mulieres, quae in posterum sic peierare ausae fuerint, praeter poenas iam constitutas eas quoque omnes sustineant, quas ante de mulieribus nubentibus intra tempus luctus diximus, infamiam reliquaque omnia illis irrogantes, et eandem liberationem a poenis concedentes, quam illis concessimus, scilicet ut supplicent Imperatori, atque liberis suis dent dimidiam bonorum partem, ne usufructu quidem apud eos manente. Et in genere propter immaturitatem

donationis quod agitur hoc ipso esse videtur. Et si moriatur mulier, et [6]) recipient dotes qui dederunt eas immature mulieribus mariti ab heredibus muliernm cum medii temporis fructibus ipsi et heredes eorum, et habebnnt in lucrum secundum pactum. Et si ad secundas venerint nuptias viri, servabunt sine alienatione haec filiis, hoc videlicet, quod generaliter constitutum est. Si vero non contigerit accipere contrahentes dotes adhuc constante matrimonio, etiam post mortem uxorum secundum legem ab illarum percipient heredibus, sicut scriptura vult dotis.

Cap. XL. Si autem tutelam gerat mulier filiorum, palam est, quia impuberum exsistentium iurans non ad secundas venire se nuptias, deinde contemnens et prius connubium et insiurandum ad maritum veniat secundum, non prius tutorem petens, et rationem reddens, et exsolvens omne, quidquid hinc debet, non solum quae eius sunt in hypothecam habere lex permittit filiis, sed etiam mariti substantiam trahit cum hypothecis; ipsi quoque interdicit filii successionem impuberis morientis, licet ex substitutione pater eam venire ad filii dixerit successionem. Sed hoc quidem priores nostri. Nos autem miramur, si [7]) mulierem sic impiam constitutam, ut etiam hoc ipso insiurandum negligeret, et sic ad immaturas nuptias deveniret, tribus maximis neglectis, deo, et defuncti memoria, et caritate filiorum, ita parvis subdiderunt poenis, et illam quidem, quae ante luctuosum nubit tempus, et nec omnino mater filiorum consistit, puniunt amare, et licet filios non habeat, propter solam honestatem hoc agunt, mulierem vero sic effusam concupiscentiis, vel non ipsis subdiderunt poenis, quas sustinent, quae ante lugubre tempus ad secunda vota declinaverunt. Ideoque sancimus, eas, quae sic peierare de cetero praesument mulieres, super dudum praecedentes poenas et has sustinere omnes, quas primitus diximus super his mulieribus, quae ante lugubre tempus nubunt, et infamiam, et alia omnia [8]) his inferen-

---

[1]) διεπαγγειλαμένη *Hal.* — [2]) ἐπαγγελίων *Hal., Bas.* — [3]) ἀληθείας *Hal., Bas.* — [4]) ὁποίαις (ὁποίας *Bas.*) ὑπομένουσι (αἱ *Bas.*) πρὸ τῶν πενθίμων χρόνων εἰς ἕτερον συνοικ. *Hal., Bas.* — [5]) διαψεύδεσθαι *Hal., Bas.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb.*; si *om. Trid.*; miramur quod *Port., Cont.* — [8]) *Cod. Hamb.*; omnia alia *add.*

μένων γυναικῶν, τήν τε ἀτιμίαν καὶ τὰ ἄλλα πάντα ταύταις ἐπαγόντες, καὶ λῦσιν αὐταῖς τῶν ποινῶν διδόντες τὴν αὐτήν, ἥνπερ κἀκείναις, τὸ δεῖσθαι βασιλέως, καὶ τὴν ἡμίσειαν μοῖραν διδόναι τοῖς παισὶ τῶν οἰκείων, οὐδὲ τῆς χρήσεως παρ' αὐταῖς μενούσης. καὶ ἁπλῶς ἴσην αὐτὴν τίθεμεν διὰ τὴν τῶν γάμων ἀωρίαν τῇ πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου γημαμένῃ. Εἰ δὲ καὶ τῶν φυσικῶν ἐπιτροπεύοι παίδων (καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο δεδώκαμεν αὐτῇ), ἀλλ' οὖν εἰς ἀνδρὸς ἐλθοῦσα, καὶ μὴ ταῦτα πράξασα, ἅπερ ἔμπροσθεν εἴρηται, ταῖς αὐταῖς ὑποκείσθω ποιναῖς. Προνοια δὲ ἔστω κατὰ μὲν τὰς ἐπαρχίας τοῖς τῶν ἐθνῶν ἡγουμένοις, ἐνταῦθα δὲ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ [1]) τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, ἅμα τῷ πραιτωρι, ᾧ τούτου μέλει τοῦ μέρους, ὥστε βουλομένης εἰς γάμους ἐλθεῖν τῆς ἐπιτροπευούσης γυναικὸς καὶ προβληθῆναι τοῖς νέοις ἐπίτροπον, καὶ τοὺς λογισμοὺς ὑποδέξασθαι, καὶ ὅπερ ἡ μήτηρ ὀφείλει προφάσει τῆς διοικήσεως, τοῦτο ἀποδοῦναι.

tem nuptiarum illam aequalem facimus ei, quae intra tempus luctus nupsit. Si vero naturalium quoque liberorum tutelam gerat (nam et hoc ei concessimus), ad secundas tamen veniat nuptias, neque ea, quae ante dicta sunt, faciat, iisdem poenis subiaceat. Curam vero in provinciis praesides provinciarum habeant, hic vero gloriosissimus praefectus felicis huius urbis una cum praetore, cui hoc curae est, ut, si mulier, quae tutelam gerit, ad secundas nuptias venire velit, pupillis tutor constituatur, et rationes reddantur, et quod mater administrationis nomine debet, id restituat.

Κεφ. μα'.

Ἀρέσκει δὲ ἡμῖν ἡ Ζήνωνος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξις, βουλομένη τὸν πατέρα, εἰ κελευσθείη τῷ οἰκείῳ παιδὶ πρεσβεῖον ὑπὸ αἵρεσιν ἢ ἡμέραν δοῦναι, μὴ ἄλλως ἀπαιτεῖσθαι τὴν ὑπὲρ τῆς δόσεως τῶν πρεσβείων ἀσφάλειαν (ταυτην δὴ τὴν legatorum servandorum causa καλουμένην) [2]), πλην εἰ μὴ δευτέροις ὁ πατὴρ ὁμιλήσειε γάμοις. ἔστω γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς δευτερογαμοῦσιν ἐπιτίμιον.

Cap. XLI.

Placet vero nobis Zenonis piae memoriae constitutio, quae vult, ut a patre, si filio suo legatum sub conditione aut die praestare iubeatur, non aliter cautio de praestandis legatis exigatur (haec scilicet, quae legatorum servandorum causa vocatur), quam si pater secundas nuptias contraxerit. Sit enim et haec poena secundas nuptias contrahentium.

Κεφ. μβ'.

Ἀλλὰ κἂν εἴ τις ἐν τοῖς εὐλαβεστάτοις τελῶν κληρικοῖς (τοῖς ὑπὲρ τὸν ἀναγνώστην ἢ ψάλτην φαμὲν) ὅλως ὁμιλήσειε γάμοις, τοῦτον ἐκ τῆς ἡμετέρας διατάξεως ἐκπίπτειν τῆς ἱερωσύνης διεταξάμεθά τε καὶ βουλόμεθα. Εἰ μέντοιγε ἀναγνώσεως ὢν καὶ γήμας, εἶτα διά τινα ἀπαραίτητον ἀνάγκην εἰς δευτέρους ἀφίκοιτο γάμους, οὐκ ἔτι πρὸς τὰ μείζω τῆς ἱερωσύνης ἀναβήσεται γέρα, ἀλλ' αὐτοῦ μενεῖ παρὰ τῇ γυναικί, τὴν ὑπὲρ ἐκείνης προκρίνας σπουδὴν τῆς ἐπὶ τὰ βελτίω προόδου. Εἰ δὲ ἐν ἰδιώταις ὢν ἐπὶ χειροτονίαν ὑποδιακόνου ἢ διακόνου ἢ πρεσβυτέρου ἐλθεῖν βούλοιτο, εἶτα φανείη γυναῖκα ἔχων μὴ ἐκ παρθενίας αὐτῷ συνοικήσασαν, ἀλλ' ἢ διεζευγμένην ἀνδρός, ἢ ἄλλως οὐκ [3]) ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς αὐτῷ νομίμως συνελθοῦσαν, ἢ καὶ αὐτὸς πρὸς δευτέρους

Cap. XLII.

Sed et si quis ex reverendissimis clericis (illis scilicet, qui supra lectorem et cantorem sunt) nuptias contraxerit, hic ut secundum nostram constitutionem sacerdotio cadat, constituimus et volumus. Si tamen lector sit, et uxorem habeat, deinde propter inevitabilem quandam necessitatem secundas nuptias contrahat, ad maiora sacerdotii munera non perveniet, sed ibi apud uxorem manebit, utpote qui affectionem erga illam progressui ad maiora praetulerit. Si vero laicus quis ad ordinationem subdiaconi, vel diaconi, vel presbyteri venire velit, et deinde uxorem cum habere appareat, quam non virginem duxerit, sed quae vel separata a viro, vel alias ab initio statim non legitime illi iuncta fuerit, vel et ipse secundus nuptias inierit, sacerdotium non consequetur, immo si clam ad id pervenerit, omnino eo excidet. Cap. XLIII.

inferentes, et solutionem poenarum eis dantes eandem, quam etiam illis, ut supplicent Imperatori, et mediam portionem dent filiis suarum rerum, neque usufructu apud eas manente, et simpliciter aequalem eam ponimus propter nuptiarum immaturitatem ei, quae ante lugubre tempus nupsit [4]). Si vero etiam naturalium tutelam gerat filiorum (nam hoc quoque praebuimus ei), tamen ad virum veniens, et non haec agens, quae prius dicta sunt, iisdem subiaceat poenis. Providentia vero sit per provincias quidem gentium praesidibus, hic autem gloriosissimo praefecto felicissimae huius urbis una cum praetore, cui huius urbis cura est, ut, volente ad nuptias venire tutelam gerente muliere, et ordinetur minoribus tutor, et rationes suscipiantur, et quod mater debet occasione gubernationis, hoc reddatur.

Cap. XLI. Placet quoque nobis Zenonis piae memoriae constitutio, volens patrem, si iubeatur proprio filio legatum sub conditione aut die dare, non aliter exigi pro donatione legatorum cautionem, hanc videlicet, quae legatorum servandorum causa vocatur, nisi secundas pater contraxerit nuptias. Sit enim et haec secundo nubentibus poena.

Cap. XLII. Sed et si quis inter reverendissimos constitutus clericos (ultra lectorem aut cantorem dicimus) omnino contraxerit nuptias, hunc ex nostra constitutione cadere sacerdotio constituimus atque volumus. Si vero lector exsistens, et nuptias faciens, deinde propter aliquam inevitabilem necessitatem ad secundas veniat nuptias, nequaquam ad maioris sacerdotii adscendet culmen, sed illic manebit apud mulierem, affectum illius praeponens meliori provectui. Si vero, quum sit laicus, ad ordinationem subdiaconi, aut diaconi, aut presbyteri venire voluerit, deinde appareat mulierem habens non ex virginitate sibi copulatam, sed aut dis-

---

[1]) ὑπάρχῳ *Hal.*, *Bas.* — [2]) ἀσφ. ταύτην τὴν [3]) οὐκ *om. Hal.* — [4]) *Cod. Hamb.*; nupserit *edd.* καλουμένην *Hal.*; *tota interiectio deest in Bas.* —

ἑρους ἀφίκοιτο γάμους, οὐ τεύξεται τῆς ἱερωσύνης, ἀλλὰ κἂν εἰ λαθὼν εἰς τοῦτο ἔλθοι, πάντως αὐτῆς ἐκπεσεῖται.

Κεφ. μγ'.

Τὸ δὲ ἐφιξῆς πρᾶγμά ἐστι μὲν παλαιὸν καὶ πολλὰς μὲν δεξάμενον ἐπανορθώσεις οὐ παρ' ἑτέρων μόνων, ἀλλ' ἤδη καὶ ὑφ' ἡμῶν, οὐ μὴν πρὸς τὴν εἰς ἄκρον ἐαυτοῦ παραγενόμενον ὀρθότητα. ἦν νῦν μεταδιώκοντες τὰ παρόντα νομοθετοῦμεν. Ὁ γὰρ καλούμενος Ιulios Miscellas παλαιὸς νόμος ἀρχαῖος, τὸ τῆς παιδοποιΐας προβαλλόμενος σπούδασμα, ἐπέτρεπε ταῖς γυναιξίν, εἰ καὶ ὁ ἀνὴρ κωλύοι, καί τι καὶ ὑπὲρ τούτου καταλιμπάνοι, ὑπὲρ τοῦ μὴ πρὸς δεύτερον ἀφικέσθαι γάμον, ὅμως καὶ εἰς ἀνδρὸς φοιτᾶν, καὶ ὀμνύειν, ὡς παίδων ἕνεκεν τοῦτο πράττοι, καὶ τὸ καταλελειμμένον λαμβάνειν. Καὶ ταύτην μὲν εἰς ἐναυτὸν ἐδίδου ταῖς γυναιξὶ τὴν ἄδειαν. τούτου δὲ παρελθόντος, εἴπερ ἠβουλήθη λαβεῖν τὸ καταλελειμμένον, οὐκ ἄλλως ἦν ταῖς γυναιξὶ τοῦτο λαβεῖν, πρὶν ἂν ἀσφάλειαν ἔκθοιντο, ὡς ἐπὶ δεύτερον οὐκ ἐλεύσονται γάμον. ἀλλὰ ταύτην δὴ τὴν προσθήκην οὐκ αὐτὸς ὁ Iulios Miscellas ἐξεῦρεν, ἀλλὰ Quintos Mutios Scaevolas προνομοθετήσας ἐτύγχανεν, ἐπὶ πάντων δὴ τῶν ηὑρημένων εἰς τὰς τῶν πραγμάτων κωλύσεις τὰς τοιαύτας ἐπινοήσας ἀσφαλείας. Ἡμεῖς τοίνυν ὁρῶντες τὰς πολλὰς δὴ γυναῖκας ἐπιθυμίᾳ [1]) γάμων, οὐ διὰ παιδοποιΐαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀνάγκην καὶ ὀμνύσας, καὶ γαμουμένας, καὶ παραβαινούσας τὰς τῶν τελευτώντων γνώμας, φήθημεν τὴν ἀρχὴν τέως [2]) τὸ θειότερον θεραπεῦσαι μέρος, καὶ τὴν ἐπιορκίαν αὐταῖς κωλῦσαι, καὶ μὴ οὐ [3]) συγχωρῆσαι τοιούτους ὅρκους ὑπέχειν, ἐφ' οἷς πάντως τὸ τῆς ἐπιορκίας πρόχειρον. καὶ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνο προσέκειτο τῷ νόμῳ, τὸ δεῖν τὰς ἀπαιδας οὔσας γυναῖκας τοῦτον ὀμνύειν τὸν ὅρκον. ἀλλὰ καὶ παῖδας ἐχούσαις προὔκειτο τὰ τῶν ὅρκων, θεόν τε ὁμοῦ καὶ τὴν τοῦ κατοιχομένου λυποῦντα ψυχήν, καίτοιγε τὸ μὲν τῆς ἐπιορκίας πρόχειρον ἦν, τὸ δὲ τῆς παιδοποιΐας ἐν τοῖς τῆς τύχης ἀπέκειτο δώροις. ἐπειδὴ τοίνυν τοῦτο ἡμετέρῳ τεύξεσθαι νόμῳ, τὸν ὅρκον αὐτῶν ἀφελόντες, καὶ τὴν τοιαύτην ἐπιτρέψαντες λῆψιν, ἐνοήσαμεν, ὡς θάτερον ἡμῖν τῶν πραγμάτων παραλέλειπται, τὸ δεῖν καὶ τὴν τοῦ κατοιχομένου θεραπεῦσαι ψυχήν. Διὸ δὴ τὸν παρόντα τίθεμεν νόμον. οὐ γὰρ βουλόμεθα τὰς τῶν τελευτώντων οὐδὲν ἄτοπον ἐχούσας βουλὰς διαπίπτειν. εἰ μὲν γὰρ ἐφάσκομεν. δεῖν τὴν γυναῖκα

Cap. XLIII.

Quod vero nunc sequitur, vetus quidem est, et saepe non solum ab aliis, sed et a nobis emendatum fuit, neque tamen ad summam rectitudinem pervenit, quam nunc sectantes praesentia sancimus. Vetus enim et antiqua lex, quae Iulia Miscella vocatur, studium procreandorum liberorum prae se ferens, mulieribus permisit, marito licet prohibente, ac ea conditione, ne secundum matrimonium ineat, quid relinquente, nihilominus et nubere, et iurare, se liberorum gratia hoc facere, et quod relictum est capere. Atque hanc potestatem mulieribus dedit intra annum; eo vero elapso si quod relictum erat capere vellet, non aliter mulieribus hoc capere licebat, quam praestita cautione, se secundum matrimonium non initurum esse. Verum hanc adiectionem non ipsa lex Iulia Miscella invenit, sed Quintus Mutius Scaevola hoc ante sanciverat, qui in omnibus, quae facta prohibitione pendent, eiusmodi cautiones excogitaverat. Iam vero nos quum videremus plurimas mulieres cupiditate nuptiarum, non liberorum procreandorum causa, sed naturae necessitate et iurare et nubere, et defunctorum voluntates transgredi, primum sanctiorem partem omnino sanandam, et periuria cohibenda esse existimavimus, neque permittendum, ut talia iuramenta suscipiant, in quibus facillime peieratur. Nam nec hoc legi adiectum erat, ut mulieres, quae liberos non haberent, hoc iusiurandum praestarent, sed et illis, quae liberos habebant, iusiurandum deferebatur, quod deum simul et defuncti animam contristabat, quum periurium in promtu, liberorum autem procreatio fortunae munus esset. Quoniam igitur lege nostra id sanctiores iuramentum illis ademimus, et ut quid caperent permisimus, cogitavimus, alterum a nobis praetermissum esse, animae enim etiam defuncti curam gerendam esse. Hac igitur de causa praesentem legem ferimus, nolumus enim defunctorum voluntates nihil absurdi continentes intercidere. Nam siquidem diceremus, oportere mulierem, viro ne nubat praecipiente, id omnino observare, haec fortasse lex nonnihil acerbitatis habuisset, iam vero quum alterum in promtu sit, ut, si nubere velit, non capiat quod relictum est, summae absurditatis esset voluntatem defuncti ita periclitantem contemnere, ut ei et nubendi, et quod relictum est accipiendi, et in omnibus priorem maritum contristandi potestas concedatur.

Cap. XLIV.

disiunctam a marito, aut aliter non [4]) ab initio mox sibi legitime coniunctam aut etiam ipse ad secundas venerit nuptias, non impetrabit sacerdotium, sed et licet latenter ad hoc venerit, omnino eo cadet.

Cap. XLIII. Quae vero nunc sequitur causa est antiqua, et multas quidem suscipiens correctiones non ab aliis solum, sed etiam a nobis, non tamen ad summam sui veniens rectitudinem. Quam nunc sectantes praesentia sancimus. Lex enim, quae vocatur Iulia Miscella, lex antiqua, lex vetusta, filiorum procreationis praeponens studium, permittebat mulieribus, licet vir prohiberet, et aliquid ob hoc relinqueret, quatenus non ad secundas veniret nuptias, tamen et ad virum venire, et iurare quia filiorum causa hoc ageret, et quod relictum erat accipere [5]). Et hanc quidem in annum dabat mulieribus licentiam. Eo autem transeunte, si vellet accipere relictum, non aliter licebat mulieri hoc accipere, antequam cautionem exponeret, quod ad secundas non veniret nuptias. Sed hanc quoque adiectionem ipse Iulius Miscellus haud invenit, sed Quintus Mucius Scaevola hoc praesanciverat, super omnibus quippe pendentibus in causarum prohibitionibus huiusmodi adinveniens cautiones [6]). Nos igitur videntes plurimas mulieres desiderio nuptiarum non propter filiorum procreationem, sed propter necessitatem et iurantes et nubentes et transcendentes morientium voluntates, existimavimus prius interim sacratiorem mederi partem, et periurium eis cohibere, nec sinere talia subire iramenta, in quibus omnino periurium promtum est. Nam nec illud inerat legi, ut oporteret sine filiis exsistentes mulieres hoc iurare sacramentum, sed etiam filios habentibus hoc adiacebat iusirandum, quod deum simul et defuncti animam contristaret, quum utique periurium quidem esset in promtu, filiorum vero procreatio in casu sine muneribus reiaceret [7]). Quia igitur hac nostra sancimus lege insiurandum eis auferentes,

---

[1]) ἐπ' ἐπιθυμίᾳ *Hal. in notis recogn. op.* — [2]) ἀρχὴν τε ὡς *Hal.* — [3]) οὐ *om. Hal., Bas.* — [4]) non *om. Cod. Hamb., sed secunda manu addita est negatio*; non aliter *Trid.* — [5]) *Trid.*; acciperet *Cod. Hamb., Port., Cont.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; cautionem *Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; in fortunae muneribus iaceret *Cont. Scripsit fortasse Vet. Int.*: in casus (casuum) muneribus.

ναῖκα πάντως τοῦ ἀνδρὸς ἐπιτάξαντος μὴ γαμεῖν τοῦτο φυλάττειν, εἶχεν ἄν τι πικρὸν ἴσως ὁ νόμος, νῦν δὲ δευτέρου προσόντος τοῦ, εἴπερ βουληθείη γαμεῖν, μὴ λαβεῖν τὸ καταλελειμμένον, τῆς εἰς ἔσχατον ἀπορίας ἐστὶ περιϊδεῖν τὴν γνώμην τοῦ τελευτήσαντος οὕτω κινδυνεύουσαν, ὥστε αὐτῇ δοῦναι παῤῥησίαν καὶ γαμεῖσθαι, καὶ λαμβάνειν τὸ καταλελειμμένον, καὶ διὰ πάντων λυπεῖν τὸν πρότερον συνοικήσαντα.

Κεφ. μδ'.

Ὥστε θεσπίζομεν, εἴ τις κωλύσειε τὴν γαμετὴν πρὸς ἕτερον ἐλθεῖν συνοικέσιον, ἢ καὶ ἡ γαμετὴ τὸν ἄνδρα (ταὐτὸν γάρ ἐστιν ἑκάτερον), καὶ ὑπὲρ τούτου τι καταλίποιεν, ὡς ἐκ δυοῖν αἱρέσιν ἔχειν τῶν συνοικούντων τὸν ἕτερον, ἢ πρὸς γάμον ἐλθεῖν καὶ ἀπυτάξασθαι τῇ λήψει, ἢ, εἴπερ τοῦτο οὐ βούλοιτο, ἀλλὰ τιμᾷ τὸν τελευτήσαντα, πάντως ἀποσχέσθαι τῶν ἐφεξῆς γάμων. §. 1. Ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ πρᾶγμα μετέωρον ᾖ, καὶ μετὰ χρόνους ἴσως μακροὺς ἐπανίοι πάλιν ἡ εἴσπραξις, διὰ τοῦτο καλῶς ἡμῖν ἔδοξεν ἔχειν ὁρίσαι τὸ πρᾶγμα, καὶ εἴσω μὲν ἐνιαυτοῦ μὴ εἶναι παντελῶς ἀπαίτησιν τοῦ καταλελειμμένου, πλὴν εἰ μὴ τρόπος ἱερωσύνης ἐπιγενόμενος [1]) θατέρῳ τῶν προσώπων εὐθὺς δοίη τὴν λῆψιν, ὡς οὐκ ἔτι γάμων οὔσης ἐλπίδος. §. 2. Εἰ μέντοι διαδραμεῖν συμβαίη τὸν ἐνιαυσιαῖον χρόνον, δίδομεν μὲν τῷ προσώπῳ τούτῳ λαβεῖν τὸ καταλελειμμένον, οὐχ ἁπλῶς δὲ οὐδὲ οὕτως. ἀλλ' εἰ μὲν ἀκίνητον εἴη τὸ πρᾶγμα, μὴ ἄλλως τοῦτο λαμβάνειν, πλὴν εἰ μὴ διωμοσίαν ἐκτίσαιτο καὶ ὑποθήκην ὑπόθοιτο τὰ ἑαυτοῦ πράγματα, τοῦτο ὅπερ [2]) καὶ σιωπηρῶς ἐκ τοῦδε τοῦ νόμου δίδομεν, ὡς, εἰ πρὸς δεύτερον ἔλθοι γάμον, ἀποδίδωσι τὸ δεδομένον τοιοῦτον, ὁποῖον παρείληφεν, ἀποδιδοὺς καὶ οὓς ἔλαβεν ἐν μέσῳ τόκους. §. 3. Εἰ δὲ κινητὸν εἴη τὸ πρᾶγμα, εἰ μὲν εὐπόρως ἔχοι τὰ τῆς περιουσίας τῷ προσώπῳ τῷ βουλομένῳ λαβεῖν, δίδοσθαι τὸ καταλειφθὲν ἐπὶ τῇ αὐτῇ ἀσφαλείᾳ καὶ ταῖς αὐταῖς ὑποθήκαις. ἀλλ' εἰ μὲν ἕτερόν τι τῶν κινουμένων εἴη, τοιοῦτον ἀποδίδοσθαι, ὁποῖον εἴληφεν, ἢ τὸ τῆς ἐλαττώσεως θεραπεύειν μέρος [3]). §. 4 Εἰ δὲ χρήματα εἴη, καὶ μετὰ τόκων ἀποδιδόναι, ὧν ἐκεῖθεν λαβεῖν ἰσχύ-

Cap. XLIV.

Sancimus igitur, si quis uxorem, vel etiam uxor maritum (idem enim est) secundum matrimonium contrahere prohibuerit, eoque nomine quid reliquerit, ut alter coniugum ex duobus electionem habeat, utrum matrimonium contrahere et accipiendis renuntiare, an, si hoc nolit, sed defunctum honoret, omnino a secundis nuptiis abstinere velit.

§. 1. *Sed ne res in suspenso sit, et post longum forte tempus denuo exactio fiat, propterea pulchrum nobis visum est rem sic definire, ut intra annum quidem nullo modo relictum exigi possit, nisi sacerdotium alteri personae obveniens capiendi ius praestet, quasi nulla spes nuptiarum reliqua sit.*

§. 2. *Si vero annale tempus praeterierit, concedimus quidem illi personae, ut relictum accipiat, non tamen simpliciter ne tum quidem; sed siquidem res immobilis est, non aliter eam capiat, nisi iuramentum praestiterit et res suas pignori obligaverit, id quod etiam tacite hac lege concedimus, se rem, quae data est, talem, qualem acceperit, si secundas nuptias contraxerit, redditurum, restitutis quoque fructibus, quos medio tempore percepit.*

§. 3. *Sin vero res mobilis est, et persona, quae vult capere, idoneus facultates habet, quod relictum est sub eadem cautione et iisdem hypothecis detur. Verum si quidem alia res mobilis est, eam prout accepit restituat, vel si deterior est facta, damnum resarciat.*

§. 4. *Sin autem pecunia est, restituat eam cum usuris, quas inde percipere potuit, quod iuramento restituen-*

tes, et talem permittentes [4]) perceptionem, consideravimus (quoniam alterum quoque a nobis praetermissum est) oportere et defuncti animae mederi. Quapropter praesentem ponimus legem; non enim volumus deficientium nihil illicitum habentes voluntates frustrari. Si enim diceremus, oportere mulierem, omnino viro praecipiente non nubere, hoc custodire, pro amaritudine habuisset hoc merito lex; nunc autem, quum secundo praesto sit [5]), scilicet ut, si voluerit nubere [6]), accipiat quod relictum est, novissimi sceleris est despicere voluntatem defuncti ita fluctuantem, ut ei detur licentia nubendi, et accipiendi quod relictum est, et per omnia contristandi priorem maritum.

Cap. XLIV. Unde sancimus, si quis prohibuerit uxorem ad aliud venire matrimonium, sive etiam uxor maritum (idem namque est utrinque), et pro hoc aliquid reliquerit, unam ex duabus conditionem habere contrahentium alterum, aut ad nuptias venire, et abrenuntiare perceptioni [7]), aut si hoc noluerit, sed honorat defunctum, omnino abstinere de cetero nuptiis. §. 1. Sed ut non causa suspensa sit, et post tempora forsitan longa revertatur rursus exactio, propterea bene nobis visum est huius rei determinare causam, et usque ad annum quidem non esse penitus petitionem relicti, nisi tamen modus sacerdotii adveniens alteri personarum statim praebeat perceptionem [8]), utpote nequaquam nuptiarum exsistente spe. §. 2. Si vero transire contigerit annale tempus, damus quidem personae huic accipere quod relictum est, non absolute tamen nec simpliciter, sed si quidem immobilis fuerit res, non aliter hanc accipere, nisi iuratoriam cautionem exposuerit, et supposuerit suas res, hoc quod tacite ex hac lege damus, ut, si ad secundas venerit nuptias, reddat quod datum est, tale, quale percepit restituens, et quos accepit in medio fructus. §. 3. Si vero mobilis fuerit res, si quidem idoneam habeat substantiam persona volens accipere, dari quod relictum est sub eadem cautione et iisdem hypothecis. Sed si quidem aliud aliquid [9]) mobilium fuerit, tale restitui, quale percepit [10]), aut deminutionis

---

[1]) ἐπιγενομένης *Hal.* — [2]) *Marezoll in: Grolman et Löhr Magaz. f. Rechtsw. IV. p.* 215 — 222 *et in: Linde etc. Zeitschr. f. Civilr. VI. p.* 296 *sqq. aliter hunc locum distinguit: πράγματα τοῦτο, ὅπερ (τοῦτο = κατὰ τοῦτο), cui quamquam de distinctione consentire non possum, tantum abest, ut adversarios eius rectum vidisse dicam, ut de tacita quadam, quae dicitur, hypotheca nihil probare hunc locum credam.* — [3]) *Hal., Bas., Vulg.*; μέσον *Scrimg.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; relictorum *add. Port., Cont.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; lex *add. Port., Cont.*; secunda praesto sit lex *Bk. ed. ster.* — [6]) quidem *add. Trid. et in Cod. Hamb. secunda manus.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; praeceptioni *Port., Cont.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; exceptionem *Port., Cont.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid.*; aliquid aliud *Port., Cont.* — [10]) *Cod. Hamb.*; recepit *add.*

ἰσχύσειεν, ὅρῳ τοῦ ἀναδιδόντος τούτου κρινομένου. Εἰ δὲ οὐκ ἐδάνεισε μέν, συνεχρήσατο δέ, τὸν ἀπὸ τρίτου ἑκατοστῆς ἀποδιδότω τόκον. §. 5. Εἰ μὴ σφόδρα δὲ εὐπόρως ἔχοι, καὶ ἐγγυητὴν τούτων προσαπαιτείσθω. εἰ δὲ οὐκ ἰσχύσειε τὸν ἐγγυώμενον δοῦναι, ὑποθήκῃ ἐνεχέσθω καὶ ὑποθήκῃ κατὰ τὸ εἰρημένον τῶν ὄντων αὐτῷ πραγμάτων μέρος λαμβανέτω μὲν τὸ καταλελειμμένον, §. 6. εὐθὺς δὲ ἅμα τῷ πρὸς δευτέρους γάμους ἐλθεῖν τοῦτο ὑπὸ τοῦ δόντος ἐκδικείσθω, παρ' ὁτῳδήποτε φανείῃ προσώπῳ, ὡς αὐτὸ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ δοθὲν δόξαν. ὅπερ ἐπὶ παντὸς τῆς ἀναδόσεως θέματος, εἴτε κινητὸν εἴτε ἀκίνητον εἴη τὸ μέλλον ἀναδίδοσθαι, κρατεῖν θεσπίζομεν. §. 7. Εἰ δὲ χρυσίον εἴη τὸ καταλελειμμένον, ἀπόρως δὲ ἔχοι πρὸς ἐγγύην, καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀξιόχρεως εἴη τοῦτο καταπιστευθῆναι, μενεῖ μὲν παρ' ἐκείνῳ (τὸ) ξῆ[1]) οὗ καταλέλειπται, τὸν δὲ ἐκ τρίτης[2]) ἑκατοστῆς αὐτῷ τόκον τελέσει, ὃν μέχρι τότε καταβαλεῖ, ἕως ἢ δευτέροις ἐκεῖνος ὁμιλήσειε γάμοις (ὅτε καὶ τὰ τῆς ἀναδόσεως τῶν καταβεβλημένων τόκων λήψεται χώραν), ἢ γένοιτο φανερόν, οὐκ ἔτι δύνασθαι τοῦτον πρὸς γάμον ἐλθεῖν εἴτε κατὰ τρόπον ἱερωσύνης (ἐνικαύτα γὰρ αὐτῷ δώσει τὸ καταλειφθέν), ἢ καὶ θανάτῳ. λήψονται γὰρ αὐτὸ πάντως οἱ τούτου κληρονόμοι, οὐδὲν οὐδὲ τῶν δεδομένων τόκων ἀναδιδύντες. §. 8. Τὴν αὐτὴν δὲ εἰσάγομεν παρατήρησιν καὶ τὸν αὐτὸν λογισμόν, καὶ εἰ μὴ οἱ συνοικοῦντες ἀλλήλοις ὑπὸ τοιαύτην καταλίποιεν αἵρεσιν, ἀλλ' ἕτερός τις ἔξωθεν[3]) ἢ ἀνδρὶ ἢ γυναικὶ ὑπὸ τοιαύτην αἵρεσιν δοθῆναί τι βουληθείη, δηλαδὴ τῶν τυχηρῶν περισιασέων κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν καὶ τοὺς ἐπ' αὐτοῖς νόμους ἐπὶ τῶν δοσεών τε καὶ ἀναδόσεων θεωρουμένων. Ταῦτα τοίνυν ἐκ τῶν ἤδη γενομένων παρ' ἡμῶν προφάσει τοῦ Iulioυ Miscellou διατάξεων ἀμείβομεν. τὰ ἄλλα δὲ ἔστω κύρια κατὰ τοὺς ὅρους καὶ τὰ θέματα, καθάπερ ταῦτα ὑφηγησάμεθα. §. 9. Αἱ δὲ εἰρημέναι παρ' ἡμῶν ἀσφάλειαι διδόσθωσαν, εἴτε ἐνιαύσεως εἴη μέρος (εἴτε φιδεϊκόμμισσον) ἢ πρεσβεῖον, τοῖς κληρονόμοις, ἢ ὑποκατασιάτοις, ἢ ἐκείνοις, ἀφ' ὧν ταῦτα καταλέλειπται[4]), εἰ μέντοι mortis causa δωρεά, πάντως τοῖς κληρονόμοις. εἰ δὲ ἐξ ὁλοκλήρου κατὰ τοιαύτην αἵρεσιν γραφείη τις κληρονόμος, τοῖς ὑποκαιασιάτοις, εἴγε εἶεν, ἢ πάντως γοῦν τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου πρὸς τὸν κλῆρον καλουμένοις τοιαύτας ἀσφαλείας παρε-

stituentis diiudicetur. Si vero foenori non dedit, sed ea usus est, trientes det usuras.

§. 5. Sin autem non admodum locuples est, insuper et fideiussor hoc nomine petatur. At si nec fideiussorem dare potest, tunc sub iuramento et hypotheca rerum suarum, uti dictum est, capiat quidem quod relictum est,

§. 6. statim vero atque secundas nuptias inierit, ab eo, qui dedit, id vindicetur, apud quamcunque personam exstiterit, quasi ab initio ne quidem datum esse videatur. Atque ut hoc in omni restitutionis casu, sive res mobilis, sive immobilis restituenda sit, obtineat, sancimus.

§ 7. Sed si pecunia est relicta, fideiussorem autem non habet, nec is idoneus est, cuius fidei illa committatur, manebit illa quidem apud eum, a quo relicta est, sed usuras trientes ei praestabit; quas tamdiu solvet, donec ille aut secundum matrimonium contrahat (ubi et restitutio solutarum usurarum locum habebit), aut manifestum fiat, eum non amplius posse matrimonium vel propter sacerdotium (tunc enim illi dabit quod relictum est), vel etiam mortem contrahere. Capient enim hoc omnino heredes eius, nihil plane de datis usuris restituentes.

§. 8. Eandem vero observationem eandemque rationem introducimus, etiamsi coniuges sibi invicem sub tali conditione non reliquerint, sed extraneus quis aut marito aut uxori sub tali conditione quid dari voluerit casus scilicet fortuiti secundum naturam suam et leges de his latas in dationibus et restitutionibus spectentur. Haec igitur in iis constitutionibus, quae occasione legis Iuliae Miscellae a nobis latae sunt, mutamus, reliqua vero rata sint secundum terminos et casus, quibus ea exposuimus.

§. 9. Dictae vero a nobis cautiones, si quidem particularis est institutio (vel fideicommissum) aut legatum heredibus, vel substitutis, vel illis, a quibus haec relicta sunt, praestentur, quodsi mortis causa donatio, omnino heredibus. Si vero sub tali conditione quis heres scribatur, eas cautiones substitutis, si adsint, vel certe illis, qui ab intestato ad hereditatem vocantur, praestet, ut lex ab omni parte suam habeat perfectionem; nisi testator saepius hoc quoque permiserit,

minutionis medeatur partem. §. 4. Si vero pecuniae fuerint, etiam cum usuris, quas inde percipere valuerit, iureiurando restituentis hoc indicando. Si vero non mutuaverit quidem, sed usus est, tertiae centesimae reddat usuras. §. 5. Si vero non valde locuples fuerit, etiam fideiussorem hunc exigi. Si autem non valuerit fideiussorem dare, tunc sub iuratoria cautione et hypotheca (secundum quod dictum est) suarum rerum accipiat quidem quod relictum est. §. 6. Mox autem, ut ad secundas nuptias venerit, hoc ab eo, qui dedit, vindicetur, apud quamcunque apparuerit personam, tanquam si hoc[5]) ab initio neque datum fuisse videretur. Quod in omni restitutionis casu, sive mobile sive immobile sit, quod futurum est reddi, valere sancimus. §. 7. Si vero aurum[6]) fuerit quod relinquitur, minus idonee vero se habeat ad fideiussionem, et nec ipse dignus sit, cui hoc credatur, manere quidem apud illum, a quo relictum est, ex tertia[7]) vero centesimae eius usuram praestari, quam usque tunc solvat, donec aut secundas ille contrahat nuptias (quando et restitutio praestitarum usurarum suscipiet facultatem), aut si[8]) fiat manifestum, nullatenus posse istum ad nuptias pervenire, sive secundum modum sacerdotii (tunc enim ei dabit quod relictum est), sive morte; accipient enim hoc omnino eius heredes, nihil neque de datis usuris reddentes. §. 8. Hanc ipsam autem introducimus ob servantiam et eundem intellectum, etiamsi non coniuges alterutris sub tali reliquerint conditione, sed aliquis alius extraneus sive viro sive mulieri sub tali conditione dari quid voluerit, scilicet fortuitorum casuum secundum suam naturam et leges super his tam in praestandis quam in restituendis servandas[9]). Haec igitur ex iam nuper factis a nobis occasione Iuliae Miscellae constitutionibus retribuimus; alia vero sint firma secundum terminos et casus, secundum quod haec exposuimus. §. 9. Praefatae autem a nobis observationes dentur, sive[10]) institutionis sit pars aut legatum, heredibus, aut substitutis, aut illis, a quibus haec relicta sunt; sed[11]) si quidem mortis causa

[1]) τῷ ξξ *Hal.*; ἐκείνῳ τὸ ξξ *Bas.*; τὸ, *quod est in ed. Scrimg., aut eiiciendum videtur aut mutandum in* αὐτό.— [2]) τρίτου *Hal.* — [3]) ἀλλά τις ἄλλος τῶν ξξω *Hal.* — [4]) Προειρημέναι δὲ παρ' ἡμῶν ἀσφάλειαι *d.*, εἴτε ἔνοτ. εἴη μέρος εἴτε φιδεϊκόμμισσον ἢ λήγατον τοῖς κλῆρ. ἢ τοῖς ὑποκ. ἢ ἐξ ὧν ταῦτα κατελ. *Hal. Quae uncis inclusimus eiite φιδεϊκ., desunt in ed. Scrimg., Bas., Vulg.* — [5]) *Cod. Hamb.*: hoc *om. edd.* — [6]) usus *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid. Port.*; est, tertiam *Cont.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; si *om. Cont.* — [9]) *Cod. Hamb.*; naturam et leges et super his — conservandas *Trid.*; naturam lege super his — conservata *Port., Cont.* — [10]) *Cod. Hamb., Trid.*; si *Cont.* — [11]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; sed *om. Cont.*

παρεχέτω, ἵνα πανταχόθεν ὁ νόμος ἔχῃ τὴν οἰκείαν τελειότητα. πλὴν εἰ μὴ πολλάκις ὁ διαθέμενος καὶ τοῦτο ἐπιτρέψειε, φήσας, ἄδειαν ἔχειν τὸν, ᾧ καταλέλοιπεν ἢ τὴν ἔνστασιν τὴν μερικὴν ἢ τὴν ἐξ ὁλοκλήρου, ἢ τὸ πρεσβεῖον, ἢ τὸ φιδεϊκόμμισσον [1]), ἢ τὴν mortis causa δωρεάν, καὶ λαβεῖν τὸ καταλελειμμένον, καὶ μηδεμίαν ἀσφάλειαν διδόναι. τηνικαῦτα γὰρ ἀκολουθητέον τῇ τοῦ τελευτήσαντος γνώμῃ. περισπούδαστον γὰρ ἡμῖν ἐστι τὰς τῶν τελευτώντων φυλάττειν μετὰ τοῦ νόμου [2]) βουλήσεις.

scrit, inquiens, potestatem habere eum, quem vel ex parte, vel ex asse instituit, aut cui legatum vel fidei commissum aut mortis causa donationem reliquit, ut relictum accipiat, nec ullam cautionem praestet; tunc enim sequenda est defuncti voluntas. Magnae quippe curae nobis est legitimas defunctorum voluntates conservare.

Κεφ. μέ'.

Ἐπειδὴ δὲ μικρῷ πρόσθεν [3]) τὰ περὶ τῆς φυλακῆς τῶν πραγμάτων ἐλέγομεν, καὶ τὴν Λέοντος ἐπιστάμεθα τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξιν ἐπὶ τῶν δευτέρων γάμων, εἴπερ ἡ πρὸς τούτους ἐλθοῦσα γυνὴ μὴ δυνηθείη δοῦναι τὴν ἐξ ἐγγύης ἀσφάλειαν, τὴν ὅτι τοῖς παισὶν ἀποκαθίστησι τὰ πράγματα, τὸ τρίτον μέρος τῆς ἑκατοστῆς λαμβάνειν, ἡμεῖς τὸ πρᾶγμα ἔτι κάλλιον διάξαμεν τοῖς παρ' ἐκείνης [4]), τοῦτο ἐπὶ τούτῳ, τεταγμένοις τὴν προσήκουσαν ἐπαγαγόντες ὑποδιαίρεσιν. §. 1. Καὶ θεσπίζομεν (τοῦτο ὅπερ ἔμπροσθεν ἡμῖν ἐπί τινος εἴρηται διατάξεως), ἵνα, εἴ τις ἐπιδοίη πράγματα κατὰ προγαμιαίαν δωρεάν, εἰ μὲν ἅπαντα ἀκίνητα καθεστήκοι, μένοι ἡ τούτων χρῆσις παρὰ τῇ μητρὶ πρὸς δευτέρους ἐλθοῦσα γάμους, καὶ αὐτὴ ταῦτα [5]) ἐκλέγοι, καὶ μὴ παραιτοῖτο, μηδὲ ἀπαιτοίη τοὺς παῖδας ὑπὲρ τῆς τούτων ἀποτιμήσεως τόκον, ἀλλ' ἐπιμελοῖτό τε αὐτῶν, καθ' ὅσον ὁ νόμος δίδωσι τοὺς τῆς χρήσεως ὄντας κυρίους, φυλάττοι τε ταῦτα κατὰ τοὺς νόμους τοῖς παισὶ περιοῦσιν, ἢ εἰ πάντες τελευτήσαιεν, κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον, τοῦ μὲν ἐξ ἀπαιδίας casu τῇ μητρί, τοῦ δὲ λειπομένου τοῖς τῶν παίδων κληρονόμοις φυλαττομένου. §. 2. Εἰ δὲ πᾶσα καθεστήκοι τυχὸν ἐν χρήμασιν ἢ ἄλλοις κινητοῖς πράγμασιν ἡ προγαμιαία δωρεά, τὸ τρίτον τοῦ τόκου [6]) μέρος λαμβάνουσαν τὴν μητέρα σὺν τῇ ἤδη νενομοθετημένῃ ἀσφαλείᾳ μὴ ἀπαιτεῖν παρὰ τῶν παίδων χρυσίον, πλὴν εἰ μὴ ἄφθονος ἡ τοῦ ἀνδρὸς εἴη περιουσία, καὶ ἔχοι καὶ χρυσίον, καὶ ἄργυρον, καὶ ἐσθῆτα, καὶ εἴ τι [7]) καταγεγραμμένον ἦν τῇ μητρί. τηνικαῦτα γὰρ τὴν ἐπιλογὴν τῇ μητρὶ δώσομεν, εἴγε

Cap. XLV.

Quoniam vero paulo ante de custodia rerum diximus, et Leonis piae memoriae novimus constitutionem de secundis nuptiis, qua mulier eas contrahens, si cautionem fideiussoriam, se scilicet liberis res restituturam, praestare nequit, trientes usuras accipit, nos hanc rem pulchrius definivimus, in iis, quae ab illis hac in re constituta sunt, convenientem subdivisionem facientes.

§. 1. *Et sancimus (id quod antea a nobis in quadam constitutione dictum est), ut, si quis res in donationem propter nuptias det, siquidem omnes immobiles sint, harum rerum ususfructus apud matrem secundas contrahentem nuptias maneat, et ipsa eas eligat, nec recuset, nec a liberis propter earum aestimationem usuras exigat, sed curam earum habeat, quatenus lex usufructuariis permittit, easque secundum leges liberis superstitibus servet, vel si omnes mortui fuerint, secundum legem nostram quod consequitur ex casu non exsistentium liberorum matri, reliquum vero liberorum heredibus conservetur.*

§. 2. *Si vero tota donatio propter nuptias in pecunia vel aliis rebus mobilibus consistat, mater acceptis usuris trientibus sub cautione iam statuta pecuniam a liberis non exigat, nisi copiosa sit mariti substantia, atque habeat aurum, argentum, vestem, et si quid aliud matri assignatum erat; tunc enim optionem matri dabimus, utrum res accipere et cautionem fideiussoriam dare, an vero dictam usuram, tertiam scilicet centesimae, tam secundum priores quam nostram legem accipere velit.* §. 3

causa donatio, omnino heredibus. Si vero ex asse secundum talem conditionem conscribatur quis heres, substitutis, si fuerint, aut omnino iis, qui ab intestato vocantur ad hereditatem, huiusmodi observationes praestentur, ut undique lex habeat propriam perfectionem; nisi forte testator et hoc praecipiat, dicens licentiam habere enim, cui dereliquit sive per institutionem particularem, sive ex asse, aut per legatum vel fideicommissum, sive per mortis causa donationem, et accipere quod relictum est, et nullam cautelam dare; tunc enim sequenda est defuncti voluntas. Studii enim nostri est, defunctorum conservare secundum legem voluntates.

Cap. XLV. Et quia parum antea [8]) de cautela rerum ediximus, et Leonis novimus divae memoriae constitutionem de secundis nuptiis, si ad eas veniens mulier non valeat dare fideiussionis cautelam, quia filiis restituat res, tertiam partem centesimae accipere [9]), nos causam adhuc melius ab ea constituimus, illius super hoc statutis competentem adiicientes subdivisionem [10]). §. 1. Et sancimus (hoc quod pridem a nobis in quadam dictum est constitutione), ut, si quis offerat res propter antenuptialem donationem, siquidem omnes immobiles constitutae sunt, maneat earum usus apud matrem ad secundas venientem nuptias, et eadem haec eligat, et non recuset, neque exigat filios [11]) pro aestimatione earum usuras, sed diligentiam earum habeat secundum quod lex dat usus [12]) dominis constitutis, conservet autem haec secundum leges filiis superstitibus, aut, si omnes moriantur, secundum nostram legem casu filiorum non exsistentium matri, reliquo remanentibus [13]) filiorum heredibus conservando. §. 2. Si vero universa constituta est forte in pecuniis aut aliis mobilibus rebus antenuptialis donatio, tertiam partem usurarum accipiente matre cum prius sancita cautela, non exigi a filiis aurum, nisi forte sine invidia sit viri facultas, et habeat aurum, et argentum, et vestes, et quidquid conscriptum est matri. Damus etenim tunc electionem matri, si velit res accipere et dare fideiussoriam cautionem, sive praedictas accipere usuras; dicimus autem ex tertia parte centesimae tam secundum anteriores leges,

---

[1]) ἢ τὸ φιδεϊκ. om. *Bas.* — [2]) μετὰ τὸν νόμον *Hal. in notis recogn. op.* — [3]) μικρὸν ἔμπροσθεν *Hal.* — [4]) *Hal., Vulg.*: ἐκείνοις *Scrimg.*; ἐκείνου *Bas.* — [5]) ταύτην *Hal. in notis recogn. op.* — [6]) τὸ ἀπὸ τρίτου τῶν τόκων *Hal.* — [7]) καὶ ὑποῦν *Hal.* — [8]) addita *pro* antea *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [9]) accipiens *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [10]) constituimus. Quod enim super ho statutis competentem adiecimus (adiicimus *Cod.*) subdiv. et sancimus *Cod Hamb., Trid., Port.* — [11]) *Cod. Hamb.*; a filiis *edd.* — [12]) usui *Cod. Hamb., Trid, Port.* — [13]) legem tam sine filiis casu morienti (moriente *Cod.*) matri quam remanentibus *Cod. Hamb., Trid., Port.*

εἴγε βούλοιτο τὰ πράγματα λαβεῖν, καὶ δοῦναι τὴν ἐξ ἐγγύης ἀσφάλειαν, εἴτε καὶ τὸν εἰρημένον κομίζεσθαι τόκον, ἀπὸ τριῶν [1]) φαμὲν ἑκατοστῆς, κατά τε τοὺς ἔμπροσθεν νόμους, κατά τε τὸν ἡμέτερον νόμον. §. 3. Εἰ δέ γε ἀναμίξ εἴη τὰ πράγματα, καὶ ἡ δωρεὰ τὸ μὲν ἐν χρήμασι, τὸ δὲ ἐν ἀκινήτοις ἔχοι πράγμασι, τὰ μὲν ἀκίνητα πάντως μένειν παρὰ τῇ μητρὶ διὰ τὸ τὴν ἀποτροφὴν ἔχειν ἐκεῖθεν, ἐπὶ δὲ τοῖς κινητοῖς ταῦτα κρατεῖν, ἅπερ ἐνομοθετήσαμεν ἔμπροσθεν, εἴπερ ἐτύγχανεν ἐν κινητοῖς πάντα τὰ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς καθεστῶτα. προνοούσης τῆς γαμετῆς, ὥστε μὴ ῥᾳθυμῆσαι ἢ ἀμελῆσαι [2]) τῶν ἀκινήτων, μηδὲ ἐλάττω ταῦτα ποιῆσαι, ἀλλ' οἷαπερ ἔλαβεν ἀποδοῦναι.

§. 3. *Quodsi autem permixtae sint res, et donatio partim in pecunia, partim in immobilibus rebus consistat, immobilia quidem omnino apud matrem maneant, ut exinde alimenta habeat, in mobilibus vero ea, quae ante sancivimus, obtineant, si in mobilibus tota donatio propter nuptias consistat; et mulier curam gerat, ne socors sit et res immobiles negligat, nec deteriores reddat, sed prout accepit restituat.*

Κεφ. μϛ'.

Ἐντεῦθεν ἡμᾶς ἕτερος καλεῖ λόγος, ὁ περὶ τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς, ἣν ἂν λάβοιεν αἱ δευτέροις ὁμιλεῖν μέλλουσαι γάμοις. Ἤδη μὲν οὖν καὶ περὶ τούτων γέγραπται νόμος ἡμῖν πρὸς Ἑρμογένη τὸν τῆς ἐνδόξου μνήμης, μάγιστρον τῶν θείων ἡμῶν γενόμενον ταξεων, ἀντιγεγραμμένος, κατὰ τὴν Βελισαρίου τοῦ ἐνδοξοτάτου προελθὼν ὑπατείαν τὴν πρὸ δεκαεπτὰ Καλανδῶν Ἀπριλλίων, καθ' ὃν ἐθεσπίσαμεν, τὰς μητέρας ἐπὶ τὸν τοῦ παιδὸς τοῦ μὴ καταλιπόντος παῖδας μετὰ τῶν αὐτοῦ τοῦ τελευτήσαντος ἀδελφῶν ἀπραγμόνως καλεῖσθαι κλῆρον, καὶ τούτου μετὰ τῆς χρήσεως καὶ τὴν δεσποτείαν μετέχειν βεβαίως, εἴτε πρὸ τοῦ κλήρου, εἴτε μετὰ τοῦτον δευτέροις ὠμίλησαν γάμοις, ἀνελόντες ἐξ ἐκείνου τοὺς νόμους, οἳ περὶ τούτων ἐναντίον τι διηγόρευον. Ταύτην ἡμῶν τὴν νομοθεσίαν κυρίαν καὶ νῦν μένειν ἐπὶ μόναις ταῖς ἤδη πρὸς δεύτερον ἐλθούσαις γάμον θεσπίζομεν, καί τινας τῶν οἰκείων διαδεξαμέναις παίδων ἐν βεβαίῳ τε αὐταῖς φυλάττεσθαι καὶ κατὰ τὸν ἑξῆς [3]) χρόνον, εἴτε πρὸ τῶν γάμων, εἴτε μετὰ τοὺς γάμους τὸν κλῆρον εἰς αὐτὰς τοῦ παιδὸς κατενεχθῆναι συνέβη. Τὰ δὲ ἐν ταῖς μετὰ ταῦτα εἰς δευτέρου φοιτώσαις ἀνδρὸς οὕτως [4]) ἡμῖν ὁ παρὼν νόμος τυποῦτω τε καὶ διαθεσμοθετείτω. Οὐκοῦν ἀνάγκη, τὸν παῖδα τελευτῶντα, εἴτε ἄῤῥενα εἴτε θήλειαν, ἢ ἐπὶ διαθήκαις τελευτᾶν, ἢ οὐτων χωρίς. τέως οὖν τὰ ἐκ διαθηκῶν εἰπόντες, οὕτως ἐπὶ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου τάξιν ἀφιξόμεθα. §. 1. Εἰ τοίνυν νομίμως ὁ παῖς διαθέμενος καταλείψειε τῇ μητρὶ τὴν οὐσίαν ἢ καὶ μοῖραν ταύτης τινά,

Cap. XLVI.

Ad alium hinc vocamur locum, de liberorum successione, quam habeant, quae secundas nuptias contracturae sunt. Ac de his quidem a nobis iam scripta est lex ad Hermogenem gloriosae memoriae, sacrorum nostrorum officiorum qui fuit magister, quae sub consulatu Belisarii gloriosissimi decimo septimo Kal. April. edita est, qua sancivimus, ut matres ad hereditatem filii, qui liberos non reliquit, cum ipsius defuncti fratribus sine controversia vocentur, ac una cum usufructu etiam proprietatem illius firmiter habeant, sive ante delatam hereditatem illius post eam secundas iniverint nuptias, abrogatis per illam legibus, quae de his contrarium statuebant. Atque haec nostra lex ut etiam nunc in iis solum rata maneat sancimus, quae iam secundum matrimonium contraxerunt, et quibusdam ex liberis suis successerunt, ac ut firma ipsis etiam futuro tempore servetur, sive ante nuptias, sive post nuptias hereditatem prolis ad eas deferri contigerit. De his vero, quae in posterum secundas nuptias contrahunt, ita haec lex disponat et sanciat. Necesse itaque est, ut proles, sive mascula sive femina, moriens vel testata vel intestata decedat. Quum igitur de testamentis dixerimus, ad ordinem ab intestato nunc perveniemus.

§. 1. *Si igitur filius legitime testatus matri substantiam vel etiam aliquam illius partem reliquerit, hanc*

leges, quam etiam secundum nostras. §. 3. Si vero permixtae sint res, et donatio tam in pecuniis quam in immobilibus rebus sit, immobiles quidem omnino manere apud matrem, propter quod alimenta habeat exinde, in rebus vero mobilibus illa tenere, quae pridem sancivimus, si [5]) contigerit in mobilibus rebus omnia antenuptialis donationis [6]) constituta; provideat quidem [7]) mulier, quod non respuat [8]) immobilia, neque imminuta haec faciat, sed qualia accepit restituat.

Cap. XLVI. Hinc nos alia evocat ratio, quae de filiorum successione est, quam accipiant [9]), quae ad secundas veniunt nuptias. Iam pridem enim et [10]) de his scripta est lex a nobis ad Hermogenem gloriosae memoriae magistrum sacrorum nostrorum factum officiorum rescripta, Belisarii gloriosi praecedens consulatum [11]), septimo decimo Kalendas Aprilis, per quam sancivimus, matres ad filii non relinquentis liberos cum eius, qui mortuus est, fratribus sine cunctatione [12]) vocari successionem, et eius cum usu etiam proprietatem habere firmam, sive prius, quam heres relinquatur, sive postea ad secundas venerit nuptias, auferentes de hoc [13]) leges, quae de his contrarium quid praecipiebant. Hanc [14]) nostram sanctionem firmam etiam modo manere super solas [15]), quae dudum ad secundum venerint matrimonium, sancimus, et quasdam propriorum accipientes filiorum firme eis servantes et secundum deinceps tempus, sive ante nuptias, sive post nuptias hereditatem in eas filii descendisse contigerit. De his autem, quae post haec ad secundum veniunt virum, ita nobis praesens lex disponatur et sanciatur. Ergo necesse est filio moriente, sive masculo, sive femina, sive testatus moriatur, sive etiam sine hoc, interim ergo [16]) ea, quae ex testamento sunt dicentes, ita ad ordinem, qui ab intestato est, veniemus [17]). § 1. Si igitur legitime filius testatus fuerit, et relinquat matri substantiam sive

---

[1]) τῶν ἀπὸ τριτου *Hal.* — [2]) μὴ καταῤῥᾳθυμῆσαι *Hal., Bas.,* (*Vulg.*). — [3]) τὸν ἐξ ἀρχῆς *Hal., Bas.* — [4]) *Hal., Bas., Vulg.*; οὕτως *Scrimg.* — [5]) sancivimus. Si vero *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; esse *add. Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; *om.* quidem *Port.*; providente muliere *Cont.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; negligat *Cont.* — [9]) *Bk. ed. ster.*; accipere *Cod. Hamb., Trid.*; accipient *Port., Cont.* — [10]) *Cod. Hamb.*; et *om. edd.* — [11]) procedens consulatu *emend. Bk. ed. ster.* — [12]) *Cod. Hamb., Trid.*; cautione *Port., Cont.* — [13]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; de hoc *om. Cont.* — [14]) *Cod. Hamb.*; et hanc *Trid.*; hanc autem *Port., Cont.* — [15]) *Cod. Hamb., Trid.*; personas parentum *add. Port., Cont.* — [16]) *Cod. Hamb., Trid.*; ergo *om. Port., Cont.* — [17]) *Cod. Hamb., Trid.* veniamus *Port., Cont.*

τινά, ταύτην ἐκείνη λαμβανέτω διὰ τὴν γραφήν (ἐπειδὴ πανταχοῦ φυλάττεσθαι τὰς τῶν τελευτώντων βουλόμεθα γνώμας), καὶ ἐχέτω τὸ καταλελειμμένον ἢ δεδομένον καὶ κατὰ δεσποτείαν καὶ κατὰ χρῆσιν. ὥςπερ γὰρ ἐξὴν καταλιμπάνειν τινὶ τῶν ἔξωθεν, καὶ οὐδὲν τὸν κληρονόμον ὁ δεύτερος ἐκείνης ἔβλαπτε γάμος, οὕτω καὶ τῇ μητρὶ καταλιπὼν ἢ καταλιποῦσα εἴτε ἔνστασιν εἴτε πρεσβεῖον ὀρθῶς καταλιμπανέτω καὶ κατὰ δεσποτείαν καὶ χρῆσιν, εἴτε ἐκ τῶν ἔξωθεν αὐτῷ προσγενομένων εἴη πραγμάτων, εἴτε καὶ ἐκ τῶν πατρῴων, οὐδὲν πρὸς τοῦτο τῶν ἀδελφῶν ἀντιλέγειν δυναμένων. §. 2. Εἰ δὲ ἀδιάθετος ὁ παῖς τελευτήσειεν, ἤδη πρὸς δευτέρους ἐλθούσης τῆς μητρὸς γάμους, ἢ καὶ ὕστερον ἐρχομένης, καλείσθω μὲν καὶ αὐτὴ μετὰ τῶν τοῦ παιδὸς ἢ τῆς παιδὸς ἀδελφῶν in capita [1]) (δηλονότι κατὰ τὴν ἡμετέραν διάταξιν) ἐξ ἀδιαθέτου πρὸς τὴν ἐκείνου διαδοχήν. ἀλλ' ὅσα μὲν ἐκ πατρῴας οὐσίας εἰς τὸν παῖδα περιῆλθον, τούτων μόνην ἐχέτω τὴν χρῆσιν εἰς δευτέρους ὅλως ἢ πρότερον ἢ ὕστερον ἀφικομένη γάμους. εἰς δὲ τὰ λοιπὰ πάντα πράγματα, ὁπόσα ἔξωθεν ἦν τῷ παιδὶ παρά [2]) τὴν τοῦ πατρὸς διαδοχήν, ἐρχέσθω κατὰ τὴν κλῆσιν τὴν ἡμετέραν, ἣν αὐτίκα ἐροῦμεν τινὸς ἐπανορθώσεως καὶ αὐτὴν δεομένην. Καὶ ταῦτα φαμὲν ἐπὶ τοῖς πράγμασι τοῖς ἔξω τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς. τὰ γὰρ ἐπ' ἐκείνοις νενομοθετημένα παρ' ἡμῶν καὶ πρός γε παρὰ τῆς Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διατάξεως ἀκέραια φυλάττομεν, ἐφ' οἷς μόνη ἡ μήτηρ ἔξει τὴν χρῆσιν καὶ ἐπικαρπίαν. §. 3. Ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἄλλοις πράγμασι ταῦτα νομοθετοῦμεν καὶ τῷ ἐξῆς παραδίδομεν χρόνῳ [3]), ὅσα μετὰ τὴν προγαμιαίαν δωρεὰν ἐστιν ἐκ πατρὸς ἀφικόμενα τῷ παιδί, ἢ ἐξ ἄλλων αἰτιῶν, ἐπί τε τῶν ἐκ διαθήκης, ἐπί τε τῶν ἐξ ἀδιαθέτου κλήσεων. τοῦ κατὰ τῶν ἀχαρίστων παίδων λόγου πανταχόθεν καὶ ἐπὶ τούτοις τοῖς πράγμασι φυλαττομένου, ὅταν ἀληθεῖς αἰτίαι τῆς ἀχαριστίας δεικνύοιντο. τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὁπόσα περὶ διαδοχῆς εἴρηται γονέων ἐπὶ τοῖς παισὶν ἢ παίδων ἐπὶ τοῖς γονεῦσιν, ἀκεραίων φυλαττομένων. §. 4. Τὴν δὲ ἀχαριστίαν ἐνταῦθα σκοποῦμεν οὐ μόνον πρὸς τὴν μητέρα κατὰ τὸ ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν ἀδελφὸν τὸν τελευτησαντα.

hanc ipsa propter scripturam capiat (quoniam ubivis voluntates defunctorum servari volumus), et in eo, quod relictum vel datum est, tam dominium quam usumfructum habeat. Quemadmodum enim extraneo alicui quid relinquere licebat, nec heredi illius secundae nuptiae quidquam nocebant, ita etiam is cave, quae matri hereditatem aut legatum relinquit, recte quod attinet ad proprietatem et usumfructum relinquet, sive sit ex iis rebus, quae extrinsecus illi obvenerunt, sive etiam ex bonis paternis, nec fratres huic rei contradicere possunt.

§. 2. *Sin vero filius intestatus moriatur, et mater secundas nuptias iam contraxerit aut postea contrahat, ipsa quidem cum filii vel filiae fratribus in capita (scilicet secundum constitutionem nostram) ab intestato ad illius successionem vocetur. Quaecunque autem ex paterna substantia ad filium pervenerunt, eorum solum usumfructum habeat, sive ante, sive postea secundas nuptias contraxerit. Ad reliqua vero omnia bona, quae filius praeter paternam successionem extrinsecus habebat, veniat secundum constitutionem nostram, quam ipsam quoque correctione aliqua indigere statim dicemus. Atque haec de iis rebus dicimus, quae sunt extra donationem ante nuptias. Nam quae a nobis et insuper Leonis piae memoriae constitutione de illis sancita sunt, in quibus sola mater usumfructum habet, integra servamus.*

§. 3. *Haec autem in reliquis bonis sancimus et futuro tempori tradimus, quae post donationem propter nuptias a patre ad filium, vel ex aliis causis, et tam ex testamento, quam successionibus ab intestato pervenerunt; ingratitudinis ratione ubivis in liberis etiam in his bonis habenda, quando verae causae ingratitudinis probantur, reliquisque omnibus, quae de successione parentum, quando liberis, aut liberorum, quand. parentibus succedunt, dicta sunt, integris servandis.*

§. 4. *Ingratitudinem vero hoc loco non solum erga matrem, uti ante a nobis dictum est, sed etiam erga ipsum fratrem defunctum consideramus.*

Κεφ. μζ'.

Ἐπειδὴ μέντοιγε ἴσμεν πολλὰς τοῖς ἀδελφοῖς πρὸς ἀλλήλους γινομένας φιλονεικίας, ἐκεῖνον μόνον ὡς

Cap. XLVII.

Quoniam autem fratribus multas invicem contentiones esse scimus, eum solum ut ingratum erga fratrem

sive partem eius aliquam, hanc illa accipiat per scripturam, quia ubique custodire morientium volumus voluntates, et habeat quod dimissum est aut datum et secundum proprietatem, et secundum usum. Sicut enim licebat relinquere alicui extraneorum, et nihil heredi secundae mulieris nocebant nuptiae, ita et matri relinquens sive institutionem sive legatum, recte derelinquat et dominium et usum, sive ex rebus, quae extrinsecus advenerunt, fuerit facultas, sive ex paternis, nihil ex hoc fratribus contradicere valentibus. §. 2. Si autem intestatus filius moriatur iam ad secundas veniente matre nuptias, aut postea veniente, vocetur quidem et ipsa cum filii aut filiae fratribus secundum nostram constitutionem ab intestato ad eius successionem; sed quanta quidem ex paterna substantia ad filium pervenerunt, eorum solummodo habeat usum ad secundas omnino, sive prius sive postea, veniens nuptias, in residuis vero omnibus rebus, quae alioude erant filio praeter paternam successionem, veniat secundum vocationem nostram, quam statim dicemus, quadam correctione et ea indigente [4]). Et haec dicimus in rebus, quae extra nuptialem donationem sunt. Quae enim in illis sancita sunt a nobis et a Leonis divae memoriae constitutione, integra conservamus, in quibus solum mater habeat usum et [5]) usumfructum. §. 3. Sed in aliis rebus haec sancimus, et deinceps tempori [6]) tradimus, quaecunque post nuptialem donationem sunt a patre venientia filio, aut ex aliis causis, tam ex testamento, quam ab intestato successionibus, ratione contra ingratos filios undique et super istis rebus servata, quando manifestae causae ingratitudinis demonstrantur; aliorum omnium, quae de successionibus dicta sunt parentum in filiis aut filiorum in parentibus, intactis manentibus. §. 4. Ingratitudinem autem hic consideramus non solum ad matrem secundum quod pridem a nobis dictum est [7]), sed etiam adversus eundem ipsum fratrem defunctum.

Cap. XLVII. Et quoniam scimus multas fratribus adinvicem factas contentiones, illum solum tanquam ingratum circa fratrem effectum participare hoc lucrum non concedimus, qui mortem voluit fratri, aut criminalem

---

[1]) ἀδελφῶν ἢ καὶ ἀδελφοπαίδων προσωπικῶς *Cod. Flor., Hal., Bas.* — [2]) *Hal., Bas., Vulg.*; περὶ *Scrimg.* — [3]) τῷ ἐξῆς μεταδίδομεν *Hal.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; eam indigere *Cont* — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; usum et *om. Port., Cont.* — [6]) *Cod Hamb., Trid.*; deinceps ipsi *Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; quod *et* est *om. Cont.*

ὡς ἀχάριστον περὶ τὸν ἀδελφὸν γενόμενον μετέχειν τούτου τοῦ κέρδους οὐ συγχωροῦμεν, ὃς ἂν ἢ θάνατον ἐπιβουλεύσειε τῷ ἀδελφῷ, ἢ ἐγκληματικὴν ἐπενέγκοιτο κατ' αὐτοῦ γραφήν, ἢ τῆς οὐσίας αὐτῷ σπεύσειεν ἐπαγαγεῖν ἀφαίρεσιν. τὸ γὰρ ἐκείνου μέρος εἰς τε τοὺς λοιποὺς ἀδελφοὺς [1]) καὶ τὴν μητέρα ἐρχέσθω. Καὶ οὗτος ὁ νόμος ἐπὶ ταῖς τῶν παίδων διαδοχαῖς, αἷς αἱ μητέρες διαδέχονται τοὺς παῖδας, κείσθω, τὴν παῤ ἡμῶν γενομένην ὑποδιαίρεσιν εἰσηγούμενος ταῖς εἰς τὸν ἔξῆς χρόνον δευτέρῳ συνοικεῖν μελλούσαις ἀνδρί. ταῖς γὰρ δὴ πρὸς δεύτερον ἐλθούσαις συνοικέσιον καὶ τῆς εὐεργεσίας τοῦ μνημονευθέντος νόμου ἡμῶν τυχούσαις ἐξέστω τὰ πρὸς αὐτὰς ἐκ τῆς τῶν παίδων ἐλθόντα διαδοχῆς, εἴτε ἐκ διαθηκῶν, εἴτε ἐξ ἀδιαθέτου, ἔχειν βεβαίως κατά τε δεσποτείαν καὶ χρῆσιν καὶ ἐπικαρπίαν, καὶ ἐκποιεῖν καὶ διατιθέναι καὶ παραπέμπειν καθ' ὃν ἐθέλοιεν τρόπον. οὐδὲν αὐταῖς ἐμποδὼν κατὰ τινα χρόνον τοῦ παρόντος ἱσταμένου νόμου. §. 1. Κἀκεῖνο δὲ κύριον τοῖς ἐκ τοῦ προτέρου γάμου μενέτω παισίν, ὅπερ ἐπὶ τῆς εἰρημένης ἡμῖν διαιέταιαι νομοθεσίας, ὥςτε, εἰ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, ἣν ἡ μήτηρ τελευτήσαντος αὐτῇ τοῦ συνοικοῦντος ἐκέρδανε, συμβέβηκεν εἰς τὸν τελευτήσαντα τῶν παίδων περιελθεῖν, καὶ διὰ τοῦτο μέρος αὐτὴν τῆς ἐκείνου γενέσθαι κληρονομίας, τὴν μητέρα μηδὲ καθ' ὅσον κληρονομεῖ τοῦ παιδὸς τῆς δεσποτείας τῶν ταύτης τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς πραγμάτων ἀπολαύειν, μόνην δὲ ἔχειν τὴν τούτων, ἐφ' ὅσον περίεστι, χρῆσιν καὶ ἐπικαρπίαν. Κρατείτω τοίνυν καὶ τοῦτο τοῖς ἐκ τῶν προτέρων γάμων κεχαρισμένοις παισίν, πλὴν εἰ μὴ πρὸ τοῦ ῥηθέντος νόμου δικαστικὴ ψῆφος ἢ διάλυσις μεταξὺ τῶν μερῶν γενομένη περὶ τούτων τι διωρίσαιτο. §. 2. Ἐπειδὴ δὲ ἡ μήτηρ ἐξεκλείετο μὲν ὑπὸ παιδὸς ἄῤῥενος (τοῦτο ποιοῦντος τοῦ δόγματος, ὃ Τερτυλλιάνειον καλοῦσι), θυγατράσι δὲ συνανεπέμπετο, ἡμεῖς, οὐκ ἐπιζητοῦντες τὸ τῶν παίδων δίκαιον, ἀλλ' αὐτόθεν αὐτῇ legitima [2]) δίκαια δόντες, ἐκαλέσαμεν αὐτὴν καὶ μετὰ τῶν ἀῤῥένων ἀδελφῶν τοῦ τελευτήσαντος κατὰ τοσοῦτον, καθ' ὅσον ἀριθμὸν οἱ παῖδες εἰσίν, ὥςτε καὶ αὐτὴν μοῖραν ἔχειν τοσαύτην, ὅσην ἕκαστος τῶν ἀδελφῶν. εἰ δὲ καὶ ἀναμὶξ ἄῤῥενές τε καὶ θήλειαι καθεστήκοιεν, αὐτὸ τοῦτο διατυπώσαντες. Εἰ μέντοι μήτηρ καὶ θήλειαι μόναι καθεστήκοιεν, ἐκεῖσε τὸ δόγμα τὴν μὲν ἡμίσειαν μοῖραν ἐδίδου τῇ μητρί, τὴν δὲ λειπομένην ἡμίσειαν ἐδίδου ταῖς ἀδελφαῖς, ὅσαι δήποτε καθε-

trem in partem huius lucri venire non permittimus, qui vel vitae fratris insidiatus est, vel criminalem in eum instituit accusationem, vel ut bonis eum privaret operam dedit, illius enim pars ad reliquos fratres et matrem perveniat. Atque haec lex de liberorum successionibus, quando matres succedunt liberis, lata sit, factum a nobis subdivisionem in illis, quae futuro tempore secundas nuptias contracturae sunt, introducens. Illis enim, quae secundum matrimonium iam inierunt, et beneficio dictae nostrae legis potitae sunt, ea, quae ex liberorum successione sive ex testamento, sive ab intestato ad illas venerunt, tuto et quod ad proprietatem et usumfructum habere, alienare, disponere, et quo velint modo transmittere liceat, nec praesens haec lex ullum impedimentum ullo tempore illis inferat.

§. 1. *Illud quoque, quod in dicta lege constitutum est, liberis prioris matrimonii firmum maneat, ut, si donationem ante nuptias, quam mater morte mariti sui lucrata est, ad filium defunctum pervenire contigerit, et propterea pars hereditatis eius facta sit, mater neque pro ea parte, qua filio heres est, dominio rerum donationis ante nuptias fruatur, sed illarum solum usumfructum quoad vivit habeat. Servetur igitur et hoc gratis liberis prioris matrimonii, nisi forte ante dictam legem iudicialis quaedam sententia vel transactio inter partes de his quid definivit.*

§. 2. *Quoniam vero mater a filio quidem excludebatur (quod SCto quod vocatur Tertulliano factum est), cum filiabus vero admittebatur, nos, in filiorum ius non inquirentes, sed hoc ipso legitima illi iura dantes, eam quoque cum fratribus defuncti pro numero liberorum vocavimus, ut et ipsa eam partem habeat, quam quilibet fratrum. Si vero masculi feminis mixti fuerint, idem constituimus. Si tamen mater et filiae solae sint, ibi SCtum dimidiam quidem partem matri, alteram vero dimidiam sororibus, quotcunque essent, dabat. Quod quoniam ante non correximus, nunc apte emendamus, vocantes eam hoc quoque casu cum filiabus aequaliter, ut, quantum quaeque filiarum habet, tantum et ipsa solum capiat. Et in omni casu huc faciente*

lem inducere contra eum inscriptionem, aut substantiae ei properavit inferre iacturam; eius enim portio tam ad reliquos fratres, quam ad matrem [3]) veniat. Et haec lex super [4]) filiorum successionibus, quibus cum matre succedunt filii, maneat, illam, quae a nobis facta est, subdivisionem introducens iis, quae futuro tempore matrimonio secundo sunt futurae viris [5]). Quae enim iam ad secundum matrimonium perveuerunt, (et beneficio memoratae nostrae legis potitae sunt his liceat) [6]), successionem, sive per testamentum, sive ab intestato, habere firme et secundum dominium, et secundum usumfructum, et alienare, et testari, et transmittere secundum quem volnerint modum, nihil [7]) sit eis impedimentum [8]) quolibet tempore ex praesente constituta lege. §. 1. Et [9]) illud autem firmum ex primo matrimonio filiis maneat, quod super his per [10]) praedictam a nobis constitutum est sanctionem, quod, si antenuptialem donationem, quam mater moriente marito lucrabatur, contigerit ad morientem filium pervenire, et propterea partem ei illius fieri hereditatis, matrem neque secundum quod succedit filio dominium eorum, scilicet antenuptialis donationis rerum, perfrui, solum autem habere horum quamdiu superest usum et usumfructum. Maneat igitur et hoc his, qui ex prioribus nuptiis sunt, filiis condonatum, nisi forte ante praedictam constitutionem iudicialis sententia aut [11]) transactio inter partes facta de his aliquid statuerit. §. 2. Et quoniam mater excludebatur quidem a filio masculo, hoc faciente senatusconsulto, quod Tertullianum vocant, filiabus autem commiscebatur, nos non quaerentes filiorum ius, sed exinde ei legitima iura dantes, vocavimus [12]) quidem eam etiam cum masculis fratribus morientis in tantum, in quantum numerus filiorum fuerit, quatenus et ea partem habeat tantam, quantam

---

[1]) τοὺς ἀδελφοπαιδας *add. Hal., Bas.* — [2]) νόμιμα *Hal., Bas.* — [3]) fratres et matrem *Cod. Hamb., Trid.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; supra *Cont.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; sunt sociandae viris *Cont. In cod. et edd. Trid. et Port. quae adduntur verba:* de matris successione, *e margine in textum irrepsisse videntur.* — [6]) *Quae uncis inclusimus, non habent Cod. Hamb., Trid., Port., sed a Contio e Graeco reddita sunt.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; nihilque *Cont.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; impedimento *Port., Cont.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; Et *om. Cont.* — [10]) his per *om. Cod. Hamb.* — [11]) *Trid.*; et *Cod. Hamb., Port., Cont.* — [12]) *Cod. Hamb.*; vocamus *edd.*

καθεστήκοιεν [1]). Ὅπερ ἐπειδὴ μὴ πρότερον ἐπηνωρθώσαμεν, νῦν ἄγομεν ἐπὶ τὴν προσήκουσαν διόρθωσιν, καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος καλοῦντες αὐτὴν πρὸς ἀναλογίαν τῶν παίδων, ὥστε ὅσον ἑκάστη τῶν θυγατέρων ἔχει, τοσοῦτον μόνον καὶ αὐτὴν κομίζεσθαι. καὶ ἐπὶ παντὸς θέματος εἰς τοῦτο φερομένου in virilem portionem [2]) (τοῦτο δὴ τὸ τοῦ νόμου) καὶ ἡ μήτηρ ἀφικνείσθω, εἴτε μόνοι καθεστήκοιεν ἄρρενες, εἴτε μόναι θήλειαι, εἴτε καὶ ἀναμὶξ ἑκατέρα γονή.

faciente in virilem portionem (verba legis sunt) etiam mater veniat, sive soli sint masculi, sive solae feminae, sive uterque sexus sit mixtus.

Κεφ. μή.

Ἐκεῖνο δὲ ἔτι προσθεῖναι τῷ νόμῳ δίκαιον ᾠήθημεν. εἰ γὰρ τελευτήσειεν ἢ [3]) ἀνὴρ ἢ γυνὴ παῖδας ἔχοντες ἔκ τε τῶν προτέρων, ἔκ τε τῶν δευτέρων γάμων, οὓς μετὰ τοῦδε ἡμῶν συναλλάξαιεν τὸν νόμον (ἐπὶ γὰρ δὴ τούτων τὰ παρόντα διατάττομεν), τὰ μέν, ὅσα ἐπὶ τοῖς κέρδεσι τοῖς ἐκ τῶν γάμων παραφυλάττεσθαι χρή, ταῦτα ἐνομοθετήσαμεν, καὶ πρὸς γε διεκρίναμεν τὰς μοίρας, ἃς ἀνάγκη τοὺς γονέας τοῖς γνησίοις καὶ μὴ ἀχαρίστοις καταλιμπάνειν παισίν, αὐτοὺς δὲ δὴ τοὺς φύσαντας οὐ δίκαιον ἂν εἴη πρὸς τὴν δευτέραν ὅλως ἀποκλίναι γονήν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ νόμου μόνον καταλιπόντας τοῖς προτέροις μέρος, τἄλλα πάντα ἐπὶ τοὺς δευτέρους ἀγαγεῖν, ἀλλὰ καί τι καὶ τοῖς προτέροις προσθεῖναι. εἰ μέν γάρ τινα ἐκ τῶν δευτέρων ἔχοιεν γάμων, ἢ καὶ τῶν πρώτων τυχόν, οὕτω περισπούδαστον, οὕτως ἀγαπώμενον, ὥστε βούλεσθαι ὑπερφέρειν αὐτὸν [4]) τοὺς ἄλλους ἐν τῇ κτήσει, δίδομεν ἄδειαν τοῦτο πράττειν, μὴ μὴν καθάπαξ τοὺς μὲν προτέρους παῖδας ἐλαττοῦν, τοὺς δευτέρους δὲ αὐξειν, ἀλλὰ μηδὲ ἐν σφόδρα μεγάλῳ ποιεῖσθαι [5]) τὴν παραύξησιν, μηδὲ καθάπαξ ἐπιλελῆσθαι τῶν ἐμπρυσθεν γάμων, μηδὲ βεβαιοῦν τὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν περὶ τῶν τοιούτων εἰρημένα, ἀλλὰ προνοεῖν μὲν καὶ τῶν δευτέρων, προνοεῖν δὲ καὶ τῶν πρώτων, ἐνθυμουμένους, ὅτι παῖδες ἀμφω καθεστῶσι, καὶ οὕτω ποιουμένους τὴν τῶν διαδοχῶν ἐν ταῖς διαθήκαις διαίρεσιν. εἰ γὰρ ἀδιαθέτων αὐτῶν τελευτώντων ὁ νόμος ἅπαντας ἐξ ἴσου καλεῖ, προσῆκόν ἐστιν αὐτοὺς μιμουμένους τὸν νόμον μὴ σφόδρα μεγάλαις αἰτοὺς συσιέλλειν ταῖς ἐλαττώσεσιν, αἰδουμένους τὸν νόμον. οὕτω γὰρ ἔσονται πατέρες ἀγαθοὶ καὶ τῆς ἡμετέρας ἄξιοι νομοθεσίας, καὶ δίκαιοι μὲν ἔσον-

Cap. XLVIII.

Illud quoque legi adiiciendum putavimus. Si enim vir aut femina liberos ex primis aut secundis nuptiis post hanc nostram legem contractis (de his enim praesentia disponimus) habentes moriantur, ea quidem, quae in lucris nuptialibus observanda sunt, sancivimus, et insuper partes, quas parentes legitimis nec ingratis liberis relinquere oportet, determinavimus; non tamen iustum esset, ut parentes ad secundam prolem plane inclinent, et, prioribus legitima solum parte relicta, reliqua omnia ad secundos transferant, sed prioribus etiam aliquid adiiciant. Nam si quem ex secundis vel etiam ex prioribus nuptiis habeant tanta benevolentia dignum et ita dilectum, ut in bonis eum reliquis anteferre velint, potestatem id faciendi damus, non tamen ut priorum liberorum conditionem deteriorem prorsus efficiant, posteriores vero divitiis augeant. Sed neque augmentum faciant in re admodum magna, neque plane priorum nuptiarum obliviscantur, neque confirment, quae a maioribus nostris de illis dicta sunt, sed prospiciant quidem secundis, priorum vero etiam curam gerant, cogitantes, utrosque liberos esse, atque ita bona sua in testamenti dividant. Nam si illis intestato mortuis lex omnes ex aequo vocat, decet eos legem imitari eamque revereri, et non ita magnis imminutionibus illos in angustum redigere. Sic enim boni patres erunt et nostra lege digni; et iusti quidem erunt, si solam legem observent sin vero et supra legem quid relinquant, erunt iusti simul et humani patres. Atque haec dicimus non de ingratis et gratis liberis (de ingratis enim iam saepius dictum est), sed de iis, qui magis aut minus diliguntur, quum magna sit differentia inter ingratitudinem et gratitudinem, et non aequalem honorem. Hoc autem,

quantam unusquisque fratrum; si vero et [6]) permixti masculi et feminae fuerint, hoc ipsum disponentes. Si vero mater et filiae solae consistant, ibi senatusconsultum mediam quidem partem dabat matri, residuam vero mediam sororibus, quantaecunque exstitissent. Quod quoniam non primitus correximus, modo adducimus ad competentem correctionem, et in isto casu vocantes eam pro rata filiarum, quatenus quantum unaqua que filiarum habet, tantum solummodo et ea accipiat, et in omni casu hic relato in virilem portionem (hoc quod legis est) etiam mater veniat, sive consistant soli masculi, sive solae feminae, sive etiam permixta utraque soboles.

Cap. XLVIII. Illud quoque super hoc adiicere legi iustum existimavimus. Si enim moriatur vir aut mulier filios habentes et ex prioribus et ex secundis nuptiis, quas post hanc nostram contraxerint legem (in his enim praesentia disponimus), quae quidem super lucris ex nuptiis servari oportet, hoc sanximus; insuper et decrevimus portiones, quas necesse est parentes legitimis et non ingratis relinquere filiis; ipsos tamen genitores non erit iustum ad secundam omnino declinare prolem, et quod ex lege est tantummodo relinquentes prioribus, alia omnia ad secundos deducere, sed aliquid et prioribus adiicere. Si quidem [7]) aliquem ex secundis habeant nuptiis, aut etiam ex primis forsan, ita festivum, ita dilectum, ut velint praeponere eum aliis in possessione, damus licentiam hoc agendi, non tamen omnino priores quidem filios minuere, secundos autem augere, sed neque vehementer magnificare augmentum, nec omnino oblivisci priorum matrimoniorum, neque infirmare ea, quae a praecedentibus nos de talibus dicta sunt, sed providere quidem et secundis, providere autem et primis, cogitantes, quoniam filii ambo sunt, et ita facientes successionum in testamentis divisionem. Si enim intestatis eis mortuis lex omnes ex aequo vocat, competens est, eos imitantes legem non vehementer magnis eos abbreviare minutionibus, erubescentes legem. Sic enim erunt boni patres et nostra digni legislatione, et iusti quidem erunt solam legem custodientes; si quid autem etiam supra legem reliquerint, erunt iusti simul et humani patres. Et non haec dicimus inter gratos et ingratos filios (de ingratis enim iam saepius dictum est),

---

[1]) *Verba* ἐκεῖσε — καθεστήκοιεν *om. Hal.* — [2]) ἐν τῇ τοῦ ἀνδρὸς μοίρᾳ *Hal., Bas.* — [3]) τελ. ὁ ἀνὴρ *Hal.*: τελ. ἀνὴρ *Bas.* — [4]) *Hal., Bas.*; αὐτῶν *Scrimg* — [5]) ἀλλὰ μὴ σφόδρα μεγαλοποιεῖσθαι *Hal.*: ἀλλὰ μηδὲ σφοδρότερον μεγαλοποιεῖσθαι *Bas.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.* — [7]) *Cod Hamb., Trid., Port.*; Nam si *Cont.*

ἔσονται μόνον τὸν νόμον φυλάττοντες, εἰ δέ τι καὶ ὑπὲρ τὸν νόμον καταλίποιεν, ἔσονται δίκαιοί τε ἅμα καὶ φιλάνθρωποι πατέρες· καὶ οὐ ταῦτα φαμὲν μεταξὺ ἀχαρίστων τε καὶ τῶν εὐχαριστουμένων παίδων (τὰ γὰρ περὶ τῶν ἀχαρίστων ἤδη πολλάκις εἴρηται), ἀλλὰ περὶ [1]) τῶν μᾶλλον ἢ ἧττον ἀγαπωμένων, ὡς πολὺ τὸ διάφορον ἐστὶν ἀχαριστίας τε καὶ εὐχαριστίας, καὶ τῆς οὐχ ὁμοίας τιμῆς. Τοῦτο δὲ δὴ τὸ μέρος τὸ περὶ τῆς ἰσότητος τῶν παίδων τῶν ἐκ πρώτου καὶ δευτέρου συνοικεσίου γινομένων συμβουλεύοντες μᾶλλον ἢ νομοθετοῦντες φαμέν, ἐπιέτιοιγε ἅπαξ αὐξήσαντες τὴν ἐξ ἀδιαθέτου [2]) μοῖραν τὴν πάντως τοῖς παισὶ καταλειφθησομένην, καὶ ἄχρι μὲν τεσσάρων παίδων τετραούγκιον πάντως ὁρίσαντες, εἰ δὲ ὑπὲρ τοὺς τέσσαρας, ἄχρι τοῦ ἡμίσεως τῆς οὐσίας πάσης μέρους, ἱκανὴν ἤδη δεδοίκαμεν τοῖς παισὶ παραμυθίαν, οὐκ ὀλίγῳ μέτρῳ τὴν παλαιὰν αὐτοῖς στενοχωρίαν λύσαντες. §. 1. [a]) Ἔστω τοίνυν ὁ παρὼν νόμος τῷ μέλλοντι χρόνῳ νομοθετῶν, καθὰ πολλάκις εἰπόντες ἐφθήμεν, καὶ οὐδὲν τῶν ἔμπροσθεν προσαπτόμενος, ἀλλὰ συνειλεγμένος πανταχόθεν καὶ συνεσπειραμένος ὑπὸ μίαν συνέχειαν, καὶ ἅπαντα σχεδὸν τὰ περὶ δευτέρων ἀπαγγέλλων γάμων, καὶ τὰ μὲν πρίτερα τοῖς ἐμπροσθεν ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν φυλάττων ἰσχύος, τὰ δὲ παρ' αὐτοῦ διατατόμενα τοῖς ἐσομένοις δευτέροις εἰσηγούμενος γάμοις, καὶ νέαν τινὰ πανταχόθεν καὶ ἀπηκριβωμένην εἰσάγων τοῖς ζητοῦσιν ὠφέλειαν. πασῶν τῶν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις κειμένων διατάξεων ἐπὶ τοῖς ἐσομένοις μετὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον γάμοις, καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν συμβαίνουσι σχολαζουσῶν ταύτης δὴ τῆς μιᾶς διατάξεως τῷ μέλλοντι χρόνῳ κατὰ τὸ παρ' ἡμῶν διωρισμένον ἐπὶ τοῖς περιεχομένοις αὐτῇ θέμασιν ἀντὶ πασῶν ἀρκούσης.

autem, quod ad aequalitatem liberorum primi et secundi matrimonii attinet, magis ut consilium dantes, quam legem ferentes dicimus. Nam quum semel portionem ab intestato, quae omnino liberis relinquenda est, auxerimus, et quidem si quatuor liberi sint, trientem, si vero plures, quam quatuor, semissem totius substantiae omnino definiverimus, satis solatii liberis iam dedimus, non modica accessione antiquam eorum angustiam tollentes.

§. 1. *Haec itaque lex futuro tempori sanciat, quemadmodum saepius iam diximus, nec quidquam ex prioribus attingat, sed in unam continuitatem undique collecta et composita omnia paene de secundis nuptiis praecipit, ac quae ante sancita sunt antea contractis secundis nuptiis in suo robore conservet, quae vero in ea disposita sunt, in futuris secundis nuptiis introducat, et novam undique atque exquisitam quandam quaerentibus utilitatem afferat; omnes enim constitutiones, quae de his rebus latae sunt, et casus, qui ex his eveniunt, in nuptiis post hanc legem futuris cessent, haec vero una constitutio futuro tempori prout a nobis constitutum est, in casibus illa comprehensis loco omnium sufficiat.*

Ἐπίλογος.

Ταῦτα τοίνυν ἡ σὴ ὑπεροχὴ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑπὸ τὴν σὴν τελοῦσιν ἀρχὴν τῷ συνήθει τρόπῳ φανερὰ γενέσθαι προσταξάτω, ὥστε ἅπαντας γινώσκοντας, ὡς μείζονα πόνον ὑποσπάντες, ἢ ὅσον ἔχρῆν τὸν βασιλικῶς περιῤῥεόμενον φροντίσιν, ὅμως οὐδὲν ἔμπροσθεν τῆς αὐτῶν ἐποιησάμεθα σωτηρίας, ὡς μὴ πολλαχόθεν ἐρανίζεσθαι τὸ δίκαιον, ἀλλ' ἅπαν [3]) ὁρῶντας εἰς ἓν ἠθροισμένον τὸ περὶ τούτου τῆς νομοθεσίας μέρος, γινώσκειν, ὡς καὶ

Epilogus.

Haec igitur celsitudo tua omnibus gentibus, quae sub imperio tuo sunt, usitato more manifesta fieri praecipiat, ut omnes sciant, nos, licet maiorem laborem sustineamus, quam eum ferre oportet, ad quem imperiales curae confluunt, nihil tamen antiquius duxisse illorum salute, ne multis in locis ius emendicent, sed quum de his rebus omnes legum partes videant in unum collectas, intelligant, nos quod prius sancitum est ius servare in iis, quae iam facta sunt, et futuro

est), sed de iis, qui magis aut minus diliguntur, quum utique multa differentia sit ingratitudinis et gratiarum actionis, et dissimilis honoris. Hanc itaque partem de aequitate [4]) filiorum ex priore et secundo matrimonio venientium adhortantes potius, quam sancientes dicimus; alioqui semel augentes ab intestato partem omnino filiis relinquendam, et usque ad quatuor quidem filios quatuor uncias omnino definientes, si autem ultra quatuor sint, usque ad mediam substantiae partem, idoneum iam dedimus filiis solatium, non ex parva mensura antiquam eorum angustiam resolventes. §. 1. Sit igitur praesens lex futuro tempori sanciens, sicut saepius dicentes praevenimus, et nihil priorum tangens, sed collecta undique et complexa sub una continuatione, et omnia paene de secundis pronuntians nuptiis, et priora quidem prioribus in sua virtute servans, quae vero ab ea disposita sunt futuris secundis explanans nuptiis, et novam quandam undique ac subtilissimam introducens quaerentibus utilitatem; omnibus, quae super talibus positae sunt, constitutionibus in futuris post hanc nostram legem nuptiis et quae ex his evenerint vacantibus, hac videlicet una constitutione futuro tempori, secundum quod a nobis definitum est, in iis, qui continentur in ea casibus, pro cunctis sufficiente.

Epilogus. Haec igitur tua celsitudo omnibus gentibus, quae sub tuo sunt cingulo, solenni modo manifesta fieri praecipiat, ut omnes agnoscentes, quia maiorem laborem sustinentes, quam oportet imperialibus incurrere cogitationibus, tamen nihil prius nostra fecimus salute, nisi undique congregare quod iustum est, et [5]) omnes, videntes in unum collectam de hac legislatione partem, sciant, quia et priorem iis, quae iam posita sunt, servavimus legem, et futuro tempori competentem posuimus congruentiam [b]) [6]).

Scriptum

---

[a]) *Quae sequuntur non legimus in Bas.* — [b]) *In Cod. Hamb. et in edd. Trid. et Port. hic finis est Novellae, reliqua enim, quae e textu Haloandrino reddita videntur, apud Contium solum extant; cf. Biener Gesch. d. Nov. p.* 400.

[1]) τῶν ἄλλων *add. Hal.* — [2]) ἐκ διαθήκης *Hal.* — [3]) ἅπαντας *Hal., Vulg.* — [4]) aequalitate *emend. Bk. ed. ster.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid.;* prius illorum duximus salute, ne undique emendicent, quod iustum est: sed *Cont.* — [6]) *Quae hoc loco a Contio addita est subscriptio:* Datum XV. Kal. Augusti, Constantinopol. post Belis. V. C. Cons., *mendosa est; cf. Biener Gesch. d. N. p.* 512., *neque consentit cum altera subscr., quam exhibet in fine Novellae.*

καὶ τὸ πρότερον τοῖς ἤδη τεθεῖσιν ἐφυλάξαμεν νόμιμον [1]), καὶ τῷ μέλλοντι χρόνῳ τὴν προσήκουσαν ἐπιτεθείκαμεν ἁρμονίαν. Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον [2]) Πατρικίῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ [3]) τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως. Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Βασιλίδῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων, ἀπὸ ἐπάρχων, ὑπάτῳ [4]) καὶ πατρικίῳ. Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Στρατηγίῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ κόμητι τῶν θείων largitionum, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ [5]). Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Τριβουνιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ κοιαίστωρι τὸ δεύτερον καὶ ἀπὸ ὑπάτων. Legi [6]). Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Γερμανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ τοῦ θείου πραισέντου, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ. Legi. Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Τζιτζᾳ [7]) τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ τοῦ θείου πραισέντου, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ. Legi. Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Μαξεντιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ τοῦ θείου πραισέντου καὶ ἀπὸ ὑπάτων [8]). Legi. Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Φλώρῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ κόμητι τῶν θείων πριβάτων καὶ ἀπὸ ὑπάτων. Legi. Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν γινώσκουσα, ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῷ σῷ φανερὰ καταστησάτω τοῖς τε συνηγόροις, τοῖς τε ἄλλοις, ὧν ἄρχει [9]), ὥστε κατὰ ταῦτα τέμνεσθαι τὰς ὑποθέσεις. οὐ μὴν προθήσεις δημοσίᾳ τήνδε ἡμῶν τὴν θείαν διάταξιν [10]), ἀρκούντων τῶν περὶ τούτου παρ' ἡμῶν γεγραμμένων πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους ὑπάρχους τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων. Νόμος γραφεὶς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ [11]). Dat. XV. Kal. April. Constantinop. post Belisarii V. C. cons. [536.]

turo tempori aptam dedisse convenientiam. Scriptum est exemplar Patricio gloriosissimo praefecto felicis huius urbis. Scriptum est exemplar Basilidae gloriosissimo magistro sacrorum officiorum, expraefecto, consuli et patricio. Scriptum est exemplar Strategio gloriosissimo comiti sacrarum largitionum, exconsuli et patricio. Scriptum est exemplar Triboniano iterum quaestori gloriosissimo et exconsuli. Legi. *Scriptum est exemplar Germano gloriosissimo duci sacri praesentis, exconsuli et patricio.* Legi. *Scriptum est exemplar Tzitzae, gloriosissimo duci sacri praesentis, exconsuli et patricio.* Legi. *Scriptum est exemplar Maxentiano gloriosissimo duci sacri praesentis et exconsuli.* Legi. *Scriptum est exemplar Floro gloriosissimo comiti rerum sacrarum privatarum et exconsuli.* Legi. *Tua igitur excellentia, quae nobis placuerunt cognoscens, in dicasterio tuo advocatis aliisque, quibus praeest, haec nota faciat, ut secundum ea causae decidantur. Non quidem publice propones sacram hanc nostram constitutionem, quum sufficiant, quae hac de re ad gloriosissimos praefectos sacro praetorio a nobis scripta sunt. Scripta lex est Ioanni gloriosissimo sacro per Orientem praetorio iterum praefecto, exconsuli et patricio.*

Scriptum exemplum Patricio, gloriosissimo praefecto huius almae urbis. Scriptum exemplum Basilidae, gloriosissimo magistro sacrorum officiorum, ex praefecto, ex consule et patricio. Scriptum exemplum Triboniano, gloriosissimo quaestori iterum et ex consule. Scriptum exemplum Germano, gloriosissimo magistro equitum sacri praesentis, ex consule et patricio. Scriptum exemplum Tzigae, gloriosissimo magistro peditum sacri praesentis, ex consule et patricio. Scriptum exemplum Floro, gloriosissimo comiti sacrarum rerum privatarum et ex consule. Tua igitur excellentia cognoscens ea, quae nobis placuerunt, in indicio tuo insinuet tam advocatis, quam aliis, quibus praees, ut secundum haec decidantur causae; non tamen propones publice hanc [12]) nostram constitutionem, sufficientibus his, quae hac de re a nobis scripta sunt ad Ioannem gloriosissimum sacrorum per Orientem praetoriorum praefectum iterum, ex consule et patricium. Dat. XV. Kal. April. Constantinop. post Belisarii V. C. cons. [536.]

[1]) *νόμοις Hal.* — [2]) *τῷ ἰσοτύπῳ Hal., et ita semper in seqq.* — [3]) *ὑπάρχῳ Hal.* — [4]) *ἀπὸ ὑπάρχων καὶ ὑπάτων Hal.* (*Vulg.*). — [5]) *Deest hoc comma apud Hal.*, (*Vulg.*). — [6]) *Vocem* legi *hic et in seqq. om. Hal.* (*Vulg.*). — [7]) *Τζίγᾳ Hal.*, (*Vulg.*). — [8]) *Deest haec sententia ap. Hal.* — [9]) *ἄρχεις Hal.* — [10]) *ὥστε κατὰ ταύτην ἡμῶν διάτ. Hal.* — [11]) *γεγραμμένων πρὸς Ἰωάννην τὸν ἐνδοξότατον ὕπαρχον τῶν ἱερῶν τῆς ἑώας πραιτ. τὸ β ἀπὸ ὑπ. καὶ πατρίκιον Hal.* — [12]) *Bk. ed. ster.*; praees, secundum hanc *Cont.* (*om quae a Beckio e Graeco supplenda sunt*).

Gl. Novella XXIII.[a])

DE APPELLATIONIBUS, ET INTRA QUAE TEMPORA DEBEAT APPELLARI.

(Coll. IV. tit. 2.)

Imp. Iustinianus Augustus Triboniano, gloriosissimo Quaestori iterum et Exconsuli [1]).

Praefatio.

Anteriorum legum acerbitati plurima remedia imponentes, et maxime haec circa appellationes facientes, et [2]) in praesenti ad huiusmodi beneficium pervenire duximus esse necessarium. Antiquitati etenim cantum erat, ut, si quis per se litem exercuerit, et fuerit condemnatus, intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet, sin [3]) autem per procuratorem causa ventilata sit, et in triduum proximum eam extendi [4]) Ex rerum autem experientia invenimus, hoc satis esse damnosum; plures enim homines ignaros legum subtilitatis, et putantes in triduum esse provocationes porrigendas, in promtum periculum incidisse, et biduo transacto causas perdidisse. Unde necessarium duximus huiusmodi rei competenter mederi.

Cap. I.

---

[a]) *Haec Nov. latine prodiit et Bas.* (*IX.* 2. 2.), *Hal.*, *Scrimg. graece summam tantum habent.* — *Iulian. Const.* 24. — *Est Nov. inter glossatas et integra legitur apud Gratian. c.* 28. *C. II. q.* 6.

[1]) *Port.*, *Cont.* illustri magistro officiorum et quaestori sacri palatii *Trid.*, *ms. Contii*; illustri magistro quaestorum sacri palatii *Cod. Hamb.* — [2]) *Trid.*, *Port.*, *Gratian.*; et *om. Cod. Hamb.*, *Cont.* — [3]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.*, *Gratian.*; si *Cont.* — [4]) ea extenderetur *Port.*

Cap. I. Et sancimus, omnes appellationes, sive per se, sive per procuratores, seu per defensores, vel curatores, vel tutores ventilentur, posse intra decem dierum spatium, a recitatione sententiae numerandum, iudicibus ab iis, quorum interest, offerri, sive magni, sive minores sint (excepta videlicet sublimissima praetoriana praefectura), ut liceat homini intra id spatium plenissime deliberare, sive appellandum ei sit, sive quiescendum, ne timore instante [1]) opus appellatorium frequentetur, sed sit omnibus inspectionis copia, quae et [2]) indiscussos hominum calores potest refrenare.

Cap. II. Ad haec sancimus, si quando Ils speratur in nostrum inferri consistorium, si forte contigerit imperatoriam maiestatem occupatam publicis causis ex mundanis provisionibus non posse convocare patres, quatenus causa agitetur, non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium est litigantium, si culmen imperatorium occupetur? vel quis tantae est auctoritatis, ut nolentem principem possit ad convocandos patres ceterosque proceres coarctare? Sed si quid tale evenerit, causa intacta permaneat, donec Imperator sua sponte motus et convocari proceres iusserit, et litem inferri patiatur, et omnia secundum morem procedere.

Cap. III. Illud etiam in tertio capitulo disponendum est, quod antiquitas bene statuit, novitas autem neglexit. Quum enim veneranda vetustatis auctoritas ita magistratus digesserit, ut alii maiores, alii medii, alii minores sint, et appellationes a minoribus iudicibus non solum ad maximos iudices remitterentur, sed ad spectabilium iudicum tribunal, quatenus et ipsi sacro auditorio adhibito litem exercerent, novitas autem hoc dereliquerit [3]), evenit, ut super minimis causis maximi nostri iudices inquietentur, et homines propter minimas causas magnis fatigentur dispendiis, ut forsitan totius litis aestimatio ad sumtus iudiciales non sufficeret. Ideoque sancimus, si quando ex Aegyptiaco tractu vel adiuncta ei utraque Lybia provocatio speratur usque ad decem librarum auri quantitatem, non in hanc regiam urbem eam venire, sed ad praefectum augustalem, qui audiat et causam dirimat vice sacri cognitoris, nulla ei [4]) post definitivam sententiam appellatione porrigenda. §. 1. Similique modo quoties in Asiana dioecesi vel Pontica tale aliquid emerserit usque ad praedictam quantitatem decem librarum auri, appellationes ad viros spectabiles, comites forte, vel proconsules, vel praetores, vel moderatores, quibus specialiter easdem lites peragendas deputavimus, remittantur, quatenus et hi ad similitudinem praefecti augustalis vice sacri cognitoris intercedant, et causas sine spe quidem appellationis, dei tamen et legum timore proferant decidendas; Orientalem autem tractum causas appellatione suspensas et usque ad decem librarum auri quantitatem limitatas ad virum spectabilem comitem Orientis mittere, simili modo audientiam et finem eis impositurum.

Cap. IV. Illo videlicet observando, ut viri spectabiles duces [5]) vel alii spectabiles iudices non ad alios eadem spectabilitate decoratos iudices suas transmittant appellationes in litibus, quantaecunque sint quantitatis, quum non oporteat ad compares iudices appellationes referri, sed a minore iudicio in maius tribunal ascendere, sed ad illustrissimam praefecturam illorum appellationes, cuiuscunque sint quantitatis (ut dictum est) dirigantur, qui una cum viro excelso pro tempore quaestore eas dirimat; utroque officio subministrante, id est tam ex sacris scriniis more solito, quam praefecio praetorio. Ita tamen haec sancimus, ut nec a ducibus vel aliis spectabilibus iudicibus, quibus forte, etsi privati sint, imperialis maiestas causas iniunxerit, appellatio ad memoratos spectabiles iudices currat, ne causa non gradatim procedere, sed perperam videatur. Sed a praesidibus quidem provinciarum et iudicibus a nobis datis, si non sint spectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referatur [6]). Si autem vel illustres sint dati a nobis iudices, quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt, vel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decorati, vel ii, qui a principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem, eorum appellationes sub quacunque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more iudices deferuntur [7]). Omnibus aliis, quae in [8]) appellationibus statuta sunt vel ab antiqua prosapia, vel ab auctoritate anteriorum constitutionum, vel a nostra humanitate, intactis illibatisque custodiendis. Dat. III. Non. Ian. [9]) Constant. post Belisarii V. C. cons. [536.] *Alt.*

---

[1]) *Cod. Hamb., Cont., Gratian.*; instantiae *in Cod. Hamb. secund. man., Trid., Port.* — [2]) *Cod. Hamb., Trid., Port., Gratian.*; et *om. Cont.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid., Port., Gratian.*, deliquerit *Cont.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; penitus *add. Port., Cont.* (*sed lis uncis inclus.*), *Gratian.* — [5]) duces *om. Cod. Hamb.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; referetur *Port., Cont., Gratian.* — [7]) *Cod. Hamb.*; referuntur *Trid.*; referantur *Port., Cont.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid., Port., Gratian.*; de *Cont.* — [9]) *Iulian., Hal., Cod. Findob.*; *cf. Biener Gesch. d. N. p. 512.*; Datum Kalend. Iulii *Cont.*

Δ Ι Α Τ Α Ξ Ι Σ κδ'.[a])

Περὶ τοῦ ἄρχοντος ἤγουν τοῦ πραίτωρος[1]) Πισιδίας.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Καὶ τοὺς πάλαι Ῥωμαίους πεπιστεύκαμεν οὐκ ἄν ποτε δυνηθῆναι τοσαύτην πολιτείαν ἐκ μικρῶν καὶ ἐλαχίστων ἀρχῶν συσήσασθαι, καὶ πᾶσαν ἐξ αὐτῆς τὴν οἰκουμένην, ὡς εἰπεῖν, προσλαβεῖν τε καὶ κατασήσασθαι, εἰ μὴ μείζοσιν ἄρχουσιν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις πεμπομένοις σεμνότεροί τε ἐντεῦθεν ἐφάνησαν, καὶ παρέσχον αὐτοῖς ἐξουσίαν ὅπλων τε καὶ νόμων, καὶ πρὸς ἑκάτερον εἶχον αὐτοὺς ἐπιτηδείους τε καὶ ἀξιοχρέους καθεστῶτας. οὓς δὴ καὶ πραίτωρας ἐκάλουν ἐκ τοῦ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων εἶναι καὶ παρατάττεσθαι, ταύτην αὐτοῖς δόντες τὴν προσηγορίαν, ἐπιτρέψαντές τε αὐτοῖς καὶ τὰ πολιτικὰ[2]) διοικεῖν, καὶ τὰ περὶ τῶν νόμων γράφειν. ὅθεν καὶ τὰ δικαστικὰ καταγώγια πραιτώρια καλεῖν ἔταξαν, καὶ πολὺς νόμος ἐκ τῆς τῶν πραιτώρων ἐξεχύθη φωνῆς[3]), πολλοί τε πραίτωρες, οἱ μὲν Σικελίαν, οἱ δὲ Σαρδὼ τὴν νῆσον, οἱ δὲ Ἱσπανίαν, οἱ δὲ ἄλλην[4]) κατεκτήσαντό τε καὶ διῳκήσαντο θάλαττάν τε καὶ γῆν.

Κεφ. α'.

Ταῦτα ἐννοοῦντες ἡμεῖς, καὶ τὴν παλαιότητα πάλιν μετὰ μείζονος ἄνθους εἰς τὴν πολιτείαν ἐπαναγαγόντες, καὶ τὸ Ῥωμαίων σεμνύνοντες ὄνομα, καὶ ὁρῶντες, ὡς ἐν ταῖς τῶν ἐπαρχιῶν τραχυτέραις διπλῆς

Novella XXIV.

DE PRAESIDE SEU PRAETORE PISIDIAE.

Imp. Iustinianus Augustus Ioanni, gloriosissimo per Orientem iterum sacro Praefecto Praetorio, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Veteres Romanos tantam rempublicam ex parvis et minimis initiis nunquam constituere, et totum terrarum orbem, ut ita dicamus, occupare et ordinare potuisse credidimus, nisi maioribus magistratibus in provincias missis augustiores ea re apparuissent, potestatemque armorum et legum ipsis concessissent, atque illos ad utrumque aptos et idoneos habuissent. Hos quidem praetores vocarunt, appellatione iis ex eo indita, quod reliquis omnibus praeceant et praeponantur, permittentes illis, ut et publica negotia administrarent, et leges ferrent. Unde etiam iudiciariae domus ut praetoria vocarentur constituerunt, et multae leges a praetoribus promulgatae sunt. Multi quoque praetores, alii Siciliam, alii Sardiniam insulam, alii Hispaniam, alii aliud mare terramve acquisiverunt et rexerunt.

Cap. I.

Haec nos considerantes, et antiqua rursus maiore cum honore in rempublicam reducentes, ac Romanorum nomen ornantes, videntes etiam, in asperiores provincias duplicem quidem magistratum hactenus missum, neutrum

Const. XXIV.

DE PRAETORE PISIDIAE.

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni Pf. P.

Praefatio. Et antiquos Romanos credidimus[5]) nunquam potuisse[6]) tantam rempublicam ex parvis exiguisque principiis constituere, et omnem ex[7]) ea orbem terrarum (ita dicendum) capere ac possidere, nisi maioribus indicibus per provincias destinatis gloriosiores hinc viderentur, et praeberent eis potestatem armorum et legum, et ad utramque[8]) haberent eos opportunos et dignos[9]) exsistentes. Quos etiam praetores vocabant, eo, quod[10]) praeirent aliis omnibus et[11]) acies ordinarent hanc eis dantes appellationem, et committentes eis et civilia[12]) gubernare et de legibus scribere. Unde iudicialia quoque[13]) habitacula praetoria vocari disposuerunt, et copiosa lex ex praetorum nata est voce, multique praetores alii quidem[14]) Siciliam, alii vero Sardiniae insulam, alii Hispaniam, alii et aliam[15]) et acquisiverunt et gubernaverunt mare ac terram.

Cap. I. Haec[16]) considerantes nos antiquitatem rursus cum maiore flore ad rempublicam reducentes, et Romanorum nobilitantes[17]) nomen, et videntes, quia in provinciis asperioribus duplici[18]) quadam hactenus admini-

---

[a]) *Hal. et Scrimg. — Bas. VI.* 8. — *Iulian. Const.* 17. — *Versionem antiquam barbaram ex Cod. Vindob. primus dedit Bk. Nos usi sumus schedis Crameri, in quibus haec versio e Cod. Monacensi descripta exstat. Adscripsit Cr. Nov. XXIV. positam esse in Cod. Mon. inter Nov.* 123 *et* 25.; *cf. A. W. Cramers kleine Schriften herausg. von Ratjen, Einleitung p. LVI.*

[1]) ἤγουν τοῦ πραίτωρος *om. Hal.*; τοῦ ἄρχοντος ἤγουν *om. Bas.*, *Vet. Int.* — [2]) πολεμικὰ *Hal.* — [3]) καὶ πολλοὺς νόμους ἐκ τῆς τ. πρ. ἐνεχθῆναι φωνῆς *Hal.* — [4]) ἄλλοι *Hal.* — [5]) *Cod. Vindob.*; credimus *Cod. Mon.* — [6]) *Cod. Mon.*; potuisset *Cod. Vindob.* — [7]) omnem ex *om. Cod. Mon.* — [8]) *Bk.*; armorum et ad utrum et legumque *Cod. Vindob.*; *in Cod. Mon. desunt verba* eis — haberent. — [9]) *Cod. Vindob.*; dignos et opportunos *Cod. Mon.* — [10]) *Cod. Mon.*; eoque *Cod. Vindob.* — [11]) *Cod. Vindob.*; praeque his omnibus aliis etiam *Cod. Mon.* — [12]) *Cod. Mon.*; et committentes appellationem *Cod. Vindob.* — [13]) *Cod. Mon.*; quoque *om. Cod. Vindob.* — [14]) *Cod. Mon.*; aliquid est *Cod. Vindob.* — [15]) *Bk.*; al. Italiam *Codd.* — [16]) *Cod. Vindob.*; hoc *Cod. Mon.* — [17]) *Cod. Mon.*; nobilitatem *Cod. Vindob.* — [18]) *Cod. Vindob.*; dupli *Cod. Mon.*

Hoc unum vero sciat, se ipsum et inter spectabiles magistratus collocatum esse, et de appellationibus quae ab ipso fiunt tum gloriosissimos sacro nostro praetorio praefectos, tum etiam gloriosissimum quaestorem nostrum cognituros esse, sicut est in augustale, et proconsule, et tribus praetoribus a nobis in Pisidia, Lycaonia et Thracia constitutis, et in comite Orientis, ac insuper in comite Pacatianae Phrygiae et Galatiae primae. Si vero in Isauria quaedam causa minor quingentis aureis sit, et in ea appelletur, ipse illam audiet secundum formam sacrorum auditoriorum. Nam et hoc illi concedimus, graviorem hac etiam in parte magistratum eius reddentes.

Ἐπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ κατὰ μίμησιν τῶν εἰρημένων ἀρχῶν καὶ τὰ περὶ αὐτῶν [8]) διαταξάτω. Ὑποθήσομεν γὰρ αὐτῷ καὶ ἀπογραφὴν τῷδε ἡμῶν τῷ νόμῳ

Epilogus.

Excellentia itaque tua ad imitationem dictorum magistratuum ea quoque, quae ad illos spectant, ordinet. Subiiciemus enim etiam descriptionem huic legi nostrae,

suscipientem, omnia autem habentem sub se, et uno utentem officio, comitiano appellando, et accipientem probatoria militiae a sacro libellorum scrinio. Erit autem haec omnino sine suffragio; et non praebebit pecuniarum ullum commodum, sed et ipsa [9]) puris utetur manibus, sicut ceterae. Et mittemus [10]) etiam ad eam nuper a nobis prolatam legem. Dabimus autem ei [11]) super codicillos, qui eum spectabilibus inscribunt iudicibus, etiam divina praecepta (haec autem mandata principis et ab antiquis nominata sunt, et a nobis denuo in rempublicam introducta [12]), ex quibus discet, quia providendum ei sit et fiscalium omnium, et privatorum instrumentorum, et disciplinae alterius, et ut in nullo laedatur fiscus, et simpliciter omnia, quae competens est eum facere, inde ei fient [13]) manifesta.

Cap. II. Sciat autem solum, quia et ipse inter spectabiles indices [14]) ordinatus est, et appellationes ab illo factas [15]) gloriosissimi praefecti sacrorum nostrorum audient praetoriorum, et gloriosissimus noster quaestor, sicut augustalis, et proconsulis atque [16]) praetorum trium nunc [17]) a nobis statutorum Pisidiae et Lycaoniae atque Thraciae, et comitis Orientis, insuper et comitis Pacatianae Phrygiae Galatiaeque primae. Si qua vero in Isauria causarum minor fuerit quingentorum aureorum, deinde sub appellato fiat, hanc ipse audiet secundum [18]) sacrorum auditoriorum [19]) figuram. Etenim etiam hoc ei damus, nobiliorem ei et in hoc administrationem declarantes [20]).

Epilogus. Tua igitur celsitudo secundum imitationem memoratorum cingulorum et de istis ordinet. Subiiciemus [21]) enim et descriptionem huic nostrae legi, declarantes quod quidem ipsum et eius officium

---

[1]) ὑφ' ἑαυτὴν *Hal., Bas.* — [2]) *Bas.*; κομητιανήν τε προσαγορευομένην καὶ κομιζομένην *Scrimg.*; κομιτιανῇ δὲ προσαγορευομένῃ, καὶ κομιζομένην (κομιζομένῃ *in notis recogn. op.*) *Hal.* — [3]) αὐτοῖς *Hal.*; αὐτῷ *Bas.* — [4]) περιβλέπτοις· ἐνέγραψαν *Hal.*; περιβλέπτοις ἐγγράφουσιν *Bas.* — [5]) *Corrupta haec et manca ap. Hal., habet enim:* ταῦτα δὴ μανδάτα περίγκιπις * παρά τε εἰσενεχθέντα. — [6]) αὐτὸν καθ' ἕκαστον *Hal.*; αὐτῷ καθέστηκε *Bas.*, (*Vet. Int.*). — [7]) παρ' ἐκείνῳ *Hal. in notis recogn. op.* — [8]) *Scrimg., Bas., Vet. Int.*, αὐτὸν *Hal.* — [9]) *Bk.*; ipse *Cod.* — [10]) *Bk.*; mittetur *Cod.* — [11]) *Bk.*; eis *Cod.* — [12]) *Bk.*; introductam *Cod.* — [13]) *Bk.*; fiunt *Cod.* — [14]) *Bk.*; iudiciis *Cod.* — [15]) *Bk.*; facta est *Cod.* — [16]) utriusque *Cod.*; utriusque et *Bk.* — [17]) *Bk.*; hunc *Cod.* — [18]) *Bk.*; scilicet *Cod.* — [19]) *Bk.*; auditorum *Cod.* — [20]) *Bk.*; declarantem *Cod.* — [21]) subiicimus *Cod.*

νόμῳ, δηλοῦντες τί μὲν αὐτόν τε καὶ τὴν αὐτοῦ τάξιν καὶ τὸν αὐτοῦ πάρεδρον ἐκ τοῦ δημοσίου προσήκει κομίζεσθαι, τί δὲ προφάσει τῶν ἀρχικῶν διδόναι συμβόλων. Καὶ ἴστωσαν οἱ παρ' ἡμῶν ταύτας δὴ τὰς ἔναγχος κατακοσμηθείσας ὑφ' ἡμῶν ἀρχὰς παραλαμβάνοντες, ὡς ἡνεσχόμεθα χρήματά τε ὑπὲρ τῶν ἀρχῶν συνεχῶς προσφερόμενα παντελῶς ἀποσείεσθαι, αὐτοῖς [1]) τε οἴκοθεν, καὶ τοῖς παρέδροις αὐτῶν ἅπερ οὐκ εἶχον διδόναι, καὶ ταῖς τάξεσι τὰ παρ' ἑτέρων ἀφῃρημένα φιλοτιμησασθαι, καὶ αὐτοῖς τοῖς ἄρχουσι μείζονα ποιήσασθαι τὴν παραμυθίαν, ἵνα πανταχόθεν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους φυλάξωμεν ἀπαθεῖς. Εἰ δὲ καί τινας ἄρχοντας τῶν πλησίον αὐτῶν [2]) ἐπαρχιῶν ἀμελοῦντας εὕροις περὶ τὸ δημόσιον, οὐχ ἕτερον ἐκπέμψεις, ἀλλ' αὐτοὺς τοὺς σπεκταβιλίους ἄρχοντας ἐνοχλήσεις, ὥστε αὐτοὺς ἐπιτεθῆναι τοῖς ἐκ γειτόνων ἄρχουσιν, εἰ ῥᾳθυμοῖεν, καὶ παρασκευάζειν ταῦτα πᾶσιν εἰσκομίζειν τρόποις, ὥστε εἶναι τὴν ἀρχὴν καλλίω τε καὶ πολλῷ τῆς προτέρας ἀμείνω. Dat. XV. Kalend. Inn. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

nostrae, declarantes, quid tum ipsum, tum cohortem et assessorem eius ex publico accipere, quidve pro symbolis magistratus dare oporteat. Et sciant, qui hosce magistratus a nobis nuper exornatos suscipiunt, nos voluisse pecunias pro magistratibus continuo oblatas omnino recusare, et tam ipsis quam assessoribus eorum quae non habebant de nostro dare, et cohortalibus ab aliis ablata largiri, et ipsis magistratibus solatia augere, ut undique subditos nostros indemnes servaremus. Si vero et magistratus quosdam vicinarum provinciarum circa fiscum negligenter versari videas, non alium mittes, sed ipsis spectabilibus iudicibus committes, ut vicinis magistratibus, si socordiae se tradant, immineant, atque curent, ut illa omni modo inferant, quo hic magistratus priore multo pulchrior et melior sit.

Δεῖ παρέχεσθαι τῷ κόμητι τῆς Ἰσαυρίας ὑπὲρ αννόνων sol. CC, τῷ αὐτοῦ παρέδρῳ sol. XXII [3]), τῇ αὐτοῦ τάξει auri lib. II [4]). Δεῖ δὲ αὐτὸν παρέχειν προφάσει συμβόλων οὕτως· τοῖς περιβλέπτοις χαρτουλαρίοις τρισὶ τοῦ θείου κουβουκλείου sol. XI [5]), τῷ πριμικηρίῳ τῶν λαμπροτάτων τριβούνων νοταρίων καὶ τοῖς λατερκουλισίοις sol. XXIV, τῷ βοηθῷ αὐτοῦ sol. III [6]), τῇ τάξει τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων ὑπὲρ προσταγμάτων καὶ πάσης ἑτέρας αἰτίας sol. XIII [7]).

Isauriae comiti pro annonis praestari debent sol CC, assessori eius sol. XXII, cohorti eius auri lib. II. Pro symbolis vero hoc eum praestare convenit: spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi sol. XI primicerio clarissimorum tribunorum notariorum et laterculensibus sol. XXIV, adiutori eius sol. III, cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussionibus et omni alia causa sol. XIII.

ΑΙΑ- No-

ficium einsque assessorem de fisco competat accipere, quid autem occasione administrativorum dare codicillorum. Et sciant qui a nobis nuper ornatas per nos [8]) administrationes assumunt, quia passi sumus pecunias pro cingulis solenniter oblatas valde repellere, ipsisque de [9]) proprio et assessoribus quod non habuerunt dare, et officiis quae ab aliis sunt ablata [10]) largiri, ipsisque administrationibus maiora facere emolumenta, ut [11]) undique nostros subiectos servemus inviolatos. Si autem et aliquos iudices vicinarum sibi regionum negligentes inveneris circa fiscum, non alium destinabis, sed ipsos spectabiles iudices urgebis [12]), ut ipsi immineant ex vicino iudicibus, si neglexerunt, et procurent haec omnibus inferri modis, ut sit administratio melior et multo priore superior. Dat. XV. Kal. Innias, Constantinop., Belisario V. C. Cons. [535.]

Oportet praeberi [13]) comiti Isauriae pro annonis solidos octingentos, eius assessori septuaginta duo, eius officio auri liberas quinque. Oportet autem eum praebere [14]) occasione codicillorum ita: Spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi solidos novem, primicerio clarissimorum tribunorum notariorum et laterculensibus solidos XXIV., adiutori eius solidos tres, officio gloriosissimorum praefectorum pro praeceptis et omni alia causa solidos XL.

Const. XXVIII.

---

[1]) *Hal., Vet. Int.*; αὐτοὶ *Scrimg., Bas.* — [2]) τῶν πλησίον αὐτῷ *Hal.*; τῶν πλησίων αὐτῶν *Bas.* — [3]) οβ' *Hal., Bas.* — [4]) νβ' *Hal.* — [5]) θ' *Hal.*; η' *Bas.* — [6]) τῷ βοηθῷ αὐτοῦ sol. III om. *Hal.* — [7]) μ' *Hal., Bas.* — [8]) *Bk.*; vos *Cod.* — [9]) *Bk.*; ipsis qui de *Cod.* — [10]) oblata *Cod.* — [11]) *Bk.*; et *Cod.* — [12]) *Bk.*; vigebit *Cod.* — [13]) *Bk. ed. ster.*; praebere *Bk.* — [14]) *Bk.*; praeberet *Cod.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ κη'.[a])

Περὶ τοῦ μοδεράτωρος Ἑλενοπόντου.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Προοίμιον.

Τὸ καλῶς τε καὶ ἄνωθεν ἁρμοσθέν τε καὶ ἡνωμένον καὶ εἰς τὴν οἰκείαν ἰσχὺν συντεθὲν χωρὶς εὐλόγου τινὸς αἰτίας καινίζειν ἢ διαιρεῖν οὐκ ἂν εἴη διοικήσεως ἐῤῥωμένης. οὐ γὰρ ἐν ὀνομάτων πλήθει θετέον τὴν ἰσχύν, ἀλλ' ἐν ἀληθεῖ πραγμάτων ἀποτελέσματι. Ὁποῖον δή τι γεγονέναι περὶ τούτους δὴ τοὺς δύο Πόντους καλουμένους μεμαθηκαμεν, φαμὲν δὴ τόν τε Ἑλενόποντον, τόν τε Πολεμωνιακὸν Πόντον. ὑφ' ἑνὶ γὰρ πρώην ἄρχοντι τεταγμένης τῆς χώρας γεγόνασι δύο, μήτε δημοσίας ἀνάγκης τοῦτο κατεπειγούσης, μήτε ἑτέρας τινὸς προφάσεως εὐλόγου, ἣν ἄν τις καὶ ῥᾳδίως ἐξεύροι. καὶ τοσοῦτον μαρτυρεῖται τὸ πρᾶγμα οὕτως ἔχον, ὡς εἰς τὴν παροῦσαν ἡμέραν ἑνὶ τραχτευτῇ τῶν δημοσίων φόρων τε καὶ διατυπώσεων χρῆσθαι τὰς χώρας ἀμφοτέρας. πόλεις τε εἴ τις ἀριθμήσει τὰς καθ' ἑκατέραν [1]) οὔσας, μόλις ἑπαρχίας μιᾶς αὐταρκες γένοιτο μέτρον, εἴ γε ὀκτὼ μὲν πόλεις συμπληροῦσι τὸν Ἑλενόποντον, τουτέστιν Ἀμασεία τε, καὶ Ἴβωρα [2]), καὶ Εὐχαΐτα, καὶ πρός γε Ζῆλα, καὶ Ἀνδραπα [3]), καὶ αἵ γε πρὸς τοῖς κλίμασι κείμεναι [4]) Σινώπη τε καὶ Ἀμισσός, πόλεις ἀρχαῖαι. καὶ μὴν καὶ Λεοντόπολιν ἤδη [5]) κἀκείνην ἀριθμητέον ἐν πόλεσι. πέντε δὲ ἄλλαι τὸν Πολεμωνιακὸν συνέχουσι Πόντον, Νεοκαισάρειά τε, καὶ Κόμανα [6]), καὶ Τραπεζοῦς, καὶ Κερασοῦς, καὶ Πολεμώνιον (Πιτυοῦντα γὰρ δὴ καὶ Σεβαστόπολιν ἐν φρουρίοις μᾶλλον ἀριθμητέον ἢ πόλεσιν), ὥστε μέχρι τούτων ἑκάτερον εἶναι τῶν Πόντων. Μεθ' οὓς ἥ τε ἡμετέρα καθέσηκε Λαζική, ἐν ᾗ καὶ ἡ Πετραιών ἐστι πόλις, ὑφ' ἡμῶν τὸ πόλις εἶναί τε καὶ ὀνομάζεσθαι προσλαβοῦσα, κεχρημένη τε τῷ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ὀνόματι, καὶ Ἰουστινιανὴ καλουμένη, Ἀρχαιόπολίς τε καὶ Ῥοδόπολις, φρούριά τε μέγιστα καὶ ἀρχαῖα. ἐν οἷς δὴ καὶ τὰ παρ'

Novella XXVIII.

DE MODERATORE HELENOPONTI.

Idem Imperator Ioanni Praefecto Praetorio.

Praefatio.

Quod pulchre et a maioribus concinnatum et unitum atque firmiter compositum est, id sine iusta quadam causa innovare vel dividere non est bonae administrationis. Non enim in multitudine nominum, sed in vero rerum effectu robur consistit. Quod in duobus hisce Pontis, uti vocantur, Helenoponto et Ponto Polemoniaco contigisse didicimus. Nam quum olim sub uno magistratu regio illa constituta esset, duo facti sunt neque publica necessitate id exigente, neque alia quadam iusta de causa, quam quis facile inveniat. Atque res ipsa id testatur, quum ad hunc usque diem utraque regio uno utatur publicorum tributorum et dispositionum tractatore. Si vero quis urbes, quae in utraque sunt, numeraverit, vix mensura sufficiens unius provinciae aderit. Nam octo urbes Helenopontum constituunt, hoc est Amasia, Ibora, Euchaita, Zela insuper, et Andrapa, quaeque ad gradus iacent Sinope et Amisus, antiquae urbes; sed et Leontopolis inter urbes recensenda est Quinque vero aliae Polemoniaco Ponto continentur, Neocaesarea, Comana, Trapezus, Cerasus, Polemonium (Pityus enim et Sebastopolis inter castra potius quam urbes numerandae sunt), adeo ut ex his uterque Pontus constet; post has Lazica nostra, in qua et Petraeos urbs est (quae ut urbs sit et nominetur a nobis accepit, nostraeque pietatis nomine utitur, et Iustinianea vocatur), Archaeopolis et Rhodopolis, maxima et antiqua castra, quorum in numero etiam sunt castra, quae a Persis recuperavimus, Scandis, Serapanis, Murisios, Lysiris, et si quid aliud in Lazis a nobis acquisitum est. Deinde Tzanorum sequitur regio, nunc primum sub nostro imperio Romanis acquisita, quaeque et ipsa urbes partim iam conditas complectitur, partim mox futuras accipiet. Sed et post eam gentes sunt Suani, Scymni, Apsilae, Abasgi et aliae, quae nunc dei gratia amicae et nostrae sunt. CAP. I.

CONST. XXVIII.

DE MODERATORE HELENOPONTI [7]).

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni Pf. P.

Praefatio. Bene et [8]) antiquitus compactum et [9]) unitum [10]) et [11]) in sua virtute compositum sine rationabili quadam causa novare aut dividere non erit dispensationis sanae. Non enim in nominum multitudine ponenda est vis [12]), sed in vero [13]) rerum effectu [14]). Quale videlicet factum circa hos duos Pontos appellatos didicimus; dicimus [15]) autem Helenopontum et Polemoniacum Pontum [16]). Quum enim sub uno esset pridem iudice [17]) constituta provincia, facti sunt duo, neque publica hoc necessitate cogente, neque alia rationabili qualibet occasione, quam aliquis etiam facile inveniat. Et tanto probatur causa ita se habere, quia usque ad praesentem diem uno tractenta [18]) publicarum functionum et dispositionum utuntur provinciae ambae, civitatesque si quis enumerat [19]), quae in utraque sunt, vix provinciae unius [20]) fit mensura sufficiens; denique octo quidem civitates complent Helenopontum, hoc est et Amasia, et Hebora et Euchaita, insuper et Zela, et Andrapa, et circa undas positae Sinope et [21]) Amisus, civitates antiquae, nec non et Leontopolis, si oportet et illam in civitatibus numerare. Quinque vero aliae [22]) Polemoniacum continent Pontum, Neocaesarea [23]), et Comana, et Trapezus et Cerasus [24]) et Polemonium [25]) (Pythyonta enim et Sebastopolin inter castra magis adnumeramus, quam civitates), ut usque ad has uterque sit Pontus. Post quos etiam nostra [26]) constitit Lazica, in

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Bas. Vl.* 12.; *cf. Peell.* p. 19. — *Iulian. Const.* 27. — *Versionem antiquam ex Cod. Vindob. dedit Bk.*

[1]) *Hal., Vet. Int.*; ἑκάτερον *Scrimg.* — [2]) Ἴβορα *Hal., Bas.* — [3]) Ἄνδραπα *Hal., Bas., Vet. Int.*; Ἄντραπα *Scrimg.* — [4]) καὶ Αἰγαῖον πρὸς τοῖς κλίμαξι κείμενον *Hal.* — [5]) εἰ δὴ *Bas.* — [6]) *Homb.*; Κώμανα *Scrimg.*; Κόμμανα *Hal.* — [7]) *Bk. ed. ster.*; moderatione Hellesponti *Cod.* — [8]) [9]) et *om. Cod.* — [10]) munitum *Cod., Bk.* — [11]) *Bk.*; et *om. Cod.* — [12]) vis *om. Cod.* — [13]) *Bk.*; viro *Cod.* — [14]) *Bk.*; effectum *Cod.* — [15]) *Bk.*; dicimus *om. Cod.* — [16]) *Bk.*; et Pol. Pontum *om. Cod.* — [17]) *Bk.*; iudicem *Cod.* — [18]) *Bk.*; tractet *Cod.* — [19]) *Bk.*; enim erat *Cod.* — [20]) *Bk*; ius *Cod.* — [21]) *Bk. ed. ster.*; et *om. Cod.* — [22]) *Bk.*; alium *Cod.* — [23]) *Bk.*; necessaria *Cod.* — [24]) *Bk.*; Zesaris *Cod.* — [25]) *Bk.*; Polemum *Cod.* — [26]) *Bk.*; nostram *Cod.*

παρ' ἡμῶν ἐστιν ἐκ Περσῶν ἀναληφθέντα φρούρια Σκάνδις [1]) τε καὶ Σαραπανίς [2]), καὶ Μουρίσιος [3]) τε καὶ Λύσιρις [4]), καὶ εἴ τι ἕτερον ἡμῖν ἐν Λαζοῖς ἐκπεπόνηται. εἶτα ἡ Τζάνων ἐκδέχεται χώρα, νῦν πρῶτον ἐφ' ἡμῶν ὑπὸ Ῥωμαίων καταληφθεῖσα, καὶ πόλεις τε καὶ αὐτὴ τὰς μὲν ἄρτι γινομένας δεχομένη, τὰς δὲ ὅσον οὔπω γενησομένας δεξομένη. ἄλλα τε μετ' ἐκείνην ἔθνη καθεσιᾶσι Σουανοί τε καὶ Σκύμνοι, καὶ Ἀψίλαι, καὶ Ἄβασγοι, καὶ ἕτερα νῦν θεοῦ δόντος φίλιά τε καὶ ἡμέτερα.

Κεφ. α'.

Ἀλλ' εἰς ταῦτα μὲν ὁ περὶ τοὺς τόπους τούτους ἡμᾶς ἤνεγκε λόγος. ἐπάνιμεν δὲ αὖθις ἐπὶ τοὺς Πόντους καὶ τὴν ἕνωσιν τὴν αὐτῶν. τούτους γὰρ νῦν ἄμφω τοὺς Πόντους τοὺς [5]) ταῖς τρισκαίδεκα πόλεσι περιεχομένους εἰς μίαν ἐπαρχίαν αὖθις συνάγομεν, καὶ ἀποδίδομεν αὐτοῖς τῆς μὲν παλαιότητος τὴν ἕνωσιν, τῆς δὲ νεότητος τὴν ἐπωνυμίαν. Ἑλενόπονιος γὰρ ἅπας καλείσθω, τοῦτο δὴ τὸ τεθὲν αὐτῷ παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ὄνομα προφάσει τῆς σεμνοτάτης αὐτοῦ μητρός, Ἑλένης φαμὲν τῆς εὐσεβοῦς τὴν λῆξιν, ἥπερ ἡμῖν καὶ τὸ θεῖον τῶν Χριστιανῶν ἐξεῦρε σύμβολον. τὸ γὰρ δὴ Πολέμωνος ὄνομα [6]), παλαιοῦ γενομένου [7]) τῶν πολλῶν ἐκείνων ἐν Πόντῳ τυράννων, πεπαύσθω, πρῶτον μέν, ὅτι τυράννου καθεσιήκει, δεύτερον δέ, ὅτι καὶ πόλιν ἐπώνυμον ἔχει, τὸ Πολεμώνιον φαμέν, καὶ ὅτι κάλλιον ἂν εἴη τὰς χώρας ἐξ ὀνομάτων Χριστιανικῶν τε καὶ βασιλικῶν μᾶλλον, ἥπερ ἐκ πολέμου καὶ ταραχῆς γνωριζομένων σημαίνεσθαι.

Cap. I.

Sed ad ista quidem oratio de illis locis instituta nos detulit. Redimus vero ad Pontos eorumque unionem. Nunc enim ambos illos Pontos, qui ex tredecim urbibus constant, in unam provinciam rursus redigimus, iisque tam veterem unionem, quam novam appellationem tribuimus. Helenopontus enim totus vocetur, quod nomen a Constantino piae memoriae ei impositum est, tractum ab honestissima eius matre, Helena scilicet piae memoriae, quae nobis etiam sacrorum Christianorum signum invenit. Nomen enim Polemonis, qui fuit vetus quidam ex multis illis in Ponto tyrannis, cesset, primum quidem, quia tyranni fuit, deinde vero quia urbem quoque eiusdem nominis habet, Polemonium scilicet, tum quia pulchrius est regiones nomintibus Christianis potius et imperatoriis, quam bellum et terrorem significantibus notare.

Κεφ. β'.

Πᾶσαι δὲ αἱ τρισκαίδεκα πόλεις ἐπαρχίας ἐστωσαν μιᾶς, ἀφαιρουμένης μὲν οὐδετέρας αὐτῶν τῶν μητροπώλεων (Ἀμασείας τε φαμὲν καὶ Νεοκαισαρείας) τοῦ τῆς μητροπόλεως ὀνόματος. τῶν δὲ θεοφιλεστάτων [8]) αὐτῶν ἐπισκόπων τῶν μὲν μητροπολιτῶν ἐνταυθοῖ χειροτονουμένων, τῶν δὲ ὑπ' αὐτοὺς τεταγμένων ὁμοίως ὑπ' αὐτῶν τῶν τὰς μητροπόλεις ἐχόντων (καθὰ καὶ μέχρι νῦν ἦν) χειροτονουμένων. οὐδὲν γὰρ τῶν περὶ τὴν ἱερωσύνην αὐτῶν καινίζομεν, ἐπειδὴ καὶ ἐπὶ μιᾶς ἐπαρχίας καὶ ὁ

Cap. II.

Omnes autem illae tredecim urbes unius sint provinciae, et neutri illarum metropolium (Amasiae scilicet et Neo-Caesareae) metropolis nomen auferatur. Piissimi autem earum episcopi, et quidem metropolitani, hic creentur; qui vero sub illis constituti sunt, ab illis pariter, qui metropoles habent (sicut et hactenus moris fuit), ordinentur. Nihil enim in iis, quae ad sacerdotium eorum pertinent, innovamus, quoniam tam antiqua tempora, quam quae nunc a nobis exornantur, multos ita piissimos episcopos vel in una provincia consti-

in qua et Petraeon est [9]) civitas, a nobis civitas esse et nominari [10]) percipiens, et utens nostrae pietatis cognomine et Iustiniana vocata, et Archaeopolis [11]) et Rhodopolis, castra maxima et antiqua; inter quae sunt et ea, quae a nobis ex Persis capta sunt castra, Scandis, et Sarapanis, et Murisius, et Lysiris [12]), et si quid aliud a nobis in Lazis [13]) est laboratum; deinde Tzanorum [14]) succedit provincia, nunc primum a nobis Romanis acquisita, et civitates et ipsa alias quidem modo factas [15]) suscipiens, alias autem quantum fuerit faciendas susceptura; aliaeque post illam gentes sedent, Suani [16]) et Scymni, et Absilae, et Abasgi [17]), et aliae, nunc deo dante, amicae et nostrae.

Cap. I. Sed ad haec quidem de locis istis nos sermo deduxit [18]), revertimur autem rursus ad Ponto et unitionem eorum. Nunc enim ambos Pontos, qui tredecim civitatibus continentur, in unam provinciam denuo colligimus, et reddimus eis vetustatis quidem unitionem, novitatis autem cognomen. Helenopontus enim omnis vocetur, hoc videlicet, quod positum est ei a Constantino piae memoriae nomen occasione nobilissimae eius matris, Helenae dicimus piae memoriae, quae nobis et sacrum Christianorum invenit signum. Itaque nomen Polemonis, qui fuit antiquus multorum illorum in Ponto tyrannorum, quiescat, primum quidem quia tyranni est, secundo autem quia et civitatem cognominatam habet, dicimus Polemonium, et quia melius erit provincias ex nominibus christianis et imperialibus magis, quam ex bello et tumultu cognitis designari.

Cap. II. Omnesque [19]) tredecim civitates provinciae sint unius, privanda quidem neutra earum metropolium [20]) (Amasia dicimus et Neocaesarea) metropolis nomine, deo amabilibus autem earum episcopis metropolitanis [21]) quidem hic ordinandis, qui vero sub eis constituti sunt similiter ab eis, qui metropolim habitant, sicut hactenus fuit, ordinandis. Nihil enim circa sacerdotium earum novamus, quoniam etiam [22]) in una

---

[1]) *Σκανδίας Hal.*; *Σκάδις Bas.* — [2]) *Σαραπάνης Hal.* — [3]) *Μουρισίως Hal.* — [4]) *Λυσιέρως Hal.*; *Λουρίσεως Bas.* — [5]) *τοὺς τόπους Hal.* — [6]) *τοῦ γὰρ δὴ Ποὶ. ὀνόματος Hal.* — [7]) *παλαιὸν γενόμενον coni. Homb.* — [8]) *θεοφιλῶν Hal., Bas., Vet. Int.* — [9]) Petra eorum *Cod.*; Petra est *Bk.* — [10]) *Bk.*; nomina *Cod.* — [11]) *Bk.*; Iust. vocatur Arch. *Cod.* — [12]) *Bk.*; Solireus *Cod.* — [13]) *Bk.*; Aliorum nobis et L. *Cod.* — [14]) *Bk.*; Dazanorum *Cod.* — [15]) *Bk.*; facta *Cod.* — [16]) *Bk.*; Guania *Cod.* — [17]) *Bk.*; Absilezabasgi *Cod.* — [18]) *Bk.*; deduximus *Cod.* — [19]) *Cod.*; omnes autem *Bk.* — [20]) metropolim *Cod.*; metropoli *Bk.* — [21]) *Bk.*; metropolitis *Cod.* — [22]) *Bk.*; et *Cod.*

ὁ πάλαι χρόνος, καὶ οὗτος ὁ νῦν κατακοσμηθεὶς ὑφ' ἡμῶν οἶδε πολλὰς τοιαύτας κατασάσεις ἐν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις τυγχανούσας. Καὶ ἐφηγείσθω γε αὐταῖς ἀνὴρ εἷς, ἄρχων μὲν χώρας ἑκατέρας, μοδεράτωρ δὲ προσαγορευόμενος, ὃν ἂν τις ἁρμοστὴν καλέσειε τῇ συνήθει χρώμενος γλώττῃ, ἐπειδὴ καὶ τὸ τοῦ μοδεράτωρος ὄνομα ἀρχαῖόν τέ ἐστι καὶ ῥωμαϊκῇ σεμνότητι πρέπον, καὶ ὅ γε ἁρμοστὴς ἀρχαῖός τις ἄρχων ἦν, ἐκ Λακεδαίμονος ἐπὶ τὸ ὑπήκοον στελλόμενος.

constitutos esse norunt. Atque unus vir illis praeficiatur, qui utrique provinciae praesit et moderator dicatur, quem quis vulgari lingua appellet harmosten, quoniam antiquum est moderatoris nomen, atque Romanam gravitatem decet, et harmostes antiquus aliquis fuit magistratus, qui Lacedaemone subditis mittebatur.

Κεφ. γ'.

Ὥστε ὁ τὴν ἀρχὴν παραλαμβάνων ταύτην ὀνομαζέσθω μοδεράτωρ Ἰουστινιανὸς Ἑλενοπόντου. ὑπακουέτω δὲ αὐτῷ καὶ τὸ στρατιωτικὸν τὸ κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἱδρυμένον. ἐχέτω τε καὶ ad responsum, πᾶσά τε ὑποκειλίσθω τύχη, λόγον προνομίας ἀντιτιθέναι μὴ δυναμένη. ἀκροάσθω δὲ καὶ δικῶν χρηματικῶν τε καὶ ἐγκληματικῶν καὶ τῶν ἄλλων, τῶν μὲν ἐλαχίστων ἀγράφως τε καὶ προῖκα, τῶν δὲ μειζόνων ἐγγράφως μέν, μετὰ δὲ τῆς τεταγμένης κατὰ τὴν θείαν ἡμῶν διάταξιν δαπάνης. Καὶ ὅγε τὴν ἀρχὴν ταύτην παραλαμβάνων τὰς ἑκατέρας ἀρχῆς κομιζέσθω σιτήσεις συνιούσας εἰς ἑπτακοσίους εἴκοσι πέντε χρυσοῦς, καὶ τάξει χρήσθω μιᾷ, καὶ ὁ τῶν δημοσίων δρόμος τε καὶ κίνδυνος εἷς καὶ κοινὸς ἔστω κατά τε τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος, κατά τε τῆς τάξεως, ἥπερ [1]) εἰς ἓν συνελεύσεται σχῆμα, καὶ ἁρμοσθήσεται πρὸς ἑαυτήν, καθάπερ ἂν ὑπὸ τοῦ προεστῶτος ταχθεῖη. Καὶ ὁ πάρεδρός γε τῆς ἀρχῆς δύο καὶ ἑβδομήκοντα χρυσοῦς ἐκ τοῦ δημοσίου λήψεται. καὶ ἡ τάξις ἡ ἐξ ἀμφοῖν μία γενομένη τετρακοσίους τεσσαράκοντα ἑπτὰ τρίτον κομεῖται χρυσούς.

Cap. III.

Quare qui magistratum hunc suscipit moderator Iustinianeus Helenoponti nominetur. Obediant vero ei milites quoque, qui in provincia sunt collocati; habeat quoque ad responsum, et cuiuscunque conditionis homines illi ita subiecti sint, ut privilegium opponere non possint. Lites etiam tam pecuniarias quam criminales reliquasque audiat, ac minimas quidem sine scripto et gratis, maiores vero in scriptis quidem, eo tamen sumtu, quem sacra nostra constitutio praescribit. Atque is, qui magistratum hunc suscipit, utriusque magistratus annonas percipiat in septingentos viginti quinque aureos excurrentes; atque una utatur cohorte, et tributorum cursus ac periculum unum et commune sit cum illi, qui magistratum suscipit, tum etiam cohorti, quae in unam formam redigetur atque unietur, quemadmodum is, qui praeest, iusserit. Assessor quoque magistratus duos et septuaginta aureos a fisco capiet, et cohors, quae ex duabus una facta est, quadringentos quadraginta septem aureos et tremissem accipiet.

Κεφ. δ'.

Ὁ δὲ τὴν ἀρχὴν ἔχων τοποτηρητὰς μὲν κατὰ τὰς πόλεις οὐκ ἐκπέμψει (τοῦτο γὰρ φυλάξεται καθὰ καὶ τοῖς θείοις ἡμῶν περιέχεται παραγγέλμασιν), αὐτὸς δὲ περινοστήσει τὰς πόλεις, ὑπ' οὐδενὸς νόμου τυχὸν ἢ θείου πραγματικοῦ κωλυόμενος τύπου, κἂν εἴ τι τοιοῦτον ὁ πρότερος ἐπέταττε χρόνος. Καὶ ἔσται καὶ ἐπὶ τῶν μητροπόλεων καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἔνθα ἂν τοῦτο συνίδοι (εἴπερ ὅλως ἡ πόλις αὐτάρκης ἐστὶ πρὸς τὴν ὑποδοχὴν

Cap. IV.

Qui vero magistratum gerit, vicarios in urbes non mittat (observetur enim hoc, prout in sacris nostris mandatis comprehensum est), ipse vero urbes peragret, nec ulla lege aut pragmatica sanctione impediatur, etsi superioribus temporibus tale quid praeceptum sit. Atque tam in metropolibus, quam aliis, ubi placuerit, versetur (si modo ad eum suscipiendum urbs sufficiat), ita tamen, ut omni lucro abstineat, et nullum damnum faciat. Nam nec ipse, nec cohortalis, nec miles, qui eum

una provincia et [2]) vetus tempus et hoc, quod nunc ordinatum a nobis est, novit talia [3]) plurima statuta in [4]) deo amantissimis episcopis consistentia. Et praesit eis vir unus, index quidem utriusque provinciae, moderator autem appellatus, quem aliqnis compositorem vocarit [5]) consueta utens lingua, quoniam et moderatoris nomen antiquum est et romanam nobilitatem [6]) decens, et compositor antiquus quidam [7]) index erat ex Lacedaemone ad subiectos missus.

Cap. III. Unde qui hoc cingulum sumit nominetur moderator Iustinianus Hellespontí [8]). Obedient autem ei [9]) et milites in provincia collocati, habeatque et ad responsum, omnisque succumbat fortuna, rationem [10]) privilegii obiicere non valens. Audiat autem et causas pecuniarias et criminales, et alias, minores quidem ex non scripto et gratis, maiores autem ex [11]) scripto quidem, cum ordinata vero secundum sacram nostram constitutionem [12]) expensa. Et qui cingulum hoc acceperit utriusque administrationis accipiat annonas collectas in septingentos XXV. aureos, et officio utatur uno, et fiscalium cursus ac periculum unum et commune sit et circa eum, qui cingulum habet, et adversus officium, quod in unam conveniet figuram, et coaptabitur in semet ipso, sicut a praesidente [13]) ordinatur. Et assessor administrationis duos et septuaginta aureos a fisco percipiet, et officium, quod ex ambobus unum fit, quadringentos quadraginta septem et tremissem accipiet aureos.

Cap. IV. Qui vero administrationem habet loci [14]) servatores quidem per civitates non diriget (hoc enim observabit, sicut et sacris nostris continetur [15]) mandatis), ipse vero circumibit [16]) civitates a nulla lege aut sacra pragmatica prohibendus forma, licet tale [17]) aliquid prius imperabat tempus. Eritque et in metropolibus, et in aliis, ubicunque perviderit, (si omnino civitas sufficiens est ad susceptionem eius), ipse tamen lucro

---

[1]) *Bas., Vet. Int.*; εἴπερ *Scrimg., Hal.* — [2]) *Bk.*; etiam *Cod.* — [3]) *Bk.*; tali *Cod.* — [4]) *Bk.*; inter *Cod.* — [5]) *Bk.*; compositor evocavit *Cod.* — [6]) *Bk.*; romana nobilitate *Cod.* — [7]) quidem *Cod., Bk.* — [8]) *Bk.*; Elesponto *Cod.* — [9]) *Bk.*; autem ei *om. Cod.* — [10]) *Bk.*; rationum *Cod.* — [11]) ex *om. Cod., Bk.* — [12]) *Bk.*; secunda sacra nostra constitutione *Cod.* — [13]) *Bk.*; praesente *Cod.* — [14]) *Bk.*; locis *Cod.* — [15]) *Bk.*; continentur *Cod.* — [16]) *Bk*; circa *Cod.* — [17]) *Bk.*; tamen *Cod.*

χὴν τὴν αὐτοῦ), αὐτὸς μέντοι κέρδους ἀπεχόμενος καὶ ζημίας ἀπάσης χωρίς. οὐκ αὐτὸς γάρ, οὐ ταξεώτης, οὐ στρατιώτης ἑπόμενος αὐτῷ λήψεταί τι παρὰ τῶν συντελῶν, ἢ δαπανήσει προῖκα, καὶ ἢ τοὺς συντελεῖς τοὺς ἡμετέρους ἐπιτρίψει, ἢ τοῖς ἑπομένοις αὐτῷ στρατιώταις αὐτὸ τοῦτο πράττειν ἐφήσει. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο τὸ μέρος τῶν θείων ἡμῶν παραγγελμάτων ἐστίν. Αὐτὸς μὲν τόν τε ὅρκον ἐννοῶν, ὃν ὤμοσε, καὶ ὅτι προῖκα παραλαμβάνων τὴν ἀρχὴν καὶ αὔξησιν τοσαύτην ἔχων σιτήσεων οὐκ ἂν ποτε τολμήσειέ τι λαβεῖν, εἰ μὴ μετὰ μεγάλης ἀποδοῦναι τοῦτο τῆς ποινῆς ἐθελήσειεν, οὐδὲ τῇ τάξει τοιοῦτό τι πράττειν ἢ λαβεῖν τι κατὰ τοιαύτην πρόφασιν ἐφιείς. τοὺς δὲ στρατιώτας εἰ μὴ ταῖς οἰκείαις σιτήσεσιν ἀρκουμένους ἕπεσθαι παρασκευάσει, οὐδὲ αὐτὸς ἔξω δικαίας ἀγανακτήσεως γενήσεται, ἀναγκασθήσεταί τε ἐκ τῶν σιτήσεων αὐτῶν εἰσπράξας [1]) τὴν παρ' αὐτῶν γενομένην ζημίαν, καὶ ταύτην τοῖς συντελέσιν ἀποδοῦναι. §. 1. Διὰ τοῦτό γε μὴν βουλόμεθα ταύτας δὴ τὰς ἀρχὰς μείζους τε καὶ σεμνοτέρας εἶναι πλήθει τε τῶν ὑπηρετούντων (centum γὰρ αὐτῷ βουλόμεθα ταξεώτας εἶναι), σεμνότητί τε τῆς ἀξίας, ἐπειδὴ σπεκταβιλίαν αὐτῷ ποιοῦμεν τὴν ἀρχήν, ἵνα ἐν ταῖς ἀνάγκαις ἄρχουσι χρώμεθα σεμνοτέροις καὶ ταῖς ἡμετέραις κελεύσεσιν ὑπουργεῖν δυναιοῖς. τί γὰρ ἂν καὶ πράξειαν ἄνδρες οἱ κατὰ τὸ πρὸ ἡμῶν σχῆμα ταῖς ἐπαρχίαις ἐφεστῶτες, ὀλίγοι μὲν ὄντες, ἐλαχίστων δὲ ἐξαρχόντες, κομιζόμενοί τε παρὰ τοῦ δημοσίου σφόδρα μέτρια, διδόντες δὲ πολλά, κλέπτειν δὲ ἀναγκαζόμενοι, καὶ μίαν ἔχοντες ταύτην σπουδήν, τὸ τοῖς ἑπομένοις αὐτοῖς δανεισταῖς προιᾶσθαι ἐῶν περὶ τὴν ἀρχὴν δεδομένων κατὰ μικρὸν ἀποδιδόναι τὸν ἔρανον; ἐξ ὧν τοὺς ἡμετέρους συντελεῖς εἰώθασι πωλεῖν, ἀσεβεῖς τε ἅμα καὶ κεκινδυνευμένους ἑαυτοῖς εὑρίσκοντες πόρους. §. 2. Ταῦτα ἡμᾶς ἔδυσώπησεν οὐ μόνον τοῖς ἐντεῦθεν κέρδεσιν ἀπειπεῖν, ἀλλὰ καὶ οἴκοθεν προσδαπανῆσαι μεγάλα, καὶ εἶπου τισὶν ὤνιον παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν τὸ τῆς ἀρχῆς ἐδίδοτο σχῆμα, τοῦτο ἐξωνήσασθαι [2]), καὶ ἐλευθέρους τοὺς ἡμετέρους ἀφεῖναι συντελεῖς τοῦ τοιούτου δασμοῦ, καὶ οἴκοθεν ἀντεισαγαγεῖν τὴν παραψυχὴν τοῖς λαμβάνουσιν, ἵνα καὶ τούτοις μεταδῶμεν ἐλευθερίας. ἀπέκειτο γὰρ ἡμῖν, ὡς ἔοικε, τοῦ θεοῦ τοιαῦτα φιλοτιμουμένου, μὴ μόνον Ἄφροις, μηδὲ τοῖς ἔθνεσι τοῖς ἐκεῖσε χαρίσασθαι τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς κατὰ μέσην ἡμῶν τὴν πολιτείαν ἔτους ἑκάστου πιπρασκομένους, καὶ οὐδὲ ὑπὸ ταὐτῷ μένειν συγχωρουμένους πραιτῆρι, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ

eum sequitur, aliquid a subditis accipiat, vel aliorum sumtibus vivat, nec subditos nostros atterat, aut militibus, qui eum sequuntur, id agere permittat; nam ei hoc ipsum sacrorum nostrorum mandatorum pars est. Ipse quidem praestiti iuramenti memor, et reputans se gratis magistratum suscepisse, atque tantis annonis auctum esse, nunquam accipere quid audebit, nisi magna cum poena id velit reddere. Neque cohorti eo nomine tale quid agere vel accipere permittet. Et nisi curaverit, ut milites annonis suis contenti eum sequantur, ne ipse quidem iustam indignationem effugiet, et damnum ab illis illatum ex annonis eorum exigere, idque subditis reddere cogetur.

§. 1. *Propterea enim magistratus hos tam multitudine ministrantium (centum enim cohortales illi adesse volumus), quam splendore dignitatis, quoniam spectabilem illius magistratum efficimus, maiores atque augustiores esse volumus, ut in necessitatibus graviores habeamus magistratus, quique mandata nostra exsequi possint. Quid enim facerent illi, qui secundum veterem formam provinciis praefuerunt, quorum pauci erant, et paucissimis imperabant, et a fisco admodum modica accipiebant, multa vero dabant et furari cogebantur, idque unice studebant, ut creditoribus ipsos sequentibus pro iis, quae pro magistratu dederunt, paulatim gratiam referrent? Quibus rebus subditos nostros vendere solent, impios simul et periculi plenos reditus sibi comparantes.*

§. 2. *Haec nos permoverunt, ut non solum lucri illis renunciaremus, sed etiam de nostro magnos sumtus faceremus, et si forte aliquibus magistratus a decessoribus nostris venditus esset, illo redemto subditos nostros hoc tributo liberaremus, ac de nostro solatium quoddam accipientibus eius loco daremus, quo et hos libertatis participes faceremus. Constituimus enim, dei ut videtur hoc largiente, non solum Afris aut illius regionis gentibus libertatem dare, sed eos quoque, qui in media nostra republica quovis anno venduntur, et quibus sub eodem venditore manere non licebat, sed per exiguum tempus nunc huius, nunc illius potestati semper subiiciebantur, eo damno et ignominia liberare. Hanc gratiam deo referendam putavimus, qui imperia-*

lucro abstinens [3]) et sine damno omni. Nec ipse enim, nec officialis [4]), neque miles, nec similis sequens enm percipiet aliquid a tribntariis, aut expendet gratis, et aut collatores nostros conteret, aut sequentes se milites hoc ipsum agere sinet. Utique enim [5]) et hoc pars sacrorum nostrorum mandatorum est. Ipse quidem et insinrandum considerans, quod inravit, et quia gratis accipiens cingulum et augmentum tantum habens annonarum [6]), nunquam audebit aliquid accipere, nisi cum magna reddere hoc poena voluerit [7]), nec officium tale aliqnid agere ant accipere per talem occasionem sinet; milites autem, nisi propriis annonis contentos [8]) seqni procuraverit, nec ipse [9]) exacta instam indignationem erit, cogeturque ex emolumentis [10]) eorum exigere etiam ab eis factum dispendium et [11]) hoc collatoribus restituere. §. 1. Propterea itaque volumus [12]) has administrationes maiores et honestiores esse et multitudine ministrorum (centum enim [13]) ei volumus officiales esse), et nobilitate dignitatis (spectabilem enim [14]) ei facimus administrationem), ut in necessitatibus indicibus utamur nobilioribus et nostris iussionibus ministrare potentibus. Quid enim [15]) agerent viri secundum [16]) ante nos schema provinciis praesidentes, pauci quidem exsistentes paucisque praepositi, percipientes a fisco satis mediocria, dantes autem plurima, furari vero coacti et unum habentes hoc studium, ut sequentibus creditoribus occasione horum, quae circa cingula data sunt, paulatim reddant eranum [17])? quo nostros collatores consueverunt vendere, impios similiter et periculosos sibimet invenientes quaestus. §. 2. Haec nos exoraverunt non solum ex hoc lucra repndiare, sed etiam de proprio superexpendere multum, et sicubi aliquibus venalis a praecedentibus nos administrationis dabatur figura, hoc redimere, et liberos nostros sinere collatores, et ex proprio ferre solatium percipientibus, ut et hanc eis impertiremur libertatem. Repositum enim erat nobis, ut videtur [18]) deo talia largiente, non solum Afris, neque gentibus illic donare libertatem, sed etiam in media nostra

---

[1]) εἰσπράξεσθαι *Hal.*; εἰσπράττειν *aut* εἰσπρᾶξαι *proposuit Homb.* — [2]) ἐξιάσασθαι *Hal.* — [3]) *Bk.*; est — abstinens *om. Cod.* — [4]) officiales *Cod.*, *Bk.* — [5]) *Bk.*; enim *om. Cod.* — [6]) *Bk.*; haberemus annorum *Cod.* — [7]) *Bk.*; voluerint *Cod.* — [8]) *Bk.*; proprias annonas contemptos *Cod.* — [9]) *Bk.*; ipsa *Cod.* — [10]) *Bk.*; molumentis *Cod.* — [11]) *Bk.*; et *om. Cod.* — [12]) *Bk. ed. ster.*; voluimus *Bk.* — [13]) *Bk.*; enim *om. Cod.* — [14]) *Bk.*; enim *om. Cod.* — [15]) *Bk.*; Quod et *Cod.* — [16]) *Bk.*; sed *Cod.* — [17]) *Bk*; paul. aeranum *Cod.* — [18]) *Bk.*; vite detur *Cod.*

ρραχὺ τῆς ἑτέρων καὶ ἑτέρων ἐξουσίας ἀεὶ γινομένους [1]) ἐλευθερῶσαι τῆς τοιαύτης ζημίας τε καὶ αἰσχύνης. Ταύτην ψήφημεν ἡμεῖς τὴν χάριν προσήκειν καὶ [2]) ἀναθεῖναι θεῷ, τῷ τὸν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ στέφανον ἡμῖν ἐπιθέντι, τῷ τὴν ἀλουργίδα ψήφῳ κοινῇ παρὰ τοῦ πατρὸς [3]) ἡμῖν δωρησαμένῳ, τῷ φιλοτιμησαμένῳ τοιαῦτά τε ὁμοῦ καὶ τοσαῦτα, ὁποῖα τῶν ἔμπροσθεν δέδωκεν οὐδενί.

lem coronam nobis imposuit, qui communi suffragio purpuram nobis per patrem nostrum donavit, qui tot tantaque in nos contulit, quanta nemini antea largitus est.

Κεφ. ε'.

Δεῖ τοίνυν τὸν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παριοντα ταύτην, εἰδότα πόσων μὲν ἀνδρῶν, πόσων δὲ ἡγήσεται πόλεων, ὅπως δὲ ἔσται σεμνός, μεταβαλὼν ἐκ κονσουλαρίας τε καὶ ἡγεμονίας εἰς ἀρχὴν μείζονά τε καὶ σπεκταβιλίαν, φείδεσθαι πανταχοῦ τῶν ὑπηκόων, καὶ φυλάττειν αὐτοὺς ἀζημίους, καὶ καθαραῖς χρῆσθαι πανταχοῦ ταῖς χερσί, καὶ τὸ δημόσιον αὔξειν, καὶ τοῦ συμφέροντος αὐτῷ πᾶσαν τίθεσθαι πρόνοιαν, καὶ τῶν ἰδίᾳ λημμάτων ἀπέχεσθαι, καὶ ταῖς πόλεσι κοινῇ τε καὶ ἰδίᾳ βραβεύειν τὰ δίκαια, περινοστεῖν τε αὐτὰς καὶ ἰᾶσθαι, καὶ κέρδους ἕνεκα μηδ' ὁτιοῦν πράττειν μήτε ἔλαττον μήτε μεῖζον, ἀλλὰ δόξης τε ἀγαθῆς ἐφίεσθαι, καὶ τοῦ διὰ πάντων εὐορκεῖν, καὶ ἡμῖν ἐν ἅπασι κεχαρισμένον καθεστάναι. §. 1. Τὸ δὲ μάλιστα ἐπὶ τοῦ Πόντου πλημμελούμενον φυλάξει, τὸ μηδενὶ δοῦναι παῤῥησίαν ἢ τίτλους ἐπιτιθέναι χωρίοις [4]) ἢ οἰκήμασιν ἀλλοτρίοις. μόνον γὰρ ἴδιον τοῦτο τοῦ τε δημοσίου τῶν τε βασιλικῶν οἴκων ἐστί, τῶν τε ἡμετέρων, τῶν τε τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης. Εἰ δὲ εἰς ἑτέρου τινὸς εὕροι προσηγορίας [5]) σανίδας ἀνατεθείσας, αὐτὰς μὲν εὐθὺς καθαιρήσει, ἀνιχνεύσει δὲ τὸν ταύτας καταπήξαντα. καὶ εἰ μὲν αὐτὸς ὁ λέγων ἑαυτὸν εἶναι δεσπότην τοῦ πράγματος τοῦτο πράττοι, παραχρῆμα τοῖς ἐκείνου πράγμασι τίτλους ἐπιθήσει δημοσίους, εἰς κεφαλὴν αὐτῷ [6]) περιῤῥήξας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ τεθέντας τίτλους. εἰ δὲ φροντιστής εἴη πραγμάτων ἀλλοτρίων, τοὺς τε τίτλους, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, κατεάξει κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, βασάνοις τε αὐτὸν ὑποθήσει πικραῖς [7]), ὥστε ταῦτα μανθάνοντα τὸν ᾧ προσήκει προσώπῳ γινώσκειν, ὡς οὐκ ἔξεστιν οὔτε δι' ἑαυτοῦ, οὔτε διά τινων δορυφόρων ἢ πρὸς πλεονεξίαν παραλαμβανομένων τοὺς ὑπηκόους ἀδικεῖν.

Quare qui hunc magistratum suscipit, quum sciat, quot hominibus et quot urbibus imperaturus, quantaque auctoritate futurus sit, ex consulari et correctoria in maiorem atque illustriorem dignitatem mutatus, subditis ubique parcere eosque indemnes servare, et puris ubique manibus uti debet, atque fiscum augere et commodi eius omnem curam gerere, muneribus privatis abstinere, publice et privatim urbibus ius tribuere, peragrare eas et sanare, lucri gratia plane nihil, neque parvum neque magnum, facere, sed ad bonam famam adspirare, iuramentum perpetuo servare, nobisque in omnibus se gratum exhibere.

§. 1. *Caveat etiam, ne, quod in Ponto maxime commissum est, titulos vel praediis vel aedificiis alienis imponendi potestatem alicui concedat; hoc enim solius fisci et regiarum aedium, tam nostrarum, quam piissimae Augustae, proprium est. Si vero sub alterius cuiusdam nomine tabulas suspensas inveniat, statim eas tollet atque inquiret in eum, qui eas affixerit; et si quidem ille, qui se dominum rei esse dicit, hoc fecerit, confestim rebus illius titulos publicos imponet, titulos ab eo positos in capite eius confringens; quodsi procurator sit rerum alienarum, titulos illos, sicuti diximus, in capite eius confringet, et acerbis tormentis eum subiiciet, quo is, ad quem haec pertinent, cognoscat, neque per se, neque per satellites aliquos aut per alios ad avaritiam assumtos iniuriis subditos afficere licere.*

Κεφ. ϛ'.

Cap. VI.

nostra republica annis singulis venditos, et neque sub eodem manere permissos emtore [8]), sed [9]) paulatim aliorum atque aliorum potestatis semper factos liberare tali dispendio et confusione. Hanc indicavimus nos gratiam competere dicare deo, qui imperialem coronam nobis imposuit, qui purpuram communi decreto a patre [10]) nobis donavit, qui largitus est talia [11]) simul et tanta, qualia priorum dedit nulli.

Cap. V. Oportet igitur eum, qui ad cingulum accedit hoc, scientem, quantorum quidem virorum, quantarum praesidet civitatum, quomodo autem est nobilis, mutatus ex consulari et praesidali [12]) in administrationem maiorem et spectabilem, parcere [13]) ubique subiectis, et servare eos indemnes, et puris uti [14]) ubique manibus, et fiscum augere et utilitatis eius omnem ponere providentiam, et acceptionibus abstinere, et civitatibus comiter et proprie interponere quae iusta [15]) sunt, et circumire eas et sanare, et lucri causa neque quidquam agere neque minus neque maius, sed gloriam bonam appetere, et per omnia bene iurare [16]), et nobis in [17]) omnibus gratum esse. §. 1. Quod autem maxime in Ponto delinquitur observet, ne ulli det [18]) licentiam aut titulos imponere praediis [19]) aut possessionibus alienis. Solius enim proprium hoc fisci et imperialium [20]) domuum est [21]), et nostrarum et piissimae Augustae. Si autem in alterius cuiuslibet inveniat appellationem tabulas impositas, eas quidem repente deponat, investiget autem, quis [22]) eas fixerit [23]). Et si quidem ipse, qui dicit se dominum rei, hoc agat, repente illius rebus titulos imponat publicos, in caput ei frangens ab eo positos titulos; si vero curator fuerit rerum alienarum, et titulos, sicut praediximus, confringat eius capiti, verberibusque eum subiiciat amaris, ut discens [24]), cui competit persona cognoscat, quia non licet [25]) neque per se, neque per aliquos obsequentium aut ad [26]) avaritiam susceptorum subiectos laedere.

Cap. VI.

---

[1]) πρατῆρι — γινομένους *om. Hal.* — [2]) καὶ *om. Hal., Bas., Vet. Int.* — [3]) ἡμῶν *add. Hal.* — [4]) *Initium huius periodi* Τὸ δὲ — χωρίοις *non habet Hal.* — [5]) προσηγορίαν *Hal. in notis recogn. op.* — [6]) αὐτοῦ *Bas.* — [7]) μικροῖς *Hal.* — [8]) emtores *Cod., Bk.* — [9]) *Bk.*; sed *om. Cod.* — [10]) *Bk.*; patria *Cod.* — [11]) *Bk.*; tali *Cod.* — [12]) *Bk.*; praedali *Cod.* — [13]) *Bk.*; partem *Cod.* — [14]) *Bk.*; uti *om. Cod.* — [15]) *Bk.*; iuxta *Cod.* — [16]) *Bk.*; vitare *Cod.* — [17]) *Bk.*; in *om. Cod.* — [18]) *Bk.*; ne videlicet *Cod.* — [19]) *Bk.*; praesidiis *Cod.* — [20]) *Bk.*; impleri alium *Cod.* — [21]) *Bk.*; est *om. Cod.* — [22]) *Bk.*; qui *Cod.* — [23]) *Bk. ed. ster.*; fixit *Bk.* — [24]) *Bk.*; dicens *Cod.* — [25]) *Bk.*; quia videlicet *Cod.* — [26]) ad *om. Cod., Bk.*; et avar. *Bk. ed. ster.*

Κεφ. ϛ'.

Δεῖ δὲ αὐτὸν ὁμοίως τὸν περίβλεπτον μοδεράτωρα ἀνασείλλειν καὶ τοὺς ληστεύοντας, καὶ τοὺς πλεονεκτοῦντας, καὶ τοὺς γυναῖκάς τε καὶ περιουσίας καὶ ὑποζύγια καὶ τὰ τοιαῦτα ἁρπάζοντας, ὅπως ἂν καθαρὸν φυλάττοι τὸ δίκαιον, καὶ φανείημεν ὀρθῶς ἐπ' αὐτῷ βεβουλευμένοι, καὶ μή τις ἡμᾶς ἐλεγέλθοι μετάμελος, ὅτι ληστοδιώκτας τε καὶ βιοκωλύτας ἐπαυσαμεν, τινῶν μὲν κατατρεχόντων τὴν χώραν, αὐτοῦ δὲ οὐκ ἀμύνοντος. διὰ τοῦτο γὰρ αὐτῷ καὶ τοὺς στρατιώτας ὑπεθήκαμεν, ἵνα καὶ τὴν ἐκείνων ἔχων χεῖρα δυσκαταμάχητος τοῖς ἐπηρεάζουσιν εἴη

Κεφ. ζ.

Ταῦτα αὐτῷ συλλήβδην παραινοῦμεν. τὰ γὰρ δὴ κατὰ μέρος εἴσεται σαφῶς ἔκ τε τοῦ πᾶσιν ἐν κοινῷ γεγραμμένου νόμου, καθ' ὃν [1]) ἐτάξαμεν τὰς ἀρχάς, ἔκ τε τῶν βασιλικῶν παραγγελμάτων, ἅπερ αὐτῷ διδόντες ὑφηγησάμεθα [2]), κατά τινα τρόπον διαθήσει τὴν ἀρχήν. καὶ ταῦτα πράττων ἡμῖν τε οὐκ ἀποθύμιος ἔσται, θεῷ τε καὶ τῷ νόμῳ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀναθήσει, καὶ ἀγαθὰς ὑπὲρ ὅλης τῆς διοικήσεως ἕξει τὰς ἐλπίδας. Ὑποτεθήσεται δὲ καὶ κατάλογος τῷδε ἡμῶν τῷ θείῳ νόμῳ, δι' οὗ γενήσεται φανερόν, τί μὲν αὐτόν τε καὶ τὸν πάρεδρον καὶ τὴν τάξιν τὴν αὐτοῦ παρὰ τοῦ δημοσίου προσήκει λαμβάνειν, τί δὲ αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἀρχικῶν παρέχειν συμβόλων, ὅπως ἂν ἐπισταμενος τό τε ἐλευθέριον τῆς ἐπιδόσεως τῆς εἰς αὐτὸν γενομένης, τό τε συνεσταλμένον τῆς παρ' αὐτοῦ περὶ τὰ σύμβολα προϊούσης δαπάνης χρῷτο κατὰ τὸ προσῆκον τοῖς πράγμασι, μειζόνων τε ἐθνῶν καὶ πλειόνων ἀνθρώπων ἐλπίζων ἄρχειν, εἰ τοῖς ἐν χερσὶ χρήσαιτο προσηκόντως.

Κεφ. η'.

Δίδομεν δὲ καὶ τοῦτο, τὸ τὰς ἐφέσεις τὰς παρ' αὐτοῦ κατὰ τὸ τῶν περιβλέπτων ἀρχόντων σχῆμα παρά τε τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἐπάρχοις, παρά τε τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἡμῶν κατὰ κονσουλτατίωνα κρίνεσθαι κοιαίστωρι. τὰς τε δίκας ἐλάττους τῶν πεντακοσίων χρυσῶν ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἐπαρχίᾳ παρά τισι κινουμένας (κἂν εἰ τυχὸν ἐκ παραπομπῆς, μὴ μέντοι παρὰ σπεκταβιλίοις ῥηθείεν), ὅταν ἐφέσιμοι γίνοιντο, αὐτὸν

Cap. VI.

Similiter ipsum spectabilem moderatorem coercere oportet etiam eos, qui latrocinia exercent et aliena inhiant, quique mulieres, bona, iumenta et similia rapiunt, ut ius sancte servet, atque appareat, recte nos de eo iudicasse, nec quadam poenitentia ducamur, quod latronum persecutores et biocolytas sustulerimus, si quidam per provinciam grassentur, ipse vero vim non propulset. Propterea enim et milites illi subiecimus, ut illorum auxilio ab iis, qui iniuriam inferunt, vinci non possit.

Cap. VII.

Haec nos eum summatim monemus. Singula enim perspiciet tam ex lege omnibus in commune scripta, qua magistratus ordinavimus, quam ex mandatis imperialibus, quae illi dantes explicavimus, quemadmodum magistratum gerere debeat. Atque haec si faciat, nobis non ingratus erit, deoque et legi animam suam consecrabit, et bonam propter totum administrationem spem habebit. Subiicietur etiam catalogus sacrae huic nostrae legi, quo manifestum fiet, quid tum ipsum, tum assessorem et cohortem eius a fisco accipere, quidve eum pro symbolis magistratus praestare conveniat, quo magnificentiam liberalitatis in ipsum factae cognoscens, et quam ad exiguum impensa ab eo in symbola facienda redacta sit, negotia recte administret, ac maiorum quoque gentium et plurium hominum imperium speret, si iis, quae in manibus habet, ut decet utatur.

Cap. VIII.

Hoc quoque concedimus, ut de appellationibus contra ipsum interpositis secundum formam spectabilium iudicum tam gloriosissimi praefecti quam gloriosissimus noster quaestor per consultationem cognoscant; lites autem quingentis aureis minores in provincia illius apud quosdam institutas (etsi forte ex delegatione, non tamen apud spectabiles actae sint), quando in illis appellatur, ipse in ordine sacri auditorii examinet, ut

Cap. VI. Oportet autem eum similiter spectabilem moderatorem cohibere etiam latrocinantes, vim facientes, et mulieres atque substantias, inmenta et similia abripientes [3]), quatenus purum servet quod instum est, et appareamus recte super eo cogitasse, et ne una nobis ingrediatur poenitentia, quia [4]) latronum persecutores [5]) et violentiarum inhibitores amovimus [6]), aliquibus quidem discurrentibus per provinciam, ipso vero non [7]) ulciscente. Ideo enim et ei milites subdidimus, ut et illorum habens manum inexpugnabilis violentiis sit.

Cap. VII. Haec [8]) eum complexive monemus; particulariter autem sciet et aperte et ex lege omnibus in commune conscripta, secundum quam ordinavimus administrationes, et ex imperialibus mandatis, quae ei dantes explicavimus [9]), quemadmodum disponat administrationem. Et haec agens nobis non exosus erit, et deo legique suam animam commendabit, ac bonas pro omni gubernatione habebit spes. Subiicietur autem et descriptio huic legi, per quam fiet manifestum, quod quidem ipsum et assessorem et officium eius a [10]) fisco competat accipere, quod autem pro administratoriis [11]) praebere codicillis, quatenus scius [12]) libertatem [13]) dationis in se factae et paucitatem a se circa codicillos procedentis expensae utatur competenter rebus, maioribus gentibus et amplioribus hominibus sperans praecipi, si praesentibus [14]) utatur competenter.

Cap. VIII. Damus autem isti et appellationes, quae ab eo sunt, secundum spectabilium indicum schema et apud gloriosissimos praefectos et apud gloriosissimum nostrum secundum consultationem iudicari quaestorem; causasque minores quingentorum aureorum in eius provincia apud aliquos motas (vel si [15]) fort ex delegatione, nec [16]) tamen apud spectabiles dicantur [17])), quando sub [18]) appellatione fuerint [19]), ipsum in

---

[1]) *Bas., Vet. Int.*; καθάπερ *Scrimg., Hal.* — [2]) ὑφηγησόμεθα *Hal. in notis recogn. op.* — [3]) *Bk.*; arripientes *Cod.* — [4]) *Bk.*; qua *Cod.* — [5]) *Bk.*; persecutorum *Cod.* — [6]) *Bk.*; amovi *Cod.* — [7]) *Bk.*, non *om. Cod.* — [8]) *Bk.*; Haec *Cod.* — [9]) administrationes — explicavimus *om. Cod* — [10]) *Bk.*; a *om. Cod.* — [11]) *Bk.*; administratorii sunt *Cod.* — [12]) scienti *Cod., Bk.* — [13]) *Cod.*; liberalitatem *Bk. ed. ster.* — [14]) *Bk.*; praecessi praes. *Cod.* — [15]) *Bk.*; si *om. Cod.* — [16]) *Bk.*; nec *om. Cod.* — [17]) *Bk.*; dicatur *Cod.* — [18]) *Bk.*; [illegible] *om. Cod.* — [19]) *Bk.*; fuerit *Cod*

αὐτὸν ἐν τάξει θείου κατεξετάζειν ἀκροατηρίου, ὥσιε αὐτὸν [1]) καὶ κατὰ τοῦτο σεμνότερον ὄντα μεμνῆσθαι τῆς παρ' ἡμῶν δεδομένης αὐξήσεως αὐτῷ, καὶ οὕτω χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν, ὡς ἀμέμπτον ἑαυτὸν παρασχεῖν τοῖς ὑπηκόοις, καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ πρό γε ἡμῶν θεῷ τε καὶ τῷ νόμῳ παρέχειν.

ut in hoc quoque venerabilior factus collati in eum a nobis augmenti memor sit, et ita sese gerat, ut omnibus subditis, nobis ipsis, et praecipue deo ac legi inculpatum se praebeat.

Ἐπίλογος.

Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα ἡ σὴ ὑπεροχὴ γινώσκουσα τοσαύτας τε αὐτῇ τὰς συνήσεις ἐπιδιδόσθω, οὕτω τε αὐτὴν ἴσθι σεμνὴν γενομένην, ὡς πολλοῖς εἰκότως ἐσεσθαι περισπούδαστον τῇ τοῦ νῦν αὐτῇ δοθέντος παρ' ἡμῶν ἄνθους τε καὶ ἀξιώματος ἐπιθυμίᾳ. Dat. XV. Kal. August. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

Epilogus.

Haec igitur omnia excellentia tua cognoscens tantas illi annonas praebeat, atque ita venerandum eum factum esse sciat, ut a multis desiderio pulchritudinis et dignitatis illi a nobis tributae merito expetatur

in ordine sacri examinare auditorii, ut is etiam secundum hoc honestior memoretur a nobis datum [2]) augmentum sibi, et ita utatur rebus, quatenus inculpabilem semet ipsum omnibus subiectis, et nobis ipsis, et super nobis [3]) deo legique praebeat [4]).

Epilogus. Haec igitur omnia tua celsitudo cognoscens tantas ei annonas det, sicque eam noverit honestam factam [5]), ut plurimis rite sit studiosa nunc ei dati a nobis floris [6]) dignitatisque concupiscentia. Dat. XV. [7]) Kal. Aug. Constantinopoli, Belisario V. C. Cons. [535.]

---

[1]) ἐν τάξει - - αὐτὸν *om. Hal.* — [2]) *Bk.*; dato factum *Cod.* — [3]) *Bk.*; ips. insuper et nostros *Cod.* — [4]) *Bk.*; praeberet *Cod.* — [5]) *Bk.*; in everi honestia *Cod.* — [6]) *Bk.*; flores *Cod.* — [7]) XVII *Bk.*; *cf. Biener l. c. p.* 512.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ κθ'. [a])

Περὶ τοῦ πραίτωρος Παφλαγονίας.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Προοίμιον.

Τὸ Παφλαγόνων ἔθνος ἀρχαῖόν τε καὶ οὐκ ἀνώνυμον καθεστώς [1]), ἀλλὰ τοσοῦτον, ὡς καὶ ἀποικίας μεγάλας ἐκπέμψαι, καὶ τὰς ἐν Ἰταλοῖς συνοικίσαι Βενετίας, ἐν αἷς δὴ καὶ Ἀκυληΐα πόλις τῶν ἐπὶ τῆς ἑσπέρας μεγίστη καθῴκισται, καὶ βασιλικὴν πολλάκις δίαιταν δεξαμένη,

Κεφ. α'.

τὸ τοίνυν Παφλαγόνων ἔθνος ἐπὶ τῶν Ὁνωρίου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως χρόνων ἐλαττωθέν, καὶ πόλεις ἀποβαλόν τινας, καὶ κατ' οὐδεμίαν χρειώδη πρόφασιν ὕφεσίν τινα δεξάμενον αὖθις ᾠήθημεν χρῆναι πρὸς τὸ πρότερον ἐπαναγαγεῖν σχῆμα, καὶ μίαν πάλιν [2]) τὴν Παφλαγονίαν ἀποτελέσαι, καὶ ἅπερ

Novella XXIX.

DE PRAETORE PAPHLAGONIAE.

Idem Imperator Ioanni Praefecto Praetorio.

Praefatio.

Paphlagonum gens antiqua nec ignobilis fuit, sed talis, quae et magnas colonias deduxit, et Venetias Italorum condidit, in quibus Aquileia quoque urbs condita est, earum, quae in Occidente sunt, maxima, quaeque imperialem domum saepe suscepit,

Cap. I.

gentem igitur Paphlagonum, quae Honorii piae memoriae temporibus extenuata est et urbes quasdam amisit, et in qua sine ulla utilitate deminutio quaedam facta est, in pristinum rursus statum restituendum, et unam denuo Paphlagoniam perficiendam, quaeque in duobus Pontis fecimus, haec etiam in illa ordinanda esse

Const. XXIX.

DE PRAETORE PAPHLAGONIAE.

Imp. Iustinianus A. Ioanni Pf. P.

Praefatio. Paphlagonum gens et antiqua [3]), et non sine nomine constitit, sed in tantum [4]), ut etiam colonias magnas mitteret, et [5]) in Italorum habitaret Venetiis, in quibus utique et Aquileia civitas in Hesperia [6]) maxima habita [7]) est, et imperialem saepe diaetam [8]) suscepit.

Cap. I. Igitur Paphlagonum gentem sub Honorii piae memoriae temporibus immiuntam, et civitates amittentem aliquas, et per nullam utilem occasionem divisionem quandam suscipientem rursus existimavimus oportere ad pristinam revocare figuram, et unam denuo Paphlagoniam efficere, et quae in [9]) duobus egimus Pontis,

---

τῆς περιοικίδος ἐστὶν αὐτῶν. §. 1. Δευτέραν δὲ ἐτάξαμεν Ἀρμενίαν τὴν ἐμπροσθεν πρώτην καλουμένην, ἧς ἡγεῖται Σεβάστεια πόλις, αὐτὴ προσνείμαντες τήν τε τῶν Σεβαστοπολιτῶν, ἣν καὶ πρότερον εἶχε, καὶ πρός γε Κόμανάν [1]) τε ἐκ τοῦ καλουμένου πρώην Πολεμωνιακοῦ Πόντου, καὶ Ζήλαν ἐκ τοῦ Ἑλενοπόντου, καὶ μὴν καὶ Βρῖσαν, ὥστε ἐν πέντε πόλεσιν [2]) εἶναι τὴν ἐπαρχίαν ταύτην, καὶ τὴν ἀρχήν, ἡγεμονίαν οὖσαν, καταλιπόντες ἐπὶ τοῦ προτέρου σχήματος. καὶ τὸν ἄρχοντα αὐτῆς οὐδενὶ κοσμήσαντες ὀνόματι μείζονι, ἀλλ' ὃ πρότερον εἶχε, τοῦτο αὐτῷ καταλιπόντες. §. 2. Ἐπὶ τούτοις τε τρίτην Ἀρμενίαν κατεσκευάσμεθα τὴν πρότερον δευτέραν, ἧς ἡγεῖται Μελιτηνὴ πόλις ἀρχαία, πόλις ἐπίσημος, ἐν καλῷ τε γῆς καὶ ἀέρος κειμένη, καὶ οὐδὲ πόρρω διεστῶσα τῶν τοῦ Εὐφράτου ῥευμάτων. ταύτην φθήμεν δεῖν κατὰ τὸ παρὸν αὐξῆσαι καὶ εἰς τὸ τῶν σπειραβιλίων μεταστῆσαι σχῆμα, τόν τε ἄρχοντα ταύτης Ἰουστινιανὸν ὀνομάσαι κόμητα. δοῦναί τε αὐτῷ καὶ ὑπὲρ σιτήσεων solidos septingentos [3]), καὶ τῷ γε αὐτοῦ παρέδρῳ solidos septuaginta duos, καὶ τῇ γε αὐτοῦ τάξει solidos sexaginta [4]), ἅπαντά τε ἔχειν, ὁπόσα τῶν τοιούτων ἐστὶν ἴδια θρόνων. τούς τε πρώην ὀνομαζομένους ταξεώτας πάντα μὲν πράττειν, ὁπόσα καὶ ἔμπροσθεν, καὶ μάλιστα περὶ τὴν δημοσίαν εἴσπραξιν ἠσχολῆσθαι, εἰς δὲ τὴν τῶν κομητιανῶν προσηγορίαν μεταβαλεῖν, πάντων αὐτοῖς οὕτω φυλαττομένων, ὡς ἡνίκα ταξιῶται καθεστήκεσαν. Πόλεις δὲ ὑπεκλίναμεν αὐτῇ τοῦτο μὲν Ἀρκὰν καὶ Ἀραβισσόν, τοῦτο δὲ Ἀριαραθίαν [5]), καὶ Κόμαναν [6]) ἑτέραν (καλοῦσι δὲ αὐτὴν καὶ Χρουσήν [7])), καὶ Κουκουσόν [8]), ἃς καὶ πρότερον εἶχεν, ἐν ἕξ πόλεσι συνεστῶσα. §. 3. Συνεστησάμεθα δὲ καὶ τετάρτην Ἀρμενίαν, ἣν πρότερον οὐκ εἰς ἐπαρχίας συνέκειτο σχῆμα, ἀλλὰ τῶν τε ἐθνῶν ὄν, καὶ ἐκ διαφόρων συνείλεκτο βαρβαρικῶν ὀνομάτων, Τζοφανηνή τε [9]), καὶ Ἀνζητηνὴ [10]) ἢ Τζοφανή, καὶ Ἀσθιανηνή, ἡ καὶ Βαλαβιτηνὴ [11]) καλουμένη, καὶ ὑπὸ σατράπαις οὖσα. ἀρχῆς δὲ ὄνομα τοῦτο ἦν οὐδὲ Ῥωμαϊκόν, οὐδὲ τῶν ἡμετέρων προγόνων, ἀλλ' ἐξ ἑτέρας πολιτείας εἰσενηνεγμένον. κἀκείνην τοίνυν ἀρχῆς πολιτικῆς ἐκοσμήσαμεν σχήματι [12]), ἄρχοντά τε πολιτικὸν ἐγκατασήσαντες, καὶ πόλιν τε αὐτῇ τὴν Μαρτυροπολιτῶν καὶ τὸ Κιθαρίζον [13]) δόντες φρούριον. καὶ αὐτὴ δὲ ἐν τῷ τῶν ὀρδιναρίων ἀρχῶν κατέστη σχήματι, κονσουλαρία παρ' ἡμῶν γενο-

§. 1. *Secundo vero loco posuimus Armeniam, quae antea prima vocabatur, in qua urbs Sebastia primum locum tenet, attribuentes illi et Sebastopolin, quam et antea habuit, et praeterea Comanam ex Ponto Polemoniaco, qui olim vocabatur, et Zelam ex Helenoponto, atque Brisam, adeo ut quinque urbibus haec provincia constet, et imperium, quod correctorium est, in priore forma relinquamus, magistratumque illius nullo maiore nomine ornemus, sed quod ante habuit, id ei relinquamus.*

§. 2. *Insuper tertiam quoque Armeniam constituimus, quae antea secunda dicebatur, in qua primum locum tenet Melitena, urbs antiqua, urbs insignis, in pulchro solo et aëre sita, nec procul ab Euphrate fluvio distans. Hanc nos in praesentia augendam et ad spectabilium formam transferendam, eiusque iudicem Iustinianeum comitem nominandum, ipsique pro annonis solidos septingentos, et assessori eius solidos septuaginta duos, et cohorti eius solidos sexaginta dandos esse putavimus, et ut omnia habeat, quae eiusmodi sedibus propria sunt; atque taxeotae, qui olim vocabantur, omnia faciant, quae antea, ac maxime circa publicam exactionem occupentur, utque comitiani deinde appellentur, omnibus illis perinde servatis, ac si cohortales essent. Urbes vero illi subiecimus Arcam et Arabissum, Ariarathiam et Comanam alteram (vocant vero eam et Chrusam), et Cucusum, quas et prius habebat, quum e sex urbibus constaret.*

§. 3. *Constituimus vero et quartam Armeniam, quae antea in provinciae formam redacta non erat, sed gentium erat, ex diversis nominibus barbaris collecta, et Tzophanena, Anzetena, aut Tzophana et Asthianena, Balabitenaque vocata, et sub satrapis constituta. Hoc vero nomen magistratus neque Romanum, neque maiorum nostrorum, sed ex alia republica introductum erat. Illam igitur civilis magistratus forma ornavimus, constituentes, ut civilis sit magistratus, illique urbem Martyropolitanorum, et castrum Citharizon tribuentes, in ordinariorum quoque magistratuum forma constituta est, consularis a nobis facta, adeo ut, quum quatuor sint Armeniae, duae quidem sint spectabiles, ea, quae proconsulis, et ea, quae comitis est, et qui primae*

quodcunque [14]) confinium est earum. §. 1. Secundam vero ordinavimus Armeniam prius primam [15]) nuncupatam, cui praeest Sebastopolis [16]), ei tribuentes et Sebastopolitarum, quam [17]) etiam prius habuit, insuper et Comanam [18]) ex appellato pridem Polemoniaco Ponto, et Zelam ex Helenoponto, nec non et Bersam, ut in quinque civitatibus sit provincia haec, et administrationem praesidalem exsistentem relinquentes in priore figura, et indicem eius nullo [19]) decorantes nomine potiore [20]), sed quod prius habuit [21]), hoc ei relinquentes. §. 2. Ad haec autem tertiam Armeniam constituimus, prius [22]) secundam, cui praeest Melitene, civitas antiqua [23]), civitas non mediocris [24]), in bona terra et aëre posita, nec procul distans a fluctibus Euphratis [25]). Hanc existimavimus oportere in praesenti angere, et in spectabilium mutare figuram, iudicemque eius Iustinianum nominare comitem, et dare ei [26]) pro annonis solidos septingentos, et eius assessori solidos septuaginta duo, officioque eius solidos numero trecentos sexaginta, et omnia habere, quae talium propria sunt sedium; et pridem nominatos officiales omnia quidem agere, quaecunque [27]) et prius, et maxime circa publicam exactionem vacare, in comitianorum vero appellationem mutare, omnibus eis ita servandis, sicut dudum officiales sunt constituti. Civitates autem succumbere quidem ei tam Arcam et Arabissum, quam Ariarathiam [28]), et Comanam alteram (vocant autem eam etiam Chrusen [29])) et Cucusum, quas et prius habuit in sex urbibus constituta. §. 3. Statuimus autem et quartam Armeniam, quae prius non in provinciae iacebat imagine, sed et gentium erat, et diversorum complicita barbaricorum nominum, Zopanene et Anzitene vel [30]) Zopene, et Asathenia, quae [31]) et Balbitene appellata et sub satrapis constituta. Administrationis autem hoc nomen erat neque romanum

[1]) *Bas.*; Κώμανα *Scrimg.*; Κόμμαναν *Hal.* — [2]) ἐκ πέντε πόλεων *Hal.* — [3]) νομίσματα τ' *Bas.* — [4]) *Scrimg., Bas.*; νομ. ιξ' *Hal., Vet. Int.* — [5]) Ἀριαραάθειαν *Hal.*; Ἀριαράθειαν *Bas.* — [6]) *Hal., Bas.*; Κώμαναν *Scrimg.* — [7]) Χρυσὴν *Bas.* — [8]) *Hal., Vet. Int.*; Κούκουσαν *Scrimg.*; Κουκονσὸν *Bas.* (*Cod. Coisl.*) — [9]) Τζοφαεινή τε *Hal.*; Τζοιφανὴν ἥτε *Bas.* (*Cod. Coisl.*) — [10]) Ἀνζητινὴ *Bas.* — [11]) Ἀνζ. καὶ Ὀμφηνὴ καὶ Ἀστειανὴ καὶ Βαλαβιτηνὴ *Hal.*; Ἀνζ. ἢ Τζοφανὴ καὶ Ἀσθειανινή, ἡ καὶ Γαλβιτιτὴ *Bas.* — [12]) ἀρχῇ πολιτικῇ ἐκοσμίσαμεν καὶ σχήματι *Hal.* — [13]) Κιθαρίζην *Hal.*; Κυθαριζὸν *Bas.* — [14]) *Bk.*; quodammodo *Cod.* — [15]) *Bk.*; prusam *Cod.* — [16]) *Bk.*; Sebastia *Bk. ed. ster.* — [17]) sebstiopolitarum quoniam *Cod.*; Sebastolin, quam *Bk.* — [18]) *Bk. ed. ster.*; Comana *Cod.* — [19]) *Bk.*; nullum *Cod.* — [20]) *Bk.*; potioris *Cod.* — [21]) *Bk.*; que prius habuerit *Cod.* — [22]) *Bk.*; et *add. Cod.* — [23]) *Bk.*; antiqua *om. Cod.* — [24]) *Bk. ed. ster.*; non *om. Bk.* — [25]) *Bk.*; eufrate *Cod.* — [26]) *Bk.*; et *add. Cod.* — [27]) *Bk.*; que tum est *Cod.* — [28]) *Bk.*; Artharatiana *Cod.* — [29]) *Bk.*; Crisin *Cod.* — [30]) *Bk.*; vel *om. Cod.* — [31]) *Bk.*; quae *om. Cod.*

γενομένη, ὥστε τεσσάρων Ἀρμενιῶν οὐσῶν δύο μὲν εἶναι σπεκταβιλίας, τήν τε τοῦ ἀνθυπάτου, τήν τε τοῦ κόμητος, καὶ ἀνθύπατον μὲν εἶναι τὸν τῆς πρώτης ἡγούμενον Ἀρμενίας, κόμητα δὲ τὸν τῆς τρίτης, τὸν δὲ τῆς δευτέρας καὶ τεταρτης ὀρδιναρίους καθεστάναι. Καὶ ἐπειδήπερ τοῦτο ἡμῖν διεσπούδασται [1]), ὥστε τὰς ἄχρι τῶν πεντακοσίων νομισμάτων ἐκκλήτους οὐχὶ πρὸς ταύτην φέρεσθαι τὴν εὐδαίμονα πόλιν, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς σύνεγγυς σπεκταβιλίους ἄρχοντας, καὶ τοῦτο διατυποῦμεν, ὥστε τῷ μὲν ἄρχοντι τῆς πρώτης Ἀρμενίας, τουτέστι τῷ ἀνθυπάτῳ, τὰς ἐκ τῆς δευτέρας Ἀρμενίας ἐκκλήτους φέρεσθαι, τουτέστι τὰς [2]) κατὰ Σεβάστειαν, τῷ δὲ τῆς τρίτης Ἀρμενίας κόμητι, τῷ κατὰ Μελιτηνὴν φαμέν [3]), τὰς ἐκ τῆς τετάρτης Ἀρμενίας ἐκκλήτους μέχρι τοῦ ῥηθέντος ἀνήκειν ποσοῦ

primae Armeniae praeest proconsul sit, ille, qui tertiae praeest, comes, secundae vero et quartae ordinarii sint. Et quoniam omni studio effecimus, ut appellationes usque ad quingentos solidos non ad hanc felicem urbem, sed ad proximos spectabiles iudices deferantur, etiam hoc sancimus, ut ad magistratum primae Armeniae, hoc est proconsulem, appellationes ex secunda Armenia fiant, hoc est ex Sebastia, ad comitem vero tertiae Armeniae, eum scilicet, qui est in Melitena, appellationes ex quarta Armenia usque ad dictam summam veniant.

Κεφ. β'.

Τούτων τοίνυν οὕτως ἡμῖν διατεταγμένων, κἀκεῖνο προσδιορίσαι δίκαιον ἔτι νομίζομεν, ἐφ' ᾧ προσῆσαι τῆς τρίτης [4]) Ἀρμενίας ἄνδρα σεμνόν, ὑπουργηκότα τε ἡμῖν ἤδη καὶ ἄξιον τοῦ τῆς ἀρχῆς ὄγκου [5]) καὶ προσχήματος. Εὑρόντες τοίνυν Θωμᾶν τὸν μεγαλοπρεπέστατον, ἤδη μὲν ἀρχὰς ἐπὶ τῆς Ἀρμενίων ἀνύσαντα χώρας, καὶ τἆλλα δὲ ἄνδρα χρησιὸν καὶ γνησίως ἡμῖν ὑπηρετησάμενόν τε καὶ ὑπηρετούμενον, αὐτὸν ἐπὶ τῇ τῆς ἀρχῆς ταύτης προβαλλόμεθα διοικήσει, ὥστε τέως μὲν τῆς ἐπαρχίας ταύτης ἡγεῖσθαι κατὰ τὸ ῥηθὲν ἡμῖν σχῆμα, προνοεῖν δὲ καὶ τῶν ἄλλων, ὁπόσα ἂν αὐτῷ ἢ διὰ θείων ἐπιτρέψομεν [6]) commonitoriων εἴτε ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας, ἣν αὐτῷ παραδεδώκαμεν, εἴτε καὶ ἐπ' ἄλλαις, ὅπερ καὶ πεπράχαμεν θεῖα πρὸς αὐτὸν πεποιημένοι commonitoria περὶ πολλῶν καὶ διαφόρων πράξεων, ἅπερ [7]) αὐτὸν καὶ εἰς ἑτέρας χώρας προσῆκόν ἐστιν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν. §. 1. Τὰ μέντοι περὶ τὰς ἱερωσύνας, καθὰ πολλάκις εἰρήκαμεν, μένειν κατὰ τὸ πρότερον βουλόμεθα σχῆμα, οὐδὲν οὐδὲ περὶ τὸ μητροπολιτικὸν δίκαιον, οὐδὲ περὶ τὰς χειροτονίας τοῦ πράγματος ἠμειβομένου ἢ καινιζομένου, ἀλλὰ τῶν πρότερον χειροτονούντων [8]), καὶ νῦν ἐχόντων τὴν τῆς χειροτονίας ἐξουσίαν, καὶ τῶν προτέρων μητροπολιτῶν ἐπὶ τῆς ἰδίων μενόντων τάξεως, ὥστε μηδὲν τό γε ἐπ' αὐταῖς καινισθῆναι.

His ita a nobis dispositis, illud etiam determinare iustum putamus, ut tertiae Armeniae vir gravis praeficiatur, qui nobis iam inservierit, et imperii mole et magnitudine dignus sit. Quum igitur magnificentissimum Thomam, qui in Armeniorum regione magistratu iam functus, et alioqui vir bonus est, et ingenue nobis inserviit et inservit, invenerimus, eum ad huius magistratus administrationem promovemus, ut is interim huic provinciae secundum dictam a nobis formam praesit, et illorum curam gerat, quae ipsi per sacra commonitoria committemus sive in provincia, quam illi tradidimus, sive etiam in aliis; quod et fecimus sacris ad eum commonitoriis de multis et diversis actionibus datis, quae ipsum in aliis quoque regionibus ad effectum perducere convenit.

Κεφ. γ'.

§. 1. *Quae vero ad sacerdotia spectant, illa, sicut saepe diximus, in priore forma manere volumus, eaque res nec quod ad ius metropolitanorum, nec quod ad ordinationes mutetur vel innovetur, sed qui prius creabant, nunc etiam creandi potestatem habeant, priores etiam metropolitani in suo ordine maneant, ita ut nihil, quantum ad illa, innovetur.*

Cap. III.

manum [9]), neque nostrorum progenitorum, sed [10]) ex alia republica introductum. Et illam igitur administrationis civilis [11]) schemate decoravimus, et iudicem civilem statuentes, et civitatem ei Martyropolitanorum [12]) et Citharizon dantes castrum. Et haec autem inter ordinariarum administrationum [13]) constituta est [14]) figuram, consularis iam [15]) a nobis facta, quocirca quatuor Armeniis existentibus duas quidem esse spectabiles, proconsulis et comitis, et proconsulem quidem esse [16]) primae praesidentem Armeniae, comitem vero tertiae, secundae et quartae ordinarios esse. Et quoniam hoc nobis studii est, ut [17]) usque ad quingentos solidos [18]) appellationes non ad hanc referantur felicissimam civitatem, sed ad vicinos spectabiles iudices, et hoc disponimus, ut iudici quidem primae Armeniae, hoc est proconsuli, ex secunda Armenia appellationes deferantur, hoc est secundum Sebastiam, tertiae vero Armeniae comiti [19]), secundum Melitenem dicimus, ex quarta Armenia appellationes usque ad memoratam competant [20]) quantitatem.

Cap. II. His igitur sic a nobis ordinatis illud quoque determinare instum ad haec putamus, ut praeponamus [21]) tertiae Armeniae virum nobilem, et qui ministravit nobis iam, et dignum fastigio cinguli et figurae. Invenientes igitur Thomam magnificentissimum quidem, qui iam administrationes in Armeniorum egit provincia, et in aliis quoque virum optimum et qui integre [22]) nobis ministravit et ministrabit [23]), hunc in administrationis huius constitutionis regimine, ut interim quidem isti provinciae praesideat secundum dictam a nobis figuram, provideat antem etiam aliorum, quaecunque ei per sacra iniunxerimus commonitoria sive in provincia, quam ei tradidimus, sive et in aliis, quod et fecimus sacra ad eum facta commonitoria [24]) de multis et diversis actibus, quos eum etiam in alia provincia competit ad effectum perducere. §. 1. Quae tamen de sacerdotiis sunt, sicut saepe diximus, manere secundum prius volumus schema, in nullo neque de metropolico iure, neque de ordinationibus commutata aut innovata, sed his, qui prius ordinabant [25]), etiam nunc habentibus [26]) ordinationis potestatem, et prioribus metropolitis in suo manentibus ordine, ut nihil quantum ad has innovatum sit.

Cap. III.

---

[1]) ἐπειδήπερ ταῦτα ἡμῖν κατεσπούδασται *Hal.* — [2]) τῆς *Hal.* — [3]) κόμητι — φαμέν *om. Hal.* — [4]) πρώτης *Hal.* — [5]) ὄρκου *Hal.* — [6]) ἐπιτρέψαιμεν *Hal., Bas.* — [7]) ἅσπερ *Bas., Vet. Int.* — [8]) χειροτονηθέντων *Hal.* — [9]) *Bk.*; romane *Cod.* — [10]) *Bk.*; et *add. Cod.* — [11]) *Bk.*; civili *Cod.* — [12]) *Bk.*; maripolitanorum *Cod.* — [13]) *Bk.*; ordinariorum (*om.* administrationum) *Cod.* — [14]) est *om. Cod., Bk.* — [15]) *Bk*; consularinam *Cod.* — [16]) *Bk.*; spectabiles — esse *om. Cod.* — [17]) *Bk.*; et *Cod.* — [18]) *Bk.*; quingentorum solidorum *Cod.* — [19]) *Bk.*; comituis *Cod.* — [20]) *Bk.*; competit *Cod.* — [21]) *Bk.*; proponamus *Cod.* — [22]) *Bk.*; integer *Cod.* — [23]) *Bk.*; ministrabat *Cod.* — [24]) sive in prov. — commonitoria *om. Cod.*; *supplevit haec Bk., sed vereor, ut scripserit Vet. Int.* facta, *quare aliud eligendum videtur verbum ut* mittentes, dantes *vel simile quid.* — [25]) *Bk.*; ordinabat *Cod.* — [26]) *Bk.*; habentis *Cod.*

Κεφ. γ'.

Ἐκεῖνο μέντοι τῶν ὡμολογημένων [1]) ἐστίν, ὡς, ἐπειδήπερ τὸν τῆς τρίτης Ἀρμενίας κόμητα οὐ πολιτικὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ στρατιωτικὸν πεποιήκαμεν ἄρχοντα, ἀναγκαίως ἔχειν [2]) καὶ τοὺς στρατιώτας αὐτῷ τοὺς κατ' αὐτὴν ἱδρυμένους ὑποκεῖσθαι, ἄδειαν ἔχοντι, καθὰ τοῖς στρατιωτικοῖς ἄρχουσιν ἐφεῖται, καὶ πρὸς ὄνομα καλεῖν αὐτούς, καὶ ἐπιζητεῖν, καὶ προνοεῖν τῶν σιτήσεων αὐτῶν, καὶ ἐπεξιέναι τοῖς κατ' αὐτούς [3]), εἴπερ ἀδικοῖεν, καὶ μήτε συγχωρεῖν τοῖς στρατιώταις ἀδικεῖν τοὺς ὑπηκόους, εἰ δέ τι πράξαιεν σφοδρότερον, καὶ ἐγκληματικῶν ἀκροᾶσθαι δικῶν, κἂν εἰ στρατιῶται καθεστήκοιεν, καὶ ἅπαντα πράττειν, ὁπόσα τοῖς στρατιωτικοῖς δεδώκαμεν ἄρχουσιν. καὶ ὥσπερ τῷ τε Ἰσαυρίας κόμητι, τῷ τε τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας, καὶ πρός γε τοῖς πραίτωρσι Λυκαονίας τε καὶ Πισιδίας καὶ Θρᾴκης καὶ τὸ στρατιωτικὸν ὑπεκλίναμεν, οὕτω καὶ αὐτῷ μὴ μόνην εἶναι τὴν τῶν πολιτικῶν πραγμάτων τάξιν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν στρατιωτικῶν ἐξουσίαν τε καὶ ἀρχήν, καὶ εἶναι σεμνὸν αὐτὸν στρατιώταις τε καὶ ἰδιώταις, κελεύοντα καὶ πάντα πράττοντα, ὡς μιᾶς δὴ τῆς ἀρχῆς καθεστώσης. καὶ μίαν τίθεσθαι πρόνοιαν τοῦ μηδὲν ἔγκλημα κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἁμαρτάνεσθαι, ἀλλὰ καὶ σωφρονισμοῖς ὑποβάλλεσθαι τοὺς προσήκουσι. Ταύτης δὲ δὴ τῆς ἐξουσίας οὐκ ἀφαιρούμεθα παντελῶς αὐτὸν ἐπ' οὐδενὶ προσώπῳ τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ὄντων, εἴτε ἰδιωτικῷ, εἴτε στρατιωτικῷ, εἴτε ταμειακῷ. μίαν γὰρ καὶ συνεχῆ τὴν εἰρήνην ἐν ἅπασι τοῖς ὑπηκόοις τοῖς ἡμετέροις φυλάττεσθαι βουλόμεθα, οὐ τῇ διαφορᾷ τῶν προσώπων τὴν κατὰ τῶν νόμων εἰσάγοντες καταφρόνησιν.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν ἡ σὴ ὑπεροχὴ κατὰ τὴν τῶν τεσσάρων Ἀρμενιῶν διατύπωσιν, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν τῆς τρίτης, ἧς κατὰ πρόφασιν τὸν παρόντα θεῖον ἐποιησάμεν νόμον, νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον φυλάττεσθαι σπευσάτω, πάντων πραττομένων καὶ ἐγγραφομένων [4]) ταῖς μερικαῖς διατυπώσεσι τῶν ὁμοθρόνων τῶν σῶν, ὁπόσα δίδοσθαι καθ' ἕκαστον ἔτος προσετάξαμεν. Dat. XV. Kalend. April. Constantinop. post consul. Belisarii V. C. [536.]

Cap. III.

Illud tamen in confesso est, quum tertiae Armeniae comitem non civilem solum, sed et militarem magistratum fecerimus, necesse esse, ut milites etiam, qui in ea collocati sunt, illi subiecti sint, ipseque potestatem habeat, ut, sicuti militaribus magistratibus permissum est, nomine eos vocet, et inquirat, et annonis eorum prospiciat, et delinquentes puniat, nec militibus permittat, ut subditos laedant, sin vero gravius quid commiserint, ut etiam criminales causas audiat, licet milites sint, omniaque faciat, quaecunque militaribus magistratibus dedimus. Et quemadmodum Isauriae comiti et Pacatianae Phrygiae, et praeterea praetoribus Lycaoniae, Pisidiae atque Thraciae milites etiam subiecimus, ita ille non solum civilium rerum ordinationem, sed et militarium potestatem et imperium habeat, ipseque venerandus sit militibus et paganis, praecipiens omniaque agens, ut decet, cum unus sit magistratus; curam quoque unice gerat, ne crimen aliquod in provincia committatur, sed ut par est puniatur. Ab hac vero eius potestate nullam, quae in provincia est, personam eximimus, sive privata, sive militaris, sive tamiaca est. Unam enim et perpetuam pacem inter omnes subditos nostros servari volumus, ex personarum differentia legum contemtum non introducentes.

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt, ea excellentia tua secundum quatuor Armeniarum descriptionem, et maxime tertiae, cuius occasione hanc sacram legem tulimus, nunc et in omne futurum tempus observare studeat, atque omnia, quae singulis annis dari iussimus, conficiantur, et particularibus constitutionibus collegarum tuorum inscribantur.

ΔΙΑ-

Cap. III. Illud quoque palam est, ut, quia tertiae Armeniae comitem non civilium solum, sed etiam militarium fecimus iudicem, necessario habeat et milites in ea provincia collocatos sibi subiectos, licentiam habens, sicut militaribus iudicibus conceditur, et ad nomen vocare eos [5]), et requirere, et providere annonis eorum, et exsequi quae circa eos sunt, si laeserint, et neque permittere milites [6]) nocere subiectis; si tamen aliquid egerint vehementius, etiam [7]) criminales audire causas, etsi [8]) militares sunt, et omnia agere, quaecunque militaribus dedimus iudicibus, et sicut Isauriae comiti et Pacatianae Phrygiae, nec non et praetoribus Lycaoniae, et Pisidiae, et Thraciae et militarem manum subdimus, ita [9]) et ipsi non solum esse civilium causarum ordinem, sed etiam militarium potestatem et cingulum, et esse honoratum eum militibus et privatis, inbentem cunctaque agentem [10]), utputa uno cingulo exsistente; et unam ponere providentiam, ut nullum crimen in provincia committatur, sed et [11]) castigationibus subdere competentibus. Hac igitur potestate non privamus penitus enim in nulla persona, quae in provincia sunt, sive privata, seu militari, sive aerarii. Unam enim et continuam pacem in omnibus subiectis nostris servari volumus, non differentia personarum secundum [12]) leges introducentes contemtum.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis [13]), tua celsitudo secundum quatuor Armeniarum dispositionem, et maxime secundum tertiae, cuius occasione praesentem sacram fecimus legem, nunc et futuro omni tempore custodire festinet, omnibus agentibus et inscribentibus secundum particulares dispositiones sedibus tuis, quaecunque dari annis [14]) singulis ordinavimus. Dat. XV. Kal. April. post cons. Belisarii V. C. Cons. [536.]

---

[1]) ἀνωμολογημένων *Hal.*, *Bas.* — [2]) *Hal.*, *Bas.*; ἔχει *Scrimg.* — [3]) ἐπεξιέναι αὐτοῖς *Hal.* — [4]) καὶ ἐγγραφομένων *om. Hal.* — [5]) *Bk.*; eo *Cod.* — [6]) *Bk.*; eosque per milites mittere *Cod.* — [7]) egerint et veh. etiam *Cod.*, *Bk.*, *qui distinguit post* egerint *et post* etiam. — [8]) *Bk.*; si *Cod.* — [9]) *Bk.*; ei *Cod.* — [10]) *Bk.*; agente *Cod.* — [11]) *Bk.*; sed et *om. Cod.* — [12]) *Bk.*; p. esse *Cod.* — [13]) *Bk.*; nobis *om. Cod.* — [14]) *Bk.*; annonis *Cod.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ιβ'.[a])

Περὶ τοῦ μηδένα δανείζοντα γεωργῷ κρατεῖν τὴν ἐκείνου γῆν, καὶ πόσον ὀφείλουσι λαμβάνειν τόκον ἀπὸ τῶν γεωργῶν.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἀγερωχίῳ, τῷ λαμπροτάτῳ ἄρχοντι Αἱμιμόντου τῆς Θρᾴκης.

Προοίμιον.

Πρᾶγμα δεινὸν καὶ πάσης ἐπέκεινα καὶ ἀσεβείας καὶ πλεονεξίας γινόμενον συνείδομεν νόμῳ θεραπεῦσαι κοινῷ, οὐκ ἐπὶ τῆς παρούσης μόνον ἀνάγκης, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον πολιτεύεσθαι δυναμένῳ. ἔγνωμεν γάρ, ὥς τινες ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας, ἧς ἄρχεις, ἐτόλμησαν, ἐπιλαβόμενοι τοῦ καιροῦ τῆς ἀφορίας τοῦ σίτου, δάνεισμα πρᾶξαι πρός τινας ἐπ' ἐλαχίστῳ μέτρῳ τῶν καρπῶν, καὶ τὴν αὐτῶν λαβεῖν γῆν ἅπασαν ἀντ' αὐτοῦ, ὥστε τοὺς μὲν τῶν γεωργῶν φεύγειν, τοὺς δὲ διαφθαρῆναι λιμῷ, δεινήν τε γεγενῆσθαι [1]) φθορὰν οὐδὲν τῆς βαρβαρικῆς ἐπιδρομῆς ἐλάττονα.

Κεφ. α'.[b])

Θεσπίζομεν τοίνυν, ἅπαντας τοὺς δανείσαντας ὁσονδήποτε μέτρον τῶν οἱωνδήποτε ξηρῶν καρπῶν τοῦτο ἀπολαμβάνοντας νῦν χωρὶς τῆς οἱασοῦν προσθήκης ἀποδοῦναι τὰ γήδια τοῖς γεωργοῖς, μηδενὸς παντελῶς θαρροῦντος γῆν κατέχειν προφάσει ἰῶν εἰρημένων δανεισμάτων, εἴτε ἔγγραφα, εἴτε ἄγραφα εἴη, κομιζομένους δέ, εἰ μὲν οἱ δανεισθέντες [2]) εἶεν καρποί, ὀγδόην τοῦ μοδίου μοῖραν ἐφ' ἑκάστῳ μοδίῳ εἰς ἐνιαυτὸν ὅλον, εἰ δὲ νομίσματα τὰ [3]) δανεισθέντα εἴη, ἐφ' ἑκάστῳ νομίσματι ἐνιαύσιον κεράτιον ἓν προφάσει τόκου. τοῦ λοιποῦ δὲ τοὺς δανειστὰς ἀρκουμένους ὀγδόῃ μοδίου μοίρᾳ ἐφ' ἑκάστῳ μοδίῳ εἰς ἐνιαυτὸν ἕνα (ἢ ἐφ' ὅσον μένει τὸ δάνεισμα κατὰ τὴν ἀναλογίαν ταύτην) ἢ τῷ κερατίῳ ἀποδιδόναι [4]) πάντως, εἴτε γῆν, εἴτε ἄλλο τι λαβόντες τύχοιεν ἐνέχυρον, βόας τυχόν, ἢ πρόβατα, ἢ ἀνδράποδα, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν νόμον κοινὸν ἅπασι, φιλάνθρωπόν τε ἅμα καὶ εὐσεβῆ, καὶ τὴν τε χρεῖαν θεραπεῦοντα τοῖς δεομένοις, τοῖς τε δανεισταῖς φέροντα μετρίαν παραψυχήν.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν ἡ σὴ λαμπρότης ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. εἰδότος τοῦ δανειστοῦ, ὡς εἰ παρὰ ταῦτά τι πρᾶξαι θαρρήσειε, τῆς εἰσπράξεως ἐκπεσεῖται, καὶ ὁ λαβών, εἶτα ἀδικούμενος, ἕξει παραψυχὴν τὸ αὐτὸς [5]) μὲν ἀπηλλάχθαι πραγμάτων, τὸν δανεισιὴν δὲ ἰδεῖν ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ ζημιουμένοις. Dat. XV. Kal. Iul. Constant. post consul. Bel[illegible]rii V. C. [536.]

Novella XXXII.

NE IS, QUI MUTUUM DAT AGRICOLAE, ILLIUS TERRAM TENEAT, ET QUANTAS USURAS AB AGRICOLIS ACCIPERE DEBEANT

Imp. Iustinianus Augustus Agerochio, clarissimo Praesidi Haemimonti Thraciae.

Praefatio.

Rem gravem, et quae omnem impietatem et avaritiam superat, communi lege sanare visum est, quae non solum in praesente necessitate, sed etiam omni futuro tempore obtinere possit. Novimus enim, quosdam in provincia, cui praees, captato tempore, quo frumenti sterilitas fuit, minimum fructuum modum quibusdam mutuo dare, et pro eo omnem eorum terram accipere ausos fuisse, adeo ut rustici quidam aufugerint, quidam vero fame perierint, et gravis quaedam calamitas exorta sit barbarorum incursione nihil inferior.

Cap. I.

Sancimus igitur, ut omnes, qui quamcunque mensuram aridorum fructuum, qualescunque sint, mutuam dederunt, ubi eam receperint, accessionem minime petentes terras agricolis reddant, nec quisquam praetextu dicti mutui, sive scriptis, sive sine scriptis celebrati, terram detinere audeat, octavam vero modii partem, si fructus mutui dati fuerint, pro singulis modiis per integrum annum percipiant, sin autem pecunia credita sit, usurae nomine pro singulis solidis singulas siliquas annuas. In posterum vero creditores octava modii parte pro unoquoque modio in singulos annos (aut quamdiu mutuum manet, secundum hanc proportionem) vel siliqua contenti, omnino reddant, sive terram, sive aliud quid, velut boves aut oves, aut servos pignori acceperint. Et haec lex omnibus communis sit, humana simul et pia, quaeque tam necessitati egentium inserviat, quam creditoribus mediocre solatium afferat.

Epilogus.

Quae itaque nobis placuerunt, ea claritas tua ad effectum adducere studeat, et creditor sciat, si contra haec quid agere ausus fuerit, exactionem se amissurum esse, quique accepit et deinde iniuriam passus est, hoc solatium habiturum esse, ut ipse quidem liberetur a negotio, creditorem vero rerum suarum iacturam facere videat.

Novella XXXIII.

---

[a]) *Hal. et Scrimg. — Epitome huius Novellae est in: Coll. 87. capit. c. 21. et in: (Ioannis) Nomoc. tit. 14. (Voëlli bibl. II. p. 618.); cf. Biener l. c. p. 588. — Iulian. Const. 33. — Constitutio graece et latine edita est et gra[illegible] quidem hanc in Thraciam misit Imperator, latinam cum epistola scripta ad Praefectum Praetorio per Illyricum (Nov. 33.) in hanc misit terram, atque eam latinam constitutionis formam habemus infra, Novellam 34.; cf. Biener l. p. 19. 165. —* [b]) *Bas. XXIII. 3. 76. Schol. l. m.*

[1]) *γενέσθαι Hal.* — [2]) *τὰ δανεισθέντα Bas.* — [3]) *τὰ om. Hal.* — [4]) *ἢ καὶ κερατίῳ, [illegible] Hal.* — [5]) *τῷ αὐτὸς Hal., Hervag.; τῷ αὐτὸν Paris.*

Gl. NOVELLA XXXIII.[a]

UT NULLUS MUTUANS AGRICOLAE TENEAT EIUS TERRAM [1]).

(Coll. IV. tit. 4.)

Imp. Iustinianus Augustus Dominico, Viro illustri [2]), Praefecto Praetorio per Illyricum.

Propter avaritiam creditorum, qui angustia temporum abutentes terrulas infelicium agrestium sibi acquirunt, pro pauco frumento omnem illorum substantiam retinentes, legem posuimus, quam primo quidem in Thraciam et in totas [3]) eius provincias, in praesenti autem et in Illyricianas patrias [4]) direximus. Cuius exemplarium [5]) subdi etiam praesenti legi praecepimus, ut ne privati quidem homines [6]) putent legem contra se solummodo [7]) esse positam [8]), milites autem [9]), altiore nitentes fastigio, legem contra se non [10]) esse prolatam existiment. Ut ergo et tua magnitudo sciat, quod communis haec lex posita est, et provincialibus, et militibus, et omni cingulo nulla excusatione cuiquam [11]) competente, ideo ad tuam sublimitatem praesentem legem destinavimus, sciturus militibus, qui praesenti legi non esse obediendum existimant, quod cingulo denudati inter privatos habebuntur, poenis, quas in anteriore lege posuimus, prius nihilominus subingandi.

---

[a]) *Haec Novella, quam additamentum dixeris sequentis Nov.* 34., *latine emissa cum sit* (*cf. Nov.* 32. *not. a.*), *non est neque in Scrimg. neque in Hal. edd., hic tamen summam exhibet graecam, apud Scrimg. lacuna est. Est autem haec Nov. inter glossatas.*

[1]) *Cod. Hamb., Trid., Port.;* De his qui mutuum dant agricolis *Cont.* — [2]) *Cod Hamb., Trid.;* viro illustri *om. Port., Cont.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid.;* omnes *Port., Cont.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid., Port.;* provincias *Cont.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid., Port.;* exemplum *Cont.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid., Port.;* ut non solummodo privati homines *Cont.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid., Port.;* solummodo *om. Cont.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.;* propositam *Port., Cont.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid., Port.;* sed etiam milites *Cont.* — [10]) *Cod. Hamb., Trid., Port.;* non *om. Cont.* — [11]) cuidam *Cod. Hamb., Trid., Port.*

Gl. NOVELLA XXXIV.[a]

NULLUM CREDENTEM AGRICOLAE TENERE ILLIUS TERRAM, ET QUANTAM DEBEAT USURAM DARE [1]).

(Coll. IV. tit. 5.)

Idem Augustus Agerochio [2]), clarissimo Praesidi Aemimontis [3]) in Thracia.

Rem duram atque inhumanam, et quae ultra omnem impietatem et avaritiam fit [4]), perspeximus lege saluberrima sanare, et communem omnibus deponere medicinam non tantum in praesentis necessitatis tempore, sed etiam in omni aevo futuro. Venit enim ad nostras aures, quosdam in ea ipsa [5]) provincia, quam [6]) administras, avare temporum necessitate captata, ad quosdam foeneratitios fecisse contractus [7]), et paucam mensuram fructuum [8]) dantes, terrulas eorum abstraxisse, et ex hac causa quosdam colonorum fugae latebras petisse, alios fame esse necatos, et tristissimam pestem homines invasisse, incursione barbarica non minorem.

CAP. I. Sancimus itaque, omnes huiusmodi creditores, quantumcunque vel tritici, vel hordei, vel in alia specie [9]), quae in fructibus aridis est [10]), dederint [11]), hoc reddito, in praesenti cum parte modii octava per singulos modios in unoquoque anno praestanda terrulas colonis restituere; nemine penitus eorum audente terrulas detinere sub occasione foeneraticiae cautionis, sive in scriptis, sive sine scriptis credita sint contracta. Sin autem pecunias dedit, nihil amplius, quam siliquam unam pro singulo solido annuam praestare. Et hanc saluberrimam legem in omnes extendimus, ex [12]) praesente quidem tempore initium accipientem, in omne autem aevum modis omnibus observandam, ut, si quando fuerit vel triticum, vel hordeum foeneratum, vel alii aridi fructus, creditores tam quod dederunt accipientes, quam pro usuris octavam modii partem annuam pro singulis

---

[a]) *cf. Nov.* 32. *not. a.* — *Hal. summam habet graecam, in ed. Scrimg. lacuna est.* — *Iulian. Const.* 33. — *Est inter glossatas.* — *Contius hanc Novellam separatim ex mss. libris edidit cum commentario in Lection. subsec. II.* 2.

[1]) *Cod. Hamb.* (*sed male:* nullus *pro* nullum), *Trid., Port.;* Ne quis quod agricolae mutuam pecuniam dedit, illius terram detineat, et quem usurarum modum creditores accipere debeant ab agricolis *Cont.* — [2]) *Port., Cont.;* Agerutio *Trid., Cont. lection. subsec.* — [3]) *Port., Cont., Cont. lection. subsec., sed hic in commentario verisimile esse dixit Iustinianum vertisse* Aemimonti. — [4]) *Port.;* sit *Cod. Hamb., Cont., Cont. lection. subsec.;* sic *Trid.* — [5]) *Cont.;* in Misia secunda *Cod. Hamb., Port., Cont. lection. subsec.;* in missiana secunda *Trid.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid., Port., Cont. lection. subsec.;* tu *add. Cont.* — [7]) *Cod. Hamb., Cont. lection. subsec.;* foeneraticios fecisse contractus (*om.* ad quosdam) *Trid., Port.;* foeneratorios fecisse contractus *Cont.*; „al. ad quosdam foeneratitios venisse contractus" *Cont. in marg.* — [8]) *Cod. Hamb. et rell.;* fructuum *om. Cont.* — [9]) vel aliae speciei *Cont. lection. subsec. ibique in margine adnotat:* „*Alias* in alia specie, *alias* vel aliam speciem." — [10]) *Port., Cont.;* in fructus aridos est *Cod. Hamb., Cont. lection. subsec.;* in fructibus aridos est *Trid.* „*Forte legendum:* inter fructus aridos est" *Cont. in marg. lection. subsec.* — [11]) crediderint *Port.* — [12]) *Cod. Hamb., Trid., Port., Cont. lection. subsec.;* in *Cont.*

singulis modiis, vel siliquam pro singulo solido (et [1]) secundum hunc modum in quantum foenus permanserit) percipientes, sive terrulas, sive aliud pignus [2]) accepernnt, boves forte, vel pecora, vel mancipia, haec modis omnibus reddere, et hanc legem communem omnibus esse, humanitate et pietate gaudentem, et [3]) omnibus egenis consulentem, et creditoribus mediocre solatium afferentem [4]).

Epilogus.

Haec igitur, quae a nobis statuta sunt, claritas [5]) tua in omni provincia, quae tuo moderamine gubernatur, observare festinet. Scituris omnibus creditoribus, quod, si aliquid praeter hoc commiserint, exactione [6]) cadent, et cui foenus ablatum est, hoc habebit solatium, ut ipse quidem securus degat, avarum autem creditorem videat in suis pecuniis patientem iacturam. Dat. XV. Kal. Iul. Constant. post consul. Belisarii V. C. [536.]

---

[1]) *Cod. Hamb., Trid., Cont. lection. subsec.*; et *om. Port., Cont.* — [2]) *Cod. Hamb., Trid., Cont. lection. subsec.*; *in* pignus *Port., Cont.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid., Port., Cont. lection. subsec.*; neque non *Cont.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid., Port., Cont. lection. subsec.*; reddant et haec lex communis omnibus sit — gaudens — consulens — afferens *Cont.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid., Port., Cont. lection. subsec.*; charitas *Cont.* — [6]) *Port., Cont.*; et actione *rell.*

Novella XXXV.[a])

DE ADIUTORIBUS QUAESTORIS.

Imp. Iustinianus A. Tribuniano, Quaestori.

Inter viros devotos memoriales tam sacri nostri scrinii memoriae, quam epistolares, nec non libellenses et adintores viri excelsi pro tempore quaestoris multas dubitationes scimus esse emersas temporibus Thomae gloriosissimae recordationis, quum is quaestor iam gubernatam [1]) sacri scrinii memoriae quam epistolarum gubernabat censuram, adiutoribus quidem asserentibus, in scrinio quidem memoriae XII esse antiquitus adiutores, in aliis autem duobus scriniis, id est sacrarum epistolarum et sacrorum libellorum, in unoquoque septenos numero, sed postea sic effusam esse licentiam, ut innumerabiles paene adiutores exstarent temporibus Ioannis viri magnifici quaestoris, quum per prolixum tempus tale gessisset officium; et Proculum excelsae memoriae de confusione adiutorum imperiali culmini suggessisse, et sacram constitutionem esse promulgatam, qua cavetur, antiquo, id est XXVI, numero tantummodo quaestoris adiutores concludi, nec tamen licere alium subrogari, donec in praedictum numerum agmen adiutorum redigatur, omnibus superfluis paullatim deminutis, licentia primatibus tantummodo adiutoribus data in sua loca alios subrogandi, id est in scrinio quidem memoriae tertium primum locum obtinenti et laterculensis nomen inennti, in aliis autem duobus scriniis, id est epistolarum et libellorum, in secundum gradum venientibus et melloproximatum ingredientibus, ut hi tantummodo licentiam sibi haberent alium subrogare; posteaque eundem prudentissimae memoriae virum bene existimasse, multos inveniri, qui non possint propter varias difficultates, quae humano generi positae sunt, per se divina ministeria peragere, et iterum verbo ad imperiale fastigium suggessisse, et pragmaticam subsecutam esse sanctionem, quatenus liceret et eis alium in suum locum subrogare hominem idoneum ad tale ministerium peragendum et condignum quaestoria electione [2]), a pro tempore quaestore eandem licentiam accipientem; et haec quidem esse subsequuta temporibus Proculi [3]) magnificae memoriae. Verum opus quaestionum transivit tunc altercationibus quorundam memorialium, eandem licentiam per aliam constitutionem esse sublatam, ut nemini liceat in suum locum alium subrogare, ne quasi venalitas et sordidum mercimonium versari videretur, qui sacrae vocis nostrae ministri esse noscuntur, tribus tantummodo exceptis, quibus supradicta constitutio huiusmodi praestitit licentiam. Quum igitur in praesenti comperimus, eos, qui confectioni legum a nobis elimatarum et in ordinem per tuam excellentiam digestarum summ ministerium praebuerunt, dignos esse fungi adiutoris officio, quamvis cordi nobis est, praedictum adiutorium [4]) meum in sua stabilitate decurrere, tamen eos idoneos constitutis huiusmodi delrandari nullo modo iustum esse existimavimus. Pragmaticam itaque sanctionem, quae a Proculo quidem excelsae memoriae rite est inventa, et ad imperiale culmen relata est, et ex hoc promulgata, postea autem per quorundam contentiosam instantiam sublata [5]) renovamus, et licentiam damus omnibus XXVI adiutoribus in sua loca alios subrogare, idoneos tamen, et quos pro tempore quaestor sacrosanctis evangeliis propositis [6]) elegerit, et mandata eis in scriptis praestiterit, ut, centenis solidis tantummodo datis, habeant licentiam homines praedicto opere digni iudicati in deficientium vel alio modo desistentium loca pervenire et adiutoris officium peragere; his, qui in tribus gradibus, id est in scrinio quidem memoriae laterculensis, in aliis autem duobus melloproximi adscenderint, etsi inter XX et sex adiutores taxati non

---

[a]) *Hanc latinam Novellam primus integram edidit Pithoeus in calce Iuliani* (1576). *In ed. Scrimg. ne vestigium quidem est h. n., Hal. summam exhibet graecam eandem fere, quae est in Bas. VI.* 6. 16. (*VI.* 6. 2. *ed. Fabroti*). — *Iulian. Const.* 26.

[1]) „*margo Pithoei:* Quaestoriam gubernabat, tam“ *Cr. Non ad manus mihi est ed. Iuliani — cura Francisci Desmares* (*Paris.* 1689. *fol.*), *ex qua haec adscripsisse videtur Cr.* — [2]) „*margo Pithoei:* Quaestoria electione“ *Cr.*; quaestioni, electione *Pith.* — [3]) „*vel potius* Procli *de quo Lydus de Magistrat. III.* 20.“ *Cr.* — [4]) „*margo Pithoei:* directorum numerum“ *Cr. Legendum videtur:* Adiutorum numerum. — [5]) *Bk.*; sub latam *Pith.* — [6]) *Bk.*; praepositis *Pith.*

non fuerint, licentiam habentibus in sua loca adiutores inferre; ita tamen, ut tam laterculensis quam melloproximi licentiam habeant, quanti potuerint, tanti loca sua vendere, quum iniquum est his, quibus nihil a nobis additum est, aliquid derogare; nam et ante hanc legem permissum erat eis sunm officium in alios [1]) transferre. Itaque et venditionis ius habeant, et quanti potuerint pacisci, tanti et vendant. Aliis autem, quibus ius venditionis praestitimus, non ultra C solidorum summam hoc facere liceat. Sive autem laterculenses, sive melloproximi, sive alii, quibus ex hac lege concessum est, suum officium in alios transponere maluerint, is, qui subrogatur, talis ordinandus sit, qualem quaestoria censura elegerit, ne ex huiusmodi licentia in homines minus idoneos pro tempore gloriosissimi quaestoris administratio cadat. Sic enim dignas sua industria mercedes homines, quos iam enumeravimus, accipient, et numerus adiutorum sine ulla confusione permanebit. Sed quia volumus ante alios in deficientia quocunque modo loca eos taxari, qui in legum confectione tuae sublimitati suum ministerium praebuerunt, id est Theodosium, et Epicteum, et Quirillum, et Sabacium, et Perigun, hoc eis donamus, ut offerentes centenos solidos ante alios omnes loca adiutorum, qui sua sponte recedere maluerint, subeant, scilicet unusquisque ex V memorialibus in scrinium suum officium adiutoris impleturus. Illo etiam observando, ut, etsi quis ex XXVI adiutoribus ab hac luce subtractus fuerit, in suos heredes vel liberos, licet heredes non sint, huiusmodi beneficium transmittat, ut in locum eius adiutor subrogetur, centenis quidem solidis ab eo offerendis, pro tempore autem sublimissimo quaestore electionem eius, qui subrogatur, secundum quod superius dictum est faciente. Praerogativam autem, quam V memorialibus speciali dedimus beneficio, ita eis donamus, si ille, qui deficiat, non habuit filium iam utilem, iam idoneum ad peragendum adiutoris officium, et a pro tempore gloriosissimo quaestore aptissimum esse secundum praedictam observationem indicatum; talem enim filium sperni, et ad alium advenam pervenire satis durum atque inhumanum est. Aliis videlicet omnibus, si quae in praedictis constitutionibus continentur, in suo robore durantibus. Quae igitur nostra auxit aeternitas, sinceritas tua scriniis, quorum interest, manifestare festinet, quatenus sciant et quae a nostra maiestate disposita sunt, et quantum eis accessit ex tua suggestione nostraque liberalitate. Dat. V. Kal. Iun. Constant. Belisario V. C. Cons. [535.]

[1]) *Bk. ed. ster.*; *antea*: aliis.

Novella XXXVI.[a])

UT III, QUI IN AFRICA SUNT, INTRA QUINQUENNIUM COMPETENTES SIBI RES USQUE AD TERTIUM GRADUM DEBEANT VINDICARE.

Idem A. Salomoni Pf. P. Africae.

Omne infinitum et perperam effusum merito et incivile et incompositum esse credentes, certis finibus nostras actiones militare [1]) censemus. Nuper itaque in Africa nostra, quam divae memoriae ditioni nostris vigiliis subingavit [2]), nostram pragmaticam sanctionem promulgavimus, ut omnes, quae iam Vandalicis temporibus amiserunt, ea possint a detentatoribus iniustis tam abstrahere quam sibimet vindicare, et quinquennale spatium statuimus, intra quod liceat hoc facere. Quam sanctionem in suo quidem robore manere volumus, sed cum certo moderamine certaque definitione, ut non liceat Afris tam prolixa annositate elapsa et antiquis generibus paene deletis calumnias veteres resuscitare, et invicem sibi molestias ingerere, et in tanta pace bella gerere intestina. Per hanc itaque legem sancimus, si quis praetendat res vel ad se, vel ad patrem suum vel avunculum pertinere, et inquiat, contra leges ab aliis detineri, posse eas recuperare, scilicet antea legi cognitis probationibus praestitis, vel ab instrumentis legitimis recitandis, vel a testibus idoneis educendis et quorum gravitas iudicibus acceptabilis sit, videlicet cognationali [3]) certamine agitato; et extendi hanc nostram constitutionem tantummodo ad patres et avos, non autem ad alium gradum superiorem. Et hoc in utrumque videlicet sexum sancimus, ut qui suum vel ad patrem, vel ad matrem, vel avum, vel aviam, omnesque eius masculos sive feminas pertinuisse ostenderit, hoc ab iniustis detentatoribus abstrahat, ulteriore [4]) requisitione penitus quiescente, ne quis proavum suum, vel abavum, vel atavum, vel proviam, vel abaviam, vel ataviam inducens miscere pietati, calumniae cumulum ingerat. Hocque et in transversa linea observari praecipimus, ut usque ad tertium gradum tantummodo stet, id est ad fratres et germanos, ad patruos et amitas, et avunculos et materteras, non autem ad alios superiores agnationis seu cognationis gradus. Et si quis huiusmodi quaestionem deferre sit paratus, non alibi, sed ad iudicium sublimitatis tuae vel praesidum provinciarum et insularum, stricto iudicio celebrato, huiusmodi praebeat probationes, et non ex una parte, neque in aliis provinciis vel in hac florentissima civitate, sed tantummodo in Africa dioecesi, praesentibus adversariis suis, et tunc mereat nostri numinis nostraeque constitutionis auxilium. De fide enim generis probationes ex una parte praestari nullo concedimus modo, et si quis huiusmodi acta ostenderit quasi in hac florentissima civitate confecta vel in alio loco, ea non esse audienda censemus, licet antea hoc fuerit permissum. Inventa enim

[a]) *Hanc latinam Novellam primus integram praestitit P. Pithoeus in calce Iuliani* (1576). — *In ed. Scrimg. lacuna est. Hal. eandem habet epitomen quam invenimus in Bas. XLV.* 6. 2.; *cf. Paell. p.* 19.

[1]) *Nonne emendandum est:* limitare? — [2]) „*Videtur vitium latere, neque enim dicitur, quis subiugaverit. An igitur excidit nomen* Belisarii? *Sed nec valde placet*: divae memoriae ditio" *Cr.* — [3]) „cognitionali *Pith. in marg. ex coniectura credo.*" *Cr.* — [4]) *Pith. in marg.*; ultimiore *Pith.*

enim circa tales requisitiones summa calliditate, respuendas esse huiusmodi concinnitates sancimus, ne, dum suas res reddere [1]) cuidam cupimus, et alienas ei subiectas dolose accipere concedamus. Rerum autem requisitionem secundum antefatum modum apud sublimitatem tuam vel praesides provinciarum intra definitum tempus nostrae sanctionis fieri volumus in quinquennium, annum, qui iam transactus est ex prioris pragmaticae sanctionis editione, in quinquennium computando, ut actor reliquum habeat quadriennium ad huiusmodi inquisitionem, si [2]) temporis computatio legitimas exceptiones excedat. Huiusmodi enim quadriennii aetas [3]) praeterire nullo patimur [4]) modo, ne immortalis fiat iudiciorum completus. Quae igitur pro securitate Africae mea sanxit aeternitas, haec sublimitas tua per edicta sua in omnem Africanum tractum proponenda manifestare cunctis civibus Africanis deproperet, ut omnes quid in transactis annis observare oporteat scientes hoc observare festinent. De cetero enim si quis casus talis emerserit, successiones omnes et temporis cursus sic procedere disponimus, quemadmodum in omnibus terris nostro orbe inclusis sacratissima iura disponunt [5]), et sint et descendentium, et ab utroque latere venientium gradus omnes, et temporales cursus intacti, quemadmodum generales nostri numinis leges eos tradiderunt omnibus. Dat. Kal. Iannar. Belisario V. C. Cons. [535.]

[1]) *Bk. ed. ster.*; dum sua reddere *Pith.* — [2]) sed *Cr.*; patitur *Pith.* — [3]) *Bk.*; disponi ut *Pith.*; disposi *Bk. ed. ster.* — [3]) aetatem *Bk. ed. ster.* — [4]) *Coni.* nunt, ut *coni. Cr.*

Novella XXXVII.[a])

DE AFRICANA ECCLESIA.

Idem A. Salomoni, Pf. P. Africae.

Venerabilem ecclesiam nostrae Carthaginis Iustinianae, ceterasque omnes Africae dioeceseos sacrosanctas ecclesias imperialibus beneficiis relevare nocte dieque festinamus, ut [1]), postquam nostrae reipublicae per dei praesidium a tyrannis direptae societates sunt, nostras etiam sentiant liberalitates. Quum igitur Separatus [2]), vir [3]) sanctissimus, sacerdos eiusdem nostrae Carthaginis Iustinianae, qui venerando concilio totius Africae sanctissimarum ecclesiarum praeesse dignoscitur, una cum ceteris eiusdem provinciae reverendissimis episcopis propriis, per Theodorum virum religiosum, diaconum et responsalem eiusdem venerabilis ecclesiae Carthaginis civitatis Iustinianae destinatis, nostram deprecati sunt maiestatem, possessiones ecclesiarum totius Africani tractus, tyrannico quidem tempore ablatas eis, post victorias autem caelesti praesidio nobis contra Vandalos praestitas, per nostram piam dispositionem eis redditas, salva in quocunque loco constituta [4]) videlicet tributorum solutione, firmiter possidere secundum legis tenorem, quae iam super hac causa promulgata est, petitionibus eorum prono libentique animo duximus annuendum. Ideoque iubemus, sublimitatem tuam suis disponere praeceptionibus, ut praedictas possessiones, salva prout dictum est tributorum ratione, venerabiles ecclesiae tam [5]) nostrae Carthaginis Iustinianae, quam omnium civitatum Africanae dioeceseos firmiter possideant et sine ulla concussione, a nullo penitus abstrahendas. Si quis autem alias possessiones, sive domus, sive ecclesiarum ornamenta apud Afros, vel Arianos, vel paganos, vel alias quaslibet personas detinere probatus [6]) fuerit, ea quoque omnimodo sine aliqua dilatione et sacrosanctis ecclesiis orthodoxae fidei assignari, nulla prolixitate temporis his, qui easdem res inique detinent, uti concedendis [b]), sed earum restitutionem omni explosa machinatione facere compellendis, quia non patimur sacratissima vasa vel ornamenta venerabilium ecclesiarum aut alias possessiones apud paganos vel alias personas detineri, et lex, quae nobis antea prolata est, sic abundeque huiusmodi capitulo consultum fecit [7]). Alterius etiam nostrae constitutionis praerogativa, quam pro ecclesiasticis fecimus rebus et possessionibus, Africae quoque venerabiles ecclesias perpotiri censemus, et secundum eius tenorem licentiam eis damus res proprias et possessiones, quidquid ad eas pertinens ablatum est vel fuerit, ab antiquis detentatoribus vindicare. Curae autem erit tuae sublimitati, quatenus neque Arianis, neque Donatistis, nec Iudaeis, nec aliis, qui orthodoxam religionem minime colere noscuntur, alia detur omnino communio penitus ad ecclesiasticos ritus, sed omnimodo excludantur a sacris et templis nefandi, et nulla eis licentia concedatur penitus ordinare episcopos vel clericos, aut baptizare quascunque personas et ad suum furorem trahere, quia huiusmodi sectae non solum a nobis, sed etiam ab anterioribus legibus condemnatae sunt, et a sceleratissimis nec non inquinatis coluntur hominibus. Omnes autem haereticos secundum leges nostras, quas imposuimus, publicis actibus amoveri, et nihil penitus publicum gerere concedantur haeretici constituti, et orthodoxis imperare, quum sufficiat eis vivere, non etiam sibi aliquam auctoritatem vindicare, et ex hoc orthodoxos homines et dei omnipotentis rectissimos cultores quibusdam afficere detrimentis. Rebaptizatos [8]) autem militiam quidem habere nullo modo concedimus, poenitentiam autem eorum, si ad orthodoxam fidem mente purissima

[a]) *Novellam latine scriptam primus edidit Pithoeus in calce Iuliani* (1576). *In ed. Scrimg. lacuna est, Hal. epitomen habet graecam sicut Coll. const. eccl. III.* 2. 6. (*Voëlli bibl. II. p.* 1350 *sq.*) *et Bas. I.* 1. 49 — 52. (45—48. *ed. Fabr.*); *cf. Psell. p.* 19. *et Balsam. ad Photii Nomoc. IV.* 13. (*Voëlli bibl. II. p.* 913 *sq.*) — [b]) *Photii Nomoc. VIII.* 10. (*Voëlli bibl. II. p.* 941.)

[1]) *Bk.*; ut *om. Pith.* — [2]) „Reparatus, *Procopius de bello Vandalico* (*II.* 26.): Ἱερεὺς ὁ Ῥεπάρατος. *Pith. in marg.*“ *Cr.* — [3]) *Emend. Cr.*; *in exemplo Iuliani ex bibl. P. Pithoei* (*Basil.* 1576.), *quod in bibliotheca est Academiae Kiliensis, item in margine adscriptum est: vir et manu quidem Stephani Baluzii, cuius olim fuit hic liber atque haud scio, an eam scripturam ex Cod. regio Paris. Iuliani sumserit Baluzius, nam pauca quaedam ex eo Cod. adnotavit, quem fuisse dixit antea Aymari Ranconeti.* — [4]) *Bk.*; constitutas *Pith.* — [5]) *Bk.*; cum *Pith.* — [6]) detineri probatus *Pith.*; detineri probatum *Bk.* — [7]) *Bk. ed. ster.*; fecerit *Pith.* — [8]) „Donatistas *margo Pithoei*“ *Cr.*

καταστῆναι τὸ καταλειφθὲν μετὰ τὴν παρακατάσχεσιν τοῦ νομίμου μέρους κελεύσει. καὶ εἰσήγοντο καὶ fideicommissi persecutiones, καὶ ἐξ ἀπορίας αἱ in rem missiones [1]), καὶ οἱ πολλοὶ τε ἐκεῖνοι καὶ ποικίλοι καὶ ἀνέκλυτοι σχεδὸν τῆς ῥηθείσης in rem missionis κύκλοι. Καὶ ὡς ἡμεῖς πρώην ταῦτα ἰώμενοι νόμων ἐγράψαμεν, καθάπαξ κωλυούσης τὰ ἀποκαισαρισάσει βεβαρημένα πράγματα μὴ [2]) ἐκποιεῖσθαι ἢ ὑποτίθεσθαι, ἀλλὰ μετὰ τῆς οἰκείας ὀδεύειν τύχης, καὶ πᾶν, ὅπερ [3]) ἂν γένοιτο, μὴ μένειν ταχυρρῶς, ἀλλ' ἐπανιέναι πρὸς τὸν ᾧ δοθῆναι προσετάχθη. καὶ ὃ γε νόμος ἤδη που καὶ χρόνιος ἦτο, καὶ ἐν τοῖς δικασηρίοις εὐδοκιμῶν διετέλεσεν, ἀλλ' ἐμελλεν, ὅπερ εἰπόντες ἐφθημεν, ὁ χρεὼν ἅπαντα πεφυκὼς χρόνος ἐπιδεικνύναι δεῖν τινὸς ἐξαιρέσεως ἀναγκαίας, τῷ νόμῳ. Προσῆλθον γὰρ ἡμῖν ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες ἐκ τούτων ἀδικούμενοι. τελευτήσαντος γὰρ ἀνδρὸς ἐπί τινος κινηθείσης ὑποθέσεως, ἡ μὲν γαμετὴ τήν τε φερνὴν εἰσέπραττε, τῆς τε δωρεᾶς τῆς πρὸ τῶν γάμων ἤτοι διὰ τὸν γάμον γενομένης τὸ μέρος, ὅπερ ὁ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῇ θάνατος ἐδίδου. ὁ δὲ τοῦ τελευτήσαντος ἀδελφὸς ἑτέρωθεν ἀντείχετο τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς προυτείνετο βουλήν, καὶ ἀγείλκε τῆς γυναικὸς τὰ πράγματα, φάσκων τὸν μὲν ἀδελφὸν τὸν αὐτοῦ ταῦτα δαπανῆσαι, ἑαυτὸν δὲ παρὰ τῇ γυναικὶ βλέπειν τὰ πατρῷα πράγματα, ἅπερ ὁ παὶὴρ ἐξ ἀπαιδίας ἀποκαταστῆναι προσέταξεν αὐτῷ, καὶ ἀντιλήψεσθαι μέχρι παντὸς αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐνδώσειν, ἕως ἂν τὸ ἱκανὸν τῷ ἡμετέρῳ νόμῳ διὰ πάντων γένοιτο. ἀλλ' ὠδύρετο δικαίως ἡ γυνή, καὶ ἔφασκεν οὐ δίκαιον εἶναι, καθάπερ ἐπ' ἐξαπάτῃ κύριον μὲν τὸν ἄνδρα γινέσθαι τῆς προικὸς ἁπάσης, καὶ εἴγε προτελευτᾷν τὴν γυναῖκα συνέβαινε, τὸ κέρδος ἔχειν κατὰ τὸ σύμφωνον, ἐπειδὴ δὲ ὁ ἀνὴρ ἐτελεύτησεν, αὐτὴν ἀγνοοῦσαν τὴν ἀποκατάστασιν ἀπολέσθαι κινδυνεύειν. Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν δέδοται τῷ πράγματι τύπος, ὃν ἔχειν καλῶς ἐνομίσαμεν. Αὖθις δὲ ἕτερος ἱκέτης ἀνεφαίνετο, λέγων τὸν τῆς γυναικὸς πατέρα τὴν οὐσίαν ἀποκατασῆσαι τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ παισίν, ἐλαχίστην δὲ μοῖραν μόνην παῤ αὐτῇ κελεύσαι μένειν, καὶ μέγαν αὐτὸν περιῖστασθαι κίνδυνον, εἴγε ἡ μὲν αὐτοῦ περιουσία κινδυνεύοι περί τε τὴν τῆς προικὸς ἀποκατάστασιν, περί τε τὸ ὁλόκληρον τὸ ἐκ τῶν γαμικῶν συμβολαίων ἐπὶ τῇ πρὸ γάμου δωρεᾷ σύμφωνον, αὐτῷ δὲ οὐδενὸς ἐξείη τυχεῖν τούτων διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀποκαταστάσεως τῶν πραγμάτων ἀφαίρεσιν. Ταῦτα ἡμᾶς εἰκότως ἐκίνησε, καὶ ἄμεινον ᾠήθημεν τὸν ἡμέτερον ἐπανορθῶσαι νόμον, ἢ τοὺς

missiones, et multi atque varii ac paene indissolubiles in rem missionis circuli. Atque hoc quoque scimus nos his vebus medentes nuper legem scripsisse, in totum prohibentes, ne res, quae restitutione gravatae sunt, alienentur aut pignori obligentur, sed ut secundum suam conditionem transeant, neve firmum maneat, quidquid gestum fuerit, sed ad eum redeat, cui ut detur praeceptum est. Atque haec quidem lex iam diu lata et in iudiciis approbata fuit, sed, quemadmodum iam diximus, fieri non potuit, quin tempus, quod omnia ferre solet, necessaria quadam exceptione legem egere ostenderet. Adierunt enim nos tam viri quam feminae ea re laesi. Nam in specie quadam, de qua quaestio erat, uxor mortuo viro et dotem et donationis ante nuptias seu propter nuptias partem, quam mariti mors ei dabat, exigebat; ab altera vero parte frater defuncti res vindicabat, patrisque voluntatem ostendens res mulieris auferebat, inquiens, fratrem quidem suum eas erogasse, se vero apud mulierem res paternas videre, quas pater liberis non existentibus sibi restitui praecepisset, seque eas perpetuo vindicaturum, nec cessaturum, donec legi nostrae per omnia satisfactum sit. Verum merito lamentabatur mulier, et negabat iustum esse, ut maritus quasi per fraudem totius dotis fiat dominus, et praemoriente muliere lucrum ex pacto habeat, marito autem mortuo ipsa, restitutionem ignorans, periculum amissionis sustineat. Sed huic quidem rei data est forma, quam recte se habere putavimus. Rursus autem alius nobis supplicavit, inquiens, patrem uxoris reliquis liberis suis substantiam restituisse, et iussisse, ut minima solum pars apud eam maneret, sibique magnum imminere periculum, siquidem substantia sua tum quod ad restitutionem dotis, tum quod ad totum pactum in dotalibus instrumentis de donatione ante nuptias factum periclitetur, ipsi vero nihil eorum propter bonorum ex restitutione ademtionem consequi liceat. Haec nos merito moverunt, et melius esse existimavimus legem nostram corrigere, quam subditos nostros periclitantes negligere, maxime in nuptiis, quibus nihil hominibus utilius est, ut quae solae homines producere possunt.

Cap. I.

defunctus praecepisset res, quae remanerent [4]) post mortem eius, qui gravabatur restitutione, oportere restitui, an absolute restitui quod relictum erat post detentionem legitimae partis inberet? Et introducebantur etiam fideicommissi persecutiones, et ex inopia in rem missiones, et plurimi illi [5]) et varii et insolubiles paene praedictae in rem missionis circuli. Sed tanquam nos dudum hoc sanantes legem scripsimus, modis omnibus prohibentes restitutione gravatas res aut alienari aut obligari, sed cum propria ambulare fortuna, et apud quemcunque fuerint, non manere firme, sed reverti ad illum, cui dari iussae fuerunt. Et facta lex iam quodammodo longaeva est, et in iudicio approbata frequentatur, sed futurum erat, quod praediximus, ut (quod ferre omnia consuevit) tempus ostenderet indigere quadam exceptione necessaria legem. Adierunt enim nos viri et mulieres ex his laesi. Moriente namque viro uxor quidem et dotem exigebat, et donationis ante nuptias factae partem seu propter nuptias, quam viri mors ei dabat, defuncti vero frater aliunde vindicabat res, et patris proferebat voluntatem, et trahebat mulieris res, dicens, fratrem quidem suum eas expendisse, se vero apud mulierem videre paternas res, quas pater non exsistentibus filiis restitui praeceperat ei, et recipere ex omnibus eas instabat, neque cessabat, donec satisfactio legi nostrae per omnia proveniret. Sed ingemiscebat iuste mulier, et dicebat, iniustum esse quasi per deceptionem dominum quidem virum fieri dotis totius, et si praemori mulierem contigisset, lucrum habere secundum pactum, quia vero vir mortuus esset [6]) se ignorante restitutionem, amissionis periculum sustinere. Sed huic quidem data est negotio forma, quam bene se habere putavimus. Rursus autem alter supplex apparuit, dicens, uxoris patrem substantiam eius substituisse aliis suis filiis, parvamque partem solam apud eam iussisse manere, et magnum sibimet imminere periculum, si suae quidem substantiae periculum pateretur et circa dotis restitutionem, et circa totum ex dotalibus instrumentis super antenuptiali donatione pactum, sibi vero nihil liceret promereri horum propter sublationem et restitutionem. Haec nos merito commoverunt, et [7]) melius arbitrati sumus

[1]) καὶ ἐξ — missiones *om. Hal.* — [2]) μὴ *om. edd.* — [6]) *Bk. ed. ster.*; est *Cod. Hamb., edd.* — *Hal.* — [3]) παρ' ὅπερ *habuisse videtur Vet. Int.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid., Part.*; et in *Cont.*
[4]) *Cod. Hamb.*; manarent *edd.* — [5]) *Cod. Hamb.*; alii

τοὺς ἐπηκόους περιορᾶν κινδυνεύοντας, καὶ μάλιστα ἐν γάμοις, ὧν οὐδέν ἐστιν ἀνθρώποις χρησιμώτερον, οἷα καὶ μόνον ποιεῖν ἀνθρώπους δυναμένων.

Κεφ. α'.

Διά τοι τοῦτο τὸν παρόντα τίθεμεν νόμον, τὰ μὲν ἄλλα πάντα τῆς πρώην παρ' ἡμῶν τεθειμένης διατάξεως κύρια μένειν βουλόμενοι, τοῦτι δὲ καινίζοντες μόνον, ἵνα εἴ τις τὸ λοιπὸν ἀποκατάστασιν ποιοῖτο τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων, πρῶτον μὲν φυλάττοι τῷ παιδὶ τὸ νόμιμον μέρος, οὗ τὸ τέταρτον (τοῦτο γὰρ ἐπηνωρθώσαμεν, πενίαν αὐτοῦ πολλὴν κατεγνωκότες), ἀλλὰ τὸ τρίτον πάντως ἢ τὸ ἡμισυ κατὰ τὸν τῶν παίδων ἀριθμόν. ἔπειτα καὶ εἰς [1]) τὸ λειπόμενον τῆς οὐσίας μέρος, ἐν ᾧ μὴ ἀρκοίη τὸ νόμιμον μέρος πρὸς προικὸς ἢ προγαμιαίας δωρεᾶς ἐπίδοσιν, εὐσχημόνως καὶ πρὸς τὴν τῶν προσώπων ποιότητα συμμετρουμένης, ἐξηρῆσθαι καὶ αὐτὸ τῆς ἀποκαταστάσεως, καθ' ὅσον προστιθέμενον τῷ νομίμῳ μέρει τὴν προῖκα ἢ τὴν πρὸ γάμου ποιεῖ δωρεάν. θεσπίζομεν γὰρ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐξηρῆσθαι παντοίως τῆς ἀποκαταστάσεως τὰ γαμικὰ συμβόλαια καὶ τὰς ἐπὶ τούτοις ἐκποιήσεις ἢ ὑποθήκας, κἂν εἰ βεβαρημένον εἴη τὸ πρόσωπον ἢ τὸ τοῦ ἀνδρὸς ἢ τὸ τῆς γυναικὸς ἀποκατασιάσει τοιαύτῃ, ἐξέστω καὶ οὕτως τὴν καλουμένην προγαμιαίαν ἢ διὰ γάμον δωρεὰν ἐπιδιδόναι, μηδὲν τό γε ἐπὶ τοῖς πράγμασιν ἐκείνης τῆς ἀποκαταστάσεως δρώσης, εἴτε γυνὴ τῇ ἀποκαιασιάσει βαρύνοιτο, μὴ ἐμποδὼν γίνεσθαι πρὸς τὴν τῆς προικὸς ἐπίδοσιν. τὰ γὰρ κοινῇ πᾶσι συμφέροντα τῶν ἰδίᾳ τισὶ λυσιτελούντων προτίθεμεν. Καὶ ἔστω τοῦτο ταῖς γαμικαῖς ἐπιδόσεσι καὶ ταῖς ἐντεῦθεν ἀπαιτήσεσι προνόμιον. εἰ γὰρ καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν ἐκ τῶν γενικῶν ὑποθηκῶν πολλὰ κατὰ πρόληψιν ἐξεῖλον, καίτοιγε οὐχ οὕτως ἡμῖν ἀναγκαῖα καθεστῶτα, πῶς οὐχ ἡμεῖς ἐκ μείζονός τε καὶ καλλίονος γνώμης τὴν τῶν γαμικῶν κερδῶν ἐξαίρεσιν ποιησόμεθα; §. 1. Ταυτα δὲ πάντα τῷ μέλλοντι χαριζόμεθα χρόνῳ καὶ ταῖς ὕστερον ἐσομέναις ἀποκαταστασεσιν ἢ τόνδε γενέσθαι τὸν νομον. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο [2]) γενέσθαι συγχωροῦμεν τὸ βάρος, ἵνα εἴ τις γυνὴ ὀλίγην ἔχουσα προῖκα, εἶτα τὸν νόμον μαθοῦσα τὸν ἡμέτερον, ἢ εἴ τις ἀνὴρ μετρίαν ποιησάμενος προγαμιαίαν δωρεὰν πρὸς περιγραφὴν τοῦ νόμου βουληθείη αὔξησιν ἢ τῆς προικὸς ἢ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ποιήσασθαι, τὸ ἔλκειν πρὸς ἐπιβουλὴν τῶν ἀποκαταστάσεων. καὶ ταύτην γὰρ ἀναιροῦμεν τὴν περιγραφὴν, οὐδὲν ὄφελος ἔχειν διδόντες

Cap. I.

Quamobrem legem hanc ferimus, reliqua omnia, quae in priore constitutione a nobis lata habentur, rata manere volentes, hoc vero solum innovantes, ut, si quis in posterum bona sua restitui iubeat, primum filio legitimam partem, non quartam (hoc enim correximus, reprehendentes nimiam eius tenuitatem), sed tertiam omnino servet vel dimidiam ad numerum liberorum, deinde etiam quod attinet ad reliquam partem substantiae, si legitima pars ad dotem vel donationem propter nuptias dandam, quae decenter ac pro qualitate personarum metienda est, non sufficiat, ea quoque a restitutione eximatur, in quantum legitimae parti additum dotem aut donationem propter nuptias efficit. Sancimus enim, ut hoc modo instrumenta dotalia et quae eo nomine factae sunt alienationes atque hypothecae a restitutione prorsus eximantur. Et sive viri sive mulieris persona eiusmodi restitutione gravata sit, etiam sic donationem ante vel propter nuptias, quae vocatur, offerre liceat, restitutione illa, quantum ad has res, nihil valente, sive mulier restitutione gravetur, dationi dotis impedimento non sit. Quae enim in commune omnibus utilia sunt, praeponimus iis, quae privatim quibusdam conducunt. Atque hoc nuptialium donationum et earum exactionum privilegium esto Etenim si maiores nostri a generalibus hypothecis multa per praesumtionem exemerunt, licet nobis non adeo necessaria, quidni nos ob maiorem et meliorem rationem lucra nuptialia eximemus?

§. 1. *Haec vero omnia futuro tempori et restitutionibus, quae post hanc legem latam fient, largimur. Neque enim hanc laesionem fieri permittimus, ut, si quae mulier exiguam dotem habens, deinde legem nostram cognoscens, vel si vir aliquis, qui mediocrem donationem ante nuptias fecit, in fraudem legis dotem sive donationem propter nuptias augere velit, insidiae restitutionibus struantur. Nam et hanc fraudem tollimus, nullam utilitatem iis, qui augmenta faciunt, concedentes, quantum ad laesionem restitutionum legem nostram futuro tempori sanctam conservantes. Sit igitur hoc unum caput praesentis legis.* Cap. II.

sumus nostram corrigere legem, quam subiectos despicere periculum sustinentes, maxime in nuptiis, quarum nihil est hominibus utilius, tanquam solis facere homines valentibus.

Cap. I. Quam ob rem praesentem ponimus legem, omnia quidem alia prioris a nobis positae constitutionis rata manere volentes, hoc vero innovantes solummodo, ut, si quis de caetero restitutionem fecerit suarum rerum, primum quidem servet filio legitimam partem, non quartam (hoc enim emendavimus, inopiam eius plurimam reprehendentes), sed tertiam modis omnibus aut mediam secundum filiorum numerum, deinde ex reliqua substantiae parte, si non sufficerit [3]) legitima pars ad dotis aut antenuptialis donationis oblationem, honeste et secundum personarum qualitatem et merita excipere etiam hoc a restitutione [4]), secundum quod adiectum legitimae parti dotem aut antenuptialem facit donationem. Sancimus enim, secundum hunc modum excipi modis omnibus ad restitutionem nuptialia documenta, et super his factas alienationes aut hypothecas, et vel si gravata sit persona aut viri aut mulieris restitutione tali, liceat etiam ei [5]) nuncupatam antenuptialem seu propter nuptias donationem offerre, nihil quantum in illis rebus restitutione valente, et si mulier restitutione gravetur, non impedimentum ad dotis oblationem fieri. Ea enim, quae communiter omnibus prosunt, iis quae specialiter quibusdam utilia sunt, praeponimus; sitque hoc nuptialibus donationibus et harum exactionibus privilegium. Si enim et ante nos ex generalibus hypothecis plurima per praesumtionem exceperunt, quum utique non ita nobis necessaria consistant, quomodo non nos ex maiore et meliore sententia nuptialium lucrorum exceptionem faciemus? §. 1. Haec igitur omnia futuro conferimus tempori, et postea faciendis restitutionibus secundum hanc legem [6]). Non enim illam [7]) concedimus fieri laesionem, ut, si qua mulier parvam habens dotem, deinde legem cognoscens nostram, aut si quis vir mediocrem fecerit antenuptialem donationem, ad circumventionem legis velit augmentum aut dotis aut antenuptialis donationis facere, et hoc trahere

---

[1]) *Scrimg., Bas.*; εἰς *om. Hal.* — [2]) *ἐκεῖνφ Bas.* — [3]) sufficeret *Cod. Hamb., Trid.* — [4]) *Bk. ed. ster.*; ad restitutionem *Cod. Hamb., edd.* — [5]) *Cod. Hamb.*; si etiam *Port., Cont* — [6]) *Cod. Hamb.*; etiam postea fac. rest. secundum hanc leg. *Trid., Port.*; et faciendis restitutionibus post hanc legem *Cont.* — [7]) ullam *Cod. Hamb., Trid.*; illarum *Port.*

διδόντες τοῖς ποιουμένοις τὰς ἐπαυξήσεις ὅσον πρὸς τὴν ἐπὶ ταῖς ἀποκατασιάσεσι βλάβην, καθαρὸν τῷ μέλλοντι χρόνῳ τὸν ἡμέτερον τηροῦντες νόμον. Ἓν μὲν οὖν τοῦτο κεφάλαιον ἔσται τῷ παρόντι νόμῳ,

Κεφ. β'.[a])

Δεύτερον δὲ ἐκεῖνο τὸ περὶ τῶν γυναικῶν τῶν μετὰ τοὺς προτέρους γάμους πρὸς δεύτερον ἐπαχθεισῶν συνοικέσιον, καὶ πρὶν τὸν ἐνιαυτὸν ἐξήκειν, ὃν δὴ πένθιμον οἱ νόμοι καλοῦσιν. ἃς ἐτιμωροῦντο διατάξεις τρεῖς τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων, καὶ ἡμεῖς ἔναγχος τὸν περὶ τούτου [1]) γράψαντες νόμον μετά τινων ἐπανορθώσεων καὶ τὰ περὶ αὐτῶν νομοθετηθέντα ἐν βραχείᾳ τινὶ μοίρᾳ τῆς ἡμῶν αὐτῶν νομοθεσίας προσηκάμεθα. ἀλλ' ἀναιδέστατόν τι νῦν ἀπήνησεν, ὅπερ ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις συμβῆναι χρόνοις οὐκ ἠβουλόμεθα, ὥστε ἡμῖν εἰκότως ἔδοξεν ἐπανορθώσεως ἄξιον καθεστάναι. γυνὴ γὰρ εἰς ἀνδρὸς ἐλθοῦσα, τοῦτον ἀπέβαλεν, ὡς ἔοικε, καὶ ἔτι περιόντος αὐτοῦ τὸ μὴ σωφρονεῖν ἐννοοῦσα. οὕπω γὰρ ἐξήκοντος τοῦ ἔτους κατὰ τὸν ἑνδέκατον μῆνα περαιούμενον ἔτεκεν, ὥστε οὐκ εἶναι δυνατὸν εἰπεῖν, ὡς ἐκ τοῦ τελευτήσαντος γένοιτο τὸ βρέφος. οὐ γὰρ ἂν εἰς τοσοῦτον ἡ κύησις ἐξετάθη χρόνον. καὶ ἐπειδὴ καὶ τοῦτο ἓν ἐστι τῶν ἐπιτιμίων τῶν τοὺς ἀώρους γάμους πραττόντων, τὸ τὴν γαμετὴν ἐκπίπτειν εὐθὺς τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς τῆς παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐπιδεδομένης, ὥστε καὶ αὐτίκα ταύτην ἀπολλύναι, καὶ μηδὲ τὴν χρῆσιν ἔχειν, εἰκότως οἱ παῖδες οἱ τῷ θαυμασιῷ τῆς μητρὸς τοκετῷ περιυβρισμένοι τὴν γοῦν προγαμιαίαν τοῦ πατρὸς ἠξίουν λαβεῖν δωρεάν, καὶ μὴ κερδαίνειν ὀφείλειν τὴν γυναῖκα παρὰ τοῦ ἀνδρός, ὃν οὗτω θᾶττον ἠτίμασεν. ἡ δὲ (ἀλλὰ πῶς εἴπωμεν [2]) τὰ παρ' αὐτῆς ἐρυθριῶμεν) οὐκ ἀξίαν ἔλεγεν ἑαυτὴν εἶναι τῆς ἐκπιώσεως, διότι τὸν νόμον ἠπίσιατο περὶ νομίμων διαλεγόμενον γάμων, ἑαυτῇ δὲ γάμον οὐ γενέσθαι πρὰ τὸν πρότερον, ἀλλὰ τὸν τοκετὸν τοῦτον εἶναι φυσικῆς ἐπιθυμίας πάρεργον. Ἀλλ' ὅτι μὲν αὐτὴ καὶ μυρίοις ἑτέροις ὑπόκειται σωφρονισμοῖς ἐξαμαρτοῦσα στυπρὸν, τῶν ἀνωμολογημένων ἐστί, καὶ τῶν γε ποινῶν ἐκείνων αὐτὴν οὐκ ἀφίεμεν, τέως δὲ (φειδόμεθα γὰρ τῶν τοῦ τελευτήσαντος παίδων) ἐπάγομεν ἔκπτωσιν αὐτῇ τῆς πρὸ τῶν γάμων δωρεᾶς καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος, ἣν ἐπὶ τῶν νομίμοις προσιουσῶν εἴσω τοῦ πενθίμου χρόνου γάμοις ἔταξεν ὁ νόμος.

Cap. II.

Alterum vero est de mulieribus, quae post primas nuptias ad secundum matrimonium venerunt, antequam annus, quem leges annum luctus vocarunt, exierit; quas puniebant tres constitutiones Imperatorum, qui ante nos regnarunt, et nos quoque legem hac de re cum quibusdam correctionibus nuper scribentes, quae de illis sancita erant in exigua quadam legis nostrae parte tetigimus. Sed impudentissimum quiddam nunc contigit, quod nostris temporibus non accidisse mallemus, ut merito dignum correctione nobis visum fuerit. Mulier enim, quum viro nupsisset, eum amisit, atque etiam superstite eo, ut videtur, libidinose vixit. Nam anno nondum peracto sub finem undecimi mensis peperit, ut dici non possit, infantem ex defuncto esse; neque enim graviditas in tantum tempus protenditur. Et quoniam haec quoque una est ex poenis intempestivas nuptias contrahentium, ut uxor donatione ante nuptias a viro data statim excidat, illamque statim perdat, et neque usumfructum eius habeat, merito liberi, qui mirabili matris partu iniuria affecti erant, aequum putabant, ut donationem patris propter nuptias acciperent, nec mulier a marito, quem tam cito iniuria affecit, quidquam lucri perciperet. At illa (erubescimus autem verba eius proferre) se amissione dignam non esse dicebat, quod non servaverit legem de legitimis nuptiis, se enim praeter primas nullas contraxisse nuptias, sed partum illum esse naturalis concupiscentiae accessionem. Verum illam mille alias quoque castigationes mereri, quum stuprum commiserit, in confesso est, neque nos illas poenas ei remittimus; interim tamen (parcimus enim liberis defuncti) amissionem donationis ante nuptias etiam in hoc casu illi imponimus, quam lex in eas statuit, quae intra tempus luctus ad legitimas nuptias veniunt. Nam si lex illas non reliquit impunitas, etsi legitimas nuptias contraxerint, quoniam fortasse suspicata est mulier, malam quandam suspicionem adversus secundum maritum adesse, quare cito ad nuptias festinavit, quomodo hic, ubi non in solam suspicionem res venit, sed accurata atque indubitata probatione omnium impiissimus ille partus

here ad insidias restitutionum; et [3]) hanc enim perimimus circumventionem, nullam utilitatem habere concedentes facientibus augmentum, quantum ad restitutionis laesionem, puram futuro tempori nostram servantes legem. Unum quidem [4]) hoc capitulum est praesentis legis;

Cap. II. Secundum vero illud de mulieribus, quae post priores nuptias ad secundum venerunt matrimonium, antequam annus expleretur, quem lugubrem leges appellant, quas puniebant constitutiones tres ante nos imperantium, et nos nuper [5]), de his scribentes legem cum quibusdam correctionibus, etiam super his sancita in brevi quadam parte nostrae legislationis tetigimus. Sed impudentissimum quoddam nunc accessit, quod in nostris provenire temporibus nolebamus, quamobrem nobis recte placuit emendatione dignum existere [6]). Mulier enim ad virum veniens hunc extulit, ut apparet, etiam superstite eo non caste vivere cogitans; nondum enim completo anno, undecimo mense perfecto, peperit, ut non esset possibile dicere, quia de defuncto fuisset partus; neque enim in tantum tempus conceptionis extensum est. Et quoniam etiam haec una est poenarum earum, quae acerbas nuptias faciunt, ut uxor mox cadat antenuptiali donatione a viro data, et repente eam amittat, et neque usum habeat, recte filii, sic mirabili matris partu iniuriati, antenuptialem patris poscebant accipere donationem, et non lucrari valere mulierem per virum, quem sic velociter dehonestavit. At illa (sed [7]) quomodo dicamus verba illius, erubescimus) non dignam se dicebat esse, ut caderet, quia legem nosset [8]) de legitimis loquentem nuptiis, sibi vero nuptias non fuisse [9]), nisi primas, porro partum hunc esse opus naturalis concupiscentiae. Sed quia haec etiam decies millies aliis subiacet [10]) castigationibus committendo stuprum indubitatum est, et poenis illis eam non privabimus, interim tamen (parcimus enim defuncti filiis) inferimus

---

[a]) (*Eustath.*) *ρορ. XXIII.* 1.

[1]) τούτων *Hal., Vet. Int.* — [2]) εἴποιμεν *Hal., Bas.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.* — [4]) *Bk.*; siquidem *Cod. Hamb., edd.* — [5]) *Cod. Hamb., Cont.*; insuper *Trid., Port.* — [6]) *Bk. ed. ster.*; existimare *Cod. Hamb., edd.* — [7]) dehon. illa. Sed *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; noscere *Port.*; nosceret *Cont.* — [9]) *Cod. Hamb.*; non fuisse nuptias *edd.* — [10]) *Cod. Hamb.*; subiaceret *Trid., Port.*; subiacere *Cont.*

νόμος. εἰ γὰρ ἐκείνας ὁ νόμος ἀτιμωρήτους οὐ καταλέλοιπε, καίτοιγε νόμιμον γάμον πραξάσας, διότι τυχὸν ὑπώπτευσε μή τις προϋπῆν ὑποψία πονηρὰ πρὸς τὸν δεύτερον γήμαντα, διόπερ καὶ θᾶττον εἰς τὸν γάμον ἔσπευσε, πῶς οὐκ [1]) ἐνταῦθα, ὅπου τὸ πρᾶγμα μὴ καθ' ὑπόψιαν ἐστὶ μόνην, ἀλλ' αὐτόθεν ἔλεγχος ἀκριβὴς καὶ ἀπαραλόγιστος ἐδόθη τῷ πλημμελήματι, ὁ πάντων οὗτος ἀσεβέστατος τοκετός, ἀνεύθυνον [2]) αὐτὴν καταλείψομεν; §. 1. Ὥστε ὑποπτεύομεν, εἴ τι τοιοῦτο συμβαίη, καὶ πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου τέκοι γυνὴ πρὸς τῷ πέρατι τοῦ ἔτους, ὥστε ἀναμφισβήτητον εἶναι τὸ μὴ τὴν γονὴν ἐκ τοῦ προτέρου καθεσιάναι συνοικεσίου, παντοίως αὐτὴν στερεῖσθαι τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς καὶ κατὰ δεσποτείαν καὶ κατὰ χρῆσιν, ὑποκειμένην καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐπιτιμίοις, ὡς ἂν εἰ δευτέροις ἔτυχε πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου νομίμοις ὁμιλήσασα γάμοις. μὴ γὰρ ποτε πλεῖον ἐχέτω σωφροσύνης ἀσέλγεια, ἀλλ' ὑποκείσθω μὲν καὶ αὐτὴ ταῖς αὐταῖς ποιναῖς, κινδυνευέτω δὲ καὶ περὶ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀπὸ τοῦ στρατηγήσαντος [3]), ὅπως ἂν μηδὲ γάμων ἀώρων ἐπιθυμήσῃ, μηδὲ τοὺς νομίμους γάμους μείζονι κακῷ σοφίζοιτο.

tus delictum ultro probat, sine poena eam relinquemus?

§. 1. *Quare sancimus, si quid tale contigerit, et mulier intra tempus luctus sub finem anni pariat, ut indubitatum sit, sobolem non ex priore esse matrimonio, ut ipsa donatione ante nuptias et quod ad dominium, et quod ad usumfructum plane privetur, reliquisque poenis omnibus subiiciatur, perinde ac si legitimas secundas nuptias intra tempus luctus contraxisset. Nunquam enim luxuria plus habeat, quam castitas, sed et illi eaedem poenae immineant, periculum quoque accusationis propter crimen stupri sustineat, ut neque intempestivas nuptias concupiscat, neque legitimas nuptias maiore malo circumveniat.*

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασταντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ γινώσκουσα κατὰ τὸ σύνηθες διὰ προγραμμάτων οἰκείων φανερὰ πᾶσι κατασκηπάτω. Νόμος ἐγράφη Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ παιρικίῳ [4]). Dat. XV. Kal. Maii, Constantinop. post consul. Belisarii V. C. [536.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt, excellentia tua cognoscens more solito per propria programmata omnibus manifesta faciat. Lex scripta est Ioanni, gloriosissimo praefecto sacro per Orientem praetorio iterum, exconsuli et patricio.

ΔΙΑ- No-

inferimus ei [5]) antenuptialis donationis amissionem et in hoc casu, quam constituit lex super eis, quae ad legitimas accedunt nuptias intra lugubre tempus. Si enim illas lex inultas non reliquit, licet legitimas nuptias celebrantes, eo quod forte suscipio fuerit, ne qua praecesserit suspicionis malignae causa ad secundum maritum, eo quod velociter ad nuptias festinavit, quomodo non hic, ubi causa non per suspicionem est solam, sed hoc ipso increpatio manifesta et indubitata praebita est delicto, omnium impiissimus iste partus, noxiam [6]) eam relinquemus? §. 1. Unde sancimus, si quid tale contigerit, et ante luctus tempus pepererit mulier circa terminum anni, ut indubitatum sit, sobolem non ex priore consistere matrimonio, modis omnibus eam privari antenuptiali donatione et secundum proprietatem, et secundum usum, subdendam quoque aliis omnibus poenis, ac si secundas eam contigisset ante luctus tempus legitimas celebrasse nuptias. Non enim aliquid amplius habebit castitate luxuria, sed subiiciatur quidem et ipsa poenis, periculumque sustineat etiam circa spem scripturae propter stuprum, ut neque nuptias acerbas [7]) desideret, neque legitimas nuptias maiore malo circumveniat.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo cognoscens solenniter per programmata propria manifesta faciat universis. (Lex scripta est Ioanni, gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio [8]).) Dat. XV. Kal. Mai. Constantinop. post cons. Belisarii V. C. [536.]

Const. XLII.

---

[1]) *Haud scio an emendandum sit:* πῶς οὖν. — [2]) *Scrimg., Hal., Bas.;* ὑπεύθυνον *Hal. in notis recogn. op., Vet. Int. (cfr. infr. not. 6.).* — [3]) ἀπὸ τῆς μοιχείας προϋπογραφῆς *Hal.* — [4]) Νόμος — παιρικίῳ *om. Hal.* — [5]) interim enim parcimus def. fil., inferimus autem ei *Cod. Hamb, Trid., Port.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid., Port.;* innoxiam *Cont.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid., Port.;* intempestivas *Cont.* — [8]) *Quae uncis inclusa sunt verba:* Lex scripta — Patricio, *non habent Cod. Hamb., Trid., Port.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ μ'.[a])

Περὶ τοῦ τὴν ἐκκλησίαν τῆς ἁγίας ἀναστάσεως ἐκποιεῖν οἰκήματα κατὰ τὴν αὐτὴν κείμενα πόλιν.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Πέτρῳ, τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Ἱεροσολύμων.

Προοίμιον.

Ἤδη μὲν τὰ περὶ τῆς κωλύσεως τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκποιήσεων νόμῳ κοινῷ διηγόρευται παρ' ἡμῶν, ὃν δὴ καὶ κρατεῖν καὶ κύριον ἐφ' ἅπασιν εἶναι βουλόμεθα. ἐπειδὴ δὲ τοῦ συμφέροντος ἁπάσαις ἐκκλησίαις προνοεῖν προσήκει, διαφερόντως δὲ τῆς ἁγίας ἀναστάσεως καὶ τοῦ τόπου, καθ' ὃν ὁ τοῦ κόσμου δημιουργὸς ἠξίωσεν ἐν ἀνθρωπίνῃ καταστῆναι γενέσει, διὰ τοῦτο ᾠήθημεν τὸν παρόντα γράψαι νόμον οὐκ ἐπ' ἀναιρέσει τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν νενομοθετημένων, ἀλλ' ἐπί τινι προσηκούσῃ τε καὶ ἀναγκαίᾳ τοῖς πράγμασιν ὠφελείᾳ. πᾶσι γάρ ἐστιν ἀνθρώποις φανερόν, τὸ τὴν ἁγιωτάτην ἀνάστασιν τοὺς ἐκ πάσης τῆς οἰκουμένης ἐκεῖσε συῤῥέοντας, ὧν τὸ πλῆθος ἄπειρον εἰπεῖν, καὶ ὑποδέχεσθαι καὶ τρέφειν, καὶ ποιεῖσθαι δαπάνας ἀμέτρους τε καὶ παρὰ πάσας ἐλπίδας, τοῖς ἐκεῖσε ἀθροιζομένοις ἀρκούσας κατὰ τὴν θαυματουργίαν τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ πλῆθος ἀμυθήτου ἐξ ὀλίγων ἐκθρέψαντος ἄρτων, καθ' ἡμέραν διηχομένην. ὥστε αὐτῇ καὶ πόρων δεῖν πλειόνων, καὶ προφάσεων εὐσεβῶν, καθ' ἃς μέλλοι δυνατὴ καθεστάναι πλήθει βοηθεῖν τοσούτῳ. §. 1. Ἔγνωμεν τοίνυν, ὡς κατὰ τὸ παρὸν Εὐσέβιος ὁ θεοφιλέσιατος πρεσβύτερος καὶ κειμηλιάρχης τῆς καιὰ τὴν βασιλίδα ταύτην πόλιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας παραγενόμενος ἐν τῇ δηθείσῃ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλει καὶ τὸν σεμνὸν αὐτοῦ καὶ θεοφιλῆ καὶ νῦν ἐνδεικνύμενος τρόπον, δι' οὗ πολλαῖς καὶ μεγάλαις καὶ δικαίαις αὐξήσεσι τὴν τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ηὔξησε πρόσοδον, ἰσχυσε τριακοσίων ὀγδοήκοντα χρυσίου λιτρῶν

Novella XL.

UT ECCLESIAE SANCTAE RESURRECTIONIS ALIENARE LICEAT AEDIFICIA IN IPSA CIVITATE SITA.

Idem Imperator Petro, sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo Hierosolymitano.

Praefatio.

De prohibitione ecclesiasticarum alienationum generalis quidem lex a nobis iam promulgata est, quam et obtinere et in omnibus ratam esse volumus; quoniam vero utilitatis omnium ecclesiarum curam gerere convenit, praecipue vero sanctae resurrectionis, et loci, in quo creator mundi homo nasci dignatus est, hanc legem scribendum existimavimus, non ut ea, quae iam a nobis sancita sunt, infirmentur, sed propter convenientem et necessariam rerum utilitatem. Inter omnes enim constat, sanctissimam resurrectionem illos, qui ex toto terrarum orbe eo confluunt, quorum multitudo infinita dicenda est, et suscipere et alere, et, cum quotidie eos hospitio suscipiat, immensos ac insperatos sumtus facere, illis, qui ibi congregati sunt, sufficientes secundum miracula a magno deo et servatore nostro Iesu Christo facta, qui multitudinem ineffabilem paucis panibus nutrivit. Itaque et plurimis reditibus piisque causis illa eget, quibus tantam multitudinem iuvare possit.

§. 1. *Iam vero cognovimus Eusebium deo carissimum, hoc tempore presbyterum et sanctissimae ecclesiae in regia hac urbe cimeliarcham, ad Hierosolymitanorum, de qua diximus, civitatem cum profectus esset, et graves atque pios suos mores etiam nunc ostenderet, per quos multis iisque magnis et iustis augmentis sanctissimae ecclesiae reditum auxit, trecentis octoginta libris auri reditum triginta (paulo plus minusve) librarum auri emere potuisse, dum quasdam ex iis pecuniis*

Const. XLII.

UT ECCLESIA SANCTAE RESURRECTIONIS POSSIT ALIENARE HABITACULA IN SUA POSITA CIVITATE [1]).

Imp. Iustinianus Aug. Petro, sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo Hierosolymorum.

Praefatio. Iam quidem de prohibitione ecclesiasticarum alienationum lege communi declaratum est a nobis, quam [2]) etiam valere et ratam in omnibus esse volumus. Quia vero utilitati totius ecclesiae prospicere competit, praecipue autem sanctae resurrectionis et loci, in quo [3]) mundi creator dignatus est in humana constitui generatione, propterea credidimus praesentem scribere legem, non pro mutatione [4]) horum, quae iam a nobis sancita sunt, sed ad quandam competentem et necessariam rebus utilitatem. Omnibus enim est hominibus manifestum, sanctissimam resurrectionem ex omni orbe terrarum ibi confluentes, quorum multitudo inexpertum est dicere [5]), et suscipere et alere, et facere expensas immensas et citra omnem spem, congregatis ibi sufficientes ad [6]) miraculum sancti dei et salvatoris nostri Iesu Christi, qui multitudinem innumerabilem ex pancis satiavit panibus quotidie suscipientem. Unde et quaestibus eget pluribus, et occasionibus piis, per quas sit possibilis multitudini auxiliari tantae. §. 1. Cognovimus igitur, quia ipse [7]) sanctus Eusebius, deo amabilis presbyter et vasorum praepositus huius regiae civitatis sanctissimae ecclesiae, adveniens in praedictam Hierosolymorum urbem [8]), et honestum suum et [9]) amabilem etiam nunc ostendens modum, per quem plurimis et magnis ac iustis crementis [10]) sanctae ecclesiae augere reditus valuit, trecentis et octoginta auri libris emit reditus triginta, paulo plus vel [11]) minus, auri librarum, alias quidem pecunias congregans pie,

---

[a]) *Haec Nov. deest apud Hal., extat apud Scrimg. — Epitome est in Coll. const. eccl. III. 2. 7. (Voëlli bibl. II. p. 1351.). — Iulian. Const. 11. — Versionem antiquam ex Cod. Vindob. restituit Bk.*

[1]) *Bk.*; sita *add. Cod.* — [2]) *Bk.*; quoniam *Cod. ut saepe.* — [3]) locum, quo *Cod.*; loco, quo *Bk.* — [4]) *Bk.*; mutationum *Cod.* — [5]) inoperiorē *Cod.*; inexperta est [dicere] *Bk.* — [6]) *Bk.*; et *Cod.* — [7]) *Fortasse legendum est*; hoc tempore. — [8]) *Cod.*; praedicta H. urbe *Bk.* — [9]) *Bk.*; et *om. Cod.* — [10]) *Cod.*; incrementis *Bk.* — [11]) *Bk.*; vel *om. Cod.*

λιτρῶν ὠνήσασθαι πρόσοδον τριάκοντα (μικρῷ πλεῖον ἢ ἕκατον) χρυσίου λιτρῶν, τὰ μὲν ἐκ τῶν χρημάτων ἀθροίσας εὐσεβῶς, τὰ δὲ καὶ δανεισασθαι παρασκευάσας τοὺς θεοφιλεστάτους οἰκονόμους τῆς εἰρημένης ἁγίας ἀναστάσεως. ἐδίδαξέ τε ἡμᾶς, ὡς οἱ δανεισταὶ τὰ οἰκεῖα λαβεῖν ἐπιζητοῦσι, καὶ ὡς ἕτερον εὗρε παράδοξον πόρον. πολλῶν γὰρ συρρεόντων καὶ ἐπιφοιτώντων τῇ ῥηθείσῃ τῶν Ἱεροσολύμων πόλει πόθῳ τῶν ἀνειμένων τῷ θεῷ τόπων, ἐπιθυμοῦσιν ὠνήσασθαι οἰκήσεις ἐκκλησιαστικὰς χρυσίου πολλοῦ, ὅπως ἂν αὐτοῖς ἔξεῃ τῆς κατὰ τὸν εἰρημένον τόπον ἀπολαύειν οἰκήσεως. μὴ δύνασθαι δὲ ταῦτα πρᾶξαι τοὺς προεστῶτας τῆς ἁγίας ἀναστάσεως δέει τοῦ νόμου τοῦ παρ' ἡμῶν ἐπὶ ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ἐκποιήσεσι τεθέντος, καίτοιγε τοσαύτης οὔσης τῆς ὠφελείας, ὥστε εἰς ἐνιαυτοὺς πεντήκοντα βούλεσθαί τινας τὰ στεγονόμια [1]) ταῦτα ὠνήσασθαι. κἀνιεῦθεν πολλοῦ τε καὶ οὐδὲ ἐλπιζομένου ὅσου τοῦ διαλλάττοντος γινομένου, εἴπερ ἡ μὲν κτῆσις τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ προσγέγονεν τῆς προσόδου περὶ που τῶν τριάκοντα τοῦ χρυσοῦ λιτρῶν (καὶ ταῦτα θαυμασίως καθεσιώσης) μόλις ἐπὶ τριακαίδεκα ἔτεσιν, ἡ δὲ τῶν οἰκημάτων πρᾶσις ἐπὶ πεντήκοντα ἐνιαυτοῖς [2]) γενήσεται, καὶ μάλιστα τοῦ πράγματος ἐν οἰκήμασιν ἰσταμένου, ἅπερ τυχηραῖς ἁπάσαις ὑπόκειται περιστάσεσιν, εὐθὺς συναπολλύμενα ταύταις, καὶ ἴχνος οὐδ' ὁτιοῦν περισωζειν ῥᾳδίως δυνάμενα, εἴπερ ἐκ τινος (ἀπεῖη δὲ τοῦτο καὶ τοῦ λόγου) περισάσεως καταενεχθείη ἢ ἄλλως ἀναλωθείη.

Κεφ. α'.

Ταῦτα ἡμᾶς ἀφικέσθαι πρὸς τὸν παρόντα νόμον παρεσκεύασαν, ὃν ἀνατίθεμεν τῷ δεσπότῃ θεῷ καὶ τῇ τῶν πασῶν ἐκκλησιῶν ἁγιωτάτῃ ἀναστάσει, δι' οὗ [3]) θεσπίζομεν τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἐπὶ τῆς ἁγιωτάτης ἀναστάσεως προφάσει χωρίων ἐκκλησιαστικῶν (οὐδὲ γὰρ αὐτῇ παντελῶς ἐφίεμεν πρᾶσιν οὐδεμίαν ποιεῖσθαι χωρίων), ἐπὶ μέντοι τῶν οἰκημάτων χαλαμέν τι τῆς ἀκριβείας τοῦ νόμου. εἰ γὰρ ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τοῦτον ἐγράψαμεν, ὁρῶμεν δὲ τηλικαύτην ἐν τῷ πράγματι τὴν ὠφέλειαν οὖσαν, πῶς οὐκ ἂν διὰ τοῦ παρόντος νόμου τοῦτο αὐτοῖς ἐφησομεν, πᾶσαν διδόντες καὶ τοῖς πιπράσκουσιν ἄδειαν,

Cap. I.

Haec ad praesentem legem ut veniremus fecerunt, quam domino deo et resurrectioni omnium ecclesiarum sanctissimae dedicamus, qua reliqua quidem omnia in sanctissima resurrectione quod ad praedia ecclesiastica sancimus (neque enim ullam venditionem praediorum facere ullo modo ipsi permittimus), in aedificiis tamen de rigore legis nonnihil remittimus. Nam si eam ad utilitatem sanctissimarum ecclesiarum scripsimus, tantam autem utilitatem illi rei inesse videmus, quidni hac lege id eis permittemus, omnem et vendentibus potestatem, et ementibus securitatem concedentes? maxime quum tempus aedificia ad eam cito reducturum esse

pie, alias [4]) autem etiam mutuari procurans deo amabilibus oeconomis memoratae sanctae resurrectionis, docuitque nos, quia creditores quae sua sunt recipere quaerunt, et quia alium invenit inopinabilem quaestum. Plurimi enim confluentium et advenientium ad memoratam Hierosolymorum civitatem desiderio dicatorum deo locorum cupiunt comparare [5]) habitacula ecclesiastica auro multo, quatenus eis liceat per [6]) memoratum locum frui habitatione, non [7]) autem haec posse agere praepositos sanctae resurrectionis timore legis [8]), quae a nobis super ecclesiasticis alienationibus posita est, quum utique tanta sit utilitas, ut in annis [9]) quinquaginta velint [10]) aliqui domus comparare; et ex hoc plurimam et nec dicere [11]) facilem provenire commoditatem, siquidem possessio sanctae ecclesiae acquisita est redituum circiter auri triginta librarum (et hoc mirabilium exsistentium) vix in tredecim annis, habitaculorum autem venditio [12]) in quinquaginta annis [13]) agetur [14]), et maxime causa [15]) in habitaculis exsistente, quae fortuitis [16]) omnibus subiacent cladibus, mox peritura eis [17]) et vestigium nullum facile salvare valentia [18]), si ex quadam (quod absit etiam dici) clade detineantur aut aliter absumantur [19]).

Cap. I. Haec nos respicere ad praesentem legem procuraverunt, quam dicamus domino deo et omnium ecclesiarum sanctissimae resurrectionis, per quam sancimus alia quidem omnia legis de ecclesiasticis alienationibus teneri et in sanctissima resurrectione occasione agrorum ecclesiasticorum (non enim ei [20]) penitus concedimus venditionem, neque unam, facere agrorum), super habitaculis autem relaxamus aliquid subtilitatis legum. Si enim pro utilitate sanctarum ecclesiarum hanc scripsimus, videmus autem tantam in causa utilitatem exsistentem, quomodo non per praesentem legem hoc ei concedemus, omnem dantes et vendentibus licentiam et ementibus cautelam? et maxime quoniam [21]) cognoscimus tempore veloci ad eam revocanda rursus habitacula,

---

[1]) *Vitium hic latere suspicati sunt editores, nam στεγονόμιον non est οἴκημα sed idem quod ἐνοίκιον i. e. pensio aedium, confer autem cap. I. §. 1., ubi Imperator quae solvunt qui in quinquaginta annos emunt aedificia dicit τὰ τιμήματα ἀθροιζόμενα ἐκ τῶν ἐνοικίων etc.* — [2]) *Zuich.*; ἐν αὐτοῖς *Scrimg., Meerm. III.* — [3]) *Meerm. III., Zuich.*; δι' ὧν *Scrimg.* — [4]) *Bk.*; aliis *Cod.* — [5]) *Bk.*; cumpiunt comperare *Cod.* — [6]) per *om. Cod.*; ad *inser. Bk.* — [7]) *Bk.*; non *om. Cod.* — [8]) *Bk.*; legum *Cod.* — [9]) *Cod.*; annos *Bk.* — [10]) *Bk.*; vel in *Cod.* — [11]) *Bk.*; dice *Cod.* — [12]) *Bk.*; venditio *om. Cod.* — [13]) *Cod.*; annos *Bk.* — [14]) *Bk.*; agitur *Cod.* — [15]) *Bk.*; causam *Cod.* — [16]) *Bk.*; fortius *Cod.* — [17]) *Bk.*; eis *om. Cod.* — [18]) *Bk.*; valentium *Cod.* — [19]) *Bk.*; adsumantur *Cod.* — [20]) *Bk.* et *Cod.* — [21]) *Bk.*; et maxime quoniam *om. Cod.*

ἄδειαν, καὶ τοῖς ὠνουμένοις ἀσφάλειαν; καὶ μάλιστα ἐπειδὴ συνισμεν τῷ χρόνῳ θᾶττον ἄξονι παλιν τὰ οἰκήματα πρὸς αὐτήν, οἷα τῶν ταῦτα ὠνουμένων, ὥσπερ διὰ τὴν περὶ τὸ θεῖον σπουδὴν ἐωνηνται ταῦτα, οὕτω καὶ ἐπειδὰν τελευτῶσι, αὐτῇ ταῦτα καταλιμπανόντων. Ἐξέστω τοίνυν αὐτῇ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ποιήσασθαι τὴν τῶν οἰκημάτων πρᾶσιν, μηδὲν εὐλαβουμένη τὸν νόμον τὸν ἐν γένει περὶ τούτων κείμενον, διότι νόμῳ νεωτέρῳ τὴν ὑποδιαίρεσιν ἔσχεν, οὐδέ τινος ποινῆς ἐκτέθειται καθ' οἱουδήποτε προσώπου παντελῶς ἀμοζούσης. §. 1. Εἰς τε τὸν ἐμπρόσθεν χρόνον αὐτὸ τοῦτο πρακτέον, εἴ που τι τηλικοῦτον ἀνακύψειεν ὄφελος, ὡς πολλαπλάσιον ἀγαθὸν ἀντ' ἐλαχίστου τῇ ἁγιωτάτῃ προσιέναι διὰ τῆς ἐκποιήσεως ἀναστάσει. πᾶσαν ἐχόντων ἀσφάλειαν τῶν ταῦτα ὠνουμένων νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον, καὶ οὐδεμίαν ἀφαίρεσιν εὐλαβουμένων οὐκ αὐτῶν, οὐ κληρονόμων αὐτῶν, οὐ διαδόχων, οὔτε νῦν οὔτε εἰς ἕτερον χρόνον, διὰ τὸ καιὰ τὸν παρόντα νόμον αὐτοὺς παῤῥοῦντας ἐπεισελθεῖν [1]) τὴν ἀγοραστὰν οὐκ εἶναι δικαίους τινὰ ὑποστῆναι περὶ τούτου ταραχήν, ἢ μέμψιν, ἢ ζημίαν, ἢ ἀφαίρεσιν. δεκρέτου δηλαδὴ πραττομένου παρὰ τῇ σῇ μακαριότητι, παρόντων τῶν ἐκ τοῦ εὐαγοῦς κλήρου, καὶ δεικνυμένης τῆς αἰτίας, καθ' ἣν ἡ ἐκποίησις τῶν οἰκημάτων γίνεται, ὅτι μειζόνων ἕνεκεν ἀγαθῶν ἡ τούτων πρᾶσις σπουδάζεται. ὀλίγων μὲν τῶν ἐκποιουμένων ὄντων, πλειόνων δὲ καὶ καλλιόνων τῶν ἐντεῦθεν προσγινομένων, δηλαδὴ καιὰ τὸ παρὸν τῶν τιμημάτων τῶν ἀθροιζομένων ἐκ τῶν ἐνοικίων τῆς πράσεως ἐπὶ πενηκονταετὲς γινομένης εἰς διάλυσιν τῶν χρεῶν καταβαλλομένων, ἅπερ οἱ δανεισταὶ δεδώκασιν ἐπὶ τῇ τῆς εἰρημένης προσόδου κτήσει. εἰ γὰρ ὁ πάντων δεσπότης τε ἅμα καὶ δημιουργὸς θεὸς ἠξίωσε τηλικαύτην αὐτῇ δοῦναι προνομίαν παρὰ τὰς ἄλλας πόλεις, ὥστε ἐξ αὐτῆς ἀναστῆναι καιὰ τὴν σάρκα, πρόδηλον, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀκολουθοῦντες τῷ δεσπότῃ θεῷ καὶ ταῖς μεγάλαις αὐτοῦ θαυματουργίαις, καθ' ὅσον ἀνθρώπῳ δυνατόν, προνομίαν τινὰ δεδώκαμεν αὐτῇ παρα τας ἐκκλησίας τὰς ἄλλας, ὥστε αὐτὴν ἀπολαύειν τοῖδε ἡμῶν τοῦ νόμου, ὃν ὡς τινα καρποφορίαν αὐτῇ προσάγομεν, τὸ συμφέρον αὐτῇ διὰ πάντων ἐπιλεγόμενοι καὶ τιμῶντες.

esse sciamus, nam emtores eorum, sicut studio quodam erga deum ea emerunt, ita quoque eadem quum morientur illi relicturi sunt. Liceat igitur sanctissimae ecclesiae venditionem aedificiorum facere, nec legem generaliter de iis latam metuat, propterea quod lege recentiore limitata, nec poena aliqua in ullam personam ullo modo constituta sit.

§. 1. *Futuro vero tempore id ipsum facere liceat, sicubi talis quaedam emerserit utilitas, ut multiplex bonum pro minimo sanctissimae resurrectioni ex alienatione accedat, omnemque securitatem emtores eorum nunc et omni sequente tempore habeant, nullamque ablationem nec ipsi, nec heredes, nec successores eorum neque hoc neque alio tempore metuant, quia iustum non est, quum illi ob hanc legem confidenter ad emtionem accedant, ut perturbationem quandam, vel accusationem, vel damnum, vel ablationem sustineant. Decretum itaque beatitudo tua praesentibus venerabilibus clericis faciat, et causam declaret, ob quam alienatio domuum fiat, quod maiorum bonorum gratia earum venditio instituatur, quum paucae res vendantur, plures vero et pulchriores inde acquirantur; et pretium scilicet ex pensionibus habitantium collectum, venditione in quinquaginta annos facta, in solutionem debitorum, quae creditores pro acquirendo reditu, de quo diximus, dederunt, nunc impendatur. Si enim omnium dominus simul et creator deus tantum ipsi privilegium prae reliquis urbibus dare dignatus est, ut ex ipsa secundum carnem resurgeret, manifestum est, et nos dominum deum et magna eius miracula, quantum a homine fieri potest, secutos, prae reliquis ecclesiis privilegium aliquod illi dedisse, ut hac nostra lege fruatur, quam veluti primitias illi offerimus, commodum eius in omnibus eligentes et honorantes.*

Ἐπι-

Epi

tacula, utputa quum haec comparantes, sicut propter divinum studium haec emerunt, ita et [2]) dum morientur ei haec relicturi sunt. Liceat itaque nunc sanctissimae ecclesiae facere habitaculorum venditionem, nihil metuenti legem generaliter de his positam, eo quod lege iuniore subdivisionem habuit, neque ulla poena inde in [3]) quamlibet personam [4]) competente, §. 1. et in reliquum tempus hoc ipsum agere, sicubi aliquando talis emerserit utilitas, tanquam multiplex bonum pro parvo sanctissimae acquisitum resurrectioni; omnem habentibus cautelam haec comparantibus nunc et in omne deinceps tempus, et nullam ablationem metuentibus non ipsis, non heredibus eorum, non successoribus, neque nunc, neque in aliud tempus, eo quod secundum praesentem legem ipsi confidentes subeunt emtionem, neque esset [5]) iustum aliquem [6]) de hoc pati tumultum aut querelam, aut damnum aut sublationem; quippe decreto agendo apud tuam beatitudinem, praesentibus qui ex venerabili clero sunt, et ostensa causa, per quam alienatio habitationum fit, quia maiorum causa bonorum horum [7]) venditio celebratur, paucis quidem quae alienantur [8]) exstantibus, pluribus autem ac melioribus, quae hinc acquiruntur; scilicet [9]) secundum hoc pretiis recollectis ex pensionibus [10]) et ex venditione in quinquaginta annis [11]) facta in transactionem [12]) debitorum solvendis, quae creditores dederunt in praedicti reditus emtione. Si enim omnium dominus simul et mundi creator deus dignatus est tantum [13]) ei dare privilegium ultra alias civitates, ut ex ipsa resurgeret secundum carnem, palam est, quia et nos sequentes dominum deum et magna eius oracula, quoad [14]) homini possibile est, privilegium aliquod dedimus ei ultra [15]) ecclesias alias [16]), ut ipsa fruatur hac nostra lege [17]), quam ei velut quoddam munus offerimus, utilitatem ei per omnia conferentes et honorantes.

Epi

---

[1]) *ὑπεισελθεῖν Meerm. III., Zuich.* — [2]) *Bk.*; ut *Cod.* — [3]) *Bk.*; ulla esse *Cod.* — [4]) *Bk.*; persona *Cod.* — [5]) *Bk.*; esse *Cod.* — [6]) *Bk.*; aliquod *Cod.* — [7]) *Bk. ed. ster.*; horum bonorum *Bk.* — [8]) *Bk.*; alienantibus *Cod.* — [9]) *Bk.*; scilicet *om. Cod.* — [10]) *Bk.*; pensionibus habitantium *Cod.* — [11]) *Cod.*; annos *Bk.* — [12]) *Bk.*; facta transactione *Cod.* — [13]) *Bk.*; dignatus tamen *Cod.* — [14]) *Bk.*; quod *Cod.* — [15]) intra *Bk.* — [16]) alias *om. Cod., Bk.* — [17]) *Bk.*; lege *om. Cod.*

Ἔπίλογος

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ ἰδικοῦ νόμου, καὶ αὐτοῦ τοῖς τῶν νόμων ἐγγραφησομένου βιβλίοις, ἡ σὴ μακαριότης γινώσκουσα φανερὸν αὐτὸν τοῖς αὐτόθι πᾶσι καταστησάτω. δείξάτω τε τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν, ἣν ἐπὶ τῇ ἁγιωτάτῃ καὶ δικαίως παρὰ παντὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους προσκυνουμένῃ ἀναστάσει τὸ ἡμέτερον ἔχει κράτος, καὶ τῷ δεσποτῃ προσάγει θεῷ, τῷ τοσούτων ἡμᾶς καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν παρὰ τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς πρὸ ἡμῶν βεβασιλευκότας ἐφ' ἑκάστης ἀξιωσαντί τε καὶ ἀξιοῦντι. Ἰδικὸς νόμος γραφεὶς Πέτρῳ τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ πατριάρχῃ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως. Dat. XV. Kalend. Iun. Constantinop. post cons. Belisarii V. C. [536.]

Epilogus.

Quae igitur hac speciali et legum libris inscribenda lege a nobis sancita sunt, tua beatitudo cognoscens, omnibus, qui ibi sunt, eam manifestam reddat, nostramque voluntatem declaret, quam circa sanctissimam et merito ab omni hominum genere adorandam resurrectionem nostra potentia habet et domino deo dedicat, qui nos tantis et talibus bonis prae reliquis omnibus, qui ante nos imperarunt, in qualibet re dignatus est et dignatur. Lex specialis scripta Petro sanctissimo et beatissimo archiepiscopo et patriarchae civitatis Hierosolymitanae

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc specialem legem, et ipsam [1]) legum inscribendam [2]) codicibus, tua beatitudo cognoscens manifesta illic [3]) omnibus instituat, doceatque nostram voluntatem, quam [4]) in sanctissima et iuste ab omni [5]) hominum genere adoranda resurrectione nostra habeat potestas et domino offerat deo, qui tantorum nos et talium bonorum ultra alios omnes ante nos imperantes per singula dignos fecit et faciet. Specialis lex scripta Petro, sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo et Patriarchae Hierosolymitanorum civitatis. Dat. XV. Kal. Iunii, Constantinop. post cons. Belisarii [6]) V. C. [536.]

[1]) *Bk. ed. ster.*; et in *Bk.* — [2]) *Bk.*; inscribenda *Cod.* — [3]) *Bk.*; illi *Cod.* — [4]) *Bk.*; quoniam *Cod.* — [5]) *Bk.*; omnium *Cod.* — [6]) *Bk.*; Const. Belisario *Cod.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ μα'. [a])

Ἡ διάταξις πρὸς Βόνον κοιαίστωρα exercitus τάττει [1]) τὰς ἐκκλήτους ἀπὸ τῶν πέντε ἐπαρχιῶν, Καρίας καὶ Κύπρου, καὶ τῶν Κυκλάδων νήσων, καὶ Μυσίας, καὶ Σκυθίας, παρὰ τίνι δεῖ ταύτας ἐξετάζεσθαι.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Βόνῳ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ κοιαίστωρι Ἰουστινιανῷ exercitus.

Προοίμιον.

Ἴσμεν πρώην θείαν πεποιημένοι διάταξιν, καθ' ἣν τῇ σῇ ἐνδοξότητι παραδεδώκαμεν τὰς πέντε ταύτας ἐπαρχίας, Καρίαν τε καὶ Κύπρον, καὶ τὰς ἐν κύκλῳ κειμένας νήσους, καὶ πρός γε Μυσίαν τε καὶ Σκυθίαν, ἐφ' ᾧ τελεῖν αὐτὰς ὑπὸ τῇ σῇ ἐνδοξότητι, προσθέντες, ὥστε καὶ τὰς ἐκκλήτους γινομένας δίκας

Novella XLI.

CONSTITUTIO HAEC AD BONUM QUAESTOREM EXERCITUS DISPONIT DE APPELLATIONIBUS IN QUINQUE PROVINCIIS, CARIA, CYPRO, CYCLADIBUS INSULIS, MYSIA ET SCYTHIA, QUI DE IIS COGNOSCERE DEBEAT.

Idem Imperator Bono, exercitus gloriosissimo Quaestori Iustinianeo.

Praefatio

Scimus, nos antea sacram constitutionem fecisse, qua gloriae tuae has quinque provincias tradidimus, Cariam, Cyprum, et circumiacentes insulas, ad haec Mysiam et Scythiam, ut gloriae tuae subditae essent. Addidimus quoque, ut appellationes, quae in iis provinciis fiunt, non amplius ad gloriosissimos nostros

Const. XLIX.

APPELLATIONES EX QUINQUE PROVINCIIS, CARIA ET CYPRO, CYCLADIBUS INSULIS, ET MYSIA, ET SCYTHIA, APUD QUEM OPORTEAT EXAMINARI.

Imp. Iustinianus Aug. Bono, Quaestori Iustiniani exercitus.

Praefatio. Scimus pridem sacram facientes constitutionem, secundum quam tuae gloriae tradidimus quinque has provincias, Cariam [2]), et Cyprum, et in circuitu positas insulas, insuper et Mysiam ac Scythiam, ad constituendum eas sub tua gloria, adiicientes [3]), et sub appellatione factas causas per memoratas

[a]) *Hal. et Scrimg. hoc loco nobis exhibent Novellam* 50. *eosque secuti sumus, nam in graeca Novellarum collectione bis posita erat eadem Novella, de qua re uberius exposuit Biener Gesch. d. N. p.* 105 *sq. p.* 448. 450. *Contius hoc loco epitomen Iuliani iniecerat.* — *Bas. IX.* 2. 3., *cf. Psell. p.* 11. — *Iulian. Const.* 38. *non huius Novellae, sed antiquioris cuiusdam constitutionis epitome est, eius quam commemorat Imperator in principio praefationis huius Nov. cf. Biener l. c. p.* 105 *sq.* — *Versionem antiquam ex Cod. Vindob. primum edidit et emendationes suas addidit Biener Gesch. d. Nov. p.* 487 *sqq., eandemque ex eodem Cod. descripsit Cr.*

[1]) τάττουσα *Hal.* — [2]) *Bk.*; Caria *Cod.* — [3]) *Cr.*; adtuentes *Cod.*; addentes *Bien.*

δίκας κατα τας εἰρημένας ἐπαρχίας μηκέτι πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἡμῶν ὑπάρχους, ἀλλὰ πρὸς τὴν σὴν ἀναπέμπεσθαι μεγαλοπρέπειαν. Ἐπειδὴ τοίνυν πολλοὶ προσῆλθον ἡμῖν τῶν ἐκ Καρίας καὶ Ῥόδου καὶ Κύπρου, δυσχεραίνοντες καὶ φάσκοντες ἀναγκάζεσθαι πολλάκις καὶ χειμῶνος ὥρᾳ γίνεσθαι κατὰ τὴν Σκυθῶν καὶ Μυσῶν, ἔνθα διάγεις, κἀκεῖσε τὰς ἐγκλήτους, ἴσως οὐδὲ ὑπὲρ μεγάλων χρημάτων, ἐγγυμνάζειν καὶ κινδυνεύειν, καὶ πελάγη διαπερῶντες μακρά, καὶ ἀφικνουμένους εἰς χώρας ὑπὸ βαρβάρων ἐνοχλουμένας, διὰ τοῦτο συνειδομεν τόνδε τὸν νόμον γράψαι πρὸς τὴν σὴν ἐνδοξότητα, ὥστε τῶν μὲν ἐκ Σκυθίας καὶ Μυσίας δικῶν, ὡς ἐγγειτόνων οὐσῶν, τὴν σὴν ὑπεροχὴν καθ' ἑαυτὴν ἀκροᾶσθαι, τῶν δὲ ἄλλων, τουτέστι τῶν ἀπὸ Καρίας, καὶ τῶν εἰρημένων νήσων, καὶ Κύπρου, εἴπερ ἐξ ἀρχῆς [1]) αὐτοῖς παρὰ τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἡμῶν ὑπάρχοις ἠγωνίζοντο, ἐκ θείας κελεύσεως ἡμῶν παραδεδομέναι τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, εἰ μὲν αὐτὸς ἐνδημοίης ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει, καὶ αὐτὰς ὑπὸ σοι γίνεσθαι καὶ ἐξετάζεσθαι ἅμα τῷ ἐνδοξοτάτῳ κοιαίστωρι τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου ἐν sacro auditorio, καθάπερ καὶ ὁ ἐπὶ ταῖς ἐγκλήτοις κείμενος ὑφηγεῖται νόμος. §. 1. Εἰ δὲ αὐτὸς ἐπὶ Σκυθίας καὶ Μυσίας διατρίβοις, τῷ τὸν τόπον πληροῦντι τὸν σὸν καὶ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν προσάγεσθαι τὰς ἐφέσεις. πάντως μέντοι γινόμενον αὐτὸν ἅμα τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἡμῶν κοιαίστωρι τῆς ὑποθέσεως ἀκροᾶσθαι κατὰ τὸ τῶν τοιούτων ἐξετάσεων [2]) σχῆμα, καὶ μὴ τοὺς ἀνθρώπους τὰς εἰρημένας ὑπομένειν [3]) δυσκολίας, ἀλλ' ὑπ' αὐτοῖς κοινῇ κατὰ τὸ ἔμπροσθεν μὲν εἰρημένον κρίνεσθαι, διὰ τὸ παραστῆναι ἡμῖν οὕτω τάξαι τὸν νόμον, ὥστε μειὰ πλείονός τε καὶ μείζονος ἀκριβείας καὶ αὐθεντίας τὰς ὑποθέσεις ἠγωνίζεσθαι. §. 2. Εἰ δὲ αὐτὸς δοίης τὸν δικαστὴν ἐπὶ τῶν εἰρημένων ἔμπροσθεν ἐπαρχιῶν, ὁ τὴν τάξιν ἐπέχων τὴν σὴν κατὰ τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν ἀκροάσεται, καθὰ καὶ παρὰ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ [4]) ἐνόμισται. εἰ μέντοι ἀρχθῆναι παρὰ τῇ σῇ ἐνδοξότητι συμβαίη τὴν δίκην, ἐνταῦθα, ὡς εἰκός, εὑρισκομένῃ, εἶτα ἐν μέσῳ διὰ τὰς στρατιωτικὰς δαπάνας ἐκδημῆσαι, ταύτην ἀνυπερθέτως πληροῦσθαι παρὰ τῷ τὴν σὴν ἔχοντι τάξιν, καθάπερ αὐτῆς καὶ αὐτὸς ἠκροῶ. εἰ δὲ ἐξ ἀρχῆς οὐ παρὰ τοῖς ἐνδοξοτάτοις ὑπάρχοις ἡ ἔφεσις ἐκ τινῶν ἐπαρχιῶν ἀνεπέμπετο, ἀλλ' *stros praefectos, sed ad magnificentiam tuam transmitterentur. Quoniam igitur multi ex Caria, Rhodo et Cypro nos adierunt, indignantes atque dicentes, saepius vel hiemis tempore se cogi in Scythiam et Mysiam, ubi degis, venire, ibique appellationes, nec ob magnam quidem saepe pecuniam, prosequi, et magna maria traiiciendo, ac in terras a barbaris infestatas proficiscendo periclitari, propterea visum nobis est legem hanc ad gloriam tuam scribere, ut lites quidem Scythiae et Mysiae, quia propinquae sunt terrae, eminentia tua ipsa cognoscat, reliquas vero, id est quae ex Caria et dictis insulis ac Cypro deferuntur, siquidem ab initio apud gloriosissimos nostros praefectos actae sunt, secundum sacram nostram iussionem praesidi provinciae traditae, si ipse in regia hac urbe verseris, apud te moveantur, atque una cum gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii in sacro auditorio examinentur, prout etiam lex de appellationibus lata id exponit.*

ἀπαραγραπτί καθεστάναι. τὸ γὰρ ἐντεῦθεν συνιὸν ἡμῖν θεῖος ἡμῶν πραγματικὸς διετύπωσε νόμος εἰς ὃ πρσῆκόν ἐστι προχωρεῖν, ἀντεισάγεσθαι δὲ ἀεὶ τὸ διαπῖπτον. καὶ ὅ γε τρόπος, καθ' ὃν ἔσται τὰ τῆς ἀντεισαγωγῆς, ὑπὸ τῶν Ἀναστασίου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης διατετύπωται κελεύσεων. ταῦτα μὲν οὖν ἀτελῆ μένειν καὶ πάσης ἐξῃρημένα λειτουργίας θεσπίζομεν, οὔτε [1]) αὐτῶν τῶν ἐργασιηρίων, οὐδὲ τῶν προσιατῶν τῶν συσημάτων [2]) τῶν παρεχομένων αὐτὰ τὴν οἰανοῦν ὑπομενόντων ζημίαν ἤτοι τέλος [3]) ἐπιγινωσκόντων. §. 1. Τὰ μέντοιγε λοιπὰ πάντα ἐργαστήρια τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως τῶν δεκατεσσάρων κλιμάτων, εἴτε ἁγιωτάτης ἐκκλησίας εἶεν, εἴτε ξενώνων, εἴτε μοναστηρίων, εἴτε ὀρφανοτροφείων, εἴτε βρεφοτροφείων, εἴτε πτωχείων, εἴτε ἄλλης οἱασοῦν δεσποτείας, εἴτε τῶν βασιλικῶν οἴκων, εἴτε ἀρχόντων τινῶν, μεγάλας ἢ μέσας ἢ ἐλάττους ἀρχὰς ἐχόντων, εἴτε τῶν ἐνδοξοτάτων συγκλητικῶν, ἢ τῶν μεγαλοπρεπεστάτων ἰλλουστρίων, ἢ τῶν περιβλέπτων κουβικουλαρίων, εἴτε τινῶν ταῖς στρατείαις ἐγκαταλεγομένων, ταῦτα ἅπαντα τελεῖν τὰ ἐπικείμενα αὐτοῖς δημόσια τέλη, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ποιεῖν τε καὶ πληροῦν κατὰ τὸ προσῆκον ἑκάστῳ τοῦ οἰκείου αὐτοῦ συστήματος, καὶ καταβάλλεσθαι διὰ πάντων τῷ δημοσίῳ διὰ τῶν προσιατῶν τοῦ συστήματος, οὐδενὸς προνομίῳ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἐπερείδεσθαι δυναμένου ἢ τοιαύτῃ τινὶ κεχρῆσθαι παραιτήσει. οὐδὲ γὰρ ὑπομένομεν τὸ ἑτέρων ἄχθος εἰς ἑτέρους φέρεσθαι, οὐδὲ οὕτως ἀπηνῆ κεῖσθαι διατυπώσιν, ὥστε καθ' ἑκάστην αὔξεσθαι τὰ τέλη, καὶ καθάπερ ἐδιδάχθημεν τὰ τετραπλάσια, καὶ πενταπλάσια, καὶ δήπου καὶ δεκαπλάσια δίδοσθαι, διότι καὶ περισπούδαστόν ἐστι τῷ ἡμετέρῳ κράτει, μηδενὶ καινῷ τέλει μηδένα βαρύνεσθαι. καινὸν δὲ ἂν εἴη οὐ τὸ νῦν πρῶτον ἐπιτεθειμένον μόνον ἀλλὰ καὶ τὸ τὴν πρώτην συμμετρίαν ὑπερβαῖνον. ἀλλὰ πάντα ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἴσως καταστασίν τε καὶ τύχην, καὶ τὸ [4]) κοινὸν εἶναι κατὰ πάντων τὸν τοιοῦτον θεῖον ἡμῶν πραγματικὸν τύπον (ὃν δὴ καὶ νόμον καλεῖν ἔξεστιν), ὥστε πᾶσι τὸ ἄλυπον περιλοτιμῆσθαι. οὐ γὰρ ἄν τις περὶ τοῦτο δυσχεράνοι, μηδένα εἶναι τὸν ἐξαιρούμενον βλέπων, πλὴν δὴ τοῦ [5]) τῆς οὐσίας τῶν τελευτώντων λόγου, τοῦ περὶ τῶν χιλίων ἑκατὸν ἐργαστηρίων, ὃς δὴ κοινότατός τε ἐστι καὶ ἅπασιν ὁμοίως ἐφηπλωμένος ἀνθρώποις. §. 2. Εἰ δέ τις ἐπιχειρήσειε παραιτήσει τινὶ χρήσασθαι, καὶ ἑαυτὸν ἐλα-

enim exinde colligitur, cui rei impendi debeat, sacra nostra pragmatica sanctio iam disposuit, et ut semper id, quod intercidit, reparetur, ac quomodo reparatio fieri debeat, Anastasii piae memoriae iussionibus definitum est. Ut igitur hae immunes et ab omni vectigale exemtae maneant, sancimus, neque ipsae officinae, neque praesides collegiorum, quae eas praebent, quidquam damni sustineant, aut ullum tributum solvant.

§. 1. *Reliquae vero omnes officinae felicis huius urbis quatuordecim regionum, sive ad sanctissimam ecclesiam, sive hospitia, sive monasteria, sive orphanotrophia, sive brephotrophia, sive ptochia pertineant, vel si alterius cuiuscunque dominii sint, vel regiarum domuum, vel aliquorum magistratuum maiores, medios aut minores administrationes habentium, vel gloriosissimorum senatorum, vel magnificentissimorum illustrium, vel spectabilium cubiculariorum, vel militiis adscriptorum, hae omnes imposita ipsis publica tributa solvant, ceteraque omnia faciant ac impleant, prout unumquemque cuiusque collegii decet, et per collegii praesides semper publico persolvant, nec quisquam ex hac causa privilegio aliquo inniti aut eiusmodi excusatione uti possit. Neque enim patimur aliorum onus ad alios transferri, neque ita crudelem ferri constitutionem, ut quotidie tributa augeantur, et quemadmodum edocti sumus, quadruplo, quintuplo, immo decuplo maiora solvantur, quum studiose potentia nostra curet, ne quisquam ullo novo tributo gravetur. Novum autem erit non solum id, quod nunc primum imponitur, verum etiam quod priorem mensuram excedit. Sed omnia in eodem sint statu et conditione, atque sacra nostra pragmatica sanctio, quam et legem appellare licet, communis sit omnibus, ut omnibus vacuitas doloris concedatur. Nemo enim aegre hoc tulerit, si neminem exemtum esse videat, praeterquam exsequias defunctorum, quae ad mille et centum illas officinas pertinent, quae maxime communes sunt, et omnibus hominibus aequaliter competunt.*

§. 2. *Si vero quis excusatione aliqua uti seque contributione levare conetur, nec permittere, ut vel ab inqui-*

nivit lex, ad quid competens est expendi; subrogari [6]) vero semper quod cadit. Modus quoque, secundum quem erit subrogatio [7]), ab Anastasii piae memoriae dispositus est iussionibus. Haec quidem sine [8]) tributis manere et omni excepta functione sancimus, neque ipsis ergasteriis, neque praepositis collegiorum ea praebentium [9]), qualecunque [10]) sustinentibus damnum aut tributum aguoscentibus; §. 1. Reliqua vero omnia ergasteria felicissimae huius urbis quatuordecim regionum, sive sanctissimae ecclesiae sint, sive xenodochiorum, sive monasteriorum, sive orphanotrophiorum, sive brephotrophiorum, sive ptochiorum, sive alterius cuius cuiusque [11]) dominii [12]), sive imperialium domuum, sive indicum aliquorum maiores aut minores administrationes habentium, sive gloriosissimorum senatorum, aut magnificentissimorum [13]) illustrium, aut spectabilium cubiculariorum [14]), sive quorundam in militiis conscriptorum, haec omnia solvere imposita publica eis tributa, et omnia alia facere atque complere [15]), secundum quod competit unicuique proprii sui collegii, et exsolvere per omnia fisco per praepositos collegii, nullo valente privilegio huius rei gratia incumbere, aut tali quadam [16]) uti refutatione. Non enim patimur aliorum onus in alios ferri, neque sic crudelem iacere dispositionem [17]), quatenus quotidie augeantur tributa, et sicut docti sumus quadrupla et quintuplicia [18]), et alicubi etiam decupla [19]), dentur, eo quod [20]) studium sit nostrae pietatis nullo novo tributo nullum gravari (novum vero erit, non quod [21]) nunc primum positum est, sed etiam quod priorem mensuram transcendit), sed omnia sub eodem sint [22]) statuto atque fortuna, communisque sit per [23]) omnes huiusmodi sacra nostra pragmatica sanctio (quam videlicet et legem appellare licet [24])), ut omnibus securitatem largiatur. Non enim aliquis dure habebit, nullum esse exceptum videns, nisi pro funeris defunctorum ratione mille centum ergasteria. Quae lex et communissima est, et [25]) omnibus similiter explicata homini-

---

[1]) οὐδὲ *Hal.* — [2]) τῶν προσιαττόντων συστ. *Hal.* — [3]) ἢ τίλους *Hal.* — [4]) τὸ *om. Hal.* — [5]) τοῦ *om. Hal.* — [6]) *Bk.*; subrogavi *Cod.* — [7]) *Bk.*; subrugatio *Cod.* — [8]) *Bk.*; secundum *Cod.* — [9]) *Bk. ed. ster.*; praebentium *om. Bk.* — [10]) *Bk.*; eo quod *Cod.* — [11]) *Bk.*; uniuscunque *Cod.* — [12]) domini *Cod., Bk.* — [13]) *Bk.*; magnificentium *Cod.* — [14]) *Bk.*; spectabiliorum urbicularium *Cod.* — [15]) *Bk.*; compellere *Cod.* — [16]) *Bk.*; talia quedam *Cod.* — [17]) depositionem *Cod., Bk.* — [18]) *Bk.*; quinque lecta *Cod.* — [19]) *Bk.*; de culpa *Cod.* — [20]) *Bk.*; eoque *Cod.* — [21]) *Bk.*; per *Cod.* — [22]) *Bk.*; sed dominia eodem sunt *Cod.* — [23]) *Bk.*; pro *Cod.* — [24]) *Bk.*; quoniam videlicet (*om. reliq.*) *Cod.* — [25]) *Bk.*; et *om. Cod.*

ἐλαφρύνειν τῆς συντελείας, καὶ ἢ μὴ συγχωρεῖν τοὺς ἐνοίκους ἀπαιτεῖσθαι τοὺς ἑαυτοῦ, ἢ προσιασίαν βούλεσθαι νέμειν ἢ στρατιωτικήν, ἢ πολιτικήν, ἢ ἐκκλησιαστικήν, ἢ τὴν οἱανοῦν ἑτέραν, ἐκπιπτέτω καθάπαξ τῆς τοῦ ἐργαστηρίου δεσποτείας, καὶ ἔστω τοῦτο δημόσιον αὐτοῖς τῷ συστήμαι προσκυρούμενον. οὕτω γὰρ εἰ λαβηθήσονται καὶ τῶν κεκωλυμένων οὐ προσάψονται. ἀλλὰ τῷ κατὰ μικρὸν καὶ ἐφ' ἅπαντας ἁπλῶσθαι τὰ τέλη βραχὺ μὲν ἔσται τὸ παρ' ἑκάστου διδόμενον, μέτριον δὲ καὶ κοῦφον καὶ φορητὸν καὶ ῥᾷον συνεισφερόμενον, ὅσῳ παρὰ πλειόνων συλλεγέν. τί γὰρ ἀτοπώτερον ἂν εἴη [1]), ἄνδρας ἐκ τῶν οἰκείων ἐργαζομένους χειρῶν, καὶ ἀποτρέφοντας γαμετάς τε καὶ παῖδας, καὶ τὴν ἄλλην τοῦ βίου διοίκησιν ἐντεῦθεν ἔχειν ἐπειγομένους βαρύνειν μείζοσι τέλεσι, καὶ ὅσῳ πλείω τὰ τῶν ἐλαφρυνομένων γίνεσθαι, τοσούτῳ μείζω τὰ ἐκεῖθεν ἀποτελεῖσθαι πάθη; καὶ εἴη τι βάρος ἀόριστον, πέρας οὐδ' ὁτιοῦν ἔχειν δυνάμενον.

§. 3. Ταῦτα πάντα κωλύοντες τόνδε τὸν θεῖον τίθεμεν πραγματικὸν τύπον, τήν τε τῆς ἐκπτώσεως ἀπειλοῦντες ποινὴν ἅπασιν ὁμοίως ἐφεξῆς τοῖς ὑπηκόοις, εἰ κωλύσαιεν τοὺς ἑκάστου συστήματος προστάνιας [2]) τὰ νενομισμένα καὶ ἄνωθεν τεταγμένα τέλη λαμβάνειν, ἢ πειρᾶσθαι τὰ τέλη τρέπειν εἰς στεγονόμια, ἀλλ' ἕκαστος ἀπολαυέτω μὲν τῆς τῶν στεγνομίων εἰςφορᾶς, συγχωρείτω δὲ τὰ ἐργαστήρια λειτουργεῖν τὰ συνήθη τε καὶ νενομισμένα. ὥσπερ γὰρ ἕκαστος ἑαυτοῦ προνοεῖται, οὕτω καὶ ἡμᾶς ἀνάγκη τοῦ λυσιτελοῦς τε καὶ συμφέροντος τῆς μεγάλης ταύτης καὶ βασιλίδος ἀντιλαμβάνεσθαι πόλεως. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως τὰ κοινῇ λυσιτελοῦντα προβαίη, μὴ τῆς τοιαύτης βαρύτητος ἀπαλλαττομένων τῶν μέχρι νῦν αὐτὴν φέρειν ἠναγκασμένων.

Ἐπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ ἐνδοξότης τὰ παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ τύπου δηλούμενα ἀπαράφραυστα φυλάξει, καὶ ὁ μετὰ σὲ τὴν ἀρχὴν παραληψόμενος, καὶ ἡ πειθομένη σοὶ τάξις νῦν καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον. Dat. XVI. Kal. Iun. Constantinop. post Belisarii V. C. cons. [536.]

inquilinis suis exigatur, vel patrocinium sive militare, sive civile, sive ecclesiasticum, sive quodcunque aliud praestare velit, ille prorsus dominio officinae excidat, ipsaque publica sit et collegio addicta. Hoc enim pacto metuent, nec prohibita attingent, sed eo ipso, quod particulatim omnibus tributa imponuntur, exiguum erit, quod ab unoquoque datur, et mediocre, leve, tolerabile ac facile quod confertur, quanto plures sunt, a quibus colligitur. Quid enim absurdius esset, quam viros, qui propriis manibus laborant, et uxores atque liberos alunt, ceteraque vitae necessaria inde comparare laborant, maioribus tributis gravare, et quo plures sunt, qui levati sunt, tanto maiora damna exinde oriri? infinitum id onus esset, quod nullum finem haberet.

§. 3. *Haec omnia prohibentes sacram hanc pragmaticam sanctionem ferimus, poenam amissionis omnibus subditis aequaliter minitantes, si praesides cuiusque collegii solita et a maioribus statuta tributa accipere prohibeant, vel tributa in pensiones pro aedibus convertere conentur. Sed unusquisque illatis pensionibus fruatur, et permittat, ut officinae consueta et solita contribuant. Sicut enim quilibet sui curam gerit, ita quoque necesse est, ut nos, quod magnae huic et regiae urbi utile est et conducit, curemus. Neque enim aliter quae in commune utilia sunt procedent, quam si tali onere liberentur, qui hactenus illud ferre coacti sunt.*

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt, et sacra hac pragmatica sanctione declarantur, excellentia tua, et qui post te magistratum susceperit, tibique subiecta cohors nunc et omni futuro tempore inviolata custodiet.

ΔΙΑ- No-

hominibus [3]). §. 2. Si quis autem tentaverit [4]) refutatione qualibet uti [5]), et semetipsum levare [6]) tributo, et aut non permittere inquilinos exigere suos, aut [7]) patrocinium velle tribuere aut militare, aut civile, aut [8]) ecclesiasticum, aut quodlibet aliud, cadet modis omnibus ergasterii dominio, et sit [9]) hoc publicum, illi collegio assignandum [10]). Sic enim paulatim in omnes extendentur, et [11]) breve quidem erit, quod ab unoquoque datur, mediocre vero ac leve et portabile ac facile, quod infertur, quanto a pluribus collectum. Quid [12]) enim ineptius erit, viros ex propriis operantes manibus, et pascentes uxores ac filios, et aliam vitae dispensationem hinc habere compulsos, molestare [13]) maioribus tributis, et quanto amplius per eos, qui levantur [14]), fit, tanto maiores inde effici passiones? et est [15]) aliquod onus [16]) infinitum, terminum nullum habere valens. §. 3. Haec omnia prohibentes hanc sacram ponimus pragmaticam formam, et casus interminantes poenam omnibus similiter subiectis [17]), si prohibuerint uniuscuiusque collegii praepositos definita [18]) et antiquitus ordinata tributa percipere, aut tentaverint [19]) tributa mutare in pensiones, sed unusquisque [20]) utatur quidem pensionum [21]) illatione, concedat [22]) autem ergasteria functionem dare consuetam atque legitimam. Sicut enim unusquisque sui providet, ita et nos necesse est quod commodum est et utile agere huic regiae defendere civitati; non enim aliter quae communiter utilia sunt procedunt, si non tali onere liberentur, qui hactenus illud ferre coacti [23]) sunt.

Epilogus. Tua igitur gloria quae placuerunt nobis et per hanc sacram pragmaticam declarata sunt sanctionem illaesa [24]) servabit, et qui post eandem administrationem susceperint, et obediens tibi officium nunc et in omne deinceps tempus. Dat. Kal. Iunii, Constant., post cons. Belisarii V. C. [536.]

Const. XLV.

---

[1]) τί γὰρ οὐχ ἀτοπώτατον ἂν εἴη *Hal.* — [2]) προστάξαντας *Hal.*; προστάτας *bene coni. Homb.* — [3]) *Bk.*; omnibus *Cod.* — [4]) *Bk.*; temperaverit *Cod.* — [5]) *Bk.*; qual. enim *Cod.* — [6]) *Bk.*; levigare *Cod.* — [7]) *Bk.*; aut *om. Cod.* — [8]) *Bk.*; aut *om. Cod.* — [9]) *Bk.*; dominii esset *Cod.* — [10]) *Bk.*; assignare dum *Cod. Sententia, quae iam sequitur, in Graeco hic deest.* — [11]) *Bk.*; extenduntur (*om.* et) *Cod.* — [12]) *Bk.*; Quod *Cod.* — [13]) *Bk.*; honestare *Cod.* — [14]) *Bk.*; levigantur *Cod.* — [15]) *Melius esse videtur*: esset. — [16]) *Bk.*; in *add. Cod.* — [17]) *Bk.*; omnes sim. subiectos *Cod.* — [18]) *Bk. ed. ster.*; definita *om. Bk.* — [19]) *Bk.*; autem putaverint *Cod.* — [20]) *Bk.*; sed unusquisque quidem in *Cod.* — [21]) *Bk.*; pensionibus *Cod.* — [22]) *Bk.*; cedat *Cod.* — [23]) *Bk.*; coacta *Cod.* — [24]) *Bk.*; ipsa *Cod.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ μδ'.[a])

Περὶ τῶν συμβολαιογράφων, καὶ περὶ τοῦ τὰ πρωτόκολλα αὐτοὺς ἐᾶν ἐν τοῖς χάρταις.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Δίκης μικρῷ πρόσθεν ἠκροασάμεθα τῷ παρόντι νόμῳ παρασχομένης τὴν πρόφασιν. ἐκ γὰρ προσώπου γυναικός τινος ἐφέρετο συμβόλαιον, γράμματα μὲν αὐτῆς οὐκ ἔχον (ἦν γὰρ τούτων ἀνεπισήμων), τελευθὲν δὲ ὑπὸ συμβολαιογράφου, καὶ παρά τε ταβουλαρίου τὴν ὑπογραφὴν ἔχον τὴν αὐτῆς, καὶ μαρτύρων ἐπιδεικνύον παρουσίαν. εἶτα ἐπειδή τις ἀμφισβήτησις περὶ αὐτοῦ γέγονε, τῆς γυναικὸς λεγούσης οὐ ταῦτα εἶναι τὰ παρ' αὐτῆς ἐπιταχθέντα, ἅπερ ὁ χάρτης ἔλεγεν, ὁ τῆς δίκης ἀκροώμενος ἐπεζήτει παρὰ τοῦ συμβολαιογράφου μαθεῖν τὴν τοῦ πράγματος ἀλήθειαν, καὶ δὴ τὸν συμβολαιογράφον ἤγαγεν [1]). ὁ δὲ τὰ μὲν γράμματα ἐπιγινώσκειν ἔφη [2]) τῆς πληρώσεως τοῦ συμβολαίου, μὴ μὴν εἰδέναι τι τῶν παρακολουθησάντων. οὐδὲ γὰρ αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ἐπιταγῆναι [3]) παντελῶς, ἀλλ' ἐπιτρέψαι τινὶ τῶν αὐτοῦ τοῦτο πρᾶξαι, οὔτε ὕστερον παραγενέσθαι τῇ πληρώσει, ἀλλ' αὖθις ἑτέρῳ τοῦτο ἐπιτετραφέναι. καὶ ὁ μὲν παραγενόμενος τῇ πληρώσει ἦλθεν, οὐδὲν οὐδὲ αὐτὸς φήσας εἰδέναι (καὶ γὰρ οὐδὲ ὁ γραφεὺς ἦν τοῦ συμβολαίου), ἀλλὰ μόνον ἐδίδαξεν, ὅτι παρόντος μὲν αὐτοῦ τοῦτο ἀπολέλυται, οὐδὲ μὴν ὁ τὴν ἀρχὴν ἐπιταχθεὶς εὑρέθη, ὥστε εἰ μὴ διὰ τῶν μαρτύρων ὁ δικάζων ἴσχυσεν ἐπισῆναι τῷ πράγματι, καθαρῶς ἐκινδυνεύετο διαπεσεῖν πανταχόθεν τὴν τοῦ πράγματος γνῶσιν. ἐκεῖνο μὲν οὖν τῆς προσηκούσης ἔτυχεν ἐξετάσεώς τε καὶ κρίσεως.

Κεφ. α'.

Novella XLIV.

DE TABELLIONIBUS, ET UT PROTOCOLLA IN CHARTIS RELINQUANT.

Idem Imperator Ioanni, iterum Praefecto Praetorio, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Litem paulo ante audivimus, quae huic legi occasionem praebuit. Afferebatur enim a muliere quadam instrumentum, quod quidem illius manu non fuit scriptum (nesciebat enim litteras), a tabellione vero perfectum erat, et per tabularium subscriptionem eius habebat, et testium declarabat praesentiam. Deinde quum dubitatio quaedam de eo orta esset, dicente muliere, a se non esse mandata ea, quae charta diceret, is, qui causam audiebat, rei veritatem a tabellione addiscere cupiens, tabellionem adduxit. At ille litteras quidem instrumenti perfecti se agnoscere, nihil autem eorum, quae secuta essent, se scire dixit: neque enim ab initio id sibi plane mandatum, sed cuidam ex suis, ut id faceret, commissum esse, neque postea, quum perficeretur, se adfuisse, sed alii rursus id demandasse. Ac quum ille, qui perfectioni interfuit, veniret, is quoque nihil se scire dixit (neque enim instrumentum scripserat), sed se praesente id absolutum esse solum docuit, nec is, cui ab initio mandatum erat, inventus fuit, adeo ut, nisi iudex ex testibus causam potuisset cognoscere, periculum plane fuisset, ne undique negotii notitia intercidisset. Et illud quidem convenienter examinatum atque decisum est.

Cap. I.

Gl. Const. XLV.

DE TABELLIONIBUS ET UT PROTOCOLLA DIMITTANT IN CHARTIS.

(Coll. IV. tit. 7.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, Praefecto praetorio iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. Litem paulo ante audivimus praesenti legi praebentem occasionem. Ex persona quidem [4]) mulieris cuiusdam ferebatur documentum, litteras quidem eius non habens (erat enim harum ignara), completum autem a tabellione et tabulario [5]), subscriptionem habens eius [6]), et testium ostendens praesentiam. Deinde dum quaedam dubitatio super eo fieret, muliere dicente, non esse a se delegata, quae charta loquebatur, qui litem audiebat quaerebat a tabellione cognoscere negotii veritatem, denique tabellionem deduxit. At ille litteras recognoscere dixit completionis tabellionis, non tamen nosse aliquid horum, quae secuta sunt; nec enim sibi ab initio penitus delegata, sed commisisse cuidam suorum hoc facere, neque postea venisse ad completionem, sed rursus alii hoc commisisse. Et is quidem, qui adfuit completioni, venit, nihil nec ipse dicens se nosse (etenim neque scriptor fuit documenti), sed solum docuit, quia praesente se hoc dimissum sit. Nec cui ab initio delegatum est inventus est, unde, nisi per testes iudex valuisset agnoscere causam, pure periculum patiebatur, undique cadendi [7]) negotii notitia. Et illud quidem competentem meruit examinationem atque decretum.

Cap. I.

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Bas. XXII. 2. 1. Schol. a — e.* — *Iulian. Const.* 40. — *Versio est glossata.*

[1]) καὶ δὴ — ἤγαγεν om. *Hal.* — [2]) ἔλεγε *Hal.* — [3]) ἐπιτετάχθαι *Hal.* — [4]) quoque *Cod. Hamb., Trid.* — [5]) a tabellario *Bk. ed. ster., idque, si deleveris signum post* tabulario *positum, cum graeco textu consentit, sed non habent eam praepositionem quae nobis sunt subsidia.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; eius habens *Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb.*; undique neg. cadendi notitia *Trid.*; undique cadente negotii notitia *Port., Cont.*

Κεφ. α'.

Ἡμεῖς δὲ οἰήθημεν χρῆναι τῷ παντὶ βοηθῆσαι, καὶ κοινὸν ἐφ' ἅπασι ποιήσασθαι νόμον, ὥστε τοὺς προεστῶτας τῆς ἐργασίας συμβολαιογράφους αὐτοὺς δι' ἑαυτῶν ἐκ παντὸς τρόπου ἐπιτάττεσθαι τὸ συμβόλαιον, ἡνίκα τε ἀπολύοιτο παραγίνεσθαι, καὶ μὴ ἄλλως ἐπιτιθέναι τῷ χάρτῃ τὴν πλήρωσιν, πλὴν εἰ μὴ ταῦτα πραχθείη, ὥστε ἔχειν αὐτοὺς εἰδέναι τὴν ὑπόθεσιν, ἐρωτωμένους τε ὑπὸ τῶν δικαζόντων δυνασθαι τὰ παρηκολουθηκότα γινώσκειν τε καὶ ἀποκρίνασθαι [1]), καὶ μάλιστα ὅταν γραμμάτων εἰσὶν ἀνεπισήμονες οἱ ταῦτα ἐπιτάττοντες, οἷς ῥᾴδια καθέστηκε καὶ ἀνεξέλεγκτος ἡ τῶν ταῖς ἀληθείαις παρηκολουθηκότων ἄρνησις. §. 1. Ἵνα τοίνυν ἅπαντα ταῦτα κωλύσωμεν, διὰ τοῦτο τὸν παρόντα γράφομεν νόμον, καὶ ταῦτα παραφυλάττεσθαι πάντως βουλομεθα παρὰ τῶν συμβολαιογράφων, εἴτε ἐπὶ ταύτης τῆς εὐδαίμονος πόλεως, εἴτε ἐν ἐπαρχίαις εἶεν, γινωσκόντων, ὡς εἰ παρὰ ταῦτά τι πράξαιεν, ἐκπεσοῦνται πάντως τῶν καλουμένων στατιώνων, καὶ ὁ παρ' αὐτῶν σταλείς, ἐφ' ᾧ τε ἐπιταγῆναι τὸ συμβόλαιον, καὶ παραγενόμενος, αὐτὸς κύριος τῆς ἐπὶ τῆς στατίωνος αὐθεντίας ἔσται, καὶ μεταβληθήσεται τὸ πρᾶγμα, καὶ ὁ μὲν τὸ λοιπὸν ταύτην ἐφέξει τὴν τάξιν ἐν τῇ στατίωνι, ὁποίαν ὁ κατ' αὐτὴν πρωτεύων εἶχεν, ὁ δέ γε ἐκπεσεῖται ταύτης, ἢ εἰς ἔσται τῶν ὑπογραφέντων [2]) ἐκείνῳ. ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν ἀπηξίωσε τοῦτο πράττειν, ὅπερ ἦν ἐφειμένον αὐτῷ, ὁ δὲ κατὰ τὴν ἐκείνου γνώμην τοῦτο ἔπραξε, διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ταύτην ἐπάγομεν αὐτοῖς τὴν ποινήν, ἵνα δέει τούτου γίνωνται περὶ τὰ συμβόλαια δίκαιοί τε καὶ ἀσφαλέστεροι, καὶ μὴ διὰ τὴν ἑαυτῶν ἄνεσίν τε καὶ τρυφὴν τοὺς ἀλλοτρίους διαφθείρωσι βίους. §. 2. Εἰ δὲ οὐκ ἄξιος τυχὸν εἴη τοῦ τὴν ἐξουσίαν τῆς στατίωνος παραλαβεῖν ὁ τὸ συμβόλαιον παρὰ τὰ ὑφ' ἡμῶν διατεταγμένα μετὰ τὸν παρόντα νόμον ἐπιτάττομενος, ὁ μὲν συμβολαιογράφος ἐκπιπτέτω τρόποις ἅπασι τούτου, ἕτερος δὲ ἀντ' αὐτοῦ προβαλλέσθω. οὐδὲν ζημιουμένου παντελῶς ἐντεῦθεν τοῦ τῆς στατίωνος κυρίου, εἴ τις εἴη τῶν ἔξωθεν, ἀλλὰ μὴ συμβολαιογράφος αὐτός, οὐδὲ ἐκπίπτοντος τῶν ἐκεῖθεν πόρων, ἀλλ' αὐτοῦ μόνου τοῦ τὰ τοιαῦτα κομψευσαμένου καὶ ἀπαξιώσαντος τὴν ἑαυτοῦ πληροῦν ἐργασίαν τῆς προστασίας ἐκπίπτοντος, πάντων μέντοι τῶν ἄλλων τῶν ἐπὶ τῇ στατίωνι δικαίων ἀκεραίων τοῖς κυρίοις αὐτῆς περὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πταίσαντας

Cap. I.

Nos vero universis opem ferendam, et communem omnibus legem scribendam esse putavimus, ut tabelliones, qui officio praesunt, ipsi per se omnimodo instrumentum ordinent, et quum perficitur adsint, nec aliter chartam compleant, nisi haec facta sint, ut ipsi negotii notitiam habeant, quaeque insecuta sunt, si a iudicibus interrogentur, scire et respondere possint, maxime si illi, qui haec mandant, litterarum imperiti sint, qui facile atque ita, ut convinci nequeant, negant ea, quae revera facta sunt.

§. 1. *Quare ut haec omnia prohibeamus, hanc legem scripsimus, eaque a tabellionibus, sive in felici hac urbe sive in provinciis sunt, omnino observari volumus; ac sciant, se, si contra haec quid fecerint, omnes stationes, quae vocantur, amissuros, et qui ab iis missus est, ut instrumentum confici curet, et adest, ipse dominus cum propria potestate in statione futurus sit; atque res commutabitur, ut hic quidem in posterum eundem locum in statione obtineat, quem is, qui ei praeerat, tenebat, ille vero ea excidat, atque unus sit ex scribis eius. Nam quum hic id facere dedignatus sit, quod ipsi concessum erat, ille vero secundum huius voluntatem id fecerit, propterea et nos hanc illis poenam imponimus, ut metu illius iusti et cautiores sint circa instrumenta, nec remissione atque luxuria sua aliorum facultates evertant.*

§. 2. *Si vero is, cui post hanc legem contra ea, quae a nobis constituta sunt, instrumentum conficiendum mandatur, forte non sit dignus, qui potestatem in statione suscipiat, tabellio quidem plane ea excidat, alius vero in eius locum sufficiatur, ita ut stationis dominus nullum omnino damnum exinde patiatur, si extraneus aliquis, non vero ipse tabellio sit, nec reditibus inde venientibus excidat, sed ille solus, comptus et delicatus homo et qui officium suum exsequi dedignatus est, praesidatu cadat, reliqua vero omnia iura stationis dominis eius, quod ad tabelliones, qui ita delinquunt, integra serventur.*

§. 3.

Cap. I. Nos autem credimus oportere universis anxiliari, et communem in omnibus facere legem, quatenus praepositis operi tabellionum ipsis per se omnibus modis iniungatur documentum, et [3]), dum dimittitur, intersit [4]), et non aliter imponatur chartae completio, nisi haec gerantur, ut habeant, unde sciant negotium, et interrogati a iudicibus possint quae subsecuta sunt cognoscere, et respondere, maxime quando litteras sunt ignorantes, qui haec iniungunt, quibus facilis est et inconvincibilis denegatio horum, quae pro veritate secuta sunt. §. 1. Ut ergo omnia haec prohibeamus, propterea praesentem conscripsimus legem, et haec custodiri modis omnibus volumus a tabellionibus, sive in ipsa felicissima civitate, sive in provinciis sint; scientibus, quia, si praeter haec aliquid egerint, cadent omnino iis, quae vocantur stationibus, et qui ab eis dirigitur ad iniungendum documentum et interest, ipse dominus super stationis auctoritate erit, et mutabitur causa; et ille quidem de cetero hoc obtinebit officinm in statione, quale qui in ea primatum tenebat, ille vero cadet ea, aut unus erit ministrantium illi. Quoniam ille quidem dedignatus est hoc agere, quod erat concessum ei, ille vero secundum illius voluntatem hoc egerit, propterea nos hanc intulimus eis poenam, ut optimi fiant circa documenta, et insti, et cautiores, et non propter suam requiem et delicias corrumpant alienas vitas. §. 2. Si vero indignus sit forte potestatem in stationibus suscipere is, cui documentum extra ea, quae a nobis disposita sunt per praesentem legem, iniungitur, tabellio quidem cadat omnibus modis hac causa, alter vero pro eo constituatur; nihil omnino damnificando ex hoc stationis domino, quicunque fuerit extraneorum, et non ipse tabellio, neque cadente lucris exinde venientibus, sed illo solo, qui talia perpetravit, et dedignatus est suum complere opus, primatu cadente, omnibus quidem aliis super stationis iure integris dominis eius ab ipsis tabellionibus, qui talia peccaverunt, servandis. §. 3. Et non fingant tabelliones occasiones, pe-

---

[1]) ἀποκρίνεσθαι *Hal., Bas.* — [2]) ὑπογραφόντων *Hal., Bas.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid.*; ut *Port. Cont.* — [4]) intersint *Bk. ed. ster*

σανιας συμβολαιογράφους φυλαττομένων. §. 3. Καὶ μὴ πλαττέωσαν οἱ συμβολαιογράφοι προφάσεις, εἰς νόσους τυχὸν ἀναχωροῦντες ἢ εἰς ἀσχολίας τοιαύτας. ἔξεστι γὰρ αὐτοῖς, εἴ τι τοιοῦτον εἴη, μεταπέμψασθαι τοὺς ἐπιτήτονιας, καὶ δι' ἑαυτῶν τὸ πρᾶγμα πληρῶσαι. ἄλλως τε ταῦτα δὴ τὰ συμβαίνοντα σπανίως οὐκ ἂν ἐμποδὼν σταίη τοῖς καθόλου, διότι μηδὲν ἐν ἀνθρώποις οὕτως ἐσὶν ἀναμφισβήτητον, ὡς μὴ δύνασθαι, κἂν εἴ τι τῶν σφόδρα εἴη δικαιοτάτων, ὅμως δέξασθαί τινα μεμεριμνημένην ἀμφισβήτησιν. ἀλλὰ μηδὲ τοὺς πόρους αὐτοῖς ἐλάττους γίνεσθαι κατὰ τοῦτο διὰ τὴν τῶν ἐπιτατιόνων συνέχειαν προφασιζέσθωσαν, κάλλιον ὂν ὀλίγα πράττειν ἀσφαλῶς, ἢ πολλοῖς ἐπεμβαίνειν ἐπικινδύνως. §. 4. Ἵνα δὲ ὅμως μὴ σφόδρα αὐτοῖς ἀπηνὴς ὁ νόμος εἶναι δόξειεν, ἡμεῖς ἐσοχασμένοι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως συμμέτρους αὐτῇ καὶ τοὺς νόμους τοὺς ἡμετέρους τίθεμεν. διὰ γὰρ τὰς τοιαύτας αὐτῶν ἴσως ἀμφισβητήσεις δίδομεν αὐτοῖς ἄδειαν ἑκάστῳ ἕνα ἐπὶ τούτῳ προβάλλεσθαι ἐν ὑπομνήμασι παρὰ τῷ λαμπροτάτῳ μαγίστρῳ τῶν κήνσων τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως κατὰ τὸ σύνηθες πραττομένοις, καὶ ἄδειαν αὐτῷ δίδοναι ἐπιτάττεσθαι παρὰ τῶν συμβαλλόντων ἐν τῇ κατ' αὐτὸν στατίωνι τὰ συμβόλαια, καὶ ἀπολυομένων αὐτῶν παραγίνεσθαι, καὶ μηδενὶ παντελῶς ἑτέρῳ τῶν ἐπὶ τῆς στατίωνος ὄντων ἄδειαν εἶναι ἢ ἐπιτάττεσθαι τὴν ἀρχήν, ἢ ἀπολυομένοις παραγίνεσθαι, πλὴν ἢ ἀπὸ τοῦ συμβολαιογράφου τοῦ τὴν αὐθεντίαν ἔχοντος, ἢ τοῦ παῤ αὐτοῦ ἐπὶ τούτῳ [1]) προβληθέντος. εἰ δέ τι παρὰ ταῦτα γένοιτο, καὶ ἕτερος ἐπιταχθείη, τηνικαῦτα ὑποπιπτέτω τῇ ποινῇ ὁ συμβολαιογράφος ὁ τὴν αὐθεντίαν ἔχων τῇ παῤ ἡμῶν ἐμπροσθεν διωρισμένῃ, αὐτῶν μέντοι τῶν συμβολαίων διὰ τὸ χρήσιμον τῶν συμβαλλόντων οὐκ ἀκυρουμένων. ἴσμεν δέ, ὡς δέει τοῦ νόμου τὸ λοιπὸν αὐτοί τε φυλαξουσι τὰ παῤ ἡμῶν θεσπισθέντα, τὰ συμβόλαιά τε ἐν ἀσφαλεῖ κείσεται.

§. 3. *Neque tabelliones praetextus fingant, neque ad morbi excusationem confugiant vel alias eiusmodi occupationes; nam si tale quid contingat, licebit illis arcessere eos, qui mandant, et per se ipsos rem perficere, praesertim quum ea, quae raro contingunt, universis nullum impedimentum afferant, quoniam inter homines nihil adeo indubitatum est, quod, licet iustissimum sit, in sollicitam quandam dubitationem venire non possit. Sed neque reditus sibi propter mandantium frequentiam deminui causentur, quum pulchrius sit pauca secure agere, quam in multis cum periculo versari.*

§. 4. *Ne tamen iis dura admodum lex videatur, ad humanam naturam respicientes consonas etiam illi leges nostras ferimus. Nam propter tales eorum, quae fortasse adsunt, dubitationes unicuique facultatem concedimus, ut apud clarissimum magistrum census felicis huius urbis aliquem ad acta more solito confecta constituat, eique potestatem det, ut contrahentibus in statione sua instrumenta conficiat, et quando perficiuntur intersit; neque ulli plane alii ex iis, qui in statione sunt, vel ab initio hoc committi, vel quando perficiuntur adesse liceat, nisi tabellioni, qui potestatem habet, vel illi, qui ab ipso ad hoc constitutus est. Si vero contra haec quid fiat, atque alii mandetur, tum tabellio, qui potestatem habet, in poenam a nobis antea definitam incidat, ipsa tamen instrumenta propter utilitatem contrahentium non infirmentur. Scimus autem, ipsos quae a nobis sancita sunt in posterum metu legis observaturos, et instrumenta in tuto futura esse.*

Κεφ. β'.

Ἐκεῖνο μέντοι τῷ παρόντι προστίθεμεν νόμῳ, ὥστε τοὺς συμβολαιογράφους μὴ εἰς ἕτερον χάρτην καθαρὸν γράφειν συμβόλαιον [2]), πλὴν εἰ μὴ εἰς ἐκεῖνον, ὃς προκείμενον τὸ καλούμενον πρωτόκολλον ἔχοι [3]), φέ-

Cap. II.

Illud tamen huic legi adiicimus, ne tabelliones in alia charta pura instrumenta scribant, nisi in illa, in qua protocollum, quod vocatur, praemissum sit, quod nomen gloriosissimi comitis sacrarum nostrarum largi-

per aegritudinem forte discedentes, aut occupationes huiusmodi; licebit enim eis, si quid tale fuerit, evocare [4]) eos, qui contrahunt, et per se causam complere; proinde haec, quae contingunt raro, non impedimentum facient universis, eo quod nihil inter homines sic est indubitatum, ut non possit, licet aliquid sit valde iustissimum, tamen suscipere quandam sollicitam dubitationem; sed nec quaestus eorum minores fieri per hoc, propter contrahentium frequentiam occasionem habentes, quum melius sit pauca agere cante, quam multis interesse periculose. §. 4. Ut tamen non vehementer eis dura lex esse videatur, nos coniicientes humanam naturam, mediocres etiam eis leges nostras ponimus. Propter tales enim eorum forte dubitationes damus eis licentiam singulis unum ad hoc constituere, gestis apud clarissimum magistrum census felicissimae civitatis solenniter celebratis, et licentiam eis [5]) dare, ut delegentur ei ab iis, qui veniunt ad eius stationem [6]) documenta, et dimissis eis interesse, et nulli omnino alteri in statione exsistenti licentiam esse, ut aut delegetur ei initium, aut quum dimittuntur, intersit, nisi tabellioni, qui auctoritatem habet, aut qui ab eo ad hoc statutus est. Si vero praeter hoc fiat, et alter delegetur, tunc subiacebit [7]) poenae tabellio, qui auctoritatem habet a nobis dudum definitam [8]), ipsis tamen documentis propter utilitatem contrahentium non infirmandis. Novimus enim, quia legis metu de cetero et ipsi custodient, quae a nobis decreta sunt, et documenta sub cautela facient.

Cap. II. Illud quoque praesenti adiicimus legi, ut tabelliones non in alia charta pura scribant documenta, nisi in illa, quae in initio (quod vocatur protocollum) per tempora gloriosissimi comitis sacrarum nostrarum largitionum habeat appellationem, et tempus, quo charta facta est, et quaecunque in talibus scribuntur,

---

[1]) ἐπὶ τοῦτο *Hal.*, *Bas.* — [2]) συμβολαια *Hal.*, *Vulg.* — [3]) ἔχοι *om. Hal.*, *sed in seqq. pro eo addit* δέχεται *post* προγράφεται. — [4]) convocare *Bk. ed. ster.* — [5]) *Trid.*, *Port.*, *Cont.*; enim *Cod Hamb.*; ei *Spang.*, *Bk.* — [6]) *Bk. ed. ster.*; et *post* stationem *add. Cod. c' dd.* — [7]) *Cod. Hamb.*; subiacet *edd.* — [8]) definitae *Bk. ed. ster.*

φέρον τὴν τοῦ κατὰ καιρὸν ἐνδοξοτάτου κόμητος τῶν θείων ἡμῶν largitionum προσηγορίαν, καὶ τὸν χρόνον, καθ' ὃν ὁ χάρτης γέγονε, καὶ ὁπόσα ἐπὶ τῶν τοιούτων προγράφεται, καὶ τοῦτο τὸ πρωτόκολλον μὴ ἀποτέμνειν, ἀλλ' ἐγκείμενον ἐᾶν. ἴσμεν γὰρ, πολλὰς παραποιήσεις ἐκ τῶν τοιούτων χαρτῶν ἐλεγχθείσας πρότερόν τε καὶ νῦν, ὥστε κἂν εἴ τις εἴη χάρτης (καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο εἴδομεν) ἔχων [1]) τὸ πρωτόκολλον οὐχ οὕτω καταγεγραμμένον, ἀλλὰ ἄλλην τινὰ γραφὴν ἔχον, μηδὲ ἐκεῖνον [2]) προσιέσθωσαν, ὡς κίβδηλόν τε καὶ πρὸς τὰ τοιαῦτα οὐκ ἐπιτήδειον, ἀλλὰ μόνῳ τῷ τοιούτῳ χάρτῃ, ὁποῖον ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν, τὰ συμβόλαια ἐγγραφέτωσαν. Ταῦτα δὲ τὰ περὶ τῆς ποιότητος τῶν χαρτῶν ἡμῖν διωρισμένα καὶ τῆς ἀποτομῆς τῶν καλουμένων πρωτοκόλλων κρατεῖν ἐπὶ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως μόνον [3]) βουλόμεθα, ἔνθα πολὺ μὲν τὸ τῶν συναλλαγμάτων πλῆθός ἐστι, πολλὴ δὲ ἡ τῶν χαρτῶν ἀφθονία. καὶ πάρεστι τῷ νενομισμένῳ τρόπῳ τοῖς πράγμασι χρῆσθαι, καὶ μὴ διδόναι πρόφασίν τισι παραποίησιν ἁμαρτάνειν, ἧς ἑαυτοὺς ὑπευθύνους ὄντας ἀποδείξουσιν, εἴ τι παρὰ ταῦτα πρᾶξαι θαρρήσειαν.

largitionum illius temporis, et tempus, quo instrumentum factum est, et quaecunque in illis scribi solent, praeferat; nec protocollum hoc abscindant, sed insertum relinquant; multa enim homines corrupisse et adulterasse ex eiusmodi chartis comprobatum est et antea et nunc quoque. Quare si charta quaedam sit (nam et hoc vidimus), quae protocollum non ita scriptum, sed aliam quandam scripturam habeat, neque illam admittant tamquam adulteram et ad talia non idoneam, sed in ea solum charta, quam antea diximus, instrumenta conscribant. Quae vero de chartarum qualitate, et abscissione protocollorum, quae vocantur, a nobis disposita sunt, ea in hac solum felici urbe obtinere volumus, ubi magna contractuum copia magnaque chartarum est abundantia. Et legitimo modo negotiis uti, nec occasionem quibusdam dare licet, ut falsum committant, cui se obnoxios esse demonstrabunt, si quid contra haec facere ausi fuerint.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. XVI. Kal. Septemb. Constantinop. post Belisarii V. C. cons. ann. II. [537.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt, et sacra hac lege declarata sunt, excellentia tua effectui dare studeat.

ΔΙΑ-

No-

buntur, et ut protocollum non incidant, sed insertum relinquant. Nevirans enim multas falsitates ex talibus chartis ostensas et prius et nunc, ideoque licet aliqua sit charta (nam et hoc scimus [4])) habens protocollum non ita conscriptum, sed aliam quandam scripturam gerens, neque illam suscipiant, tanquam adulteram et ad talia non opportunam, sed in sola tali charta, qualem dudum diximus, documenta scribant. Haec itaque, quae de qualitate talium chartarum a nobis decreta sunt, et de incisione eorum, quae vocantur protocolla, valere in hac felicissima solum civitate volumus, ubi plurima quidem contrahentium multitudo, multa quoque chartarum abundantia est. Et licet legali modo interesse negotiis, et non dare occasionem quibusdam falsitatem committere, cui se obnoxios exsistere demonstrabunt, qui praeter haec aliquid agere praesumserint.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis, et per hanc sanctam declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. Dat. XV Kal. Septemb Constantinop. post Belisarii V. C. cons. anno II. [537.]

Const. LII.

---

[1]) εἰς pro ἔχων Hal. — [2]) ποιεῖν add. Hal. — [3]) μόνον om. Hal. — [4]) Cod Hamb.; sancimus edd.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ μέ.[a])

Περὶ τοῦ μὴ ἐλευθερωθῆναι βουλευτικῆς τύχης Ἰουδαίους τε καὶ Σαμαρείτας ἢ αἱρετικοὺς προφάσει τῆς αὐτῶν θρησκείας, ἀλλὰ τοῖς μὲν βουλευτικοῖς λειτουργήμασιν ὑποκεῖσθαι, τῶν δὲ προνομίων αὐτῶν μὴ ἀπολαύειν. δύνασθαι δὲ αὐτοὺς κατὰ ὀρθοδόξων ὡς ὑποκειμένων βουλευτικῇ τύχῃ μαρτυρεῖν, οἷα δὴ καὶ ὑπὲρ ὀρθοδόξου πολιτείας καλῶς μαρτυροῦντας.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννης, ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Ῥῆμά τι πρὸς ἡμᾶς ἐναγχος ἡ σὴ μεμήνυκεν ὑπεροχή, τινὰς ἐν τοῖς βουλευταῖς εἶναι Ἰουδαίους τυχόν, ἢ Σαμαρείτας, ἢ Μονιανιστάς, ἢ ἄλλως καταπίστους ἀνθρώπους, οὓς οὔπω καὶ νῦν ἡ ὀρθὴ καὶ ἀμώμητος ἡμῶν κατέλαμψε πίστις, ἀλλ' ἐν σκότει κάθηνται, ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀληθῶν οὐκ αἰσθόμενοι μυστηρίων. καὶ ἐπειδήπερ αἱρετικοὺς μισοῦμεν, οἴονται κατὰ ταύτην τὴν πρόφασιν ἐλεύθεροι βουλευτικῶν εἶναι λειτουργημάτων [1]), καὶ ὡς προσήκει τὰ περὶ τούτων διακριθῆναι [2]). Ἡμεῖς τοίνυν ἐθαυμάσαμεν, εἴπερ ἡ σύνεσίς τε καὶ ὀξύτης ἡ σὴ τοὺς τοιούτους αὐτῶν ὑπέμεινε λόγους, ἀλλὰ μὴ παραχρῆμα τοὺς τὰ τοιαῦτα λέγοντας διέσπασεν. εἰ γὰρ ἄνθρωποί τινές εἰσιν, οἷπερ οἴονται διὰ τῆς εἰς ἔσχατον ἀτοπίας ἐκείνων ἀξιοῦσθαι τῶν γερῶν, ἅπερ μόνοις τοῖς μεγίστοις ἀξιώμασιν ἐφυλάξαμεν, τίς οὐκ ἂν αὐτῶν μισήσειε τὴν ἀθλιότητά τε καὶ ἄνοιαν [3]); Ὥστε βουλευέτωσαν ἡμῖν οἱ τοιοῦτοι πάντες καὶ μάλα οἰμώζοντες, καὶ ταῖς βουλευτικαῖς ὑποκείσθωσαν λειτουργίαις,

Novella XLV.

NE IUDAEI ET SAMARITANI PRAETEXTU RELIGIONIS CURIALI CONDITIONE LIBERENTUR, SED CURIALIBUS MUNERIBUS OBNOXII SINT, PRIVILEGIIS VERO EORUM NON FRUANTUR. CONTRA ORTHODOXOS TAMEN, QUI CURIALI FORTUNAE SUBIECTI SUNT, UT TESTIMONIUM DICERE POSSINT, QUUM ET PRO ORTHODOXA REPUBLICA RECTE TESTENTUR.

Idem Imperator Ioanni, iterum Praefecto Praetorio, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Rem aliquam nobis celsitudo tua nuper indicavit, quosdam inter curiales Iudaeos, vel Samaritas, vel Montanistas, vel alios detestabiles homines esse, quos ne nunc quidem recta et impolluta fides nostra illuminaverit, sed qui in tenebris sedeant, nec animis suis vera mysteria percipiant. Et quia haereticos odio habemus, eam ob causam a curialibus muneribus se liberos fore putant, et ut convenit haec diiudicari. Mirati itaque sumus, sapientiam et severitatem tuam tales eorum sermones tulisse, nec confestim eos, qui ita loquuntur, dilacerasse. Nam si quidam sunt, qui perquam absurde illis muneribus se dignos putant, quae maximis solum dignitatibus servavimus, quis non eorum miseriam et stultitiam oderit? Quare omnes illi curiales sint, licet multum lamententur, et tam cohortalibus quam curialibus muneribus, prout antea lege sancitum est, subiaceant, neque ulla religio hac conditione eos eximat (nihil enim horum aut in vetere aut in nova lege dictum est), curiali tamen

Const. LII.

UT NON LIBERENTUR CURIALI FORTUNA IUDAEI NEC SAMARITANI AUT HAERETICI OCCASIONE EORUM RELIGIONIS, SED CURIALIBUS QUIDEM FUNCTIONIBUS SUBIACEANT, PRIVILEGIIS VERO CURIALIUM NON FRUANTUR; POSSE VERO EOS CONTRA ORTHODOXOS, QUOD SUBIACEANT CURIALI FORTUNAE, TESTIMONIUM PERHIBERE, UT QUI ET PRO ORTHODOXA POLITIA RECTE TESTIMONIUM PERHIBEANT.

Idem Imperator Ioanni Pf. P. iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. Verbum quoddam nobis tua retulit excellentia, quosdam inter curiales esse Iudaeos forte aut Samaritas, aut Montanistas, aut aliter respuendos homines, quos nondum hactenus recta et immaculata fides illuxit, sed et in tenebris sedent, animis vera non sentientes sacramenta, et quoniam haereticos odio habemus, putant per illam occasionem liberi curialium esse functionum, et quae competunt his declinare. Nos igitur mirati sumus, si sapientia et acumen tuum tales eorum pertulit rationes et non repente talia dicentes dilacerasti. Si enim homines quidam sunt, qui quidem putant propter novissimam absurditatem illa promereri se praemia, quae solis maximis dignitatibus reservavimus, quis non eorum habeat exosam inverecundiam et stultitiam? Quapropter curiam exerceant huiusmodi omnes [4]), et nimis ingemiscentes et curialibus subiaceant [5]) functionibus, sicut etiam officialibus, ut dudum sancitum est, et nulla religio ab eiusmodi eos excipiat fortuna (horum enim nihil neque antiquorum qualibet legum, neque Novellarum dictum est), indigni tamen curiali sint

---

[a]) *Hal. et Scrimg. — Haec Novella ut Nov.* 50. *commemoratur et brevis epitome eius perhibetur in Paratitlis ad Coll. const. eccl. I.* 5. 21. (*Voëlli b'bl. II. p.* 1291 *sq.*) — *Iulian. Const.* 41. — *Versionem antiquam non glossatam edidit Contius* 1571.

[1]) μισοῦμεν, ὅτι κατὰ ταύτην πρόφασιν ἐλ. βουλ. εἶναι λειτ. ἐξήτησαν *Hal.* — [2]) διακλιθῆναι *habuisse videtur Vet. Int., id quod melius multo est.* — [3]) μισήσειεν ἀθλιώτατα (*om.* τε καὶ ἄνοιαν) *Hal.* — [4]) *Bk. ed. ster.*; homines *Cont.* — [5]) *Bk.*; subiaceant *om. Cont.*

γίαις [1]), ὥσπερ καὶ ταῖς ταξεωτικαῖς, καθὰ προνενομοθέτηται, καὶ μηδεμία θρησκεία τῆς τοιαύτης αὐτοὺς ἐξαιρείτω τύχης (τούτων γὰρ οὐδὲν τῶν παλαιῶν τινι νόμων οὐδὲ τῶν νέων εἰρηται), ἀνάξιοι μέντοι βουλευτικῆς ἁπάσης ἔστωσαν τιμῆς. Καὶ ἐπειδήπερ οἱ νόμοι πολλὰ διδόασι τοῖς βουλευταῖς προνόμια, περί τε τὸ μὴ τυπτεσθαι, περί τε τὸ μὴ παρίστασθαι μήτε εἰς ἑτέραν ἄγεσθαι χώραν, καὶ ἕτερα μυρία, τούτων ἀπολαυέτωσαν μηδενός, ἀλλ' εἴ τι μὲν γέγραπται περὶ βουλευτῶν οὐ χαριζομένων αὐτοῖς προνομίων [2]), τοῦτο καὶ ἐπ' αὐτοῖς κρατείτω, καὶ πληρούτωσαν σωματικάς τε καὶ χρηματικὰς λειτουργίας, καὶ μηδεὶς τούτων αὐτοὺς ἐξαρπαζέτω νόμος. τιμῆς δὲ ἀπολαυέτωσαν μηδεμιᾶς, ἀλλ' ἔστωσαν ἐν ἀτιμίᾳ τὴν τύχην, ἐν οἷᾳ καὶ τὴν ψυχὴν ἠβουλήθησαν εἶναι. οὕτω τοίνυν αὐτοῖς περὶ τούτου διαθέσθω [a]).

tamen honore indigni sint. Et quoniam leges multa privilegia curialibus dederunt, qualia sunt ne verberentur, et ne sistantur nec in aliam provinciam ducantur, atque infinita alia, horum nullo fruantur. Sed si quid de curialibus scriptum est, quod illis privilegium non confert, hoc etiam in illis obtineat, et tam corporalia quam pecuniaria munera exsequantur, neque eos ulla lex iis eximat; honore autem nullo fruantur, sed a conditione in ignominia sint, in qua etiam animam suam esse voluerunt. Atque ita hac de re dispositum esto.

Κεφ. α'. [b])

Κἀκεῖνο μέντοι γε προσήγγειλας ἡμῖν ἄξιόν σοι ζητήσεως γινόμενον. ἐπειδὴ γὰρ αἱρετικοὺς μαρτυρεῖν εἴρξαμεν, ἐφ' ὧν ὀρθόδοξοι πρὸς ἀλλήλους δικάζονται, διδόντες αὐτοῖς κατὰ τὴν ἡμετέραν διάταξιν, εἰ μὲν ἐν ἀλλήλοις φύροιντό τε ἐκεῖνοι καὶ δικάζοιντο, καὶ ἑκάτερος αἱρετικὸς εἴη, ὅ τε ἐναγων, ὅ τε ἐναγόμενος, δύνασθαι μαρτυρεῖν, ἀξίων ἀλλήλοις ὄντων καὶ τῶν δικαζομένων καὶ τῶν μαρτυρούντων. εἰ δὲ αὖθις αἱρετικός τε εἴη καὶ ὀρθόδοξος, κατὰ μὲν αἱρετικῶν καὶ σφῷδρα δύνασθαι μαρτυρεῖν ὑπὲρ ὀρθοδόξων, κατὰ ὀρθοδόξων οὐκ ἔτι. ὀρθοδόξων δὲ ὄντων τῶν δικαζομένων, μηδεμίαν εἶναι παντελῶς πάροδον αὐτοῖς εἰς μαρτυρίαν. Ἐδίδαξας τοίνυν ἡμᾶς, ὡς τινες ὀρθόδοξοι καθεστῶτες ἀρνοῦνται βουλευτικῆς εἶναι τύχης, καὶ ἀνάγκη παρελθεῖν εἰς μαρτυρίαν τοὺς ἐκ τοῦ γένους συνημμένους αὐτοῖς, ἢ καὶ ἄλλως πῶς ἐπισταμένους αὐτῶν τὴν τύχην. καὶ ἐπειδήπερ ὁ νόμος εἴργει τὰς ἐπ' ὀρθοδόξοις μαρτυρίας τῶν αἱρετικῶν, διὰ τοῦτο τοὺς δικαστὰς ὀκνεῖν ταύτας προσίεσθαι, καίτοι γε μάταιον δεδοικέναι δέος οἱ τὰς τοιαύτας παραιτουμένοι δέχεσθαι μαρτυρίας. πρῶτον μὲν γὰρ ὑπὲρ ὀρθοδόξων γίνονται (τοῦτο δὲ οἶ γε νόμοι πράττειν τοὺς αἱρετικοὺς οὐ κωλύουσιν), ἔπειτα εἰ τοὺς ὀνίας βουλευτὰς εἶτα πρὸς τὴν τύχην ἀνανεύοντας ἔλκει τις εἰς βουλήν, καὶ τοὺς αἱρετικοὺς εἰς μαρτυρίαν καλεῖ, πῶς οὐ τοῦτο ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πρατιεῖ πολιτείας; ὥστε εἶναι τὴν μὲν πολιτείαν τὴν δικαζομένην ὀρθοδοξοῦσαν [3]), καὶ μάλιστα ἐξ οὗπερ ἡμᾶς αὐτῆς

Cap. I.

Illud quoque ad nos detulisti quaestione dignum. Quoniam enim orthodoxis inter se litigantibus haereticos a testimonio perhibendo prohibuimus, concedentes illis constitutione nostra, si inter se misceantur et litigent, ac uterque, tam actor quam reus, haereticus sit, ut testari possint, quum se invicem digni sint tam litigantes, quam testes; rursus si haereticus sit et orthodoxus, ut contra haereticos etiam pro orthodoxis testimonium plane dicere possint, contra orthodoxum non item; orthodoxis vero litigantibus ad testimonium nullus omnino illis aditus sit. Iam vero docuisti nos, orthodoxos quosdam negare, se curialis esse conditionis, atque necesse esse, ut genere illis iuncti, vel etiam alii, qui conditionem eorum sciunt, ad testimonium dicendum veniant, et quum lex haereticorum testimonia contra orthodoxos prohibeat, propterea iudices ea admittere noluisse. At vanum habent timorem, qui haec testimonia accipere recusant. Nam primum pro orthodoxis feruntur (hoc enim haereticos facere leges non prohibent), deinde si quis eos, qui curiales sunt, et conditionem suam recusant, in curiam trahat, et haereticos ad testimonium vocet, nonne facit hoc pro nostra republica? quum respublica litigans sit orthodoxa, et maxime ex quo deus nobis imperium illius dedit, qui autem eo nomine testantur, pro orthodoxis testimonium dicant. Nostra etenim respublica recta est, et orthodoxam fidem amplectitur, omnemque aliam haeresin merito odio habet.

Epi-

sint honore. Et quoniam leges plurima curialibus praebent privilegia, et ut non caedantur, neque ad aliam ducantur provinciam, et alia plurima, horum nullo fruantur, sed si quid scriptum est de curialibus, quod non confert privilegium, hoc etiam in his valeat, et compleant corporalia et pecuniaria munera, et nulla ab his eripiat eos lex; honore vero fruantur nullo, sed sint in turpitudine fortunae, in qua et animam voluit esse. Sic igitur eis de hoc dispositum sit.

Cap. I. Illud quoque nuntiasti nobis [4]) dignum quaestione tua natum. Quia enim haereticos testimonium perhibere prohibuimus, quando orthodoxi inter alterutros litigant, dantes eis per nostram constitutionem, si quidem inter alterutros misceantur illi et litigent, et uterque haereticus sit, actor et reus, posse testimonium perhibere, dignis adinvicem existentibus et litigantibus, et testimonium perhibentibus, si vero rursus haereticus sit et orthodoxus, contra haereticos quidem etiam valde dare testimonium orthodoxo, adversus orthodoxum autem nequaquam, orthodoxis quoque existentibus litigatoribus nullum esse penitus accessum illis ad testimonium perhibendum, docuisti igitur nos, quod quidam orthodoxi constituti refugiunt curialis esse fortunae, et necessitatem subire perhibendi testimonii eos, qui illis genere iuncti sunt, vel qui alias aliquo modo sciunt eorum fortunam; et quoniam lex eorum suspendit super orthodoxis testimonia, propterea iudices piguisse hoc [5]) admittere, cumque [6]) in vanum metuant invicem [7]), qui huiusmodi dubitant recipere testimonium. Nam primum [8]) quidem pro orthodoxis fiunt (hoc autem leges agere haereticos non prohibent), deinde si

---

[a]) *Quae in his constituta sunt ab Imp., breviter referunt Paratitla ad Coll. Const. eccl. III.* 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 1361.) — [b]) *Huius capitis sententiam, ut ex Nov.* 45., *exhibet Photii Nomoc. IX.* 2. (*Voëlli bibl. II. p.* 965.), *sed ut ex Nov.* 42. *idem Photii Nomoc. XII.* 2. (*ibid. II. p.* 1062 *sq.*) *et Balsamon ad h. l.* (*ibid. II. p.* 1065.)

[1]) οἱ — λειτουργίαις *om. Hal.* — [2]) *Legendum videtur:* οὐ χαριζόμενον αὐτοῖς προνόμιον *vel* προνομίων. — [3]) ὀρθόδοξαν οὖσαν *Hal.* — [4]) *Bk.*; nobis *om. Cont.* — [5]) *Melius esset* haec. — [6]) quum *Bk.*; *fortasse leg.:* utique. — [7]) invicem *om. Bk.*, *scripsit fortasse Vet. Int.:* in vanum metum incidunt. — [8]) *Bk. ed ster.*; Nam *om. Cont.*

αὐτῆς δέδωκεν ὁ θεὸς βασιλεύειν, τοὺς δὲ ὑπὲρ τούτου μαρτυροῦντας ὑπὲρ ὀρθοδόξων ποιεῖσθαι μαρτυρίαν. τὸ γὰρ πολίτευμα τὸ ἡμέτερον ὀρθόν τέ ἐστι καὶ ἤδη μετὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, πάσης αἱρέσεως ἄλλης εἰκότως [1]) μεμισημένης.

Ἐ π ί λ ο γ ο ς. [a])

Καὶ τοῦτο τοίνυν ἡ σὴ ὑπεροχὴ παραφυλαττέτω, τόν τε ἡμέτερον γινώσκουσα νόμον [2]), καὶ τὸ τῇ πολιτείᾳ συμφέρον μνησιεύουσα, καὶ ἐπισταμένη διὰ πάντων, ὡς ἐκεῖνα ἡμῖν καὶ πράττειν καὶ νομοθετεῖν διεσπουδάσται, ὁπόσα τὴν ἡμετέραν ὠφελεῖ πολιτείαν. Dat. XV. Kal. Sept. Constantinop. post consul. Belisarii V. C. ann. II. [537.]

Epilogus.

Eminentia igitur tua hoc custodiat, cum legem nostram cognoverit, quod reipublicae expedit procuret, semperque persuasum habeat, nos operam dedisse, ut ea faceremus et sanciremus, quae reipublicae nostrae conducant.

si existentes curiales, postea contra fortunam reluctantes trahit quisquam ad curiam, et haereticos ad testimonium vocat, quomodo non hoc pro nostra agit republica? ut sit quidem respublica litigans orthodoxa, et maxime ex quo nos deus dedit imperare, qui autem super hoc testantur, pro orthodoxis perhibeant testimonium. Conversatio enim nostra recta est et plena orthodoxa fide, omni alia haeresi merito constituta sub odio.

Epilogus. Et hoc igitur tua eminentia custodiat, nostram cognoscens mentem, et quod reipublicae expedit commemorans, et sciens per omnia, quia illa nobis agere et sancire lege studii est, quaecunque nostrae prosunt reipublicae. Datum XV. Kal. Septemb. Constantinop. post cons. Belisarii V. C. ann. II. [537.]

[a]) *Epilogum non habet Hal.*

[1]) εἰκότως *om. Hal.* — [2]) νοῦν *habuisse videtur Vet. Int., cf. Leunclav. Notat. I. 77.*

Δ Ι Α Τ Α Ξ Ι Σ μϛ'. [a])

Περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀκινήτων πραγμάτων ἐκποιήσεως καὶ καταβολῆς [1]), *δίχα τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει* [2]).

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Π ρ ο ο ί μ ι ο ν.

Καὶ τὸ περὶ τοὺς νόμους σπούδασμα καὶ τἆλλα πάντα ἡμῖν διὰ τοῦτο καθ' ἑκάστην ἐκπονεῖται, ἵνα τὸ συμφέρον τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις ἐξευρίσκοιμεν, τὸ μὲν ἐκκεχυμένον καὶ ἄμετρον παύοντες, τὸ δὲ ἄριστόν τε καὶ μεμετρημένον ἀντεισφέροντες. καὶ πολλὰ ἐξεπίτηδες διὰ τὴν ἔμπροσθεν ἀμετρίαν καὶ πέρα τοῦ μετρίου τὸν νόμον περιεσφίγξαμεν. ἵνα τὸ

Novella XLVI.

DE ECCLESIASTICARUM RERUM IMMOBILIUM ALIENATIONE ET SOLUTIONE, EXCEPTIS IIS, QUAE CONSTANTINOPOLI SUNT.

Idem Imperator Ioanni, iterum Praefecto Praetorio, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

In legum studio ceterisque omnibus ideo quotidie versamur, ut reperiamus quid sit utile nostris subiectis, id quod effusum atque infinitum est coërcentes, optimum vero et quod modum habet in eius locum introducentes. Ac saepe de industria legem, quia antea modum non habebat, etiam ultra modum contraximus, ut cohibendo id, quod ante redundabat, aequalitatem hac

Gl. Const. XLVI.

DE ECCLESIASTICARUM RERUM IMMOBILIUM ALIENATIONE ET SOLUTIONE.

(Coll. V. tit. 1.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. Et circa leges studium, et alia omnia a nobis ideo quotidie cum labore aguntur, ut utilitatem nostris subiectis inveniamus, quod effusum quidem et immensum [3]) est removentes, quod autem optimum [4]) et metitum subrogantes. Saepe quoque ex studio propter priorem immensitatem etiam ultra mensuram

[a]) *Scrimg.; deest apud Hal. — Haec Nov. est in Coll. 87. capit. cap. 13., cf. Biener l. c. p. 587., et in (Ioannis) Nomoc. App. XI. (Voëlli bibl. II. p. 664 sq.); epitomata in Coll. const. eccl. III. 2. 8. (ibid. II. p. 1351 sq.), et breviter quae in ea constituta sunt, indicant Paratitla ad Coll. const. eccl. I. 2. (ibid. II. p. 1252 sq.), haec autem ultimo loco refertur Novella ut numero 44. — Iulian. Const. 14. — Versio est vetus glossata.*

[1]) καὶ καταβολῆς *om. Coll. 87. capit., (Ioannis) Nomoc. Psell. p. 15.* — [2]) *Scrimg., mss. Meerm. et Zuich. (Ioannis) Nomoc.;* δίχα τῶν ἐν Κωνστ. *om. Coll. const. eccl., Paratitla ad Coll. const. eccl. I. 2., Psell., Fulg., Ind. reg.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid., Port.* immensumque *Cont.* — [4]) *Cod. Hamb.;* et optimum *edd.*

Περὶ τοῦ τὸν ἐν ἐπαρχίαις εἰς ὑπερόριον δικαστήριον παρισιώντα ἐγγύην διδόναι, ὅτι εἰ μὴ νικήσει τὴν δίκην, δώσει ὅσον ὁ δικάζων ὁρίσει λαβεῖν τὸν συκοφαντηθέντα. καὶ περὶ τοῦ τὸν δεχόμενον βιβλίον εἴκοσι ἡμερῶν ἔχειν προθεσμίαν ἐπὶ διασκέψει, εἰ βούλεται δικάσασθαι, ἢ τὸν δοθέντα ἀνέχεται [1]) δικαστήν. καὶ περὶ τοῦ μετὰ ἐξωμοσίαν ἀπολιμπανομένου ὀφείλοντος πᾶσαν πληρῶσαι ζημίαν τῷ ἐνάγοντι, καὶ ὑπὸ ἐγγύην τινὰ λοιπὸν λέγειν τὴν δίκην καὶ ὑποτίθεσθαι [2]). καὶ περὶ τῶν δίχα προικὸς ἢ προγαμιαίας δωρεᾶς συνοικησάντων προτελευτήσαντι ἀπόρων εὐπόρων [3]) καλουμένων εἰς τὸ τέταρτον τῆς περιουσίας, εἴτε ὑπόντων παίδων, εἴτε μὴ ὑπόντων.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων τῆς ἑῴας τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Πολλοὶ προσιόντες ἡμῖν διδάσκουσι τὸ ἡμέτερον κράτος, ὡς ἀγώγιμοι γίνονται παρὰ τινῶν ἢ καὶ εἰς ἑτέρας ἀπάγονται χώρας ἢ ἐκ θείας ἡμῶν κελεύσεως, ἢ καὶ ἐκ ψήφων ἀρχικῶν, καὶ [4]) ταλαιπωροῦνται μὲν τούτοις, ἠναγκασμένοι δὲ ὑπὸ τῶν κελεύσεων ἢ τῶν ψήφων ἄγονται, εἶτα οἱ τούτους ἀγαγόντες καὶ ἀσφαλείας κομισάμενοι, ὡς εἶσω ῥητοῦ χρόνου καταλήψονται τὸ ἀφορισθὲν δικαστηριον οἱ παρ' αὐτῶν αἰτιαθέντες, αὐτοὶ μένουσιν ἐν τῇ χώρᾳ, τρύχεσθαι ταῖς ἐν ξένῃ δαπάναις τὸν παρασιάντα ἢ διαχθέντα καταλιμπάνοντες.

Κεφ. α'. [b])

Τοῦτο τοίνυν ἐλεοῦντες θεσπίζομεν, εἴ τι γένοιτο τοιοῦτο, καὶ ὁ χρόνος πληρωθείη, ὃν ἐπὶ τῇ τῆς παρασιάσεως ἢ τῆς ἀπαγωγῆς [5]) ἀσφαλείᾳ αὐτῆς ὁ ἐνάγων

Novella LIII.

UT IS, QUI IN PROVINCIIS AD IUDICIUM EXTRANEUM VOCAT, FIDEIUSSOREM DET, SE, NISI CAUSAM VINCAT, DATURUM ESSE, QUANTUM IUDEX EUM, QUI CALUMNIAM PASSUS EST, ACCIPERE DEFINIVERIT. ET UT ILLE, QUI LIBELLUM ACCIPIT, VIGINTI DIERUM TERMINUM HABEAT, UT STATUAT, AN VELIT LITIGARE, VEL DATUM IUDICEM ADMITTAT. ET UT ILLE, QUI POST CAUTIONEM IURATORIAM ABEST, OMNE DAMNUM ACTORI RESARCIRE, AC IN POSTERUM FIDEIUSSORE DATO CAUSAM AGERE ET PIGNUS DARE DEBEAT. ET DE PAUPERIBUS, QUI SINE DOTE VEL DONATIONE PROPTER NUPTIAS PRAEMORTUO IUNCTI FUERUNT MATRIMONIO, UT VOCENTUR IN QUARTAM PARTEM SUBSTANTIAE ILLIUS, SIVE LIBERI ADSINT, SIVE NON, EOQUE DITENTUR.

Idem Imperator Ioanni, per Orientem iterum Praefecto praetorio, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Multi nos adeuntes potentiam nostram docent, se a quibusdam in ius vocari atque ad alias etiam provincias vel per sacram nostram iussionem, vel etiam sententiam iudicialem trahi, et misere secum ita agi, quum iussionibus illis vel sententiis coacti abducantur, ii vero, qui eos ducunt et cautionem acceperunt eo nomine ut postulati ab iis intra certum tempus ad determinatum iudicium venturi sint, in provincia maneant, relinquentes eum, qui se stitit vel adductus est, in peregrina terra sumtibus atterendum.

Cap. I.

Quum igitur huius rei misereamur, sancimus, si tale quid contingat, et tempus elapsum sit, quod in cautione iudicio sistendi aut deducendi causa actor prae-

Gl. Const. LIII.

DE EXHIBENDIS ET INTRODUCENDIS REIS, ET UT HI, QUI CONVENIUNTUR, POST VICESIMUM DIEM PRAESENTENTUR IUDICIBUS, ET DE HIS, QUI IURATORIAM CAUTIONEM EXPONUNT, ET ANTE LITIS CONTESTATIONEM ABSENTES FIUNT, ET DE HYPOTHECIS, QUAE APPELLANTUR EX CASU, ET QUAE PERSONAE ET QUANDO HOC IUS HABENT, ET DE INDOTATIS UXORIBUS, UT HABEANT QUARTAM PARTEM IN SUBSTANTIA VIRI, ET IPSE VIR IN SUBSTANTIA UXORIS, QUANDO INOPS EST, QUI [6]) RELINQUITUR.

(Coll. V. tit. 6.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo Praetoriorum per Orientem Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. Plurimi adeuntes docent nostram [7]) potestatem, quia exhibentur ab aliquibus, aut etiam in alias protrahuntur [8]) provincias aut [9]) ex sacra nostra iussione aut ex [10]) decretis iudicialibus, et ad miseriam quidem propter [11]) hoc aguntur, coacti vero iussionibus aut decretis exhibentur. Proinde qui eos exhibent, etiam cautiones exigentes, quia intra certum tempus venient ad determinatum iudicium ii, qui ab eis conventi sunt, ipsi remanent in provincia, affligi in peregrinatione sumtibus exhibitum aut praesentatum relinquentes.

Cap. I. Hoc igitur miserantes sancimus, si quid fiat tale, et tempus impleatur, quod in cautione exhibitionis

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Maxima Novellae pars est est vetus glossata.* — [b]) *Cap.* 1 — 3. *et initium cap.* 4. *usque in Bas. variis locis.* — *Iulian. Const.* 47. — *Versio ad verba παντελῶς ἀποσιρεφόμεθα in Bas. VII.* 12. 7.

[1]) *ἀνέχεσθαι Hal.*; *καὶ* (*pro ἢ*) — *ἀνέχεσθαι coni. Homb.* — [2]) *Reliqua rubricae verba non habet Hal.* — [3]) „*Tollendum est τὸ εὐπόρων et comma post καλουμένων. Vel si illud retinendum videtur, legi debet εὐπορῶν et iungi vel praemitti τῷ προτελευτήσαντι*“ *Homb.* — [4]) *Hal., Vulg.*; *ἢ καὶ Scrimg.* — [5]) *ἢ ἀγωγῆς Hal.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; cui *Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb.*; nostram docent *edd.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; pertrahuntur *Port., Cont.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid.*; aut *om. Port., Cont.* — [10]) *Cod. Hamb.*; ex *om. edd.* - [11]) *Cod. Hamb., Trid.*; per *Port., Cont.*

ιάληθῆ, δείκνυσθαι δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῆς ἡμέρας τοῦ βιβλίου, καὶ τῆς ὑπογραφῆς τῆς κατὰ τὸ βιβλίον. καὶ εἰ φήσειε παρεληλυθέναι τὸν τῶν εἴκοσι ἡμερῶν ἀριθμόν, ηνικαῦτα γίνεσθαι τὴν προκαταρξιν, ἐν μέσῳ δὲ ἄδειαν εἶναι καὶ παραιτεῖσθαι τὸν δικαστήν, καὶ ἕτερον αἰτεῖν, ἢ συνδικασιὴν αὐτῷ λαμβάνειν, ἢ καὶ ἀπαλλάττεσθαι φιλικῶς, οὐδὲν ἐν μέσῳ οὐδὲ ζημιούμενον, οὐδὲ παρὰ τῶν πρακτόρων ταραττόμενον, ἀλλὰ τήν τε δικαστικὴν ἀσφάλειαν ἐκτιθέμενον, καθάπερ ἂν οἱ ταῦτα κρίνοντες συνίδοιεν, τήν τε τῶν εἴκοσι ἡμερῶν ἔχοντα διάσκεψιν. Εἰ δὲ ταῦτα μὴ παραφυλαχθείη. κἂν δόξειέ τις γενέσθαι προκαταρξις, ἀντὶ μηδενὸς αὐτὴν εἶναι, ἀλλ' ἄδειαν εἶναι καὶ μετὰ τὴν τοιαύτην προκαταρξιν εἴσω τῶν τεταγμένων εἴκοσι ἡμερῶν οὕτως ἅπαντα πράττειν, ὡς ἂν εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγεγόνει τις προκαταρξις.

eiusque subscriptione probetur. *Et si numerum viginti dierum praeteriisse dicat, tum litis contestatio fiat. Interim vero iudicem recusare, et alium petere, vel qui simul iudicet accipere, vel etiam amice illi transigere liceat, neque ullum damnum interim patiatur, neque ab exsecutoribus turbetur, sed iudicialem cautionem praestet, quemadmodum illis, qui ista iudicant, visum fuerit, et viginti dierum deliberationem habeat. Quodsi haec non observentur, etsi litis quaedam contestatio facta videatur, ea pro nulla habeatur, et post eiusmodi litis contestationem intra praefinitos viginti dies ita omnia agere liceat, ac si nulla plane litis contestatio facta fuisset*

Κεφ. δ.

Εἰ δὲ ἅπαξ παραιτησάμενος τὸν δικασὴν ἕτερον λάβοι, οὐ δίδομεν αὐτῷ καὶ τὸν ζητηθέντα αὖθις παραιτεῖσθαι. ὥσπερ γὰρ αὐτοῦ κηδόμεθα, οὕτω καὶ τὸ δι' ἀναβολὴν πράττεσθαί τι κατὰ τῶν ἐναγόντων παντελῶς ἀποστρεφόμεθα [a]). Εἰ δὲ καί τινες διομόσαιντο μέν, ὡς προσεδρεύουσι, πρὶν δὲ ἡ προκαταρξις γένοιτο, τῆς μεγάλης ταύτης ἀφανεῖς καταστᾶεν πόλεως, ἄδειαν εἶναι καὶ μὴ γενομένης προκατάρξεως προσιέναι τὸν ἐνάγοντα τῷ ἀφορισθέντι δικαστῇ, καὶ ταῦτα προσαγγέλλειν, ἐκεῖνον δέ, εἰ μὲν ἄρχων εἴη, κελεύειν ἐκ τρόπου παντὸς ἄγεσθαι τὸν ἐναχθέντα, ὡς καὶ ἐπίορκον, καὶ σχεδὸν ἑαυτοῦ κατήγορον τῇ φυγῇ γενόμενον. εἰ δὲ οὐκ ἄρχοι, δοθείη δὲ ἐκ τινὸς δικαστής, εἴτε ἐκ θείου τύπου τυχὸν ἢ κελεύσεως, ἢ καὶ παρά τινος ἄρχοντος, ἐπ' ἐκεῖνον μηνύειν, ὥστε ἄγεσθαι παρ' ἐκείνου, καὶ μὴ τὸ πρᾶγμα μένειν τῷ διώκοντι πανταχόθεν ἄπορον οὔτε τοῦ δικαστοῦ πρᾶξαί τι δυναμένου, διὰ τὸ μήπω γενέσθαι παρ' αὐτῷ προκαταρξιν, ἐκείνου τε ταταφρονοῦντος τοῦ νόμου καὶ τῆς διωμοσίας τῆς ἑαυτοῦ, καὶ τὸν διώκοντα πάσης ἐκτὸς νομίμου βοηθείας ἀπολιμπάνοντος. §. 1. Ὅπως ἂν οὖν μὴ λανθάνοντος αὐτοῦ καὶ βραδυνούσης τῆς παραστάσεως τὸ πρᾶγμα μένοι μετέωρον, ἐξεταζέτω παχυμερῶς ὁ δικαστὴς ὅποι γῆς ἀπεληλυθέναι λέγεται. καὶ διδότω προθεσμίαν ῥητήν, ὥστε εἰ μὴ εἴσω ταύτης ἀπαντήσειεν (ἐλευθέραν μέντοι τούτου παῤῥησίαν ἔχων, ἀλλὰ μή, ὡς εἰκός, ἐξεπίτηδες παρὰ τοῦ διώκοντος καθειργμένος ἢ κωλυόμενος ἐλθεῖν), ηνικαῦτα

Cap. IV.

Si vero quis semel recusaverit iudicem aliumque acceperit, non concedimus illi, ut quem petiit rursus recuset. Quemadmodum enim illius curam gerimus, ita etiam, ut per dilationem aliquid contra actores fiat, omnimodo aversamur. Quodsi quidam se adfuturos iurent, antequam vero litis contestatio facta sit, magna hac urbe discedant, actori etiam non facta litis contestatione iudicem designatum adire, et haec denunciare liceat. Ille vero, siquidem magistratus est, reum tanquam periurum et sui fere accusatorem per fugam factum quavis ratione adduci iubeat; sin vero magistratus non est, sed iudex ab aliquo datus, vel ex sacra fortasse sanctione vel iussione, vel etiam a magistratu quodam, id illi indicet, ut ab eo adducatur, neque actori causa undique dubia maneat, cum iudex nihil agere valeat. quod apud ipsum litis contestatio nondum facta sit, et is legem et iusiurandum suum contemserit, actoremque omni legitimo auxilio destitutum reliquerit.

§. 1. *Ne igitur latitante eo et dilata exhibitione causa in suspenso maneat, iudex obiter examinet, quorsum abiisse dicatur, et certum diem det, intra quem nisi compareat (modo liberam huius rei facultatem habeat, nec autem, ut fieri potest, ab actore dedita opera impediatur vel venire prohibeatur), tunc una parte praesente causam examinet, et in possessionem bonorum illius actorem mittat pro modo debiti probati, ita*

quoque illud etiam ex die et subscriptione libelli, et si dixerit transisse viginti dierum numerum, tunc fieri litis contestationem; in medio autem ei licentiam esse repudiare iudicem, et alium petere, aut etiam cum eo iudicem percipere, aut certe absolvi amicabiliter, nihil in medio neque damnificando, neque ab exsecutoribus conturbando, sed et iudiciariam cautionem exponentem, sicut qui de his iudicat perspexerit, et viginti dierum habentem deliberationem. Si vero haec non serventur, licet videatur quaedam fieri contestatio litis, pro nihilo eam esse, sed licentiam esse et post huiusmodi contestationem litis intra definitos viginti dies sic omnia agere, tanquam si neque ab initio facta sit quaedam contestatio litis.

Cap. IV. Si vero semel repudians iudicem alium acceperit, non sinimus ei eum, qui petitus est, rursus repudiare. Sicut enim eius curam habemus, sic [1]) etiam per dilationem agi aliquid adversus actorem modis omnibus aversamur. Si vero etiam quidam iurent, quia observant [2]), et ante, quam contestatio litis fiat, ab hac maxima dispareant civitate, licentiam esse etiam non facta litis contestatione adire actorem statutum iudicem, et hoc denunciare, illum vero, si quidem administrator sit, iubere omnimodo exhiberi reum tanquam periurum, et paene sui accusatorem per fugam factum, si vero non administrat, sed datus sit a quodam iudice, sive ex sacra forte [3]) forma aut iussione, aut etiam ab aliquo administratore, ad illum nunciare [4]), a quo datus est, ut deducatur ab illo, ne causa maneat actori undique desolata, iudice agere aliquid non valente, eo quod nondum apud eum facta sit contestatio litis [5]), illo contemnente legem et iuramentum suum manifestatione sua, et actorem extra omne legitimum adiutorium relinquente. §. 1. Igitur ne latente eo et tardata exhibitione causa maneat suspensa, examinet ut potuerit iudex, in quam terram abiisse dicitur, et det inducias certas, ut, nisi intra eas occurrerit (liberam tamen huius rei fiduciam habens, si non forte studio acteris impediatur, aut venire prohibeatur), tunc secundum unam partem examinet negotium. Et in possessionem

[a]) *Reliqua pars huius capitis, si verba ultima exceperis, in B a s. VII.* 14. 22.

[1]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; sic *om. Cont.* — [2]) *Cod. Hamb.*; observent *Trid.*; observabunt *Port., Cont.* — [3]) *Cod. Hamb.*; forte *om. edd.* — [4]) *Cod. Hamb.* (*cunda man.* denunciare); renunciare *edd.* — [5]) *Cod. Hamb.*; litis contestatio *edd.*

καὶια κατὰ μίαν μοῖραν ἐξεταζέτω τὴν ὑπόθεσιν [a]). καὶ ἐπὶ νομῆς πεμπέτω τὸν διώκοντα τῶν αὐτοῦ πραγμάτων πρὸς τὸ μέτρον τοῦ διαφαινομένου χρέους, ὥστε αὐτὸν εἰς νομὴν πεμφθέντα ἔχειν τὰ πράγματα χρέους ἕνεκεν φυλακτέου. καὶ τηνικαῦτα εἴπερ ἐκεῖνος ἀπαντήσειε, πᾶσαν αὐτῷ πρότερον θεραπεύειν τὴν ζημίαν, οὕτω τε ἀπολαμβάνοντα τὰ πράγματα καὶ ἐγγυητὴν παρασχόμενον ἀγωνίζεσθαι τὴν ὑπόθεσιν.

ita ut ille in possessionem missus debiti servandi causa res habeat; et tunc si ille compareat, prius omne damnum huic resarciat, atque ita res recipiat, et fideiussore dato causam agat.

Κεφ. ε'. [b])

Καλὸν δ' ἂν εἴη καὶ τοῦτο πρὸς τὴν τῶν ἀμφισβητουμένων ζήτησιν νόμῳ κοινῷ διορίσασθαι. πρότερον μὲν γὰρ γεγόνασιν ἀμφισβητήσεις πολλαί, πότερον δεῖ τὰς στρατείας ὑπὸ τοὺς τῆς ὑποθήκης ἄγεσθαι δεσμούς, ἢ τούτων ἐλευθέρας εἶναι. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἤδη κέχριται νόμῳ, καὶ πρόδηλοι καθεστᾶσιν αἱ στρατεῖαι [1]), ὁπόσαι διὰ τὸ [2]) πιπράσκεσθαι καὶ ὑποτίθεσθαι δύνανται. ἡμεῖς δὲ τὸ πρᾶγμα ἐκ μειζόνων θεωροῦντες ἴσμεν, ὡς ἐκ τῶν παλαιῶν χρόνων οὐκ ἦν [3]) ἐπὶ ταῖς στρατείαις ὑποθήκη, ἀλλά τινα ὀνόματα παντελῶς ἀρχαῖα καὶ ἐκλελοιπότα ἐν τοῖς τοιούτοις ἐφέρετο. κατὰ μικρὸν δὲ οἱ αὐτοκράτορες τοὺς προϊόντας τῶν δανεισιῶν ἐλεοῦντες ταῦτα ἐδίδοσαν, καίτοι πάσης στρατείας δημοσίας οὔσης, καὶ οὐδένα πόρον παντελῶς ἕτερον ἢ τὸν ἐκ βασιλικῆς φιλοτιμίας ἐχούσης. §. 1. Διὰ τοῦτο τοίνυν θεσπίζομεν, τὰς ἐκ τοῦ καλουμένου κάσου στρατείας [4]) μὴ παντὶ προχείρως ὑποκεῖσθαι, πλὴν εἰ μὴ δανειστὴς εἴη ὁ εἰς αὐτὸ τοῦτο δανείσας, ἐφ' ᾧ τῆς στρατείας ἐκείνου τυχεῖν. ἐπειτοιγε τοῖς ἄλλοις δανεισταῖς οὐ προχείρως δίδομεν τοῦτο, ἀλλ' εἰ μὲν παῖδες ὦσιν ἢ γαμετὴ τῷ τελευτήσαντι, τούτους πᾶσι προχρίνομεν [5]) τρόποις, ὥστε προσιέναι τε ἡμῖν, καὶ κατὰ κέλευσιν ἡμετέραν ταῦτα κομίζεσθαι, οὐχ ὡς πατρῷον κλῆρον, εἴ γε τὰ ἄλλα ἄπορος [6]) εἴη, ἀλλὰ βασιλικὴν φιλοτιμίαν, ἵνα καὶ τοῖς οὐσίαν καταλιμπάνουσι, καὶ τοῖς οὐκ ἔχουσι τὰ εἰκότα βοηθήσαιμεν. Εἰ μέντοι οὐδεὶς αὐτοῖς οὔτε παῖς οὔτε γυνὴ καθεστήκοι, οὐδὲ δανειστὴς ὁ εἰς αὐτὴν τὴν στρατείαν δανείσας, τηνικαῦτα καὶ τοῖς ἄλλοις δανεισταῖς μεταδίδομεν τῶν τοιούτων, ἵνα μὴ δόξαιμεν ἀπάνθρωπόν τι ποιεῖν, καὶ οὐ δι' εὐσεβῆ καὶ θεῷ ἀρέσκουσαν πρᾶξιν τιθέναι τὸν νόμον. τῶν περὶ τῆς στρατείας τῶν περιβλέπτων σιλεν-

Cap. V.

Pulchrum praeterea erit propter dubia quaedam, de quibus quaeri solet, etiam hoc communi lege definire. Primum enim multum dubitatum fuit, utrum militias hypothecae vinculo constringi, an vero eas ab his liberas esse oporteat. Sed hoc quidem lege iam definitum et manifestum est, militias, quae vendi possunt, ideo etiam oppignorari posse. Nos vero rem diligentius considerantes scimus, antiquis temporibus in militiis pignus non fuisse, sed nomina quaedam plane antiqua quaeque evanuerunt in iis ferebantur. Paulatim autem Imperatores miserati creditores interpellantes ea concesserunt, quamquam omnis militia esset publica, nec ullum alium reditum, praeterquam ex imperiali liberalitate haberet.

§. 1. *Quamobrem sancimus, ut militiae ex casu, qui vocatur, non omnibus temere oppignorentur, nisi creditor sit, qui ad hoc ipsum mutuum dedit, ut militia ille potiretur. Reliquis enim creditoribus non temere hoc concedimus. Sed si defunctus liberos vel coniugem habeat, hos omnimodo praeferimus, ita ut nos adeant, eaque secundum iussionem nostram accipiant non tanquam patris hereditatem, si ceteroquin inops sit, sed tanquam imperialem liberalitatem, ut et iis, qui bona relinquunt, et qui nihil habent, opem ut decet feramus. Quodsi illis nulli sint liberi, nec uxor, nec creditor, qui in militiam credidit, tunc et reliquis creditoribus hoc concedimus, ne inhumanum quid agere, nec pietatis studio, et ut deo placeamus, legem ferre videamur. Privilegia vero, quae in militia spectabilibus silentiariis specialiter data et illis largita sunt, in suo robore maneant.*

Cap. VI.

sionem mittat actorem eius rerum [7]) secundum mensuram declarati debiti (ipsumque in possessionem missum habere etiam res [8]) debiti causa servandi [9])), et tunc, si ille occurrerit, omne ei prius solvet [10]) damnum, et tunc recipiens res et fideiussorem praestans prosequatur causam.

Cap. V. Optimum quoque est etiam hoc propter dubitationum quaestionem lege communi determinare. Primum namque fuerunt dubitationes multae [11]), utrum oporteat militias sub hypothecae deduci vinculis, aut [12]) his liberas esse. Sed hoc quidem iam definitum est lege, et certae consistunt militiae, quaecunque vendi aut obligari possunt. Nos autem ex maioribus causam considerantes scimus, quia ex antiquis temporibus non erat in militiis hypotheca, sed quaedam nomina omnino antiqua et deficientia in talibus ferebantur [13]), paulatim vero Imperatores, interpellantium creditorum miserati, haec praebebant, quum utique omnis militia publica exsisteret, et [14]) nullum quaestum omnino alium, quam ex imperiali munificentia habens. §. 1. Propterea igitur sancimus, ea, quae appellantur ex casu, non omnibus promte subiacere, nisi tamen creditor fuerit, qui ad hoc ipsum mutuavit, ut militia illi emeretur. Alioquin aliis creditoribus non promte damus hoc, sed si quidem filii fuerint aut uxor defuncti, istos omnibus praeponimus modis, ut adeant nos, et secundum iussionem nostram hoc habeant non tanquam paternam hereditatem, si in aliis inops sit, sed tanquam imperialem munificentiam, ut et substantiam relinquentibus, et non habentibus merito solatium praebeamus. Si vero nullus eis neque filius, neque uxor fuerit, neque creditor, qui ad ipsam militiam mutuavit, tunc et aliis creditoribus praebemus hoc, ne videamur inhumanum aliquid facere, et non propter piam et deo placentem

---

[a]) *Haec ultima huius cap. verba desunt in Bas., neque ea habet Hal. ed. Norica, supplementa autem ed. Herwag. ea exhibent atque inde recepta sunt in Par.* — [b]) *Hoc cap., excepta introductione, in Bas. XXV. 6. 1.*

[1]) καὶ πρόδηλαι καθεστᾶσι στρατεῖαι *Hal.* — [2]) διὰ τὸ *om. Hal.* — [3]) οὐκ ἂν *Hal.* — [4]) τὰ ἐκ τοῦ καλουμένου κάσου στρατείας *admodum probabiliter coniecit I. B. Koehler in Spec. Verisim. I. C. cap. 12. et in Interpretationib. et Emend. I. B. l. cap. 11.* — [5]) προκρίνεσθαι *Hal., Bas.* — [6]) ἄμοιρος *Hal.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; rerum eius *Port., Cont.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; rem *Port., Cont.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; servandi causa *Port., Cont.* — [10]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; salvet *Cont.* — [11]) *Cod. Hamb.*; plurimae *edd.* — [12]) *Cod. Hamb., Trid.*; vinculis, an etiam *Port., Cont.* — [13]) *Cod. Hamb.*; defarebantur *Trid.*; efferebantur *Port., Cont.* — [14]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.*

σιλεντιαρίων ἰδικῶς δεδομένων καὶ πεφιλοτιμημένων αὐτοῖς προνομίων ἐπὶ τῆς ἰδίας ἰσχύος μενόντων.

Κεφ. ϛ'.[a])

Ἐπειδὴ δὲ πρὸς φιλανθρωπίαν ἅπας ἡμῖν ὁ νόμος ἠρμοσται, ὁρῶμεν δέ τινας συνοικοῦντας γυναιξὶ προικῴων χωρίς, εἶτα τελευτῶντας, καὶ τοὺς μὲν παῖδας ἐκ τοῦ νόμου καλουμένους πρὸς τὸν πατρῷον κλῆρον, τὰς δὲ γυναῖκας, κἂν εἰ μυριάκις ἐν τάξει νομίμης γαμετῆς συνῴκησαν, ἀλλ' οὖν διὰ τὸ μὴ γενέσθαι μητε προῖκα μήτε προγαμιαίαν δωρεὰν μηδὲν ἔχειν δυναμένας, ἀλλ' ἐσχάτῃ συζώσας ἀπορίᾳ, διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, πρόνοιαν γενέσθαι τούτων καὶ ἐν τῇ διαδοχῇ τοῦ τελευτήσαντος, καὶ τὴν τοιαύτην γαμετὴν μετὰ τῶν παίδων καλεῖσθαι. καὶ ὥσπερ ἐγράψαμεν νόμον βουλόμενον, εἴπερ ἄπροικον οὖσαν τὴν γαμετὴν ὁ ἀνὴρ ἀποπέμψεται, τὸ τέταρτον μέρος τῆς αὐτοῦ περιουσίας λαμβάνειν αὐτήν, οὕτω κἀνταῦθα, ἐπειδήπερ εἰκὸς ὀλίγους ἢ πλείους εἶναι παῖδας, τὴν τετάρτην τῆς περιουσίας μοῖραν κομίζεσθαι τὴν γυναῖκα, εἴτε πλείους εἴτε ἐλάττους οἱ παῖδες εἶεν. εἰ μέντοι προσβεῖόν τι καταλίποι αὐτῇ ὁ ἀνὴρ ἔλαττον τῆς τετάρτης μοίρας, ἀναπληροῦσθαι τοῦτο, ἵνα, καθάπερ ἀδικουμέναις αὐταῖς ἐβοηθήσαμεν, εἴπερ ἀποπεμφθεῖεν παρὰ τῶν ἀνδρῶν ἄπροικοι καθεσιῶσαι, οὕτω κἂν εἰ μένοιεν μέχρι παντὸς παρ' αὐτοῖς, τῆς αὐτῆς ἀπολαύσωσι προνοίας. δηλαδὴ πάντων κατὰ μίμησιν ἐκείνης ἡμῶν τῆς διατάξεως τῆς τὸ τέταρτον ἀφοριζούσης αὐταῖς κἀνταῦθα κρατούντων ὁμοίως μὲν ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν, ὁμοίως δὲ καὶ[1]) ἐπὶ τῶν γυναικῶν. κοινὸν γὰρ καὶ τοῦτον ἐπ' αὐτοῖς τίθεμεν τὸν νόμον, ὥσπερ δὲ καὶ τὸν ἔμπροσθεν. §. 1. Εἰ μέντοι τινὰ ἴδια ἡ γυνὴ πράγματα κατὰ τὴν οἰκίαν τοῦ ἀνδρὸς ἢ ἀλλαχόσε ἀποκείμενα ἔχοι, τούτων τὴν εἰσπραξιν καὶ παρακατασχεσιν ἐχέτω πᾶσι τρόποις ἀμείωτον, ὑποκεῖσθαι τοιούτων πραγμάτων τοῖς τοῦ ἀνδρὸς δανείσμασι κατ' οὐδὲν δυναμένων, πλὴν εἰ μὴ καθ' ὅσον τῶν ἐκείνου δικαίων ἐκ τοῦδε τοῦ νόμου συγκληρονομεῖ. §. 2. Ταῦτα δὲ φαμέν, εἴπερ τῶν συνοικούντων θάτερος προῖκά τε καὶ προγαμιαίαν δωρεὰν μὴ ποιησαμένων ἀπόρως ὁ ἀνὴρ[2]) ἢ ἡ γυνὴ διάκειται, ὥστε τὸν μὲν τελευτῶντα ἢ τὴν τελευτῶσαν εὔπορον εἶναι, τὸν δὲ περιόντα ἢ τὴν περιοῦσαν πένεσθαι. ἐπείτοιγε εἴπερ ἀλλαχόθεν ἴσως εὐποροίη, τὴν οὐκ εἰσενεγκοῦσαν προῖκα ἢ τὸν οὐκ ἐπιδόντα τὴν διὰ γάμον δωρεὰν οὐκ ἂν εἴη δίκαιον

Cap. VI.

Quoniam vero ad humanitatem tota nostra lex accommodata est, quosdam autem mulieribus sine dote matrimonio iungi, deinde eos mori videmus, et liberos ex lege ad paternam hereditatem vocari, uxores vero, etsi vel maxime legitimae coniugis locum obtinuerint, tamen, quia nec dos nec donatio propter nuptias facta sit, nihil capere posse, sed in extrema necessitate vivere, propterea sancimus, ut et his in successione defuncti prospiciatur, atque eiusmodi uxor cum liberis vocetur. Et quemadmodum legem scripsimus, quae vult, ut, si vir uxorem, quae sine dote est, dimiserit, quartam ea partem substantiae eius accipiat, ita etiam hic, siquidem fortasse plures vel pauciores sint liberi, mulier quartam substantiae partem accipiat, sive plures sive pauciores sint liberi. Si tamen maritus legatum aliquod illi relinquat, quod minus sit quarta parte, id expleatur, ut, sicuti illis laesis opem tulimus, quando a maritis dimittuntur, quae sint indotatae, ita eadem providentia, si semper apud eos maneant, fruantur, omniaque ad imitationem illius constitutionis nostrae, quae quartam illis determinat, aequaliter tam in viris quam in mulieribus etiam hic obtineant. Hanc enim legem, quemadmodum et priorem, communem illis ferimus.

§. 1. *Quodsi uxor res quasdam proprias in domo viri vel alibi sitas habeat, harum exactionem et retentionem nulla ratione imminutam habeat, et debitis viri eae res nullatenus subiaceant, nisi quatenus ex hac lege in iura illius succedat.*

§. 2. *Haec vero dicimus, si, quum alter ex coniugibus dotem vel donationem propter nuptias non constituerit, vel vir vel mulier inopia laboret, ita ut defunctus vel defuncta quidem dives, ille vero vel illa, quae superstes est, inops sit. Nam si aliunde forsan dives sit, iustum non foret, ut illa, quae dotem non constituit, vel ille, qui donationem propter nuptias non dedit, liberos successione coniugis gravet, quia alia est*

placentem actionem ponere legem; de militia quippe spectabilium silentiariorum proprie datis et largitis eis privilegiis in sua virtute manentibus.

Cap. VI. Quoniam vero ad clementiam omnis a nobis lex aptata est[3]), videmus autem quosdam coharentes mulieribus indotatis, deinde morientes, et filios quidem ex lege vocatos ad paternam hereditatem, mulieres autem, licet decies millies in statu legitimae coniugis manserint, attamen eo, quod non sit facta neque dos, neque antenuptialis donatio, nihil habere valentes, sed in novissima viventes inopia, propterea sancimus providentiam fieri etiam harum, et in successione morientis et huiusmodi uxorem cum filiis vocari, et sicut scripsimus legem, volentem, si sine dote exsistentem uxorem vir dimiserit, quartam partem eius substantiae accipere eam, sic etiam hic, quoniam contingit forte paucos aut plures esse filios, quartam partem eius substantiae habere mulierem, sive plures, sive minus filii fuerint. Si tamen legatum aliquod reliquerit ei vir, minus autem [4]) quarta parte, compleri hoc, ut, sicut laesas eas iuvamus, si forte dimissae fuerint a viris indotatae consistentes, ita vel si perduraverint semper cum eis, eadem fruantur providentia; scilicet omnibus secundum instar illius nostrae constitutionis, quae quartam decerpit eis, etiam hic servandis similiter quidem in viris, similiter autem in mulieribus; communem namque etiam hanc super eis ponimus legem, sicut et praecedentem. §. 1. Si vero quasdam res proprias mulier in domo viri aut alibi reposita habuit, harum actionem et retentionem habeat omnibus modis imminutam, subiacere huiusmodi rebus viri creditoribus nullo modo valentibus, nisi forte secundum quod in illius iure ex hac lege heres exstiterit. §. 2. Haec itaque dicimus, si coniunctorum alter dotem aut antenuptialem donationem non faciens, inops aut vir aut mulier inveniatur, et moriens quidem aut vir aut mulier locuples sit, ille vero vel illa superstes pauper exsistat. Nam si alunde forsan habeat, non offerentem dotem aut non dantem propter nuptias donationem non erit iustum

---

[a]) *Caput hoc, quod deest in Hal. ed. Norica, adiectum est in ed. Hervag. Supplementis, et suo loco apparet in Par. Est etiam in Bas. XXVIII. 12. 1. sed non integrum.*

[1]) καὶ *om. Hervag., Par., Cod. Zuich., Vulg.* — [2]) *Cod. Hamb.*; aptata est lex *add.* — [3]) *Cod. Hamb.*, [4]) ἢ ὁ ἀνὴρ *Hervag., Par., Cod. Zuich., Vulg.* — *Trid.*; autem *om. Port., Cant.*

δίκαιον βαρύνειν τοὺς παῖδας τῇ διαδοχῇ τοῦ συνοικήσαντος, διότι νόμος ἄλλος ἐστὶν ἡμέτερος, ὃν προῖκα μὴ εἰσενεγκαμένην μὴ δύνασθαι τὰ τοῦ ἀνδρὸς οἰκειοῦσθαι διὰ προγαμιαίας δωρεᾶς. ὅπερ καὶ ταῦθα βουλόμεθα κρατεῖν, πλὴν εἰ μὴ αὐτὸς ὁ ἀνὴρ ἢ πρεσβεῖον αὐτῇ ἢ τι μέρος τῆς ἐνστάσεως καταλίποι. γίνεσθαι γὰρ τοῦτο κατ οὐδένα βασκαίνομεν τρόπον, ἵνα διὰ πάντων ἡμῖν σύμφωνα τὰ τῶν νόμων τηροῖτο, καὶ ἡ ἀπορία τοῦ συνοικήσαντος παρὰ τῆς εὐπορίας τῆς ἑτέρου θεραπεύοιτο.

est lex nostra, qua illa, quae dotem non dedit, bona viri propter donationem ante nuptias sibi vindicare non potest. Quod et hic obtinere volumus, nisi ipse vir legatum vel partem institutionis ei reliquerit. Hoc enim quin fiat nullo modo prohibemus, ut leges per omnia consonae nobis serventur, et inopia coniugis unius divitiis alterius levetur.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν ἡ σὴ ὑπεροχὴ κρατεῖν καὶ πέρατι παραδιδόναι σπευδέτω διὰ τῶν παρ' αὐτῆς γενησομένων κηρυγμάτων ἅπασιν αὐτὰ καθιστῶσα φανερά, ὡστε αὐτοὺς κατὰ ταῦτα ζῆν τε καὶ πολιτεύεσθαι. Dat. X. Kal. Octobr. Constant. imp. DN. Instiniani PP. Aug. ann. XI., post Belisarii V. C. cons. ann. II. [537.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt eminentia tua operam det, ut obtineant et effectui dentur, et per mandata propria omnibus manifesta faciat, ut illi secundum haec vivant et regantur.

instum gravare filios per successionem, quoniam lex alia est nostra dicens, dotem non offerentem non posse res viri acquirere per antenuptialem donationem. Quod etiam hic volumus [1]) obtinere, nisi tamen ipse vir aut legatum ei aut aliquam partem institutionis reliquerit; fieri namque hoc nullo invidemus modo, ut omnibus modis concordantiae legum serventur, et inopia coniugis per divitias salvetur alterius.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis, tua celsitudo in omnibus valere effectuique contradere festinet, per praecepta a se conficienda universa faciens manifesta, quatenus ipsi secundum haec vivant etiam et conversentur. Dat. X. Kal. Octobr. Constant. imper. DN. Instiniani PP. Aug. anno XI., post cons. Belisarii V. C. anno secundo. [537.]

[1]) *Cod. Hamb.*; etiam volumus hic *edd.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ νδ'.[a])

Περὶ τοῦ τὴν τῶν ἐναπογράφων διάταξιν χώραν ἔχειν, ἀφ' οὗ ἐξεφωνήθη. καὶ περὶ τοῦ παντὶ εὐκτηρίῳ οἴκῳ καὶ ἑτέρῳ τόπῳ εὐσεβεῖ ἐξεῖναι πρὸς τὰ ὅμοια ποιεῖσθαι ἐναλλαγὰς τῶν ἀκινήτων κτήσεων δεκρέτου πραττομένου.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Ἐν τοῖς τῶν ἡμετέρων διατάξεων, οὐδὲν ἀσαφὲς ἐχούσῃ, κεκίνηνται ζητήσεις, τινὲς ἐξεπίτηδες καὶ πρὸς τὸν ἑαυτῶν σκοπὸν ἀσάφειαν ἐπαγόντων αὐτῇ. ἐλευθερίας γὰρ ὄντες ἐρασταὶ ἔναγχος τεθείκαμεν νόμον,

Novella LIV.

UT CONSTITUTIO DE ADSCRIPTITIIS LATA VALEAT EX EO TEMPORE, QUO PUBLICATA EST. ET UT OMNI ORATORIO ALIIQUE LOCO PIO IMMOBILES POSSESSIONES DECRETO INTERPOSITO CUM SIMILIBUS PERMUTARE LICEAT.

Idem Imperator Ioanni, gloriosissimo iterum Praefecto Praetorio, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Ex quadam nostrarum constitutionum, quae nihil obscuritatis habet, quaestiones motae sunt, quum nonnulli de industria et ad commodum suum obscuritatem in eam inducant. Qui enim libertatis sumus amantes, nuper

Gl. Const. LIV.

CONSTITUTIONEM, QUAE EX ADSCRIPTITIO ET LIBERA NATOS LIBEROS ESSE VULT, NON IIS, QUI ANTE CONSTITUTIONEM NATI SUNT SED QUI POST CONSTITUTIONEM, PRODESSE, ET UT [1]) VENERABILES DOMUS COMMUTATIONES FACIANT ADINVICEM IMMOBILIUM RERUM [2]), DECRETO PRIUS INTERPOSITO, EXCEPTA HAC MAIORI [3]) ECCLESIA.

(Coll. V. tit. 7.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, Praefecto Praetorio iterum, Exconsuli et Patricio [4]).

Praefatio. In quadam nostrarum constitutionum, nihil obscuritatis habente, motae sunt quaestiones ab aliquibus ex studio et ad suam intentionem obscuritatem ei introducentibus. Quum enim libertatis amatores

[a]) *Scrimg.*; *deest in edd. Hal.* — *Mentio fit huius Nov. ut numero quinquagesimae secundae in Paratit Coll. const. eccl. I.* 2 (*Voëlli bibl. II. p.* 1252.) — *Iulian. Const.* 48. — *Versio est vetus glossata*

[1]) *Cod. Hamb. Trid.*; ut ne *Port.*, *Cont.* — [2]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; ecclesiasticarum *add. Port.*, *Cont.* — [3]) venerabili *Cod. Hamb.* — [4]) *Trid.*, *Port.*, *Cont.*; Mennae archiepiscopo constantinopoleos *Cod. Hamb.*

νόμον, ὥστε μὴ κατὰ τὸ παλαιόν, εἰ ἐξ ἐναπογράφου καὶ ἐλευθέρου προσώπου προέλθοι γονή, πάντως αὐτὴν ἀκολουθεῖν τῇ ἐναπογράφῳ τύχῃ, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς δουλικῆς τύχης παρατήρησιν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἐναπογράφων νομίζεσθαι, καὶ πρὸς τὴν τῆς γαστρὸς κατάστασιν καὶ τὴν τοῦ τεχθέντος κανονίζεσθαι τύχην. ἐξ ἐλευθέρας γὰρ μητρὸς προελθεῖν δοῦλον βρέφος ὁ ἡμέτερος οὐ ποιῶν οὐκ ἠβουλήθη νόμος, ὥσιε ἐφήσαμεν ἐν τῷ νόμῳ, εἴτε τινὲς συνοικοῦσι γυναιξίν, εἴτε καὶ συνοικήσαιεν, εἶτα παιδοποιήσαιεν, οὕτω τὸν νόμον ἐπὶ τοῖς τικτομένοις χραιεῖν, τινὲς δὲ οὕτως ἀνοήτως ἢ κακούργως ἑρμηνεύειν ἐπιχείρησαν τὸν νόμον, ὥστε κἂν εἰ πρὸ τῆς διατάξεως ἐτέχθησαν τινές, κἂν εἰ σφόδρα εἶεν πρεσβῦται, νομίζειν αὐτοὺς ἐλευθεροῦσθαι ὥσπερ ἄρτι τικτομένους. ἀλλ' οὐ μακρῷ προειληφότας τὸν νόμον. κοίτοιγε ἡμεῖς ταύτην ἔσχομεν ἔννοιαν, ὥστε εἴτε συνοικοῦσιν ἤδη τινὲς γαμεταῖς, εἶτα μετὰ τὸν νόμον παιδοποιοῦνται, εἴτε μὴ συνοικοῦσι μέν, ὕστερον δὲ γήμαιεν, τὸ μετὰ τὸν νόμον τικτόμενον ἔχειν τὴν ἐκ τοῦ νόμου δεδομένην ἐλευθερίαν.

Κεφ. α'.

Ἵνα μὴ τοίνυν ἐξῇ τεχνάζειν καὶ κακουργεῖν, καὶ τοὺς τῶν χωρίων βλάπτειν δεσπότας ταῖς τοιαύταις ἑρμηνείαις, διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, πάντας τοὺς τεχθέντας ἐκ τοῦ καιροῦ τοῦ νόμου τούτους καὶ μόνους ἐλευθέρους ἐναπογράφου τύχης εἶναι, εἴπερ ἐξ ἐλευθέρων γένοιντο μητέρων, παντὸς τοῦ προειληφότος τῷ παλαιῷ πεφυλαγμένου νόμῳ.

Κεφ. β'. [a])

Ἐπειδὴ δὲ ἐναγχος νόμον ἐγράψαμεν, θεραπεύοντες κατά τι τὰ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκποιήσεων, καὶ βουλόμενοι, εἰ μὲν δημόσιον ὄφλημα εἴη, δύνασθαι αὐτὰς καὶ ἐκποιεῖν, οὐν ἀκριβείᾳ μέντοι πάσῃ, κατὰ τὴν τοῦ νόμου παρατήρησιν, εἰ δὲ ἰδιωτικὸν χρέος, pro soluto διδόναι πρᾶγμα ἀκίνητον, καὶ κατὰ μηδὲν δοκεῖν προκρούειν τῷ προτεθέντι νόμῳ τῷ πᾶσαν ἐκποίησιν εἴργοντι, κἀκεῖνο προσεθέμεν, ὥστε εἰ κατά τινα ἀπαραίτητον πρόφασιν καὶ συμφέρουσαν τῷ τε διδόντι τῷ τε λαμβάνοντι εὐκτηρίῳ οἴκῳ, τουτέστιν ἢ ἐκκλησίᾳ πρὸς ἐκκλησίαν, ἢ πτωχείῳ πρὸς πτωχεῖον, ἢ ξενῶνι πρὸς ξενῶνα, καὶ ἁπλῶς εὐαγεῖ οἴκῳ πρὸς ἕτερον σεβάσμιον οἶκον, τουτέστιν ἢ ἐκκλησίᾳ πρὸς πτωχεῖον, ἢ μοναστηρίῳ πρὸς εὐκτήριον οἶκον, ἢ ξενῶνα, ἢ νοσο-

nuper legem tulimus, declarantem, si ex adscriptitio et libera persona soboles nata fuerit, ut illa minime sequatur, quemadmodum olim, adscriptitiam fortunam, sed sicuti in servis observatur, ita et de adscriptitiis servetur. et ventris statum conditio partus sequatur. Ex libera enim matre servilem partum lex nostra provenire recte noluit. Quare in lege diximus, sive quidam uxores ducant, sive etiam duxerint, liberosque procreaverint, ut in liberis pari modo lex valeat. Quidam autem adeo stulte vel dolose legem interpretari ausi sunt, ut, etsi quidam ante constitutionem nati fuerint, et licet admodum senes sint, eos liberari putent tanquam modo natos et qui non longe legem praecesserint, quum tamen haec fuerit mens nostra, ut, sive quidam uxoribus iam iuncti sint, et post legem liberos procreant, sive non duxerint uxores, postea vero ducant, post legem nati ex lege datam libertatem haberent.

Cap. I.

Ne igitur arte uti et dolos struere praediorumque dominos eiusmodi interpretationibus laedere liceat, sancimus, ut omnes, qui nati sunt a tempore legis, iique soli, ab adscriptitia conditione liberi sint, si quidem ex liberis mulieribus nati fuerint; omne vero, quod praeteriit, antiquae legi servetur.

Cap. II.

Quum autem nuper legem scripserimus, qua ecclesiasticis alienationibus aliquo modo medemur, et volumus, ut, siquidem publicum sit debitum, possint illae, legibus tamen exactissime observatis, alienari, sin vero privatum sit debitum, res immobilis in solutum dari, neque in ullo latam legem, quae omnem alienationem prohibet, videri offendere, etiam hoc adiicimus, si ex inevitabili aliqua causa, quaeque et illi, qui dat, et oratorio, quod accipit, utilis sit, id est vel ecclesiae et ecclesiae, aut ptochio et ptochio, aut xenodochio et xenodochio, et simpliciter piae domui et alii venerandae domui, id est vel ecclesiae et ptochio, vel monasterio et oratorio, vel xenodochio, vel nosocomio, vel illis et ecclesiae, vel sibi invicem, vel uni eorum, quae antea a nobis enumerata sunt, vel alii cuicunque piae domui, nos per hanc

amatores simus, nuper posuimus legem, ut non secundum antiquitatem, si ex adscriptitia et libera persona processerit soboles, omnino eam sequi adscriptitiam fortunam, sed [1]) secundum servilis fortunae observationem, sic etiam super adscriptitiis putari, et secundum ventris statum eius etiam, qui nascitur, considerari fortunam. Ex libera namque matre procedere servilem partum, nostra benefaciens noluit lex, quoniam diximus in lege, si quidam [2]) coniuncti sunt mulieribus, sive etiam coniuncti fuerunt, et filii procreantur, ita legem in iis, qui procreantur, valere. Quidam autem sic fatue aut callide interpretari ausi sunt legem, ut, etiam si ante constitutionem nati sunt aliqui, vel si valde sint senes, putent eos liberari tanquam modo natos et non longe praecedentes legem, quum utique nos hunc habuerimus intellectum, ut, si cohaererent iam quidam [3]) uxoribus, et post legem filii procreati essent, aut non cohaererent quidem, postea vero nuptiae fierent, post legem nati haberent ex lege datam libertatem.

Cap. I. Ne igitur liceat artibus uti et malignari, et possessionum nocere dominis talibus interpretationibus, propterea sancimus omnes, qui nati sunt a tempore legis, hos solutos esse adscriptitia fortuna, si ex liberis nascantur matribus, omne praeteritum antiquae servando legi.

Cap. II. Quia igitur [4]) nuper scripsimus legem, medentes iis, quae de ecclesiasticis alienationibus fiunt, et volentes, si quidem publicum debitum sit, posse eas alienare cum omni subtilitate secundum legis observationem, si vero privatum debitum est, pro soluto dare rem immobilem, et in nullo videri offendere positam legem, quae omnem alienationem prohibet, etiam illud adiicimus, et [5]) per quandam inevitabilem occasionem et utilem et [6]) danti et accipienti venerandae domui, hoc est aut ecclesiae ad ecclesiam, aut ptochotrophio ad ptochotrophium, aut xenodochio ad xenodochium, aut simpliciter venerabili domui ad aliam reverendam domum, hoc est aut ecclesiae ad ptochotrophium, aut monasterio ad venerandam domum, aut xenodochio, aut

---

[a]) *Epitome huius cap. exhibent Paratit. Coll. const. eccl. I. 2.* (*Zachariae Bibl. II. p.* 1253.)

[1]) *Bk.*; *om.* sed *Cod. Hamb., Trid., Cont.*; et secundum *Port.* — [2]) *Trid., Port.*; si quidem *Cod. Hamb., Cont.*; sive quidam *Bk* — [3]) *Cod. Hamb., Trid.*; quidem *Port., Cont.* — [4]) autem *Bk.* — [5]) ut *Bk.* — [6]) *Cod. Hamb.*; et *om. edd.*

νοσοκομεῖον, ἢ ἐκείνοις πρὸς ἐκκλησίαν, ἢ πρὸς ἄλληλα, ἢ πρὸς ἓν τῶν ἔμπροσθεν ἡμῖν ἠριθμημένων, ἢ ἑτέρῳ οἱῳδήποτε εὐαγεῖ οἴκῳ, ἄδειαν δίδομεν τοῖς προεστῶσιν αὐτῶν διὰ τοῦδε τοῦ νόμου ἀμείψιν ποιεῖσθαι καὶ τοῦτο πολιτεύεσθαι, καὶ μὴ μόνην τὴν βασιλείαν, καθάπερ ὁ πρότερος ἔλεγε νόμος, ἄδειαν ἔχειν ἀμείβειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς εὐαγεῖς οἴκους τοὺς τῷ βασιλεῖ πάντων ἀνειμένους θεῷ, οὕτω μέντοι, ὥστε καὶ δέκρετον πράττεσθαι σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ καὶ μεθ' ὅρκου, καὶ παρὰ τῷ τῶν τόπων μητροπολίτῃ ταῦτα σκοπεῖσθαι. καὶ εἴπερ ταῖς ἀληθείαις ἀποδειχθείη μεθ' ὅρκου, ὡς συμφέρον ἐστὶν ἑκατέρῳ μέρει τὸ τοιοῦτο, πράττεσθαί τε αὐτὸ καὶ πολιτεύεσθαι καὶ κρατεῖν, καὶ μὴ δεῖσθαι μηδὲ ἰδικῆς κελεύσεως, μηδὲ θείου πραγματικοῦ τύπου. ἐχόντων μέντοι τῶν εἰς τοῦτο ἐρχομένων τὴν ἐκ τοῦ μεγάλου θεοῦ κρίσιν, εἴ τι παραβαίεν τοῦ προσήκοντος, ἢ εἴ τις συμπαιγνία γένοιτο, ἢ τι παρὰ τὸ συμφέρον ἑκατέρῳ πράττοιτο μέρει. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀραὶ τούτοις ἀπάντων ἐπικείσονται φοβερώταται, καὶ ἃς τὰ θεῖα τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπάγει λόγια. τῶν τε νῦν διατεταγμένων εἴ τι παραβαθείη καὶ ὕστερον διελεγχθείη κακούργως γενόμενον, ἀνιὲ μηδὲ γεγονότος ἔσται. §. 1. Ἐξαιροῦμεν δὲ καὶ τούτου τοῦ νόμου τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν, ὥσπερ καὶ τοῦ πρόσθεν. ἐκείνῃ γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας κωλύσεως τῶν ἐκποιήσεων ἐστάναι βουλόμεθα, διότι τοῦτο καὶ αὐτοῖς τοῖς προεστῶσιν αὐτῆς ὁσιωτάτοις ἀνδράσι δοκεῖ.

hanc legem praesulibus eorum licentiam concedere permutationem faciendi, et hoc valere. Nec solus Imperator, sicuti prior lex dicebat, permutandi licentiam habeat, sed etiam sacrae domus, quae deo omnium regi dedicatae sunt; ita tamen, ut etiam decretum cum omni diligentia et iureiurando praestito interponatur, atque apud loci illius metropolitanum haec cognoscantur, et si id utrique parti utile esse revera probatum fuerit praestito iureiurando, fiat, valeat, et obtineat, nec speciali iussione aut sacra pragmatica sanctione indigeat. Qui vero ad hoc veniunt, illos magnus deus iudicabit, si id, quod decet, transgrediantur, vel si quae collusio fiat, vel praeter utilitatem utriusque partis quid geratur. Nam et terribiles exsecrationes illis impendent, et quas sacra eloquia peccantibus inferunt. Quodsi quid eorum, quae nunc disposita sunt, violatum et deinde dolose factum probatum fuerit, pro non facto erit.

§. 1. *Excipimus vero ab hac etiam lege, sicut etiam a priore, sanctissimam magnam ecclesiam. Volumus enim, ut in illa prior prohibitio alienationum maneat, quoniam ipsis etiam praesulibus eius sanctissimis viris id ita videtur.*

Ἐπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ καλῶς ἡμῖν καὶ ὁσίως παρασταέντα καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἐν ἅπασι τοῖς ἔθνεσιν, οἷς ἄρχει, διὰ κηρυμάτων οἰκείων κατὰ τὸ σύνηθες φανερὰ ποιησάτω. Dat. XV. Kal. Sept. Constantinop. imp. DN. Iustiniani ann. XI., post Belisarii V. C. cons. ann. II. [537.]

Epilogus.

Quae igitur nobis bene et sancte visa, atque sacra hac lege declarata sunt excellentia tua in omnibus gentibus, quibus praeest, per praecepta more solito manifesta faciat.

ΔΙΑ-

No-

ant nosocomio, aut illis ad ecclesiam, aut ad alterutrum, aut unum horum, quae prius a nobis sunt dinumerata, aut alteri cuilibet venerabili domui, licentiam damus praesulibus horum [1]) per hanc legem commutationem facere, et hoc valere, et non solum imperium, sicuti prior dabat lex, licentiam habere commutare, sed etiam venerabiles domos, quae regi omnium deo dedicatae sunt, sic tamen, ut etiam decretum interponatur cum omni subtilitate et iureiurando. Et apud locorum metropolitam hoc considerari, et si revera probatum fuerit cum iureiurando, quia utile est utrique parti hoc agi, ratum esse et valere, et non egere neque speciali iussione, neque pragmatico divino typo: habentibus quippe iis, qui ad talia conveniunt, magni dei iudicium, si quid [2]) praevaricati fuerint horum, quae competunt, aut quoddam colludium fiat, aut aliquid praeter [3]) utilitatem utriusque geratur partis. Nam etiam maledicta his omnium terribilia imminebunt, et quae inferunt eloquia divina peccantibus, et quae nunc [4]) disposita sunt. Si quid autem praetermittatur, et postea demonstretur maligne factum, pro non facto erit. §. 1. Excipimus etiam [5]) hac lege sanctissimam maiorem ecclesiam, sicut etiam priori; illam namque in priori prohibitione alienationum stare volumus, quoniam et hoc ipsis gubernatoribus eius sanctissimis viris videtur.

Epilogus. Tua igitur eminentia quae nobis bene et sancte visa sunt, et per hanc sanctam declarata sunt legem, in omnibus gentibus, quibus praees, per praecepta propria solenniter faciat manifesta. Dat. XV. Kalend. Septemb. CP. imper. DN. Iustiniani anno XI., post Belisarii V. C. cons. anno II. [537.]

Const. LV.

[1]) *Cod. Hamb.*; monasteriorum *add. edd.* — [2]) *Cod. Trid.*; propter *Port., Cont.* — [4]) *Cod. Hamb.*; eis *add Hamb., Trid., Port.*; quidem *Cont.* — [3]) *Cod. Hamb., edd.* — [5]) autem etiam *Bk.*

Δ Ι Α Τ Α Ξ Ι Σ νέ.[a])

Περὶ ἀμείψεως πραγμάτων ἐκκλησιαστικῶν καὶ ἐμφυτεύσεως.

Ο αὐτὸς Βασιλεὺς Μήνᾳ, τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Προοίμιον.

Νόμον ἐγράψαμεν ἤδη τὰς μὲν ἐκκλησιαστικὰς ἐκποιήσεις κωλύοντα, μόνην δὲ ἄμειψιν ἐπιτρέποντα ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, καὶ πρός γε τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, τῇ κατὰ ταύτην οὔσῃ τὴν εὐδαίμονα πόλιν, ἡνίκα ἡ βασιλεία λαβεῖν τι παρά τινος τῶν εὐαγῶν οἴκων βουληθείη. ὕστερον μὲν οὖν ἕτερον ἐγράψαμεν νόμον, οὗπερ ἐξείλομεν τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν, ἐπιτρέψαντες τινὰς ἐκποιήσεις, ἅσπερ ἐκεῖνος ὁ νόμος λέγει. Ἐπειδὴ δὲ ἐγνωμεν, ὡς τινες τὸ τῆς προτέρας διατάξεως κεφαλαιον, ὅπερ ἐπὶ ἀμείψει διαφερόντων τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις πραγμάτων πρὸς τὴν βασιλειαν ἐγράψαμεν, εἰς τὴν κατὰ τοῦ νόμου τέχνην ἔτρεψαν, ᾔτησαν δέ, ὥστε ἡμᾶς μὲν παρὰ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας λαβεῖν, αὐτοῖς δὲ ταῦτα δοῦναι, ἐντεῦθεν δὲ ὡρμήθησαν πολλοὶ ταῖς ὁμοίαις αἰτήσεσι χρώμενοι τὴν θείαν περιγράφειν διάταξιν, τὰ μέν, ὅσα πέπραχται παρ' ἡμῶν μέχρι τῆς παρούσης ἡμέρας, ταῦτα ἐπὶ τοῦ νῦν μένειν σχήματος βουλόμεθα, οὐδενὸς ἀνατρεπομένου τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν πρὸς τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις συναλλάγμασι πραχθέντων, ἢ πρὸς αὐτούς, οἵπερ ταῦτα παρ' ἡμῶν εἰλήφασι.

Κεφ. α'.

Τοῦ λοιποῦ δὲ θεσπίζομεν, μηδενὶ παντελῶς μηδεμίαν εἶναι παῤῥησίαν τοιοῦτό τι πράττειν, ἀλλ' ἐκείνας μόνας ἐῤῥῶσθαι τὰς ἀμείψεις τὰς πρὸς τὴν βασιλικὴν οἰκίαν ἐπὶ τοῦτο γινομένας, ὥστε διηνεκῶς παρὰ τῇ βασιλείᾳ μένειν, καὶ μὴ μεταβάλλειν εἰς ἰδιώτην, μηδὲ τῆς ἐκείνου γίνεσθαι δεσποτείας διὰ μέσης τῆς βασιλείας ἐπ' αὐτὸν ὁδευούσας, ἀλλ εἴ τι γένοιτο τοιοῦτον, ἄδειαν δίδομεν τοῖς εὐλαβεστάτοις οἰκονόμοις τῶν πραγμάτων ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ-

Novella LV.

DE PERMUTATIONE RERUM ECCLESIASTICARUM ET EMPHYTEUSI.

Idem Imperator Mennae, Sanctissimo Archiepiscopo felicis huius urbis et Patriarchae universali.

Praefatio.

Legem iam tulimus, quae ecclesiasticas quidem alienationes prohibet, solam vero permutationem sanctissimis ecclesiis, et insuper sanctissimae maiori ecclesiae, quae in felici hac urbe est, permittit, quando Imperator a venerabili quadam domo accipere quid volucrit. Postea igitur aliam legem scripsimus, qua sanctissimam maiorem ecclesiam exemimus, permittentes quasdam alienationes, quas lex illa refert. Quoniam autem scimus, prioris constitutionis caput, quod de permutatione rerum, quae pertinent ad venerabiles domos, cum Imperatore facienda scripsimus, nonnullos in fraudem legis vertisse, et ut illas a sanctissima ecclesia acceptas ipsis daremus petiisse, indeque multos eiusmodi petitionibus usos sacram constitutionem circumscribere annisos esse, ideo volumus, ut quae a nobis ad hunc usque diem facta sunt in eo, quo nunc sunt, statu maneant, nec quidquam eorum, quae a nobis cum sanctissima ecclesia in eiusmodi contractibus, vel cum iis, qui haec a nobis acceperunt, gesta sunt, infirmetur.

Cap. I.

In posterum vero sancimus, ut nemini liceat tale quid agere, sed illae solum permutationes valeant, quae cum imperiali domo ita celebratae sunt, ut perpetuo apud Imperatorem maneant, nec ad privatum transferantur, nec dominii eius fiant, per Imperatorem ad eum venientes. Sed si tale quid fiat, licentiam damus religiosissimis oeconomis res illas vindicandi easque ad sanctissimam ecclesiam rursus trahendi, tanquam in iis nulla plane fuisset cum Imperatore facta

Gl. Const. LV.

UT DE CETERO COMMUTATIONES ECCLESIASTICARUM RERUM NON FICTE FIANT AD PIISSIMUM IMPERATOREM, ET HOC MODO AD ALIAS PERSONAS [1]) TRANSEANT RES, SED HAEC TANTUMMODO FIANT AD IMPERIALEM DOMUM: ET UT LICEAT PERPETUAS EMPHYTEUSES AGI AB ORATORIIS IN ORATORIA, DECRETO VIDELICET INTERPOSITO, EXCEPTA HAC MAIORE ECCLESIA, NEC TAMEN IN PRIVATAM PERSONAM TRANSEAT EMPHYTEUSIS.

(Coll. V. tit. 8.)

Imp. Iustinianus Aug. Mennae, Archiepiscopo Constantinopolitano.

Praefatio. Legem scripsimus dudum ecclesiasticas quidem alienationes prohibentem, solam autem commutationem permittentem sanctissimis ecclesiis, nec non sanctissimae maiori ecclesiae huius felicissimae civitatis, dum imperium accipere aliquid ab aliqua venerabilium domuum voluerit. Postea si quidem aliam scripsimus legem, qua excepimus sanctissimam maiorem ecclesiam, permittentes quasdam alienationes, quas illa lex dicit. Quia vero cognovimus, quod [2]) aliqui prioris constitutionis capitulum, quod de permutatione competentium rerum sanctissimis domibus ad imperium scripsimus, ad artem legi contrariam converterunt, postulaveruntque nos quidem a sanctissima ecclesia accipere, his autem haec dare, hinc aggressi sunt multi quidem, similibus petitionibus utentes [3]), sacram circumvenire constitutionem. Quaecunque ergo gesta sunt a nobis usque ad praesentem diem, haec sub schemate, quod nunc est, valere volumus, nullo permutando horum, quae iam a nobis cum sanctissima ecclesia in talibus contractibus gesta sunt, aut cum iis, qui haec a nobis percepernut.

Cap. I. De cetero autem sancimus, nulli penitus ullam esse licentiam aliquid tale agere, sed illas solas valere permutationes, quae ad imperialem domum in hoc factae sunt, ut perpetuo apud imperium maneant, et non transferantur ad privatum, neque illarum ius per medium imperium ad eos proficiscatur. Sed si quid tale

---

[a]) *Scrimg.*; *non habet Hal.* — *Epitome in*: *Coll. const. eccl. III.* 2. 9. (*Voëlli bibl. II. p.* 1352 *sq.*) — *Iulian. Const.* 49. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) **legitimas** *add. Cod. Hamb., Trid.* — [2]) *Port.*; eo quod *Cod. Hamb., Trid., Cont.* — [3]) *Cod. Hamb., Trio.*; **utentes** *Port., Cont.*

τούτων [a]), καὶ ἀφέλκειν αὐτὰ πάλιν εἰς τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν, ὡς ἂν εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐτύγχανεν ἄμειψις τις ἐπὶ τούτοις πρὸς τὴν βασιλείαν γενομένη, ἀλλὰ φυλάττεσθαι τοῦτο τὸ σχῆμα εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκ τῆς παρούσης ἡμέρας ἀρχόμενον. πάντων τῶν ἤδη, καθάπερ εἰπόντες ἐφθήμεν, μετὰ τὸν πρότερον νόμον κατὰ τὸν εἰρημένον γενομένων τρόπον βεβαίων μενόντων, διὰ τὸ ἐκεῖνα μὲν τὰ οὕτω γενόμενα παρ' ἀνδρῶν γενέσθαι, οἵπερ οὐ τεχνάζοντες οὐδὲ κακουργοῦντες ἔσπευσαν, ἀλλὰ καὶ παρ' ἡμῶν εἰς τοῦτο προτραπέντες ἦλθον. νῦν δέ τινας βούλεσθαι τῷ ἐκείνων παραδείγματι χρωμένους ἡμᾶς τε διενοχλεῖν, καὶ τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως περιγράφειν. ὅπερ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον κατ' οὐδένα τρόπον γίνεσθαι βουλόμεθα. ἀλλὰ κἂν εἰ καθ' οἱονδήποτε γένοιτο σχῆμα, καὶ τοῦτο ἄκυρον εἶναι, παρὰ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκδικεῖσθαι δυνάμενον, οὐδεμιᾶς αὐτῇ χρόνου παραγραφῆς πρὸς τοῦτο ἀντικειμένης.

facta permutatio. Observetur autem haec forma in perpetuum, initio a praesente die facto, omniaque, quae, uti antea diximus, post priorem legem dicto modo iam facta sunt, firma maneant, quod illa, quae ita facta sunt, a viris sunt gesta, qui nulla machinatione aut dolo utentes id egerunt, sed a nobis etiam ad hoc excitati venerunt. Nunc vero quidam illorum exemplo utentes et nobis molesti esse, et sanctissimam magnam ecclesiam felicis huius urbis circumvenire volunt. Quod nullo tempore ulla ratione fieri volumus. Sed quocunque id fiat modo, etiam hoc irritum sit, et a sanctissima magna ecclesia in perpetuum vindicari possit, nec ulla temporis praescriptio in ea re obiiciatur.

Κεφ. β'.

Κἀκεῖνο μέντοι θεσπίζομεν, ὥστε τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν περὶ ἐμφυτεύσεων νενομοθετημένων ἐπί τε τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ἐπί τε τοῖς ἄλλοις ἅπασιν εὐαγέσιν οἴκοις τὴν ἰδίαν ἐχόντων ἰσχύν, ἄδειαν εἶναι ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις καὶ τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις πρὸς ἀλλήλας καὶ ἐμφυτεύσεις πράττειν διηνεκεῖς, δεκρέτου δηλαδὴ καὶ ἐπὶ τούτῳ γεγονότος. ἐξῃρημένης μὲν κἀνταῦθα τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, ἐπὶ τούτῳ δὲ γινομένης τῆς ἐμφυτεύσεως, ἐφ' ᾧ μὴ εἰς ἰδιωτικὸν πρόσωπον ἐκταθῆναι παντελῶς δυνηθῆναι.

Cap. II.

Illud quoque sancimus, ut reliqua omnia, quae de emphyteusibus et in sanctissima magna ecclesia, ceterisque omnibus piis domibus sancita sunt, suam vim habeant, et licentia sit sanctissimis ecclesiis ac piis domibus perpetuas emphyteuses inter se faciendi, sed decretum scilicet hac etiam in re interponatur. Sanctissima autem magna ecclesia et hic excipiatur, atque emphyteusis ita celebretur, ut ad privatam personam extendi plane nequeat.

Ἐπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ μακαριότης τὰ παρασταντα ἡμῖν καὶ φυλαξάτω, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὴν τοὺς μητροπολιτικοὺς θρόνους ἔχουσι φανερὰ κατασησάτω, ὥστε καὶ αὐτοὺς τὰ ἡμῖν παρασιάντα γινώσκοντας μηδὲν τούτων παραβῆναι θαῤῥῆσαι. ἔσται γὰρ ἅπασιν ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ κρίσις καὶ ἡ ἐκεῖθεν ποινή, εἴ τι παρὰ ταῦτα ἢ αὐτοὶ πράξαιεν ἢ πραχθῆναι συγχωρήσαιεν. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XI., post Belisarii V. C. cons. ann. II. [537.]

Epilogus.

Beatitudo igitur tua quae nobis placuerunt servet, et metropolitanis sub te constitutis manifesta faciat, ut et illi quae nobis placuerunt intelligentes, nihil horum transgredi audeant. Omnibus enim iudicium et poena divina imminebit, si adversus haec vel ipsi quid fecerint, vel fieri permiserint.

ΔΙΑ- *No-*

piae memoriae contemserint legem, et dudum nostram et praesentem, arbitrari, ut unquam falsitatis huius fugiant poenas. Erit enim curae per tempus gloriosissimi comitis sacrorum nostrorum privatorum huius rei habere providentiam, et exigere poenam, et inferre aerario, dum tale aliquid commissum fuerit, cognoscente etiam ipso, quia de suo fisco complere debeat, nisi huius rei habuerit competentem providentiam. §. 2. Sed hoc quidem in administratoribus decernimus, quibus publicae et circa nostras iussiones occupationes, ut nos per se audiant causas, concedunt veniam. Alios autem omnes, qui nullam administrationem habent, causas autem ex iussionibus nostris audiunt aut in hac felicissima civitate, aut in aliis, si tale aliquid egerint, et eos, qui in officio consiliariorum cum eis audierint, adhuc vehementioribus affligimus poenis, nisi per omnem consequenter [2]) litem ipsi cum suis consiliariis audiant causam. Nam et dignitatum casum eis interminamur, et poenam vicenarum librarum auri, et eorum consiliarios ex ipsa pelli civitate, in qua hoc egerint: insuper etiam ipsos proprio cadere honore.

Epilogus. Tua igitur eminentia, quae visa sunt nobis et per hanc divinam declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta, secundum solennem modum edictis per provincias utens, ut nullam gentium lateat aliquid, quod a nobis sancitur. In hac enim felicissima civitate gloriosissimus praefectus urbis hoc proponet. Dat. Kal. Decemb. CP. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XI., post Belisarii V. C. cons anno II. [537.]

Const. LXII

[1]) αὐτοὺς *Hal., Vulg.* — [2]) *Bk.*; consequentes *Cod. Hamb., edd*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξά. [a])

Περὶ τοῦ τὰ ἀκίνητα τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς μήτε ὑποτίθεσθαι, μήτε ὅλως ἐκποιεῖσθαι παρὰ τοῦ ἀνδρός, μήτε συναινούσης τῆς γυναικός, πλὴν εἰ μὴ μετὰ ταῦτα τὸ ἱκανὸν γένηται αὐτῇ. τὰ αὐτὰ δὲ κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῆς προικός.

Ο αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Πρᾶγμα ἐλεεινὸν γίνεσθαι μαθόντες, ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς τῆς ὑποθέσεως κινηθείσης, ἐκεῖνο μὲν ἐπηνωρθώσαμεν τὸν προσήκοντα τρόπον, νόμῳ δὲ γενικῷ αἐτίμεν τὰς τοιαύτας ὑποθέσεις, τοῦτο δὴ τὸ συνειθισμένον ἡμῖν.

Κεφ. α'.

Καὶ θεσπίζομεν, εἴ τις συγγράψειε προγαμιαίαν ἤγουν τὴν διὰ γάμον δωρεάν (οὕτω γὰρ αὐτὴν χρῆναι μᾶλλον καλεῖσθαι νενομοθετήκαμεν), εἴτε αὐτὸς ὑπὲρ ἑαυτοῦ τοῦτο ποιῶν, εἴτε καὶ ἑτέρου γράφοντος, ἢ πατρός, ἢ μητρός, ἢ συγγενῶν, ἢ καὶ ξένων τυχόν, εἴ τις τοίνυν τοιοῦτό τι ποιήσειε [1]), καὶ γράψειε δωρεάν, ἐν ᾗ καί τι τῶν ἀκινήτων ἐστίν, ἀπαγορεύομεν αὐτῷ ἢ ὑποτίθεσθαι τὸ λοιπὸν τὸ πρᾶγμα τὸ καταγεγραμμένον εἰς προγαμιαίαν δωρεάν, ἢ καὶ [2]) ἐκποιεῖν ὅλως. τὸ γὰρ ἅπαξ τοῖς δεσμοῖς τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ἔνοχον γενόμενον οὐκ ἂν εἴη προσῆκον ἐκποιεῖσθαι, ὥστε τὴν γυναῖκα ἀποβαίνοντος τυχὸν τοῦ κέρδους, ὅπερ αὐτῇ προσῆγε τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, δυσχεραίνειν, οὐχ εὑρίσκουσαν τὸ πρᾶγμα ἐν τῇ τοῦ ἀνδρὸς περιουσίᾳ, ἀλλ' ἢ ἐκποιηθὲν ἄλλοις, ἢ ὑποτεθέν, καὶ δυναιοῖς ἴσως προσώποις, ὡς ἐκείνη διὰ τὰς τοιαύτας αἰτίας ἢ

Novella LXI.

UT RES IMMOBILES DONATIONIS ANTE NUPTIAS NEQUE PIGNORI OBLIGENTUR, NEQUE A VIRO, NE CONSENTIENTE QUIDEM MULIERE, ULLO MODO ALIENENTUR, NISI POSTEA UXORI SATISFIAT, ET UT EADEM IN DOTE QUOQUE OBTINEANT.

Idem Imperator Ioanni, per Orientem praetorio iterum Praefecto gloriosissimo, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Quum in causa coram nobis ipsis agitata rem miserandam committi cognovissemus, eam quidem conveniente modo emendavimus, generali vero lege eiusmodi species, ut solemus, complectimur.

Cap. I.

Et sancimus, si quis donationem ante nuptias seu propter nuptias (ita enim potius eam appellandam esse sancivimus) conscripserit, sive ipse pro se hoc faciat, sive alius scribat, vel pater, vel mater, vel cognati, vel etiam fortasse extranei scribant, si quis igitur hoc fecerit, et donationem scripserit, in qua immobiles quoque res sunt, interdicimus ei, ne rem in donationem ante nuptias datam in posterum vel pignori obliget, vel plane alienet. Quod enim semel vinculis donationis ante nuptias constrictum est, elie nare non decet, ut mulier obveniente forsitan lucro, quod illi donationem ante nuptias confert, difficultatis obstringatur, si rem non in bonis mariti, sed vel alienatam, vel aliis, iisque potentibus fortasse, obligatam inveniat, ut propter eiusmodi causas vel ad vindicationem aditus ei plane non pateat, vel ea difficilis sit et iudiciis egeat, quum illi ex ipsa re auxilium ferre liceat. §. 1

Gl. Const. LXII.

UT IMMOBILIA ANTENUPTIALIS DONATIONIS NEQUE HYPOTHECAE DENTUR, NEQUE OMNINO ALIENENTUR A VIRO, NEC CONSENTIENTE UXORE. NISI POSTEA SATISFIERI POSSIT UXORI; HAEC VERO ETIAM IN DOTE VALERE.

(Coll. V. tit. 14.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. Causam miserandam fieri cognoscentes, coram nobis ipsis negotio moto, illud quidem correximus competenti modo, lege autem generali emendamus huiusmodi negotia, hoc quod moris est nostri.

Cap. I. Et sancimus, si quis conscripserit antenuptialem aut propter nuptias donationem (sic enim eam oportere magis vocari decrevimus), sive ipse pro se hoc faciens, sive etiam altero scribente, aut patre, aut matre, aut cognatis, aut extraneis forte, si quis igitur tale aliquid fecerit, et scripserit donationem, in qua etiam aliquid immobilium est, interdicimus ei ant de cetero supponere rem conscriptam in antenuptiali donatione, aut alienare omnino. Quod enim semel vinculis sponsalitiae largitatis obligatum est, non erit conveniens alienari, ut mulier eveniente forsitan lucro [3]), quod ei confert antenuptialis donatio, difficultatem patiatur, non inveniens rem in viri substantia, quum sit alienata aliis aut supposita, ut [4]) potentibus forte personis,

---

[a]) *Hal. et Scrimg. — Si prooemium et epilogum exceperis, tota Nov. est in Bas. XXIX. 7. — Iulian. Const. 55. — Versio est vetus glossata.*

[1]) πράξειεν *Hal.* — [2]) καὶ *om. Hal., Bas., Vulg.* — [3]) mul. inveniens forsitan (forsan *Trid.*) lucrum *Cod. Hamb., Trid.*; mulier forsan in lucro *Port.* — [4]) aut *Cod. Hamb., Trid. Praestat* et.

Novella LXII.[a])

DE SENATORIBUS[1]).

(Auth. const. LXIV)

Imp. Iustinianus A. Ioanni Pf P

Antiquissimis temporibus romani senatus auctoritas tanto vigore potestatis effulsit, ut eius gubernatione domi forisque habita iugo romano omnis mundus subiiceretur, non solum ad ortus solis et occasus, sed etiam in utrumque latus orbis terrae romana[2]) ditione propagata; communi etenim senatus consilio omnia agebantur. Postea vero quum[3]) ad maiestatem imperatoriam ius populi romani et senatus felicitate reipublicae translatum est, evenit, ut hi, quos ipsi elegerint[4]) et administrationibus praeposuerint, omnia facerent, quae vox imperialis eis iniunxisset, et milites[5]) sub eis constituerentur, et cetera eorum dispositionibus obedirent, reliquis[6]) senatoribus in quiete degentibus; et posteaquam administratores causas iis[7]) mandatas deposuerint, in principali maneat voluntate, utrum velit eos laborioso cingulo liberatos ad senatus securitatem remittere an aliis actibus destinare.

Cap. I. In praesenti itaque multis variisque actibus urgentibus[8]), quos nostra maiestas bello ac pace indefessa gerere[9]) noscitur, pars vacantium senatorum in nimiam deminutionem[10]) pervenit, hocque sum mam[11]) putavit iniuriam et non curiosae conversationis remedium. Ideoque et eam quibus oportet modis ampliare nostro monumento visum est, et homines nobilitate et summa opinione egregios ei assignare, quatenus una quidem nostri senatus pars per administrationes suam ostendat sagacitatem, altera vero, quae in quiete degit, alio modo suum ingenium reipublicae valeat exhibere.

Et quia magna utilitas ex iudicandi sinceritate reipublicae nostrae cedit, quaedam autem causae post appellationes iudicibus porrectas in sacrum nostri[12]) numinis consistorium inferuntur, et a nostris proceribus examinantur, idcirco nobis placuit[13]), non solum iudices nostros, sed etiam senatores ad examinandas lites in consultationibus convenientes una cum aliis florentissimis nostris proceribus litium facta trutinare[14]), et quemadmodum[15]), si quando silentium ab ullo[16]) una cum conventu fuerit nuntiatum, omnes colliguntur[17]) et proceres et senatores, ita et nunc, quando silentium tantummodo propter alicuius causae examinationem pronuntietur, etsi non addatur conventus vocabulum, tamen eos convenire, et omnes considentes[18]) quod eis visum fuerit sub sacrosanctorum evangeliorum praesentia et statuere, et ad nostram perferre scientiam, et angustae maiestatis dispositionem exspectare, a solis[19]) senatoribus, sed ab utroque ordine. huiusmodi litibus exercendis. Melius enim et perpensius amplioribus quam paucis examinantibus ius merum et iustitiae lumen invenitur. Eo certissimo constituto, quod et in ludis circensibus, et quando conventus fuerit nuntiatus, solito more et senatores colligi necesse est, et suum officium exercere. Et hunc quidem praesentis legis articulum ita disponimus, et hanc constitutionem in perpetuum valituram constringimus.

Cap. II. Aliud autem capitulum propter honorem dignitates comitantem praesente lege discernendum[20]) esse perspeximus. Quum enim inter florentissimos nostri palatii proceres et gloriosissimos senatores quasi quaedam medietas sublimissima est praefectura[21]), sancimus[22]), praesulem quidem amplissimi senatus, secundum . . . antiquissimae[23]) series memoriae vindicatur, urbicariam[24]) esse praefecturam, et primam sedem et dedicari, postea autem omnes eminentissimos senatores patricios numerari, videlicet ut, si qui[25]) ex his et consulatus insignibus decorantur, secundum consulatus ordinem habeant inter se emergentem praerogativam; his procul dubio, qui in ipso actu consulatum gesserunt, aliis omnibus consularibus in suo ordine anteponendis. Quemadmodum enim inter proceres nostros moris est patriciatus infulas consulari fastigio anteponi, ei in amplissimo[26]) senatu idem exemplum observandum est. Cetero omni post patricios consortio, tam consularium quam praefectoriae dignitatis, quibus etiam magistros militum connumeramus, nec non viros magnificos et[27]) illustres, secundum suae dignitatis tempora in magnam curiam tam convenientibus, quam consedentibus et sententiam ferre habentibus licentiam. Si quem autem utentem cingulo[28]) ex nostra iussione deponere cingulum contigerit, non ex hoc fieri eum deteriorem censemus vel ad inferiorem gradum deduci, sed suam tenere etiam in amplissimo senatu praerogativam, quam antea, quum cingulo uteretur, habuisse noscebatur; et

---

[a]) *Novella latine prodiit. Primus eam ex Cod. Vindob. edidit Savigny in: Zeitschrift f. g. R. II. p.* 122 *sqq., deinde Biener Gesch. d. Nov. p.* 495 *sqq., qui et emendationes suas adiecit. — Ex Athanasio Scholastico graecam epit., beneficio K. G. Heimbachii sibi concessam, exhibuit Alb. Berger in calce Psell de Iustiniani Novellis libelli p.* 26 *sq., ibique emendatam aliam legimus graec. epit. ex Cod. Florent. Novellarum a Blumio descriptam et a Bienero l. c. p.* 561. *editam — Iulian. Const.* 56.

[1]) *In Cod. Vindob. deest inscriptio, cf. Alb. Kriegel Symb. crit. ad Novell. p.* 10.; de consultationibus *Iulian.* (περὶ (τῶν) συγκλητικῶν, *ubi in Graecis eius mentio fit.*) — [2]) *Bien.*; romano *Cod.* — [3]) *Cod. cf. Kriegel l. c.*; quam *Sav., Bien.* (*sed* quum *coni. Bien.*) — [4]) ipsi elegenter *Cod.*; imperatores elegerint *Bien.* — [5]) *Bk.*; militis *Cod.* — [6]) *Bien.*; reliquiis *Cod.* — [7]) *Cod., cf. Kriegel l. c.*; sibi *Sav., Bien.* — [8]) vigentibus *coni. Bien. l. c. p.* 617. — [9]) indefessa egerere *Cod.*; indefesse gerere *Bk.* — [10]) *Bien.*; nimia deminutione *Cod.* — [11]) *Bien.*; hoc quae sua *Cod.* — [12]) *Bien.*; nostrum *Cod.* — [13]) *Bien.*; placuit *om. Cod.* — [14]) *Bk.*; trucinare *Cod.* — [15]) *Bk.*; et ἵ est ad modum *Cod.*; et quasi ad modum *coni. Bien.* — [16]) *Bk.*; ulla *Cod.* — [17]) *Bk.*; colleguntur *Cod.* — [18]) *Bien.*; conscendentes *Cod.* — [19]) *Rectius videtur esse* non a solis. — [20]) *Bk.*; disserendum *Cod.* — [21]) *Bien.*; sublima est praefecture *Cod.* — [22]) *Bk.*; sanctimus *Cod.* — [23]) secundum s antiquissime *Cod.*; secundum instar *coni. Bien. p.* 617. — [24]) *Bien*; bicariam *Cod.* — [25]) *Bien.*; quis *Cod.* — [26]) *Bk.*; amplissimos *Cod.* — [27]) *Bk.*; et *om Cod.* — [28]) *Bien.*; cingulum *Cod.*

et siquidem altiore loco condonare voluerimus, hoc eum et in maxima curis beneficio perpotiri; quos enim honoratos vocamus [1]), eos nullam iniuriam perpeti concedimus, ne, quod [2]) eis pro labore per quietem praecipuum praemium indulgemus, hoc in deminutione [3]) honoris eorum detrahatur. Gandeat ita unusquisque sine aliqua laesione beneficio nostro, sive ut agat, sive ut requiescat fuerit in eum collatum, quum neque semper laborare, neque semper [4]) vacare hominibus libitum esse videtur, sed permutatio et varietas et usus rarior mentes humanas delectant. Si qui autem illustri dignitate decorati sunt, liceat eis patriciatus [5]) codicillos accipere, etsi non consulares vel praefectorii [6]) exsistant, quod constitutio divae memoriae Zenonis indistincte [7]) postulabat. Sufficit etenim in patriciatus honorem capiendum, si [8]) tantummodo illustri dignitate quidem decoretur; sed etsi hoc iam in quibusdam [9]) praetermissum est [10]), nullum praeiudicium eis, qui provecti sunt, generare.

Sin vero dignitate donare quosdam voluerimus, illa tamen voluntate, ut illico in senatum eos transferamus, eos tantummodo tertiam partem sportularum praestare sancimus, ut et dignitate gaudeant, et magnum non sentiant detrimentum; aliis videlicet omnibus in provectionibus suis in solidum consuetudines praestantibus.

Epilogus.

Quae igitur per hanc divinam legem nostra sanxit aeternitas, sublimitas tua, et tuae sedis successores, et officium tuum in omne aevum conservare festinent, poena quinquaginta librarum auri eis imminente [11]), qui hoc violare tentaverint [12]) vel a quoquam violari concesserint. Dat. Kal. Ianuar. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. A. anu. XI., post consul. Belisarii V. C. anu. II. [537.]

---

[1]) *Cod.*; *cf. Kriegel l. c.*; enim honoramus *Saw.*, *Bien.* — [2]) *Bien.*; neque *Cod.* — [3]) deminutionem *Bien.* — [4]) *Bien.*; semper labore semper neque *Cod.* — [5]) *Bien.*; pataias *Cod.* — [6]) *Bk.*; praefectorie *Cod.* — [7]) *Bien.*; in irrite *Cod.*; *fort. leg.* non irrita. — [8]) *Bk.*; sit *Cod.*; si sit — decoratus *Bien.* — [9]) *Bien.*; quibus *Cod.* — [10]) *Bien.*; et *Cod.* — [11]) *Bien.*; imminenda *Cod.* — [12]) *Bk.*; temptaverit *Cod.*

Διάταξις ξγ. [a])

Περὶ καινοτομιῶν τῆς ἐπὶ θάλασσαν ἀπόψεως.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Λογγίνῳ, ἐπάρχῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως.

Προοίμιον. [b])

Πρᾶγμα δολερῶς γινόμενον ἐπὶ ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως περὶ τὰς τῶν οἴκων οἰκοδομὰς ἀναστεῖλαι καὶ ἐπανορθῶσαι δίκαιον ἡγησάμεθα. ἐπειδὴ γὰρ ῥητοῖς μέτροις διεστάναι τοὺς οἴκους ἀλλήλων ἡ Ζήνωνος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξις λέγει, καὶ ἡμεῖς δὲ τοιοῦτό τι νενομοθετήκαμεν, ἐπιτέταχται [1]) δέ, ὥςτε ἐπὶ ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως μὴ δύνασθαί τινα ἑκατὸν ποδῶν εἴσω κωλύειν θαλάττης ἄποψιν, πράγματος χαριεστάτου, ἔχρῆν μὲν ἴσως καὶ ἐκ πλείονος μέτρου τὰς ἀπόψεις αὐτοῖς ἀνεῴχθαι, καὶ μὴ ταύτας κωλύειν, πλὴν ἀλλὰ καὶ

Novella LXIII.

DE NOVIS OPERIBUS PROSPECTUI IN MARE OFFICIENTIBUS.

Idem Imperator Longino, Praefecto felicis huius urbis.

Praefatio.

Rem, quae in regia hac civitate in aedificiis exstruendis dolose fit, cohibere atque emendare iustum existimavimus. Quum enim Zenonis piae memoriae constitutio dicat, ut certis spatiis domus a se invicem distarent, et nos quoque tale quid sanciverimus, atque adiectum sit, ut nemo in regia hac civitate intra centum pedes prospectui in mare, rei omnium iucundissimae, officere possit, quanquam ex maiore etiam mensura adspectus apertus esse neque illi offici oportebat, tamen et hoc mira quadam arte elusum est. Quidam enim spatium centum pedum non transcedentes,

Const. LXVI.

DE NOVI OPERIS NUNCIATIONE MARITIMI ADSPECTUS.

(Coll. V. tit. 15.)

Imp. Iustinianus Aug. Longino, huius almae urbis Praefecto.

Praefatio. Causam, quae dolose fit in hac regia civitate circa domum aedificia, cohibere et emendare iustum credimus. Quia enim certis mensuris distare domos abinvicem Zenonis piae memoriae constitutio dicit, sed et nos [2]) aliquid tale sancivimus; sequitur autem in hac regia urbe non posse aliquid ultra centum pedes prohibere maris adspectum, rem gratissimam [3]), oportebat quidem forsan et ex ampliore mensura adspectus eis parare [4]), et non eos prohibere. Sed tamen hoc inopinabili quadam machinatur arte. Quidam

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Iulian. Const.* 57. — *Versio mala et corrupta non est quidem glossata* (*Biener l. c. p.* 285. 294. 307. 452 *sq.*), *sed invenitur in nonnullis codd. et edd.* (*Trid.*, *Port.*) *versionis vulgatae in Cod. Hamb. deest.* — [b]) *Prooem. et prior pars cap. I. in Bas. LVIII.* 11. 13.

[1]) *Hal.*; ἐπῆκται *Scrimg.*; ἐπιτέτραπται *Bas.* — [2]) *Trid.*; nos etiam *Port.*, *Cont.* — [3]) *Port.*; rem gravissimam *Trid.*; rem omnium gratissimam *Cont.* — [4]) *Bk.*; eis partem *Trid.*; eius partem *Cont.*

καὶ τοῦτο παραδόξῳ τινὶ προσμεμηχάνηται τέχνῃ. τινὲς γὰρ τὸ τῶν ἑκατὸν ποδῶν καταλιπόντες μέτρον, ἢ καὶ βραχύ τι τούτῳ προσθέντες, εἶτα οἰκοδομεῖν ἐκεῖσε οὐδὲν ἕτερον ἔχοντες, ἀλλὰ καθάπερ τι παραπέτασμα παρατείνοντες, ἐπειδὰν ἀφέλωνται τὴν τῆς θαλάττης ἄποψιν κατὰ πᾶσαν ἐξουσίαν, καὶ οὐ μαχόμενοι τῷ νόμῳ διὰ τὸ τῶν ἑκατὸν ποδῶν διάστημα, ἔνδον οἰκοδομοῦσιν ἀκωλύτως. καὶ ἐπειδὰν τοῦ ζητουμένου τύχωσιν, καθαιροῦσιν ἐκεῖνο τὸ διὰ τὴν χρείαν αὐτοῖς ἐπινενοημένον [1]), καὶ οὕτω τὸ σχῆμα σοφισάμενοι πάσης τέρψεως ἀλλοτρίας τὰς τῶν κεκτημένων καθιστᾶσιν οἰκίας. ὅπερ τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι κατ' οὐδένα βουλόμεθα τρόπον.

tes, sed vel exiguum quoddam huic spatio addentes, domum quidem aliam ibi non aedificant, sed quasi velum extendunt atque ubi prospectum illum in mare cum omni licentia abstulerunt, non repugnantes legi propter distantiam centum pedum, intus impune aedificant. Et postquam id, quod quaerunt, assecuti sunt, tollunt, quod propter utilitatem ab illis excogitatum est, atque ita hoc schema excogitantes omni voluptate possessorum domos privant. Quod in posterum nullo modo fieri volumus.

Κεφ. α'.

Ἀλλ' εἴ τις βούλοιτο τοιοῦτό τι σχεδιάσαι καὶ κακουργῆσαι, μὴ τοιαῦτα παιζέτω, ἀλλ' εἴπερ τούτου δέοιτο ταῖς ἀληθείαις, οἶκον ὅλον οἰκοδομείτω, καὶ μέχρι τοῦ διαστήματος παντός (τοῦ τῶν ἑκατὸν φαμὲν ποδῶν) χωρείτω, τὰς οἰκοδομίας ποιῶν, ὡς ἀναγκαίας αὐτῷ καὶ ἀπαραιτήτους ἐσομένας. μὴ μὴν διὰ τὴν τοῦ γείτονος ἐπιβουλὴν διὰ τοῦτο σχεδιαζέτω τοίχους, καὶ ὥσπερ ἐπί τινος γραφῆς τὴν τοιαύτην ἔκτεινας σκαιωρίαν [2]), τὴν ἀφαίρεσιν τῆς ἀπόψεως ἁρπαζέτω. ὥσπερ γὰρ τοὺς τὰ ἄλλα ἁρπάζοντας εἰκότως ἀποστρεφόμεθα, καὶ ποινῆς ἀξίους νομίζομεν, οὕτω καὶ τοὺς τοῦτο τεχνωμένους οὐδενὸς ἐλάττονας εἰς κακίαν τῶν καὶ τὰ ἄλλα πράγματα ἁρπαζόντων νομίζομεν. ὥστε [3]) εἴ καὶ τῷ σμικρόν τι πρᾶγμα λαβεῖν κατὰ τρόπον ἁρπαγῆς θαῤῥήσαντι εὖ ποιοῦσα ἡ vi bonorum raptorum μετὰ τῆς τετραπλασίας [4]) ἔπεισι ποινῆς, πῶς οὐχὶ καὶ τοῦτον ἀνάγκη τὸν τοιοῦτό τι πραξαντα καὶ καθελεῖν ἀναγκάζεσθαι τὸ παρ' αὐτοῦ γενόμενον, καὶ ἑτέρᾳ μείζονι ποινῇ σωφρονισθῆναι, τουτέστι decem librarum auri, εἰσκομιζομένων τῇ θεατραλίᾳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς; ἵνα μὴ κακὸς γείτων (τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου) γενόμενος ἁπλοῖ [5]) καταγελῶν τοῦ νόμου, ὡς οὐκ ἰσχύσαντος αὐτὸν ταῖς οἰκείαις ὑπαγαγεῖν διατυπώσεσι.

Ἐπί-

Cap. I.

Sed si quis tale quid facere et dolose moliri velit, non eo modo ludat, sed si revera ea re indigeat totam domum aedificet, et usque ad totum illud spatium, centum scilicet pedum, procedat, eaque aedificia exstruat, quae ipsi necessaria et inevitabilia futura sunt, non vero ad vicini laesionem parietes reponi exstruat, et velut in quadam pictura talem extendens machinationem prospectum eripiat. Quemadmodum enim eos, qui aliena rapiunt, merito aversamur et poena dignos putamus, ita eos quoque, qui haec machinantur, illis, qui aliena rapiunt, a malitia non inferiores putamus. Quare si illum, qui vel exiguam rem aliquam per modum rapinae auferre audet, vi bonorum raptorum actio quadrupli poena recte ulciscitur, cur non is quoque, qui tale quid fecit, cogendus est, ut tollat, quod factum est, et maiore aliqua poena, hoc est decem libris auri, mulctetur, theatralibus excellentiae tuae inferendis? ne quis malus vicinus (ut aiunt) factus legem irridens abeat, ut quae suis dispositionibus eum subiicere non potuerit.

Epi-

Quidam enim centum pedum relinquentes mensuram, aut etiam parum [6]) aliquid huic addentes, deinde aedificant nihil aliud habentes, sed tanquam aliquod velum tetenderint, et quum abstulerint maris adspectum per omnem potestatem, et non repugnantes legi propter centum pedum spatium, interim aedificant sine prohibitione, et dum quod quaerunt potiuntur, deponunt illud, quod propter utilitatem ab eis iniunctum [7]) est, sed [8]) ita schema circumvenientes omni voluptate [9]) extraneas possessorum constituunt domos. Quod de cetero fieri nullo modo volumus [10]).

Cap. I. Sed si quis voluerit tale aliquid excogitare et malignari, non taliter ludat, sed si hoc egerit pro veritate, domum totam aedificet, et usque ad spatium totum (centum dicimus pedum) tendat, aedificia faciens tanquam necessaria sibi et inevitabilia futura, non autem propter vicini laesionem construat parietes et velut ex quadam pictura talem extendens machinationem, privationem adspectus arripiat. Sicut enim eis, qui aliena diripiunt, directe adversamur, et poena [11]) dignos putamus, ita et haec molientes nihilo minores [12]) in malitiam [13]) eorum, qui alienas res abripiunt, existimamus [14]). Unde si parvam aliquam rem per modum abreptionis auferre praesumenti beneficio vi bonorum raptorum conquadruplatur poena, quomodo non hunc necesse est qui tale aliquid agit, et ut tollat cogere [15]) quod ab eo factum est, et [16]) alia maiori poena mulctari? hoc est decem librarum auri, inferendarum theatralibus tuae celsitudinis, ut non malus vicinus (hoc quod in sermone) constitutus evadat [17]) deridens legem, tanquam non valentem eum propriis inhibere dispositionibus.

Epi-

---

[1]) ἐπιγενόμενον *Hal.* — [2]) σκευωρίαν *Hal.* — [3]) εἰκότως *add. Hal.* — [4]) τριπλασίας *Hal.* — [5]) γείτων (τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου γενόμενος) ἀπῇει *Hal.* — [6]) *Melius esset:* parvum. — [7]) inventum *Port. in marg.*; eis (*om.* ab) iniunctum *Bk ed. ster.* — [8]) et *Bk.* — [9]) *Bk.*; voluntate *Trid., Port., Cont.* — [10]) *Trid., Port.*; inventum *add. Cont.* (*male ex marg irrepsit hoc vocab.*) — [11]) *Trid.*; poenis *Port., Cont.* — [12]) *Bk.*; nihilominus *Trid., Port., Cont.* — [13]) nih. et malitiam *Trid., Port.*; in malitia *Bk.* — [14]) extimamus *Trid.*; aestimavimus *Port., Cont.*; aestimamus *Bk.* — [15]) *Bk.*; agit et cogit *Trid., Port., Cont.* — [16]) *Trid.*; et *om. Port., Cont.* — [17]) *Bk. ed. ster.*; *antea* vadat

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς παραφυλάττειν, ἅμα τῇ πειθομένῃ αὐτῇ τάξει, σπευσάτω, τῆς αὐτῆς, τουτέστι τῶν decem librarum auri, ἐπικειμένης ποινῆς καὶ κατὰ τῶν ταῦτα παραβαινόντων ἢ παραβαίνεσθαι συγχωρούντων. Dat. VII. Idus Mart. Constantin. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XI., Ioanne V. C. Cons. [538.]

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt, et sacra hac lege declarantur, celsitudo tua una cum cohorte, quae illi paret, in felici hac urbe effectui dare et in perpetuum servare studeat; eadem poena, nempe decem librarum auri, etiam illis incumbente, qui haec violant vel violari permittunt.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo in hac felicissima civitate operi terminoque contradere et in perpetuum una cum obediente officio servare festinet, eadem decem librarum imminente poena contra haec praevaricantes, aut praevaricari sinentes. Dat. VII. Id. Mart. Constant. imper. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XI. Ioanne V. C. cons. [538.]

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξδ'.[a])

Περὶ τῶν κηπουρῶν.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Λογγίνῳ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῆς εὐδαίμονος καὶ βασιλίδος ταύτης πόλεως.

Προοίμιον.

Πολλαὶ πανταχόθεν ἡμῖν μέμψεις ἐκ χρόνου πολλοῦ κατὰ τῶν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καὶ τῶν αὐτῆς προαστείων κηπουρῶν προσφέρονται, δυσχεραινόντων ἁπάντων πρὸς τὴν αὐτῶν κακουργίαν. τὰ δὲ προσαγγελλόμενα τοιαῦτά πως ἐστί.

Κεφ. α'.

Φασὶν ἐκ τοῦ συσιήματος τῶν κηπουρῶν καὶ τοὺς διατιμητὰς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἶναι, καὶ πρᾶγμα ποιεῖσθαι δεινόν. ἡνίκα μὲν γὰρ ὁ τοῦ κήπου δεσπότης τοῦτον παραδιδοῖη τῷ κηπουρῷ τῷ τὴν μίσθωσιν ὑπελθόντι, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ πεφυτευμένον ἐν αὐτῷ λάχανον ἀποτιμῶνται, καὶ τὴν τούτου διατίμησιν ἐπικλῶσι τῷ λαμβάνοντι κηπουρῷ ἤτοι μισθωτῇ. ἐπειδὰν δὲ μέλλοι παραδιδόναι μετὰ τὴν περαίωσιν τοῦ χρόνου ὁ μισθωσάμενος, τηνικαῦτα ποιεῖσθαι μὲν αὐτοὺς ἀκριβῆ τοῦ λαχάνου διατίμησιν, ταύτην δὲ εἰς ἐξαπλασίονα καὶ πολλαπλασίονα

Novella LXIV.

DE OLITORIBUS.

Idem Imperator Longino, gloriosissimo Praefecto felicis et regiae huius urbis.

Praefatio.

Multae undique querelae ex longo tempore adversus felicis huius urbis et suburbiorum eius olitores ad nos deferuntur, cum omnes malitiam eorum graviter ferant. Quae autem delata sunt, ita se habent.

Cap. I.

Dicunt, ex collegio olitorum etiam aestimatores plerumque esse, et rem indignam committi. Quum enim horti dominus olitori, qui conduxit, eum tradit, illos nihil aliud, quam olera in ipso plantata aestimare, eamque aestimationem olitori, qui eum accipit, seu conductori imponere; finito vero tempore, ubi conductor eum reddere debet, tum eos accuratam oleris aestimationem facere, eamque ad sextuplum et ultra augere, et siquidem ille quinquaginta aureorum olus habeat, illud non minus trecentis, interdum etiam pluris aestimare. Nec usque eo solum huius rei aviditatem subsistere, sed

Const. LXV.

DE HORTULANIS CONSTANTINOPOLITANIS.

Idem Aug. Longino, Pf. U. regiae Constantinopolis.

Praefatio. Multae undique querelae ex tempore plurimo contra felicissimae huius urbis et eius suburbiorum [1]) hortulanos deferuntur laborantium omnium adversus eorum [2]) malitiam. Quae vero deferuntur, huiusmodi sunt.

Cap. I. Aiunt ex corpore hortulanorum et aestimatores hortorum plerumque esse, et [3]) causam fieri pessimam. Dum enim horti dominus hunc tradit hortulano conductionem subeunti, nihil aliud, quam plantatum in eo olus aestimant, et huius aestimationem imponunt accipienti hortulano seu conductori; quum vero futurus est tradere post transactionem temporis conductor, fieri tunc demum ab eis scrupulosam oleris aestimationem, eam autem [4]) in sextuplum et [5]) multiplicem fieri, et si ei quinquaginta aureorum sit olus, non minus trecentorum, interdum autem et amplius hoc aestimari, et non usque hoc solum causae avaritiam stare, sed etiam maiorem tanto eam facere, dicentes, quia stercus immiserint terrae et alios quosdam [6]) habeant labores,

[a]) *Hal. et Scrimg. — Iulian. Const.* 58. — *Versionem antiquam non glossatam ex Cod. Vindob. exhibuit Biener l. c. p.* 489 *sqq.*

[1]) *Bien.*; urbanorum *Cod.* — [2]) *Bien.*; eos *Cod.* — [3]) *Bien.*; et *om. Cod.* — [4]) *Bk.*; aest. aut *Cod.* — [5]) *Bk.*; aut *Cod.* — [6]) *Bk.*; qui *Cod.*

πλασίονα φέρειν, καὶ εἴπερ αὐτῷ πεντήκοντα χρυσῶν εἴη λάχανον, οὐκ ἔλαττον τριακοσίων, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ πλειόνων διατιμᾶσθαι τοῦτο. καὶ οὐκ ἄχρι τούτου μόνου τὴν τοῦ πράγματος ἰσπᾶν ἀπληστίαν, ἀλλὰ καὶ μείζω [1]) ποιεῖν αὐτὴν κατὰ πολύ, φάσκοντας ὡς κόπρον τε εἶεν ἐμβαλοῦντες τῇ γῇ, καί τινα δῆθεν ἔχοιεν ἐμπονήματα, κἀντεῦθεν ἐξαίρειν εἰς ὅσον ἂν βουληθεῖεν τὴν τιμήν, καὶ ὑπὲρ ἀποτιμήσεως τῶν φυτευθέντων ὡς εἰκὸς δένδρων ἑτέρας αὐξήσεις ποιεῖσθαι, καίτοι γε ἡνίκα παραλαμβάνουσι παρὰ τῶν δεσποτῶν, οὐδεμιᾶς τοιαύτης παντελῶς τιμῆς λογιζομένης, καὶ ταῦτα, ὡς ἔπιπαν ἐν τοῖς συμφώνοις, ὁμολογούντων τῶν κηπουρῶν, ὡς καὶ φυλαξουσι τὰ πεφυτευμένα τῶν δένδρων, καὶ ἕτερα καταφυτεύσουσιν. ἀλλὰ τὸν διατιμητὴν, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ τὸ ὅμοιον πρᾶγμα μετ' ὀλίγον ἔσεσθαι νομίζοντα, εἰκότως ὑπὲρ ἑαυτοῦ τὴν τοιαύτην ἀπλησίαν εἰσφέρειν, ὥστε εἴπερ ὁ ταλαίπωρος ἀνάσχοιτο δεσπότης ἐξ ἀπειρίας τοσαύτην δοῦναι ζημίαν καὶ τὰ ἑαυτοῦ λαβεῖν, ἑτέρῳ δὲ ἐκδοῖη κηπουρῷ τὸν κῆπον, καὶ πάλιν ἐπ' ἐκείνῳ τὸ αὐτὸ πάθοι, καὶ πρός γε ἐκ τρίτου τυχὸν ἢ τετάρτου τῆς ἴσης ἀνάσχοιτο πλεονεξίας, κινδυνεύειν καὶ αὐτῆς παντελῶς ἐκπεσεῖν τῆς τοῦ κήπου δεσποτείας, καὶ ἀλλότριον τῶν οἰκείων γενέσθαι, ποιεῖσθαι δὲ αὐτοὺς καί τινα μείζονα τῆς ἀτοπίας προσθήκην. εἰ γὰρ ὁ μετὰ ταῦτα ὑπειληφὼς κηπουρὸς προσθείη τι τῇ προϊέρᾳ προσόδῳ, καὶ αὐτὸς ταύτης τῆς μισθώσεως παυσάμενος ἀπαιτεῖ τὴν διατίμησιν ὡς ἐκ τῶν ἐμπονημάτων αὐτοῦ γενομένην, καίτοι γε οὐ πάντως τῆς προσθήκης ἐκ τῆς ἐκείνου καλλιεργίας γενομένης, ἀλλ' ἴσως τὴν ἀρχὴν ἢ κατὰ προπέτειαν τῶν ἐκδιδόντων, ἢ κατὰ ῥᾳθυμίαν ἐπ' ἐλάττοσιν, ἤπερ ἔχρῆν, τῆς ἐκδόσεως γινομένης. Ἅπερ ἡμῖν ἅπαντα πάσης ἐπέκεινα φαίνεται κακουργίας τε καὶ θρασύτητος. ἣν ἀνασταλῆναι βουλόμεθα παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς, τῷδε τῷ θείῳ ἡμῶν πραγματικῷ προσεχούσης νόμῳ. καὶ ὥσπερ ὁ κηπουρὸς παραλάβοι τὸν κῆπον παρὰ τοῦ κεκτημένου, οὕτως αὐτὸν καὶ ἀντιπαραδιδόναι. εἰ μὲν λάχανον ἔχοι, ἡνίκα ὁ κηπουρὸς αὐτὸν παραλαμβάνει, καὶ διατίμησις γένηται τούτου, ὁμοίως κἂν τῇ παραδόσει τὴν ἀκριβῆ διατίμησιν τοῦ λαχάνου μόνου λαμβάνειν. εἰ δὲ οὐκ ἔχοι, ἀλλὰ ψιλὸν παραλάβοι τὸν κῆπον, εἴτε ἔχοντα κόπρον, εἴτε καὶ μή, οὕτω καὶ τὴν ἀντιπαράδοσιν γίνεσθαι, καὶ ἁπλῶς οὕτω τηρεῖσθαι τὴν τοῦ πράγματος τάξιν ἐπὶ τῷ παραδιδόντι κηπουρῷ, ὁποῖα γέγονεν, ἡνίκα παρελάμβανε, μηδεμιᾶς ἑτέρας ἐπαγο-

sed illos saepe etiam maiorem eam efficere, dicentes, se stercorasse solum, et meliorationes quasdam exinde habere, atque ita pro lubitu aestimationem extollere, et pro aestimatione arborum, quas forsitan severant, alia augmenta addere, quamvis, quum hortos a dominis acciperent, nulla illius pretii ratio habita sit, olitores etiam ut plurimum in pactis promittant et arbores positas se custodire, et alias serere velle; aestimatorem vero, quum et sibi ipsi eandem rem paulo post contingere putet, merito pro se ipso talem insatiabilem cupiditatem inducere, ut, si miser ille dominus ex imperitia eiusmodi damnum sibi inferri suaque accipere sustineat, alii vero olitori hortum locet, et rursus ab illo idem patiatur, ac insuper in tertio fortasse aut quarto aequalem avaritiam experiatur, periculum sit, ne ipso plane horti domino excidat et res suas amittat, illi vero maiorem etiam absurditatem committant. Nam si olitor, qui postea succedit, priori reditui quid addat, et ipse a conductione illa discedens aestimationem exigit tanquam ex meliorationibus suis faciendam, etsi nulla accessio ipsius sedulitate facta, sed ab initio forte vel inconsiderantia eorum, qui locarunt, vel negligentia minoris, quam par erat, locatio facta sit. Quae omnia nobis omnem malitiam et audaciam superare videntur, quam a celsitudine tua ad sacram hanc pragmaticam legem attendente coërceri volumus. Et quemadmodum olitor hortum a possessore accepit, ita eum reddat; et si quidem olus habuerit, quum olitor eum acciperet, et aestimatio illius facta sit, eodem etiam modo quando redditur solius oleris accurata aestimatio fiat; sin vero non habuerit, sed nudum hortum acceperit, sive stercoratum sive non, ita quoque restitutio fiat. Atque ita in olitore reddente simpliciter huius rei ratio servetur, qualis fuit, quum acciperet, nullumque aliud damnum domino inferatur. Aestimatio vero olerum fiat non solum ab olitoribus, sed et a summariis, qui vocantur, atque illis, qui earum rerum periti sunt, sacris scilicet eloquiis propositis. Nolumus enim, ut possessiones propter conductorum malitiam et aviditatem possessoribus inutiles sint. Quamobrem illis congregatis definies, nec ullam laesionem inferri possessoribus permittes, sed ex omni parte eos illaesos indemnesque conservabis. Volumus enim ea, quae a dominis ad olitores, quaeque ab olitoribus ad dominos veniunt, aequalem mensuram habere, quoniam ubivis aequalitas nobis curae est, et ut nulla pars iniuria afficiatur.

CAP. II.

bores, et ex hoc extendere in quantum volnerint pretium, et pro aestimatione insertarum forsan arborum alia augmenta facere, dum utique, quum perceperint a dominis [2]), nulla talis penitus aestimatio facta sit, sed plerumque in pactis profiteantur hortulani, quia et plantatas servabunt [3]) arbores et alias [4]) plantabunt. Sed aestimator, et in semetipso similiter causam post paucum futuram [5]) putans, merito pro se talem avaritiam infert, unde si [6]) infelix patiatur dominus ex imperitia tanta [7]) dare damnum et sua recipere, aliique [8]) tradat hortum, et rursus in illo hoc patiatur, et ex tertio forte aut quarto similem patiatur [9]) nimietatem, periclitabitur et ipso [10]) penitus cadere horti dominio, et extraneus omnibus suis rebus fieri, facere quoque [11]) eos agnovimus [12]) et quandam maiorem absurditatis adiectionem. Si enim qui postea subierit [13]) hortulanus adiiciat aliquid priori pensioni [14]), et hac ipsa conductione completa exigit [15]) aestimationem tanquam ex laboribus suis factam, quum utique non omnino augmentum ex illius diligentia [16]) factum [17]) sit, sed forte principio aut per proditionem [18]) aestimantium, aut per negligentiam [19]) in minus, quam debeat, traditio facta sit. Quae nobis omnia ultra omnem videntur esse calliditatem et asperitatem. Quam reprimi volumus a tua celsitudine hanc sacram nostram pragmaticam respiciente [20]) legem, et sicut hortulanus suscipit hortum a possessore [21]), ita eum et retradat [22]), si quidem olus habet, quum hortulanus eum suscepit [23]), et aestimatio huius fiat, similiter et in restitutione scrupulosam aestimationem oleris solius percipiat; si vero non habeat, sed purum percipiat hortum, sive habentem stercus, sive etiam non, sic etiam restitutionem [24]) fieri, et simpliciter ita servari causae ordinem super tradente hortulano, qualis fuit, quum perceperat [25]), nulla alia inferenda domino laesione [26]); aestimationem vero olerum non solum ab hortulanis fieri [27]), sed etiam ab his, qui vocantur summarii, et qui talia noverint [28]), quippe propositis sacris eloquiis. Non enim volu-

[1]) μείζονα *Hal.* — [2]) *Bien.*; ad ὃς *Cod.* — [3]) *Bien.*; servant *Cod.* — [4]) *Bien.*; alios *Cod.* — [5]) *Bk.*; futurum *Cod.* — [6]) *Bk.*; si *om. Cod.* — [7]) tantum *cum Graeco conveniret.* — [8]) *Bk.*; alioque *Cod.*; hortulano *excidisse videtur.* — [9]) *Bk.*; et ex — patiatur *om. Cod.* — [10]) *Bien.*; impio *Cod.* — [11]) *Cod., cf. Kriegel Symb. crit. p.* 9.; vero *Bk.* — [12]) *Cod., cf Kriegel l. c.*; agnovissem *Bien.* — [13]) *Cod., cf. Kriegel l. c.*; subitat *Cod. secund. Bien.* qui subit *coniecit*; subintrat *Bk.* — [14]) *Bien.*; βοῇ *Cod.* — [15]) *Bk.*; exigi *Cod.* — [16]) *Bk.*; diligentiam *Cod.* — [17]) *Bk. ed. ster.*; facta *Cod.* — [18]) *Bk.*; proditiones *Cod.* — [19]) *Bk.*; dum *add. Cod., unde Bien. coni.* dominorum. — [20]) *Bien.*; respicientem *Cod.* — [21]) *Bien.*; hort. possessorem *Cod.* — [22]) *Bk.*; eum recontradat *Cod.* — [23]) *Bk.*; suscipit *Cod.* — [24]) *Bk.*; restitutione *Cod.* — [25]) *Bien.*; percipiet et *Cod.* — [26]) *Bien.*; inserenda dominio laesionem *Cod.* — [27]) *Bien.*; fieret *Cod.* — [28]) *Bk.*; noverit *Cod.*

ἐπαγομένης τῷ δεσπότῃ βλάβης [a]). τὴν δὲ ἀποτίμησιν τῶν λαχάνων μὴ μόνον παρὰ κηπουρῶν γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν καλουμένων summariων, καὶ αὐτῶν τὰ τοιαῦτα ἐπισταμένων, τῶν θείων δηλονότι προκειμένων λογίων. οὐ γὰρ βουλόμεθα τοῖς κεκτημένοις ἀχρήστους εἶναι τὰς κτήσεις διὰ τὴν τῶν ἐκλαμβανόντων πονηρίαν τε καὶ ἀπληστίαν. διὰ ταῦτα τοίνυν ἀθροίσας αὐτοὺς ὁριεῖς, καὶ οὐ συγχωρήσεις ἐπήρειαν οὐδεμίαν ἐπαχθῆναι τοῖς κεκτημένοις, ἀλλὰ πανταχόθεν αὐτοὺς ἀβλαβεῖς καὶ ἀζημίους διαφυλάξεις. βουλόμεθα γὰρ ἐν ἴσῳ τῷ μέτρῳ καὶ τὰ παρὰ τῶν δεσποτῶν πρὸς τοὺς κηπουρούς, καὶ τὰ παρὰ τῶν κηπουρῶν πρὸς τοὺς δεσπότας γίνεσθαι, διότι πανταχόθεν ἡμῖν ἰσότητος μέλει, καὶ τοῦ μηδ' ἕτερον ἀδικεῖσθαι μέρος.

Κεφ. β'.

Εἰ δέ γέ τις γῆν χέρσον ἐκδοίη, ὁ δὲ αὐτὴν ἐξημερώσειε, τὸν ὑπὲρ τῆς ἐξημερώσεως κομίζεσθαι μισθόν, καὶ τὴν τοῦ ὄντος ἐν αὐτῷ λαχάνου διαίμησιν, οὕτω τε ἀπραγμόνως ἀναχωρεῖν, μηδεμιᾶς ἀπλησίας, μηδὲ κεκακουργημένης τέχνης μηδὲ ἐπὶ τούτῳ γινομένης, ἵνα διὰ τοῦδε ἡμῶν τοῦ θείου πραγματικοῦ νόμου καὶ τῆς ἐσομένης ἐπ' αὐτῷ διατυπώσεως παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς τοῦ λοιποῦ μείναιμεν ὑπὸ τῶν τοιούτων ἀνενόχλητοι, καὶ μὴ ταῖς λοιπαῖς ἡμῶν ὑπὲρ τῆς πολιτείας φροντίσι καὶ τοιαῦταί τινες ὑπεισίοιεν φροντίδες, διότι περ ἡμῖν οὐ μικρὸν οὐ μέγα τῆς ἡμετέρας πολιτείας μέρος ἔξω μερίμνης καθέσηκε, πάντα περινοστοῦσι τοῖς τῆς διανοίας ὀφθαλμοῖς, καὶ οὐδὲν ἀκόσμητον, οὐδὲ ἄτακτον, οὐδὲ ἀμφισβητούμενον διαμένειν βουλομένοις. Ἀπειλήσεις δὲ καὶ ποινὴν quinque librarum auri κατὰ τῶν τοῦ λοιποῦ τοιοῦτό τι πραττόντων ἢ πράττεσθαι συγχωρούντων. Dat. XV. Kal. Febr. Constant. imp. DN. Instiniani PP. Ang. ann. XI., Ioanne V. C. Cons. [538.]

Cap. II.

Si vero quis terram incultam locaverit, et hic eam excoluerit, mercedem pro cultura et aestimationem oleris, quod ibi est, accipiat, atque ita sine negotio discedat, nulla avaritia neque dolose excogitata fraude ne hac quidem in re admissa, ut per sacram hanc pragmaticam legem et dispositionem secundum illam ab excellentia tua faciendam in posterum ab eiusmodi rebus nulla molestia afficiamur, nec ad reliquas nostras pro republica curas eiusmodi etiam curae accedant, quum neque parva neque magna quaedam reipublicae nostrae pars a nobis negligatur, qui omnia oculis animi perlustramus, et nihil inornati neque inordinati neque dubii manere volumus. Poenam etiam quinque librarum auri illis, qui in posterum tale quid faciunt vel fieri permittunt, minaberis.

mus possessoribus [1]) inutiles esse possessiones [2]) propter eorum [3]), qui sortiuntur, nequitiam et avaritiam. Propterea igitur congregans eos determinabis et non sines iniuriam ullam inferri possessoribus, sed undique eos illaesos indemnesque servabis; volumus enim aequam mensuram et a dominis ad [4]) hortulanos, et ab hortulanis ad dominos fieri, eo quod undique nobis aequitas curae sit, et ut neutra laedatur pars.

Cap. II. Si vero aliquis incultam [5]) terram tradat, ille vero eam [6]) colat, pro cultura percipiat mercedem et exsistentis in eo oleris aestimationem, et ita sine lite discedat, nulla avaritia neque maligna ante nec super hoc facienda [7]), quatenus per hanc sacram nostram pragmaticam legem et futuram super ea [8]) dispositionem per tuam celsitudinem [9]) de cetero maneamus pro talibus non inquietati, nec etiam [10]) reliquis nostris pro republica curis tales quaedam subeant sollicitudines, eo quod non parva, non grandis nostrae reipublicae pars [11]) absque nostra sollicitudine est, dum cuncta [12]) circumeamus mentis oculis, et nihil incompositum, nihil inordinatum neque dubium relinquere velimus. Interminabis autem etiam poenam [13]) quinque librarum auri contra eos, qui de cetero tale quid egerint aut agere permiserint. Dat. XV. Kal. Febr. Constant. imp. DN. Instiniano PP. A. ann. XI., Ioanne V. C. cons. [538.] Nov. LXV

[a]) *Pars huius cap. a verbis* ὥσπερ ὁ κηπουρὸς παραλάβοι *usque ad* τῷ δεσπότῃ βλάβης *in Bas. LV.*, 14. 2. *ibidemque est initium cap. II.*

[1]) *Bien.*; possessores *Cod.* — [2]) *Bk.*; usus *Cod.* — [3]) *Bien.*; eos *Cod.* — [4]) *Bien.*; ad *om. Cod.* — [5]) *Bien.*; in cultura *Cod.* — [6]) *Bk.*: ille ea *Cod.* — [7]) *Bien.*; faciendi *Cod.* — [8]) *Bk.*; eam *Cod.* — [9]) *Bk.*; celsitudine *Cod.* — [10]) et nec etiam *Cod.*, *cf. Kriegel l. c. p.* 10.; et neutiquam *Bk.* — [11]) *Bk.*; pars *om. Cod.* — [12]) *Bien.*; culta *Cod.* — [13]) *Bk.*; pena *Cod.*

Novella LXV.[a]

DE ALIENATIONE RERUM ECCLESIAE MYSIAE RELICTARUM PRO CAPTIVORUM REDEMTIONE ET PAUPERUM ALIMENTIS.

(Authent. const. LXVII.)

Idem A. Iustiniano, Vicerectori Mysiae [1]).

Scimus antea legem promulgasse, per quam omnes alienationes ecclesiasticas inhibuimus. Sed postea alia lege prospeximus, quatenus liceat pro soluto res ecclesiasticas [2]), vel alias, quae piis domibus deputatae [3]) sunt, persolvere. Sed etiam hoc in nostram venit memoriam [4]), quod Martino viro sanctissimo, episcopo Clissinatae [5]) civitatis, formam [6]) et ante legem nostram dedimus, prohibentem eum ecclesiasticas res vendere, ne qui [7]) ex potentioribus ei necessitatem imponant secundum suum propositum res ecclesiasticas alienare. Sed etiam in nostram venit memoriam [8]) alia res, quam pro divinis fecimus vasis, pro quibus omnibus abdicavimus, ne cui liceat sacrosancta vasa vel venumdare vel obligare, nisi tantummodo in redemtionem captivorum, quia animae redemtio [9]) aliis omnibus rebus pretiosior est. Sed haec quidem antea subsecuta [10]) sunt. Quae narratio necessaria nobis fuit ad praesentis specialis [11]) legis memoriam. Venit etenim in praesenti memoratus sanctissimus vir in hanc sanctissimam civitatem, et edocuit nos, multos terras sine certo [12]) reditu vel domunculas vel vineas relinquere ad redemtionem captivorum vel pauperum alimonias, et alienatione prohibita, memoratos actus, licet piissimi sint, attamen inhiberi, competens, sibi permitti per legem hoc facere. Sancimus itaque, si quis reliquerit ad redemtionem captivorum [13]) vel sustentationem pauperum [14]) res immobiles, si quidem certus reditus est ex relictis rebus colligendus, manere legatum vel hereditatem vel donationem nulla alienatione mutilanda, quum possit ex reditibus redemtio vel sustentatio fieri. Sin [15]) autem vel certus reditus non est, vel domus paene diruta et longe ab ecclesia posita, vel vineae, quarum fructus [16]) non semper similes, sed varii [17]) colliguntur, et incursionibus forsitan barbaricis dediti, in his tantummodo speciebus permittimus et [18]) venditionem [19]) hac speciali lege in memorata provincia fieri, si tamen domus [20]) intra fines ecclesiae vel vineae iuxta muros civitatis minime positae sint, ita ut in venditionis instrumento [21]) ipsa verba testatoris exprimantur, ut ei placuerit [22]) venditionem fieri, et redemtionem ex his captivorum vel alimonias pauperum celebrari. Et si hoc ita subsecutum fuerit, habeat venditio firmitatem, et [23]) liceat sine metu alterius legis et oeconomis ecclesiasticis et sanctissimo episcopo vendere, et emtoribus habere easdem res firmo iure. Habebunt autem dei omnipotentis crimen oeconomi ecclesiae, si pretia, quae acceperint, in aliam causam consumserint, licet piissima sit, et non in praedictas duas tantummodo causas, ad imitationem legis, quae super sacrosanctis vasis alienandis lata est. Sic etenim et [24]) venditio necessaria procedat, et [25]) actus piissimi non defraudentur [26]), et animae hominum non depereant [27]), quum et terrarum possessio et rerum mobilium [28]) non talem habeat curam, nec ita sit necessaria [29]), ut captivorum redemtio et vita egentium, quae et animas salvant, et deo omnipotenti placabiles sunt.

Gravitas itaque tua quae per hanc specialem legem nostra decrevit aeternitas tam effectui [30]) mancipare quam observare procuret. Dat. Kal. Apr. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XI., Ioanne V. C. Cons. [538.]

ΔΙΑ-

---

[a]) *Haec Nov. latine emissa inter glossatas non est. Primus eam edidit Pithoeus post Coll. LL. Mos. et Rom.* (1573.), *nunc ex Cod. Vindob. exhibuit Biener l. c. p.* 493 *sqq. — Epitome est in Coll. const. eccl. III.* 2. 10. (*Voëlli bibl. II. p.* 1353.), *de aliis Epitt. graecis et latinis cf. Biener l. c. p.* 453. — *Iulian. Const.* 59.

[1]) *Inscriptionem non habet Pith.* — [2]) *Cod.*; pro solutione ecclesias *Pith.* — [3]) *Pith.*; de potestate *Cod.* — [4]) *Cod.*; sed et hoc in nostra venit memoria *Pith.* — [5]) *Cod.*; Clinate *Pith.* — [6]) *Pith.*; forma *Cod.* — [7]) *Pith.*; neque *Cod.* — [8]) *Cod., cf. Kriegel Symb. crit. p.* 10.; nostra — memoria *Pith.* — [9]) *Pith.*; redemtio *om. Cod.* — [10]) ante absecuta *Cod.*; antea. Subsecuta sunt quae * nam ratione *Pith.* — [11]) *Cod.*; specialis *om. Pith.* — [12]) *Cod.*; certo *om. Cod.* — [13]) *Pith.*; vel pauperum — captivorum *om. Cod.* — [14]) *Cod.*; pauperum alimonias *Pith.* — [15]) *Cod.*; Si *Pith.* — [16]) *Pith.*; se *add. Cod.*; sui *add. Bk.* — [17]) *Pith.*; in *add. Cod.* — [18]) *Cod.*; et *om. Pith.* — [19]) *Pith.*; venditione *Cod.* — [20]) *Pith.*; domos *Cod.* — [21]) *Pith.*; instrumenta *Cod.* — [22]) *Bk.*; placuit *Cod.*, *Pith.* — [23]) *Cod.*; et *om. Pith.* — [24]) *Cod.*; et *om. Pith.* — [25]) *Cod.*; ne *Pith.* — [26]) *Cod.*; piissimi exinde fraudentur *Pith.* — [27]) *Cod.*; hom. inde pereant *Pith.* — [28]) *Cod.*; immobilium *Pith.* — [29]) *Pith.*; necessaria *Cod.* — [30]) *Cod.*; effectu *Pith.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξϛ'.[a])

Περὶ τοῦ τὰς γινομένας νέας διατάξεις μετὰ τὴν ἐμφάνισιν αὐτῶν μετὰ δύο μῆνας ἄλλους κρατεῖν.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Ἀεὶ τῶν νόμων ἡμῖν ἀφορμὰς αἱ τῶν κινουμένων ὑποθέσεων παρέχουσιν αἰτίαι. πολλῶν γὰρ ἡμῖν προσελεύσεων γινομένων προφάσει τῶν ἡμετέρων διατάξεων, ἃς ἐπὶ ταῖς διαδοχαῖς ἐγράψαμεν [1]) (ὁποῖον δὴ τὸ περὶ τοῦ δεῖν οἰκείᾳ χειρὶ τὸν διατιθέμενον τὸ τοῦ κληρονόμου γράφειν ὄνομα, καὶ αὖθις ἐκ πόσων οὐγκιῶν λογίζεσθαι χρὴ τὸν φαλκίδιον, ὃν τοῖς παισὶν οἱ γονεῖς καταλιμπάνουσιν, εἴτε ἐκ τριῶν, εἴτε καὶ ἐκ τεττάρων, εἴτε ἐκ [2]) πλειόνων, καὶ πολλῶν διὰ τοῦτο κινδυνευσασῶν διαθηκῶν ἐκπεσεῖν εἰς τὸ μὴ πληρωθῆναι τὰ ἐν αὐταῖς γεγραμμένα, διὰ τὸ καὶ εἰ γεγόνασιν οἱ νόμοι, πλὴν μὴ γνωσθῆναι ἢ τοῖς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, ἢ καὶ ἐνταῦθα οὔπω τυχὸν προτεθέντες, οὐδὲ γενόμενοι φανεροί), ἀναγκαῖον ᾠήθημεν τὰ τοιαῦτα νόμῳ βραχεῖ διορίσασθαι.

Κεφ. α'.[b])

Θεσπίζομεν τοίνυν, ἐξ ἐκείνου τὰς ἡμετέρας διατάξεις τὰς ὑπὲρ διαθηκῶν κρατεῖν, ἐξ ὅτου καταφανεῖς ἐν κοινῷ γεγόνασι, καὶ τὸν χρόνον ἐκεῖθεν αὐταῖς συλλογίζεσθαι, τουτέστιν ἐνταῦθα μέν, ἐξ ὅτου πᾶσι κατέστησαν ἢ γεγόνασι φανεραί, ἐν ταῖς ἐπαρχίαις δέ, ἐξ ὅτου πεμφθεῖσαι καταδήλοι ταῖς μητροπόλεσι γεγόνασιν ἢ καὶ ὕστερον γένωνται, ἵνα μὴ τῇ τῶν νόμων ἀγνοίᾳ κατὰ τὸ πρώην κεχρατηκὸς τὰς διαθήκας ἄνθρωποι τιθέντες καὶ πολιτευόμενοι [3]) δόξωσιν παραβαίνειν τὸν νόμον. Ὅπως δ ἂν

Novella LXVI.

UT NOVAE CONSTITUTIONES POST ALIOS DUOS MENSES, QUAM INSINUATAE FUERINT, VALEANT.

Idem Imperator Ioanni, sacro per Orientem Praetorio iterum Praefecto gloriosissimo, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Semper nobis legum occasionem praebent causae, quae in iudicio agitantur. Quum enim multi propter constitutiones nostras, quas de successionibus conscripsimus, nos adierint (veluti quod testator propria manu heredis nomen scribere debeat, item quot unciae in Falcidiam, quam parentes liberis relinquunt, computandae sint, an tres, an quatuor, an etiam plures, et multa testamenta ob eam rem in periculo sint, ne eo deveniant, ut quae in illis scripta sunt non impleantur, quod, licet factae sint leges, non tamen vel in provinciis, vel etiam hic notae sint, cum fortasse nondum propositae nec manifestae factae sint), brevi lege ea definienda esse duximus.

Cap. I.

Sancimus igitur, ut ex illo tempore constitutiones nostrae de testamentis valeant, ex quo in commune manifestae factae sunt, et tempus exinde iis computetur, id est hic quidem, ex quo omnibus declaratae sunt, in provinciis vero, ex quo missae et metropolibus notae sunt redditae vel etiam postea reddentur, ne homines, prout antea obtinuit, testamenta facientes et condentes ignorantia legum legem violare videantur. Ut autem res apertius declaretur, sancimus, si talis lex scribatur, ut illa post duos menses, quod tempus illi concessum

Gl. Const. LXVIII.

UT FACTAE NOVAE CONSTITUTIONES POST INSINUATIONES EARUM POST DUOS MENSES VALEANT. PARCIT AUTEM NON CUSTODIENTIBUS SUBTILITATEM CONSTITUTIONUM SUPER TESTAMENTIS IN RELINQUENDO QUADRANTE, AUT NON SUBSCRIBENDO NOMEN HEREDIS, AUT NON DICENDO.

(Coll. V. tit. 16.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. Semper legum nobis occasiones motorum negotiorum praebuerunt causae. Pluribus enim nobis additionibus factis occasione nostrarum constitutionum, quas super successionibus scripsimus (quale est, ut oporteat testatorem propria manu heredis scribere nomen, et ex quantis unciis reputari oporteat Falcidiam, quam filiis parentes relinquunt, sive ex tribus, sive ex quatuor, sive etiam ex pluribus), et multis propter hoc periclitantibus testamentis cadere, ne complerentur quae in eis scripta sunt, quia, licet factae sint leges, tamen non sunt cognitae aut provincialibus, aut etiam hic nondum forte propositae nullique manifestatae, necessarium existimavimus talia lege brevi corrigere.

Cap. I. Sancimus igitur, ex illo nostras constitutiones, quae pro testamentis sunt, valere, ex quo in commune factae sunt manifestae, et tempus exinde iis computari, id est hic quidem, ex quo omnibus fuerunt vel factae sunt manifestae [4]), in provinciis autem, ex quo directae [5]) per metropolitas palam factae sunt vel postea factae fuerint, ne legum ignorantia, secundum quod dudum tenuit, testamenta homines facientes videantur

---

[a]) *Hal. et Scrimg. — Iulian. Const.* 60. — *Versio est vetus glossata.* — [b]) *Prior huius cap. pars usque ad verba* τὸν ἡμέτ. νόμον φυλάττειν *in Bas. II.* 6. 22.

[1]) ἃς ἐπί τισι καὶ ἐπὶ ταῖς διαδοχαῖς ἐγράψαμεν ὑποθέσεσι *Hal. Quae sequuntur usque ad verba* καὶ πολλῶν *etc. om. Hal.* — [2]) εἴτε καὶ ἐκ *Cod. Zuich., Fulg.* — [3]) κεχρ. ἄνθρωποι πολιτεύόμενοι *Hal.*; κεχρ. τας διαθ. ἄνθρ. πολιτευόμενοι *Bas.* — [4]) et tempus — sunt manifestae *om. Cod. Hamb., edd., supplevit Bk.* — [5]) *Port.*; discretae *Cod. Hamb., Trid. Cont.*

ἀν σαφέστερον ἔτι τὸ πρᾶγμα δηλωθείη, θεσπίζομεν, εἰ γραφείη τοιοῦτος νόμος, τοῦτον μετὰ μῆνας δύο [a]) τοῦ δοθέντος αὐτῷ χρόνου κρατεῖν καὶ πολιτεύεσθαι εἴτε ἐπὶ ταύτης τῆς εὐδαίμονος πόλεως, εἴτε ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, μετὰ τὴν ἐμφάνισιν ἀρχοῦντος τούτου τοῦ χρόνου πᾶσι φανερὸν αὐτὸν καταστῆσαι, τῶν τε συμβολαιογράφων τὴν αὐτοῦ μανθανόντων δύναμιν, τῶν τε ὑπηκόων γινωσκόντων καὶ τὸν νόμον τηρούντων. οὕτω γὰρ οὐδενὶ παντελῶς ἔσται παραίτησις τοῦ μὴ τὸν ἡμέτερον νόμον φυλάττειν [b]). Οὐ γὰρ βουλόμεθα τὰς τῶν τελευτώντων ἀνατρέπεσθαι βουλήσεις, πᾶσι μὲν οὖν σπεύδομεν τρόποις κυρίας αὐτὰς καθεστάναι. τί γὰρ ἂν καὶ ἐγκαλοίμεν τοῖς τὴν θέσιν τῶν ἡμετέρων ἀγνοήσασι διατάξεων, κἂν εἰ τυχὸν μετὰ βραχὺ τοῦ γραφῆναι τὸν νόμον, τὸν γε ἀγνοούμενον ἔτι, προέλθοιεν αἱ διαθῆκαι, καὶ διὰ τοῦτο ἐν ταῖς διαθήκαις ἢ μὴ γραψάντων οἰκεία χειρὶ τὸ τῶν κληρονόμων ὄνομα, ἢ τριούγκιον μόνον καταλιπόντων τῷ παιδί, ἀλλὰ μὴ τετραούγκιον, ἐν ᾧ τὸν νόμον ἢ οὐ κεῖσθαι συνέβαινεν, ἢ καὶ κείμενον διὰ τὸ μήπω προτεθεῖσθαι δικαίως ἀγνοεῖσθαι; §. 1. Τοιγαροῦν καὶ μέχρι νῦν, καίτοι παλαιᾶς ἤδη τῆς διατάξεως οὔσης, καὶ ἐν τῷ ἐπωνύμῳ ἡμῶν κειμένης τῶν διατάξεων βιβλίῳ, ἥτις γράφειν οἰκεία χειρὶ τὸ τοῦ κληρονομοῦντος ὄνομα διετύπωσεν, ὅμως πολλοὶ παρὰ τὴν αὐτῆς διέθεντο δύναμιν, ἀγνοήσαντες αὐτῆς τὴν νομοθεσίαν, καὶ μέχρι νῦν τὰ τοιαῦτα παροφθέντα προσαγγέλλεται τῷ ἡμετέρῳ κράτει. καὶ πᾶσιν ἀεὶ τοῖς τὰ τοιαῦτα δεηθεῖσι συνέγνωμεν, ἐπεὶ μήπω γενέσθαι ταύτας καταφανεῖς συνέβαινε, καὶ θείους ὑπὲρ τούτων ἐποιησάμεθα τύπους, δικαίαν αὐτοῖς φιλοτιμούμενοι τὴν συγγνώμην. Ἵνα τοίνυν μὴ ἐνοχλώμεθα περὶ τούτων καθ' ἑκάστην καὶ τύπους γράφειν αἰτούμεθα, διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, ὡς εἴρηται, τὴν μὲν πρεσβυτέραν τὴν ἐν τῷ Ἰουστινιανῷ κειμένην κώδικι κρατεῖν ἐνταῦθα μέν, ἐξ οὗ γέγονεν ἐμφανής, ἐν ταῖς ἐπαρχίαις δέ, ἐξ οὗπερ κατεπέμφθη καὶ φανερὰ γέγονεν ἑκάστῃ τῶν μητροπόλεων ἢ καὶ τῶν ἄλλων πόλεων. χρόνου γὰρ συχνοῦ διελθόντος ἐκεῖσε, καὶ τοῦ ἡμετέρου κώδικος πανταχόσε πεμφθέντος, οὐκ ἂν εἰκότως ἀγνοοῖτο. §. 2. Τὴν δὲ ἑτέραν τὴν νεωτάτην, ἥτις ἐν ταῖς μετὰ τὸν κώδικα διατάξεσι κεῖται, τὴν ὁρίζουσαν τὸ τοῖς παισὶ καταλιμπανόμενον, κρατεῖν ἐπί τε τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, ἔν τε ταῖς ἐπαρχίαις μετὰ δύο μῆνας τῆς ἐμφανίσεως, καθάπερ εἰπόντες ἐφθήμεν, διότι γενομένων ἡμῖν ἰσοτύπων διατάξεων περὶ τοῦ μέτρου τῆς ἐνστάσεως τῶν παίδων, τῆς μὲν τῇ Ἑλλήνων φωνῇ

eessum est, et in felici hac urbe et in provinciis obtineat et in usu sit, quum hoc tempus post insinuationem sufficiat, ut omnibus manifesta fiat, et tabelliones vim eius cognoscant, subditique eam percipiant et legem servent. Ita enim nemo omnino excusationem habebit, quare legem nostram non observet. Neque enim defunctorum voluntates subverti volumus, sed omnibus modis operam damus, ut ratae sint. Nam qui eos accusemus, qui sanctiones nostrarum constitutionum ignorarunt, si fortasse paulo post, quam lex scripta est, quae tamen adhuc ignorabatur, testamenta confecta sint, et propterea in testamentis vel nomina heredum propria manu non scripserint, vel quadrantem tantum, non vero trientem filio reliquerint? dum legum vel non latam esse contigit, vel, quum lata esset, quia nondum proposita erat, iuste ignorabatur.

§. 1. *Igitur hactenus etiam, quamvis antiqua sit constitutio, et in libro constitutionum, qui a nobis nomen habet, posita, quae disposuit, ut propria manu nomen heredis scribatur, multi tamen eam latam esse ignorantes contra mentem illius testati sunt, et eius generis alia hucusque neglecta potestati nostrae adnuntiantur. Atque nos quidem omnibus, qui talia petierunt, veniam semper dedimus, quod illae nondum manifestae factae fuerint, sacrasque de his sanctiones fecimus, iustam ipsis veniam largientes. Ne autem quotidie ex his rebus molestiam capiamus, et rescripta dare cogamur, sancimus, ut, quemadmodum dictum est, antiquior illa lex in Iustinianeo codice posita obtineat et hic quidem ex eo tempore, quo publicata est, in provinciis vero, ex quo transmissa et unicuique metropoli, et reliquis civitatibus manifesta facta est. Quum enim multum temporis praeterlapsum, et codex noster ubivis missus sit, non iuste ignorabitur.*

§. 2. *Altera vero novissima, quae inter constitutiones post codicem editas exstat, atque id, quod liberis relinquendum est, definit, tum in felici hac urbe, tum in provinciis post duos menses insinuationis, sicuti antea diximus, obtineat, quoniam duo exempla constitutionum de modo instituendi liberos a nobis facta sunt, quarum una graeca lingua conscripta est, quia multitudini id convenit, altera vero Romanorum, quae*

deantur praevaricari legem. Ut autem apertius adhuc causa declaretur, sancimus, si scripta fuerit huiusmodi lex, hanc post duos menses dati ei temporis valere et in republica tractari, sive in hac felicissima civitate, sive in provinciis, post insinuationem sufficiente hoc tempore omnibus manifestam eam constituere, et tabellionibus eius cognoscentibus virtutem, et subiectis agnoscentibus legemque servantibus. Sic nulli omnino erit declinatio, ut nostram custodiat legem. Non enim volumus deficientium infringi voluntates, omnibus siquidem studemus modis ratas eas constituere. Cur enim culpabimus eos, qui positas nostras ignoraverint constitutiones, vel si post paululum forte, quam scripta lex est, et adhuc ignorata, decesserint testatores, et propterea in testamentis aut non scripserint propria manu heredum nomina, aut etiam tres uncias solum reliquerint filio, et non quatuor, in quo legem aut non positam esse contigit, aut positam, et eo, quod nondum proposita fuerit, iuste ignoratam? §. 1. Igitur etiam hactenus, licet antiqua constitutio sit, et in cognominis nostri posita constitutionum codice, quae scribi propria manu heredis nomen disposuit, tamen plurimi praeter eius testati sunt virtutem, ignorantes eius legis lationem, et hactenus talia praetermissa denuntiantur nostrae potestati. Et omnibus semper talia poscentibus veniam dedimus, quoniam nondum fieri has manifestas evenerat, et sacras super his fecimus formas, iustam eis largientes veniam. Ne igitur importunitatem patiamur de his per singulos dies, et formas scribere cogamur, propterea sancimus, sicuti dictum est, seniorem quidem in Iustinianeo positam codice legem valere, hic quidem, ex quo insinuata est, in provinciis autem, ex quo directa et palam facta est in unaquaque metropoli aut alia civitate; tempore namque plurimo transeunte, et nostro codice ubique directo, non recte ignorabitur. §. 2. Alteram vero novellam, quae inter constitutiones post codicem posita est, decernentem quid [1]) filiis relinquatur, valere et in hac felicissima civitate, et in provinciis post duos menses insinuationis, sicuti praediximus, eo quod factis a nobis uniformibus constitutionibus de mensura institutionis filiorum, alia quidem Graecorum lingua conscripta propter multitudinis frequentiam,

---

[a]) (*Eustath.*) δοπ. *XIV.* 18. — [b]) *Reliqua Novellae pars non est in edd. Hal., sed Epilogum habent.*

[1]) *Cod. Hamb., Trid.*; quod *Port., Conc.*

φωνῇ γεγραμμένης διὰ τὸ τῷ πλήθει καταλλήλον, τῆς δὲ τῇ Ῥωμαίων, ἥπερ ἐστὶ καὶ κυριωτάτη διὰ τὸ τῆς πολιτείας σχῆμα. ἡ μὲν καλάνδας μαρτίας ἔχει, γραφεῖσα μέν τότε, οὐκ ἐμφανισθεῖσα δὲ τηνικαῦτα εὐθύς. ἡ δὲ τῇ Ῥωμαίων φωνῇ γεγραμμένη πρὸς Σολομῶντα τὸν ἐνδοξότατον τῶν ἐν Ἀφροῖς ἱερῶν ἡγουμένον πραιτωρίων καλάνδας ἀπριλλίας προσγεγραμμένας ἔχει. §. 3. Διόπερ οὐδὲ ἡ τῇ ἑλλάδι φωνῇ γραφεῖσα γέγονε παραχρῆμα καταφανής, ἕως καὶ ἡ τῇ Ῥωμαίων συνιεθεῖσα γλώττῃ γέγονέ τε καὶ ἐξεπέμφθη, ἀμέλει δὲ καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἐνταῦθα ἐνδοξοτάτους ὑπάρχους τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων γεγραμμένη (χαμὲν δὴ τὴν ἑλληνίδα) καιὰ τὸν μαΐον μῆνα ἐνεφανίσθη τε τῷ αὐτῶν δικαστηρίῳ καὶ ἐξεπέμφθη, θεσπίζομεν τοίνυν, δεῖν τὴν αὐτῆς νομοθεσίαν τὴν περὶ τοῦ μέτρου τῆς ἐνσιάσεως τῶν παίδων διαλεγομένην κρατεῖν ἐνταῦθα μὲν ἀπὸ τῶν πότε [1]) καλανδῶν μαΐων, ἵνα τὴν δίμηνον αὐτῇ φυλάξωμεν, ἐν δὲ δὴ ταῖς ἐπαρχίαις, ἐξ ὅτου γέγονεν αὕτη καταφανής, κἀκεῖσε τῆς διμήνου μετὰ τὴν ἐμφάνισιν φυλαττομένης. εἰ δὲ οὔπω καὶ νῦν ἐν πάσαις ταῖς ἐπαρχίαις ἐξεπέμφθη, ὅτι ἰάχιστα αὐτήν τε καὶ τὰς ἄλλας, αἵπερ ἴσως οὐκ ἐξεπέμφθησαν ἔτι ἡ καὶ ὕστερον ἡγουμένου θεοῦ παρ' ἡμῶν τεθεῖεν, ἐκπεμφθῆναί τε καὶ ἐκπέμπεσθαι, ἐφ' ᾧ τε τὰς ἡμετέρας διατάξεις ἐν ταῖς μητροπόλεσι τῶν ἐθνῶν γενέσθαι τε καὶ γίνεσθαι καταφανεῖς, τοὺς δὲ τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένους αὐτοὺς στεῖλαί τε αὐτὰς καὶ στέλλειν ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι ταῖς ἑφ' ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ τεταγμέναις, ὥστε μηδένα τὸ λοιπὸν προφασίζεσθαι μηδεμίαν ἄγνοιαν. §. 4. Ὡς τόγε παρῳχηκὸς ἅπαν δικαίαν ἔχει συγγνώμην, καὶ κρατεῖτωσαν αἱ τῶν τελευτησάντων διατυπώσεις, κἂν εἰ ἐν ἄστει γεγόνασι, καθάπερ αὐτὰς ἐκεῖνοι πεποίηνται, κἂν εἰ κατὰ τὴν προτέραν κρατοῦσαν νομοθεσίαν γράμμασιν οἰκείοις οὐκ ἔγραψαν τὰς τῶν κληρονόμων προσηγορίας, ἢ τοῖς μάρτυσιν αὐτοὺς οὐκ ἐποιήσαντο καταφανεῖς, ἢ τριούγκιον ἀλλ' οὐ πλεῖον καταλελοίπασι τοῖς παισίν. οὐ γὰρ ἀνατρέπεσθαι, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, τὰς τῶν τελευτώντων βουλόμεθα διατυπώσεις, ἀλλὰ καὶ κυρίας ταύτας διὰ πάντων ἀποφαίνομεν. ὥστε κἂν εἰ σύνεγγυς ἐγράψησαν αἱ διαθῆκαι μετὰ τὴν θέσιν τοῦ νόμου, οὔπω δὲ ἔτυχον αἱ διατάξεις γενόμεναι καταφανεῖς, ἐπιζησάντων δὲ ἴσως τῶν διαθεμένων οὐκ ἠμείφθησαν, μενέτωσαν καὶ οὕτως αἱ ἐνστάσεις αἱ τὴν ἀρχὴν κατὰ τοὺς τότε φανεροὺς ὄντας γενόμεναι νόμους τὴν οἰκείαν ἰσχὺν

quae et ipsa propter formam reipublicae maxima auctoritate pollet; ac illa quidem Kalendas Martias habet, et eo tempore scripta, non vero tunc statim publicata est, haec vero, quae Romanorum lingua ad Salomonem gloriosissimum in Africa sacro praetorio praefectum scripta est, Kalendas Aprilis adscriptas habet.

§. 3. *Quia vero neque illa, quae graeca lingua conscripta est, ante publicata fuit, quam ea, quae Romanorum lingua composita est, facta et emissa fuit, illa denique ad gloriosissimos praefectos sacro nostro praetorio scripta (de graeca loquimur) mense Maio in dicasterio illorum publicata et emissa est, ideo sancimus, ut constitutio, quae de modo institutionis liberorum disserit, hic quidem obtineat ex Kalendis illis Maii, ut duos menses illi servemus, in provinciis vero, ex quo manifesta facta est, etiam ibi duobus illis mensibus post insinuationem servandis. Quodsi ne nunc quidem in omnibus provinciis emissa sit, quam celerrime et ipsa et reliquae, quae fortasse nondum missae sunt, et quas postea deo duce faciemus, mittantur vel emittendae sunt, ut nostrae constitutiones in metropolibus gentium sint vel fiant manifestae. Provinciarum vero praesides mittant eas in omnes urbes in quavis provincia constitutas, ut nemo in posterum ullam ignorantiam praetendat.*

§. 4. *Quare praeterita iustam habeant veniam, et defunctorum dispositiones, licet in urbe factae, valeant, prout illi eas fecerunt, quamvis secundum leges, quae olim obtinuerunt, non propria manu heredum nomina scripserint, nec testibus ea manifesta fecerint, aut tres uncias, nec amplius, liberis reliquerint. Neque enim defunctorum voluntates, sicuti ante diximus, subverti volumus, sed eas per omnia ratas declaramus. Quare licet proxime post legem latam testamenta scripta, constitutiones vero nondum publicatae, nec viventibus testatoribus forte mutatae sint, etiam sic institutiones maneant, quae ab initio secundum leges tum notas factae sunt, et propriam vim habeant, nec accusentur, quod eo tempore, quo illi vixerunt, eas non mutaverint. Neque enim omnia in nostra potestate sunt, nec semper aliquis tempus testandi habet. Nam saepe mors repente homines opprimit,*

quentiam, alia vero latina, quae etiam firmissima propter reipublicae fignram est; illa quidem Kalendarum Martiarum habet conscriptionis tunc diem, non autem tunc insinuata est, alia vero est latina voce conscripta ad Salomonem [2]) gloriosissimum apud Afros sacrum praesulem tunc praetoriorum Kalendis Aprilis. §. 3. Quia vero neque graeca lingua conscripta mox palam facta est et directa, donec Romanorum posita lingua facta est et directa [3]), denique etiam quae hic ad gloriosissimos praefectos sacrorum nostrorum praetoriorum conscripta est, id est graeca lingua, Maio mense insinuata est in eadem sede atque directa, ideo sancimus, oportere eius legis lationem, quae de mensura institutionis filiorum eloquitur, valere hic quidem ex Kalendis Maiis, ut duos menses ei servemus, in provinciis autem, ex quo haec palam facta est, etiam ibi duobus mensibus post insinuationem servandis. Si vero nondum hactenus in omnibus provinciis destinata est, velociter et eam, et alias, quae forte non missae sunt adhuc, aut etiam postea comitante deo a nobis faciendas mitti nunc vel mittendas esse, quatenus nostrae constitutiones in metropolitanis civitatibus fiant vel faciendae sint manifestae, provinciarum vero praesides ipsos mittere eas et missuros esse per omnes civitates sub unaquaque provincia constitutas, ut nullus de cetero occasionem sumat cuiuslibet ignorationis. §. 4. Unde praeteritum omne iustam habeat veniam, valeantque defunctorum dispositiones [4]), vel si nuper factae sunt, sicut eas illi fecerunt, vel si secundum prius tenentem legislationem litteris propriis non scripserunt heredum appellationes, aut testibus eas non fecerunt manifestas, aut tres uncias et non amplius reliquerunt filiis. Non enim infringi, sicuti praediximus, defunctorum volumus dispositiones, sed ratas eas [5]) per omnia declaramus, ut, si vel proxime scripta sunt [6]) testamenta post positionem legis, nondum vero contigerat [7]) constitutiones factas innotuisse, et superviventibus forte testatoribus non sunt mutata, maneant etiam sic institutiones, quae ab initio secundum tunc certas [8]) exstantes factae sunt leges, propriam virtutem habentes, et non accusandae

60,

[1]) *Leg. fort.* τοτε. — [2]) *Trid., Cont.*; Salonem *Cod. Hamb., Cont. in marg.*; Solonium *Port.* — [3]) donec — directa *om. Cod. Hamb., edd., supplevit Bk.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; def. voluntates et dispositiones *Cont.* — [5]) *Cod. Hamb.*; esse *add. edd.* — [6]) *Cod. Hamb.*; sint *edd.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; contigerit *Cont.* — [8]) manifestas *emend. Bk.*

ἰσχὺν ἔχουσαι, καὶ οὐκ ἐγκαλούμεναι, διότι καθ' ὃν ἐπεβίουν χρόνον ἐκεῖναι ταύτας οὐκ ἤμειψαν. οὐ γὰρ πάντα ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν, οὐδὲ ἀεὶ τισὶ καιρὸς γίνεται διαθήκης, ἀλφιδιόν τε πολλάκις ἐπίασιν ἀνθρώποις τελευταὶ τῆς τοῦ διαθέσθαι τούτους ἐξουσίας ἀφαιρούμεναι. ὥστε τὸ ἐξ ἀρχῆς γενόμενον ὀρθῶς ἐκ τοῦ μὴ ἀμειφθῆναι προσῆκειν οὐχ ἡγούμεθα ὕστερον ἐλαττοῦσθαι καθ' ὁτιοῦν ἢ ἀναιρέπεσθαι, ἀλλ' ἐν ἀῤῥαγεῖ μένειν, ἧς τότε παραστάσης τῷ διαθεμένῳ γνώμης ἰσχυρᾶς διαμενούσης. εἰη γὰρ ἂν τῶν ἀτόπων, τὸ γενόμενον ὀρθῶς ἐκ τοῦ μὴ γεγονότος ὕστερον ἀναιρέπεσθαι. §. 5. Συνελόντας τοίνυν εἰπεῖν, λαμβανέτωσαν οἱ παῖδες τὸ καταλελειμμένον αὐτοῖς, εἰ οὕτω τύχοι, παρὰ τῶν πατέρων τριούγκιον ἐκ τῶν οὕτω γενομένων διαθηκῶν ἢ πρὸ τῆς τοῦ νόμου θέσεως, ἢ μετὰ τὴν θέσιν τοῦ νόμου, πρὶν δὴ τοῦτον παρὰ τοῖς ἄρχουσιν ἐμφανῆ καταστῆναι. εἰ δὲ καὶ προσκέοιτο ταῖς διαθήκαις τὰ χρῆναι τὸ λεῖπον αὐτοῖς ἀναπληρωθῆναι πρὸς τὸ τότε κατὰ τοὺς νόμους ἐποφειλόμενον, τοῦτο λαμβάνεσθαι κατὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους, ὥστε εἴπερ ἐλλείπει τι τῷ τριουγκίῳ, εἰς ἐκεῖνο τὴν ἀναπλήρωσιν γίνεσθαι, ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ τετραούγκιον, τὸ ὕστερον μὲν νομοθετηθέν, οὔπω γε μὴν τότε γνωσθέν.

opprimit, iisque facultatem testandi adimit. Quare quod ab initio recte factum est, ob eam rem, quod non mutatum est, nullo modo postea imminuendum vel subvertendum esse putamus, sed inconcussum maneat, et voluntas, quae defuncto tum placuit, firma sit. Absurdum enim esset, id, quod recte factum est, ab eo, quod nondum erat, postea subverti.

§. 5. *Ut igitur in summa dicamus, liberi tres uncias, si ita contingat, a parentibus ipsis relictas ex testamentis sive ante, sive post legem latam ita factis accipiant, antequam illa magistratibus insinuata sit. Si vero testamentis adiectum sit, ut quod ipsis deest suppleatur, tum quod secundum leges debetur, id secundum veteres leges accipiant, adeo ut, si quid tribus unciis desit, id expleatur, non vero ad quatuor usque uncias, quod postea quidem lege sancitum, nondum tamen cognitum erat.*

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου διὰ κηρυγμάτων οἰκείων ἡ σὴ ὑπεροχὴ πᾶσι ποιησάτω φανερά, τοῖς τε ἐπὶ τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως, τοῖς τε ἔξωθεν, ὅπως ἂν ἅπασι γένοιτο σαφῆ τὰ παρ' ἡμῶν ἐπὶ τῇ πάντων ἀσφαλείᾳ νομοθετηθέντα. Dat. Kal. Maii Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XII., oannne V. C. Cons. [538.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt celsitudo tua omnibus manifesta faciat, tum illis, qui in magna hac urbe, tum qui extra eam sunt, ut omnibus innotescant, quae a nobis in omnium securitatem sancita sunt.

ΔΙΑ- No

eo, quod tempore, quo supervixerunt illi, eas non mutaverunt. Non enim omnia sunt in nobis, nec semper quibusdam tempus fit testandi, et repente plerumque incidunt [1]) hominibus mortes, testandi eis potestatem auferentes. Quamobrem ab initio factum recte eo, quod non fuerit mutatum, non arbitramur postea mutari aut aliquo modo infringi, sed immutilatam manere, quae tunc placuit testatoribus, sententiam, valideque servari. Erit namque absurdum, ut, quod factum est recte, ex eo, quod tunc non erat factum, postea mutetur §. 5. Collective igitur dicendum, percipiant filii relictas sibi, si ita contigerit, a patribus tres uncias ex testamentis ita factis aut ante legis positionem, aut post positionem legis, antequam haec tamen apud indices innotesceret [2]). Si vero adiectum sit testamentis, oportere quod reliquum est eis impleri secundum quod tunc legibus debebatur, hoc percipiendum secundum antiquas leges, ut, si quid deest tribus unciis, secundum illas supplementum fiat, non in quadriuncio, quod postea quidem sancitum est, nondum tamen tunc agnitum.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, praeceptis propriis tua eminentia omnibus faciat manifesta, et qui in hac maxima civitate, et qui foris inhabitant, quatenus omnibus fiant palam, quae a nobis pro omnium cautela sancita sunt. Dat. Kal. Maii, Constantinop. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XI., Ioanne V. C. Cons. [538.]

Const. LXIX.

---

[1]) *Port.*; testandi, repente pler. incidunt *Cod. Hamb.*, *Trid.*; testandi repente. plerumque enim incidunt *Cont.* — [2]) *Cod. Hamb.*; innotescerent *edd.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξϛ'.[a])

Περὶ τοῦ μηδένα κτίζειν εὐκτήριον οἶκον χωρὶς γνώμης τοῦ ἐπισκόπου, καὶ περὶ τοῦ ἀφορίσαι πρότερον τὰ περὶ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ κατάστασιν τοῦ κτιζομένου εὐκτηρίου, καὶ περὶ τοῦ τοὺς ἐπισκόπους μὴ ἀπολιμπάνεσθαι τῶν ἰδίων ἐκκλησιῶν, καὶ περὶ ἐκποιήσεως ἐκκλησιαστικῶν ἀκινήτων πραγμάτων.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Μήνᾳ, τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ οἰκουμενικῷ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ πατριάρχῃ.

Προοίμιον.

Καὶ τὰ περὶ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν πολλοῖς περιλαβόντες νόμοις, ἔτι καὶ ἑτέρου δεόμεθα πρὸς τὰς ἀνακυψάσας τῶν ὑποθέσεων καὶ αὖθις ἀναφυομένας ἀρκοῦντος. πολλοὶ γὰρ ὀνόματος ἕνεκεν πρὸς ποίησιν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ὁρμῶσιν, εἶτα ταύτας οἰκοδομησάμενοι οὐκ ἔτι φροντίδα τίθενται τοῦ καὶ δαπάνην αὐταῖς ἀφορίσαι πρέπουσαν εἰς τε λυχνοκαΐαν, εἴς τε τὴν τῶν προεδρευόντων ἀποτροφὴν καὶ τὴν ἱερὰν λειτουργίαν, ἀλλὰ καταλιμπάνουσιν αὐτὰς ἐν γυμνοῖς οὔσας οἰκοδομήμασι, καὶ ἢ καταλυομένας, ἢ πάσης ἱερᾶς λειτουργίας ἐστερημένας.

Κεφ. α'.[b])

Θεσπίζομεν τοίνυν, πρὸ πάντων μὲν ἐκεῖνο γίνεσθαι, ὥστε μηδενὶ παῤῥησίαν εἶναι μηδὲ μοναστήριον, μηδὲ ἐκκλησίαν, μηδὲ εὐκτήριον οἶκον ἄρχεσθαι οἰκοδομεῖν, πρὶν ἂν ὁ τῆς πόλεως θεοφιλέσιατος ἐπίσκοπος παραγενόμενος εὐχήν τε ἐν τῷ τόπῳ ποιήσαιτο καὶ σταυρὸν πήξαιτο, δημοσίαν ἐκεῖσε πρόοδον [1]) ποιησάμενος, καὶ τὸ πρᾶγμα φανερὸν ἅπασι καταστήσοι. πολλοὶ γὰρ ὑποδυόμενοι κτίζειν δῆθεν εὐκτηρίους οἴκους τὰς ἑαυτῶν θεραπεύουσι νόσους, οὐκ ὀρθοδόξων ἐκκλησιῶν κτίσται γινόμενοι, ἀλλὰ σπηλαίων ἀτόπων.

Κεφ. β'.

Novella LXVII.

UT NEMO SINE CONSENSU EPISCOPI ORATORIUM AEDIFICET; ET UT PRIUS DEFINIANTUR EA, QUAE AD CURAM ET STATUM ORATORII AEDIFICANDI PERTINENT; ITEM NE EPISCOPI ECCLESIAS SUAS DESERANT; ET DE ALIENATIONE RERUM IMMOBILIUM.

Idem Imperator Mennae, sanctissimo et beatissimo Episcopo universali et Patriarchae.

Praefatio.

Quanquam multis legibus ea, quae ad sanctissimas ecclesias pertinent, complexi simus, alia tamen egemus, quae ad emergentia et denuo renascentia negotia sufficiat. Multi enim, ut nomen sibi comparent, ad ecclesias sanctissimas aedificandas accedunt, deinde exstructis iis nullam curam gerunt, quo necessarios sumtus et ad lucernas accendendas, et ad alimenta eorum, qui ibi degunt, et ad sacrum ministerium illis assignent, sed vix aedificatas deserunt vel rursus dissolvendas, vel omni sacro ministerio privandas

Cap. I.

Illud itaque ante omnia fieri sancimus, ut nemini liceat neque monasterium, neque ecclesiam, neque oratorium incipere aedificare, antequam dei amantissimus illius civitatis episcopus adsit, et preces in loco fundat, et publice ibi procedens crucem figat, omnibusque rem notam faciat. Multi enim, cum oratoria aedificanda suscipiunt, morbis suis inserviunt, nec orthodoxarum ecclesiarum, sed illicitarum speluncarum aedificatores fiunt.

Cap. II.

Gl. Const. LXIX.

UT NULLUS FABRICET ORATORII DOMOS PRAETER VOLUNTATEM EPISCOPI, ET UT DEPUTET PRIUS, QUAE CIRCA DILIGENTIAM ET STATUM FABRICATI ORATORII FUFFICIANT, ET UT EPISCOPI NON DESINT SUIS ECCLESIIS, ET DE ALIENATIONE ECCLESIASTICARUM RERUM IMMOBILIUM.

(Coll. V. tit. 17.)

Imp. Iustinianus Aug. Mennae, sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo Constantinopolitano, et universi eius tractus Patriarchae.

Praefatio. Ea, quae de sanctissimis ecclesiis sunt, multis comprehendentes legibus, adhuc etiam alia lege egemus ad exorta negotia et rursus emergentia sufficiente. Plurimi namque nominis causa [2]) ad opus sanctarum ecclesiarum accedunt, deinde eas aedificantes nequaquam curam ponunt, ut expensas quoque eis deponant decentes et ad luminaria, et ad observantium alimenta, et ad sacrum ministerium [3]), sed desernnt eas etiam in nudis aedificiis constitutas, et aut destruendas, aut omnino sacro ministerio defraudandas.

Cap. I. Sancimus igitur, prae omnibus quidem illud fieri, et nulli licentiam esse neque monasterium, neque ecclesiam, neque orationis domum incipere aedificare, antequam civitatis deo amabilis episcopus orationem in loco faciat, et crucem figat, publicum processum ibi faciens, et causam manifestam omnibus statuens. Multi enim simulantes fabricare quasi orationis domos suis medentur languoribus, non orthodoxarum ecclesiarum aedificatores facti, sed speluncarum illicitarum. Cap. II.

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Procemium et capita duo priora huius Nov. in: Coll.* 87. *capitul. c.* 27. (*cf. Biener l. c. p.* 171. 589.) *et in: (Ioannis) Nomoc. App.* 17. (*Voëlli bibl. II. p.* 669.) *Epitome totius Nov. in: Coll. const. eccl. III.* 1. 7. (*ibid. II. p.* 1330 *sq.*). — *Iulian. Const.* 61. — *Versio est vetus glossata.* — [b]) *Hoc capite et sequenti quae constituuntur refert Photii Nomoc. III.* 14. (*Voëlli bibl. II. p.* 901 *sq.*)

[1]) *Scrimg.*, (*Ioannis*) *Nomoc.*; πρόοδον *Hal., Meerm. Hamb.*; sacrarum ministerium *Trid.*; sacra ministeria *I II.* — [2]) *Cod. Hamb.*; causa non *edd.* — [3]) *Cod. Port., Cont.*

Κεφ. β'.

Ἔπειτα μὴ ἄλλως αὐτὸν ἐκκλησίαν ἐκ νέου οἰκοδομεῖν, πρὶν ἂν διαλεχθείη πρὸς τὸν θεοφιλέσιατον ἐπίσκοπον [1]), καὶ ὁρίσειε τὸ μέτρον, ὅπερ ἀφορίζει πρός τε τὴν λυχνοκαΐαν, καὶ τὴν ἱερὰν λειτουργίαν, καὶ τὴν ἀδιάφθορον τοῦ οἴκου συντήρησιν, καὶ τὴν τῶν προεδρευόντων ἀποτροφήν, καὶ εἴπερ αὐτάρκως ἔχειν δόξειε, ποιεῖσθαι αὐτὸν πρότερον δωρεὰν τῶν ἀφορίζεσθαι μελλόντων, οὕτω τε τὸν οἶκον οἰκοδομεῖν. Εἰ μέντοι γε οὐκ ἀρκοίη μέν τις πρὸς τοῦτο, ὀνόματος δὲ ἴσως ἐπιθυμῶν τοῦ καὶ αὐτὸς κτίστης ἐκκλησίας καλεῖσθαι βούλοιτό τι τοιοῦτο πρᾶξαι, πολλαὶ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐκκλησίαι τυγχάνουσι, τὸν προσήκοντα μὲν λειτουργούμεναι τρόπον, κινδυνεύουσαι δὲ καταπεσεῖν ὑπὸ παλαιότητος, ἢ καὶ σμικραὶ καθεστῶσαι, καὶ ἀκοσμότεραι παρὰ τὴν ἐπιθυμίαν τῶν ταύταις ἐγχειρούντων, καὶ ἐξέσται αὐτῷ μίαν τῶν τοιούτων ἐκκλησιῶν ἀπολαβόντι ταύτην οἰκοδομήσασθαι, κἀνταῦθα γνώμῃ τοῦ θεοφιλοῦς τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπου τοῦ πράγματος γινομένου. οὕτω γὰρ ἔσται αὐτῷ καὶ ἱεροῦ οἴκου κτίστην κληθῆναι, καὶ μηδὲν οἴκοθεν προσδαπανῆσαι, τῶν ἐξ ἔθους ἀφωρισμένων ἤδη περὶ τοῦτο δαπανημάτων ἐπιδιδομένων παρὰ τῶν καὶ πρότερον ταῦτα χορηγούντων.

Κεφ. γ'. [a])

Κἀκεῖνό γε μὴν θεσπίζομεν, ὥστε κατὰ τὸν ἤδη παρ' ἡμῶν φοιτήσαντα νόμον τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ταῖς ἑαυτῶν ἐκκλησίαις προσκαρτερεῖν, καὶ μὴ καταλιμπάνειν μὲν αὐτάς, χρόνον δὲ πολὺν ἐνταῦθα διατρίβειν, καὶ ἀναγκάζειν τοὺς κατὰ χώραν οἰκονόμους δαπάνας αὐτοῖς ἐκπέμπειν ἐκ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, ἀλλὰ δαπανᾶν μὲν αὐτοὺς ἐκεῖθεν, ταύτῃ δὲ προσκαρτερεῖν οὐκ ἀνέχεσθαι. Θεσπίζομεν τοίνυν, τοῦ παρ' ἡμῶν ἤδη κειμένου νόμου ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ μένοντος ἰσχύος, εἴπερ ἀπολειφθείη ὁ θεοφιλέσιατος ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας τῆς αὐτοῦ πλείονα χρόνον, μηδεμίαν αὐτῷ στέλλεσθαι δαπάνην ἐκ τῆς χώρας, ἀλλ' ἐκείνην μὲν περὶ πράξεις εὐσεβεῖς καὶ περὶ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν δαπανᾶσθαι, αὐτὸν δὲ ἐνταῦθα πλανώμενον μὴ καὶ δαπάναις τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν βαρύνειν, πρόδηλον ὄν, ὡς εἰ πολὺν χρόνον ἀπολειφθείη, τὰ ἤδη παρ' ἡμῶν ἐπ' αὐτοῖς νομοθετηθέντα κρατήσει.

Κεφ. δ'.

Cap. II.

Deinde ut ille non aliter novam ecclesiam aedificet, nisi cum dei amantissimo episcopo collocutus fuerit, atque definierit, quantum ipse ad lucernas accendendas, ad sacrum ministerium, ad domum sartam tectam conservandam, et ad alimenta eorum, qui ibi versantur, assignet. Et si illud sufficere videbitur, prius donet ea, quae assignanda sunt, atque ita domum aedificet. Quodsi quis ad hoc non sufficiat, et tamen nomen concupiscat, quo aedificator ecclesiae vocetur, ac tale quid facere velit, multae sunt tam in regia hac urbe, quam in provinciis ecclesiae, in quibus convenienter quidem ministeria peraguntur, periculum tamen est, ne prae vetustate collabantur, vel etiam exiguae sunt, nec ita bene ornatae, ut cupiunt qui in illis ministrant, et liceat ei unam ex illis ecclesiis sumere, eamque aedificare, etiam sic tamen res secundum voluntatem deo amabilis orthodoxorum episcopi peragatur. Ita enim et sacrae domus conditor appellabitur, et nihil de suo erogabit, quum expensae solitae ad eam rem iam assignatae ab illis erogandae sint, qui antea eas subministrabant.

Cap. III.

Illud quoque sancimus, ut secundum legem a nobis iam latam dei amantissimi episcopi in ecclesiis suis maneant, nec eas deserant et multum temporis hic morentur, et oeconomos, qui in provincia sunt, cogant, ut ipsis sumtus ex sanctissima ecclesia mittant, sed ibi eos consumant, hic vero diu commorari non audeant. Sancimus igitur, lege a nobis iam lata in suo robore manente, si dei amantissimus episcopus ecclesiam suam per longius tempus deserat, ut ipsi ex provincia nulli sumtus mittantur, sed in pias causas et sanctissimam ecclesiam expendantur, ipse autem, dum hic vagatur sanctissimam ecclesiam sumtibus non gravet, quum manifestum sit, si per longum tempus illam deserat, ea, quae iam a nobis hac de re sancita sunt, vim suam habitura esse.

Cap. IV.

Cap. II. Deinde non aliter quempiam ecclesiam ex novo aedificare, prinsquam loqnatur ad deo amabilem episcopum, et definiat mensuram, qnam deputat et ad luminaria, et ad sacrum ministerium, et ad incorrumpendae domus custodiam, et observantium alimenta. Et si sufficienter habere videtur, faciat prius donationem eorum, qnae futura sunt deputari, et ita domus aedificetur. Si autem non sufficiat quidem aliquis ad hoc, nomen forte vero habere [2]) desideranS, quo et ipse fabricator ecclesiae vocetur, et vult aliquid tale facere, multae [3]) et in hac regia civitate, et in provinciis ecclesiae sunt, in quibus competente quidem administratur modo, periculum vero ruinae patiuntur per vetustatem, aut etiam parvae constitutae sunt, et inordinatae secundum desiderium eorum, qui in eis deputati sunt, licebit ei unam talium ecclesiarum accipienti hanc aedificare, et hic voluntate deo amabilis orthodoxorum episcopi res agenda est; sic enim poterit et sacrae domus fabricator vocari, et nihil de suo superexpendere, deputatis iam circa hoc expensis oblatis ab eis, qui etiam prius has expendebant.

Cap. III. Illud quoque sancimus, qnatenus secundum iam a nobis prolatam legem deo amabiles episcopi in suis ecclesiis maneant, et non relinqnant quidem eas, tempus vero multum hic morentur, et cogan per provincias oeconomos expensas sibi transmittere ex sanctissima ecclesia, sed expendant quidem ipsi inde eique observare non patiantur [4]). Sancimus igitur iam a nobis positam legem in sua manere virtute. Si vero defnerit deo amabilis episcopus ecclesiae suae amplius tempus, nullam ei mitti expensam de provincia, sed

---

[a]) *Caput hoc et quod sequitur, non habet Hal. ed. Norica, in supplementis autem ea adduntur ed. Hervag. et suo loco edita sunt in Par. Sententiam huius cap.* 3. *exhibet Photii Nomoc. VIII.* 2. (*Voëlli bibl. II. p.* 935.)

[1]) *Hal., Meerm. I. II.,* (*Ioannis*) *Nomoc., Vulg.*; ἀρχιεπίσκοπον *Scrimg.* — [2]) *Cod. Hamb.*; vero habere *om. edd.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid.*; enim *add. Port., Cont.* — [4]) transm. et sanct. eccl. expendat quidem et ipse inde eique (ipse ei quae inde *Trid.*) observ. non patiatur *Cod. Hamb., Trid.*; transm. et sanct. eccl expendat quod et ipse inde ei obs. non patiatur *Port., Cont.*; transm. ex sanct. ecclesia, sed expendant quidem ipsi ibi, ei vero obs. non patiantur *Bk. ed. ster.*

Κεφ. δ'.

Ἐπειδὴ δὲ ἐτύχομεν ἤδη νομοθετήσαντες, ὥστε εἴ τις ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐκποίησις ἀκινήτου ἐκκλησιαστικοῦ μέλλοι πράγματος γίνεσθαι, κατὰ δέκρετον ταύτην προϊέναι, καθάπερ ἡ πρώην φοιτήσασα παρ' ἡμῶν λέγει διάταξις, πράττεσθαι δὲ τὸ δέκρετον μὴ μόνον παρόντος τοῦ θεοφιλεστάτου [1]) ἐπισκόπου τῆς πόλεως καὶ τοῦ αὐτοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου, οὐ μὴν ἐκεῖνο προσγενομοθέτηται, ὥστε εἴπερ ὁ τῆς μητροπόλεως ἁγιώτατος ἐπίσκοπος μέλλοι πωλεῖν, ἤτοι οἱ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τῆς αὐτοῦ εὐλαβέστατοι οἰκονόμοι, τί δέοι γενέσθαι, καὶ τοῦτο προσεθέμεν, ὥστε δύο ἐκ τῆς ὑπ' αὐτὸν συνόδου τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων, οὓς ἂν ἕλοιτο, τούτους παραγίνεσθαι, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης παρατηρήσεως φυλαττομένης τῆς ἤδη παρ' ἡμῶν νομοθετηθείσης, τὸ τῆς παρουσίας τῶν δύο θεοφιλῶν ἐπισκόπων προσιεθῆναι, ἵνα καθ' αὐτὸν δοκοίη μετὰ τῆς ἑαυτοῦ συνόδου τὸ πρᾶγμα πράττειν, καὶ ὥσπερ αὐτὸς τὸ πρᾶγμα ποιεῖ πιστὸν καὶ αὐταρκες τῷ ὑπ' αὐτὸν τεταγμένῳ παραγινόμενος, οὕτω καὶ αὐτῷ ἡ ὑπ' αὐτὸν παραγινομένη σύνοδος διὰ δύο τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων δόξειεν τὸ πρᾶγμα ποιεῖν ἀσφαλές, τὴν ἐκ τῆς ἱερᾶς ταύτης συνόδου προσλαμβάνον μαρτυρίαν.

Ἐπίλογος.

Τοῦτον δὲ ἡμῶν τὸν νόμον πρός τε τὸν θρόνον τῆς σῆς μακαριότητος, πρός τε τοὺς λοιποὺς ἁγιωτάτους πατριάρχας καταπεμπόμενον αὐτοὶ διὰ γραμμάτων οἰκείων τοῖς ὑφ' ὑμᾶς μητροπολίταις ποιήσετε φανερόν, οἱ δὲ δῆλον καταστήσουσι τοῖς ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόποις, ὥστε μηδὲν διαλαθεῖν τῶν παρ' ἡμῶν διαταχθέντων. Dat. Kal. Maii Constantinop., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XII., Ioanne V. C. Cons. [538.]

Cap. IV.

Quoniam vero iam sancivimus, ut, si alienatio quaedam immobilis rei ecclesiasticae in provinciis facienda sit, haec decreto interposito celebretur, quemadmodum olim a nobis edita constitutio dicit, et decretum non solum praesente dei amantissimo urbis episcopo et clero eius, sed etiam episcopo metropoleos fiat, illud tamen sancitum non est, si sanctissimus metropoleos episcopus vel sanctissimae illius ecclesiae religiosissimi oeconomi venditionem facturi sint, quid tum fieri debeat. Hoc igitur addimus, ut duo ex synodo piorum episcoporum sub ipso constituta, quoscunque elegerit, intersint, atque reliquis omnibus, quae a nobis disposita sunt, observandis praesentia duorum dei amantium episcoporum addatur, ut ipse per se cum sua synodo rem conficere videatur. Et sicut ipse fidem et robur rei tribuit, dum ei, qui sub ipso constitutus est, praesens est, ita et synodus, quae illi subest, per duos ex dei amantibus episcopis rem confirmare videbitur, quae a sacra hac synodo testimonium accipit.

Epilogus.

Hanc autem legem nostram ad thronum beatitudinis tuae reliquosque sanctissimos patriarchas missam ipsi per litteras vestras metropolitanis, qui vobis subsunt, manifesta faciatis. Hi vero eam palam faciem episcopis sub se constitutis, ut nihil lateat eorum, quae a nobis constituta sunt.

No

sed illam quidem circa actus pios et sanctissimam ecclesiam expendi, ipsum vero hic errantem non expensis sanctissimam ecclesiam praegravare, quum certum sit, quod, si plurimo tempore defuerit, quae iam a nobis super eisdem sancita sunt valebunt.

Cap. IV. Quoniam vero contigit iam nos sanxisse, ut, si qua in provinciis alienatio rei immobilis ecclesiasticae facienda est, secundum hanc decretum procedere, sicuti dudum prolata a nobis constitutio dicit, agi vero decretum non solum praesente deo amabili episcopo civitatis eiusque clero, sed etiam metropoleos episcopo, nec non et [2]) illud insuper est sancitum, ut, si metropoleos sanctissimus episcopus futurus est venundare, sive eius ecclesiae sanctissimi oeconomi, quid oporteat fieri, etiam hoc adiicimus, ut duo ex synodo, quae sub eo est, deo amabilium episcoporum, quoscunque elegerit, ipsi intersint, et alia omni observatione custodita, quae iam sancita est, praesentia duorum deo amabilium episcoporum adiiciatur, ut secundum se videatur cum sua synodo rem agere, et sicut ipse rem facit credibilem et sufficientem ei, qui sub eo constitutus est, dum praesens est, ita et ipsi quae sub eo est synodus praesens per duos deo amabilium episcoporum videbitur rem praebere cautissimam, sumentem ex huiusmodi synodo testimonium.

Epilogus. Hanc itaque nostram legem et ad sedem tuae beatitudinis, et ad ceteros sanctissimos patriarchas missam ipsi per litteras proprias sub vobis [3]) metropolitis facietis manifestam, et illi palam facient [4]) sub se constitutis episcopis, ut nullum lateant, quae a nobis constituta sunt. Dat. Kal. Maii Constant., imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XII., Ioanne V. C. Cons. [538.]

Const. LXX.

[1]) θεοφιλοῦς *Par., Zuich., Vulg.* — [2]) nec tamen subditis metr. *Trid.*; sub vos *Port., Cont.* — [4]) *Cod. Bk. ed. ster.* — [3]) *Bk. ed. ster*; vos sub *Cod. Hamb.*; *Hamb.*; ut — faciant *edd.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξή'. a)

Ὥστε τὴν διάταξιν τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως τὴν ἐπὶ ταῖς διαδοχαῖς τῶν γαμικῶν [1]) κερδῶν τὰ ἐξ ἀπαιδίας εἰσάγουσαν κέρδη κρατεῖν ἐν τοῖς μετὰ τὴν διάταξιν συμμείναι φάκτοις, ἐπὶ δὲ τοῖς πρὸ αὐτῆς τὴν Λέοντος διάταξιν χώραν ἔχειν.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Ἴσμεν τὴν Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης διάταξιν, τὴν γεγραμμένην ὑπὲρ τῶν εἰς δευτέρους ἀφικνουμένων γάμους, εἴτε ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ γάμου κέρδος τοῖς ἐξ ἐκείνου τοῦ γάμου παισὶν ὁσίως φυλάττουσαν, καὶ μόνης τῆς χρήσεως τὸν κερδάνατα κύριον ἀποτελοῦσαν, τὴν δεσποτείαν δὲ ἐκείνοις τηροῦσαν, ὡς εἴγε οἱ παῖδες καὶ ἔγγονοι τελευτήσαιεν, οὐκ ὄντος τὸ λοιπὸν οὐδενὸς τοῦ, δι' ὃν ὁ τοῖς δευτέροις ὁμιλήσας γάμοις τῆς δεσποτείας ἐστέρηται, μένειν βουλομένην ἀναφαίρετόν τε καὶ ὁλόκληρον παρὰ τῷ κερδάναντι καὶ τὴν ἐκ τῆς δεσποτείας ὠφέλειαν.

Κεφ. α'.

Ταύτην ἡμεῖς ἔναγχος ἐπηνωρθώσαμεν, ἄλλα τε διατυπώσαντες καὶ βουλόμενοι τοὺς κληρονόμους τῶν τελευτησάντων παίδων ἢ ἐγγόνων, εἴτε γονεῖς εἶεν, εἴτε ἕτεροι τινές, ἔχειν ἐκεῖθεν τινὰ βοήθειαν, μόνου τοῦ ἀπὸ τελευτῆς ἐξ ἀπαιδίας συμφώνου μένοντος καὶ κατὰ δεσποτείαν παρὰ τῷ κερδάνατι, τοῦ λοιποῦ δὲ ἐπὶ τοὺς κληρονόμους τῶν τελευτησάντων παίδων ἢ ἐγγόνων ἰόντος, κατ' οὐδὲν ὑφ' ἡμῶν τοῦ τῆς χρήσεως λόγου καινισθέντος. §. 1. Ταῦτα τοίνυν καὶ νῦν καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον κρατεῖν βουλόμεθα, πλὴν εἰ μὴ ἔτυχον οἱ παῖδες πρὶν ἢ τεθῆναι τὴν ἡμετέραν διάταξιν τετελευτηκότες. ἐπειδὴ γὰρ ἔφθη τὸ κέρδος ὁλόκληρον ἤδη προσγενόμενον τῷ τοῖς δευτέροις ὁμιλήσαντι γάμοις,

Novella LXVIII.

UT CONSTITUTIO PIISSIMI IMPERATORIS, QUAE IN SUCCESSIONIBUS LUCRORUM NUPTIALIUM, SI LIBERI NON EXSTENT, LUCRA INTRODUCIT, IN IIS FACTIS OBTINEAT, QUAE POST CONSTITUTIONEM ACCIDERUNT, IN ILLIS AUTEM, QUAE ANTE EAM CONTIGERUNT, LEONIS CONSTITUTIO LOCUM HABEAT.

Idem Imperator Ioanni, per Orientem praetorio iterum Praefecto gloriosissimo, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Novimus constitutionem Leonis piae memoriae de iis, qui secundas nuptias contrahunt, sive viri sive mulieres sint, scriptam esse, quae nuptiale lucrum liberis illius matrimonii sancte servat, atque eum, ad quem lucrum venit, solius usufructus dominum constituit, illis vero dominium servat, ita ut, si liberi et nepotes moriantur, nec quisquam alius adsit, per quem ille, qui secundas nuptias contrahit, dominio privetur, irrevocabiliter et in solidum apud eum, qui lucratus est, etiam utilitatem ex dominio manere velit.

Cap. I.

Hanc nuper correximus, alia disponentes et volentes, ut heredes defunctorum liberorum vel nepotum, sive parentes sint, sive alii quidam, inde aliquod auxilium habeant, atque id solum, quod mortis causa ex pacto liberorum non existentium competit, etiam quod ad dominium apud lucrantem maneat, reliquum vero ad heredes filiorum vel nepotum defunctorum transeat, ratione usufructus nullatenus per nos innovata.

§. 1. *Haec igitur et nunc et in omne tempus obtinere volumus, nisi liberi ante, quam haec constitutio facta erat, mortui fuerint. Nam quum omne lucrum ad eum, qui secundas nuptias contraxit, liberis ante legem mortuis iam pervenit, lex nostra non laboret*

Const. LXX.

Idem Aug. Ioanni, Pf. P. II., Excons. ordinario.

Praefatio. Novimus Leonis piae memoriae constitutionem [2]) scriptam super his [3]), qui ad secundas veniunt nuptias sive viris sive mulieribus, ex illo matrimonio [4]) lucrum ex illis nuptiis filiis venerande servantem, et [5]) solius ususfructus eum qui lucratur dominum facientem, dominium autem illis [6]) servantem, si filii et [7]) nepotes moriantur, non existente iam ullo [8]), propter quem is, qui ad secunda vota pervenit, proprietate privabitur, manere volentem inavulsibilem [9]) ac totam apud eum, qui lucratur, et proprietatis [10]) utilitatem.

Cap. I. Hanc nos nuper [11]) correximus, alia disponentes et volentes, heredes morientium filiorum aut nepotum, sive parentes sint sive alii quidam, habere inde solatium, solo pacto, quod ex morte filiis non existentibus contrahitur, manente etiam secundum proprietatem apud lucrantem, reliquis autem ad heredes deficientium filiorum aut nepotum venientibus, in nullo a nobis ususfructus ratione novata. §. 1. Haec igitur et nunc et [12]) in omne tempus valere volumus, nisi tamen [13]) contigit filios, antequam poneretur nostra constitutio,

---

a) *Scrimg.*; *deest ap. Hal.* — *Iulian. Const.* 62. — *Antiquam versionem non glossatam ex Cod. Vindob. primus dedit Biener l. c. p.* 491 *sq.*

1) *Emend. Agylaei, quam egregie commendat textus Nov., Iulian., Ind. Reg.*; ταμειακῶν *Scrimg., Meerm. III, Zuich.* — 2) Novimus pie Leoni memorie constitutione *Cod.* — 3) super his *om. Cod.* — 4) *Bien.*; matri omnino *Cod.* — 5) et *om. Cod.* — 6) *Bien.*; illius *Cod.* — 7) *Bien.*; et *om. Cod.* — 8) *Bien.*; illo *Cod.* — 9) inaulsibilem *Cod.* — 10) *Cod., cf. Kriegel Symb. p.* 10.; ap etatis *sec. Bien.* — 11) *Bien.*; super *Cod.* — 12) et *om. Cod.* — 13) *Cod., cf. Kriegel l. c.*; non tamen *sec. Bien.*

γάμοις, τῶν παίδων πρὸ τοῦ νόμου τελευτησάντων, οὐκ ἂν ὁ ἡμέτερος νόμος ἐκεῖνα περιεργάζοιτο, ἅπερ ὁ προλαβὼν νόμος Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πεποίηκεν ἐξουσίαν, ὥστε οὐ μόνον παίδων ἢ ἐγγόνων οἷς ὑπόντων ἀσφαλῶς ἔξουσιν, ἅπερ ἐκέρδανον, ἀλλ' ἤδη κἂν εἴ τι τούτων παρ' ἑτέροις ἐστίν, κατὰ τὸν δεσπόταις πρέποντα τρόπον ἐκδικήσουσι. §. 2. Ταῦτα τοίνυν νόμῳ βραχεῖ περιστείλαντες τὰς τοιαύτας ἀμφισβητήσεις ἀναιροῦμεν, ἵνα μὴ διηνεκῶς ὑπὸ τῶν αἰτούντων ἐνοχλοίμεθα, ἀλλὰ νόμῳ ταῦτα ἐναποθέμενοι κοινῷ τῶν τοιούτων ἀπαλλαγείημεν ὄχλων, τὸ πρὸ τῆς ἡμετέρας νομοθεσίας σχῆμα φυλάττεσθαι βουλόμενοι τῷ πρὸ ταύτης εὐηργετημένῳ.

boret circa ea, quae praeveniens lex Leonis piae memoriae sub potestatem suam redegit. Quare liberis vel nepotibus non superstitibus non solum ea secure habebunt, quae lucrati sunt, sed etiam si quid horum apud alios exsistit, pro iure dominis competente vindicabunt.

§. 2. Haec igitur brevi lege comprehendentes eiusmodi dubitationes tollimus, ne perpetuam molestiam a supplicantibus sustineamus, sed haec communi legi inserentes eiusmodi molestiis liberemur, qui formam, quae ante legem nostram fuit, ei, qui ante illam beneficio affectus est, custodiri volumus.

Ἐπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ κατὰ τοῦτον ἡμῖν παραστάντα τὸν τρόπον ἅπασι φανερὰ δι' οἰκείων κηρυγμάτων καὶ προστάξεων καταστησάτω. Dat. VIII. Kal. Iun., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XII., Ioanne V. C. Cons. [538.]

Epilogus.

Tua igitur excellentia quae nobis hoc modo placuerunt edictis et mandatis suis omnibus manifesta faciat.

constitutio, mori. Si enim contigit quidem lucrum totum ante nuptias iam factum eius, qui ad secunda vota migravit, filiis ante legem defunctis, nequaquam [1]) nostra lex illas perscrutabitur, quas praecedens lex Leonis piae memoriae sua [2]) constituit potestate, quapropter non solum filiis aut nepotibus non existentibus, secure habebunt, quae lucrati sunt, sed etiam vel si quid horum apud alios est, secundum modum competentem dominis vindicabunt. §. 2. Haec igitur brevi lege comprehendentes tales dubitationes perimimus, ut non assidue ab interpellantibus [3]) molestemur, sed lege haec statuentes communi, importunitatibus huiusmodi liberamur, figuram, quae ante nostram legislationem erat posita, servari volentes ei, qui ante eam beneficium meruit.

Epilogus. Tua igitur eminentia quae secundum hunc nobis placuerint modum, omnibus manifesta propriis edictis ac praeceptis efficiat. Dat. VIII. Kal. Iun. Constant., DN. Iust. PP. Aug. ann. XII., Ioanne V. C. Cons. [538.]

[1]) neque quia *Cod.* — [2]) *Legend. videtur* sub sua. — [3]) *Bien.*; ad interpellationes *Cod.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξθ'. [a])

Περὶ τοῦ πάντας ὑπακούειν καὶ πείθειν [1]) τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν καὶ ἐπὶ ἐγκλήμασι καὶ ἐπὶ χρήμασι, κἀκεῖ τὰς ὑποθέσεις ἐξετάζεσθαι, μηδενὸς ἐξηρημένου ἀπὸ προνομίου τινὸς χωρὶς θείου πραγματικοῦ τύπου.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Κωνσταντινουπολίταις.

Προοίμιον.

Μίαν εἶναι πασῶν τελεωτάτην ἀρετὴν ὑπολητέον ἐν ἀνθρώποις τὴν τὰ δίκαια πᾶσι βραβεύουσαν, φαμὲν δὴ τὴν τοῦ πράγματος ἐπώνυμον δικαιοσύνην. καὶ

Novella LXIX.

UT OMNES OBTEMPERENT ET PAREANT MAGISTRATIBUS PROVINCIARUM TAM IN CRIMINALIBUS QUAM PECUNIARIIS CAUSIS. ET UT IBI CAUSAE EXAMINENTUR, NEC QUISQUAM PRIVILEGIO ALIQUO, NISI SACRA PRAGMATICA SANCTIONE, EXCIPIATUR.

Imperator Iustinianus Augustus Constantinopolitanis.

Praefatio.

Una inter homines omnium censenda est perfectissima virtus, quae ius suum cuique tribuit, iustitia, quae ex re ipsa nomen traxit. Nisi enim quamlibet ex

Gl. Const. LXXIII.

UT OMNES OBEDIANT IUDICIBUS PROVINCIARUM ET IN CRIMINALIBUS, ET IN PECUNIARIIS CAUSIS [2]) ET IBI NEGOTIA EXAMINENTUR, NULLO EXCEPTO PER PRIVILEGIUM, NEC HUC CONVENTI DEDUCANTUR, NISI SACRA PRAGMATICA FORMA EXHIBERI QUEMPIAM IUSSERIT.

(Coll. V. tit. 20.)

Imp. Iustinianus Aug. Constantinopolitanis.

Praefatio. Unam quidem esse omnium perfectissimam virtutem arbitrandum est hominibus, quae iura omnibus distribuit, haec est ex causa cognominata iustitia. Etenim unamquamque aliarum virtutum nisi

[a]) *Hal.* (*Nov.* 68.) *et Scrimg.* — *Iulian. Const.* 63. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) καὶ πείθειν *om. Hal.*, (*Vulg.*) — [2]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.*; causis *om. Const.*

καὶ γὰρ ἑκάστῃ τῶν ἄλλων ἀρετῶν εἰ μὴ παραχολουθοίη τὰ ταύτης ἀγαθά, γένοιτο ἂν οὐδὲν τῶν προσηκόντων. τοιγαροῦν οὐδὲ ἀνδρείαν τὴν μὴ μετὰ δικαιοσύνης ἐπαινέσομεν, καίτοι γε ἡ πάτριος φωνὴ τὴν ἐν ὅπλοις ἰσχὺν ἀρετὴν ὀνομάζει μόνην. εἰ δέ τις αὐτῆς τὸ δίκαιον ἀφέλοιτο, πλημμελημάτων ἀφορμὴ μόνον, οὐ μήν τινος γένοιτο ἂν τῶν βελτιόνων. ταύτην ἐν ταῖς ἡμετέραις ἐπαρχίαις ὁρῶντες παρεωραμένην [1]), νόμῳ θεραπεύοντι θεὸν ἀναρρῶσαι καὶ πρὸς ἰσχὺν πρέπουσαν ἀγαγεῖν ᾠήθημεν χρῆναι. πολλοὶ γὰρ οἱ μὲν γράμματα θεῖα, οἱ δὲ προνόμια, οἱ δὲ πραγματικοὺς τύπους, οἱ δὲ προστάξεις ἀρχικάς, οἱ δὲ ἄλλας ἐξ ἄλλων εὑρίσκοντες προφάσεις, ἑαυτοῖς καταπράττουσι τὸ πλημμελεῖν μὲν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, ἔξω δὲ ἐκείνων δικάζεσθαι προσποιεῖσθαι [2]). ὁ γὰρ ἐπί τινος τόπου παθὼν κακῶς, ἤ τι τῶν οἰκείων ἀποβαλών, ἢ περὶ ὅρων [3]) γῆς δικαζόμενος [4]), ἢ περὶ δεσποτείας, ἢ περὶ νομῆς, ἢ περὶ ὑποθήκης, ἢ περί τινος ἄλλου, πῶς ἂν ἰσχύσειεν ἑτέρῳ τόπῳ τὰς ἀποδείξεις ὧν ἔπαθε παρασχεῖν; οἱ γὰρ ταῦτα πράττοντες δύναμιν ἐνδεικνύμενοι μόνην καὶ ἰσχὺν οὐ τῷ δικαίῳ πιστεύουσαν τὰ τοιαῦτα τεχνάζουσι, καὶ ταῦτα ἄνθρωποι δρῶσιν, ὡς διηνεκῆ τὴν δύναμιν ἕξειν πιστεύοντες, καὶ οὐκ ἀποβλέπουσιν εἰς τὰ πολλὰ καὶ μυρία παραδείγματα, ὅτιπερ ὀψὲ καὶ μόλις καὶ ἐν προσώποις εὐαριθμήτοις ἐκ δυνατῶν εἴδομεν προϊόντας δυνατοὺς καὶ ἐκ πλουτούντων πλουτοῦντας. τὸ δὲ ἐπίπαν σχεδὸν ἐκ μὲν δυνατῶν πρόϊασιν ἀσθενεῖς, ἐκ πλουτούντων δὲ πένητες, τῆς τῶν πατέρων ἀδικίας τοῖς ἐξ αὐτῶν κατακολουθούσης, καὶ οὐκ ἐννοοῦσιν οὐδὲ λογίζονται, ὡς ὅπερ αὐτοὶ δῆθεν ὑπὲρ ἑαυτῶν μηχανῶνται ταῖς δυνάμεσι χρώμενοι, τοῦτο ἴσως κατὰ τῶν γινομένων [5]) ἐξ αὐτῶν πράττουσιν, οὐ τῆς αὐτῆς ἐκείνοις ἑπακολουθούσης δυνάμεως.

Κεφ. α'. [a])

Ταῦτα ἐννοήσαντες τὸν παρόντα θεῖναι νόμον ᾠήθημεν χρῆναι. καὶ προαγορεύομεν πᾶσι τοῖς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις οἰκοῦσιν, ὁπόσοι τῶν ἡμετέρων κατακούουσι σκήπτρων ἐπὶ τῆς ὑπηκόου πάσης, τῆς τε εἰς ἀνίσχοντα βλεπούσης, τῆς τε πρὸς δυόμενον ἥλιον, τῆς τε ἑκατέρωθεν οἴσης, ὥστε ἕκαστον ἐφ' ἧς ἐπαρχίας πλημμελεῖ, ἢ ἐφ' ἧς χρημάτων ἢ ἐγκλημάτων ὑπεύθυνος γίνεται, εἴτε περὶ γῆς ὁρίων, εἴτε περὶ δεσποτείας, εἴτε περὶ νομῆς, ἢ ὑποθήκης, ἢ περὶ ἑτέρας οἱασδήποτε προφάσεως, ἐκεῖσε καὶ τὰς εὐθύνας ὑπέχειν (τοῦτο δὴ τὸ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν νομοθέταις ποικίλως μὲν εἰρη-

ex reliquis virtutibus bona eius sequantur, nihil eorum fiet, quae conveniunt. Itaque nec fortitudinem, quae iustitiae coniuncta non est, laudabimus, etsi patria lingua solum robur, quod in armis est, virtutem nominet. Nam si quis iustitiam illi demat, delictorum solum, non vero boni alicuius causa erit. Hanc in provinciis nostris quum neglectam videamus, lege deo placente firmandam et ad rectum robur deducendam putavimus. Multi enim partim sacras litteras, partim privilegia, partim pragmaticas sanctiones, partim iussiones magistratuum, partim alios ex aliis praetextus invenientes, delicta quidem in provinciis perpetrant, extra eas vero iudicari volunt. Nam qui in loco aliquo male quodam afficitur, vel quid rerum suarum amittit, aut de finibus terrae, vel de dominio, vel de possessione, vel de pignore, vel de alia quadam re litigat, quomodo is in alio loco probationes eorum, quae passus est, exhibere poterit? Nam qui talia agunt, potentiam solum et robur aliquod, quod iustitiae non pareat, ostentantes haec machinantur. Atque id faciunt homines, quod credunt se perpetuam potentiam habituros, neque ad multa illa ac infinita exempla respiciunt. Nam raro et difficulter ac in personis, quas facile numeraveris, vidimus ex potentibus potentes et ex divitibus divites procedere, ut plurimum vero ex potentibus impotentes, ex divitibus pauperes fere proveniunt, parentum iniquitate liberos sequente. Nec cogitant neque secum reputant, id, quod ipsi in suum commodum potestate sua utentes machinantur, contra liberos suos fortasse se agere, si illos eadem potentia non sequatur.

Cap. I.

Haec considerantes legem hanc ferendam esse existimavimus. Omnibus itaque praecipimus, qui in provinciis habitant, quotcunque sceptris nostris per omnem ditionem nostram, quae tam orientem quam occidentem solem spectat, quaeque ab utroque est latere, obediunt, ut unusquisque in provincia, in qua deliquit, vel in qua pecuniae vel criminis reus est, sive de finibus terrae, sive de dominio, sive de possessione, aut hypotheca, aut alia quacunque de causa agatur, ibi quoque iudicium accipiat (id quod et ab anterioribus legislatoribus varie quidem dictum est, etsi

nisi subsequantur huius bona, fiet nihil horum, quae competunt, itaque nec fortitudinem, quae non est cum iustitia, laudabimus, quum scilicet patria lingua fortitudinem in armis virtutem appellet solum, et si quis ab ea iustitiam subtrahat, delictorum solummodo, non quorundam bonorum fiet occasio. Quam in nostris provinciis intuentes contemni, lege placente deo eam corroborare et ad fortitudinem decentem deducere [6]) indicavimus oportere. Plurimorum namque alii quidem litteras sacras, alii privilegia, alii pragmaticas formas, alii praecepta iudicum, quidam alias ex aliis adinvenientes occasiones sibi peragunt peccandi quidem [7]) in provinciis, et [8]) extra eas litigare simulant [9]). Qui enim in quolibet loco male patitur, aut aliquod suorum amittit, aut de terminis terrae litigat, aut de proprietate, aut de possessione, aut de hypotheca, aut de alio quocunque, quomodo valebit in alio loco probationes horum, quae pertulit, exhibere? haec enim agentes, ostendentesque potentiam solum et fortitudinem, ita iuste [10]) credentes talia machinantur, et haec homines perpetrant, tanquam perpetuam virtutem habituros se confidentes, et non respiciunt ad multa [11]) et decies millia exempla, quia sero tandem et in personis numerabilibus ex potentibus videmus potentes procedere et ex divitibus divites, in omne autem aevum paene ex potentibus processerunt inanes, ex divitibus autem panperes, dum patrum iniustitia sobolem [12]) est secuta, et non cogitant neque reputant, quoniam, quod ipsi quasi per se machinantur potestatibus utentes, hoc forsan contra eos, qui ex eis procreantur, agunt, non eadem potentia sequente sobolem, quae illos [13]).

Cap. I. Haec considerantes praesentem ponere legem existimavimus oportere. Et praecipimus omnibus in provinciis iudicibus, quicunque nostris obediunt sceptris in universa ditione, et quae adscendentem videt, et quae occidentem solem, et quae ex utroque est latere, ut unusquisque, in qua provincia delinquit [14]), aut

---

[a]) *Cop.* 1—4. *in Bas. VI.* 21.

Haec vero omnia in urbibus obtinere volumus, nam in agris, ubi multa simplicitas, nec magna scribentium aut testium copia est, quae hactenus apud eos obtinuerunt, etiam nunc firma sint. Hoc enim et in ipsis testamentis, quae maxime curae nobis sunt, iam a nobis sancitum est. Obtineat vero haec lex in omnibus instrumentis et contractibus, quae posthac fient; quod enim praeteriit, quis de eo legem ferret? Hanc nobis legem multitudo dubitationum, quae in litibus ortae et ad nos delatae sunt, peperit, ut quotidianis contentionibus inter homines finem faceremus, atque altercationes per legis subtilitatem tolleremus.

Epilogus.

Quare convenit, ut excellentia tua haec cognoscens omnibus subditis, tum qui hic, tum etiam qui inter gentes sunt, manifesta faciat. Nam et ad reliquos gloriosissimos praefectos, qui vel in occidente, vel in Libya, vel septentrionem versus sunt (loquimur autem de iis, qui in Illyrico sunt), scribemus, ut per totam rempublicam divulgetur haec lex, quae subditorum necessitatibus medetur.

Δια-

bus adhibendos esse, inter quos ille quoque erit, qui pro contrahente vel omnia, vel quae post paucas litteras ab ipso posita sunt scripsit, ut nihil, quod ad summam diligentiam facit, omittatur. Atque haec de instrumentis scriptis dicimus. Nam si quis sine scripto quemlibet contractum facere velit, manifestum est, eum vel per testes, vel per iuramenta probari posse, et actor quidem testes producat, reus vero iuret, vel iusiurandum referat, quemadmodum iudex de negotio disposuerit, ne vel ex his quidquam emendatum non sit. Illud quoque ut legi adiiciatur bonum est, ut, si usque ad unam auri libram fuerit contractum, non eadem observatio in his servetur, sed secundum id, quod hactenus in usu fuit, res peragatur, ne exiguis de rebus magna incommoda homines sustineant.

No-

ex scripto confectis. Nam si quis facere quemlibet contractum ex non scripto voluerit, hoc manifestum est, quia aut per testes, aut per iusiurandum fidem percipiet, actore quidem testes deducente, pulsato autem iurante aut referente, sicuti iudex negotium disposuerit. Ut autem nihil sit neque horum inemendatum, illud quoque adiicere legi bonum est, ut, si usque ad unam auri libram fuerit contractus, huiusmodi observationem in hoc minime custodiri, sed secundam hoc, quod tunc actum est, causam fieri, ut non de rebus exiguis maximas attritiones homines sustineant.

Cap. IX. Haec autem omnia tenere in civitatibus volumus; nam in agris, ubi multa simplicitas est, et neque scribentium aut testium multorum copia est, quae hactenus apud eos valuerunt et nunc sint [2]) firma. Hoc enim et in ipsis testamentis, quibus maxime studemus, iam a nobis sancitum est. Valeat itaque lex in omnibus, quae post haec facienda sunt, instrumentis et contractibus; quod enim iam transivit, cur quispiam sanciat? Hanc autem legem peperit contentionum multitudo factarum quidem in litibus, apud nos autem introductarum, quatenus quotidie inter sese contendere homines compescamus, praeauferentes eis altercationes per legislationis subtilitatem.

Epilogus. Quapropter convenit tuam eminentiam haec cognoscentem manifesta omnibus facere subiectis, et qui hic sunt, et qui in gentibus. Etenim ad alios gloriosissimos praefectos, et qui in Hesperia sunt, et in Libya, et qui in septentrionalibus (dicimus autem in Illyrico) scripsimus, ut omnis nobis respublica plena fiat hac lege subiectorum medente concussionibus. Dat. prid. Non. Iun. Constant., imper. DN. Iustiniani PP. A. anno XII., Ioanne V. C. Cons. [538.]

Const. LXXIV.

[1]) προανελόντες *Hal.* — [2]) *Cod. Hamb.*; etiam *add. edd.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ οϚ'.[a])

Περὶ τῶν παίδων, πῶς χρὴ νοεῖσθαι αὐτοὺς γνησίους ἢ νόθους. καὶ περὶ ἀπροικίων συνοικεσίων.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων ὀρδιναρίῳ καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Ὀρθῶς εἰρηται τοῖς πρὸ ἡμῶν, καὶ πρό γε ἁπάντων Ἰουλιανῷ τῷ σοφωτάτῳ, τὸ μηδένα νόμον μηδὲ δόγμα τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαίων τεθὲν δόξαι καὶ πρὸς τὸ πᾶν αὐτάρκως ἐξ ἀρχῆς νομοθετηθέν, ἀλλὰ πολλῆς δεηθῆναι τῆς ἐπανορθώσεως, ἵνα πρὸς τὴν τῆς φύσεως ποικιλίαν καὶ τὰς ἐκείνης ἐπιτεχνήσεις ἀρκέσοι. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἐκ νοθείας ἀφικνουμένων εἰς γνησίους πολλοὺς ἐγράψαμεν καὶ ποικίλους νόμους, ἐκ δὲ τῶν καθ' ἑκάστην ὑπὸ τῆς φύσεως τεχναζομένων εὑρόντες τι τοῖς ἤδη νενομοθετημένοις ἐλλεῖπον, τοῦτο κατὰ τὸ παρὸν ἐπανορθοῦμεν. νενομοθέτηται γάρ, ὡς εἴ τις ἔχων γυναῖκα κατὰ ψιλὴν αὐτῷ διάθεσιν ἐγνωσμένην, εἶτα παιδοποιήσεται, ὕστερον δὲ αὐτῇ καὶ γαμικὰ ποιήσοιτο συμβόλαια, καὶ γνησίους ἐξ αὐτῆς τέκοι παῖδας, οὐδὲ οἱ πρότερον γενόμενοι μένουσι νόθοι, ἀλλὰ κἀκεῖνοι τοῖς γνησίοις συναριθμοῦνται, διότι καὶ πρόφασις ὅλως αὐτοῖς εἰσὶ τῆς γεννήσεως. Ἀλλ' ἔσχε καὶ οὗτος ἐπανόρθωσιν ὁ νόμος. ἐπειδὴ γὰρ οἱ δεύτερόν τε καὶ μετὰ τὰ προικῷα τεχθέντες ἐτελεύτησαν, εἶτα ἠξίουν τινὲς μηκέτι τοὺς πρότερους ὑπὸ τῶν δευτέρων οὐκ ὄντων βοηθεῖσθαι, καὶ τοῦτο ἐπηνωρθώσαμεν, καὶ δεδώκαμεν αὐτοῖς καὶ οὕτω, κἂν εἰ τετελευτήκασιν οἱ δεύτεροι γεγονότες ἀδελφοί, τὸ νόμιμον ἔχειν, κἀκεῖνο προσθέντες (ἐπειδὴ καὶ τοῦτο ἠμφισβητήθη), ὡς, κἂν εἴ τινες μετὰ τὰ προικῷα μὴ γένοιντο παῖδες, ἀλλ' οὖν τοὺς προειληφότας, κἂν εἰ πρὸ τῶν προικῴων ἐτέχθησαν, τοῖς γνησίοις ἐγγράψεσθαι, τοῦ πατρὸς ὅλως εἰς τοῦτο ὁρμηθέντος. §. 1. Ἀλλ' ἕτερόν τι τοιοῦτον ἀπήντησεν. ἐκ γὰρ δή τοιαύτης συνηθείας γενόμενοι παῖδες ὑπῆρχόν τινι, ὁ δὲ αὐτοὺς ἠβούλετο τῷ παρ' ἡμῶν

Novella LXXIV.

QUI LIBERI PRO LEGITIMIS AUT NATURALIBUS HABENDI SINT, ET DE NUPTIIS INDOTATIS.

Idem Imperator Ioanni, per Orientem praetorio iterum Praefecto gloriosissimo, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio.

Recte dictum est a decessoribus nostris, et ante omnes a sapientissimo Iuliano, nullam legem aut senatusconsultum in romana republica latum videri ad omnia sufficienter ab initio sancitum, sed multa indigere correctione, ut ad varietatem naturae eiusque machinationes sufficiat. De illis igitur, qui ex naturalibus legitimorum iura consequuntur, multas et varias leges scripsimus, quum vero ex illis, quae quotidie a natura struuntur, aliquid deesse invenerimus illis, quae iam sancita sunt, id in praesentia emendamus. Sanctum enim est, si quis uxorem habens nudo affectu sibi cognitam, liberos procreaverit, postea vero nuptialibus instrumentis cum illa compositis legitimos liberos ex ea susceperit, eos, qui ante nati sunt, non manere naturales, sed et illos legitimis annumerari, quia causam praebuerunt, ut hi nascerentur. Sed et huic legi correctio adhibita est. Etenim mortuis secundis et post dotalia instrumenta natis, volebant quidam priores a secundis non existentibus nequaquam iuvari. Atque hoc correximus, iisque etiam sic dedimus, ut mortuis licet fratribus deinceps genitis, legitimi sint; illud etiam addentes (quoniam de eo quoque dubitatum fuit), ut, etsi post dotalia instrumenta nulli liberi nascantur, tamen priores, licet ante dotalia nati, legitimis adscribantur, quippe quum pater hoc intendat.

§. 1. Sed et aliud quid accidit. Ex eiusmodi enim consuetudine liberi alicui nati erant, ille vero eos modo a nobis excogitato, nuptialium instrumentorum

Gl. CONST. LXXIV.

QUIBUS MODIS NATURALES FILII EFFICIANTUR LEGITIMI ET SUI SUPRA ILLOS MODOS, QUI IN SUPERIORIBUS CONSTITUTIONIBUS CONTINENTUR.

(Coll. VI. tit. 1.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio. Recte dictum est a praedecessoribus nostris, et ante omnes a Iuliano sapientissimo, quia nulla lex neque senatusconsultum prolatum in republica Romanorum videtur ad omnia sufficienter ab initio promulgatum, sed multa indigere correctione, ut ad naturae varietatem et eius machinationes sufficiat. Igitur de iis, qui ex naturalibus ad suorum ius perveniunt, et multas et varias conscripsimus leges, ex his autem, quae a natura rerum per singul molinntur, invenientes aliquid deesse iis, quae iam statuta sunt, hoc in praesenti corrigimus. Sancitum namque est, ut, si quis habens mulierem puro sibi affectu compertam [1]), deinde filios procreaverit, et postea ei [2]) etiam nuptialia fecerit instrumenta, et legitimos ex ea procreaverit filios, neque ii, qui prius nati sunt, maneant naturales, sed et illi connumerentur suis, eo quod occasio omnino eis sunt nasci legitimis [3]). Sed habuit etiam ista lex correctionem; nam quia secundi et post dotem nati mortui sunt, ideo volebant quidam nequaquam priores a non exsistentibus adinvari. Et hoc emendavimus, et dedimus

[a]) *Scrimg.; Hal. rubricam solam habet et inscriptionem. — Iulian. Const. 67. — Versio est vetus glossata.*

[1]) *Cod. Hamb.*, consternatam *edd.* — [2]) *Cod.* eis *Hamb.*; ei *om. edd.* — [3]) *Cod. Hamb., Port., Cont.*; eis sit nasci legitimos *Trid. Bene vidit Spang.* vocab. legitimis *olim adscriptum fuisse, ut antecedens eis explicaret et ita in orationem irrepsisse.*

ἡμῶν ἐπινοηθέντι τρόπῳ ποιῆσαι γνησίους τῇ τῶν γαμικῶν ποιήσει συμβολαίων, βουλευομένῳ δὲ ταῦτα τῷ πατρὶ τετελεύτηκεν ἡ γυνή, καὶ ὁ τῆς διαταξεως αὐτὸν ἐπέλιπε τρόπος. οὐ γὰρ ἦν πρὸς ἣν τινα ἔδει γαμικὰν συντάξαι συμβόλαιον, καὶ νόθοι μένουσιν οἱ παῖδες ἄκοντος τοῦ πατρός. Καί τι καὶ δεύτερον ἀνέσπη τοιοῦτον ἐπ' ἀνδράσιν οὐδὲ ἀγνώστοις ἡμῖν. ἐπαιδοποιήσατο μὲν γάρ τις οὐ νομίμως, καὶ τοὺς μὲν παῖδας ὑπερηγάπα καὶ γνησίους αὐτῷ γενέσθαι κατὰ τὸν νόμον ἠβούλετο, τὰ δὲ τῆς γυναικὸς οὐκ ἦν αὐτῷ παντελῶς ἀναμάρτητα, οὐδὲ ἀξίαν αὐτὴν ἡγεῖτο νομίμου τινὸς ὀνόματος, τήν γε ἑαυτὴν ὑβρίσασαν (ἀρκεῖ γὰρ τοσοῦτον εἰπεῖν), ὥσιε δεύτερος οὗτος τρόπος ὁ τοὺς παῖδας ἀδικῶν ἐν μὲν δὴ τῷ προτέρῳ διὰ τῆς τελευτῆς τῆς μητρός, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ, δι' ὧν ἐξημαρτεν ἐκείνη. §. 2. Ἴσμεν δὲ καί τι τρίτον ἕτερον κινηθέν. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ γνησίους ἠβούλετο ποιῆσαι τοὺς παῖδας, καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς προικῴοις νομοθετηθέντα παρ' ἡμῶν ἐσκόπει, οἱ μέντοι παῖδες αἰσθόμενοι τούτων, ἐπειδήπερ τις παραδόξως ἦλθεν εἰς τὴν τεκοῦσαν αὐτοὺς (καίτοιγε οὐ νόμιμον αὐτῷ γαμετὴν οὖσαν) παρά τινος συγγενοῦς εὐπορία, κακούργως ἅμα καὶ δολερῶς πράττοντες τὴν μητέρα ἀπέκρυψαν, ἵνα μὴ γένηται δυνατὸν τῷ πατρὶ ποιήσασθαι γνησίους αὐτούς, καὶ τελευτώσης ἴσως τῆς μητρός, τῆς τῶν μητρῴων πραγμάτων ἀπολαύσοιεν χρήσεως, τοῦτο ὅπερ τοῖς πατράσι δίδωσιν εὖ ποιῶν ὁ νόμος. ταῖς τοιαύταις οὖν ἀντιτάξασθαι τέχναις νόμου καθέστηκεν ἴδιον ἀκριβοῦς, ὃν ἐν τῷ παρόντι τίθεμεν.

Κεφ. α'.

Εἴ τις οὖν οὐκ ἔχων παῖδας νομίμους, νόθους δὲ μόνον, αὐτοὺς μὲν γνησίους ποιήσασθαι βούλεται, τὴν γυναῖκα δὲ ἢ οὐκ ἔχοι παντελῶς, ἢ οὐκ ἀναμάρητον, ἢ οὐ φαινομένην ἔχοι, ἢ κατά τι νομιμον πρὸς τὸ συνοικέσιον ἐμποδιζομένην, δίδομεν αὐτῷ παῤῥησίαν ξένη τινὶ καὶ νῦν ἐξηυρημένῃ παρ' ἡμῶν ὁδῷ πρὸς γνησίους ἀγαγεῖν τοὺς νόθους, δηλαδὴ γνησίων ἐπὶ τῶν τοιούτων θεμάτων οὐκ ὄντων. ὥσπερ γάρ ἐστί τις τοῖς πρὸ ἡμῶν ἐξηυρημένος τρόπος, ὃς τοὺς ἀπελευθέρους εἰς εὐγένειαν ἄγει, προκαθαίρων μὲν αὐτοὺς ἑτέρᾳ τινὶ πράξει, καὶ δίδοὺς αὐτοῖς τὸ τῶν χρυσῶν δακτυλίων δίκαιον, ὕστερον δὲ

rum confectione, legitimos efficere cupiebat. Patre autem hoc ita volente, moritur mulier, et constitutionis ratio eum destituit. Neque enim erat, cum qua nuptiale instrumentum conficere posset, et liberi invito parente naturales manebant. Atque iterum aliquid tale inter viros nobis non ignotos exortum est. Quum enim quis liberos non legitime procrearet, eosque admodum diligeret, velletque, ut secundum legem legitimi fierent, mulier vitio non caruit, neque eam legitimo aliquo nomine dignam existimavit, quod semet ipsam iniuria affecisset, hoc enim dicere sufficit. Hic itaque alter modus est, quo liberi laeduntur, priore quidem per mortem matris, posteriore vero per id, quod illa peccavit.

§. 2. *Scimus autem aliud etiam tertio motum esse. Nam quum pater liberos vellet legitimos efficere, atque ad ea, quae de dotibus a nobis sancita sunt, respexisset, liberi haec sentientes, quoniam quidem praeter opinionem ad matrem eorum (etsi legitima illius uxor non esset) a cognato aliquo divitiae quaedam pervenissent, maligne simul et dolose agentes matrem occultarunt, ne pater eos legitimos efficere posset, et moriente forsan matre maternarum rerum usufructu frueretur, id quod lex bene patribus tribuit. Talibus igitur artibus resistere accuratae legis proprium est, quam nunc sancimus.*

Cap. I.

Si quis igitur non habeat liberos legitimos, sed naturales tantum, eosque legitimos facere velit, mulierem vero vel omnino non habeat, vel non sine vitio, vel quae non appareat, vel quam propter legem aliquam uxorem ducere impediatur, licentium ei damus nova quadam et a nobis iam inventa via naturales legitimos efficiendi, si legitimi scilicet in illis casibus non adsint. Sicut enim a decessoribus nostris ratio quaedam inventa est, quae libertinos ad ingenuitatem ducit, eosque prius alio quodam actu purgat, et ius aureorum annulorum ipsis concedit, deinde vero ad eandem naturam eos ducit, quae servum et liberum ab

dedimus eis etiam sic, vel si mortui sunt ii, qui secundi fuerunt fratres, habere intra legitima, illud quoque adiicientes, quoniam et hoc dubitatum est, ut, vel si aliqui filii post dotalia non nascantur, attamen praecedentes, licet ante dotalia nati sunt, inter suos adscribi, patre quippe ad hoc festinante. §. 1. Sed et aliud quiddam tale occurrit. Ex huiusmodi namque consuetudine nati filii erant alicui, at ille eos volebat a nobis adinvento modo facere suos, nuptialium confectione documentorum; deliberante autem hoc patre, mortua est mulier, et constitutionis eum desernit modus. Non enim erat, ad quam oporteret nuptiale confici documentum, et naturales manebant filii invito patre. Et quiddam etiam secundum tale exortum est apud viros neque nobis cognitos [1]). Procreavit etenim quidam filios non legitime, et filios quidem ultra quam diligebat, et legitimos sibi fieri secundum legem volebat. Ea autem, quae sunt mulieris, non erant omnino sine peccato, necne dignam eam existimavit legitimo quodam nomine, quae etiam semetipsam iniuriaverat (sufficit enim hoc tantum dicere). Quapropter secundus iste modus est, qui filios gravat, in priore quidem per [2]) mortem matris, in secundo vero per id, quod illa peccavit. §. 2. Novimus autem etiam quendam tertium modum. Pater namque volebat legitimos facere filios, et ad ea, quae de dotibus sancita sunt a nobis, respiciebat, filii vero sentientes, quoniam quaedam inopinate venissent [3]) ad matrem eorum (licet uxorem non legitimam exsistentem) a quodam cognato divite, maligne simul et dolose agentes matrem occultaverunt, ne eos facere legitimos esset patri possibile, et moriente forte matre maternarum rerum frueretur [4]) usufructu, hoc quod patribus dat benefaciens lex. Talibus itaque resistere artibus legis est proprium subtilis, quam in praesenti sancimus.

Cap. I. Si quis ergo [5]) non habens filios legitimos, naturales autem tantummodo, ipsos quidem suos facere volnerit, mulierem vero aut non habet penitus, aut quae non sine delicto sit, aut quae non appareat, habeat, aut [6]) secundum quandam legem ad matrimonium praepeditam, damus ei fiduciam nova quadam et nunc adinventa a nobis via ad legitimorum ius perducere naturales, proculdubio suis in talibus casibus non exsistentibus [7]). Sicut enim est [8]) quidam a praecedentibus nos adinventus modus, qui libertos ad ingenuitatem deducit,

---

[1]) incognitos *Bk.* — [2]) *Cod. Hamb.*; post *edd.* — [3]) *Cod. Hamb.*; inopinata evenissent *Trid.*; inopinata evenissent *Port.*, *Cont.* — [4]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.*; fruerentur *Cont.* — [5]) *Cod. Hamb.*; vero *Trid.*; sane *Port.*, *Cont.* — [6]) *Bk.*; autem *Cod. Hamb.*, *edd.* — [7]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; filiis *add Port.*, *Cont.* — [8]) *Cod. Hamb.*; est *post* modus *habent edd.*

δὲ εἰς αὐτὴν ἐπαναγων τὴν φύσιν, τὴν δοῦλόν τε καὶ ἐλεύθερον ἐξ ἀρχῆς μὴ διακρίναsαν, ἀλλ' ἐλευθέραν τὴν ἀνθρώπου ποιησαμένην γονήν, οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἐπινοοῦμεν τῷ πράγματι. καὶ ἐξέστω τῷ πατρὶ ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένων τρόπων, ἢ καὶ εἴ τις ἕτερος ἀπαντήσει τοιοῦτος (πολλὰ δέ, καθάπερ ἔφθημεν εἰπόντες, τὰ τῆς φύσεως καινουργήματα), ἐξέστω τοίνυν, καθάπερ ἔφαμεν, τῷ πατρί, εἴπερ γνησίας οὐκ εὐπορεῖ γονῆς, τοὺς παῖδας ἀποκατασιῆσαι τῇ φύσει καὶ τῇ ἄνωθεν εὐγενείᾳ, εἴ γε ἐξ ἐλευθέρας αὐτῷ γένοιντο, καὶ γνησίους τὸ λοιπὸν καὶ ὑπεξουσίους σχεῖν. Οὐ γὰρ ἐξ ἀρχῆς, ὅταν ἡ φύσις [1]) διεθεσμοθέτει τοῖς ἀνθρώποις μόνη, πρὶν τοὺς γραπτοὺς εἰσφοιτῆσαι νόμους, ἦν τις διαφορὰ νόθου τε καὶ γνησίου, ἀλλὰ τοῖς πρώτοις γονεῦσιν οἱ πρῶτοι παῖδες ἅμα τῇ προόδῳ γεγόνασι γνήσιοι, καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐλευθέρων ἡ μὲν φύσις ἐλευθέρους πεποίηκεν ἅπανιας, οἱ πόλεμοι [2]) δὲ τὴν δουλείαν εἰσῆγον, οὕτω κἀνταῦθα ἡ μὲν φύσις γνησίας προήγαγε τὰς γονάς, ἡ δὲ εἰς ἐπιθυμίαν ἐκτροπὴ τὸ νόθον αὐταῖς προσανεμάξατο. ὥστε ὁμοίων τῶν παθῶν γενομένων δεῖ καὶ τὴν θεραπείαν ἐκ τῶν ἴσων ἐξευρεθῆναι, τὴν μὲν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν, τὴν δὲ ὑφ' ἡμῶν.

ab initio non discrevit, sed liberam fecit hominum prolem, ita etiam nos hunc modum illi negotio inveni-mus. Et liceat id patri in modis a nobis ante dictis, vel etiam si quis alius accidat (multae enim, sicut ante diximus, naturae sunt innovationes), liceat igi tur, sicut dictum est, patri, si legitimam non habeat sobolem, liberos naturae et antiquae ingenuitati restituere, si ex libera natos habeat, et legitimos in posterum ac sub potestate habere; neque enim a principio, quando natura hominibus leges daret sola, antequam scriptae provenirent leges, differentia quaedam erat inter naturales et legitimos, sed primis parentibus primi liberi, simul ac nascerentur, legitimi fuerunt, et quemadmodum in liberis natura omnes facit liberos, bella vero servitutem invenerunt, ita et hic natura quidem legitimam produxit sobolem, conversio vero ad libidinem naturales illis immiscuit. Quare quum similes affectus sint, remedium quoque ex similibus inveniendum est, illud quidem a praedecessoribus nostris, hoc vero a nobis.

Κεφ. β'.

Ἔστω τοίνυν ἄδεια τῷ πατρὶ τὴν μητέρα ἐπὶ τοῦ προτέρου καταλιμπάνοντι σχήματος, εἴπερ ταῖς ἀληθείαις ἁμαρτάνουσά τι περὶ τὴν εὐνὴν φανείη (ἄλλως γὰρ γίνεσθαι τοῦτο ἐπὶ τοῦ τοιούτου θέματος οὐκ ἐφίεμεν), ἢ εἴπερ κατά τινα περίστασιν ἢ [3]) κύκ ἔστιν, ἢ λανθάνοι, ἤ τι ἕτερον γένοιτο περὶ κίτην, ὃ αὐτὸν κωλύει τὴν ἐπὶ τὰ προικῶα φέρουσαν ὁδὸν ἐλθεῖν, καὶ οὕτως αὐτὸν προνοῆσαι τῶν παίδων, καὶ ἐπιδοῦναι τῇ βασιλείᾳ δέησιν, αὐτὸ τοῦτο λέγουσαν, ὡς βούλεται τοὺς νόθους αὐτοῦ παῖδας ἀποκατασιῆσαι τῇ φύσει καὶ [4]) τῇ ἄνωθεν εὐγενείᾳ τε καὶ γνησιότητι, ὥστε ὑπεξουσίους αὐτῷ καθεστάναι, μηδὲν τῶν νομίμων παίδων διαλλάττοντας. καὶ τούτου γενομένου, ἐντεῦθεν τοὺς παῖδας ἀπολαύειν τῆς τοιαύτης βοηθείας, καὶ μηδὲ κακουργεῖν δύνασθαι τὸν πατέρα, καὶ ἀποκρύψαντας τὴν μητέρα διωθεῖσθαι τὴν γνησιότητα. ἐνὶ γὰρ δὴ τούτῳ τῷ τρόπῳ πάσας τὰς τοιαύτας τῆς φύσεως παρεκ-

Cap. II.

Liceat igitur patri matrem in priori statu relinquenti, si quidem revera aliquid eam in thorum deliquisse appareat (ut enim hoc aliter in tali casu fiat, non permittimus), vel si ex necessitate quadam aut non sit, aut lateat, aut aliud quid de ea fiat, quod eum prohibeat viam ingredi, quae ad dotalia instrumenta ducit, etiam sic liberis providere, et Imperatori preces offerre. quae hoc ipsum dicant, se naturales suos liberos naturae, antiquae ingenuitati et legitimorum iuri restituere velle, quo sub potestate sua sint, nihilque a legitimis differant. Et hoc facto liberi exinde tali auxilio fruantur, nec parentem fraudare, et matrem occultantes ius legitimorum repellere possint. Unico enim hoc modo omnes eiusmodi naturae excessus et inventiones in iis, qui liberos non habent, sanamus, tam exiguo auxilio tantum naturae impetum corrigentes.

§. 1.

deducit, praemandans [5]) quidem eos alio quodam actu, et dans eis anreorum ius annulorum, postea vero ad ipsam deducens naturam, quae servum et liberum ab initio non discrevit, sed liberam hominis fecit prolem, sic et nos hunc modum adinvenimus causae. Et licebit id patri ut in iis, qui dudum a nobis dicti sunt, modis, vel etiam si quis alter occurrerit talis; multae namque, sicut praediximus, naturae sunt novitates. Liceat igitur, sicut diximus [6]), patri, si legitimam non habeat sobolem, filios restituere naturae et antiquae ingenuitati, si ex libera ei fiant, et suos de cetero, et sub potestate habere. Neque enim a principio, quando sola natura sanciebat, hominis [7]), antequam scriptae provenirent leges, fuit quaedam differentia naturalis atque legitimi, sed antiquis parentibus antiqui filii mox ut procedebant, fiebant legitimi, et sicut in liberis natura quidem liberos fecit omnes, bella vero servitutem adinvenerunt, sic etiam hinc natura quidem legitimas produxit soboles, attamen ad concupiscentiam diversio naturales eis immiscuit. Tanquam ergo similibus passionibus factis, oportet etiam medelam ex aequalitatibus [8]) inveniri, illam quidem a praedecessoribus nostris, hanc vero a nobis.

Cap. II. Sit igitur licentia patri matrem in priori statu relinquenti, si ex veritate aliquid circa thorum apparuerit deliquisse (aliter namque fieri hoc in talibus casibus non permittimus), sed et si quadam circumventione [9]) aut non est, aut latet, aut aliquid etiam aliud fiat circa eam, quod [10]) prohibeat venire ad viam ducentem ad dotalia, etiam sic providere filiis, et offerre Imperatori precem hoc ipsum dicentem, quia vult naturales suos filios restituere naturae, et antiquae ingenuitati, et legitimorum iuri, ut sub potestate eius consistant, nihil a legitimis filiis differentes, et hoc facto exinde filios frui tali solatio, et neque fraudare posse patrem, et celantes matrem [11]) ius legitimorum abiicere. Uno enim hoc modo omnibus huiusmodi naturae excessibus et adinventionibus in iis, qui legitimos non habent filios, medemur, ita brevi solatio tantum naturae impetum corri-

[1]) *Ita haec supplevit Zachemus* (*cf. Nov.* 89. *c.* 1), *similiter Heraldus* (*rer. quotid. I.* 5.): οὐδὲ γὰρ δὴ τὴν ἀρχήν, ὅτε ἡ φύσις etc.; σχεῖν * διεθ. *Cod. Vat., Scrimg., Meerm. III., Cod. Zuich.* — [2]) *Ita recte Heraldum l. c. emendasse patet ex verbis Vulg. et Nov.* 89. *c.* 1.; πολίμιοι *Scrimg.* — [3]) *Cod. Zuich., Vulg.*; ἦν *Scrimg*; ἡ *Meerm. III.* — [4]) *Emendatio Agylaei, quam Vulg. confirmat*; οὓς *pro* καὶ *Scrimg., Cod. Zuich., Meerm. III.*; *etiam ferri posset*: ὡς. — [5]) praemundans *bene coni. Heraldus l. c. et Homb.* — [6]) *Cod. Hamb.*; praediximus *edd.* — [7]) hominibus *propos. Homb.* — [8]) *Coni. Spang.*; qualitatibus *Cod. Hamb., edd.* — [9]) *Cod. Hamb.*; perm. et si quaedam conventio est *edd.* — [10]) *Bk.*; aut quod *Cod. Hamb., edd.* — [11]) *Bk.*; matrem et *Cod. Hamb., edd.*

παρεκβάσεις τε καὶ ἐπινοίας ἐπὶ τῶν νομίμους οὐκ ἐχόντων παῖδας θεραπεύομεν, οὕτω συντόμῳ συμμαχίᾳ τοσαύτην ὁρμὴν ἐπανορθώσαντες φύσεως. §. 1. Εἰ μέντοιγε ὁ μόνων φυσικῶν παίδων πατὴρ τοῦτο μὲν διά τινας τυχηρὰς περιστάσεις οὐ πράξειε, τελευτῶν δὲ ἐπί τινος τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων θεμάτων γράψειεν διαθήκῃ, βούλεσθαι αὐτῷ γνησίους εἶναι τοὺς παῖδας καὶ διαδόχους, καὶ ἐν τούτῳ δίδομεν αὐτῷ παῤῥησίαν. δεομένων μέντοι καὶ οὕτω τῶν παίδων μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ πατρός, καὶ τοῦτο διδασκόντων, καὶ δεικνύντων τὰς τοῦ πατρὸς διαθήκας, καὶ κληρονομούντων εἰς ὅσον ἂν ὁ πατὴρ αὐτοὺς γράψειε, καὶ ἐκ τῆς βασιλείας αὐτὸ λαμβανόντων, ἵνα κατ' αὐτὸν δῶρον ἢ τὸ γινόμενον πατρός τε καὶ βασιλέως, ταυτὸν δέ ἐστιν εἰπεῖν, φύσεώς τε καὶ νόμου. Καὶ ταῦτα φαμὲν οὐδένα τῶν ἔμπροσθεν νομίμων ἀναιροῦντες τρόπων, ἀλλὰ καὶ τοῦτον προστιθέντες, ἐφ' ὧν ἐκείνους λαβεῖν οὐκ ἔξεσιν. ὅλως γὰρ γνησίων ὑπόντων, εἶτα νόθων ἐπιγινομένων ἢ προγινομένων οὐκ ἂν ἡ γνησιότης αὐτοῖς προστεθείη, εἰ μὴ πάντως διὰ τῶν διατάξεων ἡμῶν, ἅπερ τὸν τῶν προικῴων συμβολαίων εἰσηγήσαντο τρόπον.

§. 1. *Si tamen naturalium solum liberorum pater propter fortuitas quasdam causas id non fecerit, moriens vero in uno ex praedictis casibus in testamento scripserit, se velle, ut liberi legitimi sint sibique succedant, etiam huius rei licentiam ei concedimus, modo liberi post mortem patris etiam sic supplicent, et hoc doceant, et testamentum patris ostendant, et quatenus eos pater heredes scripserit heredes exsistant, et hoc ab Imperatore consequantur, ut id, quod agitur, patris simul et Imperatoris donum sit, vel, quod idem est, naturae simul et legis. Atque haec dicimus, nihil ex prioribus modis legitimis tollentes, sed et hunc addentes, in quibus eos accipere non licet. Legitimis enim exsistentibus, et naturalibus postea vel antea natis, nequaquam ius legitimorum illis tribuatur, nisi omnino per constitutiones nostras, quae modum dotalium instrumentorum introduxerunt.*

Κεφ. γ'.

Καὶ οὐ λέληθεν ἡμᾶς, ὡς καὶ ὁ τῆς υἱοθεσίας τρόπος ἦν πάλαι τισὶ τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων ἐπὶ τῶν νόθων τῶν εἰς γνησίους μεθισταμένων νομισθεὶς οὐκ ἀδόκιμος. ἀλλ' ὅ γε τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἡμῶν πατὴρ καὶ ἡ διάταξις ἡ παρ' ἐκείνου τεθεῖσα τῶν τοιούτων κατέγνω, μένειν δὲ κἀκείνην ἐπὶ τῶν ἑαυτῆς ὅρων βουλόμεθα, ἐπειδὴ τῆς σωφροσύνης ἀκριβῶς ἐστόχασται, καὶ οὐ προσῆκόν ἐστι τὰ καλῶς ἐκβεβλημένα πάλιν εἰς πολιτείαν κατάγειν.

Cap. III.

Neque nos fugit, adoptionis etiam modum olim anteriores quosdam Imperatores ad naturales legitimandos idoneum existimasse, verum ea pater noster piae memoriae et constitutio ab illo facta reiecit. Volumus igitur, ut illa quoque in suis terminis maneat, quoniam castitati accurate studuit, neque decet ea, quae recte explosa sunt, rursus in rempublicam revocare.

Κεφ. δ'.

Κἀκεῖνο δὲ ἡγούμεθα κάλλιον εἶναι τάξαι προσηκόντως, ὅπερ ἐκ πολλῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἐλάβομεν πείρας. πολλαὶ γοῦν καὶ ἐφεξῆς δίκαι προσηγγελμέναι τῷ ἡμετέρῳ κράτει, τοῦ παρόντος ἡμᾶς εἰς χρείαν ἤγαγον νόμου. ἐπειδὴ γὰρ καὶ τοῖς παλαιοῖς διηγόρευται νόμοις, καὶ ἡμῖν αὐτοῖς τὰ αὐτὰ διατέτακται, ὥστε τοὺς γάμους καὶ γαμικῶν συμβολαίων χωρὶς ἐκ μόνης ἐῤῥῶσθαι διαθέσεως καὶ κυρίους εἶναι, νενοθευμένων ἡμῖν ἐντεῦθεν συναλλαγμάτων ἐπλήσθη τὸ πολίτευμα, καὶ παρίασι μάρ-

Cap. IV.

Illud quoque ut decenter constituamus melius esse arbitramur, quod ex multa rerum experientia accepimus. Multae enim et continuae lites ad maiestatem nostram delatae ad necessitatem huius legis nos deduxerunt. Nam quum antiquis legibus sancitum, et a nobis ipsis idem quoque dispositum sit, ut nuptiae etiam sine nuptialibus instrumentis ex sola dispositione valeant et ratae sint, respublica exinde falsis contractibus repleta est, et testes accedunt, mentientes impune, virum eam, quae illi cohabitet, dominam vocasse, eamque

corrigentes. §. 1. Si vero solummodo naturalium filiorum pater hoc quidem propter quasdam fortuitas circumstantias non agat, moriens vero sub quodam praedictorum casuum scripserit in [1]) testamento, velle sibi eos legitimos esse filios et [2]) successores, etiam huius rei damus licentiam; supplicantibus tamen etiam sic filiis post mortem patris, et hoc dicentibus, et ostendentibus patris testamentum, et heredibus exsistentibus, in quantum pater eos scripserit, et ab imperio hoc percipientibus, ut in uno eodemque hoc, quod agitur, sit donum patris et principis, idem est [3]) dicere, naturae simul et legis. Et hoc dicimus nullum anteriorem legitimum perimentes modum, sed etiam hunc addentes, in quibus illos accipere non licet. Omnino enim suis exsistentibus, deinde naturalibus procreatis, aut primitus natis, nequaquam legitimorum ius eis adiicitur, nisi forsitan per constitutiones nostras, quae dotalium instrumentorum introduxerunt modum.

Cap. III. Et nos non latuit, quia etiam adoptionis modus erat antiquitus ab aliquibus [4]) ante nos Imperatoribus super naturales ad legitimos transferendos non improbabilis existimatus, sed aeque piae memoriae noster pater, et constitutio ab illo prolata talia reprehendit. Manere ergo et illam in suis terminis volumus, quoniam castitatem diligenter consideravit, et incompetens est, quae bene exclusa sunt, rursus ad rempublicam revocare.

Cap. IV. Illud quoque melius arbitramur constituere competenter, quod ex plurimo causarum experimento cognovimus; multae quidem et continuae lites nuntiatae nostrae maiestati ad opus nos deduxerunt huius legis. Quia enim et antiquis promulgatum est legibus, et a nobis ipsis sunt haec eadem constituta, ut etiam nuptiae extra dotalia documenta ex solo affectu valeant et ratae sint, sed falsatis contractibus nostra ex hoc est completa respublica (nam introeunt [5]) testes sine periculo mentientes, quia vir vocabat dominam cohaerentem, et ista illum similiter nominabat, et sic eis finguntur matrimonia, non pro veritate confecta), hoc existimavimus oportere secundum naturales definire leges. Novimus etenim, etsi castitatis summus amatores, et hoc nostris sanctionibus subiectis, sed nihil esse furore amoris vehementius, quem retinere philosophiae est

[1]) *Cod. Hamb., Port.*; in *om. Trid., Cont.* — [2]) *Cod. Hamb.*; et *om. edd.* — [3]) *Bk.*; id est *Cod. Hamb.* (*?*), *edd.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; ab aliquibus *om. Cont.* — [5]) *Bk.*; introeuntes *Cod. Hamb., edd.*

μάρτυρες, ἀκινδύνως ψευδόμενοι, καὶ ὅτι κυρίαν ἐκάλει τὴν συνοικοῦσαν ὁ ἀνήρ, κἀκείνη τοῦτον ὁμοίως ὠνόμαζε, καὶ οὕτως αὐτοῖς πλάττεται συνοικέσια, καὶ μὴ ταῖς ἀληθείαις συσταίνα, τοῦτο ᾠήθημεν χρῆναι κατὰ τοὺς φυσικοὺς διορίσαι νόμους. ἴσμεν γάρ, εἰ καὶ σωφροσύνης ἐσμὲν ἐρασταί, καὶ ταῦτα τοῖς ἡμετέροις νομοθετοῦμεν ὑπηκόοις, ἀλλ' οὐδὲν εἶναι μανίας ἐρωτικῆς σφοδρότερον, ἣν ἐπισχεῖν φιλοσοφίας ἐστὶν ἀκριβοῦς, νουθετούσης τε καὶ πηδῶσαν καὶ σφαδάζουσαν τὴν ἐπιθυμίαν ἐπεχούσης, ὥστε οἱ τούτῳ κεχραισμηκότες τίνος ἂν ἀπέχοιντο ῥήματος πρὸς τὰς ὧν ἐρῶσιν, ὅπερ αὐταῖς οὐ διὰ κολακείαν προσάγουσι; τοιγαροῦν τοσοῦτον καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν νομοθέται τὰς τοιαύτας ἠπίστανιο τῶν ψυχῶν διαθέσεις, ὥστε καὶ τὰς ἐν γάμῳ κωλύουσι δωρεάς, ἵνα μὴ τῇ τῆς ἐπιθυμίας νικηθέντες ὑπερβολῇ λάθοιεν κατὰ μικρὸν ἑαυτοὺς οἱ συνοικοῦντες τῆς οὐσίας ἀφαιρούμενοι. ταῦτα οὖν σώφρονι νόμῳ διαθεσμοθετῆσαι καλῶς ἔχειν ᾠήθημεν. §. 1. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν μειζόνων ἀξιωμάτων, καὶ ὅσα μέχρι τῶν ἡμετέρων ἐστὶ συγκλητικῶν, καὶ τῶν μεγαλοπρεπεστάτων ἰλλουστρίων οὐδὲ γίνεσθαι ταῦτα παντελῶς ἀνεχόμεθα, ἀλλ' ἔστω παντως καὶ προῖξ καὶ προγαμιαῖα δωρεά, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα τοῖς σεμνοτέροις πρέπει τῶν ὀνομάτων. Ὅσον δὲ ἐν στρατείαις τε σεμνοτέραις καὶ ὅλως ἐν ἐπιτηδεύσεσιν ἀξιολογωτέραις ἐστίν, εἰ βούλοιτο νομίμως γυναικὶ συνελθεῖν, καὶ μὴ ποιήσασθαι γάμων συμβόλαια, μὴ οὕτως εἰκῇ καὶ ἀπαραφυλάκτως καὶ ἐκκεχυμένως καὶ ἀναποδείκτως τοῦτο πραττέτω, ἀλλὰ παραγενέσθω πρός τινα τῶν εὐκτηρίων οἴκων, κοινωσάσθω τε τῷ τῆς ἁγιωτάτης ἐκείνης ἐκκλησίας ἐκδίκῳ, ὁ δὲ παραλαβὼν τρεῖς ἢ τέσσαρας τῶν ἐκεῖσε εὐσεβεστάτων κληρικῶν ἐκμαρτυρίαν συνισάτω, δηλοῦσαν, ὡς ἐπὶ τῇσδε τῆς ἐπινεμήσεως, τοῦδε τοῦ μηνὸς ἄγοντος τόσην ἡμέραν, τῆς βασιλείας ἔτους τόσου, ὑπατείας τοιασδε ἦλθον παρ' αὐτῷ ἐν τῷδε τῷ εὐκτηρίῳ οἴκῳ ὁ δεῖνα καὶ ἡ δεῖνα, καὶ συνηρμόσθησαν ἀλλήλοις. καὶ τὴν τοιαύτην ἐκμαρτυρίαν εἰ μὲν ἐκλαβεῖν βούλονται ἢ ἀμφότεροι οἱ συνιόντες, ἢ καὶ ἕτερος αὐτῶν, καὶ τοῦτο πραττέτωσαν, καὶ ὑπογραφέτωσαν ταύτῃ ὅ τε τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἔκδικος καὶ οἱ λοιποὶ τρεῖς, ἢ ὅσους ἂν βουληθείη (οὐκ ἐλάττους μέντοι τῶν τριῶν) γράμματα τοῦτο σημαίνοντα. §. 2. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο μὴ πράξαιεν ἐκεῖνοι, ἀλλὰ τὸν τοιοῦτον ἀποτιθέσθω χάρτην ὁ τῆς σεβασμιωτάτης ἐκκλησίας ἐκείνης ἔκδικος ἐν τοῖς τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἀρχείοις (τουτέστιν ἐν τῷ εὐαγεῖ κειμηλιοφυλακίῳ) τὰς εἰρημένας ὑποσημειώσεις ἔχοντα, ὥστε ἀποκεῖσθαι τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἐντεῦθεν ἀσφάλειαν, καὶ

eamque similiter eum ita appellavisse, atque hoc pacta illis matrimonia finguntur, quae tamen revera non contracta fuerunt, id quod secundum leges naturales definiendum esse putavimus. Novimus enim, licet castitatis amatores simus, nostrisque subditis haec sanciamus, nihil tamen furore amoris esse vehementius, quem cohibere severae est philosophiae, quae admoneat et lascivientem atque inquietam concupiscentiam contineat. Quare qui illo vincti sunt, quo verbo abstinebunt adversus eas, quas amant, quod non in ipsas per blanditias conferant? Quam ob rem etiam legislatores, qui ante nos fuerunt, eiusmodi animorum constitutiones adeo cognitas habuerunt, ut et donationes constante matrimonio prohiberent, ne coniuges, magnitudine concupiscentiae victi, latenter se ipsos substantia sua paulatim privarent. Haec igitur sapiente lege sancire pulchrum esse duximus.

§. 1. *In maioribus igitur dignitatibus, usque ad senatores nostros et magnificentissimos illustres, illa fieri nequaquam patimur, sed sit omnino et dos et ante nuptias donatio, et reliqua omnia, quae honestiora illa nomina decent. Quicunque vero in gravioribus militiis et omnino in professionibus dignioribus constitutus est, si uxori legitime iungi, neque nuptialia instrumenta facere velit, non frustra et sine cautela et dissolute ac sine probatione hoc agat, sed oratorium quoddam adeat, et cum sanctissimae illius ecclesiae defensore rem communicet, qui adhibitis tribus aut quatuor religiosissimis clericis illius loci instrumentum conficiat, quo declaret, illa indictione, illo mense, illa die mensis, illo imperii anno, illo consule illum illamve ad se in hoc oratorium venisse, sibique mutuo iunctos esse. Et si eiusmodi instrumentum sive ambo contrahentes sive alteruter eorum accipere velint, hoc agant, illique tam sanctissimae ecclesiae defensor, quam reliqui tres, vel quot voluerit, non minus tamen quam tres, litteris hoc significantibus subscribant.*

§. 2. *Si vero illi hoc non fecerint, reverendissimae tamen illius ecclesiae defensor in sanctissimae ecclesiae archivis, hoc est in sacro loco, ubi vasa servantur, eiusmodi chartam dictas subscriptiones habentem deponat, ut homines inde securitatem consequantur, nec aliter nuptiali affectu illi ipsi conveniisse videantur, quam si aliquid tale factum sit, et res omnino ex*

est perfectae, monentis et [1]) insilientem atque inhaerentem concupiscentiam refrenantis, unde [2]) ii, qui hoc tali detinentur, quo ne [3]) abstinebunt sermone ad eas, quas amant, quem [4]) eis non per blandimenta conferunt? Denique in tantum etiam ante nos legislatores tales sciernnt animorum affectus, ut etiam donationes constante matrimonio prohiberent, ut non concupiscentiae magnitudine victi, latenter paulatim coniuges semetipsos privarent sua substantia. Haec ergo casta lege sancire bene se habere credidimus. §. 1. In maioribus itaque dignitatibus, et quaecunque usque ad nostros est senatores et magnificentissimos illustres, neque [5]) fieri haec omnino patimur, sed sit omnino et dos, et antenuptialis donatio, et alia [6]) omnia, quae honestiora decet nomina. Quantum vero in militiis honestioribus, et negotiis, et omnino professionibus dignioribus est, si voluerit, legitime uxori copulari, et non facere nuptialia documenta, non sic quomodocunque, et sine cautela effuse, et sine probatione hoc agat, sed veniat ad quandam orationis domum, et fateatur sanctissimae illius ecclesiae defensori, ille autem, adhibens tres aut quatuor exinde reverendissimorum clericorum, attestationem conficiat, declarantem, quia sub illa indictione, illo mense, illa die mensis, illo imperii nostri anno, consule illo venerunt apud eum in illam orationis domum ille et illa, et coniuncti sunt alterutri; et huiusmodi protestationem, si quidem accipere volunt aut ambo convenientes, aut alteruter eorum, et hoc agant, et subscribant ei et sanctissimae ecclesiae defensor, et reliqui tres aut quantoscunque volnerint, non tamen minus trium, litteris hoc significantibus. §. 2. Si vero etiam hoc illi non egerint, ille tamen talem reponat chartam venerabilis illius ecclesiae defensor in eiusdem sanctissimae ecclesiae archivis, hoc est ubi venerabilia vasa servantur, praedictas subscriptiones habentem, ut reconditum sit hominibus [7]) ex hoc munimen, et non aliter videatur

[1]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; mon. etiam et *Cont.* — [2]) *Cod. Hamb.* (?); ut *edd.* — [3]) det. si *edd.*; det. se *Cod. Hamb.*; det. quo *Bk.* — [4]) que *Cod. Hamb., Trid.*; quae *Port., Cont.* — [5]) ad nos est senat. et *Cod. Hamb., Trid.*; ad nos et sen. et magn. illustr. sunt neque *Port.*; ad nos et sen. et magn. ill. neque *Cont.*; ad nostros sunt senatores etc. *Cont. in marg., Bk.* — [6]) *Bk.*; ad *Cod. Hamb., edd.* — [7]) *Bk. ed. ster.*; omnibus *Cod. Hamb., edd.*

καὶ μὴ ἄλλως δοκεῖν γαμικῇ διαθέσει τούτους αὐτοὺς συνεληλυθέναι, πλὴν εἰ μή τοιοῦτό τι πραχθείη, καὶ ὅλως ἐκ γραμμάτων τὸ πρᾶγμα μαρτυροῖτο. τούτων δὲ οὕτω γενομένων καὶ τὸν γάμον καὶ τὰς ἐξ αὐτοῦ γονὰς εἶναι νομίμους. Ταῦτα δὲ φαμέν, ἔνθα μὴ προικὸς ἢ προγαμιαίας δωρεᾶς γίνεται συμβόλαιον. τὴν γὰρ ἐκ μόνων μαρτύρων πίστιν ὑποπτεύοντες ἐπὶ τὴν παροῦσαν ἐληλύθαμεν διατύπωσιν. §. 3. *Τὸ δὲ ὅσον ἐν καταπεφρονημένῳ διαζῇ βίῳ, μικρᾶς μὲν οὐσίας κύριον καθεστὼς, εἰς ἔσχατον δὲ τοῦ δήμου μέρος ἀποκείμενον, τοῦτο ἐχέτω καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις ἄδειαν. ἀλλ' οὐδὲ γεωργοὺς ἢ στρατιώτας ἐνόπλους, οὓς ὁ νόμος καλιγάτους καλεῖ, τουτέστιν εὐτελεστέρους καὶ ἀφανεστέρους, περιεργαζόμεθα, οἷς ἡ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἀμαθία, καὶ ἡ μόνης τῆς περὶ τὴν γῆν ἐργασίας καὶ περὶ τοὺς πολέμους ἐπιθυμία πρᾶγμά ἐστι περισπούδαστον καὶ δικαίως ἐπαινούμενον, ὥστε ἐπί τε τῶν εὐτελῶν προσώπων, ἐπί τε στρατιωτῶν ἐνόπλων ἀφανῶν καὶ γεωργῶν ἄδεια ἔστω αὐτοῖς καὶ ἀγράφως συνιέναι, καὶ συνοικεῖν ἀλλήλοις. καὶ ἔστωσαν οἱ παῖδες γνήσιοι, τῇ τῶν πατέρων μετριότητι, ἢ στρατιωτικαῖς ἢ γεωργικαῖς ἀσχολίαις τε καὶ ἀγνοίαις βοηθούμενοι.*

Κεφ. ε'.

Ἐπειδὴ δὲ ἐκ τῶν προσελεύσεων τῶν γινομένων ἡμῖν ἀεί, συχνότερον δὲ πάντων γυναικῶν ἀκούομεν ὀδυρομένων καὶ προσαγγελλουσῶν, ὡς τινες προσπαθείᾳ κρατούμενοι πρὸς αὐτὰς εἶτα ταύτας ἀνάγουσιν οἴκοι, καὶ τῶν θείων ἁπτόμενοι λογίων ἢ ἐν εὐκτηρίοις οἴκοις ὁμόσαντες, ἢ μὴν ἕξειν αὐτὰς νομίμους γαμετάς, οὕτως αὐτὰς οἰκειοῦνται χρόνον πολύν, καὶ παιδοποιοῦσιν ἴσως, εἶτα ἐπειδὰν ἐμπλησθεῖεν τῆς αὐτῶν ἐπιθυμίας, ἢ τῶν παίδων χωρίς, ἢ μετὰ τῶν παίδων, ἀποῤῥίπτουσι τῶν οἴκων, ἐκρίναμεν καὶ τοῦτο χρῆναι θεραπεῦσαι, καὶ εἴπερ ἡ γυνὴ δείξαι δυνηθείη τρόποις νομίμοις, ὅτι κατὰ τοῦτο τὸ σχῆμα ὁ ἀνὴρ ταύτην ἔλαβεν οἴκοι, ἐπὶ τῷ γυναῖκα γνησίαν ἔχειν καὶ παίδων γνησίων μητέρα, μηκέτι παντελῶς ἄδειαν αὐτῷ καθεσιάναι ταύτην παρὰ τὴν τοῦ νόμου τάξιν ἐξωθεῖν τῆς οἰκίας, ἀλλ' ἔχειν γνησίαν, καὶ τοὺς παῖδας γνησίους αὐτῷ καθεσιάναι. καὶ ἐκείνην μέν, εἴπερ ἄπροικος εἴη, τῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας διατάξεως ἀπολαύειν ἀγαθῶν, τὸ τέταρτον τῆς περιουσίας τοῦ ἀνδρὸς λαμβάνουσαν, εἴτε ἐξωθείη, εἴτε καὶ προαποβάλοι τὸν ἄνδρα, οὗ περιεργαζομένων ἡμῶν, εἴτε διαισθῷ χρησάμενος ἀποπέμψοι

Cap. V.

Verum quum ex frequentibus interpellationibus, omnium tamen frequentissime ex mulieribus conquerentibus et dicentibus audivimus, quosdam affectione erga ipsas ductos domum eas ducere, et sacra scriptura tacta vel in oratoriis iurantes, se eas legitimas uxores esse habituros, hoc pacto longo tempore eas habere, et liberos fortasse procreare, deinde illarum cupiditate satiatos, vel sine liberis, vel cum liberis eas domo eiicere, etiam huic rei medendum esse iudicavimus. Quare si mulier legitimis modis ostendere potuerit, virum hac se lege in domum recepisse, ut legitimum uxorem, et liberorum legitimorum matrem haberet, nequaquam illi liceat contra legis constitutionem eam domo expellere, sed eam legitimam habeat, et liberi illi legitimi sint, et si indotata sit, constitutionis nostrae commodis fruatur, quartamque partem substantiae viri accipiat, sive expellatur, sive ante virum amiserit; neque sollicite inquirimus, utrum eam repudio usus, an vero sine eo dimiserit. Neque enim verisimile est, eum repudium illi mittere, qui ipsas nuptias negat. Sed si eam sine ratione domo eiiciat, hoc ipsum adversus virum causa sit, et mulier hoc facto repudium illi mittat, quartamque partem exigat, si uxor fuisse probetur, licet iuriiurando

ex litteris testimonium accipiat; his vero ita factis matrimonium et ex eo soboles legitima sint. Haec autem dicimus, ubi nullum fit dotis aut antenuptialis donationis instrumentum. Quum enim testium si soli sint fidem suspectam habeamus, in praesentia haec disposuimus.

§. 3. *Quisquis autem abiectam vitam vivit, et exiguae substantiae dominus atque de infima plebe est, ille quoque hanc licentiam hac in re habeat. Sed neque de agricolis, neque de militibus armatis, quos lex caligatos vocat, hoc est viliores et obscuriores, admodum laboramus, quibus civilium rerum ignorantibus, sola circa terrae cultum et bella cupiditas res est magno studio digna et quae merito laudetur, adeo ut vilibus personis, militibus armatis obscuris et agricolis licentia sit etiam sine scriptura matrimonium contrahendi, et liberi quoque legitimi sint, qui parentum mediocritatem, vel militaria aut rustica negotia et ignorantiam adiuvent.*

deatur nuptiali affectu eosdem convenisse, nisi tale aliquid agatur, et omnino ex litteris causa testimonium habeat; his ita gestis et nuptias, et ex eis sobolem esse legitimam. Haec autem dicimus, ubi non dotis aut antenuptialis donationis fit documentum; fidem enim in solis testibus suspectam habentes, ad praesentem venimus dispositionem. §. 3. Quisquis autem in abiecta degit vita, parvae quidem substantiae dominus consistens, in novissima vero vitae parte iacens, habeat etiam in his licentiam. Sed neque agricolas, aut milites armatos [1]), quos lex caligatos appellat, hoc est viliores et obscuriores, perscrutamur [2]), quibus civilium causarum ignorantia est, et solius circa terram operationis et circa bella concupiscentiae causa est studiosa et iuste laudabilis, sic ut in vilibus personis, et in militibus armatis obscuris, et agricolis licentia sit eis et ex non scripto convenire, et matrimonia celebrare inter alterutros [3]), sintque filii legitimi, qui patrum mediocritatem, aut militares vel rusticas occupationes et ignorantias adiuvent.

Cap. V. Quoniam autem interpellationibus, quae nobis fiunt semper, omnium tamen assidue mulieres audivimus ingemiscentes, et dicentes, quia quidam earum concupiscentia detenti ducant eas in domibus suis, sacra tangentes eloquia, aut in orationis domibus iurantes, habituros se eas legitimas uxores, taliter eas habentes tempore multo, et forte suscipientes filios, deinde dum se satiaverint earum desiderio, aut extra filios, aut cum filiis eas proicientes de suis domibus, indicavimus etiam hoc oportere sancire, ut, si mulier ostendere potuerit modis legitimis, quia secundum hanc figuram vir eam acceperit domi, ut [4]) uxorem legitimam haberet, et filiorum legitimorum matrem, nequaquam penitus licentiam esse ei hanc de domo praeter ordinem legis expellere, sed habere eam legitimam, et filios suos esse ei; et illam, si quidem indotata sit, nostrae constitutionis uti bonis, quartam substantiae viri percipientem, sive expellatur, sive prius moriatur vir, non perscrutantibus nobis, sive repudio utens dimittat eam, sive etiam sine hoc; neque enim verisimile est enm mittere

[1]) *Cod. Hamb., Trid.*; armatos et *Port., Cont.* — [2]) non perscrutamur *Cod Hamb., Trid., Port.* — [3]) utrosque *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [4]) *Cod. Hamb.*; ut eam *edd.*

ψοι ταυτην, εἴτε καὶ τούτου χωρίς. οὐδὲ γὰρ εἰκὸς αὐτὸν πέμψαι ταύτη ῥεπούδιον, τόν γε αὐτὸν τὸν γάμον ἐξαρνούμενον. ἀλλ' εἴπερ ταύτην ἀλόγως ἐκβάλοι τῆς οἰκίας, αὐτὸ τοῦτο ἔστω κατὰ τοῦ ἀνδρὸς αἰτία, καὶ ἡ γυνὴ τούτου γεγονότος ῥεπούδιόν τε αὐτῷ στελλέτω, καὶ ἀπαιτείτω τὸ τέταρτον, εἰ δειχθείη γαμετὴ καθεστῶσα, κἂν εἰ προικὸς χωρὶς συνῆλθε, τοῖς ὅρκοις πισιεύσασα. τί γὰρ ἂν πράξειεν ἄλλο ἡ προικὸς οὐκ εὐποροῦσα, ἢ τὸ ἑαυτὴν ἀντὶ πάσης ἐπιδοῦναι προικός; §. 1. Ἔστω δὲ καὶ ἡ γονὴ γνησία καὶ ἄκοντος τοῦ πατρός. ὁ γὰρ ἐπὶ τούτῳ γήμας τε καὶ παιδοποιησάμενος, ἐφ' ᾧ γνησίων αὐτῷ παίδων τὴν γυναῖκα γενέσθαι μητέρα, οὐκ ἂν γένοιτο δυνατὸς τοὺς ἐκ τῶν τοιούτων τεχθέντας γάμων αὖθις εἰς νοθείαν ἐκβαλεῖν, οὐδέ τινας ὕστερον ἴσως γάμους μετὰ τὴν τελευτὴν τῆς γαμετῆς ἢ τὸ ῥεπούδιον συναλλάττων τοὺς ἐξ ἐκείνων βουλεσθαι τῶν γάμων μόνους εἶναι γνησίους, ἀλλὰ μὴ καὶ τοὺς ἔμπροσθεν. συζευχθείσαν γὰρ ἂν καὶ οὗτοι τοῖς δευτέροις, καὶ ἔσται πάντως [1]) ὁμοίως πατήρ, μάρτυρος ὄντος τῶν γάμων τοῖς μὲν προτέροις θεοῦ, τοῖς δὲ δευτέροις τοῦ νόμου. Οὗτος ἡμῖν ὁ νόμος ὑπὲρ ἀσφαλείας κείσθω τῶν γάμους συμβαλλόντων, καὶ οἱ παῖδες, εἰ μὲν ἐκ τοιούτων προέλθοιεν γονέων, ἔσονται γνήσιοι, καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς γνησίοις κειμένων ἀπολαύσουσι νόμων.

iurando credens etiam sine dote ad eum venerit. Quid enim illa, quae dotem non habet, aliud faceret, nis ut se ipsam loco omnis dotis traderet?

§. 1. Liberi vero etiam invito patre legitimi sint. Qui enim ad hoc uxorem duxit et liberos procreavit, ut mulier sibi legitimorum liberorum mater fiat, non poterit eos, qui ex eiusmodi nuptiis nati sunt, rursus ut naturales eiicere, neque velle, ut, si deinceps post mortem uxoris aut repudium alias forte nuptias contrahat, hi solum legitimi sint, qui ex illis nuptiis, non autem illi, qui ante nati sunt. Coniungantur enim etiam hi cum secundis, et similiter plane pater erit, quum prioribus quidem nuptiis deus, secundis vero lex testis sit. Haec lex in securitatem eorum, qui nuptias contrahunt, lata sit, et liberi, si ex eiusmodi parentibus nascantur, erunt legitimi, et fruentur legibus quae de legitimis latae sunt.

Κεφ. ς'.

Εἰ δὲ παρὰ ταῦτα γένοιτο, μὴ μέντοι ἐκ καταδεδικασμένης προέλθοιεν συναφείας, ἔσονται νόθοι, καὶ τῶν παρ' ἡμῶν φιλοτιμηθέντων τοῖς νόθοις, εἴτε ἐκ διαθήκης εἴτε ἐξ ἀδιαθέτου τεύξονται. τοὺς γὰρ ἀπὸ τῶν καθάπαξ παρ' ἡμῶν μεμισημένων τε καὶ διὰ τοῦτο κεκωλυμένων γάμων προϊόντας οὐδὲ νόθους κλητέον, οὐδὲ μεταδοτέον αὐτοῖς οὐδεμιᾶς φιλανθρωπίας, ἀλλ' ἔστω καὶ τοῦτο τιμωρία τῶν πατέρων [2]), τὸ γινώσκειν, ὡς οὐδ' ὁτιοῦν οἱ τῆς ἁμαρτανούσης ἐπιθυμίας αὐτῶν ἕξουσι παῖδες.

Cap. VI.

Si quid autem contra haec fiat, modo non ex damnata coniunctione liberi proveniant, naturales erunt, illisque, quae a nobis sive in testamento sive ab intestato naturalibus largita sunt, potientur. Illi enim, qui e nuptiis nobis plane exosis et propterea prohibitis nascuntur, non sunt naturales vocandi, neque ulla humanitas ipsis concedenda est. Sed et hoc supplicium parentum sit, ut sciant, liberos ex prava ipsorum concupiscentia natos nihil esse habituros.

Ἐπίλογος.

Τὰ παραστάντα τοίνυν ἡμῖν καὶ εἰς ἀνθρώπων θεραπείαν καὶ τῆς φύσεως ἀναπλήρωσιν διὰ τοῦδε τοῦ νόμου διορισθέντα ἡ σὴ ὑπεροχὴ φανερὰ πᾶσι ποιησάτω, προγραμμάτων τιθεμένων, δι' ὧν ἅπασιν ὁ νόμος ἔσται σαφής, γινώσκουσι, καθ' ὃν περὶ τῶν τοιούτων

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt, et ad hominum salutem ac naturae supplementum hac lege definita sunt, celsitudo tua edictis propositis omnibus promulgabit, per quae lex omnibus erit manifesta, omnesque scient, secundum quem modum in tali re vivendum sit, nostramque

mittere repudium, qui et ipsas nuptias denegat. Sed si eam irrationabiliter expellat de domo, hoc ipsum sit adversus virum iusta causatio, et mulier hoc facto repudium ei mittat, et exigat quartam, si uxor ostensa fuerit exsistisse, licet extra dotem convenerit, iuriiurando credens. Quid enim agat aliud, quae ad dotem non est idonea, quam ut semetipsam pro [3]) omni dote contradat? §. 1. Sit autem et soboles legitima etiam invito patre. Qui enim ad hoc nuptias fecit et filios procreavit, ut mulier legitimorum ei filiorum fieret mater, non potest ex tali natos germine rursus ut naturales abiicere, neque quasdam postea forte nuptias post mortem uxoris aut repudium contrahens, eos, qui ex illis nascuntur nuptiis, velle solos esse [4]) legitimos, nisi eis etiam illi priores fuerint copulati, quorum similiter pater est, teste exsistente nuptiarum priorum quidem deo, secundarum autem lege. Eadem nobis lex pro cautela sit nuptias contrahentium promulgata [5]), et si filii quidem ex talibus processerint nuptiis, erunt sui, et his legibus, quae sunt de suis positae, fruentur.

Cap. VI. Si quid autem praeter [6]) haec fiat, non tamen ex conscripta procedat [7]) copulatione, erunt naturales, et quae a nobis largita sunt naturalibus, sive ex testamento sive ab intestato, potientur. Eos enim, qui semel ex odibilibus nobis et propterea prohibitis nuptiis procedunt, neque naturales vocari, neque participanda eis ulla clementia est, sed sit supplicium etiam hoc patrum, ut agnoscant, quia neque quidquam peccatricis concupiscentiae eorum habebunt filii.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis, et ad hominum medelam et naturae plenitudinem per hanc legem statuta sunt, tua celsitudo manifesta faciat universis, programmatibus propositis, per quae omnibus lex erit aperta, cognoscentibus, secundum quem circa talia conversentur modum, et nostram considerantibus

---

[1]) πάντων *Cod. Zuich.*, *Meerm. III.* — [2]) *Cod. Zuich.*, *Vulg.*; πατρῴων *Scrimg.* — [3]) sub *Cod. Hamb.*; cum *Trid.*, *Port.* — [4]) *Cod. Hamb.*; velle habere eos solos esse *edd.* — [5]) promulgata *om Cod. Hamb. atque haud scio an hoc verbum ab explicatore quodam sit additum.* — [6]) post *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.* — [7]) proscripta procedant *eosi. Herald. l. c. l. 8. §. 9.* —

τοιούτων πολιτεύσονται τρόπον, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐννοοῦσι πρόνοιαν, ὅτι πάσης ἀσχολίας ἑτέρας τὴν αὐτῶν ὠφέλειαν προτίθεμεν. Dat. prid. Nonas Iunii, Constantinop., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XII. indict. I., Ioanne V. C. Cons. [538.]

que providentiam considerabant, quod omni alii occupationi ipsorum utilitatem praeponimus.

rantibus [1]) providentiam, quia omni occupationi alteri eorum utilitatem praeponimus. Dat. prid. Non. Iun. Constantinop., imper. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XII., Ioanne V. C. Cons. Indict. I. [538.]

[1]) considerabimus *Cod. Hamb.*, *Trid.*; considerantes *Port.*

Novella LXXV.[a])

DE PRAETORE SICILIAE.

Idem A. Tribuniano, Quaestori sacri palatii.

Tua cognoscit sublimitas, utpote operi quaestorio praeposita, et nostri consilii particeps constituta, quod Siciliae provinciae secundum instar antiquitatis praetorem praefecimus, eius ut gubernatione omnia privata peragantur et militares expensae procurentur. Nam publicas [1]) eiusdem insulae functiones sub iurisdictione viri excellentissimi comitis sacri patrimonii [2]) per Italiam esse antiqua consuetudo tradidit, cuius auctoritate tam exactio quam illatio earum procederet. Sed quia lites [3]) in tanta provincia moveri necesse est, volumus, ut, si quando appellatum fuerit vel a praetore, vel a duce, vel ab aliquo iudice eiusdem insulae, appellationes omnes ad tuum fastigium tuamque sedem remittantur, et ipse merita earum [4]) more consultationis [5]) discutias et ad nostram referas scientiam, quatenus tua nobis cognita dispositione ex nostra auctoritate lis dirimatur, neque ad anteriorem Romam, neque ad alium iudicem huius regiae civitatis eatur, sed ipse vice sacri cognitoris audias [6]) et litem dirimas. Et non solum haec tuam iurisdictionem respicere decernimus, sed etiam si quid aliud [7]) civile ordinatur [8]), quod confirmatione indigeat, id est pro defensoribus vel patribus civitatum decretum, id [9]) quoque ad tuam sedem remitti, ut per tuam sententiam nostramque auctoritatem roboretur, quia semper Sicilia quasi peculiare aliquid commodum Imperatoribus accessit, et oportet res civiles, cum aliquam habuerint dubitationem, nostri quaestoris iudicio dirimi, quod [10]) accipere a tua sublimitate censemus, quam [11]) nos proveximus, quam legitimo operi praeposuimus, cuius opere atque industria omnis legum ambiguitas, omnis latitudo [12]) in praesentem concordiam et pulchram brevitatem pervenit.

Quae igitur per hanc divinam legem nostra decrevit [13]) aeternitas, tua sublimitas sciens praeceptionibus suis admoneat Sicilienses iudices, quatenus sciant, cui debeant causas appellatione suspensas proferre [14]), ut per tuas tuorumque successorum suggestiones omnia nobis manifestentur, et videamur per nosmet [15]) ipsos easdem causas peragere. Esse enim non indignum putavimus, ut [16]) Siciliam, nostrum quodammodo peculium constitutum, nostrorum particeps consiliorum quaestor sub iurisdictione sua suscipiat. Dat. m. Dec. imp. Iustiniani A. ann. XI., post Belisarii V. C. consul. ann. II. [17]) [537.] *AIA-*

[a]) *Haec Nov., quam latine emisit Imp., repetita est in nostra* 168. *Nov. collectione sub n.* 104.; *primus autem eam edidit ex Cod. Vindob., ubi et Const.* 63., *Savigny in: Zeitschr. f. g. R. II. p.* 126 *sq., repetiit eam Biener l. c. p.* 498 *sq., qui et emendationes subscripsit. — Hal. h. l. habet lacunam, Scrimg. summam exhibet graecam, eandem quam Bas. IX. 2. 5. — Iulian. Const.* 68 *et* 97.

[1]) *Bk.*; publicae *Cod.* — [2]) *Bien.*; patromonii *Cod.* — [3]) *Bien.*; qualitates *Cod.* — [4]) *Bk.*; eorum *Cod.* — [5]) *Bien.*; consulatione *Cod.* — [6]) *Bien.*; audiat *Cod.* — [7]) *Bk.*; quid aliquid *Cod.* — [8]) *Bien.*; ornatur *Cod.* — [9]) *Bien.*; nam id *Cod.* — [10]) *Bien.*; quam *Cod.* — [11]) *Bien.*; qua *Cod.* — [12]) *Bien.*; altitudo *Cod.* — [13]) *Bk.*; decernit *Cod.* — [14]) *Bk.*; praeferre *Cod.*; referre *Bien.* — [15]) *Bien.* videamus per semet *Cod.* — [16]) *Bien.*; ut *om. Cod.* — [17]) *Subscriptionem ex Athanas. Scholast. addidit Bk.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ος'.[a])

Ἡ διάταξις ἑρμηνεύει τὴν προτέραν διάταξιν τὴν περὶ τῶν εἰσιόντων εἰς τὰ μοναστήρια, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν καθιερούντων, ἐκ ποίου χρόνου δεῖ αὐτὴν κρατεῖν.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Πρᾶγμα τοιοῦτον εἰς ἡμᾶς ἀφίκετο, ὅπερ οἰόμεθα χρῆναι τῆς προσηκούσης ἀπολαῦσαι παρ' ἡμῶν ἑρμηνείας τε ἅμα καὶ βοηθείας. ἔγνωμεν γάρ, ὡς γυνή τις ἔχουσα παῖδα ἐκ γάμων αὐτῇ γενόμενον νομίμων ἠβουλήθη χωρίσαι μὲν ἑαυτὴν τῆς κοινῆς ταύτης διαίτης, ἐν δέ τινι γυναικῶν ἀσκητηρίῳ καταμεῖναι, πολλὰ δὴ εἰς τὰς ἐκεῖ συνηγμένας εὐλαβεστάτας γυναῖκας ἀγαθὰ ποιησαμένη. καὶ ἐπειδήπερ ὁ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας βούλεται νόμος τοὺς εἰς ἀσκητήριον ἑαυτοὺς καθιεροῦντας, ἢ ἄνδρας ἢ γυναῖκας, πρὸ τῆς εἰς μοναστήριον εἰσόδου διατιθέναι τὰ οἰκεῖα καθ' ὃν βούλονται τρόπον, μὴ δύνασθαι δὲ μετὰ τὴν εἴσοδον τὴν εἰς τὸ ἀσκητήριον ἔτι πράττειν τι περὶ τῶν οἰκείων, οἷα κυρίους οὐκ ἔτι τυγχάνοντας τῶν πραγμάτων (διὰ τὸ νομοθετῆσαι ἡμᾶς, τοὺς τοιούτους ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας μετὰ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῇ τῇ εἰσόδῳ τῇ κατὰ τὸ μοναστήριον καθιεροῦν ἑαυτοὺς καὶ τὰς ἑαυτῶν περιουσίας ἐν τῷ μοναστηρίῳ, διότι κύριοι τούτων οὐκ ἔτι καθεστῶσι), καὶ ἐντεῦθεν δεδιέναι μή ποτε (καίτοι τῆς ἡμετέρας διατάξεως πολλῷ μεταγενεστέρας οὔσης τῆς εἰς τὸν εἰρημένον εὐαγῆ οἶκον αὐτῆς εἰσόδου) τινὲς ἀποστερήσαιεν αὐτὴν τοῦ τοῦ οἰκείου προνοήσασθαι παιδός, χρῆναί τε τὸ [1]) εἰρημένον δέος ταύτῃ ἑρμηνευθῆναι, καὶ νόμῳ ἡμετέρῳ γενέσθαι σαφές, ὡς οὐδὲν βλάπτεται ἡ αὐτὴ ἢ ὁ παῖς περὶ τὴν αὐτῆς διαδοχὴν ἐκ τῆς εἰρημένης διατάξεως,

Κεφ. α'.

Διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, εἴ τις μοναστήριον ᾤκησεν ἀνὴρ ἢ γυνὴ πρὸ τῆς ῥηθείσης ἡμῶν διατάξεως, ἢ καὶ μέχρι νῦν οἰκεῖ, καὶ μάλιστα παίδων ὄντων, μηδεμίαν ἔχειν. ἀνάγκην νῦν τὴν αὐτῶν περιουσίαν εἰσάγειν

Novella LXXVI.

HAEC CONSTITUTIO INTERPRETATUR PRIOREM CONSTITUTIONEM DE IIS, QUI MONASTERIA INGREDIUNTUR, ET FACULTATES SUAS CONSECRANT, EX QUO TEMPORE EAM VALERE OPORTEAT.

Idem Imperator Ioanni, sacro Praetorio iterum Praefecto gloriosissimo, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Talis causa ad nos delata est, quam convenientem interpretationem et simul auxilium a nobis accipere debere putavimus. Cognovimus enim, mulierem quandam filium ex legitimis nuptiis natum habentem de consuetudine hominum se subducere, et in asceterio quodam mulierum, multis bonis in mulieres reverendissimas ibi congregatas collatis, manere voluisse. Et quum pietatis nostrae lex velit, ut illi, qui asceterio se ipsos consecrarunt, sive viri sive mulieres sint, ante ingressum in monasterium de rebus suis eo, quo velint, modo disponant, postquam vero asceterium ingressi sunt, de rebus suis quid statuere nequeant, quum non amplius rerum sint domini (quoniam a nobis sancitum est, eiusmodi viros et mulieres cum corpore et anima ipso in monasterium ingressu se ipsos et bona sua monasterio consecrare, quare domini eorum non amplius sunt), atque exinde ea metuat (licet constitutio nostra multo posterior sit illius in dictam sacram domum ingressu), ne forte aliqui prohiberent, quominus filio suo prospiceret, adeoque dictum metum illi interpretandum, nostraque lege manifestum faciendum esse, nec ipsam, nec filium circa successionem eius dicta constitutione laedi,

Cap. I.

Propterea sancimus, si vir aut mulier quaedam ante dictam nostram constitutionem in monasterio habitaverit, vel etiam usque adhuc habitet, maxime si liberi adsint, ut nulla ipsis necessitas incumbat facultates

Gl. Const. LXXVII.

HAEC CONSTITUTIO INTERPRETATUR PRIOREM CONSTITUTIONEM DE IIS, QUI INGREDIUNTUR IN [2]) MONASTERIUM, ET DE SUBSTANTIIS EORUM, ET EX QUO TEMPORE OPORTEAT EAM VALERE.

(Coll. VI. tit. 4.)

Idem Aug. Ioanni, gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. Causa talis ad nos pervenit, quam existimavimus oportere competente uti a nobis interpretatione simul et adiutorio. Cognovimus etenim, quia mulier quaedam, habens filium sibi ex nuptiis legitimis procreatum, voluit quidem segregare se a communi ista conversatione, et in quodam mulierum monasterio commanere, plurima bona faciens mulieribus reverendissimis ibidem congregatis. Et quoniam nostrae pietatis lex vult, eos, qui se monasteriis dederint, seu viros seu mulieres, ante, quam ingrediantur monasterium, eo, quo volnerint, modo quae sua sunt disponere, nec posse, postquam ingrediuntur monasterium, ulterius agere quidquam de propriis, utpote domini rerum non exsistentes ulterius, eo quod sanciverimus nos, huiusmodi viros et mulieres cum corpore et anima ipso ingressu ad monasterium dedicare se suasque substantias, et si quidem discesserint, manere etiam sic eorum substantias in monasterium [3]), eo quod domini harum ulterius non exsistunt, hinc autem metuere, ne forte, quamvis nostra constitutio multo posterior sit, quam quod [4]) in praedictam venerabilem domum ingressa est, aliqui prohiberent eam prospicere suo filio, et oportere propter praedictum metum haec interpretari et lege nostra fieri manifesta, quia nihil laesa sit aut ipsa, aut filius [5]) circa eius successionem ex memorata constitutione.

Cap. I. Propterea sancimus, si quis monasterium habitaverit vir aut mulier ante praedictam nostram constitutionem, aut hactenus habitat, et maxime filiis exsistentibus, nullam habere necessitatem nunc eorum substan-

---

[a]) *Savimg.* ; *Hal. nihil nisi rubricam et inscriptionem habet. — Epitome in: Coll. Const. eccl. III.* 1. 16. (*Voëllii bibl. II. p.* 1335.) — *Iulian. Const.* 70. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) *Ut scribatur διὰ τὸ et ταῦτα vel τοῦτο suadere Cont.* — [2]) monasterio *Bk.* — [3]) quod *om. Bk.* — [4]) *videtur Vulg.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; in *om. Port.*, *Cod. Hamb.*; eius *add. edd.*

εἰσάγειν εἰς τὸ μοναστήριον, ἀλλὰ τῷ παιδὶ ἢ τοῖς παισὶ παραπέμπειν εἴτε τὸ πᾶν, εἴτε καὶ μέρος τῆς οἰκείας περιουσίας, ἢ καὶ ὃν βούλονται τρόπον τὰ οἰκεῖα διατιθέναι πράγματα. οἷα τὸν πρότερον ἐκεῖνον νόμον ἑτέρα ἡμῶν ταύτῃ διατάξει διερμηνευόντων (τοὺς γὰρ ἅπαξ πρὸ τοῦ εἰρημένου ἔμπροσθεν ἡμῖν νόμου μοναστήρια κατοικήσαντος οὐδὲν ἂν ὁ μετὰ ταῦτα τεθεὶς νόμος λυπήσειεν, ἢ ἀφέλοιτό τι τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῖς εἰς ἄδειαν δεδομένων), οὐδὲ τοῦ πρότερον ἡμετέρου νόμου παντελῶς ἐμποδὼν ἱσταμένου, διότι οὐδὲ τῶν ἐγχωρούντων ἐστὶ τοῦτο γενέσθαι. ἐχρῆν γὰρ πρότερον διατάξασθαι, καὶ οὕτως εἰσελθεῖν εἰς τὸ μοναστήριον. εἰ δὲ οὐδενὸς τότε τοιούτου νόμου κειμένου εἰς τὸ μοναστήριον εἰσῆλθε, πῶς ἂν γένοιτο δυνατὸν ἀναστραφῆναι τὴν τάξιν τοῦ νόμου, καὶ ἀπαιτῆσαι τοὺς πρότερον εἰσελθόντας ἐν τῷ μοναστηρίῳ ἐκεῖνα ποιῆσαι, ἅπερ πρότερον ἀγνοούμενα παρὰ τῆς θείας ἡμῶν ὑσιερον ἐκαινίσθη διατάξεως; ἀλλ' ἕκαστον προσήκει κατὰ τοὺς ἑαυτοῦ καιροὺς ἐκδέξασθαι, καὶ τὰ μὲν μετὰ τὸν νόμον οὕτως ζητεῖν γίνεσθαι, ὡς ὁ νόμος βούλεται, εἰ δέ τι πρὸ τοῦ νόμου παρηκολούθησε, τοῦτο μὴ ἀνακινεῖν μηδὲ ἀνερευνᾶν, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ προτέρου καταλιμπάνειν σχήματος. §. 1. Ὅδε τοίνυν ὁ νόμος ἐπὶ ἑρμηνείᾳ χρηστῇ κείσθω τῆς προτέρας ἡμῶν ἐκείνης διατάξεως, ὥστε αὐτὴν ἐν τοῖς μετ' αὐτὴν χρόνοις, ἀφ' οὗ γέγονεν, χώραν ἔχειν, καὶ τοῖς μετ' αὐτὴν ἀποταττομένοις ἀνδράσιν ἢ γυναιξὶ κεῖσθαι. καὶ ἑαυτῇ τὴν ἐξουσίαν ἐπ' ἐκείνοις φυλαττέτω, μηδὲν τῶν πρὸ αὐτῆς πολυπραγμονοῦσα, ἀδείας οὔσης τοῖς ἔμπροσθεν ἀνδράσιν ἢ γυναιξὶ κατοικήσασιν ἢ μέχρι νῦν οἰκοῦσι μοναστήρια, καὶ μάλιστα παίδων ὑπόντων, τὰ ἑαυτῶν πράγματα ὃν βούλονται διατιθέναι τρόπον.

tates suas in monasterium deferendi, sed ad filium aut liberos vel omnia, vel partem substantiae suae transmittant, et quo velint modo de rebus suis disponant, quum priorem illam nostram legem altera hac nostra constitutione interpretemur (eos enim, qui ante praedictam nostram legem semel in monasterio commorantur, nihil plane lex postea lata contristabitur, aut quid eorum adimet, quorum licentiam iis antea dedimus), nec prior nostra lex ullo modo impedimento sit, quoniam id non est ex iis, quae fieri possunt; prius enim disponere, et sic monasterium ingredi oportuit. Si vero quis nulla eiusmodi lege lata monasterium ingressus sit, qui fieri poterit, ut ordo legis invertatur, atque ab illis exigatur, qui antea monasterium ingressi sunt, ut in monasterio illa faciant, quae prius ignorata divina nostra constitutione innovata sunt? Sed unumquodque suo tempore accipere decet, operamque dare, ut illa, quae post legem fiunt, eo modo fiant, sicut lex vult. Si vero quid ante legem contigit, illud neque suscitetur, neque investigetur, sed in priore statu relinquatur.

§. 1. *Haec vero lex ad priorem illam nostram constitutionem utiliter interpretandam lata sit, ut illa post id tempus locum habeat, ex quo facta est, iisque, qui post eam mundo renunciabunt, tam viris quam mulieribus, lata sit, sibique potestatem in illos servet, nec quidquam eorum, quae antea fuerunt, sollicite perscrutetur, ac tam viris quam mulieribus, qui antea in monasteriis commorati sunt, vel adhuc commorantur, maxime si liberi exsistant, de rebus suis eo quo velint modo disponere liceat.*

Ἐπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παρατάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου κατὰ τὸ σύνηθες διὰ προγραμμάτων οἰκείων ἅπασι ποιῆσαι φανερὰ σπευσάτω. Dat. Id. Octobr. Constantinop., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XII., Ioanne V. C. Cons. [538.]

Epilogus.

Tua igitur celsitudo quae nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt more solito per programmata sua omnibus manifesta facere curet.

Dat. Id. Octobr. Constantinop., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XII., Ioanne V. C. Cons. [538.]

ΔΙΑ-

No

substantiam in monasterium (inducere [1])), sed filio aut filiae transmittere aut totam, aut etiam partem suae substantiae, aut etiam quo volnerit modo res suas disponere, utpote primam illam legem alia nostra hac constitutione interpretante (eos enim, qui semel ante memoratam dudum nostram legem monasteria intraverint, in nullo postea posita lex contristatura est, aut ablatura [2]) eorum, quae prius eis ut liceat data sunt), neque prius nostrae legis [3]) impedimentum penitus faciente, eo quod neque possibile sit hoc fieri, ut [4]) oportuisset prius disponere, et ita ingredi in monasterium. Si vero nulla tunc tali lege posita in monasterium ingressa est, quomodo fieri potuerit converti ordinem legis, et exigere eos, qui prius ingressi sunt in [5]) monasterium, illa facere, quae prius ignorata, postea per sacram nostram constitutionem sunt innovata? Sed unumquemque competit secundum sua tempora exspectare, et ea quidem, quae post legem sunt, ita quaerere fieri, sicut lex vult, si quid autem ante legem subsecutum est, hoc non commovere neque perscrutari, sed in priore figura relinquere. §. 1. Haec igitur lex pro interpretatione utili posita sit prioris nostrae illius constitutionis, ut illa in posterioribus temporibus, ex quo facta est, locum habeat, et iis, qui postea converteutur, viris ac mulieribus, posita sit, sibique potestatem in illis custodiat, nihil horum, quae antea fuerint, perscrutando, quum licentia sit prioribus viris ac mulieribus, qui habitaverunt aut etiam hactenus habitant in monasteriis, et maxime filiis exsistentibus, suas res quo volunt disponere modo.

Epilogus. Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem solenniter per programmata sua omnibus facere manifesta festinet. Dat. Idib. Octob. Constant., imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XII., Ioanne V. C. Cons. [538.]

Const. LXXVIII.

[1]) inducere *addendum esse adnotavit Spang., deest in Cod. Hamb. et in edd.* — [2]) aliquid *add. Bk.* — [3]) *Cod. Hamb.*: prius nostrae legis *edd.*; priore nostra lege *Bk.* — [4]) utpote *Bk. Secundum Gr.* nam *scribendum esset pro* ut. — [5]) *Cod. Hamb.*; in *om. edd.*

Δ Ι Α Τ Α Ξ Ι Σ οζ'.[a])

Ἡ διάταξις περὶ τοῦ[1]) *τοὺς ὀμνύοντας κατὰ τοῦ θεοῦ καὶ τοὺς βλασφημοῦντας τιμωρεῖσθαι.*

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Κωνσταντινουπολίταις[2]).

Προοίμιον.

Πᾶσιν ἀνθρώποις τοῖς εὖ φρονοῦσι πρόδηλον εἶναι νομίζομεν, ὅτι πᾶσα ἡμῖν ἐστὶ σπουδὴ καὶ εὐχὴ τὸ τοὺς πιστευθέντας ἡμῖν παρὰ τοῦ δεσπότου θεοῦ καλῶς βιοῦν, καὶ τὴν αὐτοῦ εὑρεῖν εὐμένειαν, ἐπειδὴ καὶ ἡ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία οὐ τὴν ἀπώλειαν, ἀλλὰ τὴν ἐπιστροφὴν καὶ τὴν σωτηρίαν βούλεται, καὶ τοὺς πταίσαντας καὶ διορθουμένους δέχεται ὁ θεός. διὸ πάντας προτρέπομεν τὸν τοῦ θεοῦ φόβον κατὰ νοῦν λαμβάνειν, καὶ τὴν αὐτοῦ εὐμένειαν ἐπικαλεῖσθαι, καὶ ἴσμεν, ὅτι πάντες οἱ τὸν θεὸν ἀγαπῶντες καὶ τὸν αὐτοῦ ἔλεον περιμένοντες τοῦτο ποιοῦσιν.

Κεφ. α'.

Ἐπειδὴ δέ τινες ὑπὸ τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας συνεχόμενοι καὶ ταῖς βαρυτέραις ἀσελγείαις ἑαυτοὺς ἐνέβαλον, καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως τἀναντία πράττουσι, καὶ τούτοις παρεγγυῶμεν λαβεῖν κατὰ νοῦν τὸν τοῦ θεοῦ φόβον καὶ τὴν μέλλουσαν κρίσιν, καὶ ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων διαβολικῶν καὶ ἀτόπων ἀσελγειῶν, ἵνα μὴ διὰ τῶν τοιούτων ἀσεβῶν πράξεων ὑπὸ τῆς θεοῦ δικαίας ὀργῆς εὑρεθῶσι, καὶ αἱ πόλεις μετὰ τῶν οἰκούντων ἐν αὐταῖς ἀπολλύμεναι. διδασκόμεθα γὰρ διὰ τῶν ἁγίων γραφῶν, ὅτι ἐκ τῶν τοιούτων ἀσεβῶν πράξεων καὶ πόλεις τοῖς ἀνθρώποις συναπώλοντο. §. 1. Ἐπειδὴ δέ τινες πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ βλάσφημα ῥήματα καὶ ὅρκους περὶ θεοῦ ὀμνύουσι, τὸν θεὸν παροργίζοντες, καὶ τούτοις ὁμοίως παρεγγυῶμεν ἀποσχέσθαι τῶν τοιούτων βλασφήμων ῥημάτων, καὶ τοῦ ὀμνύναι κατὰ τριχός τε καὶ κεφαλῆς, καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων

Novella LXXVII.

CONSTITUTIO, UT QUI PER DEUM IURANT ET BLASPHEMANTUR, POENA AFFICIANTUR.

Praefatio.

Omnibus hominibus, qui sapiunt, manifestum esse putamus, nihil nobis aeque studio et in votis esse, nisi ut illi, qui nobis a domino deo crediti sunt, bene vivant, et benevolentiam illius sibi concilient, quoniam divina quoque humanitas non interitum, sed conversionem et salutem vult, eosque, qui peccant et resipiscunt, deus suscipit. Propterea omnes hortamur, ut dei timorem in animo habeant, et benevolentiam eius invocent. Atque scimus, omnes, qui deum diligunt, et misericordiam eius exspectant, id facere.

Cap. I.

Quoniam vero quidam vi diabolica constricti profusissimae luxuriae se dediderunt, quaeque ipsi naturae contraria sunt faciunt, etiam his praecipimus, ut dei timorem et futurum iudicium animo complectantur, et a diabolica illa atque illicita luxuria abstineant, ne propter impias eiusmodi actiones iustae dei irae subiiciantur, et civitates cum habitatoribus suis pereant. Sacra enim scriptura docemur, propter impias eiusmodi actiones simul cum hominibus etiam urbes periisse.

§. 1. Quia vero nonnulli praeter ea, quae diximus, etiam blasphema verba et iuramenta per deum iurant, deum ad iracundiam provocantes, his quoque similiter praecipimus, ut a blasphemis istis verbis et iureiurando per capillos et caput, atque id genus aliis verbis abstineant. Si enim maledicta in homines collata

Gl. Const. LXXVIII.

UT NON LUXURIETUR[3]) CONTRA NATURAM, NEC IURETUR[4]) PER CAPILLOS DEI AUT ALIQUID HUIUSMODI, NEQUE BLASPHEMETUR IN DEUM.

(Coll. VI. tit. 5.)

Imp. Iustinianus Aug. Constantinopolitanis.

Praefatio. Omnibus hominibus, qui recte sapiunt, manifestum esse putamus, quia omne nobis est studium et oratio, ut crediti nobis a domino deo bene vivant, et eius invcniant placationem, quoniam et dei misericordia non perditionem, sed conversionem et salutem vult, et delinquentes, qui corriguntur, suscipit deus. Propter quod nos omnes invitamus dei timorem in sensibus accipere, et invocare eius placationem, et novimus, quia omnes, qui deum[5]) diligunt et misericordiam eius sustinent, hoc faciunt.

Cap. I. Igitur quoniam quidam diabolica instigatione comprehensi et gravissimis luxuriis semetipsos insernerunt[6]), et ipsi naturae contraria agunt, et[7]) istis iniungimus in sensibus accipere dei timorem et futurum iudicium, et abstinere ab huiusmodi diabolicis et illicitis luxuriis, ut non propter huiusmodi impios actus ab ira dei insta[8]) inveniantur, et civitates cum habitatoribus earum pereant. Docemur enim a divinis scripturis,

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Iulian. Const.* 71. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) *περὶ τοῦ τοὺς ἀσελγαίνοντας κατὰ τῆς φύσεως καὶ Hal.* — [2]) *Hal. (sed disiunctim Κωνσταντίνου πολίταις), Vulg.; inscriptionem om. Scrimg.* — [3]) *Cod. Hamb.*: luxurientur *Trid.*; luxurientur homines *Port., Cont.* — [4]) *Cod. Hamb.*; iurent *edd.* — [5]) *Cod. Hamb.*; dominum *edd.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; inserunt *Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.* — [8]) iusti *Cod. Hamb., Trid.*

σίων ῥημάτων. εἰ γὰρ αἱ κατ' ἀνθρώπων γινόμεναι βλασφημίαι ἀνεκδίκητοι οὐ καταλιμπάνονται, πολλῷ μᾶλλον ὁ εἰς αὐτὸ τὸ θεῖον βλασφημῶν ἄξιός ἐστι τιμωρίας ὑποσιῆναι. διὰ τοῦτο οὖν πάντας τοὺς τοιούτους προτρέπομεν ἐκ τῶν εἰρημένων πλημμελημάτων ἀποσχέσθαι, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον κατὰ νοῦν λαμβανειν, καὶ ἀκολουθεῖν τοῖς καλῶς βιοῦσι. διὰ γὰρ τὰ τοιαῦτα πλημμελήματα καὶ λιμοὶ καὶ σεισμοὶ καὶ λοιμοὶ γίνονται. καὶ διὰ τοῦτο παραινοῦμεν τοῖς τοιούτοις ἀποσχέσθαι τῶν εἰρημένων ἀτοπημάτων, ὥστε μὴ τὰς αὐτῶν ἀπολέσθαι [1]) ψυχάς. εἰ γὰρ καὶ μετὰ τὴν τοιαύτην ἡμῶν νομοθεσίαν [2]) εὑρεθῶσί τινες τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένοντες πλημμελήμασι, πρότερον μὲν ἀναξίους ἑαυτοὺς ποιοῦσι τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, ἔπειτα δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων ὑποστήσονται τιμωρίας. §. 2. Ἐπειρέψαμεν γὰρ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῆς βασιλίδος πόλεως τοὺς ἐπιμένοντας ταῖς εἰρημέναις ἀτόποις καὶ ἀσεβέσι πράξεσι καὶ μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν νομοθεσίαν [3]) συνέχειν, καὶ ταῖς ἐσχάταις ὑποβάλλειν τιμωρίαις, ἵνα μὴ ἐκ τοῦ παραβλέπειν τὰς τοιαύτας ἁμαρτίας εὑρεθῇ καὶ ἡ πόλις καὶ ἡ πολιτεία διὰ τῶν τοιούτων ἀσεβῶν πράξεων ἀδικουμένη. εἰ γὰρ καὶ μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν παραίνεσίν τινες τοὺς τοιούτους εὑρίσκοντες συγκρύψουσιν αὐτούς, ὁμοίως παρὰ τοῦ δεσπότου θεοῦ κατακριθήσονται. καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ ἐνδοξότατος ἔπαρχος, ἐὰν εὕρῃ τινὰς τοιοῦτό τι πλημμελοῦντας, καὶ τὴν ἐκδικησιν εἰς αὐτοὺς μὴ ἐπαγάγῃ κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους, πρότερον μὲν ἔνοχος ἔσται τῇ τοῦ θεοῦ κρίσει, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν ἐξ ἡμῶν ἀγανάκτησιν ὑποστήσεται [4]).

lata non inulta relinquuntur, multo magis ille, qui deum blasphematur, dignus est, ut supplicium sustineat. Quare omnes illos hortamur, ut a dictis peccatis abstineant, dei timorem animo concipiant, et sequantur eos, qui recte vivunt. Propter eiusmodi enim delicta fames, terrae motus et pestes oriuntur, ideoque monemus eos, ut a dictis sceleribus abstineant, ne animas suas perdant. Nam si post hanc nostram legem in iisdem peccatis aliqui permanere reperiantur, primum quidem dei humanitate se ipsos indignos facient, deinde etiam supplicia lege constituta sustinebunt.

§. 2. *Praecepimus enim gloriosissimo praefecto regiae urbis, ut eos, qui post hanc quoque legem nostram in dictis absurdis et impiis perseverant actionibus, comprehendant, ultimisque suppliciis afficiant, ne ex talium peccatorum contemtu et civitas et respublica per impias eiusmodi actiones laedatur. Si enim post hanc etiam nostram admonitionem quidam tales homines inveniant et occultent, similiter a domino deo condemnabuntur. Ipse quoque gloriosissimus praefectus, si aliquos tale quid committere inveniat, eosque secundum leges nostras non puniat, primo quidem dei iudicio obnoxius erit, deinde et nostram indignationem sustinebit.*

ΔΙΑ- No

pturis, quia ex huiusmodi impiis actibus et civitates cum hominibus pariter perierunt. §. 1. Et quoniam quidam ad haec, quae diximus, et blasphema verba et sacramenta de deo iurant, deum ad iracundiam provocantes, et [5]) istis iniungimus abstinere ab huiusmodi et aliis blasphemis verbis, et iurare [6]) per capillos, et caput, et his proxima verba. Si enim contra homines factae blasphemiae impunitae non relinquuntur, multo magis qui ipsum deum blasphemat dignus est [7]) supplicia sustinere. Propterea igitur omnibus hominibus huiusmodi praecipimus a praedictis delictis abstinere, et dei timorem in corde accipere, et sequi eos, qui bene vivunt. Propter talia enim delicta et fames, et terrae motus, et pestilentiae fiunt, et propterea admonemus abstinere ab huiusmodi praedictis illicitis, ut non suas perdant animas. Sin autem et post huiusmodi nostram admonitionem inveniantur aliqui in talibus permanentes delictis, primum quidem indignos semetipsos faciunt dei misericordia, post haec autem et legibus constitutis subiiciuntur [8]) tormentis. §. 2. Praecipimus enim gloriosissimo praefecto regiae civitatis permanentes in praedictis illicitis et impiis actibus et [9]) post hanc admonitionem nostram comprehendere et ultimis subdere suppliciis, ut non ex contemtu talium inveniatur et civitas et respublica per hos impios actus laedi. Si enim et post hanc nostram suasionem quidam tales invenientes, hos subtercelaverint, similiter a domino deo condemnabuntur. Ipse etenim gloriosissimus praefectus, si invenerit quosdam tale aliquid delinquentes, et vindictam in eos non intulerit secundum nostras leges, primum quidem obligatus erit dei iudicio, post haec autem et nostram indignationem sustinebit.

Const. LXXIX.

[1]) αὐτῶν ἀπολέσαι *Hal.* [2]) νουθεσίαν *Hal., Vulg., idque praestare videtur, cf. Leunclav. Notat. II.* 247. — [3]) νουθεσίαν *Hal., Vulg.* — [4]) *Subscriptio huius Nov. nota non est, anno autem* 538 *vel initio sequentis anni eam editam esse censet Biener l. c. p.* 518. — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; non iurare *Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb.*, blasphemant digni sunt *edd.* — [8]) subiicientur *Hä.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ οη'.[a])

Ὥστε τοὺς ἀπελευθέρους τοῦ λοιποῦ μὴ δεῖσθαι δικαίου χρυσῶν δακτυλίων καὶ παλιγγενεσίας. καὶ ὥστε τὴν ποίησιν τῶν προικῴων συμβολαίων ἐπὶ τῶν ἀπελευθέρων γυναικῶν αὐτόθεν ἤδη καὶ τὸν γάμον νόμιμον ποιεῖν καὶ τοὺς παῖδας γνησίους. εἰ δὲ καὶ δούλη ἐτύγχανε, καὶ αὐτὴν ἐλευθέραν εἶναι τῇ ποιήσει τῆς προικός, καὶ τὸν γάμον νόμιμον, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς γνησίους.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων ὀρδιναρίῳ[1]) καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Τελείων ἡμῖν ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν παρὰ τοῦ μεγάλου θεοῦ δεδομένων, ᾠήθημεν χρῆναι καὶ αὐτοὶ τὰς τῶν οἰκείων ἐλευθερίας, ἐπειδὰν παρὰ τῶν δεσποτῶν τῆς προτέρας ἀπαλλάττοιντο τύχης, παντοίως αὐτοῖς καθαράς τε καὶ ἀνοθεύτους καὶ τελείας ἀποτελέσαι. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς τῶν dedititiorum ὕβρεως τὰς ἐλευθερίας ἀπηλλάξαμεν, καὶ τὰς λατινότητας ὡς ἀτελεῖς ἐξεβάλομεν, καὶ τὰς iterationes περιττὰς ἀπεφήναμεν, καὶ τὸν Ἰούνιον νόμον καὶ τὸ Largianiov[2]) ἐμισήσαμεν δόγμα, ὡς μάτην καὶ τὴν ἀρχὴν εἰσαχθέν, καὶ ὀρθῶς ὕστερον ἐκβεβλημένον. καὶ μόνην κρατεῖν τὴν ῥωμαϊκὴν πολιτείαν ἐπὶ τῶν ἐλευθεριῶν ἠβουλήθημεν, οὐ τόποις, οὐχ ἡλικίαις, οὐχ ἑτέρῳ τινὶ τὸ πρᾶγμα διακρίναντες. Ἐπειδὴ δὲ ἀεὶ τὸ κρεῖττον περὶ τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων βουλευόμενοι[3]), καὶ αὐτὸ τὸ τελειότερον δεδομένον μείζοσιν ᾠήθημεν δεῖν ταῖς προσθήκαις αὐξῆσαι·

Κεφ. α'.[b])

Διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, εἴ τις ἐλευθερώσας οἰκέτην ἢ θεράπαιναν αὐτοῦ πολίτας αὐτοὺς ἀποφήνειε ῥωμαίους (οὐδὲ γὰρ ἄλλως ἔξεστιν), ἴσιν παρὰ τοῦδε

Novella LXXVIII.

UT LIBERTI IN POSTERUM NON INDIGEANT IURE AUREORUM ANNULORUM ET RESTITUTIONIS NATALIUM. ET UT CONFECTIO DOTALIUM INSTRUMENTORUM CUM LIBERTABUS PER SE ET NUPTIAS LEGITIMAS ET LIBEROS LEGITIMOS FACIAT; SI VERO SERVA FUERIT, UT ET IPSA CONFECTIONE DOTIS LIBERA SIT, ET NUPTIAE LEGITIMAE, ET LIBERI EIUS LEGITIMI FIANT.

Idem Imperator Ioanni, per Orientem Praetorio iterum Praefecto gloriosissimo, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio.

Quum omnia perfecta bona a magno deo nobis data sint, libertatem quoque servorum, quando a dominis priore conditione liberentur, illis omnimodo puram, infucatam et perfectam efficiendam esse putavimus. Quamobrem libertatem etiam a contumelia dedititiorum liberavimus, latinitates ut imperfectas eiecimus, et iterationes superfluas esse demonstravimus, legemque Iuniam atque Largitianium senatusconsultum tanquam et ab initio frustra introductum et postea recte eiectum odio habuimus, et sola romana civitas ut in libertatibus obtineat placuit nobis, nec locis, nec aetate, nec alia re causam discrevimus. Quoniam vero semper quod melius est, quantum ad subditos nostros, meditati, etiam ipsum illud perfectius, quod datum est, maiore accessione ampliandum putavimus:

Cap. I.

Propterea sancimus, si quis servum vel ancillam suam manumittens, eos cives romanos declaraverit (neque enim aliter licet), ut is ex hac lege sciat, illum,

Gl. Const. LXXIX.

UT LIBERTI DE CETERO AUREO NON INDIGEANT ANNULO, ET UT PRISTINIS RESTITUANTUR NATALIBUS; ET DE CELEBRATIONE DOTALIUM INSTRUMENTORUM IN LIBERTIS MULIERIBUS FACTA, ET HOC IPSO ETIAM NUPTIAS LEGITIMAS FIERI ET FILIOS SUOS; SI NUPER ETIAM ANCILLA FUERIT, ET IPSAM LIBERAM ESSE CELEBRATIONE DOTIS, ET NUPTIAS LEGITIMAS, ET QUI EX EA PROCESSERINT, FILIOS SUOS.

(Coll. VI. tit. 6.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. Perfectis nobis[4]) omnibus bonis a magno deo datis, existimavimus oportere et ipsas servorum libertates, quum a priore conditione a dominis liberantur, eis omnino[5]) puras et infucatas et perfectas efficere. Et propterea etiam dedititiorum iniuria liberavimus libertates, et latinitates velut imperfectas exclusimus, et iterationes superfluas demonstravimus, et Iuniam[6]) legem et Largianum odivimus senatusconsultum, utpote in initio inaniter introductum, et recte postmodum reprobatum, solamque valere romanam civitatem in libertatibus voluimus, non locis, non aetatibus, non alio quodam causam discernentes. Quoniam autem semper aliquid melius de nostris subiectis tractamus, etiam ipsum, quod perfectius datum est a maioribus, existimavimus[7]) oportere adiectionibus ampliare.

Cap. I. Propterea sancimus, si quis manumittens servum aut ancillam suam, cives denuntiaverit romanos

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Iulian. Const.* 72. — *Versio est vetus glossata.* — [b]) *Cap.* 1. 2. *in Bas. XLVIII.* 26. 1. *Schol. a.*

[1]) ὀρδιναρίῳ *om. Hal., Vulg.* — [2]) Largitianiov *Scrimg.*; Λαμπριάνειον *Hal.* — [3]) βουλόμεθα *Hal.* — [4]) nobis *om. Cod. Hamb., Trid., Port.* — [5]) omnino ipsas *Cod. Hamb.*; omnino eas *Trid.* — [6]) Iuliam *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [7]) *Rectius:* est, maioribus exist

τοῦδε τοῦ νόμου, ὡς ὁ τὴν ἐλευθερίαν λαβὼν ἕξει παρεπόμενον εὐθὺς καὶ τὸ τῶν χρυσῶν δακτυλίων, καὶ τὸ τῆς παλιγγενεσίας δίκαιον, καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης αἰτήσει τοῦτο παρὰ τῆς βασιλείας ἔτι, οὐδὲ δεήσεται παντελῶς οὐδεμιᾶς πολυπραγμοσύνης, ἀλλὰ τῇ τῆς ἐλευθερίας ἰσχύϊ πάντα ταῦτα συνεισελεύσεται, τῆσδε ἡμῶν τῆς νομοθεσίας ἐκ τῆς παρούσης ἡμέρας ἀρχομένης. οὐ γάρ τι τῶν ἔμπροσθεν γενομένων περιεργαζόμεθα, βεβαιοῦμεν δὲ μᾶλλον ἅπαντα τὰ προειλημμένα, ὥστε κρατεῖν αὐτὰ καθ' οὓς ἐγένοντο τρόπους. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὕτως ἔχειν ὑπολαμβάνομεν.

illum, qui libertatem accepit, tanquam accessorium aliquod aureorum annulorum et restitutionis natalium ius statim habiturum esse, nec necessitate quadam id ab Imperatore etiam impetraturum, neque omnino ullis ambagibus eum obstrictum esse, sed vi libertatis haec omnia proventura esse, hac nostra lege ex praesente die initium sumente. Neque enim quidquam eorum, quae ante facta sunt, curiose scrutamur, sed potius omnia praeterita confirmamus, ut illa secundum eos modos obtineant, quibus facta sunt. Atque haec quidem ut ita se habeant sancimus.

Κεφ. β'.

Ἐκεῖνο δὲ προσεπισκήπτομεν, ὥστε μηδὲν μηδὲ μετὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον βλάπτεσθαι τὰ πατρωνικὰ δίκαια ταῦτα, ἅπερ ἡμεῖς ἐνομοθετήσαμεν, ἐφ' οἷσπερ ὅλως αὐτὰ προσώπων ἐφυλάξαμεν, πλὴν εἰ μὴ καὶ τούτων τὸν ἀπελεύθερον ἀπαλλάξειεν ὁ τὴν ἐλευθερίαν δωρησάμενος, ἢ κατὰ φιδεϊκόμμισσον τοῦτο καταλιπών, ἢ καὶ καθ' αὐτὴν τὴν ἐλευθερίαν τοῦτο προσθείς. εἰ γὰρ καὶ τοῦτο δοίη, πανελῶς ὁ ἠλευθερωμένος ἀφείσθω καὶ τοῦ πατρωνικοῦ δικαίου, διότι τοῦτο ἐκεῖνος ἐπέσκηψεν. ἐχέτωσαν μὲν οὖν ἅπαντα ταῦτα οἱ τῆς ἐλευθερίας ἠξιωμένοι, φυλαττέτωσάν γε μὴν καὶ μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν θείαν διάταξιν τοῖς εἰς τοιαύτην αὐτοὺς ἄγουσι τιμὴν πᾶσαν αἰδῶ, καὶ τό γε καλούμενον obsequion, καὶ τὴν ἐκ τῶν νόμων ὀρθῶς εἰσεγνεγεμένην reverentiav [1]), καὶ μὴν καὶ ἀπεχέσθωσαν ἢ χειρῶν, ἢ ἐπιβουλῆς, ἢ τῶν ἄλλων, ἐξ ὧν ἀπελεύθεροι τοιοῦτό τι πράττοντες ἀναδούλωσιν κατὰ τοὺς περὶ τούτων γεγραμμένους ὑφίστανται νόμους, καὶ ἀποκαθίστανται τῇ προτέρᾳ τύχῃ. εἰ γὰρ οὐδένα παντελῶς ἀχάριστον εἶναι περὶ τὸν δωρησάμενον συνεχωρήσαμεν, κἂν εἰ τῶν εὐγενεστάτων εἴη, ἀλλὰ τὰς δωρεὰς ἀκύρους ἀπεφήναμεν ἐν τοῖς παρ' ἡμῶν ἤδη γραφεῖσι νόμοις, καὶ ἐν τοῖς καθ' ἑκάστην παρ' ἡμῶν κελευομένοις, πῶς ἂν ἀνασχώμεθα τὸν ἐλευθερωτὴν τὸν ἐν ἴσῳ πατρὸς περὶ τὸν ἀπελεύθερον διαγενόμενον παρ' αὐτοῦ τι παθεῖν πονηρόν, ἢ ὕβρεις τυχὸν τραχείας καὶ ἀπρεπεῖς, ἢ πληγάς, ἢ μεγάλην καὶ ἀφόρητον ὑποστῆναι ζημίαν; ἀλλ' εἴ τι τούτων νομίμοις ἀποδιξεσιν ἐλέγξει παθὼν ὁ τὴν ἐλευθερίαν δοὺς ἢ καὶ οἱ τούτου παῖδες, μετὰ τοὺς εἰρημένους ἐλέγχους τὸν ἀπελεύθερον τῷ προτέρῳ δώσομεν σχήματι, τῆς μὲν τῶν ὀνομάτων περιεργασίας καὶ τῆς διὰ ταῦτα ζημίας ἅπαντας ἀπαλλάττοντες, τὸ δίκαιον δὲ πανταχοῦ καὶ ἴσον καὶ νομοθέτῃ πρέπον καὶ ἀρέσκον θεῷ τῷ τε ἀπελευθέρῳ, τῷ τε πάλαι δεσπότῃ φυλάξαντες.

Cap. II.

Illud vero simul disponimus, ut in nulla re, nec post hanc nostram legem, iura patronorum laedantur ea, quae nos sancivimus, in quibuscunque personis illa servavimus, nisi is, qui libertatem donavit, vel per fideicommissum illud reliquit, vel in ipsa libertate id adiecit. Si enim hoc dederit, omnino is, qui manumissus est, etiam a iure patronatus liberetur, quia id ille praecepit. Haec igitur omnia habeant, qui libertatem meruerunt. Praestent tamen etiam post hanc nostram divinam constitutionem illis, qui ad hunc honorem eos perducunt, omnem verecundiam, et obsequium, uti vocatur, et reverentiam per leges recte introductam; atque etiam a vi abstineant, et insidiis, ceterisque, ob quae liberti, qui talia perpetrant, secundum scriptas de his leges in servitutem revocantur et in priorem conditionem restituuntur. Etenim si neminem plane erga donatorem ingratum esse permisimus, etsi ex nobilissimis sit, sed donationes in legibus iam a nobis scriptis, in iisque, quae quotidie a nobis praecipiuntur, irritas pronunciavimus, qui patiamur, ut manumissor, qui tanquam pater liberti fuit, aliquid mali ab eo patiatur, vel gravem et indecentem contumeliam, vel plagas, vel magnum et intolerandum damnum sustineat? Sed si is, qui libertatem dedit, se tale quid perpessum esse legitimis probationibus evicerit, vel etiam liberi eius, post dictas probationes libertum in priorem conditionem restituemus, nominum ambagibus et damno, quod inde venit, omnes liberantes, atque ubinis id, quod iustum et aequum est, et legislatorem decet, atque deo placet, liberto et priori domino servantes.

§. 1.

manos (neque enim aliter licet), sciat ex hac lege, quia qui libertatem acceperit, habebit subsequens mox et aureorum annulorum et regenerationis ius, et non iam ex necessitate hoc a principibus postulabit, neque indigebit omnino ulla scrupulositate, sed libertatis virtute haec omnia subsequentur [2]), hac nostra lege ex praesente die inchoante. Non enim aliquid horum, quae prius facta sunt, perscrutamur; firmamus igitur omnia praecedentia, ut valeant secundum eos, per quos facta sunt, modos. Sed haec quidem sic habere sancimus.

Cap. II. Illud vero adiicimus, ut nihil neque post hanc legem nostram laedantur patronatus iura, illa vero [3]), quae nos sancivimus [4]), in quibuscunque omnino haec personis servavimus [5]), nisi tamen etiam ab his liberum qui libertatem donavit absolverit, aut per fideicommissum hoc relinquens, aut in ipsa libertate hoc adiiciens. Nam si hoc dederit [6]), omnino qui manumittitur absolvetur etiam a patronatus iure, eo quod ille hoc expresserit. Habeant itaque haec omnia qui libertatem meruerunt, veruntamen servent etiam post hanc nostram constitutionem eis, qui ad talem eos perduxerunt honorem, omnem reverentiam, et hoc, quod vocatur obsequium, et reverentiam recte legibus introductam; quin etiam abstineant aut manibus, aut insidiis, aut aliis, ex quibus liberti tale aliquid agentes rursus et servitutem sustinent secundum de his scriptas leges, et restituuntur priori conditioni. Nam si nullum penitus ingratum esse circa donatorem permisimus, licet fuerit bene natus, sed donationes infirmas pronuntiavimus in iis, quae dudum a nobis scriptae sunt, legibus, et in iis, quae a nobis quotidie praecipiuntur, quomodo patiemur manumissorem, qui aequalis patri circa libertum factus est, ab eo aliquid pati malignum, aut iniurias forsitan asperas et indecentes, seu plagas, aut maxime intolerabilia sustinere dispendia? Sed si quid horum legitimis probationibus convicerit passum se, qui libertatem dedit, vel eius filios, post praedictas probationes libertum in priore restituemus [7]) habitu, nominum quidem perscrutatione et propter hoc dispendiis omnes eripientes, iustitiam autem ubique et aequitatem, et quod legis-

[1]) τιμὴν *Hal., Bas.* — [2]) *Cod. Hamb., Trid.*; subsequenter *Port.*; subsequetur *Cont.* — [3]) vero *om. Bk. ed. ster.* — [4]) *Bk. ed. ster.*; sancimus *antea.* — [5]) *Bk. ed. ster.*; servabimus *antea.* — [6]) *Cod. Hamb.*; ille dederit *edd.* — [7]) *Bk.*; restituimus *Cod. Hamb., edd*

λάξαντες. §. 1. Ὥστε ἔστωσαν μὲν καὶ ἀπελεύθεροι καὶ εὐγενεῖς, εἴτε οἱ πρώην ἐλευθερωθέντες, εἴπερ ῥητῶς αὐτοῖς τοῦτο πεφιλοτίμηται, εἴτε οἱ μετὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον εἰς ἐλευθέρους ἀφικνούμενοι, ὡς εὐγενεῖς δὲ ἤδη γενόμενοι βιούτωσαν, καὶ τὴν ὀφειλομένην τιμὴν τοῖς ἐλευθερωταῖς ἀποδιδότωσαν, ὥστε μὴ πάλιν αὐτοὺς καὶ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς εὐγενείας ἐκπεσεῖν, ὡς ἀγνώμονας καὶ ἀχαρίστους ἐληλεγμένους καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου καταδεδικασμένους. ἔσονται γὰρ οὕτω διηνεκῶς ἐλεύθεροί τε καὶ εὐγενεῖς, εἰ τοῖς ἐλευθερωταῖς καὶ τοῖς τούτων παισὶν ἀθόλωτόν τε καὶ ἐλευθέραν τὴν ἑαυτῶν αἰδῶ τε καὶ reverentiam καὶ εὐγνωμοσύνην φυλάξαιεν. ὧν δὴ τηρουμένων οὐ μήποτε εἰς τὴν ἔμπροσθεν κατολισθήσουσι τύχην.

§. 1. *Quare sint quidem et liberti et ingenui tam illi, qui olim manumissi sunt, si quidem expresse hoc illis largitum est, quam qui post hanc nostram legem ad libertatem pervenerunt, vivant vero tanquam ingenui iam facti, et debitum honorem manumissoribus solvant, ne libertate et ingenuitate rursus excidant, si indevoti et ingrati probati, et a lege ut tales damnati fuerint. Sic enim perpetuo liberi et ingenui erunt, si manumissoribus et liberis eorum sinceram et liberam verecundiam, reverentiam et gratum animum praestiterint, quibus praestitis in priorem conditionem nunquam relabentur.*

Κεφ. γ'.

Εἰ δέ τις ἀπελευθέραν ἀγαγέσθαι [1]) βουληθείη καὶ γνησίαν ποιήσασθαι γαμετὴν ὁποιασοῦν ἀξίας ὤν, γαμικὰ συνταττέτω συμβόλαια. ταύτην γὰρ μόνην ἀπαιτοῦμεν μετὰ τὴν ἐλευθερίαν τὴν παραιτησιν. καὶ ἔστωσαν καὶ οἱ προλαβόντες παῖδες καὶ οἱ μετὰ τὰ προικῶα τεχθέντες ἐλεύθεροί τε καὶ εὐγενεῖς, καὶ γνήσιοί γε μὴν τῷ πατρὶ διάδοχοι τῆς αἰτήσεως τῶν χουσῶν δακτυλίων, καὶ τοῦ δικαίου τῆς παλιγγενεσίας ἀπηλλαγμένοι, καὶ οὐδεμίαν παντελῶς ἔχοντες διαφορὰν πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν εὖ γεγονότων συνοικέσια. ἐλευθερία γὰρ τῆς μητρὸς καὶ πρός γε συμβόλαιον γαμικὸν τὴν γαμὴν ἐλευθέραν τε καὶ εὐγενῆ καὶ τῷ πατρὶ διάδοχον ἀποδείξουσι.

Cap. III.

Si vero quis libertam ducere et legitimam uxorem facere voluerit, cuiuscunque dignitatis sit, nuptialia instrumenta conficiat. Hanc enim solam observationem post libertatem requirimus, et liberi tam ante quam post dotalia instrumenta nati liberi et ingenui, et patri sui heredes exsistant, petitione aureorum annulorum et iure restitutionis natalium liberati, nec ulla plane in re a reliquis ingenuorum matrimoniis differant. Libertas enim matris et nuptiale insuper instrumentum sobolem liberam, ingenuam et successorem patris demonstrabunt.

Κεφ. δ'.

Καὶ οὕτω τῶν πραγμάτων καὶ τῆς ἀληθείας ἕλοι γινόμεθα, ὥστε εἴ τινι καὶ δουλευούσης τῆς γυναικὸς ἐξ αὐτῆς γένοιντο παῖδες, βουληθείη δὲ ἐκεῖνος ὕστερον τὴν γαμετὴν ἐλευθερῶσαι, καὶ προικῶα συντάξαι συμβόλαια, ἅμα τῇ τῶν προικώων γραφῇ καὶ τοῖς παισὶν ἁρμόσει τό τε τῆς ἐλευθερίας ὁμοῦ καὶ τὸ τῆς γνησιότητος δίκαιον. οὐκ ἐπιζητούντων ἡμῶν ἰδιάζουσαν ἐλευθερίαν ἐπὶ τοῖς παισὶ γενέσθαι, ὥστε ἢ συνελευθερωθῆναι τῇ μητρί, ἢ καὶ μετ' αὐτήν, ἢ καὶ πρὸ αὐτῆς, ἴσως τὴν ἐλευθερίαν λαβεῖν, ἀλλ' ἅμα τῇ γραφῇ τῶν γαμικῶν συμβολαίων εὐθὺς αὐτοῖς καὶ τὴν ἐλευθερίαν χαριζόμεθα. τί γὰρ ἂν μεῖζον δείξειεν ὁ πατὴρ ἐλευθερίας τῶν παίδων σημεῖον, ἢ τὸ τὴν γαμετὴν ἀποφῆναι ἐλευθέραν [2]) ὁμοῦ καὶ γνησίαν τῇ τῶν γαμικῶν συμβολαίων γραφῇ; εἰ γὰρ στρατιώτης καταλιπὼν πρεσβεῖον τῶν οἰκείων τινὶ θεραπόντων αὐτῇ τῇ δόσει τοῦ πρεσβείου

Cap. IV.

Atque ita omnem rerum et eius, quod vere est, rationem habemus, ut, si cui ex uxore etiam serva liberi nascantur, et is postea uxorem manumittere et dotalia instrumenta conficere velit, simul cum dotalium instrumentorum scriptura, liberis etiam tam libertatis quam legitimorum ius competat. Neque requirimus, ut specialiter liberis libertas detur, ita ut vel una cum matre manumittantur, vel etiam post eam, vel ante eam fortasse libertatem accipiant, sed simul cum instrumentis nuptialibus scriptis statim libertatem illis quoque largimur. Quod enim maius signum libertatis liberorum pater dare potest, quam si uxorem liberam simul et legitimam per scripturam dotalium instrumentorum ostendat? Nam si miles alicui ex servis suis legatum relinquens, ipsa datione legati etiam libertatem dare videtur, quidni multo magis pater, si nuptiale instrumentum scripserit, liberos suos hac sola re et

legislatorem decet, et quod placet deo et liberto, et dudum domino conservantes. §. 1. Quapropter sint quidem et liberti et ingenui, sive ii, qui dudum manumissi sunt, et [3]) evidenter eis hoc largitum est, sive illi, qui post hanc legem nostram ad ingennitatem venientes, tanquam bene nati iam facti vivant, et debitum honorem manumissoribus reddant, ut non denuo et libertate et benenatione cadant, tanquam indevoti ingratique convicti, et a lege damnati. Erunt namque ita perpetue liberi et ingenui, si manumissoribus eorumque filiis inconfusam et liberam suam venerationem et reverentiam devotionemque servaverint, quibus videlicet observatis [4]) nunquam ad priorem relabentur fortunam.

Cap. III. Si quis autem libertam ducere voluerit, aut [5]) legitimam facere coniugem, cuiuslibet dignitatis exsistens, nuptialia conficiat documenta; hanc enim solam post manumissionem observationem adiicimus. Et sint etiam praecedentes filii, sicut et qui post dotalia nati sunt, liberi et ingenui, et sui et patri [6]) successores, et a postulatione annulorum aureorum et pristinorum [7]) natalium iure [8]) liberati, nullamque penitus habentes differentiam ad cetera ingenuorum matrimonia. Libertas enim matris, et insuper documentum nuptiale sobolem liberam et ingennam et patri succedentem demonstrabunt.

Cap. IV. Et ita rebus et veritate toti efficimur [9]), ut, si cui etiam ex serviente muliere procreentur filii, et voluerit ille postea mulierem manumittere, et dotalia conficere documenta, mox cum ipsa dotis inscriptione [10]) et filiis competet libertatis simul et suorum ius, non requirentibus nobis specialem libertatem in filiis fieri, et simul manumitti cum matre, aut postea vel ante eam forte libertatem accipere, sed conscriptione [11]) nuptialium documentorum mox eis etiam libertatem donamus. Quod enim maius utique ostensurus est

---

[1]) ἄγεσθαι *Hal.* — [2]) καὶ ἐλευθ. *Hal.*, *Vulg.* — [3]) si *Bk.* — [4]) *Cod. Hamb.*; conservatis *edd.* — [5]) et *Bk.* — [6]) *Cod. Hamb.*; et sui et patris *Trid.*, *Port.*, *Cont.*; et sui patris *Bk.* — [7]) pristinum *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.* — [8]) *Cod. Hamb.* (*secunda man.*), *Trid.*; iure *om. Port.*, *Cont.* — [9]) et ita — tuti efficiuntur (efficiantur *Cod.*) *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port. et haec quidem verba arcte coniunguntur cum antecedentibus.* — [10]) *Scribendum videtur:* dotalium conscriptione *aut* dotalium scriptione, *quod dedit Bk.* — [11]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; conscr. sola *Port.*, *Cont.*

πρεσβείου καὶ τὴν ἐλευθερίαν διδόναι δοκεῖ, πῶς οὐκ ἂν πολλῷ μᾶλλον ὁ πατήρ, εἰ γράψειε συμβόλαιον γαμικόν, ἔξει τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἐξ αὐτοῦ δὴ τούτου καὶ μόνου καὶ ἐλευθέρους καὶ γνησίους διαδόχους; οὐ γὰρ ἂν τις αὐτὸν οἰηθείη βουληθῆναι τὴν μὲν τῶν παίδων μητέρα γνησίαν εἶναι, καὶ τηλικοῦτον αὐτῇ χαρίζεσθαι [1]) πάρεργον ἡδονῆς, τοὺς ἐκείνου δὲ παῖδας, τοὺς ἐκ τῶν αὐτοῦ φύντας σπερμάτων, ἔτι καταλιμπάνειν δουλεύοντας. §. 1. Ταῦτα ὁμοίως μὲν ὑπὲρ τῶν ἐλευθερωτῶν, ὁμοίως δὲ ὑπὲρ τῶν ἀπελευθέρων ἐνομοθετήσαμεν. εἰ γὰρ μὴ τὰ ἔμπροσθεν εἰρημένα τοῖς ἐλευθερωταῖς φυλάξομεν, ὀκνηροτέρους ἴσως τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὴν τῆς ἐλευθερίας φιλοτιμίαν ἀποτελέσομεν. ἡμῖν δὲ πᾶσα καθέστηκε σπουδὴ τὰς ἐλευθερίας κρατεῖν τε καὶ ἰσχύειν, καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ἀνθεῖν τε καὶ αὐξάνεσθαι πολιτείᾳ. καὶ γὰρ δὴ ταύτης ἕνεκα τῆς ἐπιθυμίας καὶ ἐπὶ Λιβύης, καὶ ἐπὶ τῆς ἑσπέρας τηλικούτους ἠράμεθα πολέμους, ὑπέρ τε τῆς ὀρθῆς πρὸς θεὸν δόξης, ὑπέρ τε τῆς τῶν ὑπηκόων ἐλευθερίας.

et liberos et suos heredes habeat? Neque enim putaverit quis, voluisse eum matrem quidem liberorum legitimam esse, et tantum ipsi accessionem libidinis largiri, liberos vero suos ex semine suo natos servos relinquere.

§. 1. *Haec nos similiter tam de manumissoribus quam libertis sancivimus. Nam si ea, quae ante dicta sunt, manumissoribus non servemus, homines fortasse ad libertatem dandam segniores efficiemus. Magnae autem curae nobis est, ut libertates obtineant, valeant, et in nostra republica floreant atque augeantur. Etenim hac cupiditate ducti et in Libya et in occidente tam pro recta de deo opinione, quam pro subditorum libertate tanta bella suscepimus.*

Κεφ. ε'.

Ποιούμεθα δὲ ξένον οὐδέν, ἀλλὰ τοῖς ἀρίστοις τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων ἀκολουθοῦντες. ὥσπερ γὰρ Ἀντωνῖνος ὁ τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμος, ἐξ οὗπερ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ τῆς προσηγορίας ταύτης καθήκει, τὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας πρότερον παρ' ἑκάστου τῶν ὑπηκόων αἰτούμενον, καὶ οὕτως ἐκ τῶν καλουμένων peregrinων εἰς Ῥωμαϊκὴν εὐγένειαν ἄγων [2]) ἐκεῖνος ἅπασιν ἐν κοινῷ τοῖς ὑπηκόοις δεδώρηται, καὶ ὁ γε Θεοδόσιος ὁ νέος μετὰ Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν, τὸν τῆς ἱερᾶς ταύτης πόλεως οἰκιστήν, τὸ τῶν παίδων δίκαιον πρότερον αἰτούμενον ἐν κοινῷ δέδωκε τοῖς ὑπηκόοις, οὕτω καὶ ἡμεῖς τοῦτο δὴ τὸ τῆς παλιγγενεσίας τε καὶ τὸ τῶν χρυσῶν δακτυλίων ἑκάστῳ τῶν αἰτούντων διδόμενον, καὶ ζημίας παρεχόμενον ἀφορμὴν καὶ πολυπραγμοσύνης, καὶ τῆς παρὰ τῶν ἐλευθερωτῶν δεόμενον αὐθεντίας, ἅπασιν ὁμοίως τοῖς ὑπηκόοις αὐτοῦ δίδομεν. ἀποκαθίσταμεν γὰρ τῇ φύσει τοὺς τῆς εὐγενείας ἀξίους οὐ καθ' ἕνα τὸ λοιπόν, ἀλλὰ πάντας ἐφεξῆς τοὺς ἐλευθερίας παρὰ τῶν κεκτημένων ἀξιουμένους, ἵνα καὶ ταύτην μεγάλην τινὰ καὶ γενικὴν φιλοτιμίαν τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις προσθείημεν.

Cap. V.

Nihil vero novi facimus, sed optimos Imperatores, qui ante nos fuerunt, sequimur. Sicut enim Antoninus cognomine Pius, a quo ad nos quoque haec appellatio pervenit, ius romanae civitatis, quod antea ab unoquoque subditorum petendum erat, atque ita ex iis, qui peregrini vocantur, ad romanam ingenuitatem deducens, in commune omnibus subditis donavit, et Theodosius iunior post Constantinum magnum, sanctae huius civitatis conditorem, ius liberorum, quod antea peti debebat, in commune subditis dedit, ita et nos ius illud restitutionis natalium et aureorum annulorum, quod unicuique petenti dabatur, et damnorum atque ambagum occasionem praebebat, et manumissorum auctoritate indigebat, omnibus similiter subditis ex hac lege damus. Naturae enim restituimus, qui ingenuitate digni sunt, non singulos in posterum, sed omnes deinceps, qui libertatem a dominis consecuti sunt, ut et hanc magnam et generalem liberalitatem in subditos nostros conferamus.

Ἐπι-

Epi-

est pater libertatis filiorum indicium, quam uxorem ostendere liberamque simul et legitimam nuptialium documentorum conscriptione? Si enim miles, relinquens legatum alicui suorum servorum [3]), ipsa donatione legati et libertatem dare videatur, quomodo non multo magis pater, si documentum nuptiale conscripserit, habebit proprios filios ex hoc solo et liberos et legitimos successores? Neque enim quilibet enim putaturus erit voluisse filiorum quidem matrem legitimam esse, et hoc tam magnum ei donasse opus libidinis, proprios autem filios ex suo natos semine adhuc relinquere servituros. §. 1. Hoc similiter quidem pro manumissoribus, similiter autem [4]) pro manumissis sancimus. Nam si ea, quae in praecedentibus dicta sunt, manumissoribus non servamus, segniores forsan homines circa libertatis largitatem efficiemus. Nobis autem omne exstat studium subsistere libertates atque valere, et in nostra florere et augeri republica. Etenim huius causae desiderio et in Libya, et in Hesperia tanta suscepimus bella, et pro recta ad [5]) deum religione, et pro subiectorum pariter libertate.

Cap. V. Facimus autem novum nihil, sed egregios ante nos [6]) Imperatores sequimur. Sicut enim Antoninus Pius cognominatus, (ex quo etiam ad nos appellatio haec pervenit, ius romanae civitatis prius ab unoquoque subiectorum petitum [7]), et taliter ex iis, qui vocantur peregrini, ad romanam ingenuitatem deducens, hoc ille omnibus in commune subiectis donavit, et Theodosius iunior post Constantinum, maximum sanctissimae huius civitatis conditorem, filiorum prius ius petitum in commune dedit subiectis, sic etiam nos hoc videlicet regenerationis et aureorum annulorum ius, unicuique petentium datum, et damni et scrupulositatis praebens occasionem, et manumissorum indigens auctoritate, omnibus similiter subiectis ex hac lege damus. Restituimus enim naturae ingenuitate dignos non per singulos de cetero, sed omnes deinceps, qui libertatem a dominis meruerint, ut hanc magnam quandam et generalem largitatem nostris subiectis adiiciamus.

Epi-

---

[1]) χαρίσασθαι *Hal.*, *Vulg.* — [2]) ἄγον *Hal.* — [3]) suarum ancillarum *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.* — [4]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; et *add. Port.*, *Cont.* — [5]) *Cod Hamb.*, *Trid.*, *Port.*; bella pro recta scilicet ad *Cont.* — [6]) anteriores *Cod. Hamb.*, *Trid.* — [7]) petitum *Cont. in marg.*, *Bk.*

Ἐπίλογος.

Ὅσα τοίνυν ὑπὲρ τῆς τῶν ὑπηκόων φιλανθρωπίας παρέστη τῷ ἡμετέρῳ κράτει καὶ τῷδε τῷ νόμῳ [1]), ταῦτα ἡ σὴ ὑπεροχὴ μανθάνουσα τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν δήλα ποιησάτω διὰ προγραμμάτων οἰκείων, ἐνταῦθά τε καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, ὥστε μαθεῖν, ὅτι τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἐφ' ἑκάστης κηδόμεθα, τὰ πρὸς λυσιτέλειαν αὐτῶν νομοθετοῦντες. κρατήσει δὲ ὁ νόμος ἐν τοῖς ἑξῆς ὅπασι καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ἀποβαίνουσι θέμασι. τὸ γὰρ φθάσαν οὐ περιεργαζόμεθα. Dat. XV. Kal. Febr. Constantinop, imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XII., Apione V. C. Cons. [539.]

Epilogus.

Quaecunque igitur pro nostra erga subditos humanitate etiam hac lege potentiae nostrae placuerunt, ea celsitudo tua cognoscens, subditis nostris in hac felici civitate per programmata sua hic et in provincia manifesta faciat, ut cognoscant, nos subditorum nostrorum ubivis curam habere, sancientes quae ad utilitatem illorum faciunt. Obtinebit vero haec lex in omnibus sequentibus casibus, illisque, qui postea emergent; de eo enim, quod praeteriit, non solliciti sumus.

Epilogus. Quae igitur pro indulgentia subiectorum nostrae placuerunt clementiae per hanc legem, haec tua celsitudo cognoscens nostris subiectis faciat manifesta per programmata propria et hic et in provinciis, ut discant, quia nostrorum subiectorum per omnia curam habemus, ea, quae pro utilitate eorum sunt, sancientes. Valebit autem haec lex in subsequentibus omnibus, et eis, qui post eam [2]) emerserint, casibus; quod enim recessit, non perscrutamur. Datum XV. Kal. Febr. Constant., imper. DN. Iustiniani PP. A. anno XII., Apione V. C. Cons. [539.]

[1]) κἀν τῷδε τῷ νόμῳ om. *Hal.* [2]) *Cod. Hamb., Trid.*; postea *Port., Com*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ οϑ'.[a])

Παρὰ τίσι χρὴ δικάζεσθαι μοναχοὺς καὶ ἀσκητρίας.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Μήνᾳ, τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ [1]).

Προοίμιον.

Πρᾶγμα μαθόντες ἐπὶ ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως οὐκ ὀρθὸν γίνεσθαι, ᾠήθημεν κοινῷ νόμῳ τοῦτο θεραπεῦσαι, ἀρχόμενοι μὲν ἀπὸ ταύτης τῆς εὐδαίμονος πόλεως, εἰς ἅπασαν δὲ αὐτὸν τὴν ὑπήκοον ἐκτείνοντες. τινὲς γὰρ τὴν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως σεμνότητα βουλόμενοι διαφθείρειν, εἴ τινα δίκην ἔχοιεν δηθεν ἢ πρὸς μοναχοὺς ἢ πρὸς ἀσκητρίας, προσίασι τοῖς πολιτικοῖς ἄρχουσιν, οἱ δὲ ἐκπέμπουσι πράκτορας, ἀξιοῦντας ἔνδον τε γενέσθαι τῶν ἱερῶν τόπων, καὶ μοναχοὺς ἐξέλκειν, καὶ μοναστρίαις ἤτοι ἀσκητρίαις ἐνοχλεῖν, ἴσως καὶ ἀθεάτοις οὔσαις, κἀντεῦθεν ὕβριν τε καὶ σύγχυσιν οὐ μικρὰν τοῖς προσκυνητοῖς γίνεσθαι τόποις.

Κεφ. α'.

Novella LXXIX.

APUD QUOS CAUSAM DICERE OPORTEAT MONACHOS ET SANCTIMONIALES.

Idem Imperator Mennae, sanctissimo Archiepiscopo et Patriarchae universali.

Praefatio.

Quum in regia hac urbe rem non iustam committi cognoverimus, eam communi lege sanandam existimavimus, incipientes quidem a felici hac urbe, ad omnem vero imperium nostrum illam extendentes. Quidam enim gravitatem orthodoxae fidei labefactare volentes, civiles iudices adeunt, si quam litem cum monachis vel sanctimonialibus habent, alii vero exsecutores mittunt, qui sacra loca intrare, monachos extrahere, et sanctimonialibus vel ascetriis, quae forte nec conspiciuntur, molestiam facere audent, unde non parva iniuria et confusio adorandis locis infertur.

Cap. I.

Gl. Const. LXXX.

APUD QUOS OPORTEAT CAUSAS DICERE MONACHOS ET ASCETRIAS.

(Coll. VI. tit. 7.)

Imp. Iustinianus Aug. Mennae, Archiepiscopo Constantinopolitano et universali Patriarchae [2]).

Praefatio. Rem cognoscentes non rectam fieri in hac regia civitate, communi lege existimavimus hoc mederi, inchoantes quidem ab hac felicissima civitate, in omnia vero loca ea, quae subiecta sunt [3]), distendentes. Quidam enim volentes corrumpere orthodoxae fidei honestatem, siquidem [4]) litem habuerint quasi cum monachis aut ascetriis [5]), civiles iudices interpellant, at illi mittunt exsecutores, praesumentes accedere intra loca sancta, et monachos trahere, atque monastrias vel ascetrias inquietare, forsan etiam eas, quae non videntur, et hinc iniuriam et confusionem non parvam adorabilibus fieri locis.

Cap. I.

[a]) *Scrimg.*; *Hal. rubricam solam et inscriptionem habet.* — *Epit. in Coll. const. eccl. III.* 1. 15. (*Voëlli bibl. II. p.* 1335.) *Brevissime argumentum indicant Paratitla Coll. const. eccl. I.* 4. (*ibid. II. p.* 1284.) — *Iulian. Const.* 73. — *Versio est glossata.*

[1]) Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ *Hal.* — [2]) Mennae beatissimo archiepiscopo et generali patriarchae *Cod. Hamb., Trid.* — [3]) in omni vero ea quae subiecta sunt *Cod. Hamb., Trid.* — [4]) si quandam *Bk.* — [5]) assisteriis *Cod. Hamb., Trid., ut supius*

Κεφ. α'.

Διὰ τοῦτο τοίνυν θεσπίζομεν, εἴ τις οἱανοῦν ἔχοι δίκην πρός τινας τῶν εὐλαβεστάτων ἀσκητῶν, ἢ τῶν ἱερωμένων παρθένων, ἢ γυναικῶν ἐν μοναστηρίοις ὅλως οὐσῶν, τῷ θεοφιλεστάτῳ πόλεως ἑκάστης ἐπισκόπῳ προσιέναι, τὸν δὲ πέμπειν, καὶ μετὰ πάσης σεμνότητός τε καὶ εὐσχημοσύνης τὰ περὶ τῆς τῶν προσώπων παρουσίας διατάττειν, εἴτε δέοι διὰ τῶν ἡγουμένων, εἴτε διὰ τῶν ἀποχρισιαρίων, εἴτε δι ἑτέρων τινῶν παραγίνεσθαι. αὐτὸν δὲ μετὰ τῆς ἱερατικῆς σεμνότητος τὸ πρᾶγμα ἐξετάζειν καὶ κρίνειν, καὶ πολιτικοὺς μὴ εἶναι παντελῶς αὐτοῖς δικαστάς, μηδὲ καταισχύνειν τῶν αὐτῶν σεμνότητα, ἐκανῶν ὄντων τῶν θεοφιλεσιάτων ἐκάστης πόλεως ἐπισκόπων καὶ τὰ περὶ τῆς δίκης, καὶ τὰ περὶ τῆς ἀσφαλείας τῶν δικῶν διατυποῦν, καὶ κρίνειν αὐτὰς σεμνῶς τε καὶ ἱερατικῶς κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ἡμετέρους καὶ τοὺς θείους κανόνας. οὕτω γὰρ καὶ οἱ τινὰ λόγον ἔχειν οἰόμενοι τεύξονται τῶν δικαίων, καὶ ἡ σεμνότης τῶν ἱερῶν ἀθικτός τε καὶ ἀκέρανος φυλαχθήσεται.

Cap. I.

Quam ob rem sancimus, si quis qualemcunque litem habeat cum venerabilibus quibusdam ascetis, vel consecratis virginibus, vel quibuscunque feminis, quae in monasteriis sunt, ut deo amicissimum illius civitatis episcopum adeat; ille vero mittat, et cum omni gravitate atque honestate quae ad personarum illarum praesentiam pertinent disponat, sive praesules, sive apocrisiarios, sive alios quosdam eorum nomine comparere oportet; ipse vero sacerdotali gravitate causam examinet et diiudicet, illique civiles iudices plane non habeant, neque eorum gravitatem ignominia afficiant, quum deo carissimi episcopi cuiusque civitatis ad ea, quae ad lites litiumque cautionem spectant, disponenda et cum auctoritate atque dignitate sacerdotali secundum leges nostras sacrosque canones diiudicanda sufficiant. Sic enim et illi, qui aliquod ius habere existimantur, ius suum consequentur, et auctoritas sacerdotum intacta atque integra servabitur.

Κεφ. β'.[a])

Κοινὸς τοίνυν ὁ νόμος ἔστω, καὶ ἐχέτω τὴν ψυλακὴν παρά τε τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων τῶν ἐν ἁπάσαις ὄντων ταῖς διοικήσεσι, τῆς τε Ἰλλυρίδος φαμὲν καὶ Λιβύης, Ἰταλίας τε καὶ τῆς δύσεως ὅλης, ὧν τε ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων τῆς πρεσβυτέρας [1]) Ῥώμης, τοῦ τε μεγαλοπρεπεστάτου πραίτωρος τῶν δήμων, καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν αὐτῶν τάξεων, ὥστε μηδεμίαν αὐτοῦ γενέσθαι παντελῶς παραῤῥοράν, ἀλλὰ ἀκέραιον αὐτὸν πρὸς τιμὴν τῶν εὐλαβεστάτων μοναχῶν φυλάττεσθαι. Ταῦτα δὲ καὶ ἡ σὴ μακαριότης μανθάνουσα, αὐτή τε παραφυλαξάτω ἐπὶ ταύτης τῆς εὐδαίμονος πόλεως καὶ τῶν αὐτῆς περιοικίδων, γράμμασί τε χρησάσθω πρὸς τοὺς θεοφιλεῖς τῶν πόλεων μητροπολίτας, ὧν αὐτὸς ἀναδέδεξαι τὴν χειροτονίαν, προτάττουσα τῶν οἰκείων γραμμάτων τόνδε ἡμῶν τὸν θεῖον νόμον. οἱ δὲ τοῖς ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόποις ταῦτα μηνύσουσιν, ὥστε ἐξ ὀλίγου τούτου τοῦ γράμματος μίαν συνέχειαν τοῦ νόμου ἐφ' ἅπασαν προελθεῖν τὴν ὑπήκοον. Ἀλλὰ καὶ ἐπιταχύνεσθαι τὰς δίκας θεσπίζομεν τὰς μο-

Cap. II.

Communis igitur sit lex, et tum a gloriosissimis praefectis, qui in omnibus sunt dioecesibus, Illyrici scilicet et Lybiae, et Italiae, et totius occidentis, observetur, tum a gloriosissimis praefectis veteris Romae, tum etiam a magnificentissimo praetore populi, et praesidibus provinciarum, eorumque cohortibus. Quare ipsa nullo omnino modo corrumpatur, sed ad honorem religiosissimorum monachorum illibata servetur. Haec vero beatitudo tua cognoscens, in felici hac urbe eiusque confiniis custodiat, litteris vero ad dei amantes metropolitanos civitatum, quorum creationem ipse suscepisti, utatur, sacram hanc legem illis litteris praemittens. Atque hi episcopis sub se constitutis indicabunt, ut per exiguam hanc scripturam lex continua in omnes perveniat regiones nobis subiectas. Quin etiam lites, quae monachis moventur, accelerari iubemus, ne illorum mens litium curis occupetur, sed iis cito liberati sacris vacent.

Cap. III.

Cap. I. Propterea igitur sancimus, si quis quamcunque habuerit causam cum aliquibus venerabilibus sanctimonialibus, aut sacris virginibus, aut mulieribus omnino in monasteriis consistentibus, deo amabilem civitatis illius episcopum interpellet, ille vero mittat, et cum omni honestate quae sunt de personarum praesentia disponat, sive oportet per abbates, sive per responsales, sive per alios quoslibet hoc fieri; ipse vero cum omni veneratione sacerdotali causam examinet et iudicet [2]), et civiles non sint penitus eis iudices, neque confundant eorum honestatem, quum idonei sint deo amabiles singularum civitatum episcopi et quae de lite sunt, et de cautela iudiciorum disponere, et indicare honeste atque sacerdotaliter et secundum leges nostras, et sacratissimas regulas. Sic enim et qui aliquam rationem habere putantur, merebuntur institiam, et honestas sacratorum inviolata integraque servabitur.

Cap. II. Communis igitur sit lex, habeatque custodiam et a gloriosissimis praefectis, qui per cunctas exsistunt dioeceses, et Illyrici dicimus. et Libyae, Italiaeque, et Occidentis totius, et a gloriosissimis praefectis utriusque Romae, et magnificentissimo praetore populorum, et iudicibus gentium eorumque officiis, et [3]) nulla eius fiat omnino corruptio, sed integra ad honorem reverendissimorum monachorum custodiatur. Haec autem etiam tua beatitudo [4]) cognoscens, et ipsa custodiat in hac felicissima civitate et eius confiniis, litteris utatur autem ad deo amabiles civitatum metropolitanos [5]), quorum ipse suscepisti ordinationem, proponens propriis litteris hanc nostram sacram legem. Verum illi sub se constitutis episcopis haec nuncient, ut ex paucis litteris una continuatio legis ad omnem perveniat ditionem. Sed etiam accelerari lites sancimus monachis

---

[a]) *Huius et sequentis cap. summam refert Photii Nomoc. IX.* 1. (*Voëllii bibl. II. p.* 955 *sq. Suppl. p.* 1140.)

[1]) ἑκατέρας *habuisse videtur Vet. Int., Iulian.*; τοῦ δὲ ἐνδοξοτάτου ὑπάρχων τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης *Mearm. III., Zuich., sed in his suprascriptum est:* τῶν ἐνδοξοτάτων — ἑκατέρας. — [2]) *Cod. Hamb., Trid.*; ipsi — examinent et iudicent *Port., Cont.* — [3]) *Melius:* ut. — [4]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; celsitudo *Cont.* — [5]) *Bk.*; confinia utatur ad deo — metropolitas *Cod. Hamb.*; confinia utatur: a deo amabiles civit. metropolitas *Trid.*; confiniis, utatur ad deo amabiles civ. metropolitas *Port.*; confiniis. utatur autem ad Deo amab. civ. metropolitanos *Cont.*

μοναχοῖς ἐπαγομένας, ὥςτε [1]) μὴ τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀπασχολεῖσθαι περὶ τὰς τῆς δίκης φροντίδας, ἀλλὰ θᾶττον ἀπαλλαγέντας τῶν θειοτέρων ἔργων ἀντέχεσθαι.

Κεφ. γ'.

Ἴστω τοίνυν ὁ παρὰ ταῦτά τι πράττων, εἰ μὲν ἄρχων εἴη, ὁ τοιαύτην ἐνεγκεῖν ψῆφον θαρρήσας, ὡς τῆς τε ἀρχῆς ἀπελασθήσεται, οἷα εἰς τὸ θεῖον ἐξυβρίσας, ποινῇ τε decem librarum auri ἅμα τῇ αὐτοῦ τάξει ζημιωθήσεται, τῷ ἱερωτάτῳ ἡμῶν δοθησομένῃ ταμιείῳ. εἰ δέ γε πράκτορες οἱ τολμήσαντες προσαγαγεῖν ὅλως ὑπόμνησιν, ὑπ' αὐτῶν τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων κωλυέσθωσαν, καὶ καθειργέσθωσαν ἐν τοῖς καλουμένοις δεκανικοῖς, ποινὰς τὰς προσηκούσας ὑφέξοντες, καὶ ἐκβιασμὸν οὐδενὶ τὸ λοιπὸν προσαγαγεῖν συγχωρούμενοι.

Ἐπίλογος.

Τούτου κρατοῦντος τοῦ νόμου, εἴ τις πρός τινα τῶν εὐλαβεστάτων μοναχῶν, ἢ παρθένων, ἢ γυναικῶν ὅλως ἱερωμένων, καὶ ἐν εὐαγέσι μοναστηρίοις οἰκούντων ἔχοι. περὶ γὰρ δὴ κληρικῶν καὶ τῆς τάξεως τῆς ἐναγωγῆς τῆς αὐτῶν ἤδη νόμους ἐγράψαμεν, οὓς κρατεῖν καὶ κυρίους εἶναι κατὰ πάντα βουλόμεθα τρόπον. Dat. VI. Idus Martii Constantinop., imp. DN. Iustiniani Aug. ann. XII., Apione V. C. Cons. [539.]

Cap. III.

Itaque qui adversus haec aliquid fecerit, is sciat, si quidem magistratus est, qui eiusmodi sententiam ferre ausus fuerit, fore ut magistratu amoveatur, quippe qui deo iniuriam intulerit; poena quoque decem librarum auri una cum officio suo mulctetur, sacro nostro aerario inferenda. Sin vero exsecutores sint, qui citare audeant, ab ipsis deo carissimis episcopis prohibeantur, et locis, quae decanica appellantur, includantur, poenas convenientes luturi, neque illis permittantur, ut ullam exsecutionem in posterum faciant.

Epilogus.

Atque haec lex obtineat, si quis cum aliquo religiosissimorum monachorum, vel virginum, vel mulierum consecratarum et in venerabilibus monasteriis habitantium litem habeat. De clericis enim, et quo ordine conveniendi sint, leges iam conscripsimus, quas valere atque omnimodo ratas esse volumus.

ΔΙΑ- Ne-

monachis illatas, ut non mens eorum occupetur circa litis sollicitudinem, sed velociter liberati, sacris operibus obsecundent.

Cap. III. Sciant igitur, qui praeter haec aliquid egerit [2]), si quidem index sit, qui talem proferre sententiam praesumserit, quia ab administratione repelletur, tanquam divinitati contumeliam faciens, et poena decem librarum auri una cum officio suo mulctabitur, sacratissimo nostro danda aerario, exsecutores autem praesumentes offerre omnino admonitionem, ab ipsis deo amabilibus episcopis prohibeantur et retrudantur in locis, quae decanica [3]) nuncupantur, poenas competentes passuri, exactionem nullam de cetero agere permittendi.

Epilogus. Hac valente lege, si quis cum aliquo reverendissimorum monachorum, aut virginum, aut mulierum omnino sacrarum et in venerabilibus monasteriis habitantium habuerit causam. De clericis etenim et ordine conventionis eorum iam leges conscripsimus, quas valere et firmas esse omni volumus modo.

Scriptum exemplar [4]) viro clarissimo Ioanni, praefecto sacrorum Orientis praetoriorum [5]) iterum, exconsuli ordinario et patricio. Scriptum exemplar Basilidi, gloriosissimo magistro sacrorum officiorum. Scriptum exemplar Longino, gloriosissimo praefecto urbis [6]). Dat. VI. Id. Mart. Constant., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XII., Apione V. C. Cons. [539.]

Const. LXXXI

---

[1]) *Mecrm III., Zuich.*; ὡς γε *Scrimg.* — [2]) *Cod.* exemplaria *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *et ne etiam postea.* — *Hamb.*; egerint *edd.* — [3]) *Cod. Hamb.*, *Cont. in marg.*; decaneca *Trid.*; decaneta *Port.*, *Cont.* — [4]) Scripta *Port.*; praef. urb. *om. Cod. Hamb.*, *Trid.* [5]) *Cod. Hamb.*; praetorio *edd.* — [6]) praefecto urbi

ΔΙΑΤΑΞΙΣ π'.[a])

Περὶ τάξεως καὶ σιωπῆς, καὶ τῶν βοηθῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀντιγραφέων [1]).

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Ἀεὶ μετὰ τῆς τοῦ [2]) *θεοῦ βοηθείας πᾶσαν ποιούμεθα πρόνοιαν τοῦ τὸ ὑπήκοον, τὸ παρὰ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας παραδοθὲν ἡμῖν, ἀβλαβὲς φυλάττεσθαι. τοιγαροῦν καὶ νόμους τιθέμεν, πάσης ἐν αὐτοῖς ἐπιμελούμενοι δικαιοσύνης, καὶ τὸ κατὰ μικρὸν ὀλισθαῖνον ἀνακιᾶσθαι σπεύδομεν. καὶ πρός γε καὶ ἀρχὰς ἐπινοοῦμεν, αἵτινες σωφρονίζουσαι τὸ ἀκοσμοῦν μετριώτερα ποιοῦσι τὰ πλημμελήματα. ὁποῖον δή τι* [3]) *τὸ τοῦ πραιτωρος τοῦ δήμου κατὰ ταυτην πεποιήκαμεν τὴν μεγάλην πόλιν, λυσιτελέσαιτον ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων πείρας ἅπασι τοῖς τὴν βασιλίδα ταύτην ἡμῶν πόλιν οἰκοῦσιν ἀποδειχθέν. ἐκ τοίνυν ταυτης τῆς πείρας καὶ ἑτερόν τι θεραπείας δεόμενον προσμηχανήσασθαί τε καὶ ἐξευρεῖν νόμῳ τε καὶ ἀρχῇ δίκαιον ἡγησάμεθα. εὕρομεν γάρ, ὅτι καὶ μικρὸν αἱ μὲν ἐπαρχίαι τῶν ἑαυτῶν οἰκητόρων γυμνοῦνται, ἡ μεγάλη δὲ αὕτη πόλις ἡμῶν διενοχλεῖται πλήθους διαφόρων ἀνθρώπων, καὶ μάλισια γεωργῶν, τάς τε οἰκείας πόλεις καὶ τὴν γεωργίαν ἀπολιμπανόντων.*

Κεφ. α'.

Ταῦτα ἡμᾶς εἰς τὸν παρόντα νόμον ἰδεῖν παρεσκεύασε, καὶ εἰς τὴν ἀρχὴν τὴν νῦν παρ' ἡμῶν σχεδόν τι καινουργουμένην, ἥπερ οὐκ ὀκνοῦμεν ἐκ τοῦ δημοσίου καὶ σίτησιν ἐπιδοῦναι καὶ ταύτην αὐτάρκη, καὶ τάξιν [4]) *προσκατασκευάσαι, καὶ τὸν ἐκ ῥᾳθυμίας αὐτῇ κίνδυνον ἐπισπάσαι. Τῇ μὲν οὖν ἀρχῇ καὶ τῷ ταύτην παραλαμβάνοντι τὸ τοῦ quaestoros ἐπιτίθεμεν ὄνομα. οὕτως γὰρ δή καὶ οἱ τὴν ἀρχὴν αὐτὴν ἐξευρόντες (φαμὲν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀνω-*

Novella LXXX.

DE OFFICIO QUAESTORIS, ET ADIUTORUM EIUS. ET SCRIBIS.

Idem Imperator Ioanni, sacro Praetorio iterum Praefecto gloriosissimo, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Semper deo auxiliante omnem curam adhibemus, ut subditi a benignitate eius nobis dati illaesi conserventur. Igitur et leges ponimus, in quibus iustitia nobis summae curae est, operamque damus, ut id, quod paulatim labitur, reparemus, et insuper magistratus excogitamus, qui crimina puniant et delicta pauciora reddant. Talis ut sit praetor populi in magna hac urbe effecimus, quem utilissimum esse ipsa rerum experientia omnibus, qui regiam hanc nostram urbem incolunt, demonstratum est. Ita igitur usu docti, ut etiam aliud quid, quod medicina eget, excogitaremus et inveniremus, legi et magistratui convenire existimavimus. Invenimus enim provincias paulatim habitatoribus suis denudari, magnam vero hanc urbem nostram multitudine diversorum hominum, et maxime agricolarum, urbes suas et agriculturam derelinquentium molestari.

Cap. I.

Haec fecerunt, ut ad praesentem legem atque ad magistratum, qui nunc a nobis aliquo modo innovatus est, respiceremus. Cui etiam ex publico annonam eamque sufficientem dare, et cohortem constituere, et periculum ex negligentia illi imponere non piget. Huic igitur magistratui, quique eum suscipit, quaestoris nomen imponimus. Sic enim illi quoque, qui magistratum hunc invenerunt (loquimur autem de priscis temporibus), quaesitores vocabant eos, qui ad hoc officium

Gl. Const. LXXXI.

DE QUAESTORE.

(Coll. VI. tit. 8.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo sacrorum Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio Semper cum dei auxilio omnem facimus providentiam, ut subiecti, ab eius clementia traditi nobis, illaesi serventur. Itaque et leges ponimus, omnem eis curantes institiam, et quod paulatim labitur reparare festinamus, insuper etiam administrationes invenimus, quae castigantes, quod inhonoratum[5])est, mediocria faciunt delicta. Quale videlicet aliquid praetores populi in hac fecimus magna urbe [6]), utilissimo ex ipso rerum experimento omnibus regiam hanc civitatem nostram habitantibus approbatum. Ex hoc igitur experimento et aliud quiddam medela egens moliri et adiuvenire, legi et cingulo instum existimavimus. Invenimus enim, quia paulatim provinciae quidem suis habitatoribus spoliantur, magna vero haec civitas nostra populosa est turbis diversorum hominum, et maxime agricolarum suas civitates et culturam [7]) relinquentium.

Cap. I. Haec ad praesentem legem nos respicere procuraverunt, et ad cingulum, quod nunc a nobis paene novatum est, cui non piget nos de publico et annonas dare, et sufficiens etiam officium [8]) constituere,

---

[a]) *Hal. et Scrimg. — Si prooemium et epilogum exceperis, tota Nov. est in Bas. VI. 6. 5—14. — Iulian. Const. 74. — Versio est glossata.*

[1]) *Scrimg., in Bas. totius tituli* 6. *haec est rubrica; Περὶ τοῦ κοιέστωρος Hal.* (*om. rell.*), *Vulg.*; *cf. Leunclav. Notat. II.* 2. *et* 248. — [2]) *τῆς ἐκ Hal.* — [3]) *τι om. Hal.* — [4]) *καὶ ταύτη αὐτάρκη τάξιν Hal.* — [5]) ignoratum *Cod. Hamb. Leg.* inornatum. — [6]) *Bk.*; in hanc felicissimam magnam urbem *Cod. Hamb.*; in hac fecimus felicissima magna urbe *Trid.*; in hac felicissima magna urbe *Port., Cont.* — [7]) *Trid.*; cultura *Cod. Hamb.*; culturas *Port., Cont.* — [8]) et ad sufficiens off const. *Cod. Hamb., Trid.*

ἀνωτάτω χρόνοις) ἑρευνάδας ἑκάλουν τοὺς εἰς ταύτην ἀφικνουμένους τὴν τάξιν. Βουλόμεθα δὲ τὸν τὴν ἀρχὴν ἔχοντα ταύτην, ἀφορῶντα πρὸς θεὸν καὶ τὸ ἡμέτερον δέος καὶ τὸν νόμον, ἀναζητεῖν τοὺς ἐπὶ τῆς μεγάλης ταύτης ἐπιδημοῦντας πόλεως, ἐξ οἱασδήποτε χώρας εἶεν, εἴτε ἀνδρας, εἴτε γυναῖκας, εἴτε κληρικοὺς, εἴτε μοναχοὺς ἢ ἀσκητρίας, εἴτε τῶν ἔξω πόλεων συνηγόρους, ἢ καὶ ἄλλης οἱασοῦν τύχης τε καὶ ἀξίας, καὶ περιεργάζεσθαι, τίνες τε εἶεν, καὶ πόθεν ἥκοιεν, καὶ ἐπὶ ποίᾳ προφάσει. καὶ εἰ μὲν γεωργοί, σκοπεῖν τοὺς οἷς τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων αἱ καὶ αὐτοὺς προσήκουσιν ὑποθέσεις, καὶ τούτοις ἐπιχεῖσθαι, συντόμως τε αὐτοὺς ἀπαλλάττειν τῶν δυσκόλων, δι' ἅπερ ἂν ἐνταῦθοῖ παραγεγόνασι, καὶ ὅτι τάχιστα τούτους ὅθεν ἥκουσιν ἐκπέμπειν τῶν προσηκόντων ἀπολαύσαντας.

cium pervenirent. Volumus autem, ut ille, qui hoc magistratu fungitur, ad deum et timorem nostrum et legem respiciens, in eos inquirat, qui in magna hac civitate habitant, ex quacunque sint provincia, sive mulieres, sive clerici, sive monachi vel ascetriae, sive exterarum civitatum advocati sint, sive alterius cuiuscunque conditionis aut dignitatis, et accurate scrutentur, quinam sint, et unde venerint, quae occasione. Et si quidem agricolae sint, videant, ad quos ex iudicibus nostris lites eorum pertineant, eisque immineant, et celeriter eos difficultatibus, propter quas huc venerunt, liberent, ac quam celerrime eos, postquam obtinuerunt ea, quae illis competunt, unde venerunt, remittant.

Κεφ. β'.

Εἰ δέ τινες εἶεν γεωργοὶ τελοῦντες ὑπὸ δεσποτείαν [1]), καὶ δεόμενοι τούτων εἰς ταύτην παραγεγόνασι τὴν βασιλίδα πόλιν, παρασκευάζειν τοὺς κεκτημένους θᾶττον αὐτοῖς διακρῖναι τὰ ἐφ' οἷς ἀφίκοντο πράγματα, καὶ ἐκπέμπειν αὐτίκα τυχόντας τῶν δικαίων. εἰ δὲ ὡς εἰκὸς εἰς ἐναντίωσιν τῶν κεκτημένων παρεγένοντο, καὶ πρὸς αὐτοὺς λέγοιεν δίκας, εἰ μὲν πλῆθος εἴη, τοὺς μὲν πολλοὺς ἀποπέμπειν παραχρῆμα πρὸς τὴν χώραν, δύο ἢ τοιῶν καταλιμπανομένων, οἵπερ κατὰ τὸ τοῦ συνδίκου σχῆμα τὴν δίκην ἀγωνιοῦνται, καὶ οὕτω δὲ αὐτὸν ἐπικεῖσθαι τῷ τῆς δίκης ἀκροατῇ, καὶ παρασκευάζειν, ὅτι τάχιστα τέμνειν τὰς ὑποθέσεις, ἵνα μὴ μῆκος αὐτοῖς ἐγγίνοιτο χρόνου, καὶ μάλιστα γεωργοῖς, ὧν ἥ τε ἐνταῦθα παρουσία περιττὴ, ἥ τε ἐκ τῆς γεωργίας σχολὴ βλάβος αὐτοῖς τε καὶ τοῖς κεκτημένοις ποιεῖ.

Cap. II.

Si vero agricolae aliqui sub dominis constituti sint, et ut ea peterent, ad regium hanc urbem venerint, efficiant, ut domini celeriter negotia, propter quae venerunt, expediant, eosque, quum ius suum consecuti fuerint, statim dimittant. Sin vero advenerint forte, ut cum dominis litigent et adversus eos causam agant, si quidem multi sint, multitudinem illam confestim in provinciam dimittant, duobus aut tribus relictis, qui veluti syndici quidam litem exerceant, ipse vero immineat ei, qui causam cognoscit, atque efficiat, ut quam celerrime negotia decidat, ne diu detineantur, maxime agricolae, quorum praesentia ibi et supervacanea est, et vacatio ab agricultura tum ipsis quam dominis damnum affert.

Κεφ. γ'.

Εἰ δὲ οὔτε γεωργικὸν εἴη τὸ ἐπιδημοῦν πλῆθος, ἀλλά τινες τυχὸν ἕτεροι, εἰ καὶ δικασόμενοι πρὸς ἑτέρους, καὶ ἐνταῦθα χρονίζοιεν, μὴ ἐνδιδόναι, ἀλλὰ σὺν πάσῃ συντονίᾳ τοὺς δικαστὰς ἐπέχειν μετὰ σπουδῆς αὐτοὺς τῶν ἀμφισβητουμένων ἀπαλλάττειν τε καὶ τῶν δικῶν ἐλευθερουμένους ἐκπέμπειν, ὥστε αὐτοὺς τὰς οἰκείας χώρας τε καὶ πόλεις οἰκεῖν. Εἰ δὲ πολλάκις ἐνοχλήσαντος τῷ ἀκροωμένῳ τῆς δίκης ἢ τοῖς τῶν γεωργῶν κυρίοις τοῦ παῤ ἡμῶν καταστάντος ἄρχοντος, ἐφ' ᾧ τοὺς δικαζομένους ἢ προεξευρεῖν

Cap. III.

Quodsi multitudo, quae advenit, non sit agricolarum, sed alii quidam, qui cum aliis litigaturi hic morentur, id non permittat, sed omni contentione iudices urgent, ut celeriter eos controversiis absolvant, et litibus liberatos dimittant, ut in provinciis suis et urbibus habitent. Si vero cum, qui de lite cognoscit, vel etiam rusticorum dominos saepius interpellaverit is, qui magistratus a nobis constitutus est, ut litigantes vel praestolantes liberent, illique moras ducant, nec celeriter eos vel a lite vel a praestolando liberent, tum ille,

tuere, et ex negligentia eius periculum relevare. Cingulo etenim et hoc accipienti quaestoris imponimus nomen; sic enim et in initio eum invenientes (dicimus autem priscis temporibus), inquisitores vocabant [2]) ad hoc venientes officium. Volumus autem cingulum habentes hoc, respicientes ad deum, nostrumque timorem, et legem, requirere ad magnam hanc civitatem venientes, ex quacunque provincia sint, viros [3]), sive mulieres, aut clericos, seu monachos, vel monachas, sive externarum civitatum advocatos, aut alterius cuiuscunque fortunae vel dignitatis exsistant, et persecrutari, qui sint, aut unde venerint, et in [4]) qua occasione, et si quidem agricolae sint, intendere, quibus nostrorum iudicum horum competunt lites, et his imminere, velociterque eos eripere difficultatibus, propter quas huc venerunt, et festinanter unde venerunt eos remittere, competentia [5]) fruentes.

Cap. II. Si vero aliqui sint agricolae constituti sub dominis, et egentes eis ad hanc venerunt regiam civitatem, praeparare possessores citius eas discernere, pro quibus venerunt, causas, et remittere, merentes mox quae insta sunt. Si vero forsitan ad resultationem possessorum venerunt, et adversus eos dicant causas, si quidem multitudo sit, plures quidem remittere continuo ad provinciam, duobus aut tribus relictis, qui secundum collitigantium schema litem exerceant, et ita enim imminere litis auditori, et procurare citius incidi [6]) negotia, ut non longitudo eis fiat temporis, et maxime agricolis, quorum et hic praesentia superflua, et agriculturae vacatio [7]) damnum et ipsis et possessoribus facit.

Cap. III. Si vero neque agricolarum sit adveniens multitudo, sed quidam forsitan alii, aut etiam litigaturi adversus alios, et hic tardent, non quiescere, sed cum omni instantia iudices urgere cum festinatione eos contentionibus absolvere, et litibus liberatos remittere, suas [8]) civitates et provincias habitare. Si vero forsan, quum institerint auditores litis aut agricolarum dominis [9]), qui a nobis sunt iudices statuti, ut litigantes aut

---

[1]) *Scrimg., Hal.*; δεσποτείας *Bas.* (*Cod. Coisl.*) — [2]) *Cod. Hamb.*; temp. vocabant inquisitores *Trid.*; temporibus, in quibus vocabant inquisitores *Port.*; temporibus, Kreunadas vocabant inquisitores *Cont.* — [3]) sive viros *Bk* — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; in *om. Port., Cont.* — [5]) competentibus *Bk.* — [6]) decidi *Bk.* — [7]) evacuatio *Cod. Hamb., Trid.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; rem. in suas *Port., Cont.* — [9]) auditoribus litis aut agric. dominis *Bk.*

ιδρύονται ἐλευθεροῦσαι, αὐτοὶ πρὸς τοῦτο ἀναβάλλοιντο, καὶ μὴ θᾶττον αὐτοὺς ἢ τῆς δίκης ἢ τοῦ προεδρεύειν αὐτοῖς ἀπαλλάξουσι, τηνικαῦτα αὐτὸν τὸν παρ' ἡμῶν ἐπὶ ταύτης τῆς ἀρχῆς προβληθέντα ἄγειν εἰς ἑαυτὸν τοὺς δικαζομένους ἢ δεομένους τινὸς τῶν δικαίων παρὰ τῶν κεκτημένων, εἶτα μὴ τυγχάνοντας, καὶ ἐξειάζειν, καὶ ἐν ταχεῖ διατιθέντας, ἐφ' οἷς ἐκεῖνοι ταύτῃ τῇ μεγάλῃ προεδρεύουσι πόλει, πρὸς τὰς οἰκείας ἐκπέμπειν παιρίδας ἢ ὅλως ἐξ ὧν ἥκουσι τόπων, πᾶσιν ἀνηρημένης πρὸς τοῦτο προνομίας τε καὶ φόρου παραγραφῆς.

ille, qui a nobis magistratus constitutus est, litigantes, vel qui propter ius aliquod dominis supplicarunt, idque consecuti non sunt, ad se ducat et examinet, celeriterque de iis disponat, ob quae illi in magna hac urbe morantur, atque ad patriam suam, vel ad loca, ex quibus venerunt, remittat, privilegio et praescriptione fori omnibus ablata.

Κεφ. δ'.

Εἰ δὲ βίου πρόφασίν τινες [1]) ἢ δίκης αἰτίαν οὐκ ἔχοντες ἐπὶ ταύτης εἰσὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως, ὥςτε διαζῆν ἢ ἐκ τοῦ μεταιτεῖν, ἢ τούτου πρὸς τὰς αἰτίων ἐπιθυμίας οὐκ ἀκουόντος ἤδη καὶ πλημμελεῖν, τήν τῶν σωμάτων αὐτῶν κατάστασιν, ὁποία τίς ἐστιν, ἐποπτεύειν, καὶ εἰ μὲν ἔρρωται αὐτοῖς τὰ σώματα, δυναμοὶ δὲ ἀρκεῖν πρὸς πόνον εἰσίν, εἰ μὲν οἰκεῖαί τινών εἶεν, μανθάνειν τίνων εἰσί, καὶ τούτους καὶ ἄκοντας τοῖς κεκτημένοις ἐκπέμπειν, εἰ δὲ ἐλεύθεροι τὴν τύχην, καὶ ἐκ τινῶν ἐπαρχιῶν ἢ πόλεων ὁρμώμενοι, τούτους ἐκπέμπειν εἰς τὰς ἐξ ὧν εἰσὶν ἐπαρχίας.

Cap. IV.

Si vero aliqui nec unde vitam tolerent, nec litis causam habentes in hac nostra sint civitate, ita ut mendicando victum quaerant, vel, si hoc ipsorum cupiditatibus non sufficiat, iam etiam peccent, corporum ipsorum statum, qualis sit, inspiciat, et si quidem firma habeant corpora, possintque ad laborem sufficere, et servi aliquorum sint, cognoscat, quorum sint, eosque etiam invitos dominis remittat; si vero conditione liberi sint, et ex quibusdam provinciis vel urbibus oriundi, ad provincias, ex quibus sunt, eos remittant.

Κεφ. ε'.

Εἰ δὲ αὐτόχθονες εἶεν, καὶ σώμασι μὲν ἐρρωμένοις χρῶνται, βίου δὲ αὐτοῖς εὐπρεπὴς οὐκ ἔστι πρόφασις, τούτους μὴ μάταιον εἶναι τῆς γῆς ἄχθος συγχωρεῖν, ἀλλὰ παραδίδοναι θᾶττον αὐτοὺς τοῖς τε τῶν ἔργων τῶν δημοσίων τεχνίταις εἰς ὑπουργίαν, τοῖς τε προεστῶσιν ἀρτοποιικῶν ἐργαστηρίων, καὶ τοῖς τοὺς κήπους ἐργαζομένοις, καὶ ἄλλοις διαφόροις τεχνίταις ἢ καὶ ἐργασίαις, ἐν αἷς ἰσχύουσιν ἅμα μὲν κάμνειν, ἅμα δὲ ἀποιρέφεσθαι, καὶ τὸν ἀργὸν οὕτως ἐπὶ τὰ χρείττω μεταβάλλειν βίον. §. 1. Εἰ δέ τινες μὴ βουληθῶσι προεδρεύειν ταῖς ἐργασίαις, αἷς παρεδόθησαν, τούτους ἀπελαύνειν ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως. φειδόμενοι γὰρ αὐτῶν, ταῦτα νομοθετοῦμεν, ὅπως ἂν μὴ τῆς ἀργίας αὐτοὺς εἰς ἀτόπους πράξεις συνωθούσης οἱ νόμοι τούτους ἁρπάζοιεν πρὸς ποινάς, τοῖς ἡμετέροις παραδιδόντες ἄρχουσι. Τοὺς δέ γε βεβλαμμένους ἢ βεβλαμμένας τὸ σῶμα ἢ τῇ πολιᾷ βαρεῖς τούτους ἀνενοχλήτους εἶναι κελεύομεν ἐπὶ ταύτης τῆς βασιλίδος [2]) πόλεως παρὰ τῶν εὐσεβεῖν βουλομένων ἀποτρεφομένους, καὶ

Cap. V

Sin vero indigenae sunt, et robusta habeant corpora, neque victus quaerendi honestam occasionem habeant, non permittat, ut inutile sint terrae onus, sed celeriter publicorum operum artificibus in ministerium tradantur, tam illis, qui pistrinis praesunt, quam qui hortos colunt, vel aliis diversis artificibus, vel operis, in quibus simul laborare, et ali, otiosamque vitam in melius mutare possint.

§. 1. *Quodsi aliqui assidui esse nolint in operis, quibus traditi sunt, hi a regia hac civitate expellantur. Iis enim parcentes haec sancimus, ne otio ipsos ad illicitas actiones impellente, leges ad poenas eos rapiant, nostrisque magistratibus tradant. Corpore vero laesos vel laesas vel canitie graves sine molestia esse iubemus in hac regia civitate, ab iisque, qui pie agere volunt, alantur. Unumquemque autem ex reliquis interroget, cuius gratia advenerit, eoque cognito, quae iusta sunt statuat, ne otiosi hic sedeant, sed quum fecerint, quae oportet, in provincias suas revertantur.*

Cap. VI.

ant observantes liberent, ipsi ad hoc [3]) differant, et non citius eos a litis observatione liberaverint, tunc ipsum, qui a nobis in hoc cingulo constitutus est, deducere ad se litigantes aut egentes [4]) aliquo iure a possessoribus, proinde non merentes, examinare [5]), et citius disponere, pro quibus illi huic magnae observant civitati, ad suas remittere patrias, aut omnino ex quibus venerunt locis, omnibus peremto ad hoc privilegio et fori praescriptione.

Cap. IV. Si vero vitae occasionem [6]) aliqui aut lites [7]) non habentes in hac sunt nostra civitate, ut propter victum ant eo quod hoc [8]) ad eorum desideria non sufficiat, iam etiam peccent, corporum eorum statum, qualis quis est inspicere, et si quidem valent eis corpora, potentes autem sufficere ad laborem sunt, si quidem servitia [9]) quorum [10]) fuerint, cognoscere quorum sunt, et hos etiam invitos possessoribus transmittere. Si vero liberi fortuna, et ex aliquibus civitatibus aut provinciis orti, hos transmittere ad provincias, ex quibus sunt [11]).

Cap. V. Si vero huius terrae fuerint, et corporibus quidem validis utantur, vitae autem eis decens non est occasio, hos non frustra esse terrae onus permittere, sed tradere citius eos et [12]) operum publicorum artificibus [13]) ad ministerium, et praepositis panificantium stationum, et hortos operantibus, aliisque diversis artibus aut operibus, in quibus valent simul quidem laborare, simul autem ali, et segnem ita ad melioren mutare vitam. §. 1. Si vero aliqui nolnerint observare [14]) operibus, quibus traditi sunt, hos sectari hac regia civitate. Parcentes enim eis, hoc sancimus, ut non seguitie eos ad illicitos actus impellente, leges eos abripiant ad poenas, nostris tradentes iudicibus. Laesos autem aut laesas corpore, aut canitie graves, hos sine molestia esse iubemus in hac nostra [15]) civitate, aut [16]) pie agere volentibus adscribendos [17]), et aliorum

---

[1]) *προφάσει τινες Hal.* — [2]) *τῆς ἀγαθῆς βασιλ. Hal.*; *τῆς ἀγαθῆς καὶ βασιλ. Bas.* — [3]) *Cod. Hamb.*; ipsi et hoc *Trid.*; ipsi adhuc *Port.*, *Cont.* — [4]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; agentes *Port.*, *Cont.* — [5]) et examinare *Bk.* — [6]) *Trid.*, *Cont.*; occasione *Cod. Hamb.*, *Port.* — [7]) litis *Bk.* — [8]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.*; hic *Cont.*; ut propter victum aut mendicent aut eo quod hoc *Bk.* — [9]) *Bk.*; servilia *Cod. Hamb. idd.* — [10]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; quorum *om. Port.*, *Cont.* — [11]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; orti sunt *Port.*, *Cont.* — [12]) ut *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.*; et *om. Cont.* — [13]) *Bk.*; publicorum attinet artibus *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.*; publ. attinet artificibus *Cont.* — [14]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.*; observire *Cont.* — [15]) bona *Cod. Hamb.*, *Trid.* — [16]) aut *om. Bk. Scripserat fort. Vet. Int.*: et — [17]) alendos *Bk.*

καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἀνερωτᾶν, τίνος παρεγένοντο χάριν, καὶ πυνθανόμενον τὰ εἰκότα ἐπ' αὐτοῖς πράττειν, ὥστε μὴ ἀργοὺς ἐνταῦθα καθῆσθαι, ἀλλὰ τὰ προσήκοντα πράξαντας εἰς τὰς οἰκείας ἐπανελθεῖν χώρας.

Κεφ. ϛ'.

Εἰ δέ τινες ἢ τῶν ἐπὶ ταύτης οἰκούντων τῆς πόλεως ἢ καὶ τῶν ἔξωθεν παραγενομένων μέμφοιντό τισιν, ὡς παρ' αὐτῶν ζημιωθέντες, κατὰ πρόφασιν τυχὸν τῶν λεγομένων σπορτούλων ἢ καὶ τῶν ἐντεῦθεν ἀδικιῶν, καὶ φάσκοιεν αὐτοὺς ἢ παραβῆναι τοὺς ὑπὲρ τούτων ἡμῶν νόμους, ἢ καὶ χωρὶς ἀρχικῆς προστάξεως ὑπόμνησιν αὐτοῖς προσαγαγεῖν, ζητεῖν ἀκριβῶς τοὺς ταῦτα πλημμελήσαντας, ὁποίας εἶεν ἂν ἀξίας τε καὶ σιρατείας, καὶ ὑφ' οἱανοῦν τελοῖεν ἀρχήν, καὶ τούτους ἅμα μὲν συλλαμβάνειν, ἅμα δὲ μετ' ἐλέγχους τὰς ἠπειλημένας κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους εἰσπράττειν ποινάς, οὐδενὸς τῶν προσφόρων αὐτοῖς ἀρχόντων ἀντιποιεῖσθαι τούτων δυναμένου. καὶ τοῦτο μὲν ἀζημίους φυλάττειν τοὺς ἠδικημένους, ἀπολαμβάνοντας, ἅπερ παρὰ τὸν νόμον ἀπήγηνται, τοῦτο δὲ τὰς ποινὰς τὰς παρὰ τῶν ἡμετέρων ὡρισμένας διατάξεων προσαπαιτεῖν, καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ περὶ αὐτῶν ἀναφέρειν, ἔνθα ἂν καὶ συνείδοιμεν δοθησομένας.

Κεφ. ζ'.

Πρὸς τούτοις δὲ καὶ ὅσα μέμψιν λαμβάνει παραποιήσεως ἤτοι τῆς καλουμένης πλαστογραφίας, ἐν οἱῳδήποτε πράγματι, ταῦτα ἀναζητεῖν, καὶ τοὺς ἐπὶ τούτοις προσαγγελλομένους συνέχειν, καὶ μετὰ γραφὴν καὶ ἐλέγχους τιμωρεῖσθαι τούτους. καὶ γὰρ τῆς τοιαύτης ἀκροάσεως δίδομεν ἐξουσίαν αὐτῷ. Εἰ δέ τις τῶν τὰ τοιαῦτα ἠδικημένων προσαγγείλειε [1]) ταῦτα τῷ παρ' ἡμῶν προβληθέντι κατὰ τὸν παρόντα νόμον ἄρχοντι, καὶ μὴ δικαίας τύχῃ προνοίας, ὡς ἀναγκασθῆναι καὶ εἰς ἡμᾶς ἦτοι τὴν ἀεὶ βασιλείαν ταῦτα προσαγγέλλειν, ἴστω σαφῶς ὁ τὴν ἀρχὴν ἐπιτὴν παραλαβών, ὡς αὐτὸς οἰκοθεν ἀποδώσει ταῦτα τῷ παρ' αὐτοῦ ῥαθυμηθέντι κακῶς, ἅπερ ἐχρῆν αὐτὸν παρὰ τοῦ πλημμελήσαντος λαβεῖν, πρὸς τῷ καὶ μείζονος ἀγανακτήσεως ἡμετέρας πειρᾶσθαι δικαίως, οἷα τὰς ἡμετέρας κελεύσεις ὑπερβῆναι θαρρήσαντα.

Κεφ. η'.

Cap. VI.

At si aliqui vel ex iis, qui in hac civitate habitant, vel extraneis, qui adveniunt, quosdam accusent, se vel occasione sportularum, quae dicuntur, vel etiam iniuriarum exinde illatarum ab iis damno affectos esse, atque illos leges nostras de his latas violare, vel etiam absque iudiciali iussione in ius se vocare dicant, quaerat diligenter, cuius dignitatis aut militiae, et sub quo magistratu constituti sint, qui talia committunt, eosque comprehendat, et postquam de facto constiterit, poenas legibus nostris denunciatas exigat, nec quisquam ex competentibus magistratibus haec impedire queat; ac partim quidem indemnes servet eos, qui iniuria affecti sunt, ut recipiunt, quae praeter legem ab ipsis exacta sunt, partim vero poenas nostris constitutionibus definitas insuper exigat, et ad nos de iis referat, ubi visum erit, praestandas.

Cap. VII.

Praeterea in ea quoque inquirat, quae falsi vel quam vocant plastographiae querelam in quocunque negotio recipiunt, eosque, qui hoc nomine deferuntur, comprehendat, et post inscriptionem ac probationes puniat, nam et huius cognitionis potestatem ei damus. Si vero quis eorum, qui hoc modo laesi sunt, iudici a nobis per praesentem legem constituto ea denunciaverit, nec iustam providentiam obtinuerit, ad nos seu Imperatorem, qui quovis tempore est, ea deferre cogatur, atque certo sciat is, qui hunc magistratum suscepit, se ei, qui male ab ipso neglectus est, de suo illa esse redditurum, quae cum a delinquente accipere oportebat, et insuper maiorem indignationem nostram merito esse sensurum, quod iussiones nostras violare ausus fuerit.

Cap. VIII

rum singulos interrogare, qua venerint gratia, et inquisitis, quae digna sunt super eis agere, ut non pigri hic sedeant, sed competentia agentes ad proprias revertantur provincias.

Cap. VI. Si vero aliqui aut in hac habitantium civitate, aut etiam de foris venientium, inculpent aliquos tanquam ab eis damnificati per occasionem forte eorum, quae dicuntur sportulae, aut etiam ex hoc laesionum, et dicant, eos aut praevaricari pro his nostras leges, aut etiam sine iudiciali praecepto admonitionem eis offerre, quaerere subtiliter haec delinquentes, cuiuscunque fuerint dignitatis aut militiae, et sub quo constituti sint [2]) cingulo, eosque simul quidem comprehendere, simul autem post probationes interminatas secundum nostras leges exigere poenas, nullo competentium eis iudicum defendere eos valente, et tam illaesos servare eos, qui iniustitiam passi sunt, recipientes, quae contra legem exacti sunt, quam poenas nostris definitas constitutionibus superexigere, ac de eis referre, ubi perspeximus dandas.

Cap. VII. Super hoc autem quicunque querelam suscipiunt falsitatis seu quae vocatur falsa scriptura, in quocunque negotio [3]), hoc requirere, et qui super his denunciantur comprehendere, et post inscriptiones et probationes punire; sic enim huiusmodi audientiae damus potestatem ei. Si vero aliquis taliter laesorum adierit ordinatum secundum praesentem legem iudicem, et non iustam impetraverit providentiam, ut cogatur ad nos et ad semper imperium hoc denunciare, sciat aperte, qui cingulum hoc assumit, quia ipse de suo reddet ea ei, qui ab eo neglectus est male, quae decuerat eum a delinquente accipere, insuper et maiorem indignationem nostram experietur iuste, utpote nostras iussiones transcendere praesumens.

Cap. VIII.

---

[1]) προσαγγέλλοιεν *Hal.*; προσαγγέλλοι *Bas.* — [2]) *Bk.*; sunt *Cod. Hamb.*, *edd.* — [3]) *Leunclav. Notat II.* 244.; collegio *Cod. Hamb.*, *edd.*

Κεφ. ϛ'

Μέγιστον δὲ πάντων ὁ τήνδε τὴν ἀρχὴν ἔχων καὶ διηνεκὲς τοῦτο θήσεται σπούδασμα, τὸ καθαραῖς ταῖς χερσὶν ἅπαντα πράττειν, καὶ τοὺς ὑπουργοῦντας ἔχειν μὴ ῥυπῶντας μηδέν, μηδὲ αἰσχροῦ λήμματος ἐλάττους, ἀλλ' αὐτόν τε καθαρῶς καὶ ἐλευθέρως ἄρχειν, καὶ εἴ τι τοιοῦτο παρὰ τῶν ὑπηρετουμένων πλημμελούμενον εὕροι, τοῦτο καὶ κολάζειν, καὶ ἐξ αὐτῶν πρῶτον δεικνύναι τὴν ἑαυτοῦ σιεῤῥότητα ὁμοῦ καὶ σωφροσυνην. διὰ τοῦτο γὰρ ἤδη καὶ decem libras auri προφάσει δαπάνης ὁρίζομεν αὐτῷ, καὶ τῷ αὐτοῦ παρέδρῳ solidos centum, καὶ τοῖς γε ὑπηρετουμένοις αὐτῷ κατὰ τὴν τῆς δαπάνης αἰτίαν solidorum centum triginta [1]) δίδομεν οἰησιν. ὧν καὶ ἀπογραφὴν ὑποτεθῆναι τῷδε τῷ νόμῳ προσετάξαμεν. ἵνα ταῖς ἐκ τοῦ δημοσίου φιλοτιμίαις ἀρχοίμενοι τῶν ἀλλοτρίων ἀπόσχοιντο. οὕτως ἔσονται θεοῦ τε καὶ ἡμῶν ἀκριβεῖς θεραπευταί, καὶ τῆς ἐξ οὐρανοῦ τε καὶ ἡμῶν ἀπολαύοντες προνοίας, καὶ τυῖς τῆς ἀρχῆς πράγμασιν εὐκολώτερόν τε καὶ νομιμώτερον χρώμενοι.

Cap. VIII.

Omnium vero maxime et perpetuo curae erit illi, qui magistratum gerit, ut puris manibus omnia faciat, nec sordidos ministros habeat neque turpi quaestui deditos, sed et ipse sancte et libere imperet, et si quid a ministris peccari invenerit, illud puniat, atque in ipsis prius constantiam et moderationem suam ostendat. Propterea enim decem libras auri pro impensis illi definimus, et assessori eius centum solidos, eiusve ministris expensarum nomine centum et triginta solidorum annonam damus, quorum etiam descriptionem huic legi subiicere praecepimus, ut liberalitate fisci contenti alienis abstineant. Ita dei et nostri diligentes erunt cultores, et tam caelesti quam nostra providentia fruentur, ac magistratu facilius magisve secundum leges utentur.

Κεφ. θ'.

Δίδομεν δὲ τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι παῤῥησίαν καὶ ἄρχουσιν ἐνοχλεῖν, καὶ εἰς ἡμᾶς ἀναφέρειν, καὶ οἰκοθεν πράττειν τὰ προσήκοντα, ἵνα μήτε ἀσθένειαν, μήτε ἄλλο τι παντελῶς αἰτιώμενος τῆς ἡμετέρας ἐπ' αὐτῷ κρίσεως ἐλάττων φανείη. ἄδειαν δὲ ὁμοίως αὐτῷ δίδομεν δημοσίαις ἐπιστολαῖς χρήσθαι πρὸς τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένους, ὥστε τοὺς ἐκπεμπομένους παῤ αὐτοῦ παραπέμπειν εἰς τὰς αὐτῶν χώρας, ἀπραγμόνως ἐκεῖσε διάξοντας [2]), καὶ εἴ τινος δέονται βοηθείας νομίμου, ταύτην ληψομένους. Κἀκείνου μάλισια προνοεῖν, ὥστε μὴ παρὰ τῶν αὐτῶν δὶς ἐνοχλεῖσθαι, τῷ πολλάκις τοὺς ἐνιαῦθα μάτην ἐμπωλεύοντας, εἶτα ἀποπεμῳθέντας παῤ αὐτοῦ πάλιν ἐπανιέναι, καὶ εὐθὺς ὑποσῳρίτονιας δευτέρων αὐτῷ πραγμάτων παρέχειν ἀῤῥωμίας. Εἰ γὰρ πάλιν ἐπὶ τῆς εὐδαίμονος ταύτης λάβοι πόλεως ἐμπωλεύοντας μάτην τοὺς ἀπαλλαγέντας καὶ ἐπὶ τὴν οἰκείαν χώραν ἀποπεμῳθέντας, τούτοις καὶ σωφρονισμὸν ἐπιθήσει πρέπονια, καὶ σφοδρότερον αὖθις ἐκπέμψει. οὕτως ἡμῖν τὰ τῶν ἔξω πόλεων οἰκισθήσεται, καὶ ἡ μεγάλη πόλις αὕτη συγχύσεως ἐλευθερωθήσεται. Εἰ δὲ καί τινας συνείδοι τῆς αὐτοῦ τάξεως ἐν ταῖς πέραν ὁρμητηρίοις ἱδρῦσαι,

Cap. IX.

Damus autem ei, qui magistratum gerit, potestatem, ut iudicibus instet, et ad nos referat, eaque, quae conveniunt, per se faciat, ne vel infirmitatem, vel aliud quidvis praetendens, nostro de se iudicio infirmior apparcat. Licentiam pariter illi concedimus publicis litteris ad praesides provinciarum utendi, ut ab illo emissos in suas provincias mittant, atque hi sine lite ibi degant, et legitimum auxilium, si quo opus habent, accipiant. Illi quoque rei maxime provideat, ne ab iisdem bis molestetur, eo quod saepe illi, qui sine causa ibi latitant, et ab eo dimissi sunt, rursus revertuntur, et statim reversi novorum negotiorum causam illi praebeant. Nam si denuo in felici hac civitate eos sine causa latitare deprehendat, qui liberati et in provinciam suam dimissi sunt, illis et poenam infligat convenientem, et maiore cum severitate rursus emittat. Ita nobis exterae urbes incolentur, et magna haec urbs confusione liberabitur. Si vero quosdam de cohorte sua in castris ultra iacentibus collocare ipsi placuerit, qui in extrinsecus advenientes inquirant, eosque, qui hinc mittuntur, suscipientes in provincias emittant, etiam hoc agat, utilitatemque reipublicae per omnia procuret.

Cap. X.

Cap. VIII. Maxime autem omnium qui hanc administrationem habet et perpetuo hoc ponet studium, puris manibus omnia agere, et administratores habere non sordidos neque turpi acceptioni [3]) paratos, sed pure et libere administrare, et si tale aliquid super ministris peccatum invenerit, hoc etiam punire, et ex ipsis prius ostendere suam firmitatem simul et castitatem. Propterea enim et decem libras auri occasione expensarum decernimus ei, et eius consiliario solidos centum, et ministrantibus ad expensarum causam solidos trecentos triginta damus annonae. Quorum etiam descriptionem huic legi apponi praecipimus, ut de [4]) fisci largitate contenti alienis abstineant; eruntque dei et nostri subtiles cultores, et e caelo hanc nostram fruentes providentiam et administrationis [5]) causis facilius et legatus utentes.

Cap. IX. Damus autem administrationem habenti fiduciam et iudicibus insistere, et ad nos referre, et ex se agere competentia, ut neque infirmitate, neque alio omnino culpatus, nostro super eo iudicio minor appareat. Licentiam vero similiter ei damus publicis epistolis uti ad provinciarum praesides, ut eos [6]), qui remittuntur ab eo, mittant ad suas provincias sine lite ibi ducturos, et si quo egent legitimo auxilio, hoc percepturos. Illud maxime providere, non [7]) de iisdem secundo molestari, quod saepe, eos qui hic vane commorantur, deinde transmissos ab eo, rursus remeare [8]), et mox reversos secundarum ei causarum praebere [9]) occasiones. Si enim denuo in hac felicissima civitate inveniat quosdam nidificantes frustra, qui liberati et ad propriam provinciam transmissi sunt, his et castigationem imponat decentem, et vehementius iterum transmittat. Sic nobis etiam foris civitates habitabuntur, et magna civitas haec confusione liberabitur. Si vero aliquos perspexerit sui officii in transmarinis partibus [10]) collocare, qui etiam de foris convenientes inquirant, et hinc destinatos suscipientes ad provincias dirigant, et hoc agat, quod utile est reipublicae per omnia venatus.

Cap. X.

---

[1]) *νομίσματα τΛ'. Hal., Bas., Vulg.* — [2]) *Scrimg., Vulg.*; *διαζῶντας Hal., Bas.* — [3]) turpis acceptionis *Cod. Hamb., Trid.* — [4]) de *om. Bk.* — [5]) *Cod. Hamb.*; administrationem *edd.* — [6]) *Trid.*; ii *Cod. Hamb., Port., Cont.* — [7]) quia non *Bk.* — [8]) *Bk. ed ster.*; *antea* remanere. — [9]) praebent *Cod. Hamb., Trid.* — [10]) *Scripsit fort. Vet. Int.* portibus

ἰδρῦσαι, οἵπερ καὶ τοῖς ἔξωθεν ἀφικνουμένοις ἐνιεύξονται, καὶ τοὺς ἐντεῦθεν πεμπομένους [1]) δεχόμενοι εἰς τὰς ἐπαρχίας ἐκπέμψουσι, καὶ τοῦτο πράξει, τὸ συμφέρον τῷ πολιτεύματι διὰ πάντων ζητοῦσι.

Κεφ. ι'.

Ταῦτα ἅπαντα νομοθετοῦμεν τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων κηδόμενοι καὶ ὥστε μὴ τὰς οἰκείας ἀπολιμπάνοντας πατρίδας ἐνταῦθα ταλαιπωρεῖσθαι καὶ τελευτᾶν ἴσως τῶν οἰκείων ἐστερημένους καὶ μηδὲ πατρῴων ἀπολαύοντας τάφων, διότι καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν τεθεικόσι τοὺς νόμους καὶ πολιτείας συστησαμένοις ταῦτα οὐ παρέργως ἐσπουδάσθη, ἀλλὰ καὶ ἀργίας ἦν τις γραφή, καὶ τὸ ξενικὸν ἅπαν περιεργάζονται. καὶ οὐ καινὸν οὐδὲ ἄηθες τοῦτο τοῖς πράγμασιν [2]) ἐστι τὸ σπουδασμα, ἀλλὰ καλὸν μὲν καὶ ἀρχαῖον, ἀμεληθὲν δὲ ἐν μέσῳ παρὰ τῆς ἅπαντα καταβλαψάσης ῥᾳθυμίας κατὰ μικρὸν ἐκινδύνευσε διαφθαρῆναί τε καὶ ἀνηρῆσθαι, ἕως ἡμεῖς χρησιμον αὐτὸ καὶ λυσιτελέστατον ὂν εὑρόντες πάλιν εἰς τὴν πολιτείαν εἰσηγάγομεν. Ὥσπερ δὲ αὐτὸν ἀδωρότατον καὶ τὴν αὐτοῦ τάξιν εἶναι βουλόμεθα, καὶ μηδ' ὁτιοῦν ἔξω τῶν παρ' ἡμῶν ὡρισμένων λαμβάνειν, οὕτω καὶ ἀζημίους αὐτοὺς φυλάττεσθαι κελεύομεν, καὶ μήτε προφάσει τῶν συμβόλων, μήτε κατὰ τὴν τῶν σιτήσεων πρόφασιν, μήτε κατ' ἄλλην οἱανοῦν αἰτίαν ἢ ἐν τῷ θείῳ ἡμῶν παλατίῳ, ἢ ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς προφάσει συμβόλων ἢ προστάξεών τι διδόναι νῦν ἢ εἰς τὸν ἑπειτα χρόνον, ἢ τοῖς προεστῶσι τῆς τραπέζης τῆς σῆς ὑπεροχῆς προφάσει σιτήσεων τῶν δὲ αὐτῶν χορηγουμένων αὐτῷ τε ἢ παρέδρῳ ἢ τῇ αὐτοῦ τάξει, ἀλλὰ παντα χόθεν αὐτοὺς καθαρὰ φυλάττεσθαι τὰ παρὰ τῆς ἡμῶν φιλοτιμίας διδόμενα. ἀρκέσει γὰρ ἅπασιν ἀντὶ θεραπείας πρεπούσης τὸ γνησίως αὐτὸν κυβερνῶντα τὴν ἀρχὴν ἅπασιν ὠφελιμώτατος εἶναι.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν τῷ ἡμετέρῳ παρασιάντα κράτει γινώσκουσα ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἅπαντα εἰς ἔργον ἀγαγεῖν σπουδασάτω. ἀποδεχέσθω τε τὴν ἡμῶν πρόνοιαν, ὅτι καὶ νέαν ἀρχὴν προσεθήκαμεν, καὶ τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων διὰ πάντων κηδόμεθα. Dat. VII. Id. Mart. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug ann. XII., Apione V. C. Cons. [539.]

Cap. X.

Haec omnia sancimus subditorum nostrorum curam gerentes, ne patria sua relicta misere hic vivant, et vel moriantur rebus suis privati, nec paternis sepulcris potiantur, quum illi quoque, qui ante nos leges tulerunt et rempublicam constituerunt, haec non obiter curarint, immo cessationis etiam accusatio quaedam fuerit, et in peregrinorum omnes res diligenter inquisiverint Neque novum vel insolitum hoc negotiorum studium est, sed bonum et antiquum, per negligentiam autem, quae omnia laedit, medio tempore neglectum, periculum fuit, ne paullatim corrumperetur et tolleretur, donec nos bonum et utilissimum id esse invenientes, in rempublicam rursus introduximus. Quemadmodum vero eum eiusque cohortem incorruptum esse volumus, nec ut quidquam praeter ea, quae a nobis definita sunt, accipiat, ita iubemus etiam, ut illi indemnes serventur, neque pro symbolis, aut annonis, aut alia quacunque de causa sive in sacro nostro palatio, sive in iudicio tuae eminentiae pro symbolis aut iussionibus nunc A sequenti tempore illis quid det, qui mensae [illegible] uentiae tuae praesunt, pro annonis, quae per eos vel illi, vel assessori, vel cohorti eius subministrantur, sed pura undique illis serventur, quae a liberalitate nostra dantur. Convenientis enim remedii loco omnibus sufficiet, si ille magistratum legitime administraverit, omnibusque utilissimus fuerit.

Epilogus.

Quae igitur nostrae potestati placuerunt, celsitudo tua cognoscens, omnia ad effectum perducere studeat. Providentiam vero nostram praedicet, quia et novum magistratum addidimus, et subditorum nostrorum per omnia curam gerimus.

No-

Cap. X. Haec omnia sancimus nostrorum subiectorum curam habentes, ut non suas provincias deserentes hic atterantur et moriantur forsan propriis privati, et neque paternis fruentes sepulturis, eo quod et ante nos ponentibus leges et rempublicam constituentibus haec non transitorio studio fuerunt, sed et pigritiae fuit quaedam scriptura, et peregrinos omnes perscrutabantur. Et neque novum, neque leve hoc causis studium, sed [3]) bonum quidem et antiquum, neglectum vero in medio ab universa laedente negligentia, paullatim periclitatum est corrumpi et perimi, donec nos prodesse hoc et utilissimum invenientes, rursus in rempublicam introducimus. Sicut enim praebemus [4]) incorruptum eum et eius officium esse volumus, et nihil extra quae a nobis dicta sunt accipere, ita et indemnes eos servari iubemus, ut neque occasione codicillorum, neque per occasionem annonarum, neque per aliam quamlibet causam [5]) aut in sacrum nostrum palatium, aut in forum tuae celsitudinis occasione codicillorum aut praeceptorum aliquid dare nunc aut in futuro tempore mensae [6]) tuae celsitudinis occasione emolumentorum, quae per eos impenduntur [7]) ei aut consiliario aut eius officio, sed undique eis pura servari, quae nostra largitate dantur; sufficiet enim omnibus pro medela decente, germane enim gubernantem cingulum universis utilissimum esse.

Epilogus. Quae igitur nostrae placuerunt potestati cognoscens tua celsitudo, omnia ad effectum perducere festinet, approbetque nostram providentiam, quia et novum cingulum adiecimus, et nostrorum subiectorum per omnia curam habemus. Dat. VII. Id. Maii, Constantinop., imper. DN. Iustiniani PP. A. ann. XII., Apione V. C. Cons. [539.]

Const. LXXXII.

---

[1]) *πεπρωμένους Hal.* — [2]) *Bas., Fulg.*; *παρὰσιν Scrimg., Hal.* — [3]) *Bk.*; sed *antea deerat.* — [4]) praebemus *om Bk. Conicio:* praemiis. — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; causarum *Port., Cont.* — [6]) *Cod. Hamb.*, immensae *edd.*; tempore, aut praesidentibus in mensa *Bk.* — [7]) expenduntur *Cod. Hamb., Trid.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ πά'. [a])

Περὶ αὐτεξουσιότητος [1]). Ἡ διάταξις ἡ διὰ τῶν ἀξιωμάτων καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἐλευθεροῦσα τοὺς παῖδας τῆς ὑπεξουσιότητος.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ τῆς βασιλίδος πόλεως.

Προοίμιον.

Εἴ τι πρὸς ὠφέλειαν καὶ κόσμον ὁρᾷ τῆς ὑπὸ τοῦ θεοῦ παραδοθείσης ἡμῖν πολιτείας, τοῦτο ἀεὶ βουλευόμενοι πρὸς ἔργον ἄγειν [2]) σπουδάζομεν. τοιγαροῦν καὶ ἤδη νόμον ἐγράψαμεν ἐπὶ τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν πατρικίων, τὸν ἐλευθέρους αὐτοὺς τῇ τῆς ἀξίας δόσει τῆς ὑπεξουσιότητος τῶν πατέρων ἀποφαίνοντα. οὐ γὰρ πρέπον ἐνομίσαμεν εἶναι, τούτους [3]) οὓς ἡμεῖς ἐν τάξει πατέρων ἄγομεν ἡμετέρων, τούτους ὑφ' ἑτέρου τελεῖν ἐξουσίαν. εἰ γὰρ ἡ τῆς emancipationos [4]) πρᾶξις πάλαι μὲν ὑπὸ τὰς καλουμένας legis actionas γινομένη μεθ' ὕβρεων καὶ ῥαπισμάτων ἀπήλαυεν αὐτοὺς τῶν τοιούτων δεσμῶν, πῶς οὐκ ἔμελλε τὰ σύμβολα τὰ πάντων ἀνθρώπων σεμνότατα, διδόμενα παρὰ τῆς ἐφεστώσης τοῖς ὅλοις βασιλείας, μὴ τῆς ὑπεξουσιότητος αὐτοὺς ἐλευθεροῦν; νῦν δὲ φιλανθρωπότερόν τι καὶ σεμνότερον τῇ πολιτείᾳ διανοούμενοι, καὶ ἐπὶ τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάτων, οἵπερ τὸ οἰκεῖον ὄνομα τῷ χρόνῳ μετὰ τὴν βασιλείαν διδόασι, καὶ τῶν γε μόνοις τοῖς ὑπατικοῖς συμβόλοις τετιμημένων, καὶ ἐπὶ τῶν ἀρχῶν τῶν ἐλευθεροῦν βουλὴς δυναμένων, τουτέστιν ἐπαρχότητός τε καὶ στρατηγίας (φαμὲν δὲ τῆς ἐν αὐτοῖς τοῖς θρόνοις καὶ τοῖς ἔργοις γνωριζομένης), αὐτὸ τοῦτο νομοθετοῦμεν, ἵνα πᾶν τοιοῦτον ἀξίωμα καὶ ἀρχὴ τοιαύτη προσγινομένη τισὶν, οἷς ἂν ἡμεῖς δοκιμάσαιμεν, ὅπερ αὐτοὺς ἀπαλλάττει καὶ βουλῆς, τοῦτο ἰσχύσειε καὶ τῆς ὑπεξουσιότητος αὐτοὺς ἐλευθεροῦν τῶν πατέρων ἢ πάππων. εἰ γὰρ ἐνομοθετήσαμεν, ὡς, εἴ τις οἰκέτης εἰδότος τοῦ κεκτημένου ἀξιωθῇ στρατείας ἢ τινος ἀξίας τύχοι παρὰ τῆς βασιλείας, εὐθὺς ἐλευθεροῦται, καὶ εἰς αὐτὴν ἀναρπάζεται τὴν εὐγένειαν, πῶς οὐχὶ δίκαιον, τὸν τηλικοῦτων ἠξιωμένον

Novella LXXXI.

DE LIBERA SUI POTESTATE. CONSTITUTIO, QUAE LIBEROS DIGNITATIBUS ET EPISCOPATU A PATRIA POTESTATE LIBERAT.

Imp. Iustinianus Augustus sacro senatui regiae civitatis.

Praefatio.

Quidquid ad utilitatem et ornatum reipublicae a deo nobis traditae facit, hoc semper meditantes effectui dare studemus. Legem igitur olim quoque de gloriosissimis nostris patriciis scripsimus, quae eos collatione dignitatis patria potestate liberos reddit. Neque enim decere existimavimus, ut illi sub alterius sint potestate, quos in ordinem patrum nostrorum cooptavimus. Nam si actus emancipationis, qui olim inter legis actiones erat, eos contumelia et alapis ab eiusmodi vinculis liberavit, quidni codicilli etiam, omnibus hominibus honestissimi, ab Imperatore, qui universis praeest, dati eos a potestate alterius liberarent? Nunc vero quum humanius reique publicae honestius quid excogitaverimus, de gloriosissimis etiam consulibus, qui post Imperatorem nomen suum tempori praebent, deque iis, qui consularibus solum symbolis honorantur, et magistratibus, qui a curia liberare possunt. hoc est, praefectura et magisterio militum (loquimur autem de eo, quod ipsa sede et opere digno scitur), idem sancimus, ut talis dignitas omnis talisque magistratus in quosdam, quos ipsi probaverimus, collatus, qui illos a curia liberat, illos quoque parentum vel avorum potestate liberare possit. Si enim sancivimus, ut, quando servus aliquis sciente domino militia dignus habitus, vel dignitatem aliquam ab Imperatore consecutus est, is statim liberetur et ad ipsam ingenuitatem transferatur, quare iustum non esset, ut ille, qui talibus codicillis dignatus est, patria etiam potestate liberetur?

CAP. I

Gl. CONST. LXXXII.

CONSTITUTIO, QUAE DIGNITATIBUS ET EPISCOPATU FILIUM [5]) LIBERAT A PATRIA POTESTATE

(Coll. VI. tit. 9.)

Imperator Iustinianus Aug. sacro senatui huius regiae civitatis.

Praefatio. Quidquid ad utilitatem et ornatum respicit a deo traditae nobis reipublicae, hoc semper cogitantes, ad effectum deducere festinamus. Igitur etiam dudum legem scripsimus super gloriosissimis nostris patriciis, quae liberos eos dignitatis collatione paterna potestate demonstrat. Non enim decens putavimus, ut hos [6]), quos nos in officio [7]) patrum provehimus nostrorum, hi sub aliena sint potestate. Nam si emancipationis actio, dudum quidem [8]) per eas, quae nuncupantur legis actiones, facta, cum iniuriis et alapis liberabat eos huiusmodi vinculis, quomodo futuri essent codicilli omnium honestissimi dati a praesidente universis imperio non eos posse paterna potestate liberare? Nunc autem clementius aut etiam honestius in republica [9]) cogitantes et [10]) super gloriosissimis consulibus, qui proprium nomen tempori [11]) post imperium praebent, et [12]) solis consularibus codicillis honorantur, et super cingulis, quae liberare a curia possunt, hoc est praefecturae et magisterii militum [13]) (dicimus autem in ipsis sedibus et operibus agnitis) hoc ipsum sancimus esse, ut omnis talis dignitas aut etiam cingulum huiusmodi acquisitum aliquibus, quoscunque nos probaverimus, quod eos liberet a curia, hoc valeat et ut potestate eos liberet [14]) patrum aut [15]) avorum. Nam si

[a]) *Hal. et Scrimg. — Brevem summam exhibent Paratitla ad Coll. const. eccl. I.* 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 1273.) *cf. ibid. p.* 1272. *et Photii Nomoc. I.* 36. (*ibid. II. p.* 858.) — *Iulian. Const.* 75. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) περὶ αὐτεξ. *om. Hal., Vulg.* — [2]) ἀγαγεῖν *Hal.* — [3]) τούτους *om. Hal.* — [4]) αὐτεξουσιότητος *Hal.* — [5]) filium *om. Cod. Hamb., uncis incl. Cont.* — [6]) hi *Bk.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; officium *Port., Cont.* — [8]) *Bk.*; et *edd. Cod. Hamb., edd.* — [9]) rempublicam *Trid.* — [10]) *Cod. Hamb., Trid.*; sed *Port., Cont.* — [11]) *Cod. Hamb.*; ipsi *edd.* — [12]) et qui *Bk.* — [13]) *Bk. ed. ster.*; magistri militum *Cod. Hamb., Cont.*; magistri militatus *Trid., Port.* — [14]) *Cod. Hamb., Port., Cont.*; ut et—liberet *Trid.*; et liberare *Bk.* — [15]) *Cod. Hamb.*; atque *edd.*

μένον συμβόλων μὴ καὶ τῆς ὑπεξουσιότητος ἐλεύθερον γίνεσθαι;

Κεφ. α'.[a])

Διὰ τοῦτο τοίνυν τῷδε τῷ σεμνοτάτῳ χρώμενοι νόμῳ θεσπίζομεν, τούς τε ὀρδιναρίους ὑπάτους, εἴπερ ἐν ὑπεξουσίοις τελοῖεν, ἅμα τῷ ῥήματι τῷ ταύτην αὐτοῖς χαριζομένῳ τὴν τάξιν εἰς αὐτεξουσιότητα φέρεσθαι, καὶ πρός γε τοῖς τιμωμένοις παρὰ τῆς βασιλείας ὑπατικοῖς συμβόλοις, εἴπερ ὑπὸ τὴν τῶν πατέρων τελοῖεν χεῖρα, γίνεσθαι τὸ σύμβολον αὐτεξουσιότητος πρόφασιν. καὶ εἴ γέ τινας ἡμεῖς ἐπὶ πασῶν τῶν διοικήσεων τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων ἐπισήσομεν, ἢ ἐπὶ τὴν πολιαρχίαν ἑκατέρας Ῥώμης ἄγοιμεν, ἢ ἐπί τινα στρατηγίαν, τούτους εὐθὺς καὶ αὐτεξουσίους γίνεσθαι. τὸν γὰρ τοσούτων ἄρχοντα καὶ τοσούτοις ἐπιτάττοντα μένειν ἐπὶ τῆς ὑπεξουσιότητος ἔτι, καὶ μὴ τοῖς αὐτεξουσίοις ἐγγράφεσθαι, τῶν ἡμετέρων ἀνάξιον ἡγησάμεθα νόμων τε ἅμα καὶ χρόνων [1]). §. 1. Ἐν γένει δέ, καθάπερ εἴρηται, νομοθετοῦμεν, ὥστε πᾶν ἀξίωμα καὶ ἀρχὴν πᾶσαν βουλῆς ἐλευθεροῦν δυναμένην, ταύτην καὶ αὐτεξουσιότητος γέρας τοῖς τετιμημένοις παρέχειν. τοῦτο γὰρ καὶ σεμνοτέρους ἔτι τοὺς πατέρας ἀποφαίνει, εἴ γε τῶν οὕτω παρὰ τῆς βασιλείας τετιμημένων καθεστᾶσι πατέρες. οὐ γὰρ ἄν, εἰ μὴ τοῦτο καὶ αὐτοὶ συνέσπευδον, τὴν βασιλείαν ὑπὲρ τούτων ἤτουν. ὥστε εἴτε ἐστί τις νῦν ἐν ὑπεξουσίοις τούτων ἀπολαύων τῶν τιμῶν ἢ ἀρχῶν, ἃς ἔμπροσθεν ἠριθμήσαμεν, εἴτε ὕστερον ἔσται, καὶ τούτοις αὐτεξουσιότης ἀκολουθείτω, τό τε peculium αὐτοῖς χαριζομένη, καὶ τὸ αὐτόγνωμον δίδοῦσα, καὶ ἄξια πράττειν τῆς τιμῆς καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἐκ τῆς βασιλείας γινομένης κρίσεως. οὕτως γὰρ πολλῷ μείζων τοῖς πατράσιν ἔπαινος ἔσται, καὶ εὐφροσύνης ἀφορμὴν παρέξει μεγάλης.

Κεφ. β'.

Ἐκεῖνο δὲ τῷ νόμῳ προσεπισκήπτομεν, ὥστε μὴ τὰς τοιαύτας αὐτεξουσιότητας ὁμοίας χαρίζεσθαι ταῖς ἄλλαις, αἳ διὰ τῶν emancipationum γίνονται, ἀλλ' ἐξαίρετόν τι τὴν βασιλείαν δῶρον ταῖς τοιαύταις αὐτεξουσιότησι παρέχειν. οὐδὲ γὰρ βουλόμεθα τὸν οὕτως αὐτεξούσιον γενόμενον ἢ γινόμενον ἀπολλύναι τι τῶν legitimorum δικαίων, ἀλλ' ἔσιω καὶ τῷ γένει πρὸς αὐτούς, καὶ αὐτοῖς πρὸς τὸ γένος ἄθικτα τὰ legi-

Cap. I.

Quapropter gravissima hac lege utentes sancimus, ut ordinarii consules, si in potestate sint, simul cum verbo, quod ipsis hoc munus tribuit, suae potestatis fiant; praeterea ut consularibus codicillis ab Imperatore honoratis et sub manu parentum constitutis codicilli in causa sint, ut sui iuris fiant; et si quosdam in omnibus dioecesibus gloriosissimorum praefectorum sacro nostro praetorio constituemus, vel ad praefecturam urbis utriusque Romae, vel ad magisterium quoddam militum provehemus, ut illi statim etiam suae potestatis sint. Nam ut is, qui tam multis praeest, quique tot hominibus imperat, sub potestate maneat, nec illis adscribatur, qui suae potestatis sunt, nostris legibus simul et temporibus indignum iudicavimus.

§. 1. *In genere vero, sicut dictum est, sancimus, ut omnis dignitas et magistratus, qui a curia liberat, iis quoque, in quos honor confertur, id praemium tribuat, ut suae potestatis sint. Hoc enim patres honoratiores reddit, si illorum patres sunt, qui ita ab Imperatore honorati sunt. Neque enim ab Imperatore id petiissent, nisi hoc et ipsi voluissent. Quare sive quis nunc in potestate aliena sit, qui hisce honoribus aut magistratibus, quos antea enumeravimus, fruitur, sive postea futurus sit, etiam hunc sequatur ius suae potestatis, quod ipsis peculium donet, et ut sui iuris sint tribuat, eaque faciat, quae digna sunt honore et iudicio, quod Imperator de illis habet. Ita enim multo maiori laudi ea res erit parentibus, atque magnae laetitiae occasionem illis praebebit.*

Cap. II.

Illud quoque lege insuper cavemus, ne ius illud suae potestatis similia praebeat reliquis, quae per emancipationes contingunt, sed ut Imperator iuri illi suae potestatis praecipuum quoddam donum praebeat. Neque enim volumus, ut, qui ita suae potestatis factus est vel fit, perdat aliquid ex legitimis iuribus, sed tam familia in eos, quam ipsi in familiam legitima iura intacta habeant, ei iura

si sancivimus, ut, si quis servus sciente domino mereatur militiam, aut quamlibet dignitatem adipiscatur, repente ab imperio liberetur, et in ipsam rapiatur ingenuitatem, quomodo non est instum, tantos promerentem codicillos non etiam paterna potestate liberum fieri?

Cap. I. Propterea igitur hac honestissima utentes lege sancimus, et ordinarios consules, si sub potestate consistant, una cum ipso verbo, quo hoc his donatur officium, suae potestatis fieri, nec non et iis, qui honorantur ab imperio per consulares codicillos, si sub patris sunt manu, fieri codicillos eorum suae potestatis occasionem. Et si quos nos per universas dioeceses gloriosissimos praefectos sacrorum nostrorum praetoriorum instituamus, aut in praefectura civitatis utriusque Romae provexerimus, aut in quolibet magisterio militari, hos repente etiam suae potestatis fieri. Enim namque, qui tantorum index est et tantis iubet, manere sub potestate alterius, et non inter eos, qui suae potestatis sunt, scribi, nostrarum indignum indicavimus legum simul et temporum. §. 1. Generaliter autem, sicuti dictum est, sancimus, ut omnis dignitas et omne cingulum a curia liberare valens, hoc etiam suae potestatis praemium honoratis praestet, et nobiliores adhuc patres ostendat, si [2]) ab imperio sic honoratorum sint [3]) patres. Quodsi [4]) non hoc esset, non etiam ipsi [5]) pariter studerent imperium pro istis petentes. Quapropter sive est aliquis nunc quidem sub potestate, iis fruens honoribus aut cingulis, quos in primis enumeravimus, sive postea erit, etiam hos [6]) ius potestatis suae sequatur, et peculium eis [7]) donans et arbitrii liberi esse praebens, ac digne agere honore et iudicio super his ab imperio habito; hoc enim multo maior patribus laus erit, et laetitiae occasionem praebebit magnae.

Cap. II. Illud quoque lege cavemus, ut [8]) non has tales suas potestates similia praebere, qualia aliae, quae per emancipationes fiunt, sed praecipuum quoddam praemium imperium conferre talibus suis potestatibus. Non

---

[a]) *Principium huius cap. in Bas. XXI. 5.*

[1]) Θρόνων *Hal.* — [2]) *Bk.*; ostendat. Si ergo *Cod. Hamb., edd.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid.*; aliqui sint *Port., Cont.* — [4]) *Bk.*; quia etsi *Cod. Hamb.*; qui etiam si *Trid.*; qui si *Port., Cont.* — [5]) etiam ipsi *Cod. Hamb., edd.*; non ipsi *Bk.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; hunc *Port., Cont.* — [7]) *Trid., Port.*; ei *Cod. Hamb., Cont.* — [8]) ut *om. Bk.*

legitima καὶ ἐκ τῆς φύσεως φυλαττόμενα δίκαια. καὶ οἵ γε παῖδες αὐτῶν μετὰ τελευτὴν τῶν πάππων εἰς τὴν αὐτῶν μεταπιπτέτωσαι ὑπεξουσιότητα, ὥσπερ ἂν εἰ ἔτυχον οἱ τοίνυν γονεῖς τελευτῇ τῶν οἰκείων πατέρων, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ παρόντος νόμου αὐτεξούσιοι γενόμενοι, καὶ εἰκότως τοὺς παῖδας τοὺς αὐτῶν μετὰ τελευτὴν τῶν οἰκείων πατέρων ὑπεξουσίους ἔχοντες, ἵνα μηδὲν τῶν ἐκ τῆς βασιλείας προσγινομένων παραιρεῖσθαί τι δόξειεν αὐτῶν, διότι πᾶν, ὅπερ εἴτε ἐκ θεοῦ πρόσεισιν ἀνθρώποις, εἴτε ἐκ βασιλείας τῆς τῷ θεῷ καταικολουθούσης, ἀγαθὸν εἶναι προσήκει μόνως, ὡς καὶ πάσης κακίας τε καὶ ἐλαττώσεως ἀμιγὲς καθεστάναι.

iura naturae illis serventur, eorumque liberi post mortem avorum in illorum potestatem recidant, ac si horum parentes morte suorum patrum, non autem ex praesenti lege suae potestatis facti essent, et merito liberos suos post mortem suorum parentum in potestate haberent, ita ut nihil eorum, quae ab Imperatore conferuntur, ipsis aliquid adimere videatur, quia omne, quod vel a deo, vel ab Imperatore, qui deum sequitur, hominibus advenit, solum bonum, nec quidquam malitiae et damni admixtum habere convenit.

Κεφ. γ'.[a])

Πρόδηλον δέ, ὡς οὐκ ἔστιν ὃς ἀγνοεῖ, πρό γε ἁπάντων τοῖς ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις ἅμα τῇ χειροτονίᾳ καὶ τὴν αὐτεξουσιότητα προσγίνεσθαι. οἱ γὰρ πάντων ὄντες πνευματικοὶ πατέρες, πῶς ἂν ὑπὸ τὴν ἑτέρων ἐξουσίαν τελοῖεν; ἀλλὰ προσήκει καὶ αὐτοὺς τῆς τοιαύτης ἀπολαύειν τιμῆς, καὶ ταύτην ἐκ τῆσδε ἡμῶν τῆς νομοθεσίας καρποῦσθαι.

Cap. III.

Manifestum autem est, neminem esse qui nesciat, ante omnia sanctissimos episcopos eo ipso, quo creantur, etiam suae potestatis fieri. Nam qui omnium spirituales patres sunt, quomodo in aliena potestate essent? sed convenit, ut illi quoque tali honore fruantur, eumque ab hac nostra lege accipiant.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασιάντα ἡμῖν εἰς ὑμετέραν αἰδῶ τε καὶ τιμήν, ὦ σεβασμιώτατοι πατέρες, βουλόμεθα εἰς τὸ διηνεκὲς ἐμπρέπειν τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ, ἅμα μὲν εἰς κόσμον ἡμέτερον [1]), ἅμα δὲ εἰς τὴν τῆς ἡμετέρας φιλοτιμίας ἀπόδειξιν, ἣν τοῖς ἡμετέροις πατράσι καὶ ὑπάτοις καὶ ἱερεῦσι δεδώκαμεν. Dat. XV. Kal. Apr. Constantin. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XII., Apione V. C. Cons. [539.]

Epilogus.

Quae igitur nobis ad reverentiam honoremque vestrum, patres honoratissimi, visa sunt, illa in nostra republica tam ad decus nostrum, quam ad nostrae liberalitatis a nobis in patres nostros, consules et sacerdotes collatae demonstrationem perpetuo splendere volumus.

ΔΙΑ-

No-

Non enim volumus enim, qui ita suae potestatis fit, perdere aliquod legitimorum ius, sed sint et generi ad eos, et ipsis ad genus intacta legitima et ex natura servata iura, et filii eorum post mortem avorum sub eorum recidant potestatem, ac si contigisset eorum parentes morte suorum patrum, et non ex praesente lege suae potestatis fieri, et merito filios post mortem suorum patrum sub potestate habere, ut nihil horum, quae ab imperio conferuntur, eis deesse videatur, quoniam omne bonum, quod [2]) sive a deo acquiritur hominibus, sive ab imperio, sequente deum, decet esse mansorum, et omnis malitiae ac deminutionis extraneum.

Cap. III. Palam vero est, nullum esse, qui nesciat, prae omnibus sanctissimis episcopis ipsa ordinatione etiam suam potestatem acquiri. Qui enim omnium sunt spirituales patres, quomodo sub aliorum potestate consistant? Sed convenit etiam eos huiusmodi potiri honore, et hoc [3]) ex hac nostra legislatione frui.

Epilogus. Quae igitur nobis visa sunt ad vestram reverentiam et honorem, o colendissimi patres, volumus in perpetuum splendere nostrae reipublicae, tam ad nostrum [4]) ornatum, quam ad nostrae largitatis probationem, quam nostris patribus et consulibus sacerdotibusque contulimus. Dat. XV. Kal. April. Constant., imp. DN. Instiniani PP. A. ann. XII., Apione V. C. Cons. [539.]

Const. LXXXIII.

---

[a]) *Balsamon ad Photii Nomoc. l.* 36. (*Voëlli bibl. II. p.* 860.)

[1]) ἑμέτερον *Hal.* — [2]) *Cod. Hamb., Trid.*; etiam *add. Cont.* — [3]) vestrum *Bk. idque in omnibus* quod *om. Port., Cont.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid, Port.*; *miss. esse Cont. in margine adscripsit* (*l*).

ΔΙΑΤΑΞΙΣ πβ'.[a])

Περὶ τῶν δικαστῶν, καὶ ὥστε μετ' ὅρκου μὴ αἱρεῖσθαι.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ, ὑπάρχῳ πραιτωρίων τῆς ἀνατολῆς τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ παιρικίῳ [1]).

Προοίμιον

Ζήνωνι τῷ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως γέγραπται διάταξις περὶ τῆς τῶν δικῶν τάξεως, πολλὰς μὲν παραλλαγὰς ἐκ τῶν ἐφεξῆς δεξαμένη χρόνων, εἰς τοῦτο δὲ ἀφικομένη, ὥστε κατὰ μικρὸν σχεδὸν καὶ παντάπασιν ἐκλιπεῖν. οἵ τε γὰρ ἐν αὐτῇ γεγραμμένοι διαιτηταί, τὸν μετ' ἀνθρώπων ἅπαντες ἀπέλιπον βίον, πολλά τε τῶν ὁρισθέντων δικαίων σεσίγηται, ῥητῆς τε οὐκ ἔτυχε μνήμης. ἀλλ' ἡ γε χρῆσις ταῦτα παραλαβοῦσα πρὸς ἄλλοῖον μετέσχησε σχῆμα. Ἡμεῖς τοίνυν ὁρῶντες συγκεχυμένον καθάπαξ τὸ τῶν δικασιῶν σχῆμα, ᾠήθημεν χρῆναι νόμῳ ταῦτα διορίσασθαι, ὃς τὴν πρέπουσαν τάξιν ἐπιθήσει τῷ πράγματι. οὐδὲ γὰρ ᾠήθημεν χρῆναι ἔχειν δικασιῶν τινας ὀνόματα, μάλισια μὲν νόμων ἀνεπιστήμονας, ἔπειτα δὲ οὐδὲ πραγμάτων εὐτυχοῦντας πεῖραν [2]). τοῖς μὲν γὰρ ἡμετέροις ἄρχουσι πάρεισι πάντως καὶ πάρεδροι, τὰ ἐκ τῶν νόμων ὑφηγούμενοι, καὶ τὰς ἀσχολίας ἀναπληροῦντες τὰς αὐτῶν, ἐπειδήπερ πολλαῖς περιέχόμενοι φρονίσιν, ἃς ὑφ' ἡμῖν ἔχουσιν, εἰκότως τὸ δικαστικὸν ἀναπληροῦσι μέρος τῇ τῶν οἰκείων παρουσίᾳ παρέδρων. οἱ δὲ οὔτε ἀρχὴν ἔχοντες, οὔτε ἡμῖν ὑπηρετοῦμενοι, εἰ μὴ μέλλοιεν αὐκοῦθεν γοῦν ἐπίστασθαι τὸ δίκαιον, ἀλλ' ἑτέρωθεν ἐραυίζεσθαι τὴν τοῦ δικάζειν εὐσχημοσύνην, πῶς οὐ μέγιστον τοῦτο ἐλάττωμα πολιτείας ἂν εἴη, τὸ μὴ τοῖς αὐτόθεν τὸ πρακτέον ἐπισταμένοις παραδοῦναι τὰς δίκας, ἀλλ' ἐᾶν αὐτοὺς ζητεῖν ἑτέρους, παρ' ὧν ἔξεστι μανθάνειν, ἅπερ αὐτοὺς ἐν τῷ κρίνειν ᾐθέγχεσθαι δεῖ; Ταῦτα ἡμᾶς εἰκότως εἰς τὸν παρόντα νόμον ἀνέστησε, τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων κηδομένους, καὶ βουλομένους αὐτοῖς καὶ τὰ ἐπὶ ταῖς δίκαις εὔκολα

Novella LXXXII.

DE IUDICIBUS, ET NE CUM IUREIURANDO ELIGANTUR.

Imp. Iustinianus Augustus Ioanni, iterum Pf. P. per Orientem, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

A Zenone piae memoriae constitutio de ordine litium scripta est, quae multas mutationes sequentibus temporibus passa est, atque eo pervenit, ut paulatim tota fere deficeret. Nam qui in ea iudices pedanei scripti sunt, omnes vita excesserunt, multa vero ex definitis iuribus silentio tradita, nec certam memoriam consecuta, sed usu deinde in aliam formam mutata sunt. Quum igitur iudicum statum in totum confusum esse videamus, haec lege definienda esse putavimus, quae decentem ordinem rei imponat. Neque enim existimavimus, debere quosdam iudicum nomen habere, maxime eos, qui legum imperiti sunt et rerum experientia destituuntur. Nostris enim iudicibus omnino et assessores adsunt, qui leges explicent, eorumque occupationes suppleant, quoniam multas curas, quas a nobis habent, sustinentes, merito iudiciale munus assessorum suorum praesentia supplent. Illi vero, qui neque magistratum gerunt, neque nobis inserviunt, si ipsi quid iuris sit nesciant, sed aliunde iudicandi honestatem emendicare debeant, nonne maximo hoc reipublicae damno erit, si non illis, qui quid faciendum sit ipsi sciunt, lites tradantur, sed ut alios quaerant, illis permittatur, a quibus discere liceat, quae in iudicando loqui oporteat? Haec nos merito ad praesentem legem excitarunt, qui subditorum nostrorum curam gerimus, atque ea, quae ad lites pertinent, promta ipsis et facilia esse, et sine ulla dilatione decidi volumus.

Cap. I.

Gl. Const. LXXXIII.

DE IUDICIBUS, ET UT NULLATENUS CUM IUREIURANDO ELIGATUR ALIQUIS IUDEX, QUOD PERMANEAT EI; ET UT APPELLATIONES ACCIPIANT MODIS OMNIBUS IUDICES; ET UT IN MEDIA LITE FACTAE FORMAE, QUO MODO OPORTEAT DECIDI COGNITIONEM, NON ATTENDANT IUDICES.

(Coll. VI. tit. 10.)

Idem Imperator Aug. Ioanni, gloriosissimo Praetoriorum Orientis Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. A Zenone piae memoriae scripta est lex de iudiciorum ordine, multas quidem mutationes subsequentibus suscipiens temporibus, ad hoc autem pervenit, ut paulatim paene omnino caderet. Nam et qui in ea conscripti sunt pedanei iudices, humanam omnes reliquerunt vitam, et plurima definiti iuris tacita sunt, et certam non mernerunt memoriam, sed usus haec percipiens in aliam transtulit figuram. Nos igitur videntes omnino confusum iudicum schema, existimavimus oportere haec [3]) lege determinare, quae decentem ordinem imponat causae. Non enim existimavimus oportere habere iudicum quosdam [4]) nomina, maxime legum ineruditos, deinde neque causarum habentes [5]) experimentum. Nostris enim administratoribus adsunt modis omnibus etiam assessores, et ea, quae legum sunt explicantes, et occupationes adimplentes eorum, quoniam multis [6]) detenti curis, quas apud nos habent, merito iudiciorum complent partem per suorum praesentiam assessorum. Illi autem neque cingulum habentes, neque nobis ministrantes, nisi poterint per se nosse, quod iustum est, sed aliunde emendicare indicandi honestatem, quo modo non maximum vitium erit reipublicae, non eis, qui ex se quod agendum sit sciant, lites tradere, sed siuere eos quaerere alios

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Maior Nov. pars in Bas. cf. Psell. p.* 12. — *Iulian. Const.* 76. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) *Hal.*; *Scrimg. iatine inscriptionem profert his verbis:* Imp. Iustinianus Aug. Ioanni P.P. per Orientem, exconsule et patricio. — [2]) ἐντυχοῦντας πείρᾳ *Hal.* — [3]) *Port.*; hac *Cod. Hamb., Trid., Cont.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; quorundam *Port., Cont.* — [5]) *Bk.*; ineruditorum — habentium *Cod. Hamb., edd.* — [6]) *Trid., Cod. Hamb. sec. man.*; multi *Cod. Hamb., Port., Cont.*

κολά τε εἶνα καὶ ῥᾴδια, καὶ χωρὶς ἁπάσης ἀναβολῆς διαλύεσθαι.

Κεφ. α'.

Τὸ μὲν οὖν πάλαι σχῆμα τῆς διατάξεως Ζήνωνος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, ἥπερ ἑκάστῳ δικαστηρίῳ ῥητοὺς ἀφώρισε δικασιάς, παντελῶς ἀναιροῦμεν, ἐπιλεγῆναι δὲ συνείδομεν δικασιὰς τοὺς τὴν παντα-χόθεν ἐπὶ χρησιοῖς ἔχοντας μαρτυρίαν, οἵπερ κοινοὶ πάντων ἔσονται δικασταί, οἷα πανταχόθεν ἐπιλε-λεγμένοι. καὶ δὴ τοῦτο πέπραχται, καὶ ἥρηνται [1]) ἡμῖν δικασταὶ Ἀνατόλιός τε ὁ περίβλεπτος, ἤδη τοῦ συνηγορεῖν πρώην πεπαυμένος καὶ ἐν τοῖς περιβλέπτοις τοῦ δημοσίου συνηγόροις ταχθείς, Φλαβιανός τε ὁ λαμπρότατος, ὃς συνήγορος τοῦ δη-μοσίου καθέστηκε νῦν, καὶ πρός γε Ἀλέξανδρος, καὶ Στέφανος, καὶ Μῆνας, οἱ λογιώτατοι συνήγοροί τε καὶ διαιτηταὶ τῆς σῆς ἀγορᾶς, Ἀλέξανδρός τε ἕτερος (καὶ διαιτητὴν δὲ εἶναι κἀκεῖνον τοῦ δικασιη-ρίου τοῦ ἐνδοξοτάτου μαγίστρου τῶν θείων ὀφφι-κίων μεμαθήκαμεν), καὶ δύο [2]) ἐφεξῆς ἄλλοι συνή-γοροι τῆς σῆς ἀγορᾶς, Βίκτωρ [3]) καὶ ὁ ἐκ Κυζίκου Θεόδωρος. ἐκ μὲν οὖν συνηγόρων οὗτοι δικασταὶ προχεχρίσθωσαν. §. 1. Ἐπειδὴ δὲ προσῆκόν ἐστιν, εἶναι καὶ μείζους δικαστάς, τοὺς μὲν ἀξιωμασι προ-έχοντας, καὶ πρός γε ἢ πείρᾳ πραγμάτων πολλῶν, ἢ πολυχρονίῳ τριβῇ μεγίστων ἀρχῶν, ἢ πλήθει τού-των ἐγγεγυμνασμένους, καὶ τῇ τε ἡμετέρᾳ προσ-χαριεσοῦντας εὐσεβείᾳ, διὰ τοῦτο συνείδομεν ἐκ μὲν τῶν ἐνδοξοτάτων πατρικίων Πλάτωνα τὸν ἐνδοξότατον, μακρὸν ἐπὶ τῆς πολιαρχίας διανύσαντα χρόνον, καὶ δὶς ἐπὶ τῶν θρόνων ἐκείνων [4]) γενόμενον, Βίκτωρά τε τὸν ἐνδοξότατον, καὶ αὐτὸν ἐπί τε τῆς μεγάλης Ἑλλάδος, ἐπί τε τῆς σεμνῆς τῶν Ἀλεξανδρέων ἀρ-ξάντα πόλεως, καὶ πρός γε τῆς πολιαρχίας ἠγησά-μενον, καὶ οὐδὲ νόμων ἀνήκοον, καὶ Φωκᾶν τὸν ἐνδοξότατον ἐν τοῖς ἡμετέροις καταλέξαι δικασταῖς, ἄνδρα ὧν ὅ τε σὸς ἐπίσταται θρόνος ἐπαινουμένος αὐτοῦ προσιάντα, καὶ πρός γε τὰ ἐκ νόμων εἰδότα, καὶ ἐπὶ τούτοις Μαρκελλον τὸν μεγαλοπρεπέστατον, ἥτις μὲν ἡμῖν παρόντα, καὶ περὶ τὴν τοῦ δικαίου θαυμαζόμενον τήρησιν, καὶ παρὰ πάντων σχεδὸν τῶν ἡμῖν προσιόντων διὰ τοῦτο αἰτούμενον, παρέδρῳ τε χρώμενον ἐπαινουμένως διατεθεῖναι τὰ ἐκ τῶν νόμων δυναμένῳ [5]), φαμὲν δὲ Ἀππίωνα τὸν περί-βλεπτον,

Cap. I.

Antiquam igitur Zenonis piae memoriae constitutionis formam, quae singulis iudiciis certos iudices definivit, plane tollimus. Visum autem nobis est, ut iudices eligantur ab omni parte bonum testimonium habentes, qui communes omnium erunt iudices, tanquam ab omni parte electi. Et hoc quidem factum est, atque iudices a nobis electi sunt spectabilis Anatolius, qui advocati munere nuper functus, inter spectabiles etiam fisci advocatos assumtus est, et clarissimus Flavianus, qui advocatus fisci nunc est, praeterea Alexander, Stephanus et Menas, eloquentissimi advo-cati, iudicesque pedanei fori tui, et alter Alexander (quem ipsum quoque iudicem dicasterii gloriosissimi magistri sacrorum officiorum esse didicimus), aliique duo advocati fori tui, Victor et Theodorus Cyzicenus. Ex advocatis igitur hi iudices electi sint.

§. 1. Quoniam vero maiores etiam iudices esse convenit, qui dignitatibus praecellant, et praeterea vel rerum multarum experientia, vel longo maximorum magistratuum usu, vel horum multitudine exercitati et pietati nostrae praesto sint, propterea inter iudices nostros assumere placuit ex gloriosissimis quidem pa-triciis gloriosissimum Platonem, qui longum tempus in praefectura urbis consumsit, et bis in illis thronis constitutus est, nec non Victorem gloriosissimum, qui in magna etiam Graecia, et in nobili Alexandrinorum civitate imperavit, atque insuper praefecturam urbis gessit, neque legum ignarus est, et Phocam virum gloriosissimum, qui, ut sedes tua novit, laudabiliter illi praefuit, quique leges insuper novit, praeter hos Marcellum quoque magnificentissimum, qui semper nobis adfuit, et quantum ad iustitiae observationem admirandus, atque ab omnibus fere, qui nos adierunt. ea de causa expetitus fuit, quique assessore utitur, qui laudabiliter ea, quae ad leges spectant, disponere potest, scilicet Apione spectabili, qui advocatus fisci fuit, et ceterarum rerum bonum testimonium et ab aliis et nobis ipsis accepit.

Cap. II.

alios, a quibus liceat discere, quae ipsos in iudicando eloqui decet? Haec nos merito ad praesentem legem [6]) erexerunt, nostrorum subiectorum curam agentes, et volentes eis etiam quae de iudiciis sunt in promtu esse atque facilia, et absque omni dilatione transigenda.

Cap. I. Vetus igitur schema Zenonis constitutionis [7]) piae memoriae, quae unicuique praetorio certos definivit iudices, omnino perimimus, eligere vero perspeximus [8]) in rebus utilibus habentes attestationem, qui communes omnium erunt iudices, tanquam undique electi. Et hoc quidem gestum est, et electi sunt a nobis iudices Anatolius vir spectabilis iam advocatione dudum completa, et inter spectab les fisci advocatos deputatus, ac Flavianus, qui nunc advocatus fisci consistit, et Alexander, et Stephanus, et Mennas, eloquentissimi advocati et pedanei iudices tui fori, et Alexander alter, quem pedaneum iudicem esse praetorii gloriosissimi magistri sacrorum officiorum cognovimus, et duo subsequentes alii advocati tui fori, Victor, et qui ex Quizico est Theodorus [9]). Ex advocatis itaque isti iudices praeponantur. §. 1. Quia vero competens est, esse etiam maiores iudices aliquos dignitate provectos experimento causarum multarum, aut plurimi temporis exercitatos magnis cingulis, aut multitudine horum exercitatos, qui etiam nostrae observent pietati, ideo perspeximus ex gloriosissimis quidem patriciis Platonem gloriosissimum patricium, longum qui [10]) in urbana praefectura obtinuit tempus, et secundo in illis sedibus constitutus est, et Victorem gloriosissimum et ipsum, qui tam in magna Hellada [11]), quam in nobili Alexandrinorum civitate administravit, et praefecturae urbanae te-nuit praesulatum, et neque legum inexpertum, et Focam gloriosissimum inter nostros annumerandum [12]) iudi-ces, virum quemque tua sedes novit laudabiliter [13]) sibi praestantem, insuper et quae legum sunt scientem, inter hos Marcellum quoque magnificentissimum, semper quidem eum nobis praesentem et circa iustitiae mi-ramur

[1]) εἴρηται *Hal.* — [2]) τρεῖς *Hal.* — [3]) Λαυιήλ τε καὶ Βίκτωρ *Hal.* — [4]) τὸν θρόνον ἐκεῖνον *Hal.* — [5]) δυνάμενον *Hal.* — [6]) *Bk.*; legem *om. Cod. Hamb., edd.* — [7]) *Cod. Hamb.*; Zenonis constitutionis *edd.* — [8]) iudices *add. Bk.* — [9]) *Trid.*; et qui ex quisito est Theod. *Cod. Hamb.*; et ex Quizico Theod. *Port., Cont.* — [10]) *Spang.*; glor. patricium qui *Cod. Hamb., Trid., Port.*; glor. [patricium] Longum, qui *Cont. Vocab.* patricium *delendum esse videtur, nisi forte Vet. Int. μακρὸν reddidisse existimamus per* patricium, *quod cum vertsimile sit, eiiciendum erit* longum. — [11]) *Cod. Hamb., Trid., atque hanc formam in mss. omnibus esse adnotavit Cont. in marg.*; Hellade *Port., Cont.* — [12]) adnum. *om. Cod.*; adnumerandos *Trid., Port.* — [13]) *Cont. in marg., ubi etiam pro* praestantem *proposuit* praesidentem; virum quaecunque sedes noverit laudatum quam *Cod. Hamb., edd.*

βλεπτον, τῷ δημοσίῳ τε συνειπόνια, καὶ τἆλλα μαρτυρίας ἀγαθῆς παρά τε τῶν ἄλλων, παρά τε ἡμῶν αὐτῶν ἠξιωμένον.

Κεφ. β'.[a])

Τοὺς μὲν οὖν δικασταὶς μετα τοὺς ἡμετέρους ἄρχοντας τούτους εἶναι βουλόμεθα, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ τούτοις ἅπασι[1]) τὰς ὑποθέσεις κατὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν παραδώσομεν. Εἰ δέ τις τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων παραπέμπειν βούλοιτο δίκας, τούτοις δὴ τοῖς εἰρημένοις καὶ ὡρισμένοις παῦ ἡμῶν διαιτηταῖς ταυτας[2]) παραδωσει, καὶ ἑτέρῳ παντελῶς οὐδενί, πλὴν εἰ μὴ τοῖς παρέδροις τοις ἑαυτοῦ παραδοίη τὰς κατὰ μέρος ἐξετάσεις, αὐτὸς την ὑπὲρ τοῦ παντὸς κρίσιν ἐξοίσων.

Κεφ. γ'.

Καθεδοῦνται δὲ οἱ διαιτηταὶ διηνεκῶς ἐπὶ τῆς βασιλείου στοᾶς, ἐν οἷς καὶ νῦν οἰκίσκοις δικάζουσιν, ὄρθριοί τε εὐθὺς καὶ εἰς δείλην ὀψίαν. καὶ ἀκροάσονται τῶν δικῶν οὐ μόνον τῶν μετὰ τὸν νόμον τοῦτον κινηθησομένων παῦ αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων, ὅσαι παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις κατὰ[3]) τὸ ἀρχικὸν ἐκινήθησαν σχῆμα, νῦν δὲ παῦ ἡμῶν εἰς αὐτοὺς μετενεχθῆναι προσετάχθησαν.

Κεφ. δ'.

Ἐκείνου φυλαττομένου, ὡς εἴπερ ἐφέσιμοι παρὰ τῶν διαιτητῶν ἢ τῶν ἐνδοξοτάτων ἀνδρῶν γίνονται ἴσχι αὗται, εἰ μὲν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν παραπεμφθεῖεν, κατὰ τὸ ποσὸν ἢ εἰς τὸ κοινὸν τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ἀρχόντων ἐξετασθήσονται, ἢ ἑτέροις κατὰ τὸ ἔθος τῶν θείων consultationων παραπεμφθήσονται. εἰ μέντοι τινὲς[4]) τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ἀρχόντων δίκας αὐτοῖς παραπέμψαιεν, ἐπ' αὐτοὺς τοὺς παραδόντας αὐτοῖς τὰς ἀκροάσεις ἡ ἔφεσις ἥξει, ἐξ ἐκείνων δὲ αὖθις κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον τὰ τοιαῦτα κριθήσονται.

Κεφ. ε'.

Ἀκροάσονται δὲ πάντες τῆς μὲν δίκης ἄχρι τριακοσίων οὔσης νομισμάτων ἐν σχήματι παρασημειώσεως. οὕτω γὰρ θᾶττον αἱ δίκαι κριθήσονται, καὶ

Cap. II.

Hos igitur post magistratus nostros iudices esse volumus, nosque ipsi his omnibus causas, prout nobis videbitur, trademus. Si quis autem ex magistratibus causas velit delegare, dictis his et definitis a nobis iudicibus pedaneis eas tradat, nec ulli plane alii, nisi assessoribus suis particulares examinationes committat, ipse de tota re sententiam laturus.

Cap. III.

Pedanei autem iudices perpetuo in regia porticu, in domunculis, in quibus etiam nunc iudicant, statim a tempore matutino usque ad solis occasum sedeant litesque audiant, non solum quae post hanc legem apud eos movebuntur, sed et reliquas, quas apud alios secundum schema magistratus motas, nunc ad eos transferri iussimus.

Cap. IV.

Atque id custodiatur, ut, si in his litibus a pedaneis iudicibus vel viris gloriosissimis appelletur, si quidem a nobis ipsis transmissae sunt, secundum quantitatem vel in commune a gloriosissimis nostris magistratibus examinentur, vel ad alios secundum consuetudinem sacrarum consultationum transmittantur. Si tamen quidam ex gloriosissimis nostris magistratibus causas ipsis transmiserint, appellatio ad eos veniat qui cognitionem ipsis tradiderunt, ab illis vero rursus secundum dictum modum talia iudicabuntur.

Cap. V.

Omnes autem de lite ad trecentos usque solidos per modum annotationis cognoscant. Sic enim celerius lites diiudicabuntur, omnesque litigantes ambagibus illis

ramur[5]) observationem, et ab omnibus paene nos adeuntibus propter hoc petitum scimus[6]), et consiliario utentem laudabili, quatenus disponere quae ex legibus sunt possit, id est Appione viro spectabili, et fisci advocato, et in aliis habente testimonium optimum tam apud alios, quam a nobis ipsis.

Cap. II. Iudices itaque post nostros administratores hos esse volumus, et his omnibus negotia secundum quod nobis visum fuerit delegamus. Si quis autem nostrorum iudicum deputare voluerit causas, iis, qui deliuiti sunt a nobis, pedaneis iudicibus tradat, et alteri omnino nulli, nisi consiliariis suis commiserit particulares examinationes, ipse pro omni negotio iudicium portaturus.

Cap. III. Sedebunt autem hi pedanei iudices continue et nunc in regia basilica, in quibus et nunc domunculis iudicant, matutino mox et meridie et vespere audientes causas, non solum quae post legem movendae sunt apud eos, sed etiam alias[7]), quaecunque apud alios quidem sunt secundum antiquum motae schema. nunc autem a nobis ad eos mutari praeceptae sunt.

Cap. IV. Illo custodiendo, ut, si sub appellatione a pedaneis iudicibus aut gloriosissimis viris fiant causae, et ipsae si quidem[8]) a nobis ipsis delegatae sint, secundum quantitatem aut in commune apud gloriosissimos iudices nostros examinabuntur, aut aliis secundum consuetudinem sacrarum consultationum delegabuntur. Si qui tamen gloriosissimorum nostrorum iudicum causas eis delegaverint, ad eos, qui hos miserunt eis audientibus, appellatio remeabit, ab illis autem rursus secundum praedictum modum talia iudicabuntur.

Cap. V. Audient igitur omnes quidem litem usque ad trecentos solidos exsistentem sub schemate annotationis. Sic enim velocius lites iudicabuntur, et circulis cognitionalibus ac temporis contritione omnes liti-

---

[a]) *Cap.* 2 — 13. *in Bas. VII.* 1. 4 — 16. (*Schol. ι — α.*)

[1]) ἅπαντες *Hal.* — [2]) *Scrimg., Bas.*; δίκας τοῖς ὡρισμένοις παῦ ἡμῶν διαιτ. τούτοις *Hal.*, (*Vulg.*) — [3]) *Bas., Vulg.*; ὅσαι παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις οὐ κατὰ *Scrimg.*; ὅσαι κατὰ (*om. rell.*) *Hal.* — [4]) κοινὸν * ἢ εἴ τινές πως *Hal.* — [5]) miratum *Bk.* — [6]) scimus *om. Bk.* — [7]) *Cod. Hamb.*; ut *add. edd.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; quidem *Port., Cont.*

καὶ τῶν ἐπὶ ταῖς διαγνώσεσι κύκλων, καὶ τῆς τοῦ χρόνου τριβῆς τὸ δικαζόμενον ἅπαν ἀπαλλαγήσεται. τρόδηλον δέ, ὡς εἰ καὶ κατὰ παρασημείωσιν ἀκροάσονται τῶν δικῶν, ἀλλὰ δώσουσιν ὅρον ἐν γράμμασι τὸν τὴν αὐτῶν δηλοῦντα γνώμην, τῶν ἐπὶ τούτους ἐφέσεων οὐδενὶ παντελῶς ἀνηρημένων, πλὴν εἰ μὴ τρισσαχῆς ἐκκαλέσασθαί τις βουληθείη, ἢ κατὰ προπέτειαν ἀπολιφθείη. τοῖς γὰρ τοιούτοις καὶ ὁ τῶν ἐφέσεων ἀνήρηται λόγος.

illis cognitionum et temporis mora liberabuntur. Manifestum autem est, licet per annotationem de causis cogniturі sint, ipsos tamen sententiam in scripto, quae mentem eorum declaret, daturos esse. Neque ulli plane ab iis appellandi facultas adimatur, nisi forte quis tertio appellare vult, vel per contumaciam abfuit; illis enim appellationes etiam ademtae sunt.

Κεφ. ς'.[a])

Τὰς δὲ ἐκ τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως ἀπὸ τῶν διαιτητῶν ἐφέσεις εἰς τοὺς δικαστὰς οὐ πλείτερον δύο μηνῶν ἔχειν προθεσμίαν ἐν τῷ δρόμῳ τῶν κυριῶν βουλόμεθα, μεθ' οὓς ἀνάγκη τὰς κυρίας τοῦ ἑαυτῶν ἄρξασθαι δρόμου, τῆς καλουμένης παρὰ τῶν νόμων reparationos [1]) χώραν ἐπὶ τούτων οὐδεμίαν ἐχούσης.

Cap. VI.

Appellationibus vero ex magna hac civitate a iudicibus pedaneis ad iudices in cursu fatalium non ultra duos menses spatium dari volumus, post quos necesse est, ut dies fatales currere incipiant, reparatione, quae a legibus vocatur, nullum in his locum habente.

Κεφ. ζ.

Οὐδενὸς θαρροῦντος ἐκβαίνειν τὰ ἐπὶ τοῖς sportulois [2]) ἢ ταῖς δικασικαῖς δαπάναις παρ' ἡμῶν διατεταγμένα, ἀλλὰ πάντων τοῖς [3]) αὐτοῖς ἐμμενόντων, καὶ εὐλαβουμένων τὴν ποινήν, ἣν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἡ θεία ἡμῶν διαταξις ὥρισεν.

§. 1. Τῶν γὰρ δίκας παρασκευαζόντων οὕτως ὄντων, ὅσον [4]) καὶ τὸ τῆς στρατείας σχῆμα, ὡς [5]) μέχρι νῦν ὡρίσθησαν. ἑκάστου μέντοι δικασιοῦ δύο μὲν τοῖς ὑπογραφουσι χωρμένου, δύο δὲ τοῖς τὰς δίκας παρασκευάζουσί τε καὶ ἐπάγουσιν, οὐ δυναμένων τῶν αὐτῶν πολλοῖς ἢ δύο γοῦν ὅλως ὑπηρετεῖσθαι δικασταῖς. τούτους δὲ παντοίως πιστοὺς τε καὶ δεδοκιμασμένους εἶναι, ὥστε μηδὲν παρ' αὐτῶν ἁμαρτάνεσθαι, μήτε προδίδοσθαι, μήτε κακουργεῖσθαι, ἀλλὰ κινδύνῳ τῶν τάξεων, ἢ σχολῶν, ἢ σκρινίων τῶν παρεχόντων αὐτοῖς τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἐπιλογήν τε ἅμα καὶ ὑπουργίαν εἶναι, καὶ κἂν εἴ τι παρ' αὐτῶν πταισθείη, πρὸς τοὺς ἀφορίσαντας αὐτοὺς φέρεσθαι τὸν ἐκεῖθεν κίνδυνον, εἴπερ πᾶσαν ζημίαν παρὰ τὴν αὐτῶν αἰτίαν γενομένην τοῖς παρ' ἐκείνων βλαβεῖσι θεραπεύσαιεν. ἀνάγκην ἐχόντων καὶ τῶν προσφόρων ἀρχόντων, εἰ προελεσθεῖεν, παρασκευάζειν πάντως τοὺς ἐκ τῶν οἰκείων τάξεων ἢ σχολῶν ἢ σκρινίων προβαλλομένους, τοὺς ὑπουργοῦντας τὴν ἐντεῦθεν τῷ βλαβέντι θεραπεύειν ζημίαν. Εἰ δὲ ὁ δικασὴς αἴσθηταί τι πονήρευμα παρὰ

Cap. VII.

Neque quisquam ea, quae de sportulis aut litis expensis a nobis disposita sunt, excedere audeat, sed omnes intra haec se contineant, et poenam metuant, quam illis sacra nostra constitutio constituit.

§. 1. *Illi autem, qui causas praeparant, ita sint comparati, quemadmodum secundum formam militiae hactenus constitutum est. Unusquisque tamen iudex duobus exceptoribus, et duobus, qui lites praeparant et inducunt, utatur, neque iidem pluribus, quam duobus plane iudicibus ministrare possint; hi vero omni modo fidi et probati sint, ut nihil ab illis peccetur, nec prodatur, nec dolo fiat, sed periculo officiorum, aut scholarum, aut scriniorum illis praebentium tam electio, quam ministerium illorum sit. Et si quid ab iis peccetur, in eos, qui illos designarunt, periculum redundet, qui omne damnum ipsorum culpa datum illis resarcient, qui ab iis laesi sunt. Necessitas quoque incumbat competentibus iudicibus, si quis eo adeat, quavis ratione efficiendi, aut qui ex illorum cohortibus, aut scholis, aut scriniis ad ministerium designati sunt, damnum, quod hinc ortum est, laeso resarciant. Si vero iudex flagitium aliquod a quodam ex ministrantibus commissum cognoverit, auditorio suo eos expellet, qui non bona cum existimatione in hoc negotio versantur, atque alios constituet voluntate et electione*

litigantes liberabuntur. Palam vero est, quia, etsi per annotationem audient causas, verumtamen dabunt terminum per scripturam, qui eorum manifestet sententiam; appellationibus in his nulli penitus perimendis, nisi forte tertio appellare voluerit, aut per contumaciam defuerit; talibus enim etiam appellationum perimitur ratio.

Cap. VI. Appellationes autem ex hac magna civitate a pedaneis iudicibus non ultra duos menses habere inducias in cursu fatalium volumus, post quos necesse est fatales suum inchoare cursum, ea, quae vocatur a legibus reparatio [6]), locum in his nullum habente.

Cap. VII. Nulloque [7]) praesumente transcendere, quae in sportulis aut in litis expensis a nobis disposita sunt, sed omnibus his contentis, et formidantibus poenam, quam in talibus sacra nostra constitutio terminavit. §. 1. His, qui causas praeparant, sic exsistentibus, sicut et militiae figura hactenus definivit: unoquoque tamen iudice duobus quidem exceptoribus utente, et duobus causas praeparantibus et complentibus, non valentibus eis [8]) pluribus, quam duobus omnino ministrare iudicibus. Ilos autem omnino locupletes et probatos esse, ut neque ab eis aliquid peccetur, neque prodatur, neque maligne agatur, sed periculo officiorum, aut scholarum, aut scriniorum praebentium eis super eos electionem simul et ministerium [9]), et vel si quid ab eis peccatur, ad illos, qui deputant eos, referri exinde periculum, qui omne damnum eorum causa factum iis, qui ab eis laesi sunt, curabunt. Necessitatem habentibus etiam competentibus iudicibus, si eis interpellatio fiat, praeparare modis omnibus, eos, qui ex officiis suis aut scholis aut scriniis eligunt ministrantes, hinc laesis damnum curare. Si vero iudex aliquam senserit malignitatem ab aliquo ministrantium fieri,

---

[a]) (*Eustath.*) *Coll. XIV.* 19.

[1]) *Fulg., Iulian.*; ἀναχαινίσεως *Hal.*; separationes *Scrimg.* — [2]) ἐπὶ ταῖς συνηθείαις *Hal., Bas. atque ita saepius.* — [3]) τοῖς *om. Hal, Bas.* — [4]) *Scrimg., Bas.*; ὡς ἂν *Hal.* — [5]) *Scrimg., Bas.*; ὡς *om. Hal.* — [6]) reparatione *Bk.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; nullo quoque *Port. Cont.* — [8]) eisdem *Bk. ed. ster.* — [9]) esse *add Bk.*

παρά τινος τῶν ὑπουργούντων γινόμενον, ἀπελάσει μὲν τῆς ἀκροάσεως τῆς αὐτοῦ τοὺς οὐ μετὰ χρησιᾶς δόξης πραγματι χρωμένους, ἑτέρους δὲ ἐγκατασπήσει γνώμῃ καὶ προβολῇ τῶν οἷς ταῦτα, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, κεκινδύνευται [1]).

Κεφ. η'

Εἰ δέ τις ἢ τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων [2]), ἢ τῶν ἐλλογιμωτάτων ἡμῶν δικασιῶν παύσοιτο τοῦ δικάζειν καθ' οἱανοῦν αἰτίαν, οὐκ ἄλλως ἕτερος αὐτοῦ διαδέξεται τὴν ἀκρόασιν, πλὴν εἰ μὴ τοῦτο ἡμεῖς ἐγκρίνοντες, ἑτέρῳ παραδοίημεν τὴν ἀντ' αὐτοῦ τῶν δικῶν ἐξέτασιν.

Κεφ. θ'.

Ὅπως δ' ἂν μὴ ὁ περὶ ταῦτα πόνος ἄμισθος τοῖς ἡμετέροις γένηται διαιτηταῖς, θεσπίζομεν, αὐτοὺς ἐν ἑκάστῃ παρ' αὐτοῖς λεγομένῃ δίκῃ, κἂν εἰ θειόθεν παραπεμφθείη, ἀνὰ δύο μὲν χρυσοῦς παρ' ἑκατέρου μέρους ἐν τῇ προκατάρξει λαμβάνειν, ἀνὰ δύο δὲ ἐν τῷ πέρατι τῆς ὑποθέσεως, καὶ περαιτέρω τούτων μηδέν (τοῦτο ὕπερ καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν διωρίσαντο), ἀλλὰ τούτοις ἀρκεῖσθαι καὶ μόνοις, δηλαδὴ τῶν προνομίων τῶν ἐπ' ἐλαττώσει τῶν δαπανημάτων τισὶν ὑπαρχόντων ἅπασιν ἀκεραίων καὶα τὴν ἑαυτῶν τάξιν φυλοττομένων. Τιθῦα δὲ φαμὲν ἐπὶ τῶν δικῶν τῶν ὑπερβαινουσῶν ποσότητα χρυσῶν ἑκατόν. εἰ γὰρ μέχρι τούτου τὸ μέτρον εἴη τῶν δικῶν, οὐδὲν αὐτοὺς δικαστικῶν ἕνεκεν ἀπαιτεῖσθαι βουλόμεθα. ἐκ γὰρ οὕτως ἐλαχίστης ποσοτητος ὁ τὴν οἱανοῦν ἐξαίρεσιν ποιούμενος μεγίστῳ μέρει τῆς δίκης [3]) τὸν οὕτω πεπονημένον ἐλαττοῖ. Καὶ οὐ μέχρι τούτων ἰσιάμεθα μόνων, ἀλλὰ καὶ ὑλκοθεν αὐτοῖς φιλοτιμούμεθα. βουλόμεθα γὰρ ἕκαστον τῶν τοιούτων διαιτητῶν ἔτους ἑκάστου παρὰ τῆς τραπέζης τῆς σῆς ὑπεροχῆς κομίζεσθαι duas libras auri, καὶ ταύτας ἀρκεῖσθαι καὶ μόναις, ἀδωρότατους τε εἶναι, καὶ χρυσίου παντὸς ὑπερφρονεῖν. διὰ τοῦτο γὰρ ἐλλόμεθα τὸ δημόσιον ἐλαττῶσαι, ἵνα καὶ αὐτῶν ἕκασος ἀρκούμενος τῇ τε παρ' ἡμῶν δόσει, τοῖς τε ἀνὰ τέσσαρσι χρυσοῖς καθαρᾶς τῷ θεῷ τε καὶ ἡμῖν καὶ τῷ νόμῳ φυλάξῃ τὰς χεῖρας, ἐνθυμούμενος, οἷα περὶ τούτων τοῖς ἔμπροσθεν νομοθέταις διηγόρευται.

Κεφ. ι'.

electione eorum, quorum periculo, sicuti ante diximus, haec sunt.

Cap. VIII.

Si quis autem vel ex gloriosissimis magistratibus, vel eloquentissimis iudicibus ex qualibet causa iudicare desinat, non aliter cognitionem eius alius suscipiat, quam si nos hoc decernentes, alii causarum examinationem eius loco tradamus.

Cap. IX.

Verum ne labor hic pedaneis nostris iudicibus absque mercede sit, sancimus, ut in unaquaque causa, quae apud eos agitur, etiamsi ab Imperatore transmittatur, ab utraque parte duos aureos in litis contestatione, et in fine negotii duos accipiant, praetereaque nihil (id quod et praedecessores nostri definiverunt), sed his, et quidem solis, contenti sint; privilegiis scilicet, quae ad sumtuum deminutionem quidam habent, omnibus secundum ordinem suum integris servandis. Haec vero dicimus in litibus, quae centum aureorum quantitatem excedunt. Nam si hunc modum non superant lites, nihil eos iudicialium sportularum nomine exigere volumus; qui enim in tam exigua quantitate quamcunque exactionem facit, maximam partem litis cum fraudat, qui ita defatigatus est. Neque in ea re acquiescimus, sed de nostro etiam iis largimur. Volumus enim, ut unusquisque talium iudicum pedaneorum singulis annis a mensa celsitudinis tuae duas auri libras accipiat, iisque solis contentus sit, a muneribus autem abstineat, et pecuniam omnino contemnat. Propterea enim fiscum deminuere volumus, ut unusquisque eorum, nostra liberalitate et quatuor aureis contentus, puras deo et nobis et legi manus servet, animo reputans, quae a prioribus legislatoribus de his sancita sunt.

Cap. X.

fieri, expellat quidem auditorio suo eos, qui non cum nulli opinione causis utuntur, alios autem institnat sententia et electione eorum, quibus hoc, sicuti praediximus, periculi est.

Cap. VIII. Si quis autem aut gloriosissimorum aut eloquentissimorum iudicum removeatur iudicare pro qualibet causa vel necessitate, non aliter alter in eius succedat auditorio [4]), nisi hoc nos decernentes, alii tradiderimus pro eo causarum examinationem.

Cap. IX. Ne autem circa haec labor sine mercede nostris fiat pedaneis, sancimus, eos in unaquaque dicta apud eos causa, vel si divinitus fuerit deputata, duos quidem aureos ab utraque parte in contestatione litis accipere, et duos in fine negotii, et ultra hoc nihil, quod etiam praedecessores nostri definierunt, sed his contentos esse solis, privilegiis quippe, quae in deminutione sumtuum quibusdam concessa sunt, omnibus integris secundum suum ordinem conservandis. Hoc autem dicimus in litibus transcendentibus quantitatem aureorum centum. Si enim usque ad hoc mensura fuerit litium, nihil eos audientiae causa volumus exigi; qui enim ita parvae quantitatis exactionem facit, pro maxima parte victoria sic pauperem fraudat. Et neque in hoc solummodo stamus, sed etiam de proprio ipsis largimur. Volumus enim unumquemque istiusmodi pedaneorum [5]) annis singulis a mensa tuae celsitudinis percipere duas libras auri, et his esse contentum solis, et neque redimi, et aurum omnino despicere. Propterea enim eligimus fiscum minuere, quatenus horum unusquisque contentus nostra largitate et quaternis aureis puras deo et nobis et legi custodiat manus, cogitans, quae a prioribus legislatoribus de his definita sunt.

Cap. X.

---

[1]) *Scrimg., Hal., Bas. (Cod. Coisl. et Theod.); κινδυνεύεται Bas. (ed. Fabr.)* — [2]) *ἀρχόντων delendum esse censet Hal. in notis recogn. op. et om. Bas. (Cod. Coisl.). Fulg.* — [3]) *Scrimg., Bas.; νίκης Hal., Fulg.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid.; auditorium Port., Cont.* — [5]) unumq. eorum qui sub istis sunt ped. *Cod. Hamb.*; unumq. horum qui sub isto vel his sunt ped. *Trid., Port.*

Κεφ. ι'.

Τὸ δὲ χρῆναι καὶ τὸν τῶν δαπανημάτων λόγον τοὺς δικαστὰς πάντως κατεξετάζειν (ἐπειδὴ τοῦτο καλῶς καὶ ἡ Ζήνωνος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἐπέταξε ψῆφος, ἡμεῖς τε οὐκ ἀπηξιώσαμεν μέρος καὶ αὐτὸ τῶν ἡμετέρων ποιῆσαι διατυπώσεων), μενέτω καὶ νῦν ἐπὶ ταυτοῦ σχήματος φυλαττόμενον, ἐκείνου μόνου προσεπιτιθεμένου, τοῦ, εἴπερ ὅρκον ἐπαγάγοι περὶ τῶν δαπανημάτων ὁ δικαστὴς τῷ νενικηκότι, δηλαδὴ μετὰ τῆς φαινομένης αὐτῷ ὀρθῶς ἔχειν ποσότητος, ἣν δὴ ταξατίωνα καλοῦσιν οἱ νόμοι, εἶτα ἐκεῖνος ἐπομόσοιτο, μὴ ἔχειν ἄδειαν τὸν δικασιὴν εἰς ἐλάττονα τῶν ὁμωμοσμένων καταδικάζειν, μηδὲ φαίνεσθαι φιλανθρωπότερον τοῦ νόμου τοῦ ταῦτα διατάττοντος. εἰ μέντοι συνείδοι, μὴ δεῖν μηδέτερον τῶν μερῶν τῷ τῶν δαπανημάτων ὑποθεῖναι λόγῳ διὰ τὸ τῆς ὑποθέσεως ἴσως ποικίλον, αὐτὸ τοῦτο διορίζεσθαι ψήφῳ. πάντων τῶν ἄλλων τῶν ἐπὶ ταῖς ἐφέσεσι, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, καὶ τῶν ἐπὶ ταῖς παραιτήσεσι, καὶ τῶν περὶ τοῦ μὴ προχείρως καὶ σὺν ἀνάγκῃ γίνεσθαι τὰς προκατάρξεις, ἀλλ' ἔχειν τὴν τῶν εἴκοσιν ἡμερῶν [a]) προθεσμίαν, καὶ εἴ τι ἄλλο δικαστικὸν ὡρίσαμεν, πάντως ἐπὶ τῆς οἰκείας μενόντων ἰσχύος.

Cap. X.

Ut autem iudices rationem expensarum omnino examinent (quoniam hoc Zenonis piae memoriae sententia recte constitutum est, et nos etiam in partem constitutionum nostrarum illud sumere non dedignati sumus), etiam nunc hoc maneat et in eadem forma custodiatur, atque hoc solum addatur, si iudex victori iusiurandum de expensis deferat, indicata scilicet simul quantitate, quae ipsi iusta esse videatur, quam leges taxationem vocant, atque ille iuraverit, ne iudex in minorem quantitatem, quam iuratum est, condemnandi potestatem habeat, neque lege humanior videatur, quae haec disponit. Si tamen neutram partem propter negotii ambiguitatem in expensas condemnandam esse perspexerit, sententia hoc ipsum decernat. Cetera vero omnia, quae vel de appellationibus, uti ante diximus, vel de recusationibus, vel de eo, ne promte et coacte litis contestationes fiant, sed terminum viginti dierum habeant, vel si quid aliud de iudiciis decrevimus, in suo robore maneant.

Κεφ. ια'.

Ἐπειδὴ δὲ πολλαί τινες ἡμῖν γίνονται προσελεύσεις, αἱρουμένων τινῶν δικαστὰς πανταχοῦ ἀνεπισήμονας καὶ νόμων καὶ πείρας, καὶ ὑπὸ προθυμίας ὁμνύουσιν ἐμμένειν τοῖς δικασταῖς, οἷς οὐκ ἄν τις οὐδ' ὁτιοῦν πιστεύσειεν, εἶτα ἀναπείθουσιν ἴσως καὶ τοὺς δικαστὰς τὸν τοιοῦτον δῆθεν αὐτοῖς ὅρκον παρέχειν, ἄνδρας οὐδὲ ὅ τί ποτέ ἐστι τὸ δίκαιον, οὐδὲ τὴν αὐτοῦ παρατήρησιν ἐπισταμένους, καὶ εἰκότως βλαβέντες αἰτοῦσιν ἐξετασθῆναι τὴν ὑπόθεσιν, ἐπιλαθόμενοι τῶν ὅρκων ὧν ὤμοσαν, τὸ πρᾶγμα ἡμῖν ἐπισιτροφῆς ἄξιον ἐνομίσθη. §. 1. *Καὶ ἐπειδήπερ ἔγνωμεν ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων πείρας, σφαλερὸν εἶναι τὸ τοιοῦτο, θεσπίζομεν, τοῦ λοιποῦ μηδένα γίνεσθαι παντελῶς δικασιὴν αἱρετόν, καὶ μετὰ τῆς ἐξ ὅρκων ἀσφαλείας δικάζεσθαι, ἵνα μὴ ἐντεῦθεν εἰς ἐπιορκίαν ἀκούσιον ἐμπίπτωσιν ἄνθρωποι, διὰ τὴν τῶν δικαστῶν ἀμαθίαν ἐπιορκεῖν ἀναγκαζόμενοι, ἀλλὰ πάντως οἱ τὸν δικαστὴν ἢ τοὺς δικαστὰς αἱρούμενοι μετὰ ποινῆς αὐτοὺς ἐπιλεγέσθωσαν, ὁπόσης ἂν τὰ μέρη πρὸς ἄλληλα συμβαίεν, καὶ ἀνάγκην ἐχέτωσαν ἢ ἐμμένειν τῇ κρίσει, ἢ*

Cap. XI.

Quia vero saepius hac de causa interpellamur, quod quidam iudices eligant legum et usus forensis plane ignaros, seque iudicibus contentos esse promte iurent, quibus quis nullam plane fidem haberet, deinde etiam iudicibus persuadeant, ut eiusmodi iusiurandum sibi praebeant, viris, qui neque quid iustum sit, nec observationem illius sciunt, et cum forte laesi sunt, ut negotium examinetur, petunt, iurisiurandi, quod iurarunt, obliti, res illa animadversione nobis digna visa est.

§. 1. *Et quoniam ipso rerum usu cognovimus, periculosum id esse, sancimus, ne quis omnino in posterum ita arbiter fiat, ut cum cautione iureiurando praestita iudicetur, ne homines exinde inviti in periurium incidant, et propter iudicum ignorantiam peierare compellantur; sed qui iudicem aut iudices eligunt, omnino cum poenae stipulatione eos eligant, quantacunque inter partes convenerit, et necessitas illis incumbat, ut vel sententiae stent, vel, si illam retractare velint, prius mulctam pendant, atque ita facultatem habeant a iudicato discedendi, et ad alium iudicem veniendi;*

Cap. X. Oportet autem expensarum rationem iudices omnino examinare, et quia hoc bene Zenonis piae memoriae decrevit sententia [1]) et nos non dedignati summus partem etiam hoc nostrarum facere dispositionum. Maneat ergo etiam nunc in eodem schemate custoditum, illo solo adiecto, si iusirandum intulerit de expensis index victori, scilicet cum quantitate, quae visa erit ei recte se habere, quam taxationem vocant leges, deinde ille iuraverit, non habere licentiam iudicem in [2]) minus, quam iuratum est, condemnare, neque videri clementiorem lege, quae haec disponit. Si tamen perspexerit neutrum summum subdere rationi, et propter [3]) negotii forte varietatem, hoc ipsum decernat sua sententia. Omnibus aliis super appellationibus, sicut praediximus, et excusationibus, et ut non promte et cum necessitate fiant litis contestationes, sed habeant viginti dierum inducias, et quidquid aliud iudiciale decrevimus, in propria virtute manentibus.

Cap. XI. Quia vero multae quaedam nobis fiunt interpellationes, eligentibus quibusdam iudices penitus ignorantes leges et experimentum, et prone iurant iudicibus se contentos, quibus nequaquam quispiam quodlibet credat, deinde suadent forsan etiam iudicibus quasi sibi praebere insirandum, viris neque [4]) quid sit iustum, neque eius observationem [5]) scientibus, et merito laesi ipsi rursus volunt examinari negotium, obliti iurisirandi, quod iuraverunt, causa nobis subversione digna visa est. §. 1. Et quia cognovimus ex rerum experimento, incautum hoc esse, sancimus, de cetero nullum fieri omnino iudicem arbitralem, et cum iurisiurandi cautione iudicare, ne ex hoc in periurium invitum incidant homines, propter iudicum ignorantiam peierare compulsi, sed omnino qui iudicem aut iudices eligunt, cum poena eligant eos, quatenus partes adinvicem cogant, et necessitatem habeant aut contentae esse iudicio, aut, si retractare volnerit alter, det mulctam, et sic

---

[a]) (*Rustath.*) ῥοπ. *X.* 2.

[1]) *Cod. Hamb.*; et auctoritas *add. edd.* — [2]) *Bk.*; pter *Cod. Hamb., edd.* — [4]) *Cod. Hamb.*; iusiui iuris, *in om. Cod. Hamb., edd.* — [3]) *Bk. ed. ster.*; et pro- neque *edd.* — [5]) *Cod. Hamb.*; observationes *edd.*

ἢ εἴπερ ταύτην ἀναψηλαφῆσαι βουληθεῖεν, πρότερον δοῦναι τὸ πρόσιμον, οὕτω τε ἄδειαν ἔχειν ἀναχωρεῖν τῶν κεκριμένων, καὶ ἐφ' ἕτερον χωρεῖν δικαστήν [1]). τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων, εἴ γε προσελευσθεῖεν, ἐκβιβαζόντων τὰ πρόσιμα, καὶ τοῖς ταῦτα προσιαχθεῖσι λαβεῖν ἀποκαταστῆναι παρασκευαζόντων. εἰδότων τῶν τοὺς δικαστὰς αἱρουμένων, ὡς εἰ μὴ τοῦτο πράξαιεν, μηδὲ ἐπερωτήσουσι ποινήν, ἀλλ' οἰηθῶσιν ἀρκεῖν αὐτοῖς τὴν ἐκ τῶν ὅρκων ἀσφάλειαν, εἶτα οἱ δικασταὶ οἱ οὕτως αἱρεθέντες βλάψουσιν αὐτούς, εἰ μὲν ἐξεπίτηδες, τῷ δεσπότῃ θεῷ τὴν ποινὴν τῆς ἐπιορκίας ὑφέξουσιν, εἰ δὲ ἐξ ἀμαθίας τοῦτο ὑποσταῖεν, οὐδὲν παρὰ τοὺς ὅρκους αὐτοῖς ἔσται πλέον. οὔτε γὰρ ἐπιορκίαν παρά τινος γίνεσθαι βουλόμεθα, οὔτε αὖθις τοὺς δικαζομένους ζημίαν ὑφίστασθαι μεγάλην διὰ τὴν τῶν δικασιῶν ἀμαθίαν παρὰ τὴν τῶν ὅρκων εὐλάβειαν συγχωροῦμεν. πάντων τῶν ἔμπροσθεν νενομοθετημένων, εἴτε ἐκ τῆς ἀρχαίας νομοθεσίας, εἴτε καὶ παρ' ἡμῶν, περὶ τῶν compromissariων [2]) δικασιῶν, ἢ ἐπὶ τοῖς αἱρετοῖς (χωρὶς μέντοι τῆς παρὰ τῶν ὅρκων ἀνάγκης) μενόντων ἐπὶ τῆς ἰδίας ἰσχύος, καὶ οὐδὲν ἐκ τοῦδε ἡμῶν τοῦ νόμου καινιζομένων.

veniendi; iudicesque nostri, si quis eos adierit, mulctam exigant, atque efficiant, ut illis restituatur qui eam accipere iussi sunt. Ac sciant illi, qui iudices eligunt, nisi hoc fecerint, nec poenam stipulati fuerint, sed iuratoriam cautionem sibi sufficere putaverint, deinde iudices ita electi illos laeserint, si quidem de industria, domino deo periurii poenam soluturos esse, sin autem ex imperitia id faciant, praeter iusiurandum nihil illis reliquum fore. Neque enim periurium a quoquam committi volumus, neque rursus permittimus, ut litigantes magnum damnum propter imperitiam iudicum praeter iurisiurandi religionem sustineant, omniaque, quae antea sive antiquis legibus, sive a nobis de compromissariis iudicibus aut arbitris sancita sunt (excepta tamen necessitate iurisiurandi), in suo robore maneant nec hac lege ullo modo inno-ventur.

Κεφ. ιβ'

Τοὺς μέντοι γε ἡμετέρους ἄρχοντας πᾶσι τρόποις δέχεσθαι τὰς ἐκκλήτους θεσπίζομεν, καὶ μηδενὶ παῤῥησίαν εἶναι παντελῶς τοῦτο διωθεῖσθαι, πλὴν μόνου τοῦ θρόνου τῆς σῆς ὑπεροχῆς, ᾧ τινὶ τοῦτο ἄνωθεν ἡ βασιλεία περιλοτίμηται, τὴν τῆς ἀναψηλαφήσεως ἀντεισάγουσα βοήθειαν.

Cap. XII.

Sancimus autem, ut magistratus nostri omnibus modis appellationes suscipiant, neque ulli plane id repudiare liceat, excepta sola sede celsitudinis tuae, cui hoc olim Imperator largitus est, retractationis auxilium in locum eius introducens.

Κεφ. ιγ'.

Πᾶς δὲ δικασής, εἴτε ἀρχὴν ἔχων, εἴτε ἄλλως ἱκάζων, τηρείτω τοὺς νόμους, καὶ κατὰ τούτους φερέτω τὰς ψήφους, καὶ κἂν εἰ συμβαίη κέλευσιν ἡμετέραν ἐν μέσῳ, κἂν εἰ θεῖον τύπον, κἂν εἰ πραγματικὸς εἴη φοιτήσας, λέγων τοιῶσδε χρῆναι τὴν δίκην τεμεῖν, ἀκολουθείτω τῷ νόμῳ. ἡμεῖς γὰρ ἐκεῖνο βουλόμεθα κρατεῖν, ὅπερ οἱ ἡμέτεροι βούλονται νόμοι. εἰ γὰρ ἔκκλητος ἡ δίκη γένηται, ὁ μὲν δικασὴς δεχέσθω πάντως τὴν ἐπιδιδομένην ἔφεσιν, οὐδ' ὁτιοῦν παντελῶς προφασιζόμενος, ἐφ' ὧν

Cap. XIII.

Omnis autem iudex, sive magistratum gerat, sive aliter iudicet, leges servet, et secundum eas sententiam dicat, ac licet interim contigerit iussionem nostram, vel sacram formam, quamvis pragmatica sit, editam esse, quae hoc modo litem decidendam dicat, legem sequatur. Nos enim id obtinere volumus, quod leges nostrae volunt. Nam si in lite appellatum sit, iudex interpositam appellationem omnino suscipiat, nihil omnino praetendens, ubi omnino licet appellare, omnes vero ex appellationibus auxilium habeant, per quod illi,

sic licentiam habeat discedere [3]) ab iis, quae iudicata sunt, et ad alind venire auditorium; nostris iudicibus, si aditi fuerint, exigentibus mulctam, et iis, qni eam iussi sunt accipere, restitni praeparantibus. Scientibus iis, qni iudices elignnt, qnia, si hoc non egerint, neqne stipulati fuerint poenam, sed existimaverint sufficere sibi ex inreinrando cautionem, deinde iudices sic electi noceant eis, si quidem ex studio, a domino deo poenas periurii snstinebnnt, si autem ex ignorantia hoc passi fuerint, nihil praeter insiurandum erit eis amplius, quia neque perinrium volumus ab aliqno inferri, neqne rursus litigantes snstinere damnum magnum propter iudicantium ignorantiam citra iurisiurandi reverentiam permittimus. Omnibus ante sancitis sive ex antiqua legislatione, sive a nobis de compromissariis indicibus ant in [4]) arbitris, extra tamen necessitatem inrisinrandi, in propria virtute manentibus, et nequaquam ex hac nostra lege novandis.

Cap. XII. Nostros tamen indices omnibus modis suscipere appellationes sancimus, et nulli licentiam esse penitus hoc repellere, praeter solam tuam eminentiam, cui hoc ab initio largitur imperium, retractationis introducens auxilium.

Cap. XIII. Omnis antem iudex, sive cingnlum habens, sive aliter indicans, custodiat leges, et secundum eas proferat sententias, et vel si contingat inssionem nostram in medinm, vel si sacram formam, vel si pragmaticam procedere sanctionem, dicentem aliter agi, sequatur legem; nos enim volumus obtinere, quod nostrae volunt leges. Si enim sub appellatione lis fiat, index quidem suscipiat modis omnibus oblatam appel-

---

[1]) ἐφ' ἑτέρῳ χωρεῖν δικαστηρίῳ *Hal.*; ἐφ' ἕτερον χωρεῖν δικαστήριον *Bas.*, *Vulg.* — [2]) *Vulg.*; διαγνωμόνων *Bas.*; διαιτητῶν μόνον *Hal.* — [3]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; reus *add. Port.*, *Cont.* — [4]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; in *om. Port.*, *Cont.*

ὧν ὅλως ἔξεστιν ἐγκαλεῖσθαι, ἢ δὲ ἐκ τῶν ἐκκλήτων βοήθεια πᾶσι προκείσθω, δι' ἧς ἔξεστι τῷ βλαβέντι καὶ μέμψασθαι, καὶ τυχεῖν ἐπανορθώσεως ἢ παρὰ τῶν ἐφετῶν, ἢ παρ' ἡμῶν αὐτῶν, εἴπερ εἰς ἡμᾶς ἡ ψῆφος ἐνεχθείη.

illi, qui laesus est, et conqueri, et correctionem vel ab iis, qui de appellatione cognoscunt, vel a nobis ipsis, si ad nos sententia referatur, impetrare licet.

Κεφ. ιδ'. [a])

Εἰ δέ τι χρίνοντες οἱ δικασταὶ νομίσαιεν ἀμφισβητήσιμον εἶναι, δίδομεν αὐτοῖς ἄδειαν τὰ περὶ τούτου μηνύειν εἰς ἡμᾶς, καὶ πυνθάνεσθαί τε ἡμῶν, καὶ μανθάνειν τὰ δέοντα, καὶ οὕτω τὸ πρακτέον ὑφηγεῖσθαι, καὶ ποιεῖν δικαίας τε ἅμα καὶ εὐλόγους τὰς χρίσεις.

Cap. XIV.

Si vero iudices, qui de re quadam iudicant, dubitationem aliquam habere putaverint, damus eis licentiam nobis ea indicandi, et nos consulendi, et cognoscendi, quae necessaria sunt, atque ita quod agendum est expediant, et iustas simul ac rationabiles sententias ferant.

Ἐπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τὴν τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ὠφέλειαν πεπραγμένα ταῦτα ἔπί τε τῆς βασιλείου προθήσει στοᾶς, ἔπί τε τῶν ἄλλων μερῶν τῆς μεγάλης ταύτης ἡμῶν πόλεως, ὥστε ἅπασι ταῦτα γενέσθαι φανερά, καὶ μαθεῖν, ὅτι διὰ πάντων ἡμῖν μέλει τῆς αὐτῶν ἀσφαλείας τε καὶ ἀπραγμοσύνης. Dat. VI. Id. Apr. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XIII., Apione V. C. Cons. [1]) [539.]

Epilogus.

Eminentia igitur tua quae nobis placuerunt et propter subiectorum nostrorum utilitatem acta sunt in regia porticu aliisque partibus magnae huius nostrae urbis proponet, ut illa omnibus manifesta fiant, atque intelligant, securitatem et tranquillitatem eorum perpetuo nobis curae esse.

ΔΙΑ- No-

appellationem, nihil penitus excusans, in quibus omnino licet appellare, auxilium vero circa appellationes omnibus adiacet, per quod licet laeso et queri, et mereri correctionem aut ab iis, qui de appellatione iudicant, aut a nobis ipsis, si ad nos sententia referatur.

Cap. XIV. Si quid autem audientes iudices putaverint esse dubium, damus eis licentiam de hit nunciare nobis, et consulere nos, ut discant, quae necessaria sunt, et ita quod agendum est explicent, et faciant iusta simul et rationabilia iudicia.

Epilogus. Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et propter nostrorum subiectorum utilitatem gesta sunt, haec et [2]) in imperiali proponat basilica, et in aliis partibus nostrae regiae civitatis, ut universis haec fiant manifesta, et discant, quia per omnia nobis cura est eorum utilitatis pariter et aequitatis. Dat. VI. Id. April. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Const. LXXXIV.

---

[a]) *Hoc cap. deest in Hal. ed. Norica ut in Bas., sed ex ed. Hervag. supplem. receptum est in Par.*

[1]) *Subscriptionem ex Cod. Vindob. exhibuit Bk.* — [2]) *Trid.*; hoc (om. et.) *Cod. Hamb.*; his e *Port., Const.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ πγ'.[a])

Περὶ τοῦ τοὺς κληρικοὺς τοῖς ἐπισκόποις ἀποκρίνεσθαι.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων ὀρδιναρίῳ καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Πολλοὺς ἱεροὺς γεγραφότες νόμους περί τε τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῆς τε[1]) *ἐφεξῆς ἱερατείας ἁπάσης, καὶ μὴν καὶ περὶ τῶν εὐλαβεστάτων μοναχῶν, καὶ ἐναγχος τοῦτο πεπραχότες, ἐν οἷς ἠβουλήθημεν τοὺς εὐλαβεστάτους μοναχοὺς παρὰ μόνοις τοῖς τῶν πόλεων ἐπισκόποις, ὑφ' οὓς ἐστι τὰ μοναστήρια, τὰς ἐναγωγὰς ὑπομένειν, ἠτήθημεν παρὰ Μηνᾶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, καὶ τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς ταύτην δοῦναι τὴν προνομίαν, ὥστε εἴ τις ἔχοι τινὰ πρὸς αὐτοὺς χρηματικὴν δίκην, πρότερον παρὰ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον ἰέναι, τὸν ὑφ' ὃν τελεῖ, καὶ ἐντυγχάνειν αὐτῷ, καὶ ἀγράφου*[2]) *κρίσεως*[3]) *ἀπολαύειν. καὶ εἴπερ τοῦτο γένοιτο, μήτε ἐνοχλεῖν αὐτῷ, μήτε ἔλκειν εἰς δικαστήρια πολιτικά, μηδὲ τῆς ἱερᾶς αὐτὸν ἀπασχολεῖν λειτουργίας, ἀλλ' ἀγράφως κατεξετάζεσθαι τὴν ὑπόθεσιν ζημίας χωρίς, καὶ λαμβάνειν τύπον ἴσως καὶ ἔγγραφον, εἰ τοῦτο τὰ μέρη βουληθείη τε καὶ αἰτήσειε, καὶ ἀπηλλάχθαι τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔριδος. §. 1. Εἰ δέ γε διὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν ἢ διά τινα ἴσως δυσκολίαν οὐ γένοιτο δυνατὸν τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τιμεῖν τὴν ὑπόθεσιν, τότε ἄδειαν εἶναι καὶ παρὰ τοὺς πολιτικοὺς ἄρχοντας ἰέναι, καὶ τῶν προνομίων ἁπάντων φυλαττομένων, ὁπόσα τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς αἱ θεῖαι διατάξεις διδόασι, καὶ ἀγωνίζεσθαι, καὶ πέρας ἐπιτίθεσθαι τῇ δίκῃ. καὶ οὕτως ἐλεύθερον γίγεσθαι πραγμάτων. τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους σπευδόντων σὺν πάσῃ προθυμίᾳ καὶ τάχει τὰς δίκας τεμεῖν, ὥστε μὴ δια τὰς τοιαύτας αἰτίας τῶν ἱερῶν αὐτοὺς ἀπασχολεῖσθαι πραξέων, καὶ δέον τὸν θεὸν ἱκετεύειν, καὶ τὰ ἱερεῦσι πρέποντα πράττειν, δικαστηρίων ἀνέχεσθαι καὶ τῶν ἐκεῖσε θορύβων, καὶ τῆς ἐγγινομένης ταραχῆς ταῖς τῶν δικαζομένων ψυχαῖς. §. 2.*[b]) *Εἰ μέντοι περὶ ἐγκλημάτων ἐναγοιντο, εἰ μὲν πολιτικῶν, ἐνταῦθα μὲν οἱ πρὸς-*

Novella LXXXIII.

UT CLERICI APUD EPISCOPOS RESPONDEANT.

Imp. Iustinianus Augustus Ioanni, gloriosissimo per Orientem iterum Praefecto Praetorio, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio.

Multas sacras leges de carissimis deo episcopis, deque reliquo omni sacerdotio, nec non religiosissimis monachis scribentes, et nuper etiam hoc facientes, in quibus statuimus, ut religiosissimi monachi non nisi apud civitatum episcopos, sub quibus monasteria sunt, conveniantur, petiit a nobis Menna, deo carissimus episcopus felicis huius civitatis et patriarcha universalis, ut religiosissimis quoque clericis hoc privilegium concederetur, ut, si quis cum iis pecuniariam causam haberet, primum deo amicissimum episcopum, sub quo constitutus est, adeat, eumque interpellet, ac sententia sine scriptis fruatur, eoque facto nec molestia illi creetur, nec ad iudicia civilia trahatur, nec a sacro ministerio vacet, sed causa sine scripto examinetur absque damno; atque etiam scriptam formam accipiat, si hoc partes voluerint et petierint, atque a mutua contentione liberentur.

§. 1. *Si vero vel propter causae naturam, vel etiam propter difficultatem aliquam deo amicissimus episcopus negotium decidere non potuerit, tunc liceat civiles etiam magistratus adire, omnibusque privilegiis servatis, quae religiosissimis clericis sacrae constitutiones praebent, et litigare, et finem liti imponere, et a negotiis illis liberari. Clarissimi vero iudices secundum leges nostras cum omni alacritate et celeritate lites decidere festinent, ne illi per eiusmodi causas a sacris actionibus avocentur, neve quum deo supplicare, quaeque sacerdotes decent agere oporteat, in iudiciis et turbis, quae ibi sunt, ac perturbatione, quae in litigantium animis exsistit, detineantur.*

§. 2. *Si tamen de criminibus, et quidem civilibus, conveniantur, hic quidem iudices competentes, in provinciis*

Gl. CONST. LXXXIV.

UT CLERICI APUD PROPRIOS EPISCOPOS PRIMUM CONVENIANTUR, ET POST HOC APUD CIVILES IUDICES.

(Coll. VI. tit. 11.)

Idem Augustus Ioanni, gloriosissimo per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio. Plurimas sacras scribentes leges et de deo amabilibus episcopis, et reliqno omni sacerdotio, nec non de reverendissimis monachis, et nuper hoc agentes, in qnibus volumus reverendissimos monachos apud solos civitatis episcopos, sub quibus sunt monasteria, conventiones suscipere, petiti sumus a Menna deo amabili archiepiscopo huius felicissimae civitatis et universali patriarcha, reverendissimis clericis hoc dare privilegium, ut, si quis habet adversus eos quamlibet pecuniariam causam, prius ad deo amabilem archiepiscopum pergat, sub quo constitntus est, et interpellet eum et ex non scripto indicium mereatur. Et si hoc fiat, nec inquietet eum, nec trahat ad auditoria civilia, neqne a sacro eum vacare faciat ministerio, sed ex non scripto examinetur negotium sine damnis, et accipiat formam forsan etiam scriptam, si hoc qnoqne partes volnerint, et poposcerint, et liberentur alterutro certamine. §. 1. Si vero aut propter causae naturam, aut propter quandam forte difficultatem non fuerit possibile deo amabili episcopo decidere negotium, tunc licentiam esse et ad civiles iudices pergere, et privilegiis omnibus custoditis, qnae reverendissimis clericis sacrae praestant constitutiones, et litigare, et examinationem fieri, et terminum imponi liti, et ita liberam fieri

---

[a]) *Scrimg.*; *Hal. rubricam tantum et inscriptionem praebet.* — *Nov. est in Coll. 87. capitul. c. 12.* (*cf. Biener l. c. p. 587.*) *et in* (*Ioannis*) *Nomoc. App. X.* (*Voëlli bibl. II. p. 663.*) *Epit. in Coll. const. eccl. III. 1. 4.* (*ibid. p. 1329.*) *et in Photii Nomoc. IX. 1.* (*ibid. p. 955.*) *et ibid. in Suppl.* (*ibid. p. 1139 sq.*) — *Iulian. Const. 77.* — *Versio est glossata.* — [b]) (*Eustath.*) *δοπ. XIV. 20.*

[1]) *Meerm. I. II.* (*Ioannis*) *Nomoc.*, *Vulg.*; τε *om. Scrimg.*, *Meerm. III.*, *Zuich.* .. [2]) *Meerm. I. II. III.*, *Zuich.*, (*Ioannis*) *Nomoc.*, (*Photii Nomoc.*), *Vulg.*; ἐγγράφου *Scrimg.* — [3]) διαχρίσεως *Meerm. I. II.*, (*Ioannis*) *Nomoc.*

πρόσφοροι ἄρχοντες, ἐπὶ δὲ τῶν ἐπαρχιῶν οἱ τούτων ἡγούμενοι ἔσωσαν δικασταί, μὴ ὑπερβαινούσης τῆς δίκης μηνῶν δύο προθεσμίαν, ἀφ' οὗ προκαταρξις γένηται, ὥστε σύντομον ἐπιτίθεσθαι τῷ πράγματι πέρας. ἐκείνου δήλου ὄντος, ὡς εἴ γε ὑπεύθυνον εἶναι τὸν ἐναγόμενον νομίσειεν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενος, καὶ ποινῆς ἄξιον κρίνειε, πρότερον γυμνοῦσθαι τοῦτον παρὰ τοῦ θεοφιλεσιάτου ἐπισκόπου τῆς ἱερατικῆς ἀξίας, οὕτω τε ὑπὸ τὰς τῶν νόμων γίνεσθαι χεῖρας.

provinciis vero praesides earum sint iudices, non excedente lite duorum mensium spatium, ex quo litis contestatio facta est, ut cito finis negotio imponatur. Illud manifestum est, si praeses provinciae eum, qui convenitur, nocentem esse putaverit, dignumque poena iudicaverit, hunc prius a deo carissimo episcopo dignitate sacerdotali privandum, atque ita sub legum potestate constituendum esse.

Κεφ. α'.

Εἰ μέντοι ἐκκλησιαστικὸν εἴη τὸ ἁμάρτημα, δεόμενον σωφρονισμοῦ καὶ ἐπιτιμίων ἐκκλησιαστικῶν, ὁ θεοφιλέσιατος ἐπίσκοπος τοῦτο κρινέτω, μηδὲν ἐπικοινωνούντων τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν. οὐδὲ γὰρ βουλόμεθα τοιαύτας ὑποθέσεις ὅλως οὐδὲ γινώσκεσθαι τοῖς πολιτικοῖς ἄρχουσι, δέον τὰ τοιαῦτα καὶ ἐκκλησιαστικὰ ἐξετάζεσθαι, καὶ ἐπικαρποῦσθαι ψυχὰς τῶν ἁμαρτανόντων διὰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπιτιμίων κατὰ τοὺς ἱεροὺς καὶ θείους κανόνας, οἷς καὶ οἱ ἡμέτεροι κατακολουθεῖν οὐκ ἀπαξιοῦσι νόμοι. Εἰ δέ τινες ἤδη προκατήρχθησαν δίκαι, αὗται μενέτωσαν ἐπὶ ταὐτοῦ σχήματος, σύντομον λαμβάνουσαι πέρας. πάντων τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν νενομοθετημένων εἴτε ἐπὶ ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, εἴτε ἐπὶ τοῖς θεοφιλεσιάτοις ἐπισκόποις, εἴτε ἐπὶ κληρικοῖς, εἴτε ἐπὶ μοναχοῖς τὴν ἰδίαν ἰσχὺν ἐχόντων.

Cap. I.

Quodsi ecclesiasticum sit delictum, et castigatione ecclesiastica atque poena egeat, deo amicissimus episcopus de illo cognoscat, exclusis clarissimis provinciae praesidibus. Volumus enim civiles iudices eiusmodi causas plane nescire, quum talia ecclesiastice examinari, et peccatorum animas per poenas ecclesiasticas et sacros divinosque canones emendari oporteat, quos etiam leges nostrae sequi non dedignantur. Sin autem lites quaedam antea contestatae fuerint, hae in eodem statu maneant, et cito finem accipiant, omnibus illis, quae a nobis sive de sanctissimis ecclesiis, sive de carissimis deo episcopis, sive de clericis, sive de monachis sancita sunt, robur suum habentibus.

Ἐπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παρασταντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου διὰ προγραμμάτων οἰκείων φανερὰ πᾶσι κατασησάτω, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς παραφυλάττειν σπευσάτω. Dat. XV. Kal. Inn. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Epilogus.

Eminentia igitur tua quae nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt per programmata tua omnibus manifesta faciat, et in perpetuum custodire studeat.

ΔΙΑ-

No-

fieri causam. Clarissimis indicibus secundum nostras leges [1]) studentibus cum magnanimitate et velociter lites decidere, ut non propter huiusmodi causas sacris amoveantur obsequiis, et quum oporteat deum placari, et decentia sacerdotibus agi, auditoriis detineantur, et illic [2]) turbis, atque inhaerente tumultu litigantium animabus. §. 2. Si tamen de criminibus conveniantur, si quidem civilibus, hic quidem competentes iudices, in provinciis autem earum praesides sint iudices, non transcendente lite mensium duorum spatium, ex quo litis contestatio fit, quatenus brevis imponatur causae terminus. Illud palam est, si reum esse putaverit eum, qui convenitur, provinciae praeses, et poena indicaverit dignum, prius hunc spoliari a deo amabili episcopo sacerdotali dignitate, et ita sub legum fieri manu.

Cap. I. Si vero ecclesiasticum sit delictum, egens castigatione ecclesiastica et mulcta, deo amabilis episcopus hoc discernat, nihil communicantibus clarissimis provinciae iudicibus. Neque enim volumus talia negotia omnino scire civiles iudices, quum oporteat talia ecclesiastice examinari, et emendari animas delinquentium per ecclesiasticam mulctam secundum sacras et divinas regulas, quas etiam nostrae sequi non dedignantur leges. Si vero quaedam prius contestatae sunt lites, hae maneant in ipso schemate, velocem accipientes finem; omnibus, quae iam a nobis sancita sunt sive super sanctissimis ecclesiis, sive super deo amabilibus episcopis, sive super clericis, sive super monachis, propriam virtutem habentibus.

Epilogus. Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, per programmata propria manifesta faciat universis, et in perpetuum studeat custodiri. Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop., imper. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Const. LXXXV.

---

[1]) *Cod. Hamb.*; nostras constitutiones vel leges *edd.* — [2]) *Bk. ed. ster.*; illis *Cod. Hamb., edd.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ πδ'.[a])

Περὶ τῶν ὁμοπατρίων καὶ ὁμομητρίων ἀδελφῶν.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων ὀρδιναρίῳ καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Πολλοῖς πανταχόθεν ἡ φύσις καινουργήμασιν ἐν τοῖς πράγμασι χρωμένη (εἰρημένον ἤδη τοῦτο πολλάκις ἐν τοῖς νόμοις τὸ προοίμιον, εἰρήσεται δὲ καὶ αὖθις, ἕως ἂν ἐκείνη τὰ ἑαυτῆς πράτιῃ) πολλῶν ἡμᾶς εἰς χρείαν καθίσιησι νόμων. τὰς γὰρ legitimas καὶ τὰς cognaticas διαδοχὰς λέγουσι μὲν ἡμῖν καὶ οἱ πάλαι, καὶ οἱ ἐκ τῆς τῶν νόμων ἀρχαιότητος ταῦτα λαβόντες κατίασι μέχρι καὶ εἰς ἡμᾶς, οἳ πολλὰ καὶ τούτων ἐπηνωρθώσαμεν. ἦλθε δὲ εἰς ἡμᾶς τι τοιοῦτο. §. 1. Ἠγάγετό τις γαμετήν, καὶ παῖδες αὐτῷ γεγόνασιν ἐξ αὐτῆς. εἶτα ἀπελθούσης ἐκείνης ἄγεται πάλιν ἑτέραν, ἐξ ἧς τίκτονται παῖδες αὐτῷ, τοῖς προτέροις ὁμοπάτριοι μόνον, οὐ μὴν ὁμομήτριοι. εἶτα καὶ τρίτον ἐπεισάγεται γάμον, καὶ ποιεῖται παῖδας κἀντεῦθεν. μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν ἐπὶ δεύτερον ἡ γυνὴ χωρεῖ συνοικέσιον, ἐξ οὗ ἑτέρους ἐποιησατο παῖδας, τοῖς ἐκ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς ὁμομητρίους μόνον, οὐ μὴν καὶ ὁμοπατρίους. τελευτησάσης τοίνυν τῆς μητρὸς συνέβη ἐπιτελευτῆσαι καὶ τὸν ἕνα τῶν ἀδελφῶν, παίδων τε καὶ διαθηκῶν χωρίς, πολλοὺς ἀδελφοὺς καταλελοιπότα, τοὺς μὲν ὁμομητρίους, τοὺς δὲ ὁμοπατρίους, τοὺς δὲ ὁμομητρίους τε ἅμα καὶ ὁμοπατρίους. Καὶ ὃ μὲν ἐξευρηται τῇ φύσει καινούργημα, τοιοῦτό περ[1]) ἦν. ἔξεσι δὲ τοιαύτης ἀρχῆς δεδομένης ἡμῖν παρ' αὐτῆς καὶ ἕτερα προεπινοῆσαι θέματα τοιοῦτό τι φέρειν δυνάμενα, εἴτε τελευτῇ τοῦ ἀνδρός, εἴτε τελευτῇ τῆς γυναικός, εἴτε ἄλλων νομίμων γάμων διαφόρων τοῦτο ποιησάντων. τὸ ζητούμενον τοίνυν ἐκεῖνο ἦν, εἴπερ εἰς τὸν τοῦ τετελευτηκότος ἀδελφοῦ κλῆρον δεῖ πάντας καλεῖν, τούς τε ὁμομητρίους, τούς τε ὁμοπατρίους, τούς τε ἅμα μὲν ὁμομητρίους, ἅμα δὲ ὁμοπατρίους.

Κεφ. α'.

Novella LXXXIV.

DE CONSANGUINEIS ET UTERINIS FRATRIBUS

Imp. Iustinianus Augustus Ioanni, gloriosissimo per Orientem iterum Praefecto Praetorio, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio.

Natura, quae multas res ubique novat (quod prooemium in legibus saepe quidem iam dictum est, sed rursus dicetur, quamdiu illa, quae sua sunt, aget), multas leges nos ferre cogit. Legitimas enim et cognaticas successiones veteres quidem nobis tradunt, quique ex legibus antiquis haec sumserunt, ad nos usque pervenerunt, qui multa etiam ex iis correximus. Ad nos autem tale quid pervenit.

§. 1. *Duxit quidam uxorem, ex eaque liberos suscepit; deinde illa mortua aliam rursus duxit, ex qua ei nati sunt liberi, prioribus tantum consanguinei, non vero uterini; deinde et tertias contraxit nuptias, atque ex illis etiam liberos procreavit; post mortem vero eius mulier ad secundum venit matrimonium, ex quo illa alios peperit liberos, uterinos solum liberis prioris matrimonii, non vero etiam consanguineos. Iam vero matre mortua contigit, ut etiam unus ex fratribus sine liberis et sine testamento decederet, relictis multis fratribus et uterinis et consanguineis, et qui uterini ac consanguinei simul essent. Atque novum quidem quod natura invenit hoc erat. Licebit vero tali principio nobis ab ea dato alios quoque casus excogitare, qui tale quid afferre possint, sive mors viri, sive mors mulieris, sive aliae legitimae et diversae nuptiae id effecerint. Quaestio igitur haec erat, num ad defuncti fratris hereditatem omnes oporteret vocare, et uterinos, et consanguineos, et eos, qui simul et uterini et consanguinei essent.*

Cap. I.

Gl. Const. LXXXV.

DE CONSANGUINEIS ET UTERINIS FRATRIBUS.

(Coll. VI. tit. 12.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio. Multis undique natura novitatibus utens (dictum est iam in legibus hoc saepe prooemium, dicetur[2]) autem et iterum, donec illa, quae sua sunt, operatur), ad opus multarum nos pertrahit legum. Legitimas enim et cognativas[3]) successiones dicunt quidem nobis et veteres, et qui ex antiquissimo iure haec sumentes descenderunt usque ad nos, qui plurima horum correximus. Pervenit autem ad nos aliquid tale. §. 1. Duxit quidam uxorem, et filii ex eadem sunt nati, deinde moriente illa duxit rursus aliam, ex qua nati sunt filii ei, prioribus consanguinei solum, non tamen uterini; deinde etiam tertium introduxit matrimonium, fecitque filios ex eo. Post mortem vero eius ad secundum mulier descendit virum, ex quo alios fecit filios, iis, qui ex priore viro fuerant, uterinos solum, non tamen consanguineos. Moriente igitur matre, postea mori unum fratrum ex tertio matrimonio contigit sine filiis et sine testamento, multos fratres relinquentem, alios quidem consanguineos, alios autem uterinos, alios vero simul et consanguineos et uterinos. Et quae quidem adinventa est naturae novitas, talis quodammodo fuit. Licebit autem tali principio dato nobis ab ea[4]), et alios quosdam opinari casus tale aliquid proferre valentes[5]), sive morte viri, sive morte mulieris, sive alia legitima separatione, nuptiis diversis hoc facientibus. Quaestio igitur illa erat, si ad mortui fratris hereditatem oporteret omnes vocari, et consanguineos, et uterinos, et simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres.

Cap. I.

---

[a]) *Sorimg. Hal. praeter rubricam et inscriptionem nihil habet. — Iulian. Const. 78. — Versio est glossata.*

[1]) πως *Meerm. III., Zuich.* (*secunda man.*) — [2]) *Bk. ed. ster.*; dicitur *Cod. Hamb.* (*l*), *edd.* — [3]) cognaticas *Bk. ed. ster.* — [4]) *Trid., Cont. in marg.*; ab eo *Cod. Hamb., Port., Cont.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; volentes *Cont.*

Κεφ. α'.

Ἐπειδὴ τοίνυν περισκοπήσαντες τοὺς νόμους ἅπαντας, οὓς ἠθροίσαμεν, τούς τε παλαιοὺς, τούς τε ἡμετέρους, τοιαύτην οὐχ εὕρομεν ἀναφυεῖσαν ζήτησιν, προσῆκόν ἐστιν αὐτὴν ὀψέ ποτε χαλινῶσαι νόμῳ, καὶ σκοπῆσαι, ὅτι τῶν ἀδελφῶν ἐστὶ πρὸς τὸν τελευτήσαντα τοῖς μὲν τὰ cognatica δίκαια, ἅπερ ἡμεῖς τοῖς legitimois συνῳκίσαμεν, τοῖς δὲ αὐτόθεν τὰ legitima. ἐκοινώνουν γὰρ αὐτῷ περὶ τὴν πατρῴαν γονὴν, οἱ δὲ αὐτόθεν καθαρὸν εἶχον καὶ τὸν νόμον καὶ τὴν φύσιν βοηθοῦσαν αὐτοῖς, διότι καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν ἦσαν προελθόντες μητρῴων κόλπων, καὶ ἦν αὐτοῖς ἡ ἐκ τοῦ πατρὸς σπορὰ μία, καὶ τὸ πανταχόθεν γνήσιον, ὥσπερ τι σύμβολον, αὐτοῖς ἐνέπρεπεν. Εἰ μὲν οὖν ὁ τοιοῦτος ἀδελφὸς πραγμάτων ἀπαλλάξαι καὶ τὸν νόμον καὶ τοὺς ἀμφισβητοῦντας ἠβουλήθη, πρὸς διαθήκην ἦλθεν ἄν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἐποίησε φανερὰν, καὶ οἱ τῇ γραφῇ τετιμημένοι πρὸς τὸν κλῆρον ἐκαλοῦντο. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο πρᾶξαι οὐκ ἠβουλήθη ἢ οὐκ ἠδυνήθη (πολλὰ δὲ τὰ ἀνθρώπων, καὶ περιστάσεις μυρίαι, καὶ αἰφνίδιοι θάνατοι), ὅδε ἡμῶν ὁ νόμος τῷ πράγματι διαιτήσει. §. 1. Βούλεται δὲ οὗτος ὁ νόμος, ὥστε τοὺς ἑκατέρωθεν κεκοσμημένους, καὶ ἅμα μὲν ὁμοπατρίους, ἅμα δὲ ὁμομητρίους ἀδελφοὺς εἰς τὴν διαδοχὴν τοῦ τελευτήσαντος καλλίους εἶναι τῶν ἢ μόνον ὁμοπατρίων, ἢ μόνον ὁμομητρίων. καὶ οὐ καταπλήξει γε ἡμᾶς ἡ φύσις ποικίλλουσα, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτῆς τὰς τοιαύτας ἐυρεύσεις ἀποδεξόμεν νομίμους καὶ χρινοῦμεν, τοῖς τελειοτέροις ἀποδιδόντες τὰ καλλίω, καὶ τοὺς ἐλάττους ἐξισοῦν αὐτοῖς οὐκ ἀνεχόμενοι. §. 2. Καὶ πολλά γε ἡμᾶς εἰς τοῦτο προέτρεψε. πρότερον μὲν γὰρ ἕτερος ἡμῶν νόμος, εἰ παῖς τελευτήσειε παῖδας οὐκ ἔχων, ἢ εἰς τὰ ὄντα αὐτῷ μητρῷα τυχόν, ἢ καὶ ἀπὸ γαμικῆς ἢ καὶ ἐξ ἄλλης αἰτίας ἀποστοργίατα πράγματα πρότερον τοὺς ἐκ τῶν αὐτῶν γαμων ἀδελφοὺς εἰς τὸν κλῆρον καλεῖ, εἶτα τοὺς ἐξ ἑτέρων, καὶ μεθ' ἐκείνους τὸν πατέρα, ὅπερ ἀπόδειξις ἦν τοῦ πάλαι ταῦτα τὴν ἡμετέραν νομοθεσίαν ὠδίνειν. εἰ γὰρ καὶ πατρὸς ὑπόντος, αὐτοῦ τε τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἐξ ἑτέρου γάμου προτιμᾶσθαι τοὺς ὁμομητρίους καὶ ὁμοπατρίους ἀδελφοὺς συμβαίνει, ἀκόλουθον ἐστι, κἂν εἰ μὴ πατὴρ ὕπεστιν, ἀλλ' ἀδελφοὶ μόνον, προτιμᾶσθαι τῶν ἐξ ἑνὸς τῶν γονέων μόνον συναπτομένων τῷ τελευτήσαν τιτοὺς ὁμοίως μὲν ὁμομητρίους, ὁμοίως δὲ ὁμοπατρίους ὄντας. καὶ τούτοις συμβαῖνον

Cap. I.

Quoniam igitur omnes leges, tam veteres quam nostras, quas collegimus, considerantes, quaestionem illam ortam esse non invenimus, convenit, ut eam, licet sero, lege quadam decidamus, et consideremus, quibusdam fratribus cum defuncto cognationis iura, quae nos legitimis coniunximus, quibusdam vero legitima intercedere; inter hos enim et illum communio paterni seminis erat, sicuti inter illos materni; alii vero legem puram et naturam sibi auxiliantem habebant, quoniam ex eadem matre eodemque patre procreati erant, et quum veri germani essent, id veluti signum aliquod in iis exsplenduit. Itaque si frater ille voluisset legem, eosve, qui inter se disceptent, litibus liberare, ad testamentum venisset, suamque voluntatem manifestam fecisset, et institutione honorati ad hereditatem vocati fuissent. Quoniam vero id facere noluit vel non potuit (variae enim sunt res hominum atque infiniti casus et repentinae mortes accidunt), nostra lex negotium decidet.

§. 1. *Vult autem haec lex ex utraque parte iunctos, et consanguineos simul atque uterinos fratres, in successione defuncti illis praeferendos esse, qui vel consanguinei solum vel solum uterini sunt. Neque nos varietas illa naturae perturbabit, sed eiusmodi inventiones legitimas faciemus, et sic iudicabimus, ut perfectioribus pulcriora distribuamus, nec inferiores illis exaequari patiamur.*

§. 2. *Atque multa nos ad hoc invitarunt. Nam primum alia quaedam lex nostra, si filius liberos non habens moriatur, primo fratres vocat ex eodem matrimonio natos vel ad materna, quae fortasse habet, vel ad res, quae ex nuptiali aut alia etiam causa non acquiruntur (a patre), deinde eos, qui ex aliis nuptiis procreati sunt, et post eos patrem; quod probat, legem nostram iam olim hoc parturisse. Si enim superstite patre uterinos et consanguineos ipsi patri, illisque, qui ex alio matrimonio sunt, praeponi contingat, consequens est, ut, etsi pater non supersit, sed soli fratres, illi, qui simul uterini et consanguinei sunt, iis praeponantur, qui per unum solum parentem defuncto coniuncti sunt. Quibus conveniet, ut id, quod ante cum de maternis, tum de nuptiali causa, vel de aliis etiam, quae non acquiruntur, sancitum est, etiam in*

Cap. I. Quia igitur considerantes leges omnes, quas congregavimus, et veteres omnes, et nostras, huiusmodi non invenimus emersisse quaestionem, congruum est eam sero tandem refrenare lege, et considerare, quia fratribus sunt ad defunctum aliis quidem cognationis iura, quae nos legitimis copulavimus, aliis autem hoc ipso legitima. Communicabant enim aliqui [1]) ei circa paternam prolem, sicut alii circa maternam, alii autem illud pure habebant, et lege et natura iuvante se, eo quod ex iisdem erant procedentes matrum sinibus, eratque eis patris semen unum, et undique veluti quoddam signum eis germanitatis resplendebat. Si igitur huiusmodi frater litibus liberare et legem et dubitantes voluisset, ad testamentum venerat, et suam sententiam fecerat manifestam, et per scripturam honorati ad hereditatem vocarentur. Quia vero hoc agere noluit aut non potuit (multa [2]) namque sunt hominum [3]) et anxietates innumerae, et repentinae mortes), haec nostra lex causam determinet. §. 1. Vult autem haec lex, ex utroque decoratos, et simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres, ad successionem morientis meliores esse, quam illos, qui solummodo consanguinei aut solummodo uterini sunt. Et nos non faciat haesitare naturae varietas, sed nos huiusmodi adinventiones ostendimus legitimas atque decernimus, perfectioribus distribuentes, quae meliora sunt, et minores exaequare [4]) eis non patientes. §. 2. Plurima namque ad hoc nos invitaverunt. Primum quidem altera nostra lex, si filius moriatur filios non habens, deinde exsistentibus ita forte maternis rebus, aut ex nuptiali, aut etiam ex alia causa, quae non acquiruntur, prius ex iisdem nuptiis fratres ad hereditatem vocari [5]), deinde ex aliis, et post hos patrem, quod probatio erat eo [6]), quod dudum talia nostra legislatio concepisset [7]). Nam si etiam patre exsistente, suo patri, et iis, qui sunt ex aliis nuptiis, praeponi consanguineos et uterinos fratres contingit, consequens est, licet pater non exsistat, sed fratres solummodo, praeponi iis, qui ex uno parentum solummodo copulantur morienti, eos, qui similiter quidem consanguinei, similiter autem uterini sunt. Et his conveniens erit [8]) illud, quod dudum et in maternis, et in iis, quae ex nuptiali causa aut aliter non acqui-

[1]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; aliquid *Cont.* — [2]) *Cod. Hamb.*; multae *edd.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid.*; homini *Port., Cont.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; exaequari *Cont.* — [5]) vocat *Bk.* — [6]) eo *om Bk.* — [7]) *Cod. Hamb.*; concessisset *edd.* — [8]) erat *Cod. Hamb*

συμβαῖνον αν εἴη, τὸ πρόην ἐπί τε τοῖς μητρῴοις καὶ τοῖς ἀπὸ γαμικῆς αἰτίας ἢ καὶ ἄλλοις ἀπροσπορίστοις νενομοθετημένον τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῖς λοιποῖς τοῦ τελευτήσαντος πράγμασι κρατεῖν τε καὶ πολιτεύεσθαι. Οὕτως τοίνυν ὁ νόμος ἐπὶ τούτου τοῦ δόντος αὐτῷ τὴν πρόφασιν, ὡς εἴρηται, κείσθω θέματος. καὶ ἐπείπερ ἐκ τριῶν συνοικεσίων αὕτη προῆλθεν ἡ καινοτομία τῆς φύσεως, οὐδὲν κωλύει, κἂν εἴ τις ὑπόθοιτο καὶ ἐκ δύο μόνων γάμων τοὺς μὲν εἶναι μόνον ὁμοπατρίους ἢ ὁμομητρίους, τοὺς δὲ ὁμοπατρίους τε ἅμα καὶ ὁμομητρίους, κἂν εἴ τις ἐκταθῆναι δοίη τὰ συνοικέσια, καὶ ἔτι μᾶλλον τοιοῦτό τι γενέσθαι, καὶ οὕτως εἰς τὰ τοιαῦτα τῶν θεμάτων. ἔνθα τοιαῦταί τινες εἰσάγονται τάξεις ἀδελφῶν, ὁ νόμος ἐχέτω τὴν οἰκείαν ἰσχύν, καὶ ἀποκλειέτωσαν οἱ διπλοῖς χρώμενοι δικαίοις τοὺς ἐνὶ μόνῳ χρῆσθαι δυναμένους.

in reliquis defuncti rebus valeat et observetur. Haec igitur lex in hoc casu posita sit, qui occasionem illi, ut dictum est, dedit. Et quia ex tribus matrimoniis haec naturae innovatio provenit, nihil prohibet, si quis supponat etiam ex duabus solum nuptiis illos quidem esse consanguineos vel uterinos, hos vero consanguineos et uterinos simul, vel si quis concedat, ut matrimonia extendantur, et tale quid tanto magis fiat, atque ita in huiusmodi speciebus, ubi tales quidam ordines fratrum introducuntur, lex vim suam habeat, et illi, qui duplici iure utuntur, excludant eos, qui uno solo uti possunt.

Κεφ. β'.

Εἰ δὲ οὐ τοιοῦτόν ἐστι τὸ θέμα, ἀλλ' ἢ μόνον καθεστάσιν ὁμοπάτριοι ἢ ὁμομήτριοι, καὶ τελευτήσειέ τις τῶν ἀδελφῶν, ταῦτα τοῖς προτέροις ἀνακείσθω νόμοις, ὑπερ αὐτῶν ἤδη τὰς διαδοχὰς διετύπωσαν. χώραν μέντοι οὗτος ὁ νόμος ἐχέτω μὴ μόνον ἐπὶ τοῦ τὴν ζήτησιν κινήσαντος θέματος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς μετὰ ταῦτα ἐσομένοις ἢ ἔτι καὶ νῦν ἠρτημένοις, ὥστε τὰ πρότερα, εἴπερ ἢ δικαστοῦ ψήφῳ ἢ συμβατηρίοις ἀπήλλακται τύποις, ἐχέτω τὴν οἰκείαν τομήν, τῆς ἐκ τοῦδε τοῦ νόμου μὴ δεόμενα κρίσεως.

Cap. II.

Si vero talis non sit species, sed vel consanguinei, vel uterini soli adsint, et aliquis ex fratribus moriatur, illa prioribus legibus subiaceant, quae de successionibus eorum iam disposuerunt. Locum autem haec lex habeat non solum in eo casu, in quo quaestio mota est, sed et in iis, qui postea futuri sunt, vel etiam imminent. Priora igitur, sive illa iudicis sententia, sive pacto composita sint, suam decisionem habeant, nec huius legis iudicio egeant.

Ἐπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παρασταέντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου διὰ προγραμμάτων οἰκείων φανερὰ πᾶσι κατασημάνω, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς παραφυλάττειν σπευσάτω. Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Epilogus.

Eminentia igitur tua quae nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt per programmata sua omnibus manifesta faciat, et in perpetuum observari studeat.

ΔΙΑ-

No-

acquirantur [1]), sancitum est, hoc etiam in reliquis morientis rebus valere atque tractari. Haec igitur lex in isto casu data sibi occasione, sicuti dictum est, posita sit. Et quia ex tribus matrimoniis haec processit novitas [2]) naturae, nihil prohibet, vel si quis proponat et in duobus solummodo matrimoniis alios quidem esse solum uterinos, alios autem consanguineos simul et uterinos, vel si quis extendi dicat matrimonia, et adhuc amplius tale aliquid fieri. Et sic in huiusmodi casibus, ubi tales quidam introducuntur ordines fratrum, lex habeat suam virtutem, et excludant duplici utentes iure eos, qui uno solo uti possunt.

Cap. II. Si vero non talis est casus, sed solummodo constituti sunt uterini aut consanguinei, et moriatur aliquis fratrum, haec [3]) prioribus subiaceant legibus, quae eorum iam [4]) successiones disposuerunt. Locum tamen haec lex habeat non solum in hoc casu, qui quaestionem movit, sed etiam in iis, qui postea futuri sunt. Quocirca priora, si aut iudicis sententia, aut pactionum expedita sunt formis, habeant propriam decisionem, huius legis iudicio non egentia.

Epilogus. Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et per hanc sacram manifestata sunt legem, per litteras proprias declarare cunctis et in perpetuum observare festinet. Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Const. LXXXVI.

[1]) acquiruntur *Cod. Hamb.* — [2]) *Trid.*; hoc processit, novitas *Cod. Hamb., Port., Cont.* — [3]) *Cod. Hamb.*; hic *Trid., Cont.*; hi *Port.* — [4]) *Cod. Hamb.*; iam *om. edd.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ πέ.[a])

Περὶ τῶν ὅπλων.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Βασιλείδῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων.

Προοίμιον.

Τὸν μέγαν θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ τὴν αὐτοῦ βοήθειαν διὰ παντὸς ἐπικαλούμενοι, σπεύδομεν πάντας τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους, ὧν τὴν διοίκησιν ὁ θεὸς ἡμῖν ἐπίστευσεν, ἀβλαβεῖς καὶ ἀνεπηρεάστους φυλάττειν, καὶ κωλύειν τοὺς πολέμους, οὓς ἐκ τῆς ἑαυτῶν ἀβουλίας αἱροῦμενοι τοὺς κατ' ἀλλήλων ἐργάζονται φόνους, διπλῆν ἐκ τούτου καθ' ἑαυτῶν τὴν τιμωρίαν ἐπάγοντες, τοῦτο μὲν ἣν ἑαυτοῖς ἐπιφέρουσι, τοῦτο δὲ ἣν ἐκ τῶν νόμων τῶν τὴν μανίαν αὐτῶν κολαζόντων ὑφίστανται.

Κεφ. α'.[a])

Βουλόμενοι τοίνυν τῶν τοιούτων θανάτων τοὺς ἀνθρώπους ἐλευθερῶσαι, συνείδομεν τὸ τῆς ὁπλοποιίας ἔργον μηδένα μὲν ἰδιώτην ἐργάζεσθαι, μόνους δὲ ἐκείνους τὰ ὅπλα κατασκευάζειν, τοὺς ἐν ταῖς δημοσίαις καταλεγομένους ὁπλοποιίαις ἢ ταῖς λεγομέναις φάβρικι, τοὺς δὲ ἐργαζομένους τὰ ὅπλα μηδενὶ πιπράσκειν ἰδιώτῃ. Ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐν τοῖς ἀριθμοῖς συγκαταλεγομένοις, οὓς ὁπλοποιοὺς καὶ [1]) δεπουτάτους καλοῦσι, τὰς [2]) παρὰ τοῦ δημοσίου κομιζομένους σιτήσεις, συγχωροῦμεν ἐργάζεσθαι ἢ τινι πιπράσκειν ὅπλα, ἀλλὰ μόνον ἐπιμελεῖσθαι τῶν ὅπλων τῶν στρατιωτῶν, τῶν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς καταλεγομένων, ἐν οἷς στρατεύονται. εἰ δέ τι νέον κατασκευάζουσι, τοῦτο ἀφαιρεῖσθαι παρ' αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ θείῳ ἡμῶν εἰσφέρεσθαι ἁρμαμέντῳ, προστεθησόμενον τοῖς ἐκεῖσε ἀποκειμένοις δημοσίοις ὅπλοις.

Κεφ. β'.

Αὐτὸ δὲ τοῦτο φυλάττειν βουλόμεθα καὶ τοὺς ἐν τοῖς τάγμασι τῶν βαλλιστα[b]ρίων, οὓς κατὰ διαφόρους συνεσιησάμεθα πόλεις, τάξαντες ἐν αὐτοῖς καὶ τοὺς ὅπλα κατασκευάζειν εἰδότας, ὥστε καὶ αὐτοὺς

Novella LXXXVI

DE ARMIS.

Imp. Iustinianus Augustus Basilidae, gloriosissimo magistro sacrorum officiorum.

Praefatio.

Magnum deum et servatorem nostrum Iesum Christum eiusque auxilium semper invocantes, operam damus, ut omnes nostros subditos, in quos nobis imperium deus credidit, a damno atque iniuria immunes servemus, et bella prohibeamus, quae quum imprudenter suscipiant, mutuas caedes inducunt, et duplicem exinde poenam sibi inferunt, cum eam, quam sibi ipsis irrogant, tum etiam, quam a legibus, quae furorem eorum puniunt, patiuntur.

Cap. I.

Quum igitur eiusmodi caedibus homines liberare velimus, placuit, ne privatus aliquis arma fabricetur, sed illi solum arma conficiant, qui in publicas armorum officinas, easve, quae fabricae dicuntur, assumti sunt; qui vero arma fabricantur ea nulli privato vendant. Sed nec illis, qui in numeros assumti sunt, quos armorum artifices et deputatos vocant, qui a fisco annonas accipiunt, permittimus, ut arma fabricentur vel alicui vendant, sed curam solum gerant armorum pro militibus, qui in numeros relati sunt, in quibus militant. Si vero quid novi faciant, hoc ab iis auferatur, et in sacrum nostrum armamentarium inferatur, atque repositis ibi publicis armis addatur.

Cap. II.

Hoc vero ipsum eos quoque, qui in ordine ballistariorum sunt, observare volumus, quos in diversis urbibus collocavimus, inter quos et eos constituimus qui arma fabricari sciunt. Quare illi publica solo arma

Gl.

Const. LXXXVI.

DE ARMIS.

(Coll. VI. tit. 13.)

Imp. Iustinianus Aug. Basilidi, gloriosissimo Magistro sacrorum officiorum.

Praefatio. Magnum deum et salvatorem nostrum Iesum Christum et eius auxilium semper invocantes, studemus omnes subiectos nostros, quorum regimen credidit nobis deus, illaesos et sine calumnia custodire, et inhibere bella, quae per suam considerationem [3]) suscipientes, adversus alterutros operantur dolores, duplex ex hoc contra se supplicium inferentes, tam quod sibimet inferunt, quam quod ex legibus vesaniam eorum punientibus patiuntur.

Cap. I. Volentes igitur huiusmodi mortibus homines liberare, prospeximus armifactrae opus nullum privatum operari, solos autem illos arma facere, qui in publicis deputati sunt armificatoriis, aut qui dicuntur fabricenses [4]), eos autem, qui operantur arma, nulli vendere privato. Sed neque qui in numeris constituti sunt armifactores, quos etiam deputatos appellant, qui de fisco annonas accipiunt, permittimus operari aut alicui vendere arma, sed solum diligentiam habere armorum milites in numero constitutos [5]), in quibus militant. Si vero novum aliquid faciunt, hoc auferri ab eis, et in sacro nostro inferri armamento, adiiciendum ibi repositis publicis armis.

Cap. II. Hoc autem observare volumus et eos, qui in ordinibus ballistariorum sunt, quos per diversas statuimus civitates, ordinantes inter eos [6]) et arma facere scientes [7]), ut et ipsi sola publica arma in armamentis

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Iulian. Const.* 79. — *Versio est glossata.* — [b]) *Huius cap. maior pars in Bas. LXVII.* 9. 1.

[1]) *Scrimg., Hal.*; ἀλλ' οὐδὲ τοὺς — συγκαταλεγομένους ὁπλοποιοὺς, οὓς καὶ *Hal. in not. recogn. op., Vulg.*; ἀλλ' οὐδὲ τοὺς συγκαταλεγομένους, οὓς ὁπλοπ. καὶ *Bas.* — [2]) τοὺς *Hal., Bas.* — [3]) *Emendare placet:* inconsiderationem. — [4]) *Bk.*; fabricennii *Cod. Hamb., Trid.*; fabricensii *Port., Cont.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; militum in numero constitutorum *Cont.*; militum in numeris constitutorum *Bk. ed. ster.* — [6]) *Bk.*; ordinantes eos *Cod. Hamb., edd.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; facere, sancientes *Port., Cont.*

τοὺς μονα τὰ δημόσια ὅπλα τα ἐν ταῖς δημοσίαις ὁπλοθήκαις ἑκάστης πόλεως ἀποκείμενα ἐπανορθοῦν τε καὶ ἀνανεοῦν. Εἰ δὲ καί τι νέον ὅπλον κατασκευάσουσι, τοῦτο ὁμοίως καὶ αὐτοὶ εἰς τὴν τῶν δημοσίων ὅπλων παρεχέιωσαν φυλακην, καὶ μηδενὶ ἑτέρῳ πανιελῶς πιπρασκέτωσαν.

arma, quae in publicis armamentariis uniuscuiusque urbis reposita sunt, reparent et renovent. Quodsi nova arma confecerint, ea similiter et ipsi in publicorum armorum custodiam conferant, nec cuiquam omnino vendant.

Κεφ. γ'.

Τοῦτο δὲ παραφυλάξουσιν οἱ ἐν τοῖς βαλλισταρίοις καταλεγόμενοι κινδύνῳ τῶν πατέρων τῶν πόλεων, ὑφ' οὓς αὐτοὺς τε τοὺς βαλλισταρίους ἐταξαμεν, καὶ τὴν τῶν δημοσίων ὁπληθηκῶν ἐπιμέλειάν τε καὶ παραφυλακὴν κατεστήσαμεν, ὥστε εἴ τινες φανεῖεν ἢ δεπούτατοι ἢ φαβρικήσιοι διαπιπράσκοντες ὅπλα, προνοήσουσιν οἱ κατὰ τόπον ἄρχοντες τιμωρίας τοὺς τοιούτους ὑποβάλλειν, πρὸς τῷ καὶ τὰ ὅπλα παρὰ τῶν ταῦτα ὠνουμένων τιμημάτων χωρὶς ἀφαιρεῖσθαι, καὶ ἐκδικεῖσθαι τῷ δημοσίῳ. Ταύτην τοίνυν παρὰ τοῦ διακυβερνῶντος ἡμᾶς θεοῦ λαβόντες ἰην ἔννοιαν διὰ τοῦ παρόντος θεσπίζομεν νόμου, κατὰ μηδεμίαν πόλιν ἢ χώραν τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἔχειν ἄδειαν τοὺς ἰδιώτας ἢ ἑτερόν τινα ὅπλα ποιεῖν ἢ πιπράσκειν, ἢ καθ' οἱονοῦν ἐμπορεύεσθαι τρόπον, ἀλλὰ μόνους τοὺς ἐν ταῖς φαβρίκιν ἀναφερομένους ταῦτα κατασκευάζειν, καὶ εἰςκομίζειν εἰς τὸ θεῖον ἡμῶν ἀρμαμέντον. καὶ τοῦτο παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς καὶ τῶν μετά σε παραληψομένων τὴν ἀρχὴν φυλάττεσθαι θεσπίζομεν, ἀφοριζόντων [1]) δέ τινας τῶν ὑπὸ τὴν σὴν ὑπεροχὴν χαρτουλαρίων ἐν τῷ ἀκρινίῳ τεταγμένους τῶν φαβρίκων, κινδύνῳ τῶν πέντε τῶν ἐν αὐτοῖς πρωτευόντων, εὐ ὑπολήψεως ἔχοντας καὶ ἐπιτηδείους, οἳ τούς τε κατὰ τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν, τούς τε ἐν ἄλλαις πόλεσι τῆς ἡμετέρας πολιτείας ὁπλοποιοὺς ἀνιχνευνώμενοι, διακωλύσουσιν ἰδιώτας καὶ ἑτέρους τινάς, πλὴν τῶν καταλεγομένων ἐν ταῖς ἱεραῖς φαβρικῖς, τὸ τῆς ὁπλοποιίας μεταχειρίζεσθαι πρᾶγμα, καὶ ἐν οἷς ἂν εὕρωσι τόποις τινὰς ἰδιώτας τοῦτο τολμῶντας, ταῦτα αφαιρεῖσθαι, καὶ τῷ δημοσίῳ προσχυροῦν ἁρμαμένιῳ. Εἰ δὲ ἐν τοῖς ἐργαζομένοις ἰδιώταις τεχνίτας ἐπιτηδείους εὑρεῖν δυνηθεῖεν, τούτους, εἴπερ βουληθεῖεν στρατηγίας [2]) ἐγκαταλεγῆναι, ἐν [3]) ἀπογραφῇ τὰς ὀνομασίας αὐτῶν ποιεῖν, καὶ ἐκπέμπειν ἡμῖν τὴν ἀπογραφὴν τῶν τεχνιτῶν, ὥστε διὰ θείας ἡμῶν ἀντιγραφῆς ἐν ἐκείνοις αὐτοὺς κατατάττεσθαι τοῖς τόποις, ἐν οἷς εἰσὶ δημοσίαι φάβρικες, ἐφ' ᾧ δημόσια αὐτοὺς ἐργαζομένους ὅπλα καὶ τὰς ἐκ τοῦ δημοσίου σιτήσεις κομίζεσθαι. τούτου γὰρ γινομένου καὶ ἀκριβῶς φυλαττομένου παρὰ τῶν

Cap. III.

Hoc autem observent illi, qui inter ballistarios recepti sunt, periculo patrum civitatum, sub quibus ipsos ballistarios constituimus, quibusque publicorum armamentariorum curam et custodiam commisimus. Quare si qui sint vel deputati, vel fabricenses, qui arma vendant, illius loci magistratus provideant, ut illos poenis subiiciant, atque insuper ut arma ab iis, qui illa emerunt, sine pretio auferantur, et fisco vindicentur. Quum igitur hoc consilium a deo, qui nos gubernat, acceperimus, hac lege sancimus, ne privati, vel alius quidam in ulla civitate vel provincia reipublicae nostrae licentiam habeat arma faciendi vel vendendi, vel quocunque modo negotiandi, sed illi solum, qui in fabricas assumti sunt, illa conficiant, et sacro armamentario inferant. Atque ut hoc a celsitudine tua, illisque, qui post te magistratum susceperi sunt, observetur, sancimus, atque chartularios aliquos sub celsitudine tua in scrinio fabricensium constitutos periculo quinque primorum, qui inter eos sunt, designent, bonam existimationem habentes et idoneos, qui cum in eos, qui sunt in felici hac civitate, tum qui in reliquis civitatibus nostrae reipublicae arma conficiunt, inquirentes prohibeant, ne privati, aliique, exceptis iis, qui in sacras fabricas assumti sunt, armorum fabricationem suscipiant, et in quibus locis privatos aliquos id audere invenerint, illa adimant, et publico armamentario addicant. Si vero inter privatos operarios possint idoneos artifices reperire, eorum nomina, si quidem militiae nomen dare velint, in matriculam referant, nobisque matriculam artificum mittant, ut per sacrum nostrum rescriptum in illis locis constituantur, in quibus publicae sunt fabricae, et publice arma fabricantes. publicas etiam annonas accipiant. Hoc enim si fiat et diligenter illis quibus diximus personis observetur, nulli plane, neque privatis, qui urbes incolunt, neque agricolis, qui praedia colunt, licentia dabitur armis adversus se utendi, et caedes patrandi, eaque re multos homines occidendi, atque publica tributa deminuendi, eum illi, qui terram colunt, vel vitam amittant, vel propter metum aufugiant.

§. 1.

mentis publicis uniuscuiusque civitatis recondita corrigant atque renovent. Si qui vero novum [4]) aliquid armorum instruxerint, hoc similiter et ipsi [5]) inter publica arma praestent, et nulli alteri penitus vendant.

Τελευταῖον δὲ ἡμᾶς τοῦ νόμου μέρος ἐνδέχεται, ὥστε καὶ αὐτὸ τὴν προσήκουσαν τάξιν λαχεῖν [2]), καὶ ἐξαριθμήσασθαι τίνες οὐδὲ αὐτοῦ τοῦ τῶν νόθων ἄξιοι καθεσιᾶσιν ὀνόματος. πρότερον μὲν γὰρ πᾶς ὁ ἐκ συνελεύσεων (οὓς γὰρ καλέσομεν γάμων) ἢ νεφαρίων, ἢ ἰνκέστων, ἢ δαμνάτων [3]) προελθών, οὔτος οὐδὲ φυσικὸς ὀνομασθήσεται, οὐδὲ ἀποτραφήσεται παρὰ τῶν γονέων, οὐδὲ ἕξει τινὰ πρὸς τὸν παρόντα νόμον μετουσίαν. ὥστε εἰ καὶ Κωνσταντίνῳ τῷ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἐν τῇ πρὸς Γρηγόριον γραφείσῃ διατάξει τινὰ περὶ τοιούτων εἴρηται παίδων, ταῦτα οὐ προσιέμεθα, ἐπειδὴ καὶ διὰ τῆς ἀχρηστίας ἀνῄρηται. φοινικαρχῶν γάρ, καὶ συριαρχῶν, καὶ στρατηγῶν, καὶ διασημοτάτων μέμνηται καὶ λαμπροτάτων, καὶ οὐδὲ φυσικοὺς εἶναι βούλεται τοὺς ἐξ αὐτῶν προελθόντας, κωλύων αὐτοῖς καὶ τὴν ἐκ βασιλικῆς φιλοτιμίας εὐημερίαν. ἣν δὴ διάταξιν καὶ παντελῶς ἀναιροῦμεν. §. 1. Ταῦτα ἡμῖν νενομοθετήσθω, καὶ οὐδενὶ παντελῶς ἄγνοια τῶν ἡμετέρων ἔσται νόμων, οὐδὲ τίνες μὲν εὐγενεῖς, τίνες δὲ νόθοι, οὐδὲ ὅπως αὐτοῖς τὰ περὶ τῆς γνησιότητος δίδοται, ἢ ὅπως καὶ νόθοι μένοντες ἀξιοῦνται φιλανθρωπίας, καὶ ὅπως καὶ αὐτοὶ προσηκόντως τετίμηνται, τῆς πρὸς τοὺς οὐδὲ νόθους ἠξιωμένους εἶναι κοινωνίας ἀποχωρισθέντες.

Ἐπίλογος.

Τὰ παραστάντα τοίνυν ἡμῖν καὶ εἰς ἀνθρώπων θεραπείαν καὶ τῆς φύσεως ἀναπλήρωσιν διὰ τοῦδε τοῦ νόμου διορισθέντα ἡ σὴ ὑπεροχὴ φανερὰ πᾶσι ποιησάτω, προγραμμάτων τιθεμένων, δι' ὧν ἅπασιν ὁ νόμος ἔσται σαφής, γινώσκουσι, καθ' ὃν περὶ τῶν τοιούτων πολιτεύσονται τρόπον, καὶ τὴν ἡμετέραν

Cap. XIV.

Verum quum antea etiam in quibusdam constitutionibus dictum sit, quando patres liberis quid donant aut relinquunt, ut tum etiam tutores illis, attamen confirmandi, dentur, hoc ut ratum sit, etiam nunc sancimus, matri quoque (ut iam de his dispositum est) concedentes, ut naturalium etiam liberorum tutelam suscipiat, omniaque faciat, quae in legitimis liberis definita sunt.

Cap. XV.

Ultima vero legis pars nos exspectat, ut et ipsa convenientem ordinem accipiat, atque enumeremus, qui ne ipso quidem nomine naturalium digni sint. Ac primum quidem omnis, qui ex nefariis, vel incestis, vel damnatis complexibus (neque enim nuptias vocabimus) nascitur, is nec naturalis vocabitur, nec a patribus aletur, nec cum hac lege quidquam commune habebit. Quare licet a Constantino piae memoriae in constitutione ad Gregorium scripta quaedam de his liberis tradita sint, illa non recipimus, quia desuetudine etiam sublata sunt. Nam phoenicarchorum et syriarchorum et praesidum, et illustrium et clarissimorum meminit, neque vult, ut ex ipsis nati naturales sint, imperialis munificentiae mansuetudinem illis denegans; quam constitutionem plane tollimus.

§. 1. *Haec a nobis sancita sint, et nemo plane leges nostras ignoret, nec qui legitimi, nec qui naturales sint, nec quomodo iis iura legitimorum dentur, aut quomodo illi, qui naturales manent, humanitatem mereantur, et quomodo ipsi quoque ut decet honorati sint, ab eorum communione separati, qui nec naturalium nomine digni habiti sunt.*

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt, et ad hominum medicinam atque naturae supplementum hac lege definita sunt, excellentia tua programmatis propositis, per quae lex omnibus aperta sit, omnibus manifesta faciat, ut sciant, ad quem modum in eiusmodi casibus se gerere debeant, nostramque providentiam intelligant, quoniam omni alii occupationi utilitatem praeponimus. No-

ipsi decentem naturalibus patribus devotionem servent, eademque mensura, sicut parentes prospiciunt naturalibus filiis secundum nostram legem, et ipsi parentibus compensent sive in successionibus, sive in alimentis, sicut superius sancivimus.

Cap. XIV. Quoniam vero et dudum in quibusdam constitutionibus dictum est, oportere, in quibus patres donant filiis aut relinquunt, in his etiam curatores eis praebere, confirmandos tamen, hoc ratum esse etiam nunc ponimus, dantes et matri, secundum quod iam de his dispositum est, et naturalium tutelam agere filiorum, omnia agenti, quaecunque in legitimis definita sunt filiis.

Cap. XV. Ultima siquidem nos pars legis exspectat, ut ipsa competentem suscipiat ordinem, et enumeremus, qui neque ipso naturalium nomine digni sunt. Primum quidem omnis, qui ex complexibus (non enim hoc vocamus nuptias) aut nefariis, aut incestis, aut damnatis processerit, iste neque naturalis nominatur [4]), neque alendus est a parentibus, neque habebit quoddam ad praesentem legem participium. Unde etsi [5]) a Constantino piae memoriae in constitutione ad Gregorium scripta quaedam de talibus dicta sunt filiis, haec [6]) non recipimus, quoniam et non utendo peremta est. Phoenicarchorum enim, et Syriarchorum, et magistratuum, et insignium meminit, et clarissimorum, et neque naturales esse vult ex his procedentes, amovens eis etiam imperialis munificentiae mansuetudinem. Quam videlicet constitutionem omnino perimimus. §. 1. Haec a nobis sancita sint, et nulla [7]) penitus ignorantia nostrarum erit legum, nec qui sunt legitimi, qui vero naturales, nec quomodo eis legitima iura dantur, aut quomodo etiam naturales permanentes promerentur humanitatem, et quomodo etiam ipsi competenter honorati sunt, ab eorum, qui neque naturales dici digni sunt, communione segregati.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis, et ad hominum medelam atque naturae supplementum per hanc legem decreta sunt, tua sublimitas faciat omnibus manifesta programmatibus propositis, per quae omnibus

---

a) *Epit. in Parat.* §. 13. *Athan. tit. XIII.* (*ibid. p.* 148.)

1) πάντα — παίδων *om. Hal.* — 2) λαβεῖν *Hal.* — 3) ἢ διὰ τῶν κεκωλυμένων *Hal.* — 4) nominabitur *Bk. ed. ster.* — 5) *Bk.*; unde certa *Cod. Hamb., Trid., Port.*; unde etsi certa *Cont. Haud scio an certe scripserit Vet. Int.* — 6) sed haec *Cod. Hamb., Trid.*; sed hanc *Port.* — 7) nulli *Bk.*

τέραν ἐννοοῦσι πρόνοιαν, ὅτι πάσης ἀσχολίας ἑτέρας τὴν αὐτῶν ὠφέλειαν προτίθεμεν. Dat. Kal. Sept. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

omnibus lex erit aperta, cognoscentibus, quomodo in talibus conversentur, et nostram considerantibus providentiam, qui omni alii occupationi eorum praeponimus utilitatem. Dat. Kal. Septemb. Constant., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

ΔΙΑΤΑΞΙΣ Ϟ.[a])

Περὶ μαρτύρων.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Ἄυγουστος[1]) Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων ὑρδιναρίῳ καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Ἡ τῶν μαρτύρων πρὸς τὰς ἀποδείξεις χρεία ἐξεύρηται μὲν πάλαι διὰ τὸ μὴ λανθάνειν τι ῥᾳδίως τῶν πραττομένων, πονηρίας δὲ πολλῆς ταῖς ἀνθρωπίναις ἐπιγενομένης ψυχαῖς, κινδυνεύει μετελθεῖν εἰς τοὐναντίον ἡ τοῦ πράγματος τάξις. οὐ γὰρ ὅπως ἂν φανείη τὰ πεπραγμένα μαρτυροῦσιν οἱ πολλοί, ἀλλ' ὅπως ἂν ἔτι μᾶλλον κρυβείη. οἱ γὰρ ἕτερα μὲν εἰδότες, ἕτερα δὲ ἀπαγγέλλοντες, ἢ ἅπερ οὐκ ἴσασι[2]) λέγοντες αὐτόθεν ὁμολογοῦσιν, ὡς τὰ ταῖς ἀληθείαις γενόμενα οὐδὲ βούλονται γίνεσθαι φανερά, αὐδὲ κατ' αὐτὰ προϊέναι τὰς κρίσεις, ἀλλὰ τὰ μηδαμοῦ γενόμενα ταῦτα καὶ ἀπαγγέλλουσι, καὶ εἰς κρίσιν ἀχθῆναι ζητοῦσιν. Τὸ μὲν οὖν καθάπαξ ἀνελεῖν τὰς μαρτυρίας τῇ τῶν πραγμάτων χρήσει σφαλερόν, πολλῶν ὄντων, ἅπερ οὐκ ἂν ἄλλως κατάφανῆ γένοιντο, μὴ μαρτύρων ταῦτα διαγγελλόντων, τὸ δὲ ἐφεῖναι πᾶσι καὶ τοῖς αφόδρα εὐτελεστάτοις[3]) μαρτυρεῖν καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν ἐκώλυσαν νομοθέται. τοιγαροῦν καὶ πολλὰς ἐξαιρέσεις[4]) ποιοῦνται, πολλοὺς ἀπελαύνοντες καὶ αὐτοῦ τοῦ τῶν μαρτύρων ὀνόματός τε καὶ σχήματος. Ἐπειδὴ δὲ οὐδὲ μετὰ ταύτας τὰς κωλύσεις ἔτι καθαρὸν τὸ τῶν μαρτύρων ἐστίν, ᾠήθημεν χρῆναι καὶ ἡμεῖς προσθεῖναί τι τῇ τοῦ πράγματος ἀκριβείᾳ, καὶ τὰς ψευδομαρτυρίας καθ' ὅσον οἷόν τέ ἐστιν ἐλαττῶσαι. τοιοῦτο γάρ τι καὶ νῦν ὑπὸ τῷ λαμπροτάτῳ τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας ἄρχοντι πραχθὲν εὕρομεν ἐπὶ διαθήκῃ δειχθείσης μαρτύρων παραποιήσεως δεινῆς, σαφῶς διελεγχθέντων τε καὶ τὰ τελευταῖα συνομολογησάντων, ὅτι τῆς διαθήκης ἔτι γινομένης ἐτελεύτησεν ἡ

Novella XC.

DE TESTIBUS

Imp. Iustinianus Augustus Ioanni, per Orientem Praetorio iterum Praefecto gloriosissimo, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio.

Testium quidem usus propter probationes olim inventus est, ne quid eorum, quae facta sunt, lateret; postquam vero hominum animos maior improbitas occupavit, periculum est, ne huius rei status in contrarium mutetur. Plurimi enim testimonium perhibent, non ut ea, quae acta sunt, patefiant, sed ut magis occultentur. Nam qui alia sciunt, alia vero eloquuntur, vel dicunt, quae nesciunt, hoc ipso confitentur, se nolle ea, quae revera facta sunt, manifesta fieri, et secundum ea sententias ferri, quae autem nunquam contigerunt, illa et denuntiant, et in iudicium deduci volunt. Iam vero testimonia plane tollere rerum usui periculosum est, quum multa sint, quae non aliter manifesta fiant, nisi per testes, qui illa enuntient, omnibus vero, etiam vilissimis, dicendi testimonium potestatem dare anteriores quoque legislatores prohibuerunt; multas igitur exceptiones faciunt, multosque ab ipso nomine et schemate testium arcent. Quoniam vero testes nec post eas prohibitiones puri sunt, nobis quoque ad diligentiam rei aliquid addendum, et falsa testimonia, quantum fieri potest, imminuenda esse putavimus. Nam tale quid nunc quoque sub clarissimo Bithyniae provinciae praeside factum invenimus, quum in testamento maxima testium falsitas probata, ipsique aperte convicti et tandem confessi essent, testatricem, quum testamentum adhuc conficeretur, mortuam fuisse, et quosdam ex testibus manu defunctae prehensa, eam in charta per rectam et transversam lineam traxisse, atque effecisse, ut defuncta signum venerabilis crucis scripsisse videretur. Ad haec igitur respicien-

Gl.

Const. XC.

DE TESTIBUS.

(Coll. VII. tit. 2.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo Praetoriorum Orientis Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio. Testium propter probationes utilitas adinventa quidem dudum est, ne quid lateat facile actorum, at calliditate plurima hominum adveniente animas[5]), periclitatur migrare in contrarium ordo causae. Non enim ut patefiant quae gesta sunt testantur plurimi, sed quatenus adhuc amplius occultentur. Nam alia quidem scientes, alia vero pronuntiantes, aut quae non sunt dicentes, hoc ipso confitentur, quia ea, quae vere fiunt[6]), neque volunt patefieri, neque secundum ea proferri indicia, sed quae nunquam facta sunt, haec et pronunciant, et ad iudicium deduci quaerunt. Omnino itaque perimere testimonia usui rerum incautum est, plurimis exsistentibus, quae non aliter patefiunt, nisi testibus pronunciantibus, licere autem omnibus, etiam valde vilissimis, testimonium perhibere, et ante nos prohibuerunt legislatores, scilicet multas exceptiones facientes, et plurimos excludentes etiam ipso testium nomine vel schemate. Quia vero neque post has prohibitiones adhuc purum est testium opus, existimavimus oportere et nos adiicere aliquid causae subtilitati, et falsa testimonia quantum est possibile minorare. Tale enim quiddam etiam nunc apud clarissimum Bithyniae provinciae iudicem gestum invenimus in testamento, ostensa testium falsitate pessima, aperte convictorum, et

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Tota Novella, excepto prooemio, est in Bas. XXI.* 1. 45. *Schol.* q — t. — *Bpit. ap. Athan. V.* 5. (*Heimb. Anecd. I. p.* 75 — 77. — *Iulian. Const.* 83. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) *Hal.*; Imp. Iustinianus Aug. *Scrimg.* — [2]) εἰσὶ *Hal.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; animis *Cont.* — *Hal., Fulg.* — [3]) ἀτελεσιάτοις *Hal.* — [4]) ἐξευρέσεις [5]) *Cod. Hamb.*; sunt *Trid.*; sciunt *Port., Cont.*

η διατιθεμένη, τῶν δὲ μαρτύρων τινὲς ἐπιλαβόμενοι νεκρᾶς ἤδη τῆς χειρός, οὕτω κατὰ τοῦ χάρτου τὴν τε εὐθεῖαν τὴν τε πλαγίαν εἵλκυσαν, καὶ τὸ σύμβολον τοῦ τιμίου σταυροῦ δοκεῖν γεγραφέναι τὴν τελευτησασαν παρεσκευάσαν. Ἡμεῖς τοίνυν εἰς ταῦτα ὁρῶντες τὰ μὲν περὶ τοῦ τρόπου τῶν μαρτύρων, τὰ δὲ περὶ τῆς αὐτῶν καταστάσεως ᾠήθημεν χρῆναι διορίσασθαι. τὰ μὲν οὖν εἰρημένα τοῖς παλαι νομοθέταις [1]) ἐπὶ κωλύσει τούτων, οὓς ἐξέργουσι μαρτυρίας, πάντα κύρια τίθεμεν.

spicientes quaedam de modo testium, quaedam vero de eorum statu decernenda putavimus. Quae itaque a veteribus legislatoribus de prohibitione eorum, quos a testimonio repellunt, dicta sunt, omnia confirmamus.

Κεφ. α'.

Θεσπίζομεν δέ, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς μεγάλης ταύτης καὶ εὐδαίμονος πόλεως, ἔνθα πλείστη καθέστηκε (θεὸς δὲ ἡγείσθω τοῦ λόγου) πολλῶν [2]) καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν εὐπορία, εὐυπολήπτους δεῖν εἶναι τοὺς μάρτυρας, καὶ ἢ κρείττους τῆς τοιαύτης διαβολῆς διὰ τὸ τῆς ἀξίας, ἢ στρατείας, ἢ εὐπορίας, ἢ ἐπιτηδεύσεως ἀναμφισβήτητον, ἢ εἴπερ οὐ τοιοῦτοι καθεστᾶσιν, ὑφ' ἑτέρων γοῦν ὅτι καθεστᾶσιν ἀξιόπιστοι μαρτυρουμένοι, καὶ μή τινας ἐπιδιφρίους, μηδὲ χαμερπεῖς, μηδὲ παντοίως ἀσήμους ἐπὶ μαρτυρίαν ἰέναι, ἀλλ' ὥστε, εἴπερ ἀμφισβητηθείη τὰ καὶ' αὐτούς, δύνασθαι ῥᾳδίως ἀποδεικνύναι τὸν τῶν μαρτυρησάντων βίον, ὡς ἄμεμπτός τε καὶ ἐπιεικὴς εἴη. §. 1. Εἰ δὲ ἄγνωστοί τινες εἶεν καὶ πανταχόθεν ἀφανεῖς, καί τι φανεῖεν ὅλως περὶ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀληθῶν διαφθεῖραι σπεύδοντες, δύνασθαι καὶ βασάνοις αὐτοὺς ὑποκεῖσθαι, καὶ τοὺς δικαστάς, εἰ μὲν ἄρχοντες εἶεν, αὐτοὺς τοῦτο πράττειν, εἰ δὲ ἕτεροι παρὰ τοὺς τὰς ἀρχὰς ἔχοντας, ἐνταῦθα μὲν παραλαμβάνειν τὸν ὑπουργοῦντα τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ πραίτωρι τῶν δήμων, κατὰ χώραν δὲ τὸν τῶν τόπων ἔκδικον, καὶ δι' αὐτῶν προσάγειν αὐτοῖς τὴν ἐκ τῶν βασάνων πεῖραν, ὅπως ἂν ταύτῃ γοῦν μηδὲν καταφρύψαιεν τῶν ἀληθῶν, ἢ καὶ ἄλοιεν διὰ ταύτης τῆς ὁδοῦ χρημάτων τὴν μαρτυρίαν ποιούμενοι, ἢ καὶ ἄλλως περὶ αὐτὴν κακουργοῦντες.

Cap. I.

Sancimus vero, praesertim in magna hac et felici urbe, ubi magna existit (deus sermonem dirigat) proborum bonorumque virorum copia, ut testes bonae existimationis sint, et vel propter dignitatem, vel militiam, vel divitias, vel indubitatum officium eiusmodi calumnia superiores existant, vel si tales non sint, ab aliis tamen, quod fide digni sint, testimonium habeant. Nec sedentarii quidam, nec humiles, nec plane obscuri ad testimonium veniant, sed ut, si de iis dubitetur, facile demonstrari possit, vitam testium inculpatam et moderatam esse.

§. 1. *Si vero ignoti quidam et plane obscuri sint, atque videantur circa testimonii veritatem aliquid voluisse corrumpere, tormentis etiam subiici possint; et iudices, siquidem magistratus sint, ipsi hoc agant, sin autem alii sint, quam qui imperia habent, hic quidem apparitorem magnificentissimi praetoris plebis, in provincia vero defensorem locorum assumant, et per eos tormentis illos subiiciant, ut nihil de veritate celent, vel hac etiam ratione pecunia accepta testimonium dixisse, vel etiam aliter circa id dolose versatos esse deprehendantur.*

Κεφ. β'.

Εἰ δὲ καὶ ἤδη μηδεμίαν ἐπὶ χρέεσιν ἐγγράφοις ἀγράφων καταβολῶν ἀπόδειξιν διὰ μαρτύρων δέχεσθαι νενομοθετήκαμεν, πλὴν εἰ μὴ κατὰ τὴν ἐκεῖσε ῥηθεῖσαν παρατήρησιν, ἣν δὴ καὶ κρατεῖν βουλόμεθα, ἀλλ' οὖν καὶ νῦν τοῦτο ἀνανεούμεθα. εἰ γὰρ ἔγγραφον εἴη τὸ χρέος, καὶ ἀγράφου καταβολῆς προτείνοιτο παρὰ τῶν δικαζομένων ἡ διὰ τῶν μαρτύρων ἀπόδειξις, τότε δεκτὴν αὐτὴν παρὰ δικασταῖς εἶναι,

Cap. II.

Et licet dudum sanciverimus, in debitis scriptura interveniente contractis non scriptarum solutionum probationem per testes non nisi secundum dictam ibi observationem suscipiendum esse, quam etiam obtinere volumus, tamen nunc quoque eam renovamus. Si enim scriptum sit debitum, et solutionis sine scriptura factae probatio a litigantibus per testes proferatur, tunc illa a iudicibus accipiatur, quando ad hoc ipsum testes

et novissime confessorum, quia, quum testamentum fieret, et fuisset defuncta testatrix, testium quidam tenentes iam mortuae manum ita per chartam virgam factam [3]) et ex latere ductam traxerunt, et signum venerabile crucis videri scripsisse defunctam praeparaverunt. Nos igitur ad haec [4]) respicientes alia quidem de modo testium, alia vero de eorum statu existimavimus oportere decernere. Quae itaque dicta sunt ab antiquis legislatoribus in prohibitione horum, quos suspenderunt testimonium perhibere, rata omnia ponimus.

Cap. I. Sancimus autem, et praecipue in hac maxima et felicissima civitate, ubi plurima consistit (deo favente sermoni) multorum [5]) bonorumque copia virorum, bonae opinionis esse oportere testes, et aut carentes huiusmodi derogatione per dignitatis, aut militiae, aut divitiarum, aut officii causam, aut si non tales consistant, ex utroque latere tamen, quia fide digni sunt, testimonium perhibere [6]); et non quosdam artifices ignobiles, neque vilissimos, neque nimis obscuros ad testimonium procedere, sed ut, si quae de eis dubitatio fuerit, possit facile demonstrari testium vita, quia inculpabilis atque moderata est. §. 1. Si vero ignoti quidam fuerint undique, et aliquid apparuerint circa testimonii veritatem corrumpere festinantes, posse eos etiam verberibus subiacere; et iudices, si quidem administratores fuerint, ipsi hoc [7]) agant, si vero alii praeter eos [8]), qui administrationes habent, ipsi quidem assumant apparitorem magnificentissimi praetoris plebis, in provincia vero locorum defensorem, et per eos inferant eis verberum experimentum, quatenus propter hoc nihil celent veritatis, aut etiam capiantur per hanc viam pecuniis testimonium perhibere, aut aliter circa hoc malignantes.

Cap. II. Et licet dudum nullam in debitis ex scripto factis non scriptarum solutionum probationem per testes suscipi sanciverimus, nisi secundum observationem ibi dictam, quam scilicet valere praecipimus [9]), attamen [10]) etiam nunc hoc renovamus. Si enim scriptum sit debitum, et non scripta proferatur solutionis a liti-

---

[1]) τοῖς παλαιοῖς (*om.* νομοθέταις) *Hal.* — [2]) *Scrimg.*, *Bas.*, *Vulg.*; καλῶν *Hal.* — [3]) chart. lineam rectam *Bk.* — [4]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; hoc *Port.*, *Cont.* — [5]) proborum *Bk.* — [6]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; ex utroque tamen — testimonium perhibere *Port.*, *Cont.*; ex aliis tamen — testificati *Bk.* — [7]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; hoc ipsi *Port.*, *Cont.* — [8]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; sunt *add. Port.*, *Cont.* — [9]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.*; praecepimus *Cont.* — [10]) *Port.*; et tamen *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.*

εἶναι, ἡνίκα ἐπ' αὐτῷ τούτῳ παραλαμβάνοιντο μάρτυρες, ἐφ' ᾧ τῇ γενησομένῃ καταβολῇ ἢ τῇ μνήμῃ τοῦ γεγενῆσθαί τινα καταβολὴν ἤδη, καὶ τοῦτο ὁμολογεῖσθαι παρὰ τοῦ τὰ χρήματα λαβόντος μαρτυρήσαιεν ἄνδρες ἀξιόπιστοι καθεσιῶτες, ἢ καὶ ἐν ἐκμαρτυρίοις [1]) ἴσως ποιήσαιεν φανερόν [a]). τὰς δὲ ματαίας ταύτας καὶ ἐκ τοῦ παρήκοντος γινομένας μαρτυρίας μηδενὶ παντάπασι λόγῳ κρατεῖν, καὶ τοιαύτας τινὰς ἀναπλάττειν μαρτυρίας, ὡς δι' ἄλλην τινὰ χρείαν παρατυχὼν ἀκούσοι τοῦδε λέγοντος εἰληφέναι παρὰ τοῦδε χρυσίον, ἢ ὀφείλειν τῷδε. αὗται γὰρ σαφῶς ἡμῖν ὕποπτοι καθεσιᾶσαι καὶ οὐδενὸς ἄξιαι λόγου, ὁπότε καί τι τοιοῦτον ἐν τῷ δικάζειν εὕρομεν, ὡς, καίτοι πολλῶν χρημάτων λεγομένων καταβεβλῆσθαι, ταβουλάριοι δύο μόνοι τοῦτο ἔφασαν ἀκηκοέναι, μάρτυρος παρόντος οὐδενός, καίτοι τοῦ χρέους ἐγγράφου τυγχάνοντος, καὶ τοῦ καταθεμένου δῆθεν γράφειν ἐπισταμένου, καὶ δυναμένου δι' οἰκείων γραμμάτων ταῦτα φανερὰ κατασῆσαι. ὅπερ ἐξ ἐκείνου μισήσαντες ἀφορμὴν τοῦ παρόντος εἰλήφαμεν νόμου. Καὶ αὖθις παρῆχθη τις ἕτερος τὸ εἶδος ἐοικὼς τῷ συκοφαντουμένῳ, καὶ ἐπὶ μαρτύρων δῆθεν καὶ ἐπὶ ταβουλαρίων κατετίθετο καθ' ἑαυτοῦ χρέα. καὶ ὁ μὲν μισθοῦ τοῦτο πράξας ἀπῆλθεν, ἕτερος δὲ εἰςεπράχθη τὸ χρέος, τὸ παρ' ἑτέρου τινὸς ὡς παρ' αὐτοῦ δῆθεν ὁμολογηθέν. καὶ τοῦτο ὕστερον οὐ διέλαθε, τοῦ θεοῦ τὰ τοιαῦτα μέχρι παντὸς οὐ συγχωροῦντος καταχρύπτεσθαι.

Κεφ. γ'.

Οὔτε οὖν ταῖς τοιαύταις πιστεύομεν μαρτυρίαις, ἢ ταῖς τῶν ταβουλαρίων (καθάπερ εἰπόντες ἐφθήμεν) καταθέσεσιν, ἡνίκα γραμμάτων ἐπισήμονες εἶεν οἱ καταθέσθαι λεγόμενοι, παρὸν καὶ γράψαι ἢ ἐν δικαστηρίῳ καταθέσθαι, καὶ δοῦναι τῷ πράγματι πίστιν ἀναμφισβήτητον, οὔτε μένειν αὐτὰς τοῖς ἀληθέσι λυμαινομένας συγχωροῦμεν, οὔτε εἴ τι τοιοῦτο γέγονε, προσιέμεθα. ἀλλ' ἀπαιτοῦμεν τὸ παραχεκλῆσθαι παρὰ τοῦ παράγοντος τοὺς μάρτυρας ἐπ' αὐτῷ τούτῳ, καὶ τοῦτο διὰ μαρτυρίας ἀποδείκνυσθαι, καὶ εἶναι καὶ αὐτοὺς (τοῦτο δὴ τὸ τῶν διαθηκῶν) rogatos, καὶ εὐυπολήπτους καθεστάναι, καὶ οὕτω τὸ πρᾶγμα δέχεσθαι τὴν ἐξ αὐτῶν ἀπόδειξιν, καὶ μηδὲ ἐκμαρτυρίαν τοῦ λοιποῦ, μὴ καὶ [2]) μαρτύρων ἔχουσαν καὶ παρουσίαν καὶ κατάθεσιν καὶ ὑπογραφὴν κρατεῖν [b]). Εἰ δὲ μὴ τοιοῦτοι καθεσιᾶσιν

stes assumuntur, ut de facienda solutione, vel memoria iam factae solutionis, confitente id eo, qui pecuniam accepit, viri fide digni testimonium dicant, vel etiam attestationibus forte id manifestum faciant. Vana autem illa et in transitu facta testimonia nulla plane ratione valeant, nec talia fingant testimonia, quod is, qui ex alia quadam necessitate praesens est, aliquem dicentem audiverit, se ab hoc pecuniam accepisse vel huic debere. Haec enim perquam nobis suspecta sunt et nullius pretii, qui tale quid etiam in causarum cognitione invenimus, quum, multae licet pecuniae solutae dicerentur, duo solum tabularii se id audivisse dicerent, nullo teste praesente, quanquam debitum scriptura interveniente contractum esset, et qui confessus erat, scribere, idque per litteras suas manifestum facere posset. Quod quum ab eo tempore odio haberemus, occasionem huius legis ferendae nacti sumus. Rursus alius quidam adductus est calumnianti similis, et coram testibus atque tabulariis debitum confessus est. Atque hic quidem, qui mercede accepta id fecerat, decessit, ab alio vero debitum exactum est, quod alius, tamquam ille, confessus erat. Neque hoc deinde latuit, deo non permittente talia in perpetuum occultari.

Cap. III.

Quamobrem neque eiusmodi testimoniis, neque tabulariorum, uti diximus, confessionibus credimus, quando illi litterarum periti sunt, qui confessi dicuntur, cum et scribere vel in iudicio confiteri, et negotio indubitatam fidem addere potuerint, nec manere eas veritati damnosas permittimus, nec si tale quid factum sit, admittimus: sed exigimus, ut ab eo, qui testes producit, ad hoc ipsum rogati sint, idque testimoniis probetur, et ut ipsi etiam, quemadmodum in testamentis, sint rogati et bonae existimationis, atque ita negotium per eos probetur; attestatio autem, quae testium praesentia et depositione et subscriptione destituitur, in posterum non obtineat. Si tales non sunt testes, quales antea diximus, etiam tormentis eos subiici iubemus. Si vero quidam aperte sibimet ipsis vel inter se contraria loquantur, tum maxime iudices animum advertant, et si

litigantibus per testes probatio, tunc susceptibilem eam apud iudices esse, dum ad hoc ipsum assumantur testes, ut pro facienda solutione aut memoria factae alicui [3]) iam solutionis, et confessione eius, qui pecunias accepit, testimonium perhibeant viri fide digni constituti, aut etiam causam testimonii [4]) forte faciant manifestam. Haec autem inania et ex transitu perhibita testimonia nulla modis omnibus valere ratione, et huiusmodi quaedam fingere testimonia, ut propter aliud quoddam opus advenientes [5]) audiat aliquos dicentes, accepisse ab aliquo aurum aut debere alicui. Haec namque aperte nobis suspecta sunt, et nulla digna ratione, dum quando et tale aliquid in iudicando invenimus, eo [6]) quod quum multae pecuniae dicantur solutae, tabularii duo tantummodo hoc dixerunt audisse se, teste praesente nullo, et debitum in scriptis constitutum [7]), et fatente scribere ex hoc sciente [8]), et valente per proprias litteras haec manifesta facere. Quod ex illo odio habentes, occasionem praesentis accepimus legis. Et iterum adductus est aliquis alius similis calumnianti, et praesentibus testibus ad hoc, et coram tabulario deposuit, apud semetipsum debita esse; et is quidem, qui mercede hoc egit, decessit, alius autem exactus est debitum, quod ab alio quodam tamquam ab eo scilicet confessum est, deo huiusmodi omnino non indulgente occultari.

Cap. III. Neque igitur huiusmodi credimus testimoniis aut tabulariorum, sicut praediximus, depositionibus, eo quod litteris eruditi sint, qui confiteri volunt apud quem et scribere [9]) aut in iudicio confiteri, et dare rei fidem indubiam, neque manere eas veracibus pestiferas concedimus, neque si tale aliquid factum est, recipimus, sed exigimus, quod deprecatum est [10]) ab eo, qui deduxit, testes in hoc ipso [11]), et hoc per testationes demonstrari, et esse et [12]) eos (hoc quod in testamentis) rogatos, et bonae opinionis constitutos, et ita causam [13]) suscipere ab eis probationem, et neque attestationem deinceps, neque testium habentem

prae-

[a]) *Parat.* §. 3. *Athan. tit.* XIV. (*Heimb. Anecd. I. p.* 151 *sq.*) — [b]) *Lib. περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 7. (*Heimb. Anecd. I. p.* 194.)

[1]) καὶ ἐκμαρτυρίας *Hal.* — [2]) μηδὲ *Hal.* — [3]) *Leg. videtur:* alicuius. — [4]) *Leg.* testimoniis. — [5]) *Cod. Hamb., Trid., Port.;* adinveniens *Cont.* — [6]) eo *om. Bk.* — [7]) etsi debito in scriptis constituto *Bk.* — [8]) scribere et ex hoc sciente *Cod. Hamb., Trid.;* scribere sciente (*om.* ex hoc) *Vk.* — [9]) et possunt scribere *Bk.* — [10]) quod precati sunt *Bk.* — [11]) *Cod. Hamb., Trid.;* ipsum *Port., Cont.* — [12]) demonstrare necesse est eos *Cod. Hamb., edd.* — [13]) *Cod. Hamb., Trid.;* cautam *Port., Cont.*

στᾶσιν οἱ μάρτυρες, ὁποίους ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν, καὶ βασάνοις αὐτοὺς ὑποκεῖσθαι κελεύομεν. Εἰ δέ τινες καθαρῶς ἐναντία σαφῶσιν αὐτοῖς ἢ καὶ ἀλλήλοις φθέγξοιντο, τοὺς δικαστὰς μάλιστα τότε προσέχειν τὸν νοῦν, καὶ εἰ περὶ τὰ κυριώτερα [1]) τῶν μαρτυρουμένων τὰς ἐναντιότητας εὕροιεν, ἐκβάλλειν τὰς τοιαύτας μαρτυρίας, τοῖς παρὰ τῶν ἀξιοπιστοτέρων καὶ πλειόνων προσέχοντες [2]). Εἰ δὲ ἐξεπίτηδες φανεῖεν κακουργοῦντες, καὶ ἐντεῦθεν ἐκπίπτοντες εἰς ἐναντίωσιν, μηδὲ ἀθώους αὐτοὺς καταλιμπάνειν, εἴπερ μὴ κατά τινα πλάνην, ὡς εἰκός, ἀλλ' ἐξεπίτηδες τὰ ἐναντία δειχθεῖεν λέγοντες.

Κεφ. δ'.

Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ πολλάκις μάρτυρας παρασταμένοι, καὶ τρισσάκις τοῦτο πράξαντες, εἶτα, ἐπειδὰν ἀποτάξοιντο καὶ ἐκλάβοιεν τὰς μαρτυρίας, πειρῶνται [3]) προσελεύσεισιν ἡμᾶς ἐνοχλεῖν, καὶ βουλεσθαι καὶ τειράκις παραγαγεῖν μάρτυρας, θεσπίζομεν, τοὺς ἡμετέρους δικαστὰς τούτοις μάλιστα προσέχειν, καὶ εἰ τρισσάκις ἤδη παρῆλθον οἱ μάρτυρες, καὶ παρὰ τοῦ τοὺς μαρτυρας παραγαγόντος καὶ ἀποταξαμένου καὶ ἐκλαβόντος πάλιν αἰτοῦνται μάρτυρες, τούτους παντελῶς μὴ προσίεσθαι, ὡς ὑποψίας οὔσης, μή ποτε παραλιπόντων τι τῶν προτέρων, καὶ ἤδη φανερῶν τούτων διὰ τῆς μαρτυρίας γενομένων, ἐκεῖνος οὐ παραγωγῆς μαρτύρων, ἀλλὰ τῆς τῶν ἔμπροσθεν ἢ οὐ μαρτυρηθέντων προσθήκης, ἢ μαρτυρηθέντων ἐπανορθώσεως ἐπιθυμῇ. Εἰ δὲ ὁ παραγαγὼν μὲν οὐκ ἐκλάβοι, οὐδὲ ἐνίσχοι ταῖς μαρτυρίαις οὐδὲ αὐτός, οὐδέ τις τῶν συνηγόρων αὐτοῦ, ὁ δὲ ἀντιτεταγμένος ἐκλάβοι μόνος, καὶ ποιήσοιτο παραγραφάς, οὐ μὴν ταύτας ἐκδοίη τῷ τρὶς ἤδη ποιησαμένῳ τὴν τῶν μαρτύρων πάρουσιν, ὥστε μὴ διὰ τῶν παραγραφῶν μαθόντα τὸν τούτους παραγαγόντα τὰ ἐλλείποντα ταῖς μαρτυρίαις ταύταις [4]) προσθεῖναι, τηνικαῦτα δοτέον καὶ τετάρτην παραγωγὴν μαρτύρων τῷ ταύτην αἰτοῦντι, πρότερον ὅρκου διδομένου παρ' αὐτοῦ, ὡς οὔτε ἐξείληφεν, οὐδὲ ἐνέτυχε ταῖς μαρτυρίαις οὐδὲ αὐτός, οὐδέ τις ἢ συνήγορος, ἢ ὅλως ὑπὲρ αὐτοῦ πράττων, οὔτε κατά τινα δόλον, οὐδὲ μηχανήν, οὐδὲ τέχνην τὴν τετάρτην παραγωγὴν αἰτεῖ ποιήσασθαι τῶν μαρτύρων, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δυνηθῆναι πρότερον ταῖς ἐπαγγελλομέναις χρήσασθαι μαρτυρίαις. καὶ εἰ τοῦτο γένοιτο, μηδὲ κελεύσεως ὑπὲρ τούτων δεῖσθαι βασιλικῆς, καθάπερ ἔμπροσθεν ἦν, ἀλλ' αὐτόθεν τὸν νόμον ἀρκεῖν αὐτοῖς τὲν τὰ τοιαῦτα ἐφιέντα. καὶ ὄχρι μὲν τετάρτης μαρτύρων παραγωγῆς ἄδειαν εἶναι

si circa praecipua, de quibus testimonium perhibetur, dissensiones invenerint, testimonia illa reiiciant, attendentes ad ea, quae a fide dignioribus et pluribus dicuntur. Si vero de industria dolose agere et exinde in dissensionem incidere videantur, impunitos eos non relinquant, si non errore quodam, ut fieri potest, sed de industria contraria dixisse probati fuerint.

Cap. IV.

Quoniam vero multi saepe, qui testes producunt, et tribus vicibus id fecerunt, deinde, ubi concluserunt et testimonia acceperunt, interpellationibus nobis molesti esse conantur, atque testes quarto etiam producere volunt, sancimus, ut iudices nostri hoc maxime observent, et si tribus vicibus producti sint testes, atque ab eo, qui testes produxit, et conclusit, et testimonia accepit, denuo testes petantur, illi nullo modo admittantur, quod suspicio sit, ne, si quid priores omiserint, idque per testimonia iam manifestum factum sit, ille non productionem testium, sed vel eorum, de quibus antea testimonium datum non fuit, additamentum, vel eorum, de quibus testimonium perhibitum est, emendationem desideret. Si vero is, qui testimonia producit, illa neque acceperit, neque viderit nec ipse, nec aliquis ex procuratoribus eius, solus autem adversarius acceperit, et exceptiones opposuerit, neque tamen ei, qui iam tertia vice testes produxit, eas ediderit, ne is, qui eos producit, cognitis exceptionibus addat ea, quae testimoniis desunt. tum etiam quarta productio testium petenti concedenda est, iureiurando prius ab eo praestito, quo declaret se testimonia neque accepisse, neque legisse nec ipsum, nec advocatum aliquem, aut negotia gerentem, nec dolo aliquo, neque machinatione, neque arte quartam se testium productionem petere, sed quod testimoniis nunciatis prius uti non potuerit. Atque hoc si factum erit imperiali iussu ad hoc non indigeat, prout antea obtinuit, sed lex, quae talia permittit, per se illis sufficiat, et ad quartam usque testium productionem testimoniis uti liceat, non tamen post longum temporis intervallum, ne etiam sic lites protrahantur, sed celeriter hoc fieri debet, sicut iudex id faciendum existimaverit.

§. 1.

praesentiam, et depositionem, et subscriptionem tenere. Si vero non huiusmodi constituti sunt testes [5]), quales pridem diximus [6]), et suppliciis subdi eos praecipimus. Si vero quidam aperte contraria dicant sibi, aut alteruter testificentur, maxime iudices hoc animadvertere. et si veraciora testificatis adversitates invenerint, eiiciant quidem eiusmodi testationes, ea autem, quae a dignioribus fide et plurimis dicta fuerint, considerent. Si vero astu apparuerint malignantes, et ex hoc incidentes in contrarietatem, neque immunes eos derelinqui, nisi secundum aliquem errorem fortuitum, et non astu contraria dicentes demonstrentur.

Cap. IV. Quia vero multi saepe testes producunt, et tertio hoc agentes, postea, mox ut concluserint, et excepta fuerint testimonia, tentantes [7]) interpellationibus nobis [8]) importuni esse, et velle etiam quarto [9]) deducere testes, sancimus, nostros iudices hoc maxime considerare, et si tertio producti iam sint testes, et ab eo, qui testes deduxit, concludente et editum [10]) accipiente iterum petantur testes, hos omnino non adesse, utpote suspicione habita, ne forte relictis quidem prioribus, et dudum manifestis propter eorum testimonia factis, ille non productionem testium, sed de praecedentibus aut non testificatis additamentum, aut eorum depositionibus emendationem desideret. Si vero deducens quidem testes editionem nondum acceperit, neque perlegerit testationes neque ipse, neque aliquis advocatorum eius, adversarius autem eius acceperit solus, et fecerit disputationem, non tamen eam dederit ei, qui tertio dudum fecit testium productionem, neque per dispositionem edoctus sit is, qui eos produxerat. quae testimoniis desunt, haec adiici, tunc dandam esse et quartam productionem testium ei, qui hoc petierit, primitus sacramento dando ab eo, quod neque subtraxit, neque percunctatus est testationes, neque ipse, neque aliquis advocatorum eius, aut omnino pro eo agens, neque per aliquem dolum aut machinationem vel artem quartam productionem petit fieri testium, sed propterea, quod [11]) non valuit primitus uti denunciatis testimoniis; et si hoc factum fuerit, neque iussione

[1]) καιριώτερα *Hal.*; καιριώτατα *Bas.* — [2]) ταῖς παρὰ — προσέχοντας *Bas.* — [3]) πειρώμενοι *Bas.*, *Fulg.* — [4]) ταῦτα *Hal.*, *Fulg.* — [5]) *Cod. Hamb.*; constituti testes sunt *Trid.*; constituti testes sint *Port.*, *Cont.* — [6]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; ediximus *Port.*, *Cont.* — [7]) tentant *Bk.* — [8]) novis *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.* — [9]) quater *Cod. Hamb.*, *Trid.* — [10]) edictum *Cod. Hamb.*, *Trid.* — [11]) propter quod *Cod. Hamb.*, *Trid.*

εἶναι ταῖς μαρτυρίαις χρῆσθαι μὴ μέντοι διὰ χρόνου [1]), ὥστε μηδὲ ἐντεῦθεν μηχανᾶσθαι τὰς δίκας, ἀλλὰ δεῖν πάντως τάχος αὐταῖς ἐπιτίθεσθαι, καθάπερ ἂν ὁ δικάζων οἰηθείη τοῦτο πράττειν. §. 1. Ἐκεῖνο μέντοι τῶν ἀνωμολογημένων ἐστίν, ὡς εἰ καὶ ἅπαξ τις παραγαγὼν μαρτύρας ἢ δίς, εἶτα [2]) ἀποτάξεται, καὶ ἢ [3]) ἐκλάβοι τὰς μαρτυρίας καὶ κατασκέψεται, ἢ τοῦ ἀντιτεταγμένου τοῦτο ποιήσαντος, αὐτὸς τὰς παραγραφὰς ἐκλάβοι, κἀκεῖθεν μάθοι τὰ μεμαρτυρημένα, οὐκ ἔξει παντελῶς ἄδειαν οὐδεμιᾷ περαιτέρω χρῆσθαι μαρτύρων παραγωγῇ, οὐδ' ἂν εἰ θεία τοῦτο κέλευσις πορισθείη [4]).

Κεφ. ε'.

Ἐπειδὴ δὲ ἴσμεν ἤδη γενόμενον νόμον, ὥστε εἴ τις ἐνταῦθα λέγει δίκην, δεῖται δὲ ἐπὶ τῆς χώρας μέρη τινὰ συστῆναι τῆς δίκης, ἐξεῖναι, τοῦ δικασταῦ τοῦτο κρίνοντος καὶ τὴν ἀρχοῦσαν προθεσμίαν ὁρίζοντος, παράγειν ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας τοὺς μάρτυρας, ἐνταῦθά τε ἀναπέμπεσθαι τὴν δίκην τῶν πεπραγμένων φερομένων, καὶ ὑπὸ ταὐτῷ κρίνεσθαι δικαστῇ, πολλαὶ δὲ τοιαῦται προσελεύσεις ἡμῖν γίνονται, βουλομένων τινῶν, οἵπερ ἐν ἐπαρχίᾳ μὲν δικάζονται, ἐνταῦθα δὲ τοὺς μάρτυρας ἔχουσιν, ὥστε κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων τὸν νόμον, καὶ ἄδειαν εἶναι τῷ ἐν ἐπαρχίᾳ δικάζοντι στέλλειν ἐνταῦθα, ὥστε παρέναι τοὺς μάρτυρας, ἢ τὰς ἀποδείξεις ὅλως δίδοσθαι, καὶ πάλιν ὡς [5]) αὐτὸν φέρεσθαι τὰς δίκας, ἢ καὶ ἀπὸ ἐπαρχίας εἰς ἐπαρχίαν ταῦτα αἰτεῖν γίνεσθαι, θεσπίζομεν, διὰ τὴν τῶν ἀποδείξεων εὐπορίαν καὶ τοῦτο κρατεῖν, καὶ δύνασθαι καὶ ἀπὸ ἐπαρχίας ἐνταυθοῖ παρὰ τοῦ δικάζοντος ἐν τῇ χώρᾳ στέλλεσθαι, καὶ παρ' ἑνὶ τῶν ἐξ ἡμῶν ὡρισμένων ἑλλογιμωτάτων δικαστῶν. ψήφου περὶ τούτου παρὰ τοῦ δικάζοντος γινομένης, τὰς μαρτυρίας δίδοσθαι καὶ ἀπὸ ἐπαρχίας ἑτέρας εἰς ἑτέραν, παρὰ τῷ ἐκδίκῳ ἢ παρὰ τῷ ἄρχοντι, τῶν μαρτυριῶν ἐκ ψήφου τοῦ δικάζοντος διδομένων, ἐκεῖσε δηλαδὴ τῆς αὐτοτελοῦς ψήφου διδομένης, ἔνθα καὶ προκαθήχθη, ἵνα ὥσπερ ἐντεῦθεν ἐν τῇ χώρᾳ παρὰ τοῖς ἄρχουσιν ἢ τοῖς ἐκδίκοις τὰ περὶ τῆς παραγωγῆς τῶν μαρτύρων πράττεσθαι νενομοθέτηται, οὕτω καὶ ἀπὸ χώρας εἰς χώραν καὶ ἀπὸ ἐπαρχίας ἐνταυθοῖ κρατοίη, καὶ τελεία διὰ πάντων εἴη ἡ τῶν ἀποδείξεων ἅπασιν εὐκολία. τῶν μέντοι μαρτυριῶν οὐκ ἐκδιδομένων οὐδὲ ἐν ταῖς χώραις, ἀλλὰ τῶν πεπραγμένων διδομένων αὐτοῖς τοῖς παραγαγοῦσιν, ἢ καὶ τοῖς αὐτῶν ἀντιδίκοις, ἐπὶ

§. 1. *Illud tamen in confesso est, si quis semel aut bis productis testibus concludat, et testimonia accipiat atque conspiciat, vel, adversario hoc faciente, ipse exceptiones accipiat, et exinde testimonia cognoscat, cum nullam plane licentiam habere ulla testium productione ulterius utendi, neque si divina iussio id concesserit.*

Cap. V.

Et quoniam legem iam latam esse scimus, quae constituat, ut, si quis hic litem habeat, necesse autem sit partes quasdam litis in provincia probari, liceat, iudice hoc decernente et diem sufficientem definiente, testes in provincia producere, et actis perlatis litem huc remittere, quo ab eodem iudice decidatur, saepius vero interpellamur, et quidam cupiunt, qui in provincia quidem litigant, hic vero testes habent, ut lex etiam in illis valeat, eique, qui in provincia iudicat, huc mittere liceat, ut testes adveniant, vel probationes omnino dentur, et rursus ad eum lites ferantur, vel ut de provincia in provinciam id fiat, petatur, sancimus, ut propter probationum abundantiam etiam hoc valeat, atque e provincia quum ab eo, qui ibi iudicat, tum ab uno ex clarissimis iudicibus a nobis designatis, huc quoque mitti possit, decreto a iudice faciendo, ut testimonia dentur et de provincia in provinciam, apud defensorem vel magistratum testimoniis ex decreto iudicis datis, ibique sententia definitiva feratur, ubi lis contestata est, ut, sicut hic in provincia a magistratibus vel defensoribus productionem testium fieri sancitum est, ita de provincia quoque in provinciam, et de provincia in hanc urbem obtineat, et per omnia perfecta sit omnibus probationis facilitas; testimonia tamen nec in provinciis edantur, sed acta illis, qui testes producunt, vel etiam adversariis eorum dentur, qui signa apud acta accipiant, atque ita huc vel in provincias a iudicibus mittantur, ne forte aliis quoque testibus natura negotii egeat, et propter editionem testium adiectio excludatur. Atque haec omnia de quaestionibus pecuniariis intelligantur. In criminalibus enim, ubi maximae res in periculo sunt, testes iudici praesentes esse, quaeque comperta habent edocere omnimodo oportet; quo casu vel tormentis, et omni reliquae observationi locus erit. Cap. VI.

inssione pro talibus imperiali egere, sicut pridem erat, sed ex hac lege sufficiant eis haec, quae permissa sunt, et usque ad quartam testium productionem licentiam esse testimoniis uti, non tamen per longum intervallum, ut non ex hoc protrahantur lites, sed oportere omnino velocitatem eis imponere, secundum quod iudex existimaverit hoc fieri. §. 1. Illud tamen indubium est, quia, et si quis [6]) semel producens testes aut bis aut testificationes tractaverit, aut adversario hoc faciente ipse disputationem acceperit, et ex hoc didicerit testificata, non habebit omnino licentiam ullam [7]) ulterius uti testium productione, neque si divina hoc inssio praeceperit.

Cap. V. Et quoniam scimus dudum factam legem, ut, si quis hic litem exerceat, oporteat autem in provinciae parte aliqua approbari, licentiam habere, iudice hoc decernente et sufficiens spatium temporis definiente, deducere intra provinciam testes, et huc transmittere litem gestis perlatis, et ab eodem iudicari iudice, multae autem huiusmodi interpellationes nobis fiunt, volentibus aliquibus, qui in provinciis quidem litigant, hic vero testes habent, ut teneantur huiusmodi lege, et licentiam esse in provincia [8]) iudicanti dirigere huc, ut praesententur testes, aut testificationes omnino dentur, et iterum ad eum referri lites, et si de provincia in provinciam haec petantur fieri, sancimus, propter probationum abundantiam et hoc valere, et posse etiam a provincia huc ab eo, qui index est in provincia, destinari, et ab uno, qui a nobis definitus fuerit, eloquentissimorum iudicum, interlocutione de eo a iudice facta, testationes dari et a provincia alia in aliam provinciam, aut apud defensorem, aut apud praesidem testificationibus ex interlocutione iudicantis datis, illic videlicet definitiva sententia danda, ubi et lis contestata est, ut quemadmodum hinc in provinciam apud iudices aut defensores de productione testium agi sancita sunt, ita et a provincia in provinciam et a provincia huc teneant, et perfecta per omnia sit probationum omnibus facultas; testimoniis quidem [9]) non editis neque in provinciis, sed gestis datis eis, a quibus producuntur, aut eorum adversariis, sub gestis monumentorum signa

---

[1]) διὰ μακροῦ *Hal.*; διὰ μακροῦ χρόνου *Bas.* — [2]) *Hal., Bas.*; εἰ *Scrimg.* — [3]) εἰ *Hal.* — [4]) προσθείη *Hal.* — [5]) εἰς αὐτὸν *Hal., Bas.* — [6]) quia si quis *Trid.*; quia et si (*om.* quis) *Cod Hamb., Port., Cont.* — [7]) ullam *om. Cod. Hamb.*; ulla *emend. Bk ed. ster.* — [8]) *Cod. Hamb.*; provinciam *edd.* — [9]) tamen *Bk. ed. ster.*

ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων σημεῖα δεχομένων, καὶ οὕτως ἐνταῦθα ἢ ἐν ἐπαρχίαις πεμπομένων παρὰ τῶν δικαστῶν, μή ποτε, ὡς εἰκός, δεηθείη καὶ ἑτέρων μαρτύρων ἡ τοῦ πράγματος φύσις, καὶ ἀποκλεισθείη διὰ τὴν ἔκδοσιν ἡ τῶν μαρτύρων πρόσθήκη. τούτων ἁπάντων ἐπὶ τῶν χρηματικῶν ζητήσεων νοουμένων. ἐπὶ γὰρ ἐγκληματικῶν, ἔνθα περὶ μεγίστων ἐστὶν ὁ κίνδυνος, ἀνάγκη πᾶσι τρόποις ὑπὸ τοῖς δικασταῖς [1]) παρεῖναι τοὺς μάρτυρας, καὶ τὰ αὐτοῖς ἐγνωσμένα διδάσκειν. ἔνθα καὶ βασάνων ἴσως ἔσται καιρὸς καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης παρατηρήσεως [a]).

Κεφ. ς'.

Εἰ δὲ λέγοιτο δουλικῆς εἶναι τύχης ὁ βουλόμενος μαρτυρεῖν, ὁ δὲ ἐλεύθερος ἰσχυρίζεται καθεστάναι, εἰ μὲν ἐκ γενετῆς τυχὸν ἐλεύθερος [2]), πληρούσθω μὲν ἡ μαρτυρία, ταῖς δὲ παραγραφαῖς ὁ περὶ τῆς τύχης φυλαττέσθω λόγος, ὥστε εἰ φανείη τύχης οἰκετικῆς ὤν, τὴν αὐτοῦ μαρτυρίαν ἀνὶ μηδὲ γενομένης εἶναι, εἰ δὲ ἐλευθερωθῆναι φήσοι, ἀναγκάζεσθαι [3]) δεικνύναι πρότερον αὐτὸν τὸ συμβόλαιον, ἐν ᾧ τῆς ἐλευθερίας τετύχηκεν, οὕτω τε μαρτυρεῖν. εἰ μέντοι γε ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ τῆς ἐλευθερίας φήσοι τυχεῖν, ἢ οὐκ εἶναι προχείρους αὐτῷ τὰς ἀποδείξεις, καὶ τοῦτο ῥητῶς ἐπομόσεται, ἡ μὲν μαρτυρία γραφέσθω, μὴ δειχθέντος δὲ τοῦ τῆς ἐλευθερίας συμβολαίου ὁ παραγαγὼν οὐ χρήσεται τῇ ἐκείνου μαρτυρίᾳ.

Κεφ. ζ.

Εἰ μέντοι τις φήσειεν ἀπεχθῆ τὸν παριόντα πρὸς μαρτυρίαν αὐτῷ καθεστάναι, καὶ τυχὸν καὶ ὑπὸ αἰτίασιν παρ' αὐτοῦ γενέσθαι, εἰ μὲν δείξειεν εὐθύς, ὡς ἐγκληματικὴ μεταξὺ αὐτῶν κινεῖται δίκη, μὴ παρίτω πρὸς μαρτυρίαν ὁ μέχρι τοσούτου δυσμενής, ὡς καὶ περὶ ἐγκλημάτων δικάζεσθαι. εἰ δὲ ἄλλως ἀπεχθὴς εἶναι λέγοιτο, ἢ καὶ αἰτιάσασθαι χρηματικῶς, προΐτω μὲν τὰ τῆς μαρτυρίας, τῷ δὲ καιρῷ τῶν παραγραφῶν φυλατιέσθω τὰ τῶν τοιούτων ζητήσεων.

Κεφ. η'.

Ἐπειδὴ δὲ ἐθήκαμεν νόμον, ὥστε καὶ ἐπὶ χρηματικῶν δικῶν ἄκοντας μαρτυρεῖν, ἐκείνων οὐκ ἀναγκαζομένων τὴν μαρτυρίαν νέμειν, ὅσοι μεσῖται γεγόνασιν αὐτοῖς, καί τινες ἀποχρῶνται τούτῳ. καὶ μαρτυρίαν οὐ βούλονται νέμειν, θεσπίζομεν, εἴπερ ἑκάτερον μέρος συναινοίη τὸν μεσίτην αὐτῶν γενόμενον

Cap. VI.

Si vero servilis conditionis esse dicatur, qui testimonium dicere voluerit, is vero se liberum esse affirmet, si ingenuum se profiteatur, dicat quidem testimonium, de statu vero quaestio exceptionibus servetur, ut, si servilis conditionis esse appareat, testimonium eius pro nullo habeatur. Quodsi libertum se dicat, instrumentum prius ostendere cogatur, in quo libertatem consecutus est, atque ita testimonium dicat. Sin autem in alia provincia se libertatem consecutum, vel probationes sibi in promtu non esse dicat, deque ea re expresse iuraverit, testimonium quidem scribatur, non ostenso vero libertatis instrumento is, qui eum producit, testimonio eius non utatur.

Cap. VII.

Si vero quis eum, qui testimonium dicturus est, sibi inimicum, vel etiam se ab eo accusatum esse dicat, si quidem statim probaverit, causam criminalem inter se agitari, non accedat ad testimonium, qui adeo ei inimicus est, ut ipsum etiam criminis accuset; si vero alia ratione inimicus esse, vel in causa pecuniaria eum convenisse dicatur, procedat quidem testimonium, ad tempus vero exceptionum eiusmodi quaestiones serventur.

Cap. VIII.

Quoniam autem legem tulimus, ut in pecuniariis etiam causis inviti testimonium dicant, illi vero testimonium perhibere non cogantur, qui mediatores inter illos fuerunt, et quidam hoc abutuntur, neque volunt testimonium dicere, sancimus, si utraque pars consentiat, testimonium dicere eum, qui mediator sibi fuerit, seque

signa percipientibus, et ita huc aut in provincias destinandis a iudicibus, ne quando forsan et aliis egeat testibus causae natura, et excludatur propter editionem testium adiectio. Haec omnia in pecuniariis quaestionibus intelligentes; in criminalibus enim, in quibus de magnis est periculum, omnibus modis apud iudices praesentari testes, et quae sunt eis cognita edocere, ubi et tormentorum forsan erit opus, et aliis omnibus observationibus.

Cap. VI. Si vero dicatur servilis esse fortunae, qui testari voluerit, is vero liber affirmetur constitutus, si quidem ex nativitate, impleatur quidem testimonium, disputationum vero de statu servata ratione, ut, si apparuerit fortunae servilis esse, eius testimonium ac si neque datum fuerit, ita sit. Si vero libertum se dicat, compellatur demonstrare primum instrumentum, in quo libertatem percepit, et sic testetur. Si vero in alia provincia libertatem dicat perceptam, aut non esse in promtu sibi probationes, et hoc evidenter iuraverit, testatio quidem scribatur, non monstrato vero manumissionis instrumento is, qui deduxit eum, non utetur eius testimonio.

Cap. VII. Si vero quis dicat odiosum praesentem ad testimonium sibi constitutum, et approbaverit statim, quia [4]) criminalis inter eos lis movetur, non adsit ad testimonium, qui usque adeo infestus est, donec de crimine iudicetur. Si vero aliter odiosus esse dicatur, aut conventus pecuniarie, procedat quidem testatio, tempori [5]) vero disputationum serventur huiusmodi quaestiones.

Cap. VIII. Quoniam vero legem posuimus [6]), in [7]) pecuniariis causis nolentes testificari, illos non compellendos [8]) testimonium dare, qui ante mediatores facti sunt ipsis, et quidam abutuntur hoc, et testimonio nolunt

---

[a]) *Parat.* §. 10. *Athan. tit. IV.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 68.)

[1]) ὑπὸ τοὺς δικαστὰς *Hal.*; ἐπὶ τοῖς δικ. *conl. Homb.*; *haud scio an* παρὰ τοῖς δικ. *praeferendum sit.* — [2]) τυχὼν ἐλεύθερος *Bas.*; τυχ. ἐλεύθ. *om. Hal., Vulg.* — [3]) φήσει, ἀναγκαζέσθω *Hal.* — [4]) *Cod. Hamb.*; quoniam *edd.* — [5]) *Emend. Spang.*; *antea* tempore. — [6]) *Trid.*; possumus *Cod. Hamb.*; proposuimus *Port., Cont.* — [7]) ut in *Cod. Hamb., Trid.* — [8]) illis non compellendis *Bk.*

μενον μαρτυρῆσαι, καὶ ἀρχεσθήσεσθαι τοῖς παρ' αὐτοῦ λεγομένοις, ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν καὶ ἄκοντα τὴν μαρτυρίαν νέμειν. τοῦ κωλύματος, διόπερ αὐτὸν ἄκοντα μαρτυρεῖν ὁ πρότερος ἡμῶν οὐκ ἠβούλετο νόμος, διὰ τῆς συναινέσεως ἑκατέρων τῶν μερῶν ἀνηρημένου.

seque contentos fore iis, quae ab ipso dicantur, ut ille invitus etiam testimonium dicere cogatur, atque prohibitio, quare eum invitum testem esse prior nostra lex noluit, propter consensum utriusque partis sublata sit.

Κεφ. θ'.

Καὶ τοῦτο δὲ πολλάκις πραττόμενον ἴσμεν, ὥς τινες ἢ παρὰ τοῖς τῶν τόπων ἐκδίκοις, ἢ παρὰ τοῖς λαμπροτάτοις τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχουσιν, ἢ καί, ὡς εἰκός, ἐνταῦθα παρὰ τῷ λαμπροτάτῳ μαγίστρῳ τῶν κήνσων εἰσιόντες, καὶ μεμψόμενοι, ὡς παρά τοῦδε πεπονθότες τι παράνομον, ἢ ἄλλως ἠδικημένοι ἢ ἐζημιωμένοι, μάρτυρας βούλονται παραστήσασθαι, καὶ ἵνα μὴ ὕστερον ἀντιτεθείη αὐτοῖς, ὡς κατὰ μίαν μοῖραν τὰ πεπραγμένα συνέσῃ, δεῖ κἀκεῖνον ἐν αὐτῇ τῇ πόλει καθεστῶτα, ἔνθα αἱ μαρτυρίαι δίδονται, ὑπομνησθέντα παρὰ τοῦ ἄρχοντος ἢ τοῦ ἐκδίκου παραγενέσθαι καὶ ἀκοῦσαι [1]) τῶν μαρτυριῶν. εἰ δὲ μὴ βουληθείη παραγενέσθαι, ἀλλὰ διαπύσειεν, ὥστε ἐκ τοῦ κατὰ μίαν μοῖραν δίδοσθαι τὰς μαρτυρίας κατ' αὐτὸ τοῦτο ἀχρήστους εἶναι, θεσπίζομεν τὰς τοιαύτας μαρτυρίας οὕτω κρατεῖν, ὡς ἂν εἰ μὴ μονομερεῖς ἐνηγχανον οὖσαι, ἀλλὰ καὶ [2]) αὐτοῦ παρόντος ἐγεγόνεισαν. εἰ γὰρ παραιτήσοιτο, καὶ ἑλθεῖν μὴ βουληθείη καὶ ἀκοῦσαι τῶν κατατιθεμένων, καίτοι δημοσιεύων τε καὶ [3]) οὐκ ἐξ ἀπαραιτήτου τινὸς ἀνάγκης ἀφικνέσθαι μὴ δυνάμενος, ἐν ἴσῳ τοῖς παραγενομένοις ἔσται, καὶ οὐδὲν ὄφελος ἐκ τῆς αὐτοῦ προπετείας αὐτῷ γενήσεται, ἀλλὰ δοκείτωσαν μὲν συσταθὴν γεγονυῖαι [4]), ὅσα δὲ ἂν ἁρμόσειεν αὐτῷ παραγράψεσθαι περὶ αὐτῶν, ἐξεῖναι τούτοις χρῆσθαι, μόνου τοῦ δοκεῖν αὐτὰς εἶναι μονομερεῖς (διὰ τὴν αὐτοῦ προπέτειαν, οἷα δὴ κατ' αὐθάδειαν μὴ παραγενομένου) ταῖς μαρτυρίαις ἀντιτίθεσθαι μὴ δυναμένου. τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὁπόσα περὶ μαρτύρων παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ἢ καὶ παρ' ἡμῶν αὐτῶν εἴρηταί τε καὶ νενομοθέτηται, κυρίων μενόντων, καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων δικαστῶν φυλαττομένων, εἴτε μείζους, εἴτε ἐλάττους εἶεν, εἴτε ἐπὶ ταύτης τῆς μεγάλης πόλεως, εἴτε ἐν ταῖς ἔξω χώραις, ἵνα καὶ τὰ τῶν μαρτύρων ὁπόσον δυνατὸν καθεστήκαμεν ἐπανορθώσαντες, ἔτι καθαρώτερόν τε καὶ ὁσιώτερον τὰς δίκας πράττεσθαι παρασκευάσωμεν, δι' ἃς καὶ τὰς ἀκροάσεις γίνεσθαι παρὰ τοῖς δικασταῖς ἅπασι τῶν θείων προκειμένων λογίων ἐνομοθετήσαμεν, καὶ ὅρκον ὑπέχειν καὶ τοὺς ἐνάγοντας καὶ τοὺς ἐναγομένους καὶ τοὺς συνηγόρους παρεχε-

Cap. IX.

Hoc quoque saepe factum scimus, quosdam vel locorum defensores, vel clarissimos provinciarum praesides, vel etiam hic, ut par est, clarissimum magistrum census adeuntes, seque ab hoc aliquid iniqui perpessos, vel aliter laesos, aut damno affectos esse conquerentes, testes velle producere. Et ne deinde illis opponatur, una solum parte praesente haec gesta esse, eum quoque, qui in ea civitate est, ubi testimonia dantur, a iudice vel defensore citatum adesse et testimonium audire oportet. Si vero adesse nolit et recusaverit, ut testimonia inutilia sint, quia una solum parte praesente dicantur, sancimus, ut eiusmodi testimonia ita valeant, ac si ab una parte non essent dicta, sed ipso quoque praesente perhibita fuissent. Nam si recusaverit, et venire atque testimonia audire nolnerit, quanquam in publico versetur, et non possit ex inevitabili quadam necessitate non venire, idem erit, ac si advenisset, nec commodum aliquod ex contumacia sua sentiet; sed videantur quidem utraque parte praesente facta, quaecunque vero illi exceptiones contra ea competunt, illis uti liceat, ut tamen id solum, ab una tantum parte ea facta videri (propter proterviam eius, quippe qui voluntate sua non adfuerit), testimoniis opponi non possit. Reliqua vero omnia, quae de testibus a maioribus nostris vel a nobis ipsis dicta et sancita sunt, rata maneant, atque a iudicibus nostris, sive maiores sive minores, sive in magna hac urbe, sive in provinciis sint, observentur, ut ea, quae ad testes pertinent, quantum in nobis est, emendantes efficiamus, ut purius etiam et sanctius lites agantur propter quas, ut cognitiones ab omnibus iudicibus divinis eloquiis propositis, suscipiantur, sancivimus. atque tam actores quam rei et advocati iusiurandum ut praestent, iussimus. deum ubique et litigantium, et iudicum, et testium animis praesentem sistentes, et litigantes memoria ac praesentia dei per omnia sancte et sine suspicione lites agant. Quam legem in omne futurum tempus valere volumus.

Epi

nolunt uti, sancimus, si utraque pars consentiat, ut et [5]) mediator eorum fiat testificator, componantur enim ea, quae [6]) ab eo dicuntur, compellere [7]) enim etiam nolentem testimonium perhibere, prohibitione, propter quam enim nolentem testificari penitus nostra noluit [8]) lex, propter consensum utrinsque partis sublata.

Cap. IX. Et hoc vero [9]) multoties actum scimus, quod quidam aut apud locorum defensores, aut apud clarissimos provinciarum praesides, aut forte (ut adsolet) hic apud virum clarissimum magistrum census ingredientur, et querentur, tanquam ab aliquo sustinentes aliquid contra leges, aut aliter laesi aut damnificati, testes volentes producere; ut [10]) non in posterum opponantur eis, quia [11]) ab una parte gesta sunt, oportet etiam illum in ea civitate constitutum, in qua testationes dantur, admonitum a iudice sive a defensore praesentem esse, et audire attestationes. Si vero nolnerit advenire, sed respnerit, ut ex hoc ab una parte testimonia dentur, ut secundum hoc ipsum inutilia essent, sancimus, huinsmodi attestationes ita tenere, ac si non ex una parte constitutae sint, sed tanquam eo praesente factae sint. Si enim recusaverit, et advenire nolnerit et audire depositiones, etenim publicabnntur et nisi [12]) per inexcusabilem aliquam necessitatem deduci non possit, similis advenienti erit, et nullum iuvamen ex sua protervitate ei efficietur, sed videantur quidem probationes factae, quaecunque vero competierint ei ad disputandum de eis, licebit his uti, solummodo quod videntur esse ex una parte (propter eius proterviam, propterque andaciam minime advenientis) testationibus opponere non valente. Omnibus aliis, qnae de testibus et ab iis, qni ante nos, et a nobis ipsis dicta sunt et sancita, fixis manentibus, et a nostris iudicibus observandis, sive maiores, sive minores sint, et sive in hac magna civitate, sive foris in provinciis, ut et [13]) ea, quae de testibus sunt, quantum possibile nobis est, corri-

---

[1]) καὶ ἀκοῦσαι *om. Hal.* — [2]) ἀλλὰ ὡς καὶ *Hal., Vulg.* — [3]) *Cod. Vat., Scrimg.*; καὶ ὅτι δημοσιεύων *Cod. Flor.*; καὶ ἔτι δημοσιευομένων, καὶ *Hal.*; καίτοι δημοσ. τε *om. Bas.* — [4]) γεγονέναι *Hal.* — [5]) *Cod. Hamb.*; quod et *edd.*; quod (*om.* et) *Bk.* — [6]) test., et comprobaturos se esse, quae *Bk.* — [7]) compelli *Bk. ed. ster.* — [8]) *Cod. Hamb.*; voluit *edd.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid.*; et hic vero quia *Port.*; et hoc vero quia *Cont.* — [10]) et ut *Bk.* — [11]) *Cod. Hamb.*; quod *Trid.*; quae *Port., Cont.* — [12]) dep., etsi in publico versus et quum non *Bk.* — [13]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.*

παρεκελευσαμεθα, πανταχοῦ τὸν θεὸν ἐφιστάντες ταῖς τῶν δικαζομένων τε καὶ δικαζόντων καὶ τῶν μαρτυρούντων ψυχαῖς, ἵνα διὰ πάντων τῇ τοῦ θεοῦ μνήμῃ τε καὶ παρουσίᾳ καθαρὰ τὰ τῶν δικῶν καὶ ἀνύποπτα τοῖς δικαζομένοις γίνοιτο. ὃν δὴ νόμον κρατεῖν βουλόμεθα εἰς τὸν ἐφεξῆς ἅπαντα χρόνον.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασταντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. V. Kal. Octobr. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarantur excellentia tua effectui dare studeat.

corrigentes, adhuc purius et sanctius lites agi praeparemus; propter quas et cognitiones fieri a iudicibus omnibus divinis propositis evangeliis sancimus, et iusiurandum subire et pulsantes, et pulsatos, et advocatos praecipimus, ubique deum inspectorem [1]) et eorum, qui iudicant et quibus iudicatur, et qui testimonium praebent animabus, ut perennis dei commemoratio et praesentia munda litium et citra suspicionem litigantibus fiat. Quam legem tenere volumus de cetero omni tempore.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc divinam manifestata sunt legem, tua eminentia operi effectuique tradere festinet. Dat. V. Kal. Octob. Constant., imper. DN. Iustiniani PP. Aug anno XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

[1]) *Pro hoc corrupto vocabulo* insistentes *edidit Bk., sed credo in eo* insuper (ἐφ') *et aliud verbum latere nisi praestat servare* inspectorem *et participium verbi addere ut* dantes *vel* imponentes *vel simile quid.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϟα'.[a])

Ὥστε ἀπαιτήσεως οὔσης προικὸς πρώτης τε καὶ δευτέρας, ὡς τοῦ ἀνδρὸς δευτερογαμήσαντος, προτιμᾶσθαι τὴν προτέραν γυναῖκα ἢ τοὺς ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παῖδας. καὶ ὥστε, εἰ βουληθείσης τῆς γυναικὸς ἤτοι τοῦ καταγράψαντος ὑπὲρ αὐτῆς τὴν προῖκα δοῦναι τῷ ἀνδρὶ τὰ καταγραφέντα ἀναβάλλεται ὁ ἀνὴρ ὑποδέξασθαι, λυθέντος τοῦ γάμου ἀπαιτεῖσθαι αὐτὸν τὴν ὑπ' αὐτοῦ καταγραφεῖσαν προγαμιαίαν δωρεάν, μὴ ὑποδεξάμενον δὲ προῖκα μηδὲ προγαμιαίαν διδόναι δωρεάν.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων ὀρδιναρίῳ καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Πρώην δικαζόντων ἡμῶν ἠμφισβητήθη πρᾶγμα πολλάκις [1]) ἄξιον ἐπισκοπῆς, καὶ σαφεστέρας νομοθεσίας οὐκ ἀνάξιον. καὶ γάρ τις προτέρας γενόμενος γαμετῆς ἀνήρ, καὶ ταύτην ἀποβαλών, εἶτα δευτέ-

Novella XCI.

QUANDO PRIMAE ET SECUNDAE DOTIS EXACTIO FIT, VIRO SCILICET SECUNDAS NUPTIAS CONTRAHENTE, UT PRIOR UXOR VEL LIBERI EX PRIORIBUS NUPTIIS NATI PRAEPONANTUR. ITEM SI UXOR, VEL IS, QUI PRO EA DOTEM PROMISIT, DOTEM MARITO DARE VELIT, ET MARITUS QUAE PROMISSA SUNT ACCIPERE DISTULERIT, UT SOLUTO MATRIMONIO DONATIO ANTE NUPTIAS AB IPSO PROMISSA AB ILLO EXIGATUR; SI VERO DOTEM NON ACCEPIT, UT NEQUE DONATIONEM ANTE NUPTIAS DET.

Imp. Iustinianus Augustus Ioanni, per Orientem Praetorio iterum Praefecto gloriosissimo, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio.

Nuper iudicantibus nobis in controversiam vocata est res, quae animadversione perquam digna et clariore lege non indigna est. Quidam enim quum primae uxoris, eaque amissa secundae maritus factus esset,

Gl. Const. XCIII.

UT EXACTIONE INSTANTE DOTIS PRIMAE ET SECUNDAE, VIRO AD SECUNDA VOTA MIGRANTE [2]) PRAEPONATUR UXOR PRIMA, VEL EX PRIORI MATRIMONIO FILII; ET UT [3]), SI VOLUERIT UXOR, AUT IS, QUI PRO EA DOTEM SCRIPSERIT, DARE VIRO, QUAE SCRIPTA SUNT, DISTULERIT AUTEM VIR SUSCIPERE, SOLUTO MATRIMONIO EXIGI EUM AB EA ETIAM CONSCRIPTAM ANTENUPTIALEM DONATIONEM.

(Coll. VII. tit. 5.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio. Dudum indicantibus nobis in dubitationem venit causa multa correctione digna, et legislatione clariore non indigna. Etenim quidam prioris factus uxoris vir, quum eam extulisset, deinde secundae, dotem suscipiens [4]), et filios ex priore relinquens obiit, adhuc secunda superstite. Volebat igitur secunda

[a]) *Hal. et Scrimg. — Nov. integra fere est in Bas. XXVIII.*, 13. *Schol. a. b. — Epit. ap. Athan. X.*, 5. (*Heimb. Anecd. I. p.* 122 *sq.*) — *Iulian. Const.* 84. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) πολλῆς *Hal., Vulg.* — [2]) *Cod. Hamb.*; migranti *edd.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid.*; ut *om. Part., Cont.* — [4]) ex utraque *add. Bk. ed. ster.*

δευτέρας [1]), προῖκά τε ὑποδεξάμενος παρ' ἑκατέρας, καὶ παῖδας ἐκ τῆς πρώτης καταλιπών [2]) ἀπῆλθε, τῆς δευτέρας ἔτι περιούσης. ἠβούλετο τοίνυν ἡ δευτέρα γαμετὴ τὴν προῖκα τὴν παρ' αὐτῆς δεδομένην ἀπαιτεῖν, τῷ προνομίῳ χρωμένη τῷ παρ' ἡμῶν δεδομένῳ. ἀντέλεγον δὲ οἱ ἐκ τῶν πρώτων γάμων παῖδες, καὶ αὐτοὶ μητρῴαν προτεινόμενοι προῖκα, καὶ ἀμφισβητήσιμον ἦν, εἰ καὶ μὴ περιούσης τῆς προτέρας γαμετῆς δεῖ δέξασθαι τοὺς ἐκείνης παῖδας κατὰ τῆς δευτέρας προικὸς ἀγωνιζομένους. οὐ γὰρ ἑτέροις δεδώκαμέν τε ἤδη καὶ δίδομεν τοῦτο τὸ προνόμιον, ἢ κληρονόμοις ἢ δανεισταῖς, ἀλλὰ μόνοις παισί. πολλαὶ μὲν οὖν ἀμφισβητήσεις γεγόνασιν ἐν τῷ πράγματι, λεγούσης τῆς δευτέρας γαμετῆς, ὡς ἐξαναλώσας ἔφθη, καὶ πρὶν ἐπὶ τὸν πρὸς αὐτὴν ἐλθῆ γάμον, ὁ ἀνὴρ τὴν τῆς προτέρας γαμετῆς προῖκα. καὶ οὐ δίκαιόν ἐστι, τὴν μὲν αὐτῆς προῖκα, διότι [3]) τοσοῦτον εὑρέθη καταλιπὼν ὁ ἀνήρ, ὅσον ἀρκεῖ μόνῃ τῇ δευτέρᾳ [4]) προικί, αὐτὴν ἀπολέσαι, τοὺς δὲ τὴν ἐξαναλωθεῖσαν ἤδη προῖκα λαβεῖν. ἀλλ' οἱ παῖδες τὰς ὑποθήκας προῖσχοντο, ὅτι περ ὅλως πραγμάτων ὄντων τῷ τελευτήσαντι, αἱ τῆς τελευτησάσης ὑποθῆκαι πρεσβύτεραι τῆς δευτέρας εἰσί.

esset, dote ab utraque accepta, liberisque ex priore relictis, secunda adhuc superstite obiit. Secunda igitur uxor privilegio a nobis concesso utens dotem a se datam exigere voluit. Contradixerunt liberi prioris matrimonii, et ipsi maternam dotem opponentes, et dubium erat, num priore coniuge non amplius superstite liberos eius secundam dotem impugnantes suscipere oporteret. Neque enim aliis, sive heredibus sive creditoribus, sed solis liberis hoc privilegium dedimus et damus. Multa igitur dubia circa hoc negotium fuerunt, cum secunda coniuge dicebat, maritum prioris uxoris dotem, ante quam ipsam in matrimonium duxisset, iam expendisse, nec iustum esse, ut, quum vir tantum reliquisse inveniatur, quantum soli secundae doti sufficiat, ipsa dotem suam perdat, illi vero dotem ium consumtam percipiant. At liberi hypothecas obiiciebant, quod, si defunctus res aliquas haberet, hypothecae defunctae coniugis hypothecis secundae omnino antiquiores essent.

Κεφ. α'. [a])

Τούτων τοίνυν ἀμφισβητουμένων ἐκεῖνο τῶν ἀνωμολογημένων τε ἤδη καὶ νενομοθετημένων παρ' ἡμῶν ἐστίν, ὡς, εἰ μέν τι φαίνοιτο ἐκ τῶν πραγμάτων τῆς προτέρας ἢ τῆς δευτέρας προικός, τοῦτο ἀνάγκη ἢ τοὺς παῖδας τῆς προτέρας ἢ τὴν δευτέραν ἔχειν, ἢ εἰ τελευτήσοι κἀκείνη, τοὺς παῖδας αὐτῆς, ἕκαστον πρὸς ὅπερ ἂν οἰκεῖος ἔχειν ἑαυτὸν ἀποδείξειεν. ἐνταῦθα γὰρ καὶ ἡ in rem ἢ περὶ δεσποτείας ἁρμόζει καθαρῶς, καὶ ἕκαστον δεῖ τὸ οἰκεῖον ἔχειν, μηδὲν προνομίου δεόμενον. εἰ δὲ οὐ φαίνοιτο τῶν ἑκατέρας πραγμάτων οὐδέν, ἤ τινα μὲν φαίνοιτο, τινὰ δὲ ἐλλείποι, εἴτε περίεισιν αἱ γυναῖκες (ὀφειλούσῃ τυχὸν τοῦ προτέρου γάμου διαλυθέντος, καὶ ἁρμοσάσης τῇ γυναικὶ τῆς προικός), εἴτε τετελευτήκασιν ἢ ἐπὶ παισὶν ἄμφω, ἢ καὶ μία τούτων, ἐπὶ τοῖς ἐλλείπουσι κυριωτέραν εἶναι τὴν προτέραν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς παῖδας, πρεσβυτέραν προῖκα προτεινομένους, ταὐτὸν δ' ἐστὶν εἰπεῖν καὶ ἐγγόνους, καὶ ἀπεγγόνους, καὶ τὴν ἑφεξῆς διαδοχήν, ὁποιασδήποτε φύσεως εἶεν. ὥσπερ γὰρ εἰ δύο δημόσια ὀφλήματα ἦν, ἀνάγκη τὸ πρεσβύτερον κυριώτερον τοῦ μεταγενεστέρου καθεστάναι [b]), οὕτω κἀνταῦθα τὰ προνόμια

Cap. I.

His igitur in controversiam deductis illud in confesso et a nobis sancitum est, si quid ex rebus prioris vel secundae dotis appareat, necesse esse, ut vel liberi prioris, vel secunda uxor id habeat, vel si illa quoque mortua sit, singuli eius liberi, in quantum quisque suum esse probaverit. Hic enim actio in rem vel de dominio pure competit, et unusquisque suum habere debet, quod nullo privilegio indiget. Si vero nihil ex rebus utriusque appareat, vel quaedam adsint, quaedam deficiant, sive supersint mulieres, priore scilicet matrimonio per repudium soluto, et dote mulieri competente, sive ambae relictis liberis defunctae fuerint, vel una ex illis, potiorem esse in iis, quae desunt, priorem eiusque liberos, antiquiorem dotem praetendentes. Idem vero dicendum est et de nepotibus, et pronepotibus, et reliquis deinceps successoribus, cuiuscunque sexus sint. Quemadmodum enim necesse est, si duo publica debita sint, ut antiquius posteriori potius sit, ita hoc etiam casu necesse est, ut privilegia priori doti dentur priora, atque eodem modo secundae, nec dos doti, nec hypotheca hypothecae praeferatur, sed quod antiquius et tempore prius est, vim

secunda uxor dotem a se datam exigere, privilegio utens a nobis dato, contradicebant autem ex priore matrimonio filii, et ipsi maternam obiicientes dotem, et dubium erat, utrum etiam non superstite uxore priore oporteret suscipi filios contra secundae dotem litigantes. Non enim aliis dedimus dudum et damus hoc privilegium aut heredibus, aut creditoribus, sed solis filiis. Plurimae siquidem dubitationes exstiterunt in hac causa, dicente secunda, quoniam expendisset ante, quam ad eius venisset matrimonium, prioris uxoris dotem, et non esse iustum, suam quidem, quod tantum inventus est reliquisse vir, quantum sufficeret soli secundae, dotem [5]) eam perdere, illos autem expensam iam dotem percipere. Sed filii hypothecas proponebant, quoniam omnino rebus exsistentibus morienti hypothecae seniores potiores, quam secundae essent.

Cap. I. His igitur in dubitationem venientibus, illud certum etiam a nobis sancitum est, quia, si aliquid appareat rerum prioris aut secundae dotis, hoc necessarium filios prioris aut secundae [6]) habere, aut si moriatur etiam illa, filios eius singulos, quod proprie habendum suum ostenderint. Hic [7]) enim et in rem, quae de proprietate est, competit pure, et unumquemque [8]) quod suum est habere, nullo privilegio indigens. Si vero nihil appareat utriusque rerum, aut aliqua [9]) quidem appareant, aliqua vero desint, sive superstites sint mulieres, repudio forsan priore matrimonio dissoluto et competere mulieri dotem [10]), sive defunctae sint filiis exsistentibus ambae aut etiam una harum, in iis, quae desunt, superiorem esse priorem et filios ex ea, antiquiorem dotem praeponentes, idem est [11]) dicere nepotes et pronepotes, et deinceps successionem [12]), cuiuscunque naturae fuerint. Sicut enim si duo debita publica fuissent, necessario antiquum praeponeretur posteriori, ita et hic privilegia necessarium est priori doti dare priora, et ita secundae, et dotem non praeponere

---

[a]) *Parat.* §. 5. *Athan. tit. XV.* (*Heimb. I. p.* 158.) — [b]) *Lib.* περὶ διαφ. ἀναγν. §. 14. (*ibid. I.* 195.)

[1]) δευτέραν συνοικήσας *Hal.*; δευτέρᾳ συνοικήσας *Bas.* — [2]) πρωτέρας ἀποτεκών *Hal.* — [3]) καὶ οὐκ εἶναι δίκαιον, τὴν οἰκείαν μὲν, διότι *Hal.* — [4]) δευτέρᾳ *Hal., Bas.* — [5]) dotem *om. Trid.* — [6]) necessarie aut filios prioris aut secundam *Bk.* — [7]) *Trid., Port.*; hinc *Cod. Hamb., Cont.* — [8]) oportet *add. Bk.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; alia *Cont.* — [10]) competenti mulieri dote *Bk.* — [11]) *Cod. Hamb., Trid.*, id est *Port., Cont.* — [12]) *Cod. Hamb.*; successores *add.* —

μια ἀνάγκη τῇ πρώτῃ προικὶ δοθῆναι προτέρα [1]), οὕτω τε τῇ δευτέρᾳ, καὶ προῖκα μὴ προκρίνειν προικί, μηδὲ ὑποθήκην ὑποθήκῃ, ἀλλὰ τὸ πρεσβύτερον καὶ χρόνῳ πλέον μένειν τὴν οἰκείαν ἔχον ἰσχύν τε καὶ προνομίαν. τοὺς γὰρ χρόνους τῶν ὑποθηκῶν ἀμείψαι ἢ ἀνελεῖν κατ' οὐδένα τρόπον αἱρούμεθα. καὶ ταῦτα φαμεν οὐκ ἀγνοοῦντες ὡς δήπου καὶ ἑτέρωθι τῆς ἡμετέρας νομοθεσίας ταῦτα διώρισται, ἀλλ' ἐπειδήπερ ὅλως κεκίνηται παρ' ἡμῖν καί τινας ἔσχεν ἀλλοιοτέρας τὸ πρᾶγμα ζητήσεις, διὰ τοῦτο καὶ εἰς τὴν τοῦ παρόντος νόμου χρείαν ἀφικόμεθα, οὐχ ἵνα νῦν τι πρῶτον νομοθετήσαιμεν, ἀλλ' ἵνα σαφέστερον αὐτὸν πᾶσι καταστήσωμεν [2]).

vim suam et privilegium retineat. Tempora enim hypothecam mutare vel tollere nullo modo volumus. Atque haec dicimus, non ignorantes, illa iam alibi in lege nostra definita esse, sed quia haec res apud nos acta est, et variae quaestiones motae sunt, propterea ad praesentis legis necessitatem devenimus, non ut nunc primum quid sanciremus, sed ut manifestiorem eam omnibus faceremus.

Κεφ. β'

Κἀκεῖνό γε μὴν προσθεῖναι τῷ νόμῳ καλόν, ὅπερ κινηθεῖσα ζήτησις ὁμοίως ἀναγκαῖον ἡμῖν εἰς νομοθεσίαν ἐποίησεν. εἰ γὰρ ἐπιφέλει προῖκα γυνή, καὶ ἡ μὲν δοῦναι βουληθείη, αὐτὴ τυχόν, ἢ ὁ ὑπὲρ αὐτῆς παρεχόμενος αὐτήν, ὅστις ποτὲ ἂν εἴη ἢ τῶν ἐγγύθεν ἢ τῶν ἔξωθεν, ὥστε ἢ profecticiam ἢ adventiciam εἶναι τὴν προῖκα [3]) (ταῦτα δὴ τὰ τοῦ νόμου ῥήματα), ὁ δὲ ἀνήρ, ἢ ὁ τούτου πατὴρ τυχόν, ἢ ὁ πάππος ὑποδέξασθαι ταύτην μὴ βουληθείη, τὸ δὲ τῆς γυναικὸς ἐκμαρτύρεται μέρος, καὶ ἑτοίμως ἔχει ταύτην καταβαλεῖν, ἢ καί τι μεῖζον πράξειε [4]) καὶ προσαγάγοι τυχόν, καὶ εἴ γε κινητὴ καθεσιήκοι, σφραγῖδας [5]) ἐπιθείη καὶ κατὰ τὸν νόμον ἀπόθοιτο, ἢ κατὰ μίαν μοῖραν εἰςβάλλον εἰς δικασήριον ἀξιοῖ ταῦτα γενέσθαι, καὶ διαβάντες ἐκ τοῦ δικασηρίου τινὲς ἀπαγγείλειαν ταῦτα πρὸς τὸ τοῦ ἀνδρὸς μέρος, ἐπιμένοι δὲ καὶ οὕτως ἀναβαλλομένου, μὴ δύνασθαι διαλυθέντος τοῦ γάμου τὴν τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ἔκτισιν ἐκκλίνειν, ὡς δὴ προικὸς οὐκ ἐπιδοθείσης. ὁ γὰρ δοῦναι βουληθείς, ἐν ᾧ τὴν λῆψιν ὁ λαμβάνειν ἠξιωμένος παραιτεῖται, παραπλήσιός ἐστι τῷ δεδωκότι [6]). Καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἐπὶ τῆς προικὸς κραιτέτω. ὥσπερ γὰρ εἰ μὴ δόξη καθ' ὑπόθεσιν τὴν προῖκα, ἀρνησιν αὐτῇ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ἐπηγάγομεν, οὕτω κἂν εἰ βουληθείη δοῦναι, καὶ ὁ λαμβανων ἐξεπίτηδες παραιτεῖται τὴν λῆψιν, δίδομεν αὐτῇ τὴν τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς τοῦ συνοικεσίου λυθέντος ἀπαίτησιν, καίτοι τὴν

Cap. II.

Illud quoque legi adiicere operae pretium est, quod, ut similiter nobis ad legem necessarium esset, quaestio mota effecit. Si enim mulier dotem debeat, eamque vel ipsa forte, vel qui eam pro ipsa praestat, quicunque ille fuerit, sive propinquus sive extraneus, dare voluerit, ita ut aut profectitia, aut adventitia sit dos (haec enim verba sunt legis), vir autem, vel forte pater eius, vel avus eam accipere nolit, mulieris vero pars hoc testificetur, eamque solvere parata sit, vel, quod etiam maius est, faciat, et forte offerat, et si mobilis sit, sigillis impositis secundum legem deponat, vel sola iudicium ingressa hoc fieri petat, atque ex iudicio venientes quidam hoc viro denuncient, at tamen et sic ille differat, non potest soluto matrimonio solutionem donationis ante nuptias tamquam dote non data declinare. Qui enim dare voluit, eo, qui accipere rogatur, acceptationem recusante, similis est illi, qui dedit. Et hoc cum reliquis in dote valeat. Quemadmodum enim illi, si dotem per dilationem non dederit, donationem ante nuptias denegamus, ita, licet dare velit, et ille, qui accepit, de industria accipere recuset, damus illi matrimonio soluto donationis ante nuptias petitionem, etsi dotem propter viri culpam non intulerit.

Epi

ponere doti, nec hypothecam hypothecis, sed quod antiquius est tempore, amplius manere [6]), proprium robur habens et privilegium; tempora namque hypothecarum permutare aut interimere vel minnere nullo modo patimur. Et hoc dicimus non ignorantes, quoniam iam et in alia quadam nostra legislatione hoc decrevimus, sed quoniam omnino motum est apud nos, et quasdam habuit diversas [7]) causa quaestiones, propterea et [8]) ad praesentis legis opus accessimus, non ut [9]) nunc aliquid prius sanciremus, sed ut clariorem eam omnibus constitueremus.

Cap. II. Illud quoque adiicere legi bonum est, quod mota quaestio similiter necessarium nobis ad legislationem fecit. Si enim debeat dotem mulier, et illa quidem dare voluerit, ipsa forsan, aut qui pro ea promisit illam, quicunque fuerit aut proximorum aut extraneorum, aut [10]) profectitia aut adventitia sit dos (haec enim legis verba [11]) sunt), vir autem, aut eius pater forsan aut avus suscipere eam nolit, pars autem mulieris contestetur, et [12]) parata sit hoc solvere, aut etiam aliquid maius peragere [13]), et offerat forsan, et, si mobilis sit, signacula etiam imponat, et secundum legem [14]) recondat, aut secundum unam partem ingrediens in iudicium petat hoc fieri, et pergentes ex iudicio quidam denuncient haec ad partem viri, at ille permaneat etiam [15]) ita differens, non poterit soluto matrimonio antenuptialis donationis exactionem declinare, tanquam dote non data. Qui enim dare voluit, dum perceptionem recusat is, qui suscipere postulatur, proximus est danti. Et hoc cum aliis in dote valeat. Sicut enim, nisi dederit per dilationem dotem [16]), negationem ei antenuptialis donationis inferimus, ita vel si voluerit dare, et percepturus ex studio recusaverit perceptionem,

---

a) *Lib. περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 14. (*Heimb. Anecd. I. p.* 195 *sq.*)

[1]) *Hal., Bas., Vulg.*; προτέρᾳ *Scrimg.* — [2]) *In Bas. sequitur hic Nov. II. c.* 5. *et deinde ita adiunctum est nostrae Nov. cap.* 2., *ut sermone continuo arcte haec cohaerenant. Inde factum videtur, ut in Hal. edd. similiter atque in Bas. in hanc Nov. intrudatur caput illud quintum Novellae secundae.* — [3]) ἔξωθεν, ὥστε ἢ παρὰ πατρὸς δεδομένην ἢ παρὰ ἐξωτικοῦ δεδομένην εἶναι τὴν προῖκα ἤγουν προικτικίαν ἢ ἀδβεντικίαν *Hal.*; ἔξωθεν, ὥστε ἢ παρὰ τοῦ ἔχοντος τὴν κόρην ὑπεξούσιαν, ἢ παρὰ ἐξωτικοῦ δεδωμένην εἶναι τὴν προῖκα, ὁ δὲ ἀνὴρ *etc. Bas.* — [4]) παρέξειε *Hal.* — [5]) καὶ σφραγ. *Hal., Bas., Vulg.* — [6]) *Melius:* antiquius et tempore amplius, manere etc. — [7]) habuit aliquo modo causa *Cod. Hamb., Trid., Port. Credo Contium ad Graecum hic correxisse.* — [8]) *Cod. Hamb., Port.*; et propterea *Trid., Cont.* — [9]) *Cod. Hamb.*; ut non *edd.* — [10]) ut aut *Bk.* — [11]) *Cod. Hamb.*; verba legis *edd.* — [12]) cont. quod *Cod. Hamb., Port.* — [13]) peragat *Bk.* — [14]) *Cod. Hamb.*; leges *edd.* — [15]) *Cod. Hamb.*; etiam *om. edd.* — [16]) *Cod. Hamb., Trid.*; dotis *Port., Cont.*

τὴν προῖκα διὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς αἰτίαν οὐκ εἰσενεγκούσῃ.

Ἔπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασταθέντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. Kal. Oct. Const., imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt excellentia tua effectui dare studeat.

nem, damna ei antenuptialis donationis matrimonio soluto petitionem, licet dotem propter viri causam non intulerit.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem eminentia tua operi effectuique tradere festinet. Dat. Kal. Octob. Constantinop., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϟβ'. [a])

Περὶ τῶν εἰς τοὺς παῖδας ἀμέτρων δωρεῶν.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων ὀρδιναρίῳ καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Ἤδη τὰ περὶ τοῦ φαλκιδίου καὶ τῆς ἐκείνου μοίρας διωρίσαμεν, αὐξήσαντες αὐτὸν οὐκ ἀγεννεῖ προσθήκῃ. τὸ γὰρ λίαν ἄνισον οὐ σφόδρα ἡμᾶς ἤρεσεν, ἀλλὰ δεῖν μὲν προκρίνεσθαι τῶν παίδων, οὓς ἂν ὁ παιὴρ βουληθείη, οὐ τοσοῦτον δὲ ἐλαττοῦν τοὺς ἄλλους, ὥστε αὐτοῖς ἀφόρητον εἶναι τὴν ἐλάττωσιν.

Κεφ. α'.

Τοῦ τοίνυν παρ' ἡμῶν τεθέντος νόμου μένοντος ἐπὶ τῆς ἰδίας ἰσχύος ἐκεῖνο βουλόμεθα, ὥστε εἴ τις δωρεὰν ἄμετρον εἴς τινα ἢ τινας τῶν παίδων ποιήσαιτο, ἀνάγκην ἔχειν ἐν τῇ διανομῇ τοῦ κλήρου τοσοῦτον ἑκάστῳ τῶν παίδων φυλάττειν τὸ ἐκ τοῦ νόμου μέρος, ὅσον ἦν πρὶν [1]) δωρεὰν ὁ παιὴρ εἰς τὸν παῖδα ἢ τοὺς παῖδας τοὺς ταύτῃ τετιμημένους ποιήσαιτο. οὕτω γὰρ οὐδὲν ἔτι ταῖς δωρεαῖς [2]) ἐγκαλέσουσιν, ἔχοντες μὲν ἐπὶ πάσῃ τῇ οὐσίᾳ τοῦ πατρὸς τὸ ἀπὸ τῶν νόμων, κατὰ τοσοῦτον δὲ αὐξομένου τούτου τοῦ μέρους [3]), καθ' ὅσον καὶ τὰ πράγματα εἶχε τοῦ πατρός, πρὶν ταῖς δωρεαῖς ἐξαντληθείη. οὐ δυναμένων τῶν ταῖς δωρεαῖς τετιμημένων παίδων φάσκειν, ἀρχεῖσθαι μὲν ταῖς ἀμέτροις ταύταις δωρεαῖς, δοκεῖν δὲ ἀφίστασθαι [4]) τοῦ πατρῴου κλήρου, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαζομένων μέν, εἰ

Novella XCII.

DE IMMENSIS DONATIONIBUS IN LIBEROS COLLATIS.

Idem Imperator Ioanni, per Orientem Praetorio iterum Praefecto gloriosissimo, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio

Quae ad Falcidiam eiusque portionem pertinent, ea iam definivimus, non ignobili accessione eam augentes. Quod enim nimis inaequale est, non valde nobis placet; sed liberos quidem, quos pater voluit, praeponere, reliquorum vero conditionem non adeo imminuere oportet, ut diminutionem ferre nequeant.

Cap. I.

Lege igitur a nobis posita in suo robore manente hoc volumus, ut, si quis immensam donationem in aliquem vel aliquos ex liberis contulerit, necesse habeat in distributione hereditatis tantam unicuique ex liberis servare partem legitimam, quanta erat, antequam pater donationem in filium vel filios illa honoratos conferret. Sic enim donationes illas non amplius accusabunt, quum ex omni substantia patris legitimam habeant, atque ea pars in tantum aucta sit, quantum substantia patris continuit, antequam donationibus exhauriretur. Neque liberi donationibus honorati dicant, se contentos esse immensis illis donationibus, videri autem sibi a paterna hereditate abstinere, sed non cogantur quidem, si donationibus contenti sint, hereditatem adire, omni vero modo necesse sit illis, fratribus inaequalitatem illam ad eam mensuram, quam diximus,

Gl.

Const. XCI.

DE IMMENSIS DONATIONIBUS IN FILIOS FACTIS.

(Coll. VII. tit. 3.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio. Dudum de Falcidia et illius parte decrevimus, angentes eam non ignobili incremento. Quod enim nimis inaequale est, non valde placet nobis, sed oportere quidem praeponi filios, quos pater voluerit, non tamen in tantum deminuere [5]) aliis [6]), ut importabilis sit eis deminutio [7]).

Cap. I. Posita igitur a nobis lege in sua virtute manente, illud volumus, ut, si quis donationem immensam in aliquem aut aliquos filiorum fecerit, necessarium habeat in distributione hereditatis tantam unicuique filiorum servare ex lege partem, quanta fuit, priusquam donationem pater in filium aut filios, quos ea honoravit, faceret. Sic enim nihil ulterius in donationibus quererentur, qui habent quidem in omni substantia patris quod legitimum est, in tantum autem aucta quantitate, quantum habuit substantia patris ante, quam dona-

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Praeter prooemium et epilogum Nov. est in Bas. XLI. 5. 1. Schol. a.* — *Epit. ap. Athan. IX. 7.* (*Haimb. Anecd. I. p.* 102.) — *Iulian. Const.* 85. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) *Scrimg., Bas.*; ὅσον τὸ ἐκ τοῦ νόμου μέρος ἦν, πρὶν *Hal.*; φυλάττειν ὅσον ἦν τὸ ἐκ τοῦ νόμου μέρος, πρὶν *Bas. secundum Leunclav. Notat. II.* 250. — [2]) ἐπὶ ταῖς δωρεαῖς *Bas.* — [3]) μέτρου *Hal., Bas. sec. Leunclav. l. c.* — [4]) δὲ τῷ ἀπέχεσθαι *Hal.* — [5]) *Cod. Hamb.*; minuere *Trid.*; minui *Port., Cont.* — [6]) alios *Bk. ed. ster.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; imminutio *Port., Cont*

εἰ ἀρκοῦνται ταῖς δωρεαῖς, καταδέχεσθαι τὸν κλῆρον, ἀνάγκην δὲ ἐχόντων πᾶσι τρόποις ἐπανισοῦν τοῖς ἀδελφοῖς τὸ ἐντεῦθεν διαφέρον, καθ' ὅσον εἰρήκαμεν μέτρον, ὥστε μὴ ἔλαττον αὐτοὺς ἔχειν τὸ ἐκ τῶν νόμων αὐτοῖς ὀφειλόμενον, διὰ τὴν γενομένην ἐπὶ ταῖς δωρεαῖς ἀμετρίαν. ὅπου γε ἔξεστι τῷ πατρὶ μέτρια φρονήσαντι περὶ τὴν πᾶσαν γονὴν, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ μᾶλλον ἀγαπωμένοις χαρίσασθαί τι πλέον, καὶ μὴ τοὺς λοιποὺς παῖδας διὰ τῆς εἰς ἐκείνους γενομένης ἀμετρίας βλάψαι, καὶ τὸν ἡμέτερον παραβλῆναι σκοπόν. καὶ τοῦτο ἐγένετο μὲν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς ἐνθύμιον. ἀναβαλλόμενοι δὲ αὐτὸ πρώην, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων πειρώμενοι ψυχῶν, ἐπειδήπερ ἐωρῶμεν αὐτοὺς εἰς τὰς τοιαύτας προσπαθείας ἐξολισθαίνοντάς τε καὶ καταφερομένους, διὰ τοῦτο νῦν προσθήκην ἐκείνῳ τῷ νόμῳ ταύτην ποιούμεθα. §. 1. Ταῦτα μέντοι φαμὲν περὶ παίδων κεχαρισμένων ὄντων αὐτοῖς, οὐ μὴν περὶ τῶν ἀγνωμόνων, καὶ οἷς ὁ πατὴρ δικαίαν τε καὶ νόμιμον ἀχαριστίαν ἐπάγει. εἰ γὰρ τοῦτο οὕτως ἔχον φανείη, καὶ ἀποδειχθείησαν αἱ τῆς ἀχαριστίας αἰτίαι, ἔσιω τὰ τῶν νόμων τῶν ἐπὶ τοῖς ἀχαρίστοις κειμένων κύρια, οὐδὲν ἐκ τῆσδε ἡμῶν τῆς νομοθεσίας ἐλαττούμενα.

diximus exaequare, ne illis propter immensam donationem minuatur, quod legibus ipsis debetur, quum patri liceat circa omnem sobolem moderate affectum esse, illisque, qui magis ab ipso diliguntur, plus largiri, non vero reliquos liberos per immensam donationem in illos factam laedere nostrumque transgredi propositum. Et hoc quidem nobis ab initio in animo fuit. Quum vero antea id distulissemus, hominum animos tentantes, quoniam eos ad eiusmodi affectus delabi atque deferri videbamus, propterea nunc illi legi hanc adiectionem facimus.

§. 1. Haec tamen de liberis dicimus, qui erga ipsos grati sunt, non vero de ingratis, quibusve pater iustam et legitimam ingratitudinem obiicit. Nam si hoc ita se habere appareat, et causae ingratitudinis demonstrentur, leges de ingratis latae ratae sint, per hanc nostram legem nihil minuendae.

Ἔπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασταέντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε δηλούμενα θείου ἡμῶν νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. VI. Id. Oct. imp. DN. Instiniani PP. A. anno XIII., Apione V. C. Cons. [1]) [539.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege nostra declarantur excellentia tua effectui dare studeat

ΔΙΑ-

No-

donationibus exhauriretur, non valentibus filiis, qui donationibus honorati sunt, dicere, contentos se quidem esse immensis his donationibus, videri autem abstinere paterna hereditate, sed neque cogendis quidem, si contenti sunt donationibus, suscipere hereditatem, necessitatem autem habentibus omnibus modis complere fratribus, quod hinc differt [2]), secundum quam scripsimus mensuram, ut non minus habeant illi, quod [3]) ex legibus eis debetur, propter factam in donationibus immensitatem, dum liceat patri mediocriter sapienti circa omnem prolem etiam iis, qui ab eo potius diliguntur, donare aliquid amplius, et non ceteros filios per immensitatem in illos factam laedere, et nostram transcendere intentionem. Et haec quidem nostra ab initio cogitatio fuit. Differentes autem illud dudum, et humanarum experti animarum, quoniam videbamus eos in huiusmodi passionibus labefactari atque descendere, propterea nunc augmentum illi legi hoc facimus. §. 1. Haec itaque dicimus de filiis gratis exsistentibus eis, non de ingratis, et quibus pater instam et legitimam ingratitudinem infert. Nam si hoc ita se habere apparuerit, et approbentur ingratitudinis causae, sint ea, quae in lege de ingratis posita sunt, rata, nihil hac nostra legislatione minuenda.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram nostram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. Dat. VI. Id. Octobr. imp. DN. Instiniani PP. A. anno XIII. Apione V. C. Cons. [539.]

Const. C

[1]) *Subscriptio ex Athan. l. c.* — [2]) *Cod. Hamb.*: haec defert *Trid., Cont.*: haec defertur *Port.* — [3]) *Cod. Hamb.*; quam quod *edd.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϟγ'.[a])

Περὶ ἐφέσεως, ὥστε εἰ κινουμένης δίκης παρα ἐφείῃ ἐπὶ αἱρητοὺς ἐλθωσιν οἱ litigatores, *καὶ ἐν τοσούτῳ διαδράμοι ἡ διετία, καὶ συμβῇ ἐπὶ τὸν ἐφείην αὐθις τὴν δίκην ἐπανελθεῖν, μὴ ἀντιτίθεσθαι τὴν τῆς διετίας παραδρομὴν ἀπὸ τοῦ νικήσαντος*[1]).

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν τῆς ἕω πραιτωρίων, τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων ὀρδιναρίῳ καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Αἱ τῶν ὑπηκόων τῶν ἡμετέρων προσαγγελίαι νόμων ἡμῖν παρέχουσιν ἀφορμὰς ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ὑποτελῶν συγγραφομένων. προσέλευσιν γὰρ ἡμῖν τινὲς ἐποιήσαντο, ὡς τοῦ νόμου βουλομένου τον ἐφέτην ἐπὶ διετίαν σιγήσαντα, ἢ καὶ ἀγωνισάμενον μέν, οὐκ ἐπεξελθόντα δέ, τῶν ἐφετικῶν ἐκπίπτειν ἀγώνων, καὶ βεβαιωθείσης τῆς ψηφου μηκέτι δύνασθαι περαιτέρω προϊέναι, ἀλλὰ κυρίαν γίγεσθαι θατέρῳ τὴν κρίσιν, αὐτὸν δὲ καὶ τὸν ἀντίδικον τὸν αὐτοῦ[2]) *τῆς δίκης ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἀγωνιζομένης ἀποστῆναι μὲν τῶν ἀγωνων τῶν παρὰ σοί, διαγνώμονας δὲ ἑλέσθαι κοινοὺς ἐγγράφως, καὶ παρ' ἐκείνοις συνελθεῖν, καί τινα καὶ ἀγωνίσασθαι, ὕστερον ἀθυμῆσαι*[3]) *μὲν τῶν αἱρετῶν δικασιῶν, οὐκ ἐπεξελθεῖν δέ τῇ παρ' αὐτοῖς κινουμένῃ δίκῃ, ἀλλὰ διαδραμούσης τῆς διετίας ἀποχρήσασθαι τῷ*[4]) *μηκέτι δύνασθαι χρῆσθαι κατὰ τὸ σὸν δικαστήριον τῇ τοιαύτῃ δίκῃ, ἀλλὰ δεῖν αὐτὴν βεβαιωθῆναι ἅπαξ τῆς διετίας παρωχηκυίας. ἐκεῖνον δὲ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπεξελθεῖν παρὰ τῇ σῇ ἐνδοξότητι, διὰ τὸ τὴν δίκην παρὰ τοῖς αἱρεθεῖσι λέγεσθαι δικασταῖς.*

Κεφ. α'.

Θεσπίζομεν τοίνυν, τὴν μὲν εἰρημένην ὑπόθεσιν, ἐξ ἧς ταῦτα ἡμῖν προσήγγελται, μηδὲν βλαβῆναι τῇ τοῦ χρόνου παραδρομῇ, μηδὲ κυρίαν εἶναι τὴν τοῦ δικαστοῦ ψῆφον ἅπαξ ἐγκληθεῖσαν, ἀλλὰ καὶ

Novella XCIII.

DE APPELLATIONE, UT, SI LITE APUD APPELLATIONIS IUDICEM MOTA LITIGANTES AD ARBITROS VENIANT, ET INTEREA BIENNIUM DECURRAT, AC LITEM ITERUM AD APPELLATIONIS IUDICEM DEFERRI CONTINGAT, LAPSUS BIENNII A VICTORE NON OPPONATUR.

Idem Imperator Ioanni, per Orientem Praetorio iterum Praefecto gloriosissimo, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio.

Subditorum nostrorum interpellationes occasionem nobis legum ad salutem subditorum conscribendarum praebent. Adierunt enim nos quidam dicentes, legem iubere appellantem, qui per biennium taceat, vel egerit quidem, litem vero non persecutus sit, causa appellationis cadere, et sententia confirmata ulterius procedere non posse, sed sententiam utrique ratam esse, ipsum autem suumque adversarium lite in iudicio excellentiae tuae agitata, destitisse ab actione apud te mota. communesque arbitros scriptura interveniente elegisse, apud quos comparuerint, et quaedam etiam disceptarint; postea neglexisse eos iudices electos, nec litem apud eos motam persecutos, sed biennio elapso hac re abusos esse, quod in iudicio tuo illa lis amplius agi non posset, sed biennio semel elapso eam confirmari oporteret; illum vero propterea apud gloriam tuam litem persecutum non esse, quod causa apud electos iudices ageretur.

Cap. I.

Sancimus igitur, ut dicto negotio, de quo nobis huec nuntiata sunt, lapsus temporis non praeiudicet, neque sententia iudicis, a qua semel appellatum est, firma sit, sed prius apud gloriam tuam res examinetur

Gl. Const. C.

DE APPELLATIONIBUS.

(Coll. VIII. tit. 2.)

mp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio. Subiectorum nostrorum interpellationes legum nobis praebent occasiones pro salute subditorum conscribendarum. Additionem namque nobis quidam patronus fecit, quia lege volente appellantem per[5]) biennium tacentem, aut certe exercentem quidem, non tamen perexsequentem, appellationum cadere certaminibus, et confirmata sententia non posse ulterius procedere, sed ratam fieri utrique sententiam, Hesychium autem[6]) et adversarios[7]) eius exercuisse quidem litem apud pedaneum iudicem, addictum autem eundem[8]) Hesychium appellasse; et causam contigit[9]) recurrere ad tuam cognitionem, et dum lis in iudicio tuae celsitudinis exerceretur, recessisse quidem a certaminibus apud te gestis, arbitros autem elegisse communes ex conscripto[10]), et apud illos concurrisse, et quaedam exercuisse; postea vero neglexisse quidem electos arbitros, non autem persecutos apud eos motam litem, sed transacto biennio uti adversarios[11]) eius, quia non possit a condemnato exerceri in tuo iudicio talis lis, sed oportere[12]) eam confirmari semel biennio transacto, illam vero propterea non perexsecutum[13]) apud tuam gloriam, eo quod litem apud electos diceret arbitros.

Cap. I

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Novellam, si prooemium exceperis, habemus in Bas. IX.* 2. 6. — *Epit. ap Athan. VII.* 5. (*Heimb. Anecd. I. p.* 84 *sq.*) — *Iulian. Const.* 86. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) ἀπὸ τοῦ νικ. *om. Hal.* — [2]) αὐτὸν — αὐτοῦ *Hal., qui post* αὐτοῦ *asteriscum posuit.* — [3]) ὕστερον δὲ καταφρονῆσαι μὲν *Hal.*; ἀθετῆσαι μὲν τοὺς *coni. Homb.*; *emendare placet:* ἀθυμῆσαι μὲν τοῖς τῶν αἱρ. δικ. *sive potius* ἀμελῆσαι μὲν τῶν *etc.* — [4]) ἀποχρῆσθαι τοὺς ἀντιδίκους τοὺς αὐτοῦ, τῷ *Hal., Vulg.* — [5]) *Cod. Hamb.*; app. et per *edd.* — [6]) ysichium ut chium eius *Cod. Hamb.*; hysychium enim aut cyum (thium? *Ital.* zio) eius *Trid.*; sent. ipsum autem *Bk. ed. ster.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; adversarium *Cont.* — [8]) eundem *om. Cod. Hamb.*; *legendum esse videtur:* dictum autem Hesychium. — [9]) contigisse *Bk.* — [10]) *Port., Cont.*; rescripto *Cod. Hamb., Trid.*; scripto *Bk. ed. ster.* — [11]) abuti adversarium *Bk. ed. ster.* — [12]) *Cod. Hamb.*; oporteret *Port.*; oportet *Trid., Cont.* — [13]) *Cod. Hamb.*; persecutum *edd.*

καὶ προεξεταισθῆναι παρὰ τῇ σῇ ἐνδοξότητι, καὶ πέρας νομίμων δεξασθαι, κἂν εἰ μυριάκις [1]) τὸς διετίας χρόνος παρέδραμεν ἢ καὶ παραδράμοι. τοῦ λοιποῦ δὲ ἐπὶ πάσης ὑποθέσεως, ἐφ' ᾗς τοιοῦτό τι γένηται, καὶ ἐν μέσῃ κινουμένης τῆς δίκης παρὰ τῷ ἐφεσι δικαστῇ ἢ καὶ μὴ κινουμένης τινὲς ἀμελῶσιν ἕτεροι, καὶ διὰ τοῦτο ἡ διετια παρέλθοι, ἧς ἐντὸς ἔχρῃν τοὺς ἐφεσεως τὴν δίκην τερμῖν, καὶ καθ' οἱανδηποτε περίστασιν ἐπανέλθοι πάλιν ἐπὶ τοὺς ἐφεσεως ἡ δίκη, τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσιν ἐξέστω χρῆσθαι τοῖς μέρεσιν, ὡς ἂν εἰ μὴ ἔτυχον ἀπολιπόντες μὲν τὸ ἐφεσικὸν δικαστήριον, ἐπὶ δὲ τοὺς αἱρετοὺς ἐλθόντες. μὴ μέντοι δύνασθαι χρῆσθαι τῇ τὴν διετίαν παραδραμούσῃ. ὁ γὰρ ἅπαξ δικασὰς ἄλλους ἑλόμενος οὐκ ἂν εἴη δίκαιος σιωπὴν ἐγκαλεῖν τῷ διὰ τοῦτο ἀδικηθέντι, ὅτι τοῖς παρὰ [2]) τῆς αἱρέσεως τῶν δικαστῶν γενομένοις ἐπίστευσε, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπεξῆλθεν. οὐδὲ ἐπήρωσε τὴν δίκην ἐκεῖσε, διὰ τὸ παρὰ τοῖς δικασταῖς ἐκείνοις ἀγωνισθῆναι τὴν ὑπόθεσιν.

tur et legitime decidatur, etsi millies biennii tempus elapsum sit vel elabatur. In posterum vero in omni negotio, in quo aliquid tale contingat, si in media lite apud iudicem appellationis mota vel etiam non mota alii quidam eligantur et propterea biennium transeat, intra quod appellationis iudicem litem decidere oportebat, ac iis rursus quamcunque ob circumstantiam ad iudices appellationis redeat, reliquis quidem omnibus uti liceat partibus, ac si iudicium appellationis non reliquissent, nec ad arbitros venissent, eo tamen, quod biennium praeterierit, uti nequeant. Qui enim semel alios iudices elegit, non iuste silentium obiiciet ei, qui eam ob causam laesus est, quod iis credidit, quae ex electione iudicum facta sunt, et propterea litem istic neque persecutus est, neque finivit, quod apud iudices illos negotium disceptaretur.

Ἐπίλογος.

Ταῦτα τοίνυν ἐπὶ πάσης ὑποθέσεως φυλάττεσθαι παρὰ τοῦ σοῦ δικαστηρίου βουλόμεθα, καὶ παρὰ παντὸς ἑτέρου κατὰ τὸ ἐφεσικὸν δικάζοντος σχῆμα, ὥστε μηδὲν ἔχειν περὶ τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους πράττεσθαι. Εἰ μέντοι καὶ μετὰ τὸ ἀπολειφθῆναι τῶν αἱρετῶν δικαστῶν διετῆς παρέλθοι χρόνος, τηνικαῦτα ἐξέσται τὴν ψῆφον κατὰ τὰς περὶ τούτου γενομένας παρ' ἡμῶν διατάξεις ὅπερ ἐπὶ τῶν ἐφεσῆς συμβαινουσῶν τοιουτοτρόπων ὑποθέσεων κρατεῖν βουλόμεθα, τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσα περὶ τῶν ἐφεσικῶν ἀγώνων τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται νόμοις, καὶ παρ' ἡμῶν ἐν τοῖς τῶν νόμων ἀναγέγραπται βιβλίοις, ἐπὶ τῆς οἰκείας μενόντων ἰσχύος. Dat. V. Id..... imp. DN Iustiniani PP. A., anno XIII., Apione V. C. Cons. [3]) [539.]

Epilogus.

Haec igitur in omni negotio a iudicio tuo, omnique alio, quod secundum formam appellationis iudicat, servari volumus, ne quid molestiae subditis nostris inferatur. Si tamen biennii tempus transeat, postquam electos iudices deseruerunt, tunc sententia secundum constitutiones a nobis huc de re factas confirmetur. Quod in similibus casibus, qui in posterum contingent, obtinere volumus; reliquis omnibus, quae de causis appellationis in prioribus legibus dicta, et a nobis in legum libris scripta sunt, in suo robore manentibus.

ΙΙΑ. No.

Cap. I. Sancimus igitur, memoratum quidem negotium, ex quo haec nobis sunt nunciata, nihil laedi ex cursu temporis, neque ratam esse iudicis sententiam semel appellatione data, sed et exerceri [4]) apud tuam gloriam, et terminum legitimum suscipere, etiamsi decies millies plus [5]), quam biennii tempus excessit [6]) aut excedat. Deinceps autem in omni negotio, in quo tale aliquid agitur, et in medio motae causae apud iudicem appellationis aut non motae, si aliqui eligantur alii, et propterea biennium transeat, intra quod oporteat [7]) appellationis iudices litem decidere, et per quamlibet circumstantiam rursus revertatur ad iudices appellationis causa, aliis quidem omnibus liceat uti partibus, tanquam si eos non contigisset deserere quidem appellationis iudicium, ad electos autem venisse, non tamen posse uti, quod biennium praeteriit. Nam qui semel iudices alios elegit, non est iustum, ut taciturnitatem culpet eius, qui propterea laesus est, quia iis, quae gesta sunt de electione iudicum, credidit, et ideo non est exsecutus, neque complevit litem illic, eo quod apud iudices illos sit exercitum [8]) negotium.

Epilogus. Haec igitur in omni negotio servari apud tuum forum volumus, et in omni alio, ubi secundum appellationis indicatur schema, quatenus nihil inimice circa nostros subiectos agatur. Si vero etiam post, quam deseruerint electos iudices, biennii transeat tempus, tunc confirmari [9]) sententiam secundum constitutiones de hoc factas a nobis. Quod etiam deinceps in omnibus futuris secundum hos modos negotiis valere volumus, aliis omnibus, quae de appellativis certaminibus priscis dicta sunt legibus, et a nobis in legum conscripta sunt codicibus, in propria virtute manentibus. Dat. V. Id..... imp. DN. Iustiniani PP. A., anno XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Const. XCII.

[1]) πλέων *add. Bas., Vulg.* — [2]) περὶ *Bas., Vulg.* — [3]) *Subscriptio ex Athan. l. c.* — [4]) perexerceri *Cod. Hamb.*; *scripsit fort. Vet. Int.* proexerceri. — [5]) prius *Cod. Hamb.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; excesserit *Port., Cont.* — [7]) oportebat *Bk.* — [8]) exercitatum *Cod. Hamb., Trid.* — [9]) *Cod. Hamb.*; volumus *add edd.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϞΔ'. *)

Ὥστε ἀκωλύτως ἐπιτροπεύειν τὰς μητέρας τῶν παίδων, εἰ καὶ ὑπευθύνους αὐτοὺς ἔχοιεν, ἢ καὶ εἶεν αὐτοῖς ὑπεύθυνοι, καὶ μηδὲ ὅρκον ὑπεχούσας, ὡς οὐ δευτερογαμοῦσι.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων ὀρδιναρίῳ καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Ἔναγχος ἐγράψαμεν νόμον ἐπὶ τῇ τῶν νέων κηδεμονίᾳ (τὰ περὶ αὐτοὺς γινόμενα κακουργήματα ἐκ τοῦ συχνοῦ τῶν δικῶν τῶν παρ' ἡμῖν χρινομένων εὑρίσκοντες), ὅπως ἂν μηδεὶς τῶν ὑπευθύνων ὄντων τοῖς νέοις ἢ ἔχειν αὐτοὺς ὑπευθύνους λεγόντων κηδεμονεύῃ, μή ποτε ἐπὶ τῆς ἐξουσίας τῶν πραγμάτων γινόμενος πράξειέ τι περὶ τὸν νέον κακούργημα. καὶ ὅ γε νόμος αὐτὸς κύριος ἡμῖν ἔστω καὶ ἐκ τοῦ παρόντος βεβαιούμενος.

Κεφ. α'.

Ἐπειδὴ δὲ μητράσι βουλομέναις κήδεσθαι τῶν παίδων καὶ αἰτούσαις κατὰ τοὺς παλαιοὺς τε καὶ ἡμετέρους νόμους τὴν κηδεμονίαν ὑπελθεῖν ἀνιστέὸη παρὰ τὸν ἡμέτερον σκοπὸν ὑπό τινων οὐκ ὀρθῶς ἡ τοιαύτη διάταξις, βουλόμεθα τοῦ νόμου τοῦ ταῦτα λέγοντος τῶν μητέρων ἐξαιρεῖσθαι τὰ πρόσωπα. πρῶτον μὲν γὰρ πρᾶγμα εἰσενηνεγμένον ὑπὲρ τῶν νέων ἀεὶ κωλῦσαι νῦν τῶν ἀτοπωτάτων ἡγούμεθα, ἔπειτα οὐκ ἂν τις τὴν αὐτὴν θεῖτο τάξιν τῇ τε μητρὶ, τοῖς τε ἄλλοις. τὴν μὲν [1]) γὰρ φύσεως ἔρως εὐσεβὴς περὶ τοὺς παῖδας ἀνύποπτον ἀποτελεῖ τὰ πολλὰ, τοῖς δὲ οὐδεμίαν ἔχουσι πρὸς τοὺς παῖδας ἀναγκην εὐνοίας εἰκότως οὐ παραβλητέα τὰ τῶν μητέρων ἐστίν. ὥστε ἄδεια ἔστω ταῖς μητράσι κατὰ τὴν ἀρχαίαν παραίρησιν ἀποιαιτουμέναις καὶ ὑποτιθεμέναις τὰ ἑαυτῶν πράγματα, καθάπερ πρότερον σχήματος ἦν, καὶ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν παίδων, καὶ τὴν τοιαύτην παραγραφὴν μὴ δεδιέναι, ἀλλ' οὕτω τὰ ἐπ' αὐταῖς εἶναι, ὡς ἂν εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐτύγχανεν ὁ νομος ἐπὶ τούτῳ γεγραμμένος. ὥστε εἴτε προῖκας, εἴτε προγαμιαίας ἀπαιτοῦσι δωρεάς, εἴτε

Novella XCIV.

UT MATRES TUTELAM LIBERORUM SINE IMPEDIMENTO GERANT, LICET EOS SIBI OBLIGATOS HABEANT, VEL IPSAE ILLIS OBLIGATAE SINT. ET NE IUSIURANDUM PRAESTENT, QUOD AD SECUNDA VOTA NON SINT TRANSITURAE

Idem Imperator Ioanni, per Orientem Praetorio iterum Praefecto gloriosissimo, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Legem nuper de cura minorum scripsimus, quum multas fraudes in eos committi ex frequentia causarum apud nos agitatarum invenissemus, ne quis eorum curam gerat, qui minoribus obligatus est vel se eos obligatos habere dicit, ne forte rebus in potestatem acceptis scelus aliquod in minorem committat. Atque haec ipsa lex rata et hac praesente confirmata esto.

Cap. I.

Quoniam vero matribus, quae liberorum curam suscipere volunt, et tam secundum veteres, quam nostras leges curam subire desiderant, haec constitutio praeter intentionem nostram a quibusdam non recte opposita est, volumus, ut a lege, quae ea dicit, matrum personae excipiantur. Primum enim id nunc prohibere, quod pro minoribus semper introductum est. absurdissimum existimamus, deinde nemo eodem loco et matrem et alios collocaverit. Namque eam pius et naturalis erga liberos amor a suspicione liberam ut plurimum reddit; illis vero, quibus nulla cum liberis necessitas benevolentiae intercedit, merito matres comparandae non sunt. Liceat itaque matribus secundum veterem observationem, si renuncient, et res suas obligent, sicut antea in usu fuit, liberorum tutelam suscipere, neque hanc exceptionem metuant, sed quantum ad illas ita se res habeat, ac si ea de re lex omnino scripta non fuisset. Quare sive dotes sive donationes ante nuptias exigant, sive matres minoribus, sive minores matribus, ex paternis forsan vel ex propriis causis, quid debeant (multa enim, qui cogitabit et circumspiciet,

Gl. Const. XCII.

UT SINE PROHIBITIONE MATRES DEBITRICES ET CREDITRICES TUTELAM GERANT MINORUM, NEQUE IUSIURANDUM PRAESTENT, QUOD NON VENIENT AD SECUNDA VOTA.

(Coll. VII. tit. 4.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio. Nuper scripsimus legem super cura minorum (malignitates, quae circa eos fiunt ex frequentibus litibus, quae apud nos agitantur, invenientes), quatenus nullus obligatus exsistens minoribus, aut obligatos eos habere se dicens, curam exerceat, ne forsan in potestate rerum factus agat aliquid circa minorem malignitatis. Et lex ipsa rata nobis sit et ex praesenti firmata.

Cap. I. Quia vero matribus volentibus curam habere minorum, et petentibus secundum veteres et nostras leges curam subire, obiecta est contra nostram intentionem ab aliquibus non recte huiusmodi constitutio, volumus in lege hoc dicente [2]) matrum excipi personas. Primum quidem causam introductam pro minoribus semper prohibere, nunc ineptissimum existimamus, deinde nullus eandem constitutionem obiiciat matri et aliis. Quum illam namque naturae amor pius circa filios sine suspicione faciat quam plurimum, illis nullam habentibus ad filios favoris necessitatem, recte non est matribus derogandum. Ideoque licentia sit matribus secundum antiquam observationem abrenunciantibus et obligantibus suas res, sicuti prius schema fuit, et tueri filios, et talem praescriptionem non formidare, sed ita super his esse, ac si nec ab initio contigisset legem in hoc scribi. Quapropter sive dotes, sive sponsalitias largitates exigant [3]), sive alia debita habeant sive matres ad minores, sive minores

*) *Hal. et Scrimg.* — *Epit. ap. Athan. XIII.* 2. (*Heimb. Anecd. I. p.* 145.) *et in Bas. XXXVII.* 12. *Schol. a.* — *Iulian. Const.* 87. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) *τὴν μητέρα Hal.* — [2]) *Cont. in marg., Bk.*; *Trid., Port., Cont.* — [3]) *Bk. ed. ster.*; exiguntur *Cod.* in *lege hoc dicentes Cod. Hamb.*; in legem hoc dicentem *Hamb., Trid., Cont.*; exigunt *Port.*

εἴτε ἕτερα ὁμιλήματα ἔχουσιν εἴτε αἱ μητέρες πρὸς τοὺς νέους, εἴτε οἱ νέοι πρὸς τὰς μητέρας, ἐκ πατρώων ἴσως προφάσεων, ἢ καὶ ἐξ οἰκείων (πολλὰ δ' ἄν τις μεριμνῶν καὶ περισκοπῶν εὑρήσειεν), ἔπειτα ταῦτα ἐκατέρωθεν ἀκέραια, καὶ τὰς ἐμπροσθεν διατάξεις κρινόμενά τε καὶ πολιτευόμενα, εἴτε γνησίων, εἴτε φυσικῶν ἡ μήτηρ παίδων ἐπιτροπεύει.

spiciet, invenerit), illa ab utraque parte integra sint, et secundum priores constitutiones iudicentur atque tractentur, sive legitimorum, sive naturalium liberorum tutelam mater gerat.

Κεφ. β'.

Ἐπειδὴ δὲ πολλὴν ἔχομεν εὐλάβειαν τοῦ μὴ προχείρως ὅρκους κατὰ τοῦ μεγάλου θεοῦ δίδοσθαι, καὶ τούτους παραβαίνεσθαι, διὰ τοῦτο ᾠήθημεν χωλῦναι καὶ τοῦτον ἐπανορθῶσαι τὸν νόμον, ὃς βούλεται τὰς μητέρας, ἐπειδὰν τῶν οἰκείων παίδων κηδεμονεύειν μέλλωσιν, ὅρκον ὀμνύναι, ὡς ἐπὶ δευτέρους οὐκ ἀφίξονται γάμους, καὶ τοσαυτάκις ἴσμεν παραβαθέντα τὸν νόμον, καὶ ὅρκον ἐπίορκον διδόμενον [1]), ὁσάκις σχεδὸν καὶ δέδοται, ὥστε ἀναρίθμητα σαφέστατον εἶναι, ὅτι τοῦτον ἐπάγομεν τὸν ὅρκον, ὃς ἐπειδὰν δοθῇ παραβαθήσεται. οὐ γὰρ ἐπειδή τινες ἐφύλαξαν τὸν ὅρκον, διὰ τοῦτο δεῖ καὶ τὰς ἀτιμαζούσας αὐτὸν ἔχειν προῖκασιν τῆς εἰς θεὸν ἀσεβείας. τὸ γὰρ σπανίως γινόμενον, καθὰ καὶ ἡ παλαιὰ λέγει σοφία, οὐ τηροῦσιν οἱ νομοθέται, ἀλλὰ τὸ γινόμενον ὡς ἐπίπαν καὶ ὁρῶσι καὶ θεραπεύουσι. Διὰ τοῦτο τοίνυν θεσπίζομεν, τὴν μὲν ἄλλην ἅπασαν παρατήρησιν, ἣν ἐπὶ τῶν μητέρων φυλάττομεν, κρατεῖν καὶ τὸ πρότερον σχῆμα, καὶ ἀποτάττεσθαι αὐτὰς καὶ τῷ Βελλιανείῳ [2]) δόγματι καὶ ἁπάσῃ βοηθείᾳ, καὶ ἅπαντα πράττειν, ὁπόσα ἐμπροσθεν διώρισται, τὸν δὲ ὅρκον μὴ παρέχεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῇ ἀποτάξει μόνῃ τῶν τε ἄλλων ἁπάντων καὶ τῇ περὶ τῶν δευτέρων γάμων, οὐδενὸς ὅρκου περὶ τούτου διδομένου, ἅμα μέντοι τῷ δευτέρῳ αὐτὴν ὁμιλῆσαι γάμους εὐθὺς ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐπιτροπῆς, καὶ ταῦτα πράττεσθαι, ἅπερ, εἰ καὶ ἔτυχεν ὁμωμοκυῖα, ὑπέμενεν ἅπαξ ἐν δικαστηρίῳ ψευσαμένη, καὶ προτιμήσασα τῆς οἰκείας ὁμολογίας τε καὶ καταθέσεως τὰς δευτέρας ἐπιθυμίας.

Cap. II.

Quia vero admodum veremur, ne iuramenta facile per magnum deum praestentur, et violentur, propterea etiam hanc legem corrigendum putavimus, quae matres, quando liberorum tutelam susceperunt, iusiurandum praestare iubet, ad secundas se nuptias non esse transituras. Et toties legem hanc violatam et peieratum esse scimus, quoties paene iuratum est, ut manifestissimum esset peccatum, si tale iusiurandum indaceremus, quod statim, atque praestitum est, violandum sit. Neque enim, quia quaedam iusiurandum servarunt, propterea eas, quae illud contemnunt, occasionem impietatis erga deum habere oportet; nam quod raro contingit, sicut etiam antiqua dicit sapientia, non observant legislatores, sed quod plerumque fit, ad id et respiciunt et curant. Propterea sancimus, ut omne quidem id, quod in matribus custodimus. secundum priorem formam obtineat, ipsaeque Velleiano SCto et omni auxilio renuncient, omniaque faciant, quae ante definita sunt, iusiurandum vero non praestent, sed sola renunciatio cum reliquis omnibus, tum etiam secundis nuptiis facta sufficiat, nullo iureiurando hac de re praestando. Simulac tamen secundas nuptias contraxerit, a tutela expellatur, atque ea fiant, quae, si iurasset, pertulisset, quod semel in iudicio mentita sit, suaeque confessioni et depositioni secundum concupiscentiam praetulerit.

Ἔπιλογος.

Οὗτος τοίνυν ὁ νόμος ἐπ' εὐσεβείᾳ κείσθω. διὰ γὰρ τὸ μὴ ὑβρίζεσθαι καιά τι τὴν εἰς θεὸν τιμὴν ταῦτα ἡμῖν νενομοθέτηται, καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν κρατείτω, ἧς σῆς ὑπεροχῆς φανερὸν ποιούσης τοῦτον τὸν νόμον ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἁπάσαις. ἐντεῦθα γὰρ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, ᾧ τὰ τοιαῦτα μέλει, τὸν περὶ τούτων κατα-

Epilogus.

Haec igitur lex pietatis causa lata sit. Etenim ut honor dei nusquam iniuria afficiatur, haec a nobis sancita sunt, et ex hoc tempore valeant, et excellentia tua hanc legem in omnibus provinciis manifestam faciat. Hic enim gloriosissimo praefecto felicis huius urbis, cui haec curae sunt, legem de his transmisimus, ut illius et clarissimi praetoris providentia, cui haec pars

res ad matres, ex paternis forsan occasionibus aut etiam ex propriis (multa namque quilibet cogitans et considerans adinveniet), sint haec integra utrique, secundum priores constitutiones iudicanda et tractanda, sive legitimorum, sive naturalium mater filiorum tutelam gerat.

His consequens est, ut et illud definiamus, de quo in huiusmodi casibus dubitatum est. Scimus, quasdam hypothecas, etsi posteriores, ex privilegiis a legibus illis concessis praeponi antiquioribus creditoribus, veluti quando quis pecunia sua navem fabricaverit, vel eam emi, fabricari aut reparari, vel domum forte aedificari, vel agrum aut aliud quid emi curaverit. In his enim omnibus posteriores creditores, quorum pecuniis res acquisitae vel renovatae sunt, potiores sunt iis, qui multo sunt antiquiores. Quaesitum igitur est, si mulier opponat privilegium antiquae dotis, vel augmenti, in quo illi quoque privilegium, sicut ante dictum est, servatur, et deinde prioribus creditoribus praevalere velit, veniat autem alius etiam creditor, qui, licet posterior sit, opponat tamen, pecunia sua emtam vel acquisitam esse navem, vel domum, vel agrum, et convenire, ut in illis rebus pecunia sua emtis vel acquisitis dictum privilegium habeat, utrum dotem etiam his praeponere oporteat, an vero reliquis quidem creditoribus, qui talia non opponunt, praevalere, his vero cedere debeat, quia ex ipsorum substantia res acquisita est? Quum igitur multum de his deliberassemus, non invenimus iustum esse, ut mulier eiusmodi privilegio cedat. Videbamus enim, quae sit rei absurditas, inhonestas mulieres corpore suo quaestum facere, atque exinde vivere, bene autem educatis, quaeque se ipsas et substantiam suam ad maritum deferunt, non solum nullum a maritis non recte viventibus quaestum esse, sed etiam damno affici, et nullam spem reliquam habere. Propterea volumus, ut, licet quis alterius pecunia agrum emisse, licet quoque domum vel praedium renovasse videatur, talia privilegia mulieribus opponi nequeant; satis enim infirmitatem muliebris naturae novimus, et quam facile illae circumscribantur. Ut autem dos ipsarum minuatur, nullo modo permittimus, quum sufficiat eas lucris excidere, etsi donatio propter nuptias prior tempore inveniantur, et damnum satis magnum exinde patiantur, non sane volumus, ut etiam de ipsa dote in periculo sint.

Cap. IV.

Quae enim erit circumventionis suspicio, viro obligato nulli existente, et praeterea augmentis sine tergiversatione factis?

Cap. III. His consequens est et illud decernere, quod in casibus huiusmodi dubitatum est. Novimus et antiquioribus creditoribus aliquas hypothecas praeponi [c]) inniores exsistentes ex privilegiis a legibus datis, quale est, quando aliquis propriis pecuniis procuraverit navem comparare, aut fabricare, aut reparare, aut domum forsan aedificare, aut etiam emi agrum aut aliquid horum; in his enim omnibus priores exsistunt posteriores creditores, quorum pecuniis emta aut renovata res est, iis, qui etiam multo antiquiores sunt. Quaesitum est igitur, si mulier praetendens privilegium super antiquam dotem [7]) et augmentum, in quo etiam hoc [8]) servatur privilegium (sicuti praedictum est), prioribus volnerit praeponi creditoribus, veniat autem et alter creditor, posterior quidem, praetendens autem pecuniis suis emtam aut reparatam navem, aut domum, aut agrum, et [9]) competere, eum in his rebus, quae eius pecuniis emtae aut reparatae sunt, habere praedictum privilegium, utrum oporteat dotem etiam talibus praeponi, an aliis quidem praevalere creditoribus, quicunque non talia praetendunt, his autem cedere, quoniam ex eorum substantia res acquisita est? Plurimum igitur super his cogitantes, non invenimus mulierem iuste exsistentem cedere alicui tali privilegio. Videbamus enim (quae causae absurditas est), quia aliquis quidem fornicantibus mulieribus ex proprio corpore advenit quaestus, et vivunt ex hoc quaestu, adversantibus [10]) autem, et semetipsas atque substantiam ad virum introducentibus [11]), non solum nullus sit quaestus a viris male degentibus, sed etiam minuantur, et spes eis nulla sit. Volumus igitur secundum hoc [12]), ut, etsi quis [13]) domum renovasset, aut etiam agrum emisset, non possit

---

[a]) *Quae hoc et seq. cap. continentur, breviter referunt Parat. §. 16. Athan. tit. XV. (Heimb. Anecd. I. p. 158 sq.)* — [b]) *Quae in cap. 2. omiserat Scrimg. ποιεῖν ἀφέντες — τῶν ἐπαιξήσεων, hic sequuntur et praeterea hic addita sunt post ἐπαιξήσεων ex cap. 5. verba τῆς παιδὸς γάμους ἑαυτοῦν usque ad τηνικαῦτα μὴ πλείον. Cum Scrimgero consentit Cod. Zuich. et ed. Par., quae ex supplementis Hervag. haec mutavit. Errores, quos hic deprehendimus, originem duxerunt ex Cod. Veneto*

[1]) προκρίνεσθαι *Hal.* — [2]) ἢ καὶ *Hal., Vulg.* — [3]) τοῦτο *Hal., Vulg.* — [4]) προηρημένον *Hal.*; προειρημένον *Hervag., Vulg.* — [5]) *Lege* τοῖς αὐτοῦ. — [6]) *Cont. in marg.*; praeponere *Cod. Hamb., edd.* — [7]) *Cod. Hamb, Trid., Port.*; antiqua dote *Cont.* — [8]) hic *Cod. Hamb.* — [9]) *Bk.*; aut *Cod. Hamb., edd.* — [10]) bene versantibus *Bk.* — [11]) *Cod. Hamb., Trid.*, et quae sem. — introducunt *Port., Cont.* — [12]) nulla sit secundum hoc. Unde volumus *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [13]) *Bk.*; et si quis *Cod. Hamb.*; ut si quis *edd.*

ἐπιστάμεθα, καὶ ὡς εἰκόλως περιγραφαὶ γίνονται καθ' αὐτῶν, ἐλαττουσθαι δὲ αὐτὰς τὴν προῖκα καὶ οὐδένα συγχωροῦμεν τρόπον, ἱκανὸν ὄν, ὅτι τῶν κειμένων ἐκπίπτουσιν, εἰ καὶ προγενέστερα τὰ τῆς [1]) πρὸ γάμου δωρεᾶς εὑρεθείη, καὶ ἱκανόν τι καθέστηκεν αὐτὰς ἡ ἐντεῦθεν ζημία, οὐ μὴν αὐτὰς βουλόμεθα καὶ περὶ αὐτὴν τὴν προῖκα κινδυνεύειν.

Κεφ. δ'. [a])

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοιαῦταί τινες προελεύσεις ἡμῖν γεγόνασιν, ὥς τινες τοῖς ἑτέρων στρατεύονται χρήμασι, καὶ δεῖ τοὺς εἰς ταύτας δανείσαντας τὰς αἰτίας προτιμᾶσθαι, θεσπίζομεν, εἴ τις ταῖς ἀληθείαις δοίη χρυσίον προφάσει στρατείας, ἢ τοῦ στρατεῦσον γενέσθαι τὸν παῖδα, ἢ κατ' ἄλλας τινὰς τοιαύτας αἰτίας, καὶ ῥητῶς αὐτὸ τοῦτο ἐγγραφείη τῷ συμβολαίῳ, καὶ ἐπὶ τούτῳ γένηται σύμφωνον, ὥστε τοῦ κάσου γινομένου κυριώτερον εἶναι μόνον τὸν ἐπὶ τούτῳ δανείσαντα, τούτῳ μόνῳ τῷ θέματι παραχωρεῖν τὴν γυναῖκα, μηδὲ αὐτῷ προχείρως πιστευομένῳ, μηδὲ διὰ μαρτύρων, ἀλλὰ τοῦ πράγματος καὶ ἐγγράφως πραττομένου, καὶ μαρτύρων ἐχόντος ὑπογραφὰς, καὶ αὐτῷ τῷ ἔργῳ προβαίνοντος. τότε γὰρ εἰ δια πάσης τῆς τοιαύτης ὁδοῦ τὸ πρᾶγμα προέλθοι, τὸ ἀνύποπτον ἔχει, καὶ προσήκει καὶ τοὺς οὕτω συμβαλλομένους μὴ τῶν οἰκείων ἀποστερεῖσθαι, τῶν δὲ ἄλλων ἁπάντων κρατεῖν τὴν γυναῖκα καιὰ τὸ ἤδη παρ' ἡμῶν αὐταῖς δεδομένον προνόμιον.

Κεφ. ε'.

Ἐπειδὴ δὲ ἤδη νόμον ἐγράψαμεν, ὥστε τὸν πατέρα ἅπαξ ἐπιδόντα προῖκα ὑπὲρ θυγατρὸς ὑπεξουσίας, ἢ αὐτεξουσίας μέν, τὴν δὲ ἐπανάδοσιν εἰς ἑαυτὸν πεποιηκότα [2]), * ἐζητήθη παρά τισιν, εἰ προσῆκόν ἐστι τελευτήσαντος τοῦ γαμβροῦ, καὶ ἐπανελθούσης εἰς τὸν πατέρα τῆς παρ' αὐτοῦ δεδομένης προικός, ταύτην τὸν πατέρα τὸν ἅπαξ ἐπιδεδωκότα δύνασθαι εἰς δευτέρους ἀμικνουμένης τῆς παιδὸς γάμους ἐλαττοῦν, ἢ τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἐνθυμούμενον ὡς ἅπαξ ἐκπεποίηται τῆς αὐτοῦ περιουσίας, ἀλλ' αὐτῷ τῷ μέτρῳ [3]) αὐτῇ γαμοιμένῃ πάλιν διδόναι, ὥσπερ ἂν εἰ μηδὲ ἔτυχε χρεύσασα; τοῦτο γὰρ νῦν ἡμῖν

Cap. IV.

Quoniam vero talem etiam ob causam interpellati sumus, quod quidam aliorum pecunia militent, eosque, qui in causas illas crediderunt, praeponi oporteat, sancimus, si quis revera in militiam, vel ut filius fiat statutus, vel ob alias similes causas mutuam pecuniam dederit, atque expresse hoc ipsum in instrumento scriptum, et pactum ea de re conventum fuerit, ut casu exsistente ille sit potior, qui in eam rem credidit, ut in hac sola specie mulier cedat; illi tamen non temere, ne propter testes quidem, fides habeatur, sed si res in scriptis celebrata fuerit, et testes subscripserint, et revera gestum fuerit; tunc enim, si his modis omnibus negotium gestum sit, suspicionem non habet, et convenit, ut qui ita contrahunt rebus suis non priventur. Mulier vero reliquis omnibus, secundum privilegium ipsis a nobis datum, praevaleat.

Cap. V.

*Verum quia legem iam scripsimus, ut pater, qui semel dotem dedit pro filia, quae sub potestate eius constituta vel sui iuris est, sed ut sibi restituatur pactus est, * quaesitum fuit a quibusdam, an conveniat, ut mortuo genero, et dote ad patrem, qui eam dedit, redeunte pater, qui illam semel dedit, possit eam filia secundas nuptias contrahente minuere, an vero id facere nequeat, cogitans, quod semel a substantia sua alienata sit, sed eadem mensura illi nubenti iterum dare debeat, ac si vidua facta non esset? Hoc enim nobis nunciatum nunc est, patrem quemdam, quum triginta libras auri in dotem dedisset, filia deinde*

possit talia privilegia mulieribus opponere. Infirmitatem namque muliebris naturae satis novimus, et quia facile circumventiones fiunt adversus eas, minui autem eis dotem nullo sinimus modo. Sufficit enim, quia lucris [4]) cadunt, etsi prior antenuptialis donatio inveniatur [5]) et sufficiens quoddam exstet eis ex hoc damnum, non etiam eas volumus et circa ipsam dotem periculum sustinere.

Cap. IV. Quia vero et huiusmodi quaedam additiones nobis factae sunt, eo quod quidam aliorum militant pecuniis, et oportet eos, qui in has crediderunt causas, praeponi, sancimus, si quis vere dederit [6]) aurum occasione militiae, sive statutum fieri, vel pro aliis quibusdam talibus causis, et expressim hoc ipsum scribatur in instrumento, et in hoc fiat pactum, ut casu proveniente prior sit solus, qui ad hoc credidit, et [7]) huic solo casui cedere mulierem, neque facile credendum [8]), neque per testes, sed negotio ex scripto gesto, et testium habente subscriptiones, et ipso opere procedente. Tunc enim, si per omnem huiusmodi viam causa procedat, suspicionem non habeat [9]), et competit contrahentes propriis non privari, aliis [10]) omnibus praevalere mulierem secundum quod iam a nobis eis datum est privilegium.

Cap. V. Quia vero iam legem scripsimus, ut patres semel offerentes dotem pro filia sub potestate, aut suae quidem potestatis, reversionem autem in semetipsos facientes [11]), * quaesitum est apud aliquos, si competens est moriente genero, et remeante ad patrem dote, quae ab eo data est, hanc patrem semel offerentem posse ad secundas veniente nuptias filia minuere, aut hoc non facere, cogitantem, quia semel alienata est ab eius substantia, sed ipsa mensura ei nubenti rursus dare, tanquam si nec contigisset viduatam? Hoc enim

---

[a]) *Parat. §. 8. Athan. tit. XIV.* (*Heimb. Anecd. I. p. 152.*)

[1]) *Emend. Gustavi Ern. Heimbach in praef. Anecd. I. p. XCI.*; εἴτε προγενεστερα τῆς *Cod. Ven.*; εἴγε προγενέσιερον τὸ τῆς *Cod. Flor., Hal.*; εἴγε προγενέστερα τῆς *Scrimg., Bas.* — [2]) *Aliquot verba hic excidisse sensit Hal.; quae qualia fuerint, aliunde non constat, sed haud scio an ita liceat lacunam explere:* ἀναλαβεῖν τὴν προῖκα (*vel* ταύτην ἔχειν) τελευτήσαντος τοῦ γαμβροῦ (*vel* χρεωστήσαντος τῆς θυγατρός). — [3]) αὐτὸ τὸ μέτρον *Hal.* — [4]) *Cod. Vindob., Mon., Hamb.*; quia a lucris *Trid.*; quod a lucris *Port., Cont.* — [5]) *Cod. Mon., Hamb., Trid., Port.*; si prior antenuptialis donatio inveniatur *Cod. Vindob.*; si priora antenuptiali donatione inveniantur *Cont.*; *cf. Heimb. l. c.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; si quis crediderit *Port., Cont.* — [7]) et *om. Bk.* — [8]) facile ei credendo *Bk. ed. ster.* — [9]) habeat *Bk.* — [10]) vero *add. Bk. ed. ster.* — [11]) in semetipsum facientem *Cod. Hamb., Trid., Port. idque rectius est, sed etiam priora corruptae sententiae verba corrigantur necesse est. Lacunam, quae post* facientes *deprehenditur, ita explevit* (*Fabrot.*) *Bk.:* ex stipulatu actionem habeat (?); *cf. supra not. 2.*

ἡμῖν προσηγγέλθη, ὅτι τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν πατήρ τις ἐπέδωκε προῖκα, εἶτα τῆς θυγατρὸς χηρευθείσης καὶ δευτέροις ὁμιλησάσης γάμοις οὐκ ἔτι τὰς τριάκοντα ταύτας ἐπιδέδωκεν, ἀλλὰ πεντεκαίδεκα μόνον, ἐπειδήπερ ἔτυχεν ἡ γυνὴ κερδάνασα τὸ ἥμισυ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς μέρος ἐν πεντεκαίδεκα χρυσίου λίτραις ὄν, καὶ ὁ πατὴρ οὐκ ἔτι ἐκ τῶν ἑαυτοῦ τὰς τριάκοντα ἐπιδέδωκε λίτρας, ἀλλὰ πεντεκαίδεκα μὲν αὐτος, πεντεκαίδεκα δὲ ἐκ τοῦ κέρδους τῆς γυναικός. οὐ δίκαιον τοίνυν ἡγησάμεθα τοῦτο καθεστάναι, ἀλλ' ὁμοίως ἐν τῇ διανομῇ ἔχειν μὲν αὐτὴν ἐξαίρετον τὸ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς κέρδος, ἐκ δὲ τῶν πατρῴων τὰς πεντεκαίδεκα λαβεῖν τὰς λειπομένας, ὡς σπεύσαντος τοῦ πατρὸς ἀδικῆσαι τὴν θυγατέρα. τί γὰρ ἂν ἔπραξεν, εἰ μὴ συνέβη δευτέροις αὐτὴν ὁμιλῆσαι γάμοις, ἀλλὰ μεῖναι τὸν αὐτοῦ γαμβρὸν περιόντα; ἢ πῶς ἐμελλεν ἐλαττοῦν τὴν προῖκα τὴν ἤδη παρ' αὐτοῦ δεδομένην, ἢ τὸ ἴδιον αὐτῆς κέρδος οἰκειοῦσθαι καὶ εἰς προῖκα τοῦ δευτέρου ἀνδρὸς ἄγειν; καίτοι δέον αὐτὴν ἐν παραφέρνοις ταῦτα ἔχειν, καὶ ἴσως διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν εὐπορωτέρῳ συνοικεῖν ἀνδρί, οὐ μόνον τριάκοντα λιτρῶν κυρίαν γινομένην, ὧν πεντεκαίδεκα τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς, καὶ τῶν πεντεκαίδεκα τῆς παρὰ τῶν τοῦ πατρὸς ἐπιδεδομένων, ἀλλὰ πέντε καὶ τεσσαράκοντα [1]), τοῦ μὲν ἐν παραφέρνοις αὐτῇ καθεσιῶτος, τοῦ παρὰ τῆς τύχης αὐτῇ δεδομένου κέρδους, τοῦ δὲ ἐκ φιλοτιμίας πατρῴας ἐπιδεδομένου, καὶ μένοντος ἀκεραίου [2]). Ταῦτα δὲ νομοθετοῦμεν, εἴπερ καὶ ἡ τοῦ πατρὸς περιουσία μείνοι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματος, ἐφ' οὗπερ πρότερον ἦν. εἰ γάρ τις ἡ περίστασις ἐλαττώσειεν αὐτῷ τὴν οὐσίαν, ὥστε μηδὲ βουλομένῳ γενέσθαι δυνατὸν ἰσόμειρον τῇ προτέρᾳ δοῦναι πάλιν προῖκα, καὶ ἀποδεικνύοιτο σαφῶς τὰ τῆς τυχηρᾶς ἐλαττώσεως τῆς οὐσίας τοῦ πατρός, ἡνικαῦτα μὴ πλεῖον ἀναγκάζεσθαι [3]) διδόναι δι' ἣν θυγατέρα ζευγνύνται, εἰ μὴ καθ' ὅσον ἡ τῆς περιουσίας αὐτοῦ [4]) δύναται δύναμις, ἀλλὰ τὸ μὲν κέρδος τῆς προτέρας προγαμιαίας δωρεᾶς ἔχειν ἀκέραιον, τοσαύτην δὲ λαμβάνειν παρὰ τοῦ πατρὸς κατὰ δευτέραν τάξιν προῖκα, ὁπόσην ἂν τὸ τῆς οὐσίας αὐτοῦ μέτρον ὑπογράψειε. πρόδηλον γάρ, ὡς τοῦτο τὸ κέρδος (τὸ ἐκ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς φαμέν, οὗπερ μόνην αὐτῷ τὴν χρῆσιν δίδομεν [a])) ἐκ πάσης ἀνάγκης τελευτῶν ἀποκαταστήσει τῇ παιδί, τῇ καὶ τῆς δεσποτείας τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς κυρίᾳ πᾶσι τρόποις γινομένῃ.

Κεφ. ϛ'.

inde vidua facta et secundas nuptias contrahente non amplius triginta illas, sed quindecim tantum dedisse, quia mulier dimidium partem donationis ante nuptias in quindecim libris auri consistentem lucrata erat, et pater de suis rebus triginta illas libras non dederat sed ipse quidem quindecim, quindecim vero ex lucris mulieris. Non iustum igitur hoc esse existimavimus, sed illa in divisione lucrum donationis ante nuptias praecipuum habeat, ex paternis vero reliquas quindecim accipiat, quasi pater filiam laedere voluerit. Quid enim fecisset, si eam ad secundas nuptias venire non contigisset, sed gener eius superstes mansisset? vel quomodo dotem a se iam datam diminuere, vel lucrum, quod illi competit, sibi vindicare et in dotem secundo viro dare potuisset? quum certe illam inter paraphernа haec habere, atque ex hac fortasse causa ditiori viro nubere oporteat, quod non solum triginta librarum domina sit, quindecim scilicet donationis ante nuptias, et quindecim a patre datarum, sed quadraginta et quinque, cum habeat quod inter parapherna eius erat, lucrum a fortuna ei datum, et quod ex liberalitate paterna illi tributum est, et integrum manebat. Haec vero sancimus, si quidem patris substantia in eodem statu maneat, in quo antea fuit. Nam si fortuitus quidam casus facultates illi deminuerit, ut neque si velit dotem priori mensurae aequalem rursus dare possit, et casu quodam deminuta substantia patris manifesto apparet, tunc plus dare non cogatur, quando secunda vice filiam collocat, quam quantum substantiae eius vires patiuntur; sed lucrum ea prioris donationis ante nuptias integrum habeat, tantam vero dotem a patre secunda vice accipiat, quantum substantiae illius modus patitur. Manifestum enim est, hoc lucrum (ex donatione scilicet ante nuptias, cuius illi solum usum damus) filiae, quae proprietatis etiam donationis ante nuptias domina omnimodo facta est, morientem eum necessario restituere debere.

CAP. VI.

enim nobis nunciatum est, quia triginta librarum auri quidam pater exsistens obtulit dotem, deinde filia viduata, et ad secundas veniente nuptias, non iam triginta libras ipse obtulit, sed quinque et decem solas, quoniam contigerat mulierem lucratam mediam antenuptialis donationis partem in quinque et decem auri libris [5]) exsistentem, et pater nequaquam de suo obtulit triginta auri libras, sed quinque quidem et decem ipse, quindecim vero ex lucro mulieris. Non iustum igitur existimavimus hoc esse, sed similiter in divisione habere quidem eam praecipuum antenuptialis donationis lucrum, ex paternis autem quinque et decem percipere reliquas, tanquam studuerit pater laedere filiam. Quid enim egerat [6]), si non contigisset secundis eam nuptiis copulari, sed manere eundem generum vivum? aut quomodo futurus erat minuere dotem iam a se datam, aut proprium illius lucrum suum facere, et in dotem secundi viri deducere? quum utique oporteret eam in paraphernis haec habere, et forsan propter hanc causam ditiori nubere viro, non solum triginta librarum auri dominam factam, scilicet quindecim antenuptialis donationis, et quindecim a patre oblatis, sed quadraginta et quinque, lucro quidem in paraphernis ei constituto, fortuna ei dato [7]), quod autem ex largitate paterna oblatum est, manente integro. Haec autem sancimus, si et patris substantia manserit in ipsa figura, in qua prius fuit. Sin autem fortuita quaedam clades imminuerit eius substantiam, ut neque volenti sit possibile aequae mensurae, qua prius, dare rursus dotem, et probetur aperte [8]) fortuita deminutio patris substantiae, tunc non amplius cogi patrem dare secundo filiam inquientem [9]), nisi in quantum substantiae virtus est, sed lucrum quidem prioris antenuptialis donationis habere integrum, tantam vero percipere a patre in secundo ordine dotem, quantum substantiae eius mensura susceperit. Palam enim est, quia hoc lucrum (quod ex antenuptiali dicimus donatione, cuius solum ei usum damus) ex omni necessitate morieus restituet filiae, proprietatis antenuptialis donationis dominae omnibus modis factae.

CAP. VI

---

[a]) *Lib. περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 15. (*Heimb. Anecd. I. p.* 196.)

[1]) *Hal., Vulg.*; πέντε καὶ τεσσ. *om. Scrimg., Bas.* — [2]) κατακένοντος ἀκεραίου *Hal.*, (*Vulg.*) — [3]) τὸν πατέρα *add. Hal., Bas., Vulg.* — [4]) αὐτοῦ *om. Hal., Vulg.* — [5]) *Cod. Hamb.*; libras *edd.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; egisset *Cont.* — [7]) *Bk.*, lucrum — constitutum — datum *Cod. Hamb., edd.* — [8]) *Bk. ed. ster.*; a patre *Cod. Hamb., edd.* — [9]) filiae nubenti *Cod. Hamb., Trid.*

Κεφ. ς.[a])

Κἀκεῖνο δὲ νομοθετῆσαι τῶν ἀναγκαιοτάτων ἡγούμεθα, ἐν πολλοῖς καὶ ἀμυθήτοις πράγμασι ζητούμενον. ἐπιδέδωκε γὰρ πατὴρ προῖκα ἢ μήτηρ τυχὸν ὑπὲρ παιδὸς οἰκείας, ἡ δὲ ταύτην ἐπιδέδωκε τῷ ἀνδρί, καὶ ἐτελεύτησεν ὁ ἀνὴρ ἄπορος. εἶτα τοῦ πατρὸς ἢ τῆς μητρὸς τελευτησάντων ἀπαιτεῖται καὶ ἡ γήμασα συνεισενεγκεῖν τὴν ἑαυτῆς προῖκα, ἢ παρὰ τοσοῦτον λαβεῖν. εἰ μὲν οὖν ὁ ἀνὴρ εὐπόρως ἔχει, τὸ πρᾶγμα πανταχόθεν εὔλυτόν ἐστιν, εἰ δὲ οὐδενὸς ἑτέρου κυρία καθέστηκεν ἐκείνη, πλὴν ἢ τῶν ἀγωγῶν τῶν κατὰ τοῦ ἀνδρός, αἱ δὲ ἄποροι καθεστήκασι, καὶ ἀντιτίθεται τῇ γυναικί, ὡς ἤδη ἐπιδέδοται προῖξ ὑπὲρ αὐτῆς, ἡ δὲ τὴν ἀγωγὴν συνεισφέρει μηδὲν ἔχουσαν παντελῶς ἀποτέλεσμα, νόμου τὸ πρᾶγμα ἡμῖν ἄξιον ἐνομίσθη. καὶ ἴσμεν ἤδη ἐν πολλαῖς κρίσεσιν ἀπηνέσιερον αὐτὸ κριθέν, καὶ τὴν γυναῖκα ἀναγκασθεῖσαν συνεισενεγκεῖν τὴν προῖκα, ἤτοι λογίσασθαι τὴν ὑπὲρ αὐτῆς δεδομένην, ἐξ ἧς οὐδὲν αὐτῇ γέγονε παντελῶς ἀποτέλεσμα ἐν αὐτοῖς τοῖς πράγμασιν ἀπολαβεῖν. ἡμεῖς δὲ ἐξ ἑτέρων νόμων βοηθοῦμεν τῷ πράγματι. ἐπειδὴ γὰρ δεδώκαμεν ταῖς γυναιξὶν ἄδειαν καὶ συνεσιῶσιν τοῦ γάμου, εἰ κακῶς τὰ πράγματα ὁ ἀνὴρ διοικοίη, λαμβάνειν αὐτὰ καὶ διοικεῖν κατὰ τὸν πρέποντα τρόπον, καὶ καθάπερ ἡ ἡμετέρα λέγει διάταξις, εἰ μὲν αὐτεξουσία καὶ τελεία τὴν ἡλικίαν ἡ γυνὴ καθεστήκοι, ἑαυτῇ μέμψιν ἐπαγέτω, εἰ δήποτε ἄρτι τοῦ ἀνδρὸς ἀρξαμένου κακῶς τῇ περιουσίᾳ χρῆσθαι μὴ καὶ ἀντελάβετο καὶ ἐβοήθησεν ἑαυτῇ (οὕτω γὰρ ἂν ἐμελλεν ἔχειν ἐν τῷ τῆς συνεισφορᾶς λόγῳ τὰ οἰκεῖα πράγματα πανταχόθεν ἀμείωτα, καὶ [1]) ἐν τῷ παρὰ τοσοῦτον τὴν συνεισφορὰν ποιεῖσθαι). § 1. Εἰ δὲ ὑπεξουσία καθεστήκοι, καὶ γνώμης τοῦ πατρὸς χωρὶς τοῦτο πράττειν οὐ δύναιτο, εἰ μὲν προσελθοῦσα τῷ πατρὶ ταῦτα εἶπέ τε καὶ ἐξεμαρτύρατο, ὥςτε συναινέσαι αὐτῇ καὶ τὰ πράγματα λαβεῖν καὶ συνεστῶτος ἔτι τοῦ γάμου, καὶ τοῖς δευτέροις αὐτὰ καιροῖς φυλάξαι, καὶ τοῦτο ἔπραξεν ὁ πατήρ, πάλιν κἀνταῦθεν ἀκέραια τὰ οἰκεῖα ἕξει δίκαια τῶν πραγμάτων αὐτῇ πεφυλαγμένων, ὅπου γε καὶ τὰ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς πράγματα ἐκδικεῖν καὶ ἐν συνεστῶτι τῷ γάμῳ δεδώκαμεν αὐτῇ, καὶ τοῦ μετὰ ταῦτα κινδύνου παντὸς ἀπηλλάχθαι. εἰ δὲ ἡ μὲν ταῦτα ἐξεμαρτύρατο τὸν πατέρα, ὁ δὲ οὔτε ἐκίνησεν, οὔτε συνήνεσεν, καὶ οὐδὲ δέδωκεν ἄδειαν τῇ θυγατρὶ

Cap. VI.

Ut vero illud quoque sanciamus, maxime necessarium esse existimavimus, quod in multis et innumeris rebus quaesitum est. Dederat enim pater vel mater fortasse pro filia sua dotem, haec vero illam dedit marito, et maritus inops mortuus est; mortuo deinde patre et matre exigebatur ab ea, quae nupserat, ut dotem conferret aut tanto minus caperet. Si igitur maritus locuples est, res ab omni parte facile solvi potest. Si vero illa nullius alterius rei, nisi actionum contra maritum domina sit, hae vero inanes sint, et mulieri opponatur, dotem pro illa iam datam esse, haec autem actionem nullum plane effectum habentem conferat: res nobis lege digna visa est. Et scimus, multis iam sententiis durius id decisum, mulieremque coactam fuisse dotem conferre, vel pro se datam computare, ex qua nullum plane fructum re ipsa acceperat. Nos vero ex aliis legibus negotio subvenimus. Quoniam enim mulieribus, marito male res administrante, electionem dedimus etiam constante matrimonio eas accipiendi, et decente modo administrandi, et quemadmodum nostra constitutio dicit, si quidem mulier suae potestatis et perfectae aetatis sit, sibi ipsa imputet, quod viro substantia male uti incipiente non receperit sibique ipsa auxiliata fuerit. Ita enim in collationis ratione res suas plane non imminutas habitura erat, cumque collationem tanto minore in summa faceret.

§. 1. *Si vero sub potestate sit, et sine voluntate patris hoc facere nequeat, si quidem patrem adiit, eaque dixit, et rogavit, ut consentiat, et res constante adhuc matrimonio accipiat, easque secundis temporibus servet, idque pater fecerit, rursus et hoc casu integra iura habebit, rebus illi servatis, quum illi quoque permiserimus, ut res donationis ante nuptias vel constante matrimonio vindicet, omnique sequente periculo liberetur. Quodsi illa quidem patrem rogavit, ille vero nec actionem movit, nec consensit, nec potestatem hoc faciendi filiae concessit, nullo in periculo ea sit, sed nudam actionem contra inopis mariti bona conferat, illique conditio cum fratribus eius aequalis sit, non tamen ex collatione illa damno afficiatur, sed com-*

Cap. VI. Illud quoque sancire necessarium existimavimus, in plurimis videlicet et innumeris rebus quaesitum. Obtulit enim pater dotem aut forte mater pro filia sua, hanc autem illa obtulit marito, et defunctus est vir inops; deinde patre aut [2]) matre mortuis, exigitur et [3]) quae nupsit conferre suam dotem, aut minus tanto accipere. Si quidem vir idoneus est, causa undique absoluta est, si vero nullius alterius domina consistit illa, nisi actionum, quae contra maritum sunt, at illae minus idoneae sunt [4]), et obiiciatur mulieri, quod iam data sit dos pro ea, illa vero actionem conferat nullum habentem penitus effectum legis [5]) causa nobis digna putata est. Et novimus quidem iam in plurimis iudiciis duritiam postea sic iudicatam [6]), et mulierem coactam conferre dotem aut certe reputare pro se datam, ex qua nullum ei omnino contigit effectum in ipsis rebus recipere. Nos autem ex aliis nostris legibus iuvamus causam. Quia enim dedimus mulieribus electionem etiam constante matrimonio, si male res maritus gubernet, et accipere eas, et gubernare [7]) secundum decentem modum, et sicuti nostra constitutio dicit, si quidem suae potestatis et perfectae aetatis mulier est, sibimet culpam inferat, cur mox viro inchoante male substantia uti non percepit et non auxiliata est sibi. Sic enim habitura erat in collationis ratione proprias res undique [8]) sine deminutione, et in ea minus tanto collationem facere. §. 2. Sin autem sub potestate est, et sine patris voluntate hoc agere non poterat, si quidem adiens patrem hoc dixit, et contestata est, ut consentiret ei et res percipere etiam constante adhuc matrimonio, et secundis temporibus eas servare, et hoc egit pater, etiam rursus hinc [9]) integra habebit sua iura, rebus ei [10]) servatis, quum etiam antenuptialis donationis res vindicare etiam constante matrimonio dederimus ei, et posteriore periculo omni liberari. Sin autem illa quidem haec contestata est patrem, ille autem neque movit, neque consensit, et neque dedit licentiam filiae hoc agere, non eam periculum pati, sed et conferri nudam actionem contra inopis mariti res, et fortunam esse communem et ipsi, et eius fratribus, non tamen

[a]) *Bas. XLI. 7. 38. Schol. o. p. Summam huius cap. brevissime referunt Parat. §. 16. Athan. tit. IX.* (*ibid. I. p.* 111.)

[1]) καὶ *om. Hal.* — [2]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *Port., Cont.* — [3]) *Cod. Hamb.*; et *om. edd.* — [4]) ille minus idoneus est *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [5]) effectum, lege *Bk.* — [6]) durius postea sic iudicatum *Bk.* *In* duritiam *latet fortasse* durius eam (*scil.* causam). — [7]) *Port.*; gub. et *Cod. Hamb., Trid., Cont.* — [8]) *Cod. Hamb.*; undique et *edd.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid.*; hic *Port., Cont.* — [10]) *Cod. Hamb.*; ei suis *edd.*

θυγατρὶ πρᾶξαι τοῦτο, μὴ κινδυνεύειν αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ συνεισφέρεσθαι γυμνὴν τὴν ἀγωγὴν τὴν κατὰ τῶν τοῦ ἀπόρου ἀνδρὸς πραγμάτων, καὶ τὴν τύχην εἶναι κοινὴν αὐτῇ τε καὶ τοῖς αὐτῆς ἀδελφοῖς, μὴ μέντοι ἐκ τῆς συνεισφορᾶς ζημιοῦσθαι, ἀλλὰ τὴν ἐπιβάλλουσαν αὐτῇ μοῖραν δίδοσθαι ἐκ τῶν πατρῴων πραγμάτων, τῆς ἀγωγῆς ἐκείνης συνεισφερομένης μέν, παρὰ πάντων δὲ κινουμένης τῶν ἀδελφῶν, καὶ τούτου παραγινομένου ἅπασιν αὐτοῖς, ὅπερ ἂν ἡ τῆς τύχης ἔκβασις δοίη. ἀλλ' εἰ μὲν ὁ πατὴρ ἐπὶ τῶν τοιούτων θεμάτων ἐπιδοίη τὴν προῖκα, καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἐλπίζεσθαι τὰ τῆς συνεισφορᾶς μέλλοι, τοῦτο κρατεῖν. εἰ δὲ μείζων τύχοι ἡ ἐπίδοσις εἰη [1]), καὶ ἡ συνεισφορὰ περὶ ἐκείνην στρέφεται τὴν ἐλπίδα, ἐκ δὲ τῆς τοῦ πατρὸς ἀπειθείας, τοῦ μήτε κινῆσαι βουληθέντος μήτε ἐπιτρέψαι αὐτῇ κινῆσαι [2]), τηνικαῦτα αὐτὴν [3]) τὴν θυγατέρα κινεῖν, καὶ μὴ ἔχειν πρόφασιν τὸ μὴ δυνηθῆναι κινῆσαι, ἀλλ' ἑαυτῇ τε βοηθῆσαι, καὶ τὸ ἐσόμενον ἐπὶ τῇ ἀπορίᾳ τοῦ ἀνδρὸς ἀποπέμψασθαι δέος. καὶ ἴσμεν, καὶ Οὐλπιανὸν τὸν σοφώτατον τὰ τοιαῦτα ζητήσαντα καὶ ἀπόρου τοῦ ἀνδρὸς εὑρεθέντος βοηθήσαντα τῇ γυναικί, καὶ εἰς ὅσον ὁ ἀνὴρ εὐπορεῖ, τὴν συνεισφορὰν αὐτῇ γενέσθαι βουλόμενον. §. 2. Ἀλλ' ἐπειδήπερ ἐν πλήθει τῶν νόμων ὄντων, πρὶν αὐτοὺς καταστήσαιμεν καὶ εἰς εὐσύνοπτον ἀγάγοιμεν τάξιν, πολλὰ καὶ τῶν ἀναγκαίων ἠγνοεῖτο, καὶ ψῆφοι τἀναντία βουλόμενοι παρὰ τῶν δικασπόλων ἐτύγχανον, ἵνα μή τις ἐξαπάτῃ περὶ ταῦτα γένοιτο, διὰ τοῦτο ἀναγκαῖον ἐνομίσαμεν, ἄλλως τε καὶ ἐν μέσῳ τῆς ἡμετέρας τεθείσης διατάξεως, τῇ καὶ συνεπαίτιον τῶν γάμων τὴν γυναῖκα βοηθοῦσαν, ἐπὶ πλεῖστα καὶ μᾶλλον ἀκόλουθον ὁδὸν ἐλθόντες τὸν παρόντα θέσθαι νόμον. ἵνα δὲ μὴ καὶ μέρος ἐξαριθμούμεθα τὰ πρόσωπα, ἐφ' ὧν κρατεῖν αὐτὸν δεῖ, γενικῷ λόγῳ διορίζομεν, ὥστε ἐφ' ὧν ἐστὶν ὁ τῆς συνεισφορᾶς λόγος, ἐπὶ τούτων καὶ τὴν διάταξιν κρατεῖν, εἴτε πατὴρ, εἴτε πάππος, εἴτε μήτηρ, εἴτε μαμμη, εἴτε τῶν ἀνωτέρω τις καθεστηκὸς προσώπων.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ διὰ προσταγμάτων οἰκείων φανερὰ πᾶσι γενέσθαι κατὰ τὸ σύνηθες παρασκευασάτω, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς παραφυλάττειν σπευσάτω. Dat. XV. [4]) Kal. Decemb. Constantinop., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

competens illi portio ex paternis rebus detur, et actio quidem conferatur, ab omnibus vero fratribus moveatur, ad illosque omnes id perveniat, quod fortunae eventus dederit. Atque hoc valeat, si pater in eiusmodi casibus dotem dederit, et de substantia eius collatio speranda sit: sin vero dos maior forte fuerit, et collatio circa illam spem vertitur, pater autem contumax sit neque ipse actionem movere, neque illi ut moveret permittere voluerit, tum ipsa filia agat, neque hoc praetexta utatur, quod agere non potuerit, sed ipsa se iuvet, et metum de inopia mariti deponat. Atque scimus, sapientissimum quoque Ulpianum talia quaesivisse, et quum vir inops reperius esset, mulierem conferre collationem fieri voluisse.

§. 2. Sed quoniam in multitudine legum, quae exstant, antequam eas constitueremus et in perspicuum ordinem redigeremus, multa etiam necessaria ignorabantur, et sententiae, quae contrarium volebant, a iudicibus ferebantur, ne fraus quaedam in his committatur, propterea necessarium putavimus, praesertim quum in medium a nobis proposita sit constitutio, quae constante etiam matrimonio mulieribus opem fert, pulchriorem et planiorem iam ingressi praesentem legem ferre. Ne vero singulatim personas, in quibus eam valere oportet, enumeremus, generali lege definimus, ut, inter quos collationis ratio habetur, in iis etiam constitutio obtineat, sive pater, sive avus, sive mater, sive avia, sive quis ex remotioribus sit personis

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra haec lege declarata sunt excellentia tua per praecepta tua omnibus more solito manifesta fieri curet, et in perpetuum observare studeat.

No-

tamen ex collatione damnificari, sed competentem ei partem dari ex paternis rebus, actionem illa quidem conferente, ab omnibus autem movendam fratribus, et hoc proficiendo universis ipsis, quod fortunae eventus dederit. Sed si quidem pater in talibus casibus obtulerit dotem, et de eius substantia sperari futura est collatio, hoc valere. Si vero maior forte oblatio fuerit, et collatio circa illam vertitur spem ex patris inobedientia neque movere volentis, neque permittentis ei movere, tunc etiam per semetipsam filiam movere, et non habere occasionem, eo quod non potuerit movere, sed [5]) sibimet auxiliari, et futurae laesionis ex inopia viri adimere metum. Et novimus Ulpianum sapientissimum talia quaesisse, et inope viro comperto invisse mulierem, et in quantum vir idoneus est, collationem ei fieri voluisse. §. 2. Sed quoniam in multitudine legum exsistentium, antequam eas constitueremus et ad conspicuum perduceremus ordinem, plurima et necessaria ignorabantur, et decreta, quae contraria vellent, a iudicibus posita sunt, ne ulla seductio circa hoc fiat, propterea necessarium putavimus, proinde etiam in medio nostrae positae constitutionis, quae etiam constantibus matrimoniis mulieri auxiliatur, ad meliorem et magis consequentem viam venientes praesentem ponere legem. Ut autem non per partes enumeremus personas, in quibus valere eam oportet, generali sermone decernimus, quapropter [6]), in quibus est collationis ratio, in his et constitutionem valere, sive pater, sive avus, sive mater, sive avia, sive [7]) ascendentium aliqua sit persona.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram insinuata sunt legem, tua celsitudo per programmata propria manifesta facere universis solenniter procuret, et in perpetuum servare festinet. Dat. XV. Kal. Decemb. Constant., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Const. XCIX.

---

[1]) εἰ δὲ ἕτερος τὶς καὶ οὐχ ὁ πατὴρ ἀλλὰ τυχὸν ἡ μήτηρ ἐπέδωκεν τὴν προῖκα *Athan.* — [2]) *Excidisse aliquid videtur, ut κινδυνεύει τὰ τῆς προικὸς secund. Athan.* — [3]) καθ' ἑαυτὴν *add. Hal., Bas., Vulg.* — [4]) *Numerum* XV. *non habet Athan.* — [5]) *Cod. Hamb.*; et *sdd.* — [6]) quia *Bk.* — [7]) *Cod. Hamb.*; aut *add.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϟη'.[a])

Ἡ διάταξις, ὥστε μηδὲ τὸν ἄνδρα τὰ ἐκ τῆς προικός, μηδὲ τὴν γυναῖκα τὸ ἐκ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς κέρδος οἰκειοῦσθαι, ἀλλὰ φυλάττειν τὴν δεσποτείαν τοῖς ἑαυτῶν παισί, κἂν εἰς δευτέρους μὴ ἀφίκοιντο γάμους.

Ἐγράφη Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ παιρικίῳ.

Προοίμιον.

Τὰ μὲν ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα νόμων οὐ δεῖται ποικίλων, τὸ ἁπλοῦν τε καὶ πάσης ποικιλίας ἀμιγὲς διηνεκῶς κεκτημένα, καὶ χρώμενα νόμοις αἰωνίοις τε καὶ θείοις, καὶ οὐδεμιᾶς ἐπανορθώσεως δεομένοις· τὸ δὲ καθ' ἡμᾶς ἐν τῇ τῆς παλιῤῥοίας ἀπειλημμένον ταραχῇ κυβερνητικῆς δεῖται σοφίας, ἐκ τῶν νόμων ἐπιγινομένης τοῖς πράγμασιν. ὥστε ἐπειδήπερ οὐδὲ δικάζειν ὀκνοῦσι πολλαὶ προσιᾶσι δίκαι, τὸ μὲν καθ' ἕκαστον ἰώμεθα, ἀπολαμβάνοντες δὲ ἑκάστην ζήτησιν ἀμφισβητουμένην ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς δικασταῖς τοῖς ἡμετέροις, διὰ νομοθετικῆς ἃ χρὴ πράττειν γενικῶς ἐφ' ἑκάστῃ τῶν ζητήσεων ἀποτιθέμεθα. τοιγαροῦν ἐκεῖνο [1]) πρὸ τῶν ἄλλων ἔδοξε μὲν ἴσως εἶναι τοῖς πάλαι νενομοθετημένοις οὐκ ἄνευ τινὸς διαιρέσεως, ἡμῖν δὲ ἐνομίσθη καλῶς ἔχειν σώφρονι νόμῳ πρὸς ἁπλότητα τὸ πρᾶγμα μεταγαγεῖν ἐκ τοῦ νῦν ἀρχομένῳ, καὶ οὐδὲν περιεργαζομένῳ τῶν ἔμπροσθεν πεπραγμένων, διότι καὶ ἡμῖν αὐτοῖς πρώην οὐκ ἀπαρέσκομένοις τοῖς περὶ τούτου νόμοις ἔδοξε τὰ δεύτερα καλλίω. τῶν γὰρ γαμικῶν κερδῶν, εἰ μέν τις τῶν συνοικούντων φυλάξειε τὴν εὐνήν, μενόντων παρ' αὐτοῖς ἰσχυρῶς καὶ ταῖς ἑαυτῶν περιουσίαις ἐμπηγνυμένων, εἰ δὲ καὶ [2]) ἔλθοιεν εἰς ἑτέρου προσώπου συνάφειαν, τοῖς ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παισὶ φυλαττομένων, ἁπλῶ τινὶ καὶ καλλίονι νόμῳ τὴν διπλόην ταύτην ἔδοξεν ἀνελεῖν. εἰ γὰρ δευτέροις ὁμιλήσασα γάμοις γυνὴ ἢ καὶ ἀνὴρ τυχὸν εἰς δεύτερον ἰδὼν συνοικέσιον τὰ ἐκ τελευτῆς κερδανθέντα καὶ τὰ ἐκ ῥεπουδίου φυλάττει τοῖς παισὶ (καὶ ἑτέρων ἴσως ἐσομένων αὐτοῖς παίδων ἐκ τῶν

Novella XCVIII.

CONSTITUTIO, UT NEQUE VIR DOTEM, NEQUE MULIER DONATIONEM ANTE NUPTIAS LUCRETUR, SED UT LIBERIS SUIS PROPRIETATEM SERVENT, LICET AD SECUNDAS NUPTIAS NON VENIANT.

Scripta est Ioanni, iterum Praefecto gloriosissimo, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Quae semper manent eodemque modo se habent, legibus non indigent variis, quum simplicia et ab omni varietate perpetuo immunia sint, aeternisque ac divinis utantur legibus, quaeque nulla correctione indigeant: quod vero apud nos in refluxus perturbatione positum est, gubernatrice indiget sapientia, quae a legibus adhibetur negotiis. Quare quum ad nos, quos neque iudicare piget, multae lites deferantur, singulis quidem medemur, unamquamque vero quaestionem a nobis et iudicibus nostris in dubium vocatam sumentes, generaliter ea, quae facienda sunt, in unaquaque quaestione per legem exponimus. Illud igitur ante omnia antiquis legislatoribus non sine quadam distinctione visum est; nos vero sapiente lege, quae ex hoc tempore initium capiat, nihilque eorum, quae antea gesta sunt, curiose scrutetur, ad simplicitatem rem redigendam esse existimavimus, quoniam etiam nobis ipsis, quibus leges hac de re latae olim non displicuerint, secundas partes agere melius visum est. Nam quum lucra nuptialia, si quidem aliquis ex coniugibus thorum servet, apud illos firmiter maneant, eorumque bonis inhaereant, et si alii quoque personae iungantur, prioris matrimonii liberis servanda sint, simplici et pulchriore lege hanc duplicitatem tollere visum est. Si enim mulier secundas nuptias contrahens, vel etiam vir ad secundum forte matrimonium respiciens lucra ex morte et repudio profecta liberis servat, etsi illis alii forte liberi ex secundis nuptiis futuri sint, quomodo iustum est, illos, qui solis liberis legitimis contenti sunt, non servare eis lucra, quae veniant ab parentibus ipsarum

Gl. Const. XCIX.

NEQUE VIRUM QUOD EX DOTE EST, NEQUE MULIEREM EX SPONSALITIA LARGITATE LUCRUM PROPRIUM HABERE, SED SERVARE DOMINIUM SUIS FILIIS, VEL SI AD SECUNDAS NUPTIAS NON VENIANT. USU SOLO IN LUCRO CONSISTENTE, ET UT EX REPUDIO TRANSIGENTES NUPTIAS, LUCRANTES AUT DOTEM, AUT ANTE NUPTIAS DONATIONEM, ET IPSIS SIMILITER DOMINIUM SERVENT FILIIS, USUM HABENTE PERSONA COGENDA FILIOS ALERE; SI VERO BONA GRATIA SOLVANTUR NUPTIAE, ET VIDEANTUR OCCASIONE DAMNI DETINERI QUAEDAM, ET HAC ARTE PERIMENDA, QUAE DETINENTUR, FILIIS [3]) SERVENTUR.

(Coll. VIII. tit. 1.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo sacrorum Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio. Ea quidem, quae semper idem se habent, legibus non egent variis, simplicitatem, et quod sine ullius diversitatis mixtura est continue possidentia, et ntentia legibus sempiternis ac sacris, nulla correctione egentibus, quod autem secundum nos est in redundationis comprehensum tumultu [4]), gubernativa indiget sapientia, ex legibus superveniente negotiis. Unde quoniam nos neque ad iudicia segnes, multis interpellantium [5]) causis, singulis quidem medemur, comprehendentes autem unamquamque quaestionem dubitatam a nobis et iudicibus nostris, per legislationem quae oporteat agi generaliter in unaquaque quaestione exponimus. Itaque illud ante omnia visum quidem est forsan esse priscis legislatoribus non sine quadam divisione, nobis autem putatum est bene se habere temperata lege ad simplicitatem causam transponere, ex [6]) nunc inchoante, et nihil perscrutante horum, quae prius terminata sunt, quoniam et nobis ipsis, pridem non displi-

---

[a]) *Scrimg.*; *deest ap. Hal.* — *Athan. X. 7.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 124 *sq.*) — *Iulian. Const.* 91. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) *Meerm. III., Zuich., Vulg.*; ἐκεῖνος *Scrimg.* — [2]) καὶ *om. Meerm. III., Zuich., Vulg.* — [3]) *Trid.*; ai **filiis** *Cod. Hamb., Port., Cont.* — [4]) *Bk.*; tumultum *Cod. Hamb., edd.* — [5]) interpellamur *Bk.* — [6]) *Bk.*; et *Cod. Hamb., edd*

τῶν ἔπειτα γάμων), ποῦ δίκαιόν ἐστι τοὺς ἐπὶ μόνοις τοῖς παισὶ τοῖς ἐκ τοῦ νόμου σαλεύοντας [1]) μὴ φυλάττειν αὐτοῖς τὰ κέρδη τὰ ἐκ τῶν τετελευτηκότων αὐτῶν γονέων, ἀλλ' ἑτέροις αὐτὰ παραπέμπειν; καίτοι τί ἂν γένοιτο τιμιώτερον παίδων παρὰ γονέων οὐκ ἀχαριστουμένων;

Κεφ. α'.

Διὰ τοῦτο τοίνυν θεσπίζομεν, εἰ γυνὴ τελευτήσειε, καὶ συμβαίη κέρδος γενέσθαι τῷ ἀνδρὶ τὴν προῖκα, ταύτην πάντως φυλάττεσθαι τοῖς παισίν, εἴτε δευτέροις ὁμιλήσειε γάμοις, εἴτε καὶ μή, καὶ τούναντίον, εἰ τελευτήσειεν ὁ ἀνήρ, ἡ γυνὴ δὲ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ἀπολαύσειε, καὶ αὐτὴν πᾶσι τρόποις φυλάττειν τὰ ἐκ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς κέρδη τοῖς οἰκείοις παισὶ πᾶσι, τῆς μὲν χρήσεως τῶν ἐκ τοῦ γάμου κερδῶν παρ' αὐτοῖς καθεστώσης, τῆς δὲ δεσποτείας τοῖς αὐτῶν παισὶν ἐκ τρόπου παντὸς φυλαττομένης, τῶν ἐπὶ τοῖς γονεῦσι τοῖς εἰς δευτέρους ἰοῦσι γάμους νενομοθετημένων ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν τάξεως φυλατομένων. καὶ τοῦτο κρατεῖν ἐπὶ τῶν συνοικεσίων τῶν καθ' οἱονδήποτε τρόπον διαλυομένων ἐκ τῆς σήμερον ἡμέρας καὶ εἰς τὸ ἑξῆς ἅπαν, καὶ τῶν ἤδη διαλελυμένων μὲν συνοικεσίων, εἴτε τελευτῇ, εἴτε καθ' ἕτερον οἱονδήποτε τρόπον, ἔτι δὲ ἠρημένων τῷ ἕνα γοῦν περιεῖναι. εἰ γὰρ ἔφθησαν ἄμφω τετελευτηκότες, τοῦτο κληρονόμοις οὐ δίδομεν, ἀλλ' ὡς ἅπαξ πεπερασμένον τοῖς παλαιοῖς καταλιμπάνομεν νόμοις, ἐκείνου δήλου ὄντος, ὡς ἐπειδὰν ἅπαξ γένοιντο τῶν παίδων, καὶ τὴν δεσποτείαν ὁ νόμος ἄγων αὐτοῖς δοίη, τηνικαῦτα τὰ ἐπὶ τῶν διαδοχῶν καὶ τῶν ἄλλων προχωρήσεων οὕτω καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἔσται, ὡς ἐπὶ τῶν προτέρων νενομοθέτηται παίδων, τῶν διὰ τοὺς δευτέρους γάμους τῶν γονέων κέρδους τινὸς παρὰ τῶν νόμων ἠξιωμένων.

ipsorum defunctis, sed ad alios transmittere? Quid enim pretiosius est liberis, qui se non ingratos parentibus praebent?

Cap. I.

Quam ob rem sancimus, si mulier moriatur, et maritus dotem lucretur, ut illa liberis omnino servetur, sive secundas nuptias contraxerit, sive non: contra si vir moriatur, mulier vero donatione ante nuptias fruatur, ut ea quoque omnimodo lucra donationis ante nuptias omnibus liberis suis servet, et ususfructus quidem lucrorum nuptialium penes eos sit, dominium vero liberis illorum omnimodo servetur, et quae de parentibus secundas nuptias contrahentibus sancita sunt, in suo ordine cusiodiantur. Atque hoc obtineat in matrimoniis, quae quocunque modo ex hodierna die et omni futuro tempore solventur, nec non in matrimoniis, quae soluta quidem sunt vel morte, vel alio quocunque modo, adhuc vero in suspenso sunt, eo quod unus superstes est. Si enim ambo defuncti sunt, id heredibus non damus, sed tanquam semel determinatum veteribus legibus relinquimus. atque hoc manifestum sit, si illa semel liberorum facta fuerint, et lex dominium ipsis tribuat. tunc successiones ceterasque accessiones ita in iis futuras esse, quemadmodum in prioribus liberis sancitum est, qui propter secundas nuptias parentum lucrum aliquod a legibus consecuti sunt.

Κεφ. β'.

Κἀκεῖνο μέντοι ἐκ τινὸς δίκης προσαγγελθείσης ἡμῖν εἰς νομοθεσίαν ἀγαγεῖν ὠφήμεν χρῆναι. ἐπειδὴ γὰρ διελέλυντο μὲν πρὸς ἀλλήλους ὅ τε ἀνὴρ, ἥ τε συνοικοῦσα, παῖδες δὲ αὐτοῖς ἦσαν ἐκ τοῦ γάμου, περιεῖδον αὐτοὺς οἱ γονεῖς ἄμφω, καὶ περιήισαν ἐρανιζόμενοι, διὰ τοῦτο ᾠήθημεν σφοδροτέρῳ μὲν ἴσως,

Cap. II.

De eo quoque, quod ex lite quadam ad nos delatum est, legem ferendam esse existimavimus. Quum enim divortio a viro et uxore facto, liberisque, quos ex matrimonio susceperant, neglectis ambo parentes mendicantes circumirent, propterea severiore quidem fortasse, sed ad id, quod honestum est, respiciente lege

displicentibus de hoc ipso legibus, visa sunt meliora secunda. Nuptialibus namque lucris, si quidem aliquis coniunctorum servaverit pudicitiam, manentibus apud ipsos valide et eorum substantiis infixis, si vero veniat ad alterius personae coniunctionem, ex prioribus nuptiis filiis servandis, simplici quadam et meliore lege duplicem hanc placuit interimere. Si enim secundis mixta nuptiis mulier, aut etiam vir forte ad secundam respiciens coningem, quae ex morte lucrata sunt aut etiam ex repudio forte servat filiis (quum utique forsan et alii erunt eis filii ex nuptiis sequentibus), quomodo instum est eos, qui in solis filiis legitimis moriuntur, non servare eis lucra ex mortuis eorum parentibus, sed aliis ea transmittere? Scilicet quid erit pretiosius filiis parentibus non ingratis?

Cap. I. Propterea igitur sancimus, si mulier moriatur, et eveniat lucrum fieri viro dotem, hanc omnino servari [2]) filiis, sive ad secundas veniat nuptias, sive etiam non; et ex diverso, si mortuus fuerit vir, mulierem antenuptialis donationis lucra propriis filiis servare [3]), nam quidem lucrorum ex nuptiis apud eos constituto, proprietate vero eorum filiis omnino servanda [4]), his, quae super parentibus ad secundas venientibus nuptias sancita sunt, in suo ordine servandis. Et hoc valere, matrimoniis quocunque modo solutis, ab hodierna die, et in omne, quod sequitur, et in his [5]) matrimoniis, quae iam soluta sunt quidem, sive morte, sive quolibet alio modo, adhuc autem pendente [6]), eo quod unus superstes sit. Nam si ambo defuncti sint, hoc heredibus non damus, sed tanquam semel terminatum veteribus relinquimus legibus; illud certum est, quia, dum semel fuerit filiorum, et proprietatem lex deferens eis praestiterit, tunc in successionibus et aliis accessionibus ita et in his erit, sicut in [7]) prioribus sancitum est filiis, qui propter secundas nuptias parentum lucrum aliquod ex legibus sunt potiti.

Cap. II. Illud quoque ex quadam causa denunciata [8]) nobis, ad legislationem deducere existimavimus oportere. Quia enim transegerunt quidem inter alterutros et vir et uxor, filios autem eis [9]) erant ex matrimonio, despexerunt eos ambo, et circumibant mendicantes, propterea iudicavimus vehementiore quidem forte, sed

---

[1]) τελευτῶντας (*Vulg.*) *coni. Homb.* — [2]) *Bk. ed. ster.*; servare *Cod. Hamb., edd.* — [3]) vir, mulier autem antenuptiali donatione lucra propriis filiis *Cod. Hamb., Trid. Apparet propter repetitum* donatione *librarium hic omisisse quaedam atque ita fere haec sententia restituenda est:* mulier autem antenuptiali donatione fruatur et ipsam omnibus modis servare lucra propriis filiis. — [4]) *Bk.*; usum — constitutum — proprietatem — servandam *Cod. Hamb., edd.* — [5]) *Trid.*; seq. in his *Cod. Hamb.*; seq. et his *Port., Cont.* — [6]) pendentibus *Bk.* — [7]) *Cod. Hamb.*; et in *edd.* — [8]) *Cod. Hamb.*; denuntiatum *edd.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid.*; qui eis *Port. Cont.*

ἴσως, ἐπιστρέφοντι δὲ πρὸς τὸ καλῶς ἔχον χρήσασθαι νόμῳ, ἵνα δέει γοῦν τῶν ποινῶν παύσωνται ἢ κερδῶν ἕνεκεν ἀδίκων τὰ συνοικέσια διασπῶντες, ἢ καὶ τῶν ἰδίων ἀμελοῦντες παίδων. §. 1. Εἰ γὰρ ὅλως ἢ κατὰ διάλυσιν ἢ καιὰ τρόπον ἄλλον διασπασθείη συνοικέσιον, εἰ μὲν μηδένες ὦσι παῖδες, μενέτω τὰ ἔμπροσθεν ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν τάξεως. εἰ δὲ παίδων ὑπόντων γένοιτο τοῦτο, καὶ μηδὲ τοὺς παῖδας ἐρυθριῶντες δοῖεν δίκως ἀφορμὴν ἐκουσίας διαλύσεως καὶ κατὰ συναίνεσιν γινομένης, ἢ καὶ ἀκουσίου τυχὸν ἢ τοῦ ἀνδρὸς παίσαντος ἄξια τῆς ἀπωλείας τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς, ἢ τῆς γυναικὸς ἄξια τῆς ἐκπτώσεως τῆς προικός, μήτε ὁ ἀνὴρ τὴν προῖκα κερδαινέτω, μήτε ἡ γυνὴ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, ἀλλ' αὐτίκα τῆς ἐκπτώσεως γινομένης ἢ τῆς προικὸς ἢ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς, τὸ ἐπὶ τῇ δεσποτείᾳ κέρδος εὐθὺς εἰς τοὺς κοινοὺς ἐρχέσθω παῖδας, καὶ αὐτῶν γενέσθω, τῆς χρήσεως μόνης παρὰ τοῖς διαλελυμένοις μενούσης. ἀναγκαζομένου μέντοι τοῦ τὴν χρῆσιν κερδαίνοντος τοὺς παῖδας τοὺς ἐκ τοῦ γάμου καὶ ἀποτρέφειν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα χορηγεῖν αὐτοῖς κατὰ τὸ τῆς κερδανθείσης περιουσίας μέτρον. §. 2. Ἴσμεν δέ τι καὶ τοιοῦτον γενόμενον, ὅτι bona gratia δόξαντος διαλελύσθαι τοῦ γάμου, καὶ ἀναχωρῆσαι τὴν μὲν πρὸ γάμου δωρεὰν εἰς τὸν γράψαντα, τὴν δὲ προῖκα εἰς τὴν ἐπιδοῦσαν, ὅμως προφάσει δήθεν ζημίας καὶ ἄλλων αἰτιῶν χρυσίου ποσότης οὐ μετρία θατέρῳ δέδοται μέρει, ὥστε μὴ δοκεῖν εἶναι τοῦτο γαμικὸν κέρδος, μήτε φυλάττεσθαι τοῖς παισὶ κατὰ τοὺς περὶ τούτου νόμους, ἀλλ' ἔξωθεν προσγενόμενον, ὡς ἐξ ἑτέρας αἰτίας κέρδος γίνεσθαι τοῦ λαβεῖν αὐτὸ καταπραξαμένου. ὥστε καὶ τὴν ἐκ τῆς τοιαύτης τέχνης γινομένην θεραπεύοντες βλάβην θεσπίζομεν, κἂν εἴ τι τοιοῦτον γένοιτο, καὶ προσέλθοι τι θατέρῳ κέρδος, καὶ τοῦτο ὁμοίως φυλάττεσθαι τοῖς παισί, τῆς μὲν δεσποτείας εὐθὺς ἀφικνουμένης εἰς αὐτούς, τῆς χρήσεως δὲ μόνης παρὰ τῷ κερδάναντι καθεσιώσης. οὕτως ἀφέξονται παντὸς ἐλαττώματος, οὕτω πάσης ἐπιθυμίας ἀλόγου, οὕτως οὐδὲ ἄκοντες οὐδὲ ἑκόντες τοὺς ἑαυτῶν βλάψουσι παῖδας, ἀλλ' ἑσονται μετριώτεροι, μάλιστα μὲν περὶ τὴν ἑαυτῶν σωφροσύνην, ἔπειτα καὶ περὶ τὴν γαμικὴν διάθεσιν, ἣν προσῆκον μέν ἐστιν ἔχειν τοὺς ἅπαξ συναφθέντας πρὸς ἀλλήλους, πρᾶγμα καὶ σωφροσύνης μεσιόν, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἤθεσι συμβαῖνον, καὶ πατρικῆς τε καὶ μητρῴας διαθέσεως πλήρες, ἵνα ὅπερ αὐτοῖς οἱ γονεῖς ἔχοντες οὐ φυλάττουσι, τοῦτο ὁ μετὰ θεὸν κοινὸς ἅπασι πατὴρ (φαμὲν δὲ ὁ τὴν βασιλείαν ἔχων) διὰ τοῦ

lege utendum esse censuimus, ut metu poenarum vel iniustorum lucrorum causa matrimonia distrahere, vel etiam proprios liberos negligere desinant.

§. 1. Nam si omnino matrimonium vel divortio vel alio modo distrahatur, si quidem nulli adsint liberi, priora in suo ordine maneant. Si vero id liberis exsistentibus fiat, nullaque habita ratione liberorum spontaneae et consensu factae, vel etiam invitae forte dissolutioni occasionem praebeant, sive viro quae digna sunt amissione donationis ante nuptias, sive muliere quae amissione dotis digna sunt committente, neque vir dotem, neque mulier donationem ante nuptias lucretur, sed dote vel donatione ante nuptias amissa, lucrum proprietatis statim ad communes liberos veniat, et illorum fiat, solo usufructu apud separatos manente, ita tamen, ut is, qui usumfructum lucratur, liberos ex matrimonio susceptos et nutrire, et reliqua omnia secundum modum lucratae substantiae illis praebere cogatur.

§. 2. Scimus autem, etiam tale quid accidisse, quum matrimonium bona gratia dissolutum, et donatio ante nuptias ad eum, qui scripsit, dos vero ad eam, quae dedit, revertisse videretur, propter damnum tamen aliasque ob causas non modicam pecuniae quantitatem alterutri parti datam esse, ita ut id non lucrum nuptiale, neque liberis secundum leges de his latas servari, sed extrinsecus adveniens videretur, quasi ex alia causa lucrum fieret eius, qui ut id acciperet pactus erat. Quare ut huic etiam laesioni, quae ex hac fraude orta est, remedium afferamus, sancimus, ut, licet aliquid tale fiat, et alterutri lucrum aliquod accedat, tamen hoc quoque liberis similiter servetur, et dominium statim ad eos transeat, solo usufructu apud eum, qui lucratus est, manente. Sic ab omni deminutione, sic omni irrationali cupiditate abstinebunt; sic nec inviti, nec volentes liberos suos laedent, sed moderatiores erunt, maxime quod ad castitatem, nec non quod ad coniugalem affectionem, quam illos, qui semel inter se iuncti sunt, mutuo habere convenit, rem certe castitate plenam, bonis moribus convenientem, et paterno atque materno affectu plenam, ut quod parentes sua sponte ipsis non servant, id post deum communis omnium pater (Imperatorem dicimus) illis, qui a parentibus laesi sunt, per legem servet. Atque hic quoque ea obtineant, quae de lucro et successionibus antea definita sunt. Nihil enim eorum innovamus, prae-

sed convertente ad melius se habens uti lege, ut timore scilicet poenarum quiescant aut lucrorum causa iniustorum matrimonia dilacerare, aut etiam proprios negligere filios. §. 1. Si enim omnino ant per transactionem, aut per modum alium separetur matrimonium, si quidem non sunt filii, maneant priora in suo ordine; si vero filiis exsistentibus fiat hoc, et neque filios erubescentes dent tamen occasionem spontaneae [1]) transactionis et [2]) per consensum factae, aut etiam invitae, forsan peccante viro, aut committente [3]) digna amissione antenuptialis donationis, aut muliere digna casu dotis, neque vir dotem lucretur, neque mulier antenuptialem donationem, sed repente casu procedente aut dotis ant antenuptialis donationis, proprietatis lucrum mox ad communes veniat filios, et eorum fiat, usu solo apud transigentes manente, cogendo tamen eo, qui usum lucretur, filios ex matrimonio [4]) et alere, et alia omnia ministrare eis secundum lucratae substantiae mensuram. §. 2. Novimus autem aliquid etiam tale factum [5]), quia bona gratia viso dissolvi matrimonio, et recedere quidem antenuptialem donationem ad eum, qui conscripsit, dotem vero ad eam, quae obtulit, tamen occasione quasi damni et aliarum causarum auri quantitas non mediocris utrique [6]) data est parti, ut non videretur hoc nuptiale lucrum, neque servaretur filiis secundum de hoc leges, sed extrinsecus accedens, quasi ex alia causa lucrum fieret eius, qui accipere hoc egit. Ideoque ex hac arte factam curantes laesionem sancimus, ut, vel si quid tale fiat, et advenial alteri aliquod lucrum, et hoc similiter servari filiis, proprietate quidem mox veniente ad eos, usu vero solo apud lucrantem constituto. Sic abstinebunt omni vitio, sic omni desiderio irrationabili, sic nec inviti nec sponte suis nocebunt filiis, sed erunt temperati, maxime quidem circa suam castitatem, deinde etiam circa matrimonii affectum, quem competens est habere eos, qui semel coniuncti sunt alterutris. Res enim est et [7]) castitate plena, et bonis moribus congrua, et paterno maternoque affectu plena, ut quod eis parentes sponte non servant, hoc post deum qui est communis omnibus pater (dicimus autem qui impe-

[1]) *Bk.*; spontaneam *Cod. Hamb., edd.* — [2]) et *om. Cod. Hamb.* — [3]) forsan petente aut viro committente *Cod. Hamb., Trid. Placet emendare:* forsan viro committente. — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; ex eo matrimonio *Port.*, *Cont.* — [5]) *Port.*; factum, et *Cod Hamb., Trid., Cont.* — [6]) alteri *Bk.* — [7]) res est et *Cod. Hamb., Trid., Port. Rectius:* alterutris, res et

τοῦ νόμου τοῖς παρὰ τῶν γονέων ἠδικημένοις τηρῆσῃ. κἀνταῦθα δὲ τὰ περὶ τῶν κερδῶν καὶ τῶν διαδοχῶν τῶν ἔμπροσθεν διατεταγμένων κρατείτω. οὐδὲν γὰρ αὐτῶν καινίζομεν, πλὴν ἢ ἐκεῖνο μόνον, ὅπερ ῥητῶς ἐν τούτῳ τῷ νόμῳ γεγράφαμεν.

practerquam id solum, quod expresse in hac lege scripsimus.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασταθέντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. XV. Kal. Ianuar. [1]) Constantinop., imp. DN. Iustiniani PP. A. anno XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt excellentia tua effectui dare studeat.

imperium habet) per legem iis, qui a parentibus laesi sunt, servet, et [2]) hic quoque ea, quae de lucris et successionibus pridem disposita sunt, teneant; nihil enim eorum innovamus, praeter illa sola, quae expressim in hac lege scripsimus [3]).

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. Dat. XV. Kal. Ian. Constant., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XIII., Apione V. C. Cons. [3]) [539.]

[1]) ante XVII. Kal. Ianuar. *Athan.* — [2]) *Cod. Hamb., Trid.*; ut *Port., Cont.* — [3]) *Cod. Hamb.*; *conscripsimus edd.*

Διάταξις ϟϑ'. [a])

Περὶ ἀλληλεγγύων.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Ἴσμεν πρώην τεθεικότες νόμον περὶ ἐπιλογῆς μανδατώρων τε καὶ ἐγγυητῶν καὶ ἀντιφωνητῶν, πολλὰς ἔχοντα καὶ κοινωφελεῖς τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι νομοθεσίας. ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος καὶ ἑτέρας ἡμῖν ἔδοξε δεῖσθαί τινο, ἐπεξεργασίας τε καὶ προσθήκης οὐκ ἀγεννοῦς, οὐδὲ τῷ καινῷ τοῦ πολιτεύματος ἀλυσιτελοῦς καθεσιώσης.

Κεφ. α'.

Εἰ γάρ τις ἀλληλεγγύως ὑπευθύνους λάβοι τινάς, εἰ μὲν μὴ προσθείη τὸ δεῖν καὶ ἕνα [1]) τούτων εἰς ὁλόκληρον ἐνέχεσθαι, πάντας ἐξ ἴσου τὴν ἀγωγὴν ὑφίστασθαι. εἰ δὲ καί τι τοιοῦτο προστεθείη, φυλάττεσθαι μὲν τὸ σύμφωνον, οὐκ εὐθὺς μέντοι τὴν ἀρχὴν ἕκαστον ὁλόκληρον ἀπαιτεῖσθαι, ἀλλὰ τέως μὲν κατὰ τὴν μοῖραν, καθ' ἣν ἕκαστος ἐνέχεται, χωρεῖν δὲ αὐτὸν καὶ κατὰ τῶν ὑπολοίπων, εἰ γε καὶ εὔποροι καθεστᾶσι καὶ ἐνδημοῦσι. καὶ εἰ τοῦτο οὕτως ἔχον φανείη, εἰ μὲν εὐπόρως ἔχουσι καὶ παρόντες τύχοιεν,

Novella XCIX.

DE REIS QUI MUTUA FIDEIUSSIONE TENENTUR.

Idem Imperator Ioanni, iterum Praefecto Praetorio, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Scimus, nos pridem de electione mandatorum, fideiussorum et constituentium legem tulisse, in qua multa subditisque nostris in commune utilia sancita sunt; in praesentia vero alia quadam retractatione et adiectione non inepta, nec communi reipublicae inutili egere nobis visa est.

Cap. I.

Si quis enim accipiat aliquos, qui mutua fideiussione se obligent, siquidem non addiderit, debere etiam singulos in solidum teneri, omnes ex aequo conveniantur; sin autem etiam tale quid additum sit, pactum quidem servetur, non tamen statim ab initio solidum a singulis exigatur, sed interim pro parte, qua quisque tenetur, ille vero etiam reliquos conveniat, siquidem et solvendo et praesentes sint. Et si hoc ita se habere appareat, si quidem locupletes et praesentes sint, solvere illis necesse sit (cuilibet pro sua parte), quod mutua

Gl. Const. XCVII.

DE REIS [2]) PROMITTENDI.

(Coll. VII. tit. 9.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio. Novimus pridem ponentes legem de electione mandatorum, et fideiussorum, et sponsorum, multas habentem et in commune utiles nostris subiectis legislationes. In praesenti vero et alind nobis visum est egere quadam explanatione et incremento, non ex genere, neque usui [3]) imperfecto et inutili consistente.

Cap. I. Si quis enim alterna fideiussione obligatos sumat aliquos, si quidem non adiecerit oportere et unum horum in solidum teneri, omnes ex aequo conventionem sustinere. Si vero aliquid etiam tale adiiciatur, servari quidem pactum, non tamen mox ab initio unumquemque in solidum exigi, sed interim secundum partem, qua unusquisque [4]) obligatus est, cedere autem eum et contra reliquos [5]), si et [6]) idonei sunt, et in eo loco; et si hoc ita se habere videatur, si quidem idonei sunt [7]), et praesentes inveniantur, illos periclitari

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Si prooem. et epilog. exceperis, Nov. est in Bas. XXVI. 2. 2.* — *Athan. XIV. 2.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 153 *sq.*) — *Anon. II.* (*ibid. p.* 262.) — *Iulian. Const.* 92. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) δεῖν ἕκαστον *coni. Schrader in Hugo civil. Magaz. IV. p.* 429, *quae coniectura neque facilis est neque necessaria.* — [2]) *Cod. Hamb., Cont.*; De duobus reis *Trid.* [3]) *Cod. Hamb., Cod. Guelpherbyt.*; *cf. Schrader l. c. p.* 428.; usu *edd.* — [4]) partem quatenus quis *Cod. Hamb.* — [5]) *Cod. Hamb., Cod. Guelpherbyt., Trid.*; actionem *add. Port., Cont.* — [6]) sive *Cod. Hamb., Trid.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; sint *Cont.*

τυχοιεν, ἐκείνους κινδυνεύειν ἐκπληρῶσαι (ἕκαστον εἰς τὸ οἰκεῖον μέρος) τὸ ἀλληλεγγύως δανεισθέν, ἐξ οὗπερ ὅλως ἔνοχοι γεγόνασι, καὶ μὴ τὸ κοινὸν χρέος ἴδιόν τινος γινέσθω βάρος. εἰ δὲ ἀπόρως ἔχοντες οἱ λοιποὶ φανεῖεν, εἴτε πάντες, εἴτε τινές, εἴτε εἰς μέρος, εἴτε εἰς ὁλόκληρον, ἢ καὶ ἀπόντες τυχόν. καὶ εἰς ἐκεῖνο ἐνέχεσθαι, ὅπερ λαβεῖν παρὰ τῶν ἄλλων οὐκ ἠδυνήθη. οὕτω γὰρ κἀκείνοις [1]) φυλαχθήσεται ὁ τοῦ συμφώνου τρόπος, καὶ οὐδεμίαν ὑποσηήσει ζημίαν ὁ ἐνάγων. κἂν εἴ τι πρὸς ἀλλήλους ἐκεῖνοι συμφωνήσαιεν, ἀγνοοῦντος τοῦ τούτους ἔχοντος ὑπευθύνους, καὶ ἕκαστος ἐνέξεται, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς συνεγράψατο, τέχναις ἢ δόλοις ἢ διαλύσεσιν ὑπερβαίνειν τὰ συγκείμενα μὴ συγχωρούμενος. §. 1. Εἰ μέντοι τοῖς αὐτοῖς ἐνδημοῖεν ἑκάτεροι ἢ καὶ ἅπαντες τόποις, θεσπίζομεν, τὸν τῆς ὑποθέσεως ἀκροώμενον ἄγειν κἀκείνους εὐθύς, καὶ κοινῇ μὲν ἐξετάζειν τὴν ὑπόθεσιν, κοινὴν δὲ ἐπάγειν ψῆφον. οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἔνοχοι πάντες εὐθυνθήσονται, καὶ ἡ τῆς περιουσίας αὐτῶν ποιότης ἐξετασθήσεται [2]), καὶ τὸ χρέος ὁμοίως μὲν κατὰ τὴν τοῦ δικαίου, ὁμοίως δὲ κατὰ τὴν τοῦ νόμου τάξιν προβήσεται. §. 2. Εἰ δὲ οὐκ ἄρχων εἴη ὁ τῆς δίκης ἀκροώμενος, ἀλλ' ἕτερός τις, δίδομεν ἄδειαν ἢ ἐνταῦθα τῷ προσφόρῳ δικαστῇ προσέλευσιν δεχομένῳ, ἢ ἐν ἐπαρχίαις τούτων προσαγγελλομένων τῷ λαμπροτάτῳ ἄρχοντι ἢ καὶ τῷ ἁρμοδίῳ δικαστῇ ἀναγκάζειν διὰ τῆς αὐτοῦ τάξεως κἀκείνους παραγίνεσθαι τῇ δίκῃ, καὶ μέρος αὐτῆς γίνεσθαι, ὥστε μηδὲν ἐμπόδισμα τῷδε ἡμῶν τῷ θείῳ νόμῳ γενέσθαι. Τούτων ἁπάντων κρατούντων ἐπὶ τῶν συναλλαγμάτων τοῦ μετὰ ταῦτα χρόνου καὶ ἀπὸ τῆς τοῦδε τοῦ νόμου θέσεως. τὸ γὰρ παρῳχηκὸς τοῖς πρὸ αὐτοῦ τεθειμένοις ὑπὲρ τούτου καταλιμπάνομεν νόμοις.

mutua fideiussione creditum eis est, ex quo omnino obligati sunt, nec commune debitum proprium alicuius onus fiat. Sin vero reliqui, sive omnes, sive aliqui, sive pro parte, sive in solidum, non idonei apparent, vel etiam absentes fortasse sint, in illud quoque teneantur, quod a reliquis accipi non potuit. Sic enim et eis pacti ratio servabitur, nec ullum actor damnum sentiet. Ac licet illi ignorante eo, qui obligatos eos habet, pactum aliquod inter se fecerint, tamen unusquisque tenebitur, sicut ab initio scripsit, nec licentiam habebit artibus, dolis aut transactionibus pacta violandi.

§. 1. Quodsi utergue vel omnes iisdem locis habitent, sancimus, ut qui rem iudicat illos statim in ius vocet, et communiter causam examinet, communemque sententiam ferat. Ita enim et de omnibus reis iudicabitur, et quantitas substantiae eorum examinabitur, neque solum secundum iustitiae, sed etiam secundum legis ordinem debitum procedet.

§. 2. Si vero magistratus non sit, qui causam cognoscit, sed alius quidam, facultatem damus vel hic competenti iudici interpellato, vel in provinciis clarissimo praesidi, aut competenti iudici, his denunciatis, per officium suum etiam illos cogendi, ut causae intersint, et pars eius fiant, ne quod impedimentum sacrae huic nostrae legi inferatur. Atque haec omnia in contractibus futuri temporis et post hanc legem latam obtineant. Nam quod praeteriit, legibus hac de re antea latis relinquimus.

Ἔπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. XV. Kal. Ianuar. [3]) Constantinop., imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt excellentia tua effectui dare studeat.

Da-

No-

iclitari complere, singulos in propria parte, quod sub alterna promissione creditum est, aut ex quo omnino obligati sunt, et non commune debitum proprium cuiuspiam fieri onus. Si vero minus idonei se habere reiqui videantur, sive omnes, sive quidam, sive in partem, sive in solidum, sive absentes forte, in illud teneri [4]), quod accipere ab aliis non potuit. Sic enim et illis servabitur pactionis modus, et nullum sustinebit damnum actor, licet aliquid inter se illi pepigerint ignorante isto, qui habet eos obligatos, et unusquisque tenebitur in id, quod ab initio scripsit [5]), artibus, aut dolis, aut transactionibus praevaricari quae constituta sunt non sinendus. §. 1. Sin autem iisdem commorentur utrique aut omnes locis, sancimus, negotii iudicem deducere illos mox, et communiter examinare negotium, communiter autem inferre sententiam. Sic enim et rei omnes obligabuntur, et substantiae eorum qualitas examinabitur, et debitum similiter quidem secundum institiae, similiter autem secundum legis [6]) ordinem procedet. §. 2. Si autem non administrator sit causae iudex, sed alter aliqnis, damus licentiam aut hic competenti [7]) iudici interpellationem suscipienti, aut in provinciis, his denunciatis, clarissimo praesidi, aut competenti indici cogere per suum officium et illos interesse liti, et partem eius fieri, ut nullum impedimentum huic nostrae legi fiat. His omnibus incipientibus in contractibus sequentis temporis, et ab huius legis dispositione; quod autem praeteriit, ante eam positis [8]) pro his relinquimus legibus.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua quoque [9]) celsitudo operi effectuique contradere festinet. Dat. XV Kal. Ian. Constant., imp. Dom. Instiniani PP. Aug. anno XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

CONST. XCVIII.

---

[1]) *Bas., Vulg.*; κἀκείνῳ *Scrimg.*; κἀκείνοις *Hal.* — [2]) καὶ ἡ τῆς — ἐξετ. *om. Hal.* — [3]) ante XVIII. Kal. Ianuar. *Athan.* — [4]) *Bk.*; tenere *Cod. Hamb., edd.* — [5]) *Cod. Hamb., Cod. Guelpherbyt., Trid.*; scripserit *Port., Cont.* — [6]) *Cod Hamb., Trid.*; legum *Port., Cont.* — [7]) aut incompetenti *Cod. Hamb., Port.*; aut incompetentis iudicis *Trid.* — [8]) quod autem praeteriit et ante eam positis *Cod. Hamb.*; quod autem ante eam praeteriit, positis *edd.* — [9]) quoque *om. Cod. Guelpherbyt.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρ'.*)

Περὶ τοῦ χρόνου τῆς ἐπὶ τῇ προικὶ ἀναργυρίας.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Καὶ τὰς ἀναργυρίας τὰς ἀντιτιθεμένας ἐπὶ τινῶν θεμάτων οὐκ ἀνεξετάστους οἱ ἡμέτεροι καταλελοίπασι νόμοι, ἀλλὰ τὸ μακρὸν αὐτῶν καὶ ἐκκεχυμένον συνεστείλαμεν, ἵνα μὴ τῆς ἑαυτῶν ῥᾳθυμίας ἢ κακουργίας ἴσως ἐμποριχώτερον ἀπολαύοιεν ἄνθρωποι, καὶ πράγματα παρέχοιεν ἑτέροις. οὐ γὰρ ἐν ἴσῳ διὰ παντὸς τὰ τῶν ἀποδείξεών ἐστι τοῖς δοῦναι ταύτας βουλομένοις, πολλὰς δὲ ὁ χρόνος παραιτεῖται. δι' ἅπερ εὖ ποιοῦντες συνεστείλαμεν ἐπὶ τινῶν θεμάτων τὰς ὑπὲρ τῶν ἀναργυριῶν μέμψεις, ἅπερ ἔξεστιν ἐκ τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν νενομοθετημένων λαβεῖν. ὁποῖον δή τι κατὰ τὸ παρὸν καὶ ἐπὶ τῆς προικὸς πράττομεν. ἐπειδὴ γὰρ ἅπας ὁ χρόνος τοῦ συνοικεσίου ἐδέδοτο τοῖς ἀνδράσιν ἕως ὁ γάμος συνίστατο μέμφεσθαι τῷ μὴ δεδωκέναι τὴν προῖκα, παρενθήκη δὲ μείζων ἐγένετο τὸ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ καὶ μετὰ ῥεπούδιον, εἶσω ἑνιαυτοῦ δοῦναι τὴν μέμψιν, διὰ τοῦτο φήθημεν βραχεῖ καὶ συντόμῳ νόμῳ ταχυτέραν ποιήσασθαι καὶ τὴν ἐπὶ τῇ τῆς προικὸς ἀναργυρίᾳ μέμψιν, καὶ ἀπαλλάξαι τὰς γυναῖκας τῆς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις μετὰ μακροὺς χρόνους ἀποδείξεως.

Κεφ. α'.

Εἰ μὲν οὖν ἑνιαυτοὺς δύο μόνους συνοικήσειέ τις τῇ γαμετῇ, ἢ καὶ τούτων τῶν χρόνων ἐλάττω, καὶ μὴ λάβῃ τὴν προῖκα, μηδὲν ἐκ τῆς σιγῆς ὁ ἀνὴρ ἀδικείσθω, μηδὲ οἱ κληρονόμοι τοῦ ἀνδρός, κἂν εἰ σιγήσειεν ἐκεῖνος, ἀλλ' εἶσω ἑτέρου ἑνιαυτοῦ τὰ τῆς μέμψεως κινείσθω· τὸ γὰρ βραχὺ τοῦ συνοικεσίου πρὸς ταύτην ἡμᾶς τὴν νομοθεσίαν καλεῖ. εἰ δὲ εἰς πλείονα τῆς διετίας χρόνον, ἐλάττονα δὲ δεκαετίας τὸ συνοικέσιον ἐκτείνει, δίδομεν τῷ ἀνδρὶ μέμφεσθαι, καὶ λέγειν, οὐκ εἰσκεκομίσθαι αὐτῷ τὴν προῖκα εἰς μέρος ἢ εἰς ὁλόκληρον, καὶ εἰ τοῦτο ποιήσειε, παρα-

Novella C

DE TEMPORE NON SOLUTAE DOTIS.

Idem Imperator Ioanni, iterum Praefecto Praetorio, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Exceptiones non numeratae pecuniae, quae in certis casibus opponuntur, leges nostrae indiscussas non reliquerunt, sed longum et effusum earum tempus contraximus, ne homines negligentia sua aut forte dolo, ut in negotiationibus, fruantur, aliisque negotia facessant. Neque enim aequaliter semper probationes suppetunt illis, qui eas dare volunt, multas vero tempus quoque repudiat. Quapropter in quibusdam casibus querelas non numeratae pecuniae bene contraximus, ut ex legibus, quae a nobis iam scripta sunt, colligere licet. Atque id ipsum in praesentia etiam in dote facimus. Quoniam enim toto tempore matrimonii, quamdiu nuptiae constabant, viris de non soluta dote queri concessum est, maiusque additamentum factum, ut etiam post mortem virorum, quemadmodum etiam post repudium, intra annum querela moveretur, propterea brevi et concisa lege querelam non solutae dotis celeriorem efficiendam, mulieresque in eiusmodi rebus a probatione post longum tempus liberandas esse existimavimus.

Cap. I.

Si quis igitur per duos solum annos vel etiam breviore tempore uxori iunctus fuerit, et dotem non acceperit, silentio illo neque maritus laedatur, neque heredes mariti, licet ille tacuerit, sed intra alium annum querelam moveat. Brevitas enim matrimonii nos ad hanc legem vocat. Si vero matrimonium ad tempus biennio maius, decennio vero minus duret, marito concedimus, ut queratur, et dotem pro parte vel in totum sibi collatam non esse dicat, eoque facto querelam transmittat, quum maritus semel questus sit, et uxor se eam dedisse non probaverit.

§. 1.

Gl. Const. XCVIII.

DE TEMPORE NON SOLUTAE PECUNIAE SUPER DOTE.

(Coll. VII. tit. 10.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio. Omnes pecuniae non numeratae replicationes, subiectas in aliquibus casibus, non inexaminatas [1]) nostrae reliquerunt leges, sed prolixitatem earum et effusionem abbreviavimus, ne sua negligentia aut calliditate forsan negotiis fruantur homines, et causas praebeant aliis. Non enim sub aequalitate semper probationes erunt eas exhibere volentibus, multa quoque tempus refutat. Quapropter benefacientes abbreviavimus [2]) in quibusdam casibus pecuniae non numeratae querelas, quas licet ex iis, quae a nobis iam saucita sunt, colligere. Quia enim omne tempus matrimonii dabatur viris, donec matrimonium constaret, queri de non data dote, interpositio quoque maior facta est etiam post mortem virorum, ut et post repudium intra annum daretur querela, ideo existimavimus brevi et compendiosa lege velocem facere et pecuniae non numeratae super dote querelam, et liberare a probatione mulieres in talibus ex longo tempore.

Cap. I. Si ergo annis duobus solummodo habeat aliquis uxorem [3]), aut etiam his temporibus minus, et non accipiat dotem, nihil ex taciturnitate vir laedatur, neque heredes viri, licet tacuerit ille, sed intra annum alium querela moveatur. Brevitas enim matrimonii ad hanc nos legislationem vocat. Si vero maius biennio tempus, minus autem decennio matrimonium protendatur, damus marito queri et dicere, non illatam sibi dotem aut in partem, aut in solidum, et si hoc fecerit, transmittere querelam, semel marito querente, et muliere, quia dedit, non probante. Si autem neque intra decennium queratur, taciturnitate mariti auferimus que-

a) *Hal. et Scrimg. — Novella, si epilogum exceperis, est in Bas. XXIX.* 3. 1. *Schol. a — c. Haec autem Scholia Theodori Hermop. in ed. Fabr. latine solum extant versa, primus graece ex Cod. Flor. ea edidit Heimb. Anecd. I. p.* 247 *sq. Prooemium autem iam Fabr. graece edidit. — Athan. X.* 8. (*Heimb. Anecd. I. p.* 125.) — *Iulian. Const.* 93. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) *Cont. in marg.*; examinatas *Cod. Hamb., edd.* — [2]) *Sp.*; abbreviamus *Cod. Hamb. edd.* — [3]) haereat — uxori *Cod. Hamb.*

παραπέμπεσθαι τὴν μέμψιν, ἅπαξ τοῦ ἀνδρὸς μεμψαμένου, καὶ τῆς γυναικὸς ὅτι δέδωκεν οὐκ ἀποδείξασης. §. 1. Εἰ δὲ μὴ τῶν δέκα ἐνιαυτῶν εἴσω μέμψηται, τῇ σιωπῇ τοῦ ἀνδρὸς ἀναιρουμεν τὴν μέμψιν, οὐδὲ αὐτῷ μετὰ τὴν δεκαετίαν [a]) τοῦτο πράττειν συγχωροῦντες, οὐδὲ τὸν ἐνιαυτὸν διδόντες ἔτι τοῖς αὐτοῦ κληρονόμοις. καὶ ἔστω καὶ τουτο οὐχ ἡμετέρα κατὰ τινῶν ποινή, ἀλλὰ ἀπραγμοσύνης τῶν ὑπηκόων ἐπιμέλεια. ᾧ γὰρ ἔξεστιν ἐπὶ μακρὸν οὕτω χρόνον (τὸν τῆς δεκαετίας φαμέν) προσθεῖναι τὴν μέμψιν, εἰ τὸ σιγᾶν ἔλοιτο, πρόδηλός ἐστι βουλόμενος, κἂν εἰ μὴ λαβοι τὴν προῖκα, ταύτην πάντως τοὺς αὐτοῦ κληρονόμους δίδοναι. Τῶν αὐτῶν κρατούντων, καὶ εἰ ῥεπουδίῳ διαλυθῆναι συμβαίη τὸν γάμον. μηδὲν διαιρομένων ἡμῶν, εἴτε ἡ γυνὴ ἃς τὴν προῖκα ἐπενεγκαμένη καταγράψειεν, εἴτε πατὴρ, εἴτε ἕτερός τις ὑπὲρ αὐτῆς [1]), τοῦ χρόνου ἐπὶ πανὸς θέματος τοιούτου, καθάπερ εἰπόντες ἔμφημεν, τὰ οἰκεῖα δεικνύντος ἀποτελέσματα, καὶ ἢ διδόντος ἢ ἀναιροῦντος τὴν μέμψιν. διαμαρτυρίαν δὲ φαμὲν οὐ τὴν ἐν ῥήμασι μόνην [2]) (πολλάκις γὰρ ἤ τις ὀργὴ ἢ ἄλλη παρεμπεσοῦσα πρόφασις τοιαῦτά τινα τὸν ἄνδρα παρασκευάζει λέγειν, ἢ καὶ ὁ μὲν εἶπεν οὐδέν, μάρτυρες δὲ ἐωνημένοι ταῦτα καταψεύδονται), ἀλλὰ δεῖ τὴν ἐκμαρτυρίαν ἐν γράμμασιν εἶναι. εἰ δὲ καὶ ἐν δικαστηρίῳ ψυχὸν ποιησασθαί τις αὐτὴν βουληθείη, δεῖ πάντως γνωσθῆναι τῇ γυναικὶ ἢ τῷ τὴν προῖκα ὅλως ἐπιδοῦναι καταγράψαντι. ἐπείτοι γε οὐδέν ἐστι τὸ κωλῦον τὸν ἄνδρα αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ τοῦτο πρᾶξαι καὶ μέμψασθαι δῆθεν, καὶ τὸ μὲν μέρος τῆς γυναικὸς τὸ πραττόμενον ἀγνοεῖν, πρόνοιαν δὲ ἑαυτοῦ θέσθαι κατὰ μηδένα δύνασθαι τρόπον [3]), τῷ γε καὶ ὅτι μέμψις αὐτῷ γέγονεν ἀγνοοῦντι [4]).

Κεφ. β'. [b])

Συνελόντα τοίνυν εἰπεῖν, εἴσω μὲν διετίας τοῦ γάμου διαλυθέντος εἴτε θανάτῳ, εἴτε ῥεπουδίῳ, καὶ αὐτῷ τῷ ἀνδρὶ τὰ περὶ τῆς ἀναρρυσίας ἐξεστι μέμφεσθαι, καὶ τῷ γε αὐτοῦ κληρονόμῳ εἴσω ἑτέρου ἐνιαυτοῦ. εἰ δὲ ὑπὲρ διετίαν ἄχρι δέκα ἐνιαυτῶν ὁ γάμος ἐκιαθείη, τῷ ἀνδρὶ δίδομεν τὴν μέμψιν καὶ τῷ γε αὐτοῦ κληρονόμῳ μηνῶν εἴσω τριῶν [c]). εἰ δὲ παραδράμοι ἡ δεκαετία, τότε οὐδὲ τῷ ἀνδρὶ, οὐδὲ κληρονόμοις αὐτοῦ τὰ τῆς μέμψεως ἔσται, τοῦ χρόνου προσάπαξ ἐξαρκοῦντος τῇ γυναικί. Εἰ μέν οὖν ἀφῆλιξ ᾖ ὁ ἀνὴρ, καὶ μὴ μέμψηται, τοσοῦτον εἰς

§. 1. *Si vero intra decem annos non queratur, ob silentium mariti querelam tollimus, neque ipsi permittimus, ut post decem annos queratur, neque heredibus eius annum tribuimus. Et sit etiam hoc non nostra in quosdam poena, sed cura tranquillitatis subditorum. Cui enim per tam longum tempus (decennium dicimus) querelam proponere licet, si silentium eligat, manifestum est, voluisse eum, etsi dotem non accepit, ut heredes tamen sui eam omnino darent. Atque haec eadem obtinebunt, etsi nuptias repudio dissolvi contingat. Nec distinguimus, num mulier dotem se dedisse scripserit, an pater, an vero alius quis pro ea, tempore in omnibus eiusmodi speciebus, sicut ante diximus, suos effectus ostendente, et querelam dante vel tollente. Denunciationem vero dicimus non eam solam, quae verbis fit (saepe enim vel ira quaedam, vel alia incidens occasio efficit, ut vir talia loquatur, vel quum ille nihil dixerit, emti testes id mentiuntur), sed denunciationem in scriptis fieri oportet. Etiamsi vero quis eam in iudicio forte facere velit, omnino id mulieri, vel illi, qui dotem se dedisse scripsit, innotescere oportet; nam ceteroquin quidem nihil esset, quod prohiberet maritum, quo minus ipse solus hoc faceret et quereretur scilicet, et mulieris pars quid ageretur ignoraret, sibique prospicere nullo modo posset, quum etiam querelam sibi motam esse nesciret.*

CAP. II.

Ut igitur generaliter dicamus, si matrimonium intra biennium sive morte sive repudio solutum est, tam ipsi marito de non numerata pecunia, quam heredi eius intra alium annum queri licet. Si ultra biennium usque ad decem annos matrimonium duret, marito eiusque heredi intra tres menses querelam damus. Si praeterierit decennium, tum nec vir nec heredes eius querelam habebunt, quum mulieri tempus ad omnia sufficiat. Si maritus minor sit, et non queratur, ad restitutionem tantum temporis illi damus, ut duodecim annos a tempore nuptiarum non excedat. Scimus enim, eos,

querelam, neque ei post decennium hoc agere sinentes [5]), nec annum dantes ulterius heredibus eius. Sitque etiam hoc [6]) non nostra adversus aliquos poena, sed libertatis subiectorum diligentia. Ubi enim licet in prolixo sic tempore, decennii dicimus, proponere querelam, si tacere elegerit, palam est, voluisse, vel si non accepit dotem, omnino eum aut suos [7]) reddere heredes. His valentibus, et si repudio solvi contingat matrimonium, in nullo discernentibus nobis, sive mulier tanquam dotem offerens conscribat, sive pater, sive alter quispiam pro ea, tempore in omni casu tali, sicuti praediximus, extendente suos effectus, et dante vel perimente querelam. Contestationem vero dicimus non in sermonibus solum (saepe enim indignationis aut alterius incidens occasio talia quaedam virum praeparat dicere, aut etiam ille quidem dixit nihil, testes autem redemti haec [8]) mentiuntur), sed oportet contestationem in litteris esse. Si autem etiam in iudicio eam aliquis forte facere voluerit, oportet omnino innotescere mulieri, aut e, qui dotem omnino offerre conscripsit. Nam nihil est, quod prohibeat maritum in semetipsum hoc agere, et queri quasi et partem [9]) quidem mulieris quod agitur ignorare [10]), providentiam vero sui ponere [11]) nullo valere modo, et quia vel ab eo querela facta est, nescire.

CAP. II. Generaliter igitur dicendum est, intra biennium quidem matrimonio soluto sive morte, sive repudio, et ipsi marito de non numerata pecunia licere queri, et heredi eius intra alium annum. Si vero ultra biennium usque ad decem annos matrimonium extendatur, marito damus querelam et heredi eius intra menses tres. Si vero transcurrerit decennium, tunc neque marito, neque heredibus eius querela erit, tempore ad omnia sufficiente mulieri. Et si quidem intra aetatem maritus sit, et non queratur, tantum ad in integrum restitutionem ei damus tempus, ut non [12]) transcendat duodecim annos a tempore nuptiarum. Novimus enim eos, qui vehementer citius contrahunt nuptias, non minores [13]) quindecim annorum ad hoc procedentes.

Qua

---

[a]) (*Eustath.*) *δοπ. XXXI. 7.* — [b]) *Huius cap. epitome in* (*Eustath.*) *δοπ. XXV. 11.* — [c]) (*Eustath.*) *δοπ. XV. 6.*

[1]) αὐτοῦ *Hal.* — [2]) μόνον *Hal.* — [3]) *Cod. Vat., Scrimg., Bas.*; αὐτοῦ θέσθαι κατὰ μηδ. κρατεῖν τρόπον δύνασθαι *Hal.* — [4]) τοὔγε — ἀγνοοῦντος *coni. Homb., sed magis placet duce Vet. Int. emendare* τῷγε — ἀγνοεῖν. — [5]) sinentes *Bk.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; sitque in hoc *Port., Cont.* — [7]) eam suos *Bk. ed. ster.* — [8]) *Cod. Hamb.*; hoc *edd.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; et quasi partem *Cont.* — [10]) parte — ignorante *Cod. Hamb.* — [11]) *Cod. Hamb.*; sui etiam ponere *edd.* — [12]) *Bk.*; ut *om. Cod. Hamb., sed add.* 2ª *man*; non *om. Trid., Port.* — [13]) *Port.*; minus *Cod. Hamb., Trid. Cont.*

εἰς ἀποκατάστασιν αὐτῷ δίδομεν χρόνον, ὥστε μὴ ὑπερβῆναι δωδεκαετίαν ἐκ τοῦ καιροῦ τῶν γάμων. ἴσμεν γὰρ τοὺς σφόδρα τάχιστα συναλλάττοντας γάμον οὐκ ἐλάττους τῶν πεντεκαίδεκα ἐνιαυτῶν πρὸς τοῦτο ἰόντας, ὥστε καὶ ὑπερβήσεται τὸν πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἐνιαυτὸν, καὶ ἔσται δυνατὸς εἶσω τοῦ εἰκοστοῦ ἑβδόμου μέμψασθαι τῇ τῆς προικὸς ἀναργυρίᾳ. τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ ἐντὸς τοῦ ῥηθέντος χρόνου, τοὺς κληρονόμους ἔχειν τὸν ἐνιαυτὸν εἰς τὴν μέμψιν. §. 1. Εἰ δὲ ἀφηλικες εἶεν οἱ τοῦ μὴ μεμψαμένου κληρονόμοι, εἴτε τελείου εἴτε ἀτελοῦς, πενταετίαν ἐχέτωσαν μόνην εἰς τὸ κινῆσαι τὴν μέμψιν ἐπὶ τῇ ἀναργυρίᾳ, ἀρκοῦντος τοῦ χρόνου, καὶ μὴ ἀναμένοντος τὴν διέξοδον ἁπάντων τῶν ἐλαττόνων χρόνων, ὅπερ ἡμᾶς πρὸς τὸν παρόντα νόμον ἐκίνησεν. τῆς γὰρ γυναικὸς συνοικησάσης τεσσαρεσκαιδεκάτον ἐνιαυτὸν μετὰ εἰκοστὸν ἔτος τοῦ θανάτου τοῦ πατρὸς, ἀποχρώμενος τῇ ἀφηλικότητι, ἐκίνει τις καιὰ τῆς μητρὸς τὸν τῆς ἀναργυρίας ἀντιτιθεὶς λόγον μετὰ τέταρτον καὶ τριακοστὸν τοῦ συνοικεσίου χρόνον. ὅπερ ἡμεῖς δικάζοντες ἐθεραπεύσαμεν. καὶ διὰ ταύτας τὰς περιστάσεις καὶ τὸν τῶν ἀφηλίκων χρόνον εἰς τὴν πενταετίαν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὡρίσαμεν νόμου, ἐκείνου δηλαδὴ τὴν ἀναργυρίαν ἀντιτιθέντος, ὃς ἂν γεγραμμένος εἴη τὴν προῖκα ὑποδέχεσθαι. καὶ καιὰ τοὺς οἰκείους χρόνους, εἴτε τέλειος εἴη εἴτε ἀτελὴς, τοῦ πράγματος κρινομένου. Κρατοῦντος δὲ τοῦ νόμου ἐπὶ τῶν ὕστερον ἐσομένων γάμων. ἐπὶ γὰρ τῶν συνισταμένων, εἰ μὲν ὑπόλοιπός ἐστιν ἡ δεκαετία, ἢ οὐκ ἐλάττων διετίας, τοῦτον ἐχέτω τὸν χρόνον ἐπὶ τῇ ἀναργυρίᾳ, ἧς αὐτῷ καὶ τὴν παραπομπὴν δίδωσιν, εἰ δὲ ἡ ἐλάττων αὐτῷ τῆς διετίας ὑπολείπεται χρόνος, ἢ καὶ ἐξῆκεν ὁ σύμπας τῆς δεκαετίας καιρός, τηνικαῦτα αὐτοῖς μὲν διετίαν δίδομεν εἰς τὸ μέμψασθαι τῇ ἀναργυρίᾳ, τοῖς δὲ αὐτῶν κληρονόμοις μετὰ διάλυσιν τοῦ γάμου εἴσω τῆς τριμήνου, ἵνα διὰ πάντων αὐτοῖς τὸ δίκαιον φυλάξωμεν.

eos, qui celeriter admodum nuptias contrahunt, non minores quindecim annis illas contrahere. Quare et vicesimum quintum annum superabit, et intra vicesimum septimum annum de dote non numerata queri poterit; mortuo vero eo intra dictum tempus, heredes annum illum ad querelam movendam habeant.

§. 1. Si minores sint heredes eius, qui questus non est, sive is maior sive minor fuerit, quinquennium solum ad movendam querelam non numeratae pecuniae habeant, atque id tempus sufficiat, nec exitum omnium temporum minorum exspectet, id quod nos ad hanc legem excitavit. Quum enim mulier quatuordecim annos nupta fuisset, post vicesimum annum a morte parentis, abutens aetate minoris, agebat quis contra matrem, pecuniam non numeratam esse opponens quarto et tricesimo anno post matrimonium initum. Quod nos iudicantes sanavimus, et ob eiusmodi casus tempus etiam minorum quinquennii spatio hac lege determinavimus, quo ille scilicet non numeratam esse pecuniam opponat, qui dotem accepisse scriptus fuerit, et causa secundum tempora sua, sive perfectae aetatis quis sit, sive imperfectae, decidatur. Haec vero lex in matrimoniis postea futuris obtineat. In iis enim, quae iam contracta sunt, si quidem decennium reliquum sit, aut non minus biennio, hoc tempus ad querelam non numeratae pecuniae movendam habeat, quae illi transmissionem etiam tribuit. Si vero tempus minus biennio ei supersit, vel totum decennii tempus praeterierit, tum illis quidem ad querelam non numeratae pecuniae movendam biennium, heredibus vero eorum post dissolutionem matrimonii tres menses damus, ut per omnia illis servemus quod iustum est.

Ἐπίλογος.

Τὰ παραστάντα τοίνυν ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔρρωσο καὶ πέρατι παραδοῦναι [1]) σπεύσατω. Dat. XVI. Kal. Ianuar. [2]) Constantinop., imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt excellentia tua effectui dare studeat.

Dat.

Qua de re transit ad quintum [3]) et vicesimum annum, et erit possibile intra vicesimum septimum annum queri de non numerata pecunia dotis; moriente quoque eo intra praedictum tempus, heredes habere annum ad querelam. §. 1. Si autem minores sint non querentis heredes, sive maioris, sive minoris, quinquennium habeant solummodo ad movendam querelam non numeratae pecuniae, sufficiente tempore [4]), et non exspectante exitum omnium minorum temporum, quod nos ad praesentem legem movit. Muliere namque coniuncta quarto et decimo anno, post vicesimum annum mortis patris, abutens minore aetate, movebat quidam [5]) contra matrem non numeratae pecuniae obiiciens rationem post quartum et vicesimum nuptiarum annum. Quod nos iudicantes curavimus, et propter has circumstantias et aetatem minorum in quinquennium in praesente decrevimus [6]) lege, illo videlicet non numeratam pecuniam obiiciente, qui scriptus fuerit dotem suscepisse, et secundum sua tempora, sive perfectae aetatis sit, sive minoris, causa iudicanda. Valente hac lege super iis, quae postea futurae sunt nuptiis; super iis enim, quae constant, si quidem residuum est decennium, aut non minus biennio, hoc habeat tempus in non numerata pecunia, quod ei etiam transmissionem [7]) dabit. Si vero aut minus ei biennio reliquum est tempus, aut etiam excessit totum decennii tempus, tunc ipsis quidem biennium damus ad querelam non numeratae pecuniae, eorum autem heredibus et post solutionem matrimonii intra tres menses, ut per omnia eis institiam servemus.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo effectui et fini contradere [8]) festinet. Dat. XVI. Kal. Ian. Constant., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Const. CI.

---

[1]) *ὑπεροχὴ φανερὰ πᾶσι κατασῆσαι Hal.* — [2]) ante XIII. Kal. Ianuar. *Athan.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid.*; qua de re transit quintum *Port., Cont.*; quare et transit quintum *Bk. ed. ster.* — [4]) eo tempore *Port.* — [5]) quidem *Cod. Hamb., edd.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; decernimus *Port., Cont.* — [7]) *Bk. ed. ster.*; quod etiam ei restitutio in integrum dabit *Cod. Hamb.*; quod ei etiam post transmissionem dabit *Cod. Hamb.* 2ª *man., Trid., Port., Cont.* — [8]) manifesta omnibus facere *Cod Hamb Trid., Port.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρά'.[a])

Περὶ βουλευτῶν.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Καλῆς ἡμῖν νομοθεσίας ἀφορμὴν προσέλευσις τινῶν δέδωκε βουλευτῶν, καὶ τόνδε ποιούμεθα τὸν νόμον οὐκ ἐπὶ τινῶν βουλευτῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῇ ὑπηκόῳ πάσῃ. λέγομεν δὲ ὅσον τε πρὸς ἑῴαν ἐστίν, καὶ ὅσον δυόμενος ἥλιος ἐφορᾷ, καὶ ὅσων ἐκ τῶν πλαγίων ἑκατέρωθεν ἐνίστιν. ἐπειδὴ γὰρ ἐσπούδασται τοῖς πρὸ ἡμῶν τὰ περὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἐπιδόσεων τῶν εἰς τὰς βουλὰς, καὶ τίνες μὲν ἕλκονται πρὸς τύχην βουλευτικήν, τίνες δὲ ἐλευθεροῦνται, ἐκεῖνο θεσπίζομεν, τὸ ἄδειαν εἶναι τοῖς βουλευταῖς οὐ μόνον τῆς αὐτῆς πόλεως βουλευτὰς ἐνίστασθαι κληρονόμους (τοῦτο δὴ τὸ [1]) καὶ μέχρι νῦν ἐφιέμενον), ἀλλὰ καὶ εἴ τινας βουλῆς ἐλευθέρους ἐνσιήσασθαι [2]) βούλονται κληρονόμους, τοῦτο πράττειν, ἐπὶ τούτῳ μέντοι τῷ ὅρῳ, ἐφ' ᾧτε προσαγαγεῖν πάντως ἑαυτὸν τὸν κληρονόμον ἢ τοὺς κληρονόμους τῇ βουλευτικῇ τύχῃ τοῦ διατιθεμένου, τουτέστιν ἐξ ἧς ἐκεῖνος ὥρμηται, καὶ τὰ βουλευτικὰ μετιέναι λειτουργήματα, καὶ τὸν κλῆρον λαμβάνειν ἐμποδίζοντος οὐδενός. ἐπισταμένοι [3]) γάρ, ὡς τοῦ πράγματος ἔσται [4]) τοῦ παρόντος ἐπανόρθωσις, ὅτι νῦν μὲν προσίθεται τῇ βουλῇ ἐκ τῶν τοιούτων τρόπων ἡ ἐν χρημασιν ὠφέλεια, ἐκ δὲ τῆς ἐπομένης [5]) νομοθεσίας καὶ ὁ βουλευτὴς καὶ ἡ οὐσία περιγενήσεται, καὶ ἀνθήσει τὰ βουλευτήρια σώμασί τε πλείοσι, καὶ τὰς περιουσίας ἔχοντα τὰς αὐτῶν [6]).

Κεφ. α'.

Διὰ τοῦτο θεσπίζομεν ἄδειαν εἶναι τοῖς ἐκ τῶν βουλευτηρίων διατιθεμένοις χρῆσθαι κληρονόμοις, εἴτε βουλευταῖς τῆς αὐτῆς πόλεως βούλονται (τοῦτο δὴ τὸ τοῦ νόμου), εἴτε τισὶ τῶν ἐκ γένους, εἴτε τῶν ἔξωθεν, εἴτε βουλευταὶ εἶεν, εἴτε καὶ μή, εἴτε εἰς μέρος οὐκ ἔλαττον τῶν ἐννέα οὐγκιῶν, εἴτε εἰς ὁλόκληρον, ἐπιδεδομένοις μέντοι τῇ βουλῇ καὶ ἐνου-

Novella CI.

DE DECURIONIBUS.

Idem Imperator Ioanni, iterum Praefecto Praetorio gloriosissimo, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Occasionem bonae legis ferendae dedit nobis interpellatio quorundam curialium, hancque legem non quibusdam curialibus, sed omnibus subditis ferimus, omnibus scilicet, qui Orientem versus sunt, et quos sol occidens adspicit, et qui ab utroque latere sunt. Quoniam enim curiales et oblationes curiis factae maioribus nostris curae fuerunt, et alii quidem ad fortunam curialem trahi, alii vero liberari solent, illud sancimus, ut curialibus non solum eiusdem urbis curiales heredes instituere, quod et hucusque licebat, sed etiam si quos a curia liberos heredes instituere velint, id facere liceat; hac tamen conditione, ut heres vel heredes curiali conditioni defuncti, id est in qua ille fuit, sese omnino offerant, et curialia munera subeant, hereditatemque nullo impediente capiant. Quum enim sciamus, hanc emendationem esse rei, de qua agitur, quia nunc quidem curiae ex modis illis pecuniaria utilitas adiicitur, ex sequente vero lege tam curialis quam substantia accedet, et curiae pluribus corporibus florebunt, et quum habet eorum substantias.

Cap. I.

Propterea sancimus, ut curialibus testamenta facientibus heredes instituere liceat sive curiales eiusdem civitatis (id quod legis est), sive quosdam ex cognatis, sive extraneos, sive illi curiales sint, sive non, sive in partem novem unciis non minorem, sive in solidum, si modo curiae se offerant, eorumque corpori uniantur, et inculpate munera obeant. Atque hoc in ipsis liberis,

Const. CI.

DE DONATIONIBUS A CURIALIBUS FACTIS, SIVE AB INTESTATO VEL [7]) TESTAMENTO, EORUM SUCCESSORIBUS.

mp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio. Bonae nobis sanctionis occasionem interpellatio quorundam curialium dedit, et hanc legem facimus non ad quosdam curiales, sed ad omnes, qui nobis obediunt, dicimus autem quantum quidem ad Orientem est, et quantum occidens sol respicit, et quantum ex utrisque lateribus est. Quoniam enim sollicitudo fuit eis, qui ante nos fuerunt, de curialibus et de collationibus in curias, quidam autem sunt, qui trahuntur ad curiam, quidam vero liberantur, illud sancimus, licentiam esse curialibus non solum eiusdem civitatis curiales heredes instituere (hoc enim hactenus licitum fuit), sed etiam quosdam liberos a curia si voluerint instituere heredes, hoc agere, sub hac videlicet conditione, ut offerat modis omnibus se heres sive heredes conditioni curiae defuncti, id est ex qua ille progressus est, et curialis sit particeps functionis, et hereditatem nullo impediente percipiat. Scientes enim, quia haec res [8]) erit in praesenti correctio, quoniam nunc quidem adiicitur curiae ex istis modis in pecunia utilitas, ex futura vero legislatione, et curialis, et substantia proficiet, et florebit curia corporibus pluribus, et substantias habebit eorum.

Cap. I. Propterea sancimus, licentiam esse eis, qui curiales sunt, dum testamenta condent, uti heredibus, sive curialibus eiusdem civitatis voluerint (hoc lege permittentes [9])), sive quibusvis ex suo genere, sive

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Athan. VIII. 5.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 94 *sq.*) — *Iulian. Const.* 94. — *Versionem antiquam, quae inter glossatas non est, ex Cod. MS. primus edidit Cont.* 1571. *Exstat autem ea in Cod. Vindob. et Mon.*

[1]) τὸ *om. Hal.* — [2]) ἐνίστασθαι *Hal.* — [3]) ἐπιστάμενος *Hal.* — [4]) ἔσται *om. Hal. et post* ἐπανόρθωσις *lacunam esse suspicatus est* — [5]) ἑσομένης *Hal.*, (*Vet. Int.*) — [6]) *Hal.*, (*Vet. Int.*); αὐτῶν *Scrimg.* — [7]) sive *Bk. ed. ster.* — [8]) *Fort. leg.* rei. — [9]) permittente *melius fortasse est.*

ἐνουμένοις τῷ ταύτης σώματι, καὶ πληροῦσιν ἀμέμπτως τὰ λειτουργήματα. Τούτου κρατοῦντος ἐπ' αὐτῶν τε καὶ παίδων, καὶ ἐγγόνων, καὶ εἰς τοὺς ἐφεξῆς διαδόχους, οὐ μὴν κατὰ τὸ σχῆμα, καθ' ὅπερ ἡ μικρῷ πρόσθεν τεθεῖσα διάταξις ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντων τοῖς βουλευτηρίοις [1]) παρακελεύεται, τὴν γονὴν τῶν ἐπιδιδομένων οὐχ ὑπάρχουσα τύχῃ [2]), ἀλλ' ὥσπερ εἰ τὴν ἀρχὴν ἐτύγχανον ὄντες βουλευταί, οὕτω καὶ αὐτοὶ σὺν τῇ οἰκείᾳ γονῇ τῷ τῆς βουλῆς ἐνούμενοι λευκώματί τε καὶ σώματι [3]), οὐ γὰρ ἄν τι διαφέροι ἢ τὸν ὄντα βουλευτὴν τῆς αὐτῆς πόλεως γράψαι κληρονόμον, ἢ τὸν αὐτίκα ἐσόμενον.

beris, nepotibus et sequentibus successoribus obtineat, non quidem secundum eam formam, quam paulo ante facta constitutio circa eos, qui se curiae offerunt, constituerat, quae prolem eorum, qui sese obtulerunt, conditioni illi non subiiciebat, sed quasi ab initio curiales fuissent, ita et ipsi cum sobole sua albo et corpori curiae uniti sint. Nulla enim differentia est, sive quis curialem eiusdem urbis heredem scribat, sive eum, qui mox futurus est.

Κεφ. β'.

Εἰ δὲ καί τις συγγενὴς βουλευτὴς ὢν ἢ καὶ ἄλλως τῆς τοιαύτης τύχης ἐλεύθερος ἐπὶ τὸν κλῆρον καλοῖτο τοῦ τελευτήσαντος βουλευτοῦ, οἷα διαθήκας οὐ γράψαντος, βούλοιτο δὲ κἀκεῖνος ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι τῇ βουλῇ, ἐξεῖναι αὐτῷ τοῦτο πράττειν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἐν ὑπομνήμασι δηλοῦν εἴσω μηνῶν ἕξ, καὶ ἅμα μὲν βουλεύειν σὺν τῇ οἰκείᾳ διαδοχῇ καὶ περιουσίᾳ, ἅμα δὲ γενέσθαι κληρονόμον. οὐδὲν παντελῶς τῆς περιουσίας ἀπαιτουμένης [4]) προφάσει τεταρτημορίου ἢ ἐνναουγκίου, ἅπαξ τοῦ διαδεξαμένου τὸν κλῆρον ἢ βουλευτοῦ καθεστῶτος ἤδη, ἢ αὐτίκα γενησομένου, καὶ τοῦ πράγματος αὐθις εἰς τὴν βουλὴν ἀφικνουμένου. Εἰ δὲ καί τις δωρήσεται πράγματα τῆς αὐτοῦ περιουσίας, ἢ τὰ πλεῖστα, ἢ πάντως οὐκ ἐλάττονα τῶν ἐννέα οὐγκιῶν, ἢ τῷ τῶν πολιτευομένων τῆς αὐτῆς πόλεως ὄντι, ἢ καὶ ἑτέρῳ τινί, προσάγοντι μέντοι ἑαυτόν τε, καὶ τὴν οὐσίαν, καὶ τὴν γονὴν τὴν εἴτε οὖσαν εἴτε ἐσομένην καὶ τὴν ἐφεξῆς διαδοχὴν τῇ βουλῇ, ἧς ἐστὶν ὁ τὴν δωρεὰν ποιούμενος, θεσπίζομεν τὴν ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἱρέσει γενομένην ἐρρῶσθαι δωρεάν. παντὸς γὰρ ἡμῖν σπουδάσματος ἄξιον εἶναι δοκεῖ τὸ τὰς οὐσίας τῶν βουλευτῶν κατ' οὐδένα τρόπον ἀλλοτριοῦσθαι τῆς βουλῆς τῆς πόλεως ἐκείνης, ἧς εἰσὶ βουλευταί.

Cap. II.

Si vero etiam cognatus aliquis, qui curialis, vel aliter ab illa conditione liber est, ad hereditatem defuncti curialis, qui testamentum non scripsit, vocetur et is se ipsum curiae offerre velit, liceat ei hoc facere suamque voluntatem intra sex menses apud acta declarare, et cum successoribus suis ac substantia simul curialis et heres esse, nihilque omnino ex substantia eius praetextu quartae partis vel novem unciarum exigatur, quum semel is, qui hereditatem suscepit, vel iam sit curialis, vel mox fiat, ac bona rursus ad curiam veniant. Sin autem quis plurimas res ex substantia sua, vel omnino non minus quam novem uncias, illi, qui eiusdem reipublicae civis est, vel etiam alii cuidam donaverit, qui tamen se ipsum, et substantiam suam, et sobolem, quam habet vel habiturus est, et sequentes successores curiae offerat, ex qua ille est, qui donationem fecit, sancimus, ut donatio valeat quae sub ea conditione facta est. Summo enim studio dignum nobis esse videtur, ne curialium substantiae a curia illius urbis, in qua sunt curiales, ullo modo alienentur.

Κεφ. γ'.

Ὅπως δὲ ἂν μὴ ἐξαπάτῃ ταῦτα δόξειε γίνεσθαι, καί τινες κύριοι γενόμενοι τῶν βουλευτικῶν κλήρων ἢ κατὰ δωρεᾶς τρόπον, ἢ κατὰ διαθήκας, κα-

Cap. III.

Verum ne illa per fraudem geri videantur, neve quidam hereditatum curialium vel per donationem, vel per testamentum, sicut praediximus, vel etiam ab intestato

sive extraneis, sive curiales fuerint, sive non, sive in portionem non minus novem unciarum, vel certe [5]) in integrum, dantibus se tamen curiae, et unitis eius corpori, et explentibus inculpabiliter functiones. Hoc valente circa ipsos et [6]) filios, et nepotes, et residuos successores, non tamen secundum modum, secundum quem ante paululum constitutio promulgata circa eos, qui se curiae offerunt, praeceperat, prolem eorum, qui se obtulerunt, ad conditionem non trahens, sed tanquam si ab initio fuissent constituti curiales, ita et ipsi cum propria prole curiae uniti et albo et corpori. Neque enim quidquam differt [7]), aut eum, qui est curialis eiusdem civitatis, scribere heredem, aut eum, qui mox erit.

Cap. II. Sed et si quis consanguineus curialis exsistens vel aliter ab eadem conditione liber ad successionem curialis defuncti fuerit vocatus, tanquam eius, qui non scripserit testamentum, voluerit autem et ille se ipsum dare curiae, licere ipsi hoc agere, et suam voluntatem in actis indicare intra menses sex, et pariter curialem [8]) cum suis successoribus atque substantia, pariter et fieri heredem, nihil omnino ex eadem substantia expetendo occasione quartae portionis seu novem unciarum, semel eo, qui successerit in hereditatem, aut curiali exsistente, aut mox exstituro, et re ac substantia rursus ad curiam veniente. Sed et si quis donaverit res propriae facultatis aut multas, aut omnino non minus novem unciarum vel curiali eiusdem civitatis exsistenti, vel alii cuidam, offerenti [9]) tamen se et propriam substantiam atque prolem, sive quae est, sive quae erit, et residuam successionem curiae, cuius est, qui donationem fecit, sancimus, valere factam sub hac conditione largitatem. Omnimodo enim nobis studii dignum est videre [10]), ut nullo modo substantiae curialium alienentur a curia illius civitatis, cuius sunt curiales.

Cap. III. Ut autem non ad collusionem [11]) haec fieri videantur, et quidam domini effecti hereditatum curialium aut per donationes, aut per testamentum, secundum quod praediximus, aut ab intestato differant et protrahant [12]) oblationem, et rebus quidem frui velint, oblationem autem suam non faciant, sancimus, si quidem per donationem, hoc quod praedictum est, dederit, non prius traditionem fieri rerum, sed adhuc [13]) manere

[1]) παραδιδόντων βουλευτηρίῳ *Hal.* — [2]) τύχῃ *om. Hal.* — [3]) λευκ. τοὺς σώματι* *Hal.* — [4]) ἀπαιτουμένου *Hal.* — [5]) *Molestum hoc certe om. Bk. ed. ster.* — [6]) *Bk. ed. ster.*; et *om. Cont.* — [7]) *Melius fort.* differret. — [8]) esse *add. Bk.* — [9]) *Bk.*; alio cuidam, offerens *Cont.* — [10]) videtur *cum Graeco conveniret.* — [11]) *Praeferendum videtur, quod infra in eodem hoc cap. legimus,* illusionem. — [12]) *Bk.*; differantus et propter hanc *Cont.* — [13]) *Bk.*; hoc *Cont.*

καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, ἢ καὶ ἐξ ἀδιαθέτου διαναβάλλοινιο καὶ παρέλκοιεν τὴν ἐπίδοσιν, καὶ τῶν μὲν πραγμάτων ἐθέλοιεν ἀπολαυειν, τὴν δ' ἐπίδοσιν ἑαυτῶν μὴ ποιοῖνιο, θεσπίζομεν, εἰ μὲν κατὰ δωρεάν (τοῦτο δὴ τὸ πρόσθεν εἰρημένον) ἐπιδίδοιτο, μὴ πρότερον τὴν παράδοσιν γίνεσθαι τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἔτι μένειν παρὰ τῷ δωρησαμένῳ, ἕως ἂν ὁ τὴν δωρεὰν λαμβάνων ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων, πρατιομένης παρὰ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ, προῖκα καὶ χωρὶς πάσης δόσεως κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον ἐπιδοθείη τῇ βουλῇ, καὶ ἐγγραφείη τῷ λευκώματι. τηνικαῦτα γὰρ αὐτῷ καὶ τὰ πράγματα δίδοσθαι βουλόμεθα.[1]) Εἰ δὲ ὁ δωρησάμενος παραδοίη τι πράγματα καὶ μήπω τῆς καιαθέσεως γενομένης τῆς τὸν λαβόντα ὑπαγούσης τῇ βουλῇ, καὶ οὕιως ἐκδικεῖσθαι τὰ δωρηθέντα ὑπὸ τοῦ βουλευτηρίου μέχρι τῶν ἐννέα οὐγκιῶν, ἐφ' αἷς πάντως τὸ βουλευτήριον καλεῖσθαι βουλόμεθα.

§. 1. Εἰ δὲ[2]) ἐκ διαθήκης ἢ[3]) κλήσεως νόμου ἐπὶ τὸν κλῆρον ἀφίκοιτο τοῦ βουλευτοῦ ὁ μὴ βουλευτὴς ὤν[4]), τηνικαῦτα εὐθὺς ἅμα τῇ τελευτῇ τοῦ βουλευτοῦ συνιέναι τὸ βουλευτήριον, καὶ ἅμα τῷ τῆς πόλεως ἐκδίκῳ, πάσης χωρὶς ἐπιβουλῆς κατὰ τῶν τοῦ τελευτήσαντος πραγμάτων ἐσομένης, καὶ ἀπογραφὴν ποιεῖσθαι τῶν πραγμάτων, παρόντος καὶ αὐτοῦ τοῦ πρὸς τοῦτο καλουμένου, καὶ τὰ πράγματα παραδίδοσθαι τῇ βουλῇ ὑπὸ σήμαντρα γινόμενα τοῦ τε ἐκδίκου, τοῦ τε θεοφιλεστάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου. καὶ ἐπειδὰν ἡ πρόσθεν εἰρημένη πρᾶξις τῶν ὑπομνημάτων γένοιτο παρὰ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ, καὶ ἐπιδοθείη τῷ βουλευτηρίῳ (τοῦτο δὴ τὸ πολλάκις ῥηθέν) σὺν περιουσίᾳ καὶ γονῇ οὔσῃ τε καὶ ἑσομένῃ, τηνικαῦτα αὐτὸν καὶ τὰ πράγματα παραλαμβάνειν, καὶ εἶναι αὐτὸν κύριον, καθάπερ ὁ πρότερος βουλευτὴς ἦν, οὐδὲν ἐκείνου διαλλαττειν δοκοῦντα. τῆς τοιαύτης πράξεως δηλαδὴ παρὰ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ κέρδους παντὸς καὶ ζημίας ἁπάσης χωρὶς γινομένης. οὐδὲ γὰρ ἐπ' ἐξαπάτῃ οὐδὲ ἐπὶ ζημίᾳ τῆς βουλῆς, ἀλλ' ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦτον τίθεμεν τὸν νόμον, ὥσιε διηνεκῶς αὐτὸν κρατεῖν, αἴξονια καὶ χρήμασι καὶ σώμασι τὰς τῶν βουλευτῶν περιουσίας τε καὶ συσιάσεις. Εἰ μέντοι γε ὁ ἐξ ἀδιαθέτου καλούμενος τοῦ βουλευτοῦ κληρονόμος, οὐκ ὢν μέντοι καὶ αὐτὸς βουλευτὴς, μὴ βουληθείη προσελθεῖν καὶ ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι τῇ βουλῇ, ἡ μὲν βουλὴ κατεχέιω τὸ ἐννακοσιοστὸν, μόνου δὲ αὐτὸς κύριος γενησεται τοῦ τριουγκίου, ὅπερ αὐτῷ δίδωσι καὶ πρότερος νόμος, εἰ καὶ μὴ τύχοι βουλεύων. Εἰ μέντοι πλείονες εἶεν τοῦ

testato domini facti differant protrahantque oblationem, ac rebus quidem frui velint, oblationem vero sui non faciant, sancimus, si quidem, ut ante dictum est, donatio facta sit, non ante res tradantur, sed apud donatorem maneant, donec ille, qui donationem accipit, monumentis apud praesidem provinciae confectis gratis et sine ulla largitione dicto modo curiae offeratur, et in albo inscribatur; tunc enim etiam res illi dari volumus. Si vero donator nondum facta confessione, quae accipientem curiae subiiciat, res tradiderit, etiam sic quae donata sunt, a curia usque ad novem uncias vindicentur, ad quas omnino curiam vocari volumus.

§. 1. *Si vero ex testamento vel ab intestato ille, qui curialis non est, ad hereditatem curialis veniat, tum statim a morte curialis curia coëat, et una cum defensore civitatis, nullo damno rebus defuncti inferendo, inventarium faciat, praesente etiam eo ipso, qui ad eam vocatur, et res tam a defensore quam a deo carissimo illius loci episcopo obsignatae curiae tradantur. Et cum praedicta monumentorum confectio apud praesidem provinciae peracta, et ille, ut saepe dictum est, cum substantia et liberis, quos habet et habiturus est, curiae traditus fuerit, tunc et res accipiat, et dominus sit, sicut prior curialis fuit, nihilque ab eo differre videatur, confectione scilicet illa apud praesidem provinciae sine ullo lucri et damno peragenda. Etenim neque ad fraudem neque ad dispendium curiae, sed ad utilitatem hanc legem ferimus, ut perpetuo obtineat, et pecuniis atque corporibus substantias curialium et collegia augeat. Si autem heres curialis, qui ab intestato vocatur, quum ipse non sit curialis, adire, et curiae se offerre noluerit, curia quidem novem uncias retineat, ipse vero trium tantum unciarum dominus sit, quod illi prior etiam lex tribuit, etsi curialis non sit. Quodsi plures sint, qui eodem gradu ad hereditatem curialis vocantur, et hi quidem se offerant, illi vero recusent, novem illas uncias ille vel illi, qui se curiae obtulerunt, tres vero uncias reliqui a lege vocati heredes accipiant. Operam enim dedimus, ut novem unciae omnino ad curialem eiusdem urbis perveniant.*

CAP. IV.

manere apud donatorem, donec is, qui donationem accepit, inter gesta confecta apud iudicem provinciae, gratis et citra omnem dationem secundum praedictum modum datus fuerit curiae, et mox inscriptus[5]) albo[6]); tunc enim etiam res ei dari volumus. Quodsi donator tradiderit res et necdum confessione facta, quae accipientem societ curiae, etiam sic defendi quae donata sunt curiae usque ad novem uncias, in quibus omnino vocari curiam censemus. §. 1. Quodsi ex testamento aut per vocationem legis qui non est curialis ad successionem perveniat curialis, tunc mox a morte curialis concurrere curiam, et una cum defensore civitatis, praeter[7]) laesionem futuram rerum defuncti, descriptionem fieri rerum, praesente etiam eo, qui ad haec vocatur, et res tradi curiae sub facto signaculo tam defensoris, quam deo amatoris episcopi[8]), et dum praedicta actio gestorum facta fuerit apud iudicem provinciae, et data[9]) fuerit curiae, secundum quod frequenter dictum est, cum substantia et prole, quae est et quae fuerit[10]), tunc enim et res percipere, et esse eum dominum, secundum quod et prior ille curialis fuit, nihil ab illo differre visus. His gestis sine dubio apud iudicem provinciae habitis praeter omne lucrum et dispendium. Neque enim ad illusionem vel ad dispendium curiae, sed ad utilitatem hanc proferimus sanctionem, ut in perpetuum valeat, angens et corporibus et pecuniis curialium facultates atque substantias. Si vero is, qui ab intestato vocatur curialis heres, non tamen exsistens et ipse curialis, nolnerit adire et se dare curiae, curia quidem teneat novem uncias, tantummodo autem ipse dominus efficietur trium unciarum, quas ei dat et anterior lex, vel si non fuerit curialis. Quodsi plures fuerint eiusdem gradus, qui vocantur ad curialis hereditatem, et quidam dederint se, quidam recusaverint, novem

[1]) *Haec quae sequitur periodus usque ad* §. 1. *deest ap. Hal.* — [2]) *καὶ add. Hal.* — [3]) *διαθ. ἐκ Hal.* — [4]) *τοῦ βουλευτοῦ ὁ μὴ βουλευτὴς ὢν om. Hal.* — [5]) *Bk. ed. ster.*; conscriptus *Cont.* — [6]) alvo *Cont., qui subscripsit in Cod. MS. se invenisse hanc scripturam.* — [7]) omnem *add. Bk. ed. ster.* — [8]) Deo amabilis locorum episcopi *Bk. ed. ster., quae audacior sane est correctio, nam licet* locorum *bene addi concedam, persuasum mihi est, non eundem hominem hanc latine interpretatum esse Novellam, qui latine reddidit ceteras Novellas, quibus glossa addita est, quare constantiam latinae orationis exspectare non licet.* — [9]) datus *Bk.* — [10]) *Melius esset* futura est.

τοῦ αὐτοῦ βαθμοῦ καλούμενοι πρὸς τὸν τοῦ βουλευτοῦ κλῆρον, καὶ οἱ μὲν ἐπιδιδοῖεν ἑαυτούς, οἱ δὲ παραιτοῖντο, τὸ μὲν ἐνναούγκιον λαμβάνειν τὸν ἐπιδιδόντα ἢ τοὺς ἐπιδιδόντας ἑαυτοὺς τῇ βουλῇ, τὸ δὲ τριούγκιον τοὺς λοιποὺς τοὺς ἐκ τοῦ νόμου καλουμένους κληρονόμους. σπουδὴ γὰρ καθέσιηκεν ἡμῖν πάντως τὸ ἐνναούγκιον εἰς βουλευτὴν τῆς αὐτῆς περιεῖναι [1]) πόλεως.

Κεφ. δ'. [a])

Εἰ μέντοι τελευτήσειέ τις ἐπὶ θυγατρί, εἰ μὲν γαμηθείη βουλευτῇ τῆς αὐτῆς πόλεως, πρόδηλον, ὡς ἀσυκοφαντήτως ἕξει τὰ πατρῷα πράγματα ἢ εἰς ὁλόκληρον, ἢ πάντως τὰ τοῦ ἐνναουγκίου, εἴ γε τυχὸν τὸ τριούγκιον εἰς ἕτερον ὁ πατὴρ ἐλθεῖν βουληθείη. Εἰ δὲ καὶ μὴ βουλευτῇ μὲν ἐξ ἀρχῆς καθεστῶτι γαμηθείη, προελθοι δέ τις τὸν γάμον αὐτῆς βουλόμενος ἐπὶ τούτῳ λαβεῖν, ἐφ' ᾧ βουλεύειν καὶ ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι τῇ βουλῇ, καὶ αἱρετὸς αὐτῇ ὁ γάμος φανείη, καὶ οὕτως ἔχειν αὐτὴν καὶ τὸ ἐνναούγκιον ἀσυκοφάντητον προφάσει τῆς περὶ τὴν βουλὴν εὐνοίας, καὶ ὅτι βουλευτὴς ἐπιδίδοται τοῖς πράγμασι, καὶ διοικήσει ταῦτα, διόπερ καὶ πάντως τῇ γυναικὶ ταῦτα δίδοσθαι βουλόμεθα. Εἰ δὲ πλείονες εἶεν θυγατέρες, καί τινες αὐτῶν γαμηθεῖεν βουλευταῖς ἢ οὖσιν ἢ διὰ τῆς ἐπιδόσεως γινομένοις, τὸ μὲν ἐνναούγκιον εἰς αὐτὰς διαιρεθήσεται, εἰς δὲ τὰς λειπομένας τὸ τριούγκιον ἥξει. οἱ δὲ γήμαντες χρήσονται ταῖς πράγμασιν εἰς τὰς βουλευτικὰς αἰτίας [2]), εἰ καὶ τῆς θεσποτείας ὧσι τῶν γυναικῶν. διὰ τοῦτο γὰρ αὐταῖς δεδώκαμεν τὰ πράγματα τοῦ πατρός, ἵνα ἐντεῦθεν οἱ συνοικοῦντες αὐταῖς τὰ βουλευτικὰ πληροῖεν λειτουργήματα. Εἰ δὲ συμβαίη τελευτῆσαι τὴν γεγαμημένην τῷ ἑαυτὸν ἐπιδεδωκότι βουλευτῇ, εἰ μὲν παῖδας ἄῤῥενας ἐξ αὐτοῦ σχοίη, παρὰ τοῖς παισὶν ἔσται τὰ πράγματα, καὶ βουλεύσουσιν ἐκεῖνοι, καὶ οὐδεμιᾶς πολυπραγμοσύνης τῷ πράγματι δεήσιεν. §. 1. Εἰ δὲ θήλειαι καθεσιήκοιεν αἱ τεχθεῖσαι, εἰ μὲν καὶ αὐταί τισι γαμηθεῖεν ἢ βουλευταῖς τῆς αὐτῆς πόλεως, ἢ οἵπερ σφᾶς αὐτοὺς ἐπιδιδοασι ταῖς βουλαῖς τῆς αὐτῆς πόλεως, ὁμοίως καὶ αὐταὶ ταῦτα ἕξουσιν ἀπραγμόνως, ὑποκείμενα ταῖς βουλευτικαῖς λειτουργίαις διὰ τῶν οἰκείων ἀνδρῶν. Εἰ δέ τινες γαμηθεῖεν βουλευταῖς τῆς αὐτῆς πόλεως, τινὲς δὲ μὴ γαμηθεῖεν βουλευταῖς ἢ οὖσιν ἢ γινομένοις, τηνικαῦτα κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν ἤδη διαίρεσιν αἱ

Cap. IV.

Quodsi quis relicta filia moriatur, si quidem illa curiali eiusdem urbis nubat, manifestum est, eam sine calumnia res paternas vel in solidum, vel saltem novem uncias habituram esse, siquidem forte pater tres uncias ad alium pervenire voluerit. Sin autem ei nubat, qui ab initio quidem curialis non fuit, veniat autem aliquis, qui eam velit ea de causa uxorem ducere, ut curialis sit, et curiae se tradat, atque hae nuptiae illi placeant, etiam sic novem uncias sine calumnia habeat propter bonam voluntatem erga curiam, et quia rebus curialis datus illasque administraturus est, propterea omnino mulieri illas dari volumus. Si vero plures sint filiae, et quaedam ex illis nubant curialibus, qui vel tales iam sunt, vel per oblationem futuri sunt, novem unciae inter eas dividantur, tres vero unciae ad reliquas veniant. Mariti autem utantur bonis ad causas curiales, licet in dominio uxorum sint. Propterea enim bona patris illis dedimus, ut exinde earum mariti curiales functiones impleant. Si vero eam, quae curiae se offerenti nupsit, mori contingat si quidem masculos liberos ex eo suscepit, bona ad liberos pertinebunt, illique curiales erunt, neque res ulteriore indigebit inquisitione.

§. 1. *Si autem feminae nascantur, si quidem et ipsae nupserint vel curialibus illius urbis, vel illis, qui se curiis illius urbis obtulerunt, et ipsae similiter sine negotio illa habebunt, per viros suos curialibus muneribus subiecta. Si contra quaedam nubant curialibus eiusdem urbis, quaedam vero non nubant curialibus, qui vel tales sunt, vel futuri sunt, tunc secundum dictam iam distinctionem illae, quae curialibus nupserunt, novem uncias propter curialia munera habebunt,*

novem quidem uncias accipere enm vel eos, qui se dederint curiae, tres autem uncias residnos, qui ex lege vocantur, accipere heredes. Studii enim nobis est omnimodo novem uncias ad curiales eiusdem civitatis pervenire.

Cap. IV. Sin autem defunctus fuerit quidam superstite filia, si nupta quidem fuerit curiali eiusdem civitatis, dubium non est, quia praeter calumniam habebit paternas res aut in integro, aut omnimodo novem uncias, si forte ad alium quendam pater voluerit tres uncias pervenire. Sed et si non ab initio exsistenti curiali nupta fuerit, accesserit autem quidam ad eius nuptias, volens eam ad hoc accipere, ut sit curialis, et dare se curiae, et acceptabiles [3]) ei nuptiae fuerint, etiam sic habere novem uncias sine calumnia occasione bonae circa curiam voluntatis, et quia [4]) curialis offertur rebus et gubernabit eas, propter quod et omnimodo mulieri dari eas volumus. Quodsi plures fuerint filiae, et quaedam ex his nuptae fuerint curialibus, aut exsistentibus aut per oblationem factis, novem unciae quidem inter eas dividendae sunt, ad residuas autem tres unciae quidem venient, illi autem, qui uxores eas acceperint, usuri sunt rebus ipsis ad curiales causas, licet in dominio sint uxoris. Propterea enim eis dedimus res patris, ut exinde coninges earum impleant curiae functiones. Quodsi contigerit deficere eam, quae nupta fuerat illi, qui se curiae tradidit, si quidem filios masculos de eo habuerit, apud filios erunt res, et ipsi erunt in curia, et nulla tergiversatione res indigebit. §. 1. Quodsi feminae fuerint, quae natae sunt, si et ipsae quibusdam nuptae fuerint aut curialibus eiusdem civitatis, aut qui se ipsos dederint curiae eiusdem civitatis, similiter et ipsae eas habebunt sine nulla molestia, subiectas curiae functionibus per proprios viros. Quodsi [quaedam nuptae fuerint curialibus eiusdem civitatis quaedam [5])] non nuptae fuerint curialibus, aut qui sunt aut fuerint [6]), tunc secundum datam olim

---

[a]) *Brevissime rem, de qua in hoc cap. agitur, indicant Parat. §. 5. Athan. tit. X. (Heimb. Anecd. I. p. 133.)*

[1]) ἴδιαι *Hal.* — [2]) πράγμασι τῆς βουλευτικῆς οὐσίας *Hal., sed in notis recogn. op. habet* οὔσης *pro* οὐσίας. — [3]) *Bk.*; stabiles *Cont.* — [4]) qui *Cont.* — [5]) *Quae uncis inclusa sunt, non habet Cont., addidit Bk.* — [6]) futuris *Bk.*

αἱ μὲν γαμηθεῖσαι βουλευταῖς τὸ ἐνναούγκιον ἔξουσι διὰ τὰς βουλευτικὰς λειτουργίας, αἱ λοιπαὶ δὲ ἀρκεσθήσονται τῷ τριουγκίῳ. Εἰ δὲ μήτε ἄῤῥενες μήτε θήλειαι αὐταῖς γένοιντο, ἕως μὲν ὁ ἀνὴρ περίεστιν, ἐχέτω τούτων τὴν χρῆσιν, τὰ βουλευτικὰ ἐν αὐτοῖς πληρῶν λειτουργήματα. καὶ εἰ μὲν εἰς δευτέρους ἀφίκοιτο γάμους, καὶ παίδων γένοιτο παιτὸ ἀῤῥένων ἢ θηλειῶν, καὶ ταύτας ἁρμόσειε βουλευταῖς, πάλιν ὁμοίως τῷ βουλευτικῷ σώματι φυλαχθήσονται τὰ πράγματα. εἰ δὲ τελευτήσειεν ἢ ἐπὶ δευτέρους οὐκ ἐλθὼν γάμους, ἢ παιδοποιησάμενος θυγατέρας, καὶ ταύτας οὐχ ἁρμόσειε βουλευταῖς ἢ οὖσιν ἢ γεινομένοις, τηνικαῦτα ἐξ ὀρθοῦ ἡ βουλὴ ταῦτα τὰ πράγματα λήψεται. οὐδὲ γὰρ ξενωθῆναί ποτε τοῦτο τὸ μέρος τῶν βουλευτικῶν εὐπορίων τε καὶ λειτουργημάτων συγχωροῦμεν, κἂν εἰς πολλὰς περισιαίη τὸ γένος διαδοχάς. ὥστε διὰ πάντων τῆς τοιαύτης σειρᾶς κατιούσης ἀεὶ τῇ βουλῇ εἴτε δι' ἀῤῥένων παίδων βουλευτῶν, εἴτε διὰ γαμβρῶν ἐπιδιδόντων ἑαυτοὺς ταῖς βουλαῖς τὸ ἐνναούγκιον σώζεσθαι. Ὃν δὴ νόμον κρατεῖν βουλόμεθα εἰς τε τὸν ἑφεξῆς ἅπαντα χρόνον, καὶ ἐπὶ τῶν ἔτι καὶ νῦν ἠρτημένων καὶ μὴ τυχόντων δικαστικῆς κρίσεως ἢ φιλίας τινὸς ἀπαλλαγῆς.

bunt, reliquae vero tribus unciis contentae erunt. Si vero neque masculos neque feminas habebunt, quamdiu vir superest, eorum usumfructum habeat, et curiales functiones impleat. Et si quidem secundas nuptias contraxerit, fiatque liberorum masculorum vel feminarum pater, easque curialibus iunxerit, rursus similiter res curiali corpori serventur. Si autem moriatur non contractis secundis nuptiis, vel procreatis filiabus, quas curialibus, qui vel sunt vel futuri sunt, matrimonio non iunxit, tunc curia eas res directo accipiat. Nunquam enim haec curialium bona et munera alienare permittimus, etsi multos successores familia habeat. Quare perpetuo in linea illa descendente sive per liberos curiales masculos, sive per generos se offerentes novem unciae curiis serventur. Quam utique legem omni futuro tempore, atque in iis, quae adhuc pendent et sententia iudicis vel amica compositione decisa non sunt, obtinere volumus.

Ἐπίλογος

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ φυλάξαι σπευσάτω, μάλισια πάντων τῆς ὠφελείας τοῦ δημοσίου πᾶσαν πρόνοιαν τιθεμένη. Dat. Kal. April. Constant., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XIII., Apione V. C. Cons. [1]) [539.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt excellentia tua custodire studeat, omnium maxime utilitatis publicae curam gerens.

ΑΙΑ-

No-

olim divisionem nuptae quidem curialibus novem uncias habebunt, propter quas functiones curiae compleantur, residuis autem sufficient tres unciae. Quodsi neque masculi neque feminae eis erunt, quousque vir superest, habeat earum usum, explens in eis curiae functiones. Et si quidem ad secundas venerit nuptias, et filiorum fuerit effectus pater masculorum seu feminarum, et has coniunxerit curialibus, rursus similiter curiae servabuntur corpori res [2]); quodsi mortuus fuerit, aut ad secundas nuptias non venerit [3]), aut filias [4]) procreans, eas non sociaverit curialibus vel qui sunt vel qui fuerint [5]), tunc recto ordine curia has res accipiet. Neque enim unquam hanc partem curialium copiarum et functionum alienari concedimus, vel si ad plurimos redactum fuerit genus successionis, quatenus per omnes hac linea descendentes, sive per masculos liberos curialium, sive per generos dantes se curiis, novem unciae curiae salvae sint. Quam legem valere volumus in omni deinceps tempore, et in causis adhuc etiam nunc pendentibus, et quae consecutae non sunt iudiciali sententia aut amicabili interventu absolutionem.

Epilogus. Quae igitur visa nobis sunt et hac sacra lege declarata, tua excellentia custodire festinet, maxime omnium utilitatis publicae providentiam omnem faciens. Dat. Kal. Aprilis, Constant., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XIII., Apione V. C. Cons. [539.] Const. XXXII.

[1]) Kal. Aug. imp. Iustiniani anno XIII., Apione cons. *Athan.*; Kal. Aug. Imp. Iust. anno XII., Belisario Cons. *Cod. Vindob.*; *cf. Biener l. c. p.* 521 *et Kriegel Symb. p.* 4. — [2]) *Bk. ed. ster.*; res *om. Const.* — [3]) veniens *Bk. ed. ster.* — [4]) *Bk.*; non *add. Const.* — [5]) futuri sunt *Bk.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρβ'.[a])

Περὶ τοῦ μοδεράτωρος Ἀραβίας.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Πολλὰς μὲν καὶ ἑτέρας ἀρχὰς ἐπαρχιῶν ἤδη πρὸς τὸ κρεῖττον μετεσησαμεν, χθαμαλάς τε καὶ εὐτελεῖς ἐμπροσθεν οὔσας καὶ προς οὐδὲν ἀρκουσας τῶν δεόντων, ἐπειδὴ δὲ ἡμεῖς αὐτὰς εἰς μεῖζω κατεστησάμεθα τάξιν, ἐῤῥωμενεστέρας τῷ παντι γενομένας, καὶ οὕτως ἀντιλαβομένας τῶν πραγμάτων, ὡς ἅπαντα ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβεβλῆσθαι. ἀνυπάτοι γοῦν ἡμῖν, καὶ πραίτωρες, καὶ μοδεράτωρες, καὶ ἡ τῶν παλαιῶν τούτων ὀνομάτων σεμνότης ἐξηύρηται, καὶ ηὔξηται καὶ τὰ τῶν σιτήσεων αὐτοῖς, καὶ ἐξουσία δέδοται πᾶσα, καὶ πρὸ πάντων απηγόρευται τὸ τοῖς ὑπηκόοις λυμαίνεσθαι, καὶ χερσὶ πολλαῖς κατ' αὐτῶν χρῆσθαι. ὅρκοις τε τὸ πράγμα κατησφαλίσμεθα τοῖς πάντων φοβερωτάτοις, καὶ οὐκ ἄλλως αὐτοῖς παραδίδομεν τὰς ἀρχάς, εἰ μὴ τοὺς ὅρκους ὑποσιάντες, οὕτω τῶν συμβόλων ἀξιωθεῖεν τῆς ἀρχῆς. Εἴδομεν οὖν καὶ ἐπὶ τὴν Ἀράβων χώραν, καὶ τὴν αἰτίαν ἀναζητοῦντες, δι' ἣν καὶ τὸ δημόσιον ἀπορεῖ, καίτοι γε τῆς χώρας εὐθαλεστάτης οὔσης, καὶ πλήθος ἡμᾶς τῶν προσιόντων περίστηται, καὶ ὀδύρονται πάντες, οἱ μὲν κλοπάς, οἱ δὲ ἀδικίας, οἱ δὲ ἄλλας προσαγγέλλοντες ζημίας, τὴν πρόφασιν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς κακίας εὕρομεν ἐκ τῆς περὶ τὴν ἀρχὴν ἀσθενείας γενομένην. ἦν γὰρ οὕτως εὐτελης ὁ τὴν πολιτείας κεκτημένος [1]) ἀρχήν, ὥστε καταδεδουλῶσθαι τῷ τῶν ὅπλων ἡγουμένῳ, καὶ ἐπὶ ταῖς ἐκείνου βουλαῖς κεῖσθαι τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ, ἢ μηδ' ὅλως εἶναι [2]) τὴν ἀρχὴν ταύτην. τοιγαροῦν καὶ ὁ χρόνος ἤδη συχνός, ἐξ οὗ καὶ ἐκλέλοιπε, καὶ τὰ τῆς πολιτικῆς ἀρχῆς ἡ στρατιωτικὴ πράττει, μηδὲ ἑαυτῇ μηδὲ ἐκείνῃ παντελῶς ἀρκοῦσα. ἠσχόληται γὰρ οὐχ ὅπως ἄν τι τοὺς ὑπηκόους ὠφελήσειεν, ἀλλ' ὅπως ἂν ἑκατέρωθεν ἐκκερδάνοι.

Κεφ. α'.

Novella CII.

DE MODERATORE ARABIAE.

Idem Imperator Ioanni, iterum Praefecto Praetorio, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Multos quidem alios magistratus provinciarum in melius iam mutavimus, qui humiles et abiecti antea erant, nec rebus necessariis agendis sufficiebant, qui tamen, postea quam nos in altiore loco eos collocavimus, et potentiores undique facti sunt, atque ita negotia susceperunt, ut omnia in meliorem statum transferrentur. Proconsules enim, praetores, moderatores, et antiquorum horum nominum gravitas a nobis inventa est, et annonae ipsis auctae, omnisque potestas illis data, atque ante omnia illis interdictum, ne subditos affligant multisque manibus adversus eos utantur. Iuramentis etiam omnium maxime horrendis eam rem munivimus, nec aliter illis magistratus tradimus, quam si praestitis illis iuramentis codicillos magistratus consecuti sint. Respeximus iam et ad Arabum regionem, quumque in causam inquisivissemus, quare fiscus inopia laboret, licet florentissima sit regio, et interpellantium multitudo nos circumdet, omnesque lamententur, aliis quidem furta, aliis iniurias, aliis vero alia ad nos damna deferentibus, occasionem causamque huius mali ex infirmitate magistratus ortam invenimus. Qui enim civili magistratu fungebatur, ita abiectus erat, ut ei, qui armis praecrat, paene servi loco esset, et in voluntate eius salus illius posita esset, vel ut plane non esset hic magistratus. Longum igitur iam tempus est, ex quo ille desiit, et quae civilis magistratus sunt, militaris agit, quum tamen neque sibi, neque illi omnino sufficiat. In eo enim occupatus est, non ut utilitatem aliquam subditis afferat, sed ut ab utraque parte lucrum capiat.

Cap. I.

Const. XXXII.

DE ODERATORE[3]) ARABIAE.

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni Pf. P.

Praefatio. Multas quidem et alias administrationes provinciarum iam ad melius transposnimus, humiles atque viles prius exsistentes et ad nullam sufficientes utilitatem, quia vero nos eos ad maiorem constituimus ordinem, validiores omnibus sunt factae et quae sic tueantur causas, ut omnia in melius sint mutata. Proconsules ergo nobis, et praetores, et moderatores, et veterum honorum et nominum[4]) honestas inventa[5]) est, et anctae etiam annonae eorum, et potestas omnis data est, et ante omnia interdictum, ut[6]) subiectos depopulentur et manibus plurimis adversus eos utantur[7]). Iureiurando quoque causam munivimus omnibus formidando, et neque aliter[8]) eis tradimus cingula, nisi inrando ita[9]) subeant codicillos promerentes administrationis. Reputamus itaque et Arabicorum[10]) provinciam, causam requirentes, propter quam et fiscalia minus idonea sunt, quum utique[11]) provincia sit uberrima, et turba nos adeuntium circumstet[12]), et ingemiscunt omnes, alii quidem furta, alii iniquitates, alii aliorum denunciantes damnorum occasionem, et causam[13]) malignitatis invenimus ex infirmitate facta circa administrationem. Erat enim sic vilis, qui civilem habebat administrationem, ut deserviret[14]) armorum duci et in illius iaceret[15]) voluntatibus salus eius, nisi famularetur administratio. Itaque et tempus iam continuum est, ex quo etiam defecit, et ea, quae civilis sunt cinguli militaris[16]) agit, neque sibi neque illi omnino sufficiens; occupata namque est non ut aliquid subiectis prosit, sed ut ex utraque lucretur.

Cap. I.

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Athan. IV.* 19. (*Heimb. Anecd. I. p.* 60.) — *Excepto prooemio tota Nov. est in Bas. VI.* 15. 1 — 3.; *cf. Psell. p.* 19. — *Iulian. Const.* 95. — *Versionem antiquam non glossatam primus ex Cod. Vindob. edidit Bk.*

[1]) ὁ τὴν πολιτικὴν ἔχων *Hal.* — [2]) *Fet. Int. habuisse videtur* ἡμὴν δουλον εἶναι *vel simile quid.* — [3]) *Bk.*; moderatione *Cod.* — [4]) *Lege* veterum horum nominum. — [5]) *Bk.*; iniuncta *Cod.* — [6]) *Cod.*; ne *Bk.* — [7]) *Bk.*; utatur *Cod.* — [8]) *Bk.*; formidandos et naturaliter *Cod.* — [9]) *Melius fortasse* iureiuranda. — [10]) *Cod.*; Arabum *Bk.* — [11]) *Bk.*; itaque *Cod.* — [12]) *Fort.* circumstat. — [13]) *Rectius esset* alii alia den. damna, occasionem et causam. — [14]) *Bk.*; deservire *Cod.* — [15]) *Bk.*; iacere *Cod.* — [16]) *Bk. ed. ster.*; et militaris *Cod., Bk.*

Κεφ. α.

Ταῦτα ἡμᾶς πρὸς τὴν παροῦσαν ἀνέστησε βουλὴν, καὶ τῷ παρόντι νόμῳ χρώμενοι μεταῤῥυθμίσαμεν τὴν ἀρχὴν ἐπὶ κάλλιον σχῆμα. καὶ φιλοτιμούμεθα καὶ αὐτὴ τὴν τοῦ μοδεράτωρος [ἤτοι ἁρμοσιοῦ][1]) προσηγορίαν (τοῦτο ὅπερ καὶ ἐν Πόντῳ πεποιήκαμεν), καὶ τὸ τῶν spectabilium αὐτῇ δίκαιον δίδομεν ἀρχῶν, ὥστε κατὰ μηδὲν ἐλάττονα τῆς δουκικῆς καθεστάναι, ἀλλ' ἀντέχεσθαι μὲν καὶ τῶν δημοσίων εἰςπράξεων σὺν σφοδρότητι πάσῃ, ἀντέχεσθαι δὲ καὶ τῆς τῶν ἰδιωτῶν ὠφελείας, καὶ μὴ συγχωρεῖν μήτε τῷ περιβλέπτῳ δουκί, μήτε τῷ φυλάρχῳ, μήτε τινὶ τῶν δυνατῶν οἴκων, ἀλλὰ μήτε τῷ θείῳ πατριμωνίῳ, ἢ τοῖς θείοις ἡμῶν πριβάτοις, ἢ αὐτῷ τῷ θείῳ ἡμῶν οἴκῳ τὴν οἱανοῦν ἐπαγαγεῖν τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι ζημίαν, μηδὲ κατακλίνεσθαι ῥᾳδίως, μηδὲ τρέμειν, ἀλλ' ἀνδρείως τῶν ὑπηκόων ἐξηγεῖσθαι, καὶ πρὸ πάντων μὲν καθαρὰς φυλάττειν θεῷ τε καὶ ἡμῖν καὶ τῷ νόμῳ τὰς χεῖρας (ὑπὸ γὰρ τοῖς αὐτοῖς ὄρκοις, ὑφ' οὓς τὰς ἄλλας ἀρχὰς, καὶ ταύτην εἶναι βουλόμεθα), ἔπειτα κομίζεσθαι μετὰ τῶν συμβόλων καὶ τὰ βασιλικὰ παραγγέλματα, ἅπερ οἱ μὲν πρὸ ἡμῶν νομοθέται καὶ τὸ παλαιὸν τῆς πολιτείας ἠπίστατο[2]) σχῆμα, ἡμεῖς δὲ καὶ ἐκλελοιπότα πάλιν ἀνεκτησάμεθα, καὶ εἰς πολιτείαν κατηγάγομεν, ὥστε καὶ τούτοις ἐντυγχάνειν ἀεὶ καὶ τὰς ἡμετέρας φυλάττειν κελεύσεις. εἰ γὰρ δὴ τούτοις κατακολουθήσειεν, οὐκ ἔστιν, ὅπως μὴ πάντα καλῶς ἀπαντήσειεν αὐτῇ, καὶ μετὰ τῶν νόμων πρὸς εὐκολίαν καὶ δίκαιαν ῥᾳστώνην ἀφίκοιντο.

Κεφ. β'

Πρῶτον μὲν οὖν αὐτῇ σπουδασμα γένηται, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, ἡ τῶν δημοσίων εἰςπράξις, τοῖς μὲν εὐγνώμοσι φιλάνθρωπός τε καὶ πατρικὴ γινομένη, τοῖς δὲ ἀγνωμονεστέροις σφοδρά τε καὶ ἀνένδοτος. ἔπειτα ἐπιμελήσεται καὶ τοῦ δημοσικοῦ, καὶ τῆς εὐταξίας τῆς αὐτοῦ, καὶ τοῦ μὴ θορύβοις καὶ στάσεσιν ἐκδεδόσθαι μήτε Βοστρινοῦς, μήτε τοὺς ἄλλους, μήτε τὰ πρὸς τέρψιν ἀνειμένα τῇ παλαιότητι, ταῦτα εἰς μανίαν τε καὶ φόνους τρέπειν. Ἕξει δὲ ὑπακούοντας αὐτῇ καὶ τοὺς στρατιώτας, κατὰ τὰ θεῖα ἡμῶν παραγγέλματα (καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο ἐκεῖθεν ἔστι λαβεῖν), οὐδενός τε ἀμελήσει παντελῶς τῶν δεόντων. καθάπερ γὰρ τὸν ἐν Πόντῳ πεποιήμεθα μοδεράτωρα, οὕτω καὶ αὐτὸν τοῖς αὐτοῖς τῆς ἀρχῆς ταύτης πάντως ἐκβιβάζομεν[3]) ἴχνεσι, καὶ ἕστα καὶ αὐτὸς spectabilios, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τῶν ἐκκλήτων

Cap. I.

Haec nos ad hoc consilium excitarunt, atque hac lege utentes magistratui pulcriorem formam damus eique etiam moderatoris seu harmostae appellationem largimur (quod etiam in Ponto fecimus), et ius spectabilium magistratuum damus, ut in nullo ducico minor sit, sed publicas quidem exactiones cum omni severitate faciat, utilitatem vero privatorum quoque curet, nec permittat neque spectabili duci, neque phylarcho, neque cuidam ex domibus potentium, neque vero sacro patrimonio, neque sacris nostris privatis, neque ipsi sacrae nostrae domui, ut quidquam damni subditis nostris inferant; nec facile flectatur, nec timidus sit, sed fortiter subditos regat, et ante omnia puras manus deo, nobis et legi servet; iisdem enim iuramentis, quibus reliquos magistratus, ipsum etiam subiectum esse volumus. Deinde cum codicillis etiam mandata imperialia accipiat, quae anteriores legislatores et antiqua reipublicae forma non ignoraruni, nos vero, quum obsolevissent, iterum renovavimus atque in rempublicam reduximus, ut et haec semper habeat, et iussa nostra observet. Si enim ea sequatur, non est, quod non omnia illi bene cedant, et cum legibus ad commoditatem iustamque facilitatem perveniant.

Κεφ. β'

Primum igitur studio illi sit, sicut diximus, publicorum tributorum exactio, quae devotis quidem humana et paterna, contumacibus vero vehemens et severa sit. Deinde reipublicae etiam et tranquillitatis eius curam gerat, neve tumultibus et seditionibus vel Bostreni vel ceteri se dedant, quaeque ad delectationem ab antiquis permissa fuerunt, in furorem et caedes vertant. Habebit vero secundum sacra nostra praecepta milites quoque sibi obedientes (nam et hoc exinde intelligi potest), nec quidquam eorum, quae necessaria sunt, negliget. Sicut enim in Ponto moderatorem fecimus, ita cum quoque in iisdem huius magistratus vestigiis collocamus, eritque et ipse spectabilis, et similiter appellationes, ceteraque ab ipso administrabuntur. Neque tantum in priore illo solatio subsistemus. Volumus enim, ut ille pro annonis et reliquo solatio quindecim

Cap. I.

Haec nos ad praesentem erexerunt voluntatem, et praesente lege utentes transponimus administrationem ad meliorem figuram, et largimur etiam ei moderatoris appellationem (hoc quod etiam in Ponto fecimus), et quae[4]) spectabilium est ei damus administrationem, ut nullo minor ducatu consistat, sed tueatur quidem et publicas exactiones[5]) cum omni vehementia, defendat autem et privatorum utilitates. et non concedat[6]) neque spectabili duci, neque gentis iudici, neque cuidam potentium domuum, sed neque divino patrimonio, aut sacris privatis, aut ipsi sacrae[7]) domui nostrae quodlibet inferre nostris collatoribus damnum, neque flectatur facile, neque timeat, sed viriliter collatoribus praesideat, et prae omnibus puras servet deo et nobis et legi manus (sub eodem enim[8]) iureiurando, sub quo alias administrationes, et hanc esse volumus), deinde accipiat[9]) cum codicillis et imperialia mandata, quae ante nos quidem legislatores et antiqua reipublicae sciebat figura, nos autem deficientia denno renovavimus et ad rempublicam deduximus, ut et[10]) haec relegat[11]) semper et nostras custodiat[12]) iussiones. Si enim haec sequatur[13]), non possunt omnino nisi bene omnia occurrere et post legum facilitatem atque iustitiam circumscribere negligentiam[14]).

Cap. II. Primum itaque ei[15]) studium fiet, sicut praediximus, fiscalium[16]) exactio, devotis quidem clemens paternaque consistens, indevotioribus autem vehemens et irremissibilis. Deinde curam habebit et populi et disciplinae[17]) eius, et ut non turbis et seditionibus dediti sint neque Bostreni[18]) neque alii, nec ea, quae voluptatibus dicabat antiquitas, haec ad furores necesque convertant. Habebit autem[19]) obedientes sibi et milites secundum nostra divina mandata (nam et hoc inde percipitur), nullius[20]) negligat penitus[21]) utilium. Sicut enim in Ponto fecimus moderatorem, ita et enm[22]) iisdem cinguli huius vestigiis elevamus, et

---

[1]) ἤτοι ἁρμοσιοῦ *om. Hal., Vet. Int.* — [2]) ἠπίσαντο *Hal., Bas.* — [3]) ἐμβιβάζομεν *coni. Homb.* — [4]) *Bk.*; quia *Cod.* — [5]) *Bk.*; actiones *Cod.* — [6]) *Bk.*; cedat *Cod.* — [7]) *Bk.*; sacri *Cod.* — [8]) *Bk.*; enim *om. Cod.* — [9]) *Bk.*; accipere *Cod.* — [10]) *Bk.*; ad *Cod.* — [11]) *Bk. ed. ster.*; relegunt *Cod.* — [12]) *Bk. ed. ster.*; custodia sit *Cod.* — [13]) *Bk. ed. ster.*; sequuntur *Cod* — [14]) occ. ei et per leges ad fac. atque iustam circumscribi diligentiam *Bk. ed. ster.* — [15]) *Bk.*; eis *Cod.* — [16]) *Bk.*; fiscalia *Cod.* — [17]) *Bk.*; disciplinam *Cod.* — [18]) *Bk.*; hostrence *Cod.* — [19]) et *add. Cod.* — [20]) *Excidit fort.* et *ante* nullius; nec ullius *Bk.* — [21]) *Bk. ed. ster.* peritus *Bk.* — [22]) *Bk.*; etenim *Cod.*

ἐκκλήτων καὶ τὰ περὶ τῶν ἄλλων αὐτῷ διοικηθήσεται. Καὶ οὐδὲ μέχρι τῆς παραμυθίας τῆς ἐμπροσθεν σιτησόμεθα μόνης. βουλόμεθα γὰρ αὐτὸν προφάσει σιτήσεων καὶ τῆς ἄλλης παραμυθίας κομίζεσθαι quindecim χρυσίου λίτρας, τὸν δέ γε παρεδρον αὐτῷ τῆς ἀρχῆς duas λίτρας, καὶ τὴν τε αὐτοῦ τάξιν duas [1]) χρυσίου λίτρας. Εἰ δὲ καὶ ἐκ τῶν βασιλικῶν παραγγελμάτων, καθάπερ εἰπόντες ἐμάθημεν, ἤδη τοῖς στρατιώταις ἐφέσιηκεν, ἀλλ' οὖν ἔσται φρονὶς ἡμῖν τῶν καταλόγων ὧν ἱδρυμένων ἐκεῖσέ τινα [2]) τῷ ταύτην ἔχοντι τὴν ἀρχὴν ὑποκλίναι, ἐφ' ὥτε αὐτοῦ ὑπακούειν μόνον, καὶ ταῖς αὐτοῦ διατυπώσεσιν εἴκειν τε καὶ πείθεσθαι. οὐκ ἐπικοινωνήσει δὲ παντελῶς οὔτε ὁ περίβλεπτος δοὺξ οὔτε οἷς ἂν ῥητῶς αὐτῷ δοίημεν στρατιώταις, οὔτε ἰδιώτῃ οὐδενί, οὐδὲ ταῖς ἐκείνων δίκαις, ὅταν ἔχωσιν πρὸς ἀλλήλους, οὔτε εἴ τῶν ἰδιωτῶν τις ὁ ἐναγόμενος εἴη, οὐδὲ τὴν οἱανοῦν ἕξει μετουσίαν πρὸς ἰδιωτικὰς αἰτίας, ἐπεὶ πολὺ τὸ μέσον ἐστὶ στρατιωτικῆς τε φρονιδος καὶ πολιτικῆς διοικήσεως. καὶ διακεκρίσθω ταῦτα, καθάπερ οἱ πατέρες ἡμῖν τῆς πολιτείας ἔταξαν [3]) τε καὶ κατεστήσαντο. εἰδότος τοῦ περιβλέπτου δουκός, ὡς εἰ ἐμβαλεῖν ἑαυτὸν θαῤῥήσειε πράγμασι πολιτικοῖς, οὐδὲ τῶν στρατιωτικῶν ἀντιλήψεται, ἀλλὰ κἀκείνων ἀφαιρεθεὶς ἰδιώτης ἔσται, καὶ ὑπὸ τὴν ἀρχὴν ταύτην γενήσεται.

decim auri libras, assessor vero magistratus duas libras, eiusque cohors duas auri libras accipiat. Licet autem is per imperialia mandata sicut diximus militibus iam praesit, curae tamen nobis erit, ut aliquem ex militaribus numeris, qui ibi collocati sunt, illi subiiciamus, qui hunc magistratum habet, ut illi soli obediant, eiusque mandatis obtemperent et pareant. Nullam vero communionem neque spectabilis dux habeat nec cum militibus, quos illi expresse dabimus, nec cum ullo privato, eorumve litibus, si quas inter se habent, nec si aliquis ex privatis reus sit, neque ullam habeat cum privatis causis communionem, quoniam multum interest inter militarem curam et politicam administrationem; eaque discernantur, sicut patres reipublicae nostrae haec ordinarunt et constituerunt. Sciat autem spectabilis dux, si civilibus negotiis se immiscere velit, ne in militaribus quidem se permansurum, sed etiam illis exutum privatum futurum esse et huic magistratui subiectum iri.

Κεφ. γ'.

Ταῦτα καὶ ἡμῖν νενομοθετήσθω καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν τῶν Ἀράβων χώραν ἀρχῆς. πεπείσμεθα γὰρ καὶ βουλήσει θεοῦ, ὅτι τὸ πρᾶγμα ἐπιδώσει πρὸς τὸ κάλλιον. εἰ γαρ οὐκ ἐφεισάμεθα χρημάτων, ἀλλ' ηὐξήσαμεν αὐτῷ τὰς σιτήσεις, ἀλλ' οὖν ἴσμεν, ὡς καὶ ὁ ταύτην ἔχων τὴν ἀρχὴν σπεύσει τοιοῦτος φανῆναι περὶ τὰς ἀληθεῖς τῶν δημοσίων φόρων εἰσπράξεις, ὡς μὴ ζημίαν ἐντεῦθεν. ἀλλὰ δίκαιον κέρδος τῷ δημοσίῳ προσαγαγεῖν. Ἐκεῖνο μέντοι γίνεσθαί τε καὶ κρατεῖν βουλόμεθα, τὸ τὰς σιτήσεις τοῦ περιβλέπτου δουκὸς ἐκεῖθεν αὐτὸν κομίζεσθαι, ὁπόθεν [4]) ἂν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενος ἐκτάξειε, πρόδηλον ὄν, ὡς οὐ μετὰ τοσαύτης ἀδρανείας προσέξει τοῖς πράγμασιν, ὡς μηδὲ τὰς οἰκείας σιτήσεις ἀπαιτεῖν ἰσχύσαι, εἰδώς, ὡς εἰ παρὰ ταῦτά τι πράξειε, ποινὴν quinque [5]) χρυσίου λιτρῶν ζημιωθήσεται. Dat. IV. Id. Iun. Constantinop. post Cons. Belisarii V. C. [536.]

Cap. III.

Atque haec nobis de magistratu etiam Arabum regionis sancita sint. Confidimus enim, hanc rem deo volente bene cessuram. Nam si nec pecuniis pepercimus, sed annonas illi auximus, scimus etiam, eum, qui hunc gerit magistratum, operam daturum esse, ut talem circa veras publicorum tributorum exactiones se praebeat, ne exinde damnum, sed iustum lucrum fisco proveniat. Illud tamen fieri et obtinere volumus, ut ipse annonas spectabilis ducis inde sibi quaerat, unde praeses provinciae iusserit, quum manifestum sit, tanta eum ignavia negotia tractaturum non esse, ut nec proprias annonas exigere possit, quum sciat, si adversus haec quid fecerit, fore ut poena quinque librarum auri plectatur.

ΔΙΑ- No-

et est [6]) etiam ipse spectabilis, et similiter et quae de appellationibus et quae de aliis gubernabit. Et nec usque ad salaria priora statuemus sola; volumus enim eum occasione emolumentorum et alterius consolationis quindecim auri libras accipere, consiliarium autem eius cinguli duas habere libras, et eius officium duas auri libras. Et licet ex imperialibus mandatis, sicut praediximus, ducum militibus praesit, veruntamen erit sollicitudo nobis numerorum constitutorum illic aliquos subdere ei, qui in cingulo est, quatenus obediant legi et eius dispositiones sequantur et pareant. Non autem communicabit omnino spectabilis dux nec in aliis [7]) militibus, quos ei specialiter dederimus, neque aliquibus privatis neque illorum litibus, quando habuerint ad invicem, nec [8]) si quis privatorum sit, qui convenitur, neque quodlibet [9]) habebit participium ad privatas causas, quoniam multum distat inter militarem causam et civilem gubernationem, et discreta sunt [10]) haec, sicut et patres nobis reipublicae ordinaverunt et statuerunt; sciente spectabili duce, quia si miscere se praesumserit [11]) causis civilibus, neque militaria iudicabit [12]), sed etiam ab illis ablatus privatus erit et sub hanc fiet administrationem [13]).

Cap. III. Haec a nobis sancita sunt et in administratione Araborum [14]) provinciae. Confidimus enim voluntate dei, quia crescet [15]) in melius. Nam etsi non pepercimus pecuniis, sed anximus ei annonas, tamen scimus, quia et qui hanc habet administrationem studebit talis videri circa veras publicarum functionum exactiones, ut non damnum ex hoc, sed iustum lucrum afferat [16]) publico. Illud tamen et [17]) fieri et valere volumus, ut annonas spectabilis dux inde percipiat, undecunque provinciae iudex delegaverit. Palam etenim est [18]), quia non cum sua efficacia respiciat causas, si nec suas annonas exigere valuerit [19]); sciens, quia, si praeter haec aliquid egerit, qui que libris auri multabitur. Dat. IV. Idus Iunii, Constantinop., imperante Domino nostro Iustiniano, semper Aug., post cons. Belisarii [20]). [536.]

Const. XXXIII.

[1]) δ' *Hal.* — [2]) τινας *Hal. in notis recogn. op., Vet. Int.* — [3]) ἐτάξαντο *Hal.* — [4]) *Hal., Vet. Int.,* (*Athan.*); ὁπόσον *Scrimg.*; ὁπόσας *Bas.* — [5]) ιε' *Hal., Bas.* — [6]) *Leg.* erit. — [7]) *Melius:* nec illis. — [8]) *Bk.*; ne *Cod.* — [9]) *Bk.*; libet *Cod.* — [10]) *Rectius* sint. — [11]) *Bk.*; miscere semper supersederit *Cod.* — [12]) *Fort.* vindicabit. — [13]) hoc fiet administrationem *Cod.*; hac fiet administratione *Bk.* — [14]) Arabum *Bk.* — [15]) *Latere hic videtur:* quia res det; res crescet *Bk.* — [16]) *Bk.*; offerat *Cod.* — [17]) *Bk.*; id *Cod.* — [18]) *Bk.*; etiam *Cod.* — [19]) *Bk.*; voluerit *Cod.* — [20]) *Bk.*; Aug. Belisario *Cod.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ργ'.[a])

Περὶ τοῦ ἀνθυπάτου Παλαιστίνης.

Ἐγράφη Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Πάλη μὲν καὶ ἄλλας ἐθνῶν ἡγεμονίας μείζους κατεσιήσαμεν, χθαμαλὰς τε πρότερον οὔσας, καὶ πράττειν οὐδ' ὁτιοῦν τῶν ἐρρωμενεστέρων δυναμένας, καὶ τοῦτο μὲν spectabilias κατεστήσαμεν, τοῦτο δὲ αὐταῖς ηὐξήσαμεν τὰς σιτήσεις, παρέδροις τε καὶ ταξει, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐφιλοτιμησάμεθα, ἐφέσεών τε ἀκούειν δεδώκαμεν. καὶ τὰς μὲν ταῖς τῶν ἀνθυπάτων ἐπεκοσμήσαμεν τιμαῖς, τὰς δὲ τῶν καλουμένων κομήτων, καὶ ἑτέρας πραιτώρων, καὶ μοδεραπώρων ἄλλας, καὶ ἀεί τι προσεξευρίσκοντες λαμπρὸν, τῇ καθ' ἡμᾶς πολιτείᾳ νέον δεδώκαμεν ἄνθος. Εἰς νοῦν δὲ ἡμῖν ἦλθε καὶ ἡ Καισαρέων [1]) μητρόπολις ἡ Παλαιστίνης ἡγουμένη τῆς πρώτης, ἣν ἔχρῆν καὶ πρὸ τῶν ἄλλων μείζονος ἀπολαῦσαι τιμῆς, διότι καὶ πρώην ἀνθύπατος αὐτὴν εἶχε καὶ ἐφεστήκει τῇ αὐτῇ [2]) τοιαύτῃ τις ἀρχή, καὶ ἐκ σεμνοτέρας εἰς ἐλάττω μετέβαλε, μιᾶς μέντοι ἔμπροσθεν τῆς ὅλης οὔσης Παλαιστίνης, εἰς τρεῖς δὲ διαιρεθείσης μοίρας, καὶ οὔτε τῆς ἀνθυπατείας αὐτῆς [3]) μεινάσης, ἀλλ' εἰς ἀρχὴν ταύτην δὴ τὴν ὀρδιναρίαν καλουμένην κατενεχθείσης. καίτοι γε ἀρχαία τέ ἐστι καὶ ἀεὶ σεμνή, ἡνίκα τε αὐτὴν Στράτων ἱδρύσατο πρῶτος, ὃς ἐξ Ἑλλάδος ἀναστὰς γέγονεν αὐτῆς οἰκιστής, ἡνίκα τε Οὐεσπασιανὸς ὁ τῆς θείας μνήμης, ὁ τῶν αὐτοκρατόρων εὐδοκιμώτατος, ὁ Τίτου πατὴρ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης (ὅπερ αὐτῷ καὶ μόνον ἤρκει πρὸς ἅπασαν εὐδοξίαν) εἰς τὴν τῶν Καισάρων αὐτὴν ὠνόμασε προσηγορίαν, πρότερον Στράτωνος πύργον καλουμένην, ταύτην αὐτῇ χαρισάμενος τὴν τιμήν, διότι κατ' αὐτὴν ἐπὶ ταῖς Ἰουδαϊκαῖς νίκαις εἰς αὐτοκράτορας ἀνεγράφη. §. 1. Ὁρῶμεν δὲ αὐτὴν χώρας ἄρχουσαν μεγάλης τε καὶ θαυμαστῆς, καὶ αἰσθησιν ὅτι μάλιστα πλείστην τῇ καθ' ἡμᾶς παρεχομένην πολιτείᾳ φόρων τε μεγέθει καὶ εὐγνωμοσύνης

Novella CIII.

DE PROCONSULE PALAESTINAE.

Scripta est Ioanni, sacro Praetorio iterum Praefecto gloriosissimo, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Iam quidem et alios gentium praesidatus, qui antea humiles erant, nec quidquam fortiter peragere poterant, maiores fecimus, et partim quidem spectabiles eos effecimus, partim vero ipsis atque assessoribus et cohorti annonas auximus, ceteraque omnia largiti sumus, et de appellationibus ut cognoscerent permisimus. Atque hos quidem proconsulum, alios vero comitum, qui vocantur, alios praetorum, alios moderatorum honoribus ornavimus, semperque splendidi quid invenientes, novum reipublicae nostrae decus conciliavimus. In mentem vero nobis venit etiam Caesarea metropolis, quae in prima Palaestina principatum tenet, quam etiam prae reliquis maiore honore frui oportebat, quoniam antea quoque proconsul eam habuit et talis magistratus illi praefuit, atque ex maiore in minorem dignitatem translata est, quum Palaestina, quae antea tota una fuit, in tres partes postea divisa fuerit, nec proconsulatus eius manserit, sed in hunc magistratum, qui ordinarius vocatur, translatus sit; quanquam antiqua est, semperque honesta fuit, cum quando eam Straton primus fundavit, qui Graecia oriundus eam condidit, tum etiam quando Vespasianus piae memoriae, clarissimus Imperatorum, pater Titi piae memoriae (quod illi vel solum ad omnem gloriam sufficit), Caesarum nomine ipsam appellavit, quum antea turris Stratonis vocaretur, honorem hunc ipsi praebens, quod in ea post victorias Iudaicas Imperatoribus adscriptus est.

§. 1. *Videmus autem eam magnae et admirabili regioni imperare, fructumque reipublicae nostrae quam maximum tributorum magnitudine et devotionis excellentia praebere, magnique nominis urbes habere, atque alere*

Const. XXXIII.

DE PROCONSULE PALAESTINAE.

Idem Aug. Ioanni Pf. P.

Praefatio. Iam quidem et alios gentium praesidatus maiores constituimus, humiles primitus exsistentes et agere nihil validissimum [4]) potentes, et tam spectabiles statuimus, quam [5]) etiam eis annonas adiecimus, consiliariisque et officio, et [6]) alia omnia largiti sumus, et appellationes audire dedimus, et alias [7]) proconsulum quidem adornavimus honore, alias autem eorum, qui comites vocantur, et alias praetorum [8]) et moderatorum administratione [9]), et semper aliquid invenientes clarum [10]) nostrae reipublicae novum dedimus florem. In animum quoque nostrum venit et Caesariensium metropolis, Palaestinae praesidens primae, quam [11]) oportebat et ante alias maiore honore frui, eo quod [12]) et pridem proconsulem [13]) habuit, et praeerat ei quaedam talis administratio, et quum esset nobilior, in minorem rationem mutata est, quum una prius quidem tota fuit Palaestina, in tres vero divisa partes, et neque proconsularitas [14]) ei mansisset, sed in hanc administrationem [15]) quae ordinaria nuncupatur, deposita est, quum utique sit antiqua et nobilis semper secundum se, quoniam Strato collocavit, qui primus ex Hellade surgens factus est eius aedificator, et tum Vespasianus piae memoriae, Imperatorum probatissimus, Titi pater piae memoriae [16]) (quod ei etiam solum sufficiebat ad gloriam universam), ad Caesarum eam vocabulum nominavit, et [17]), quum prius Stratonis turris appellaretur, hunc ei donavit honorem, eo quod in ea sub Iudaicis victoriis inter Imperatores adscriptus est. §. 1. Videmus autem eam provinciae [18]) praesidere maiori atque mirabili, et compendium maxime plurimum nostrae

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Athan. IV.* 20. (*Reimb. Anecd. I. p.* 61.) — *Nov. praeter procemium et epilogum est in Bas. VI.* 17. — *Iulian. Const.* 96. — *Versionem antiquam non glossatam ex Cod. Vindob. ed. Bk.*

[1]) Καισάρεια *Hal.* — [2]) τῇ αὐτῇ *om. Hal.* — [3]) αὐτῆ *Hal., Vet. Int.* — [4]) validissimorum *sec. Graec.* — [5]) *Bk.*; quoniam *Cod.* — [6]) *Bk.*; et *om. Cod.* — [7]) *Bk.*; et alias *om. Cod.* — [8]) *Bk.*; priores *Cod.* — [9]) *Bk.*; administrationes *Cod.* — [10]) *Bk.*; clarorum *Cod.* — [11]) *Bk.*; quoniam *Cod.* — [12]) *Bk.*; eoque *Cod.* — [13]) proconsul eam *cum Graeco conveniret.* — [14]) *Bk.*; procensulariva *Cod.* — [15]) *Bk.*; et in hac administratione *Cod.* — [16]) Imperatorum — memoriae *om. Cod., supplevit Bk.* — [17]) *Bk.*; nominasset *Cod.* — [18]) *Bk.*; provinciam *Cod.*

σύνης ὑπερβολῇ, καὶ παρεχομένην πόλεις σεμνάς, καὶ πολίτας ἐκτρέφουσαν ἀγαθοὺς καὶ λόγων μεστοὺς καὶ ἐν ἱερεῦσιν εὐδοκιμοῦντας, καὶ τὸ δὴ πάντων μέγιστον, ὅτι δὴ κατ' αὐτὴν ὁ τοῦ παντὸς δημιουργός, ὁ δεσπότης ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ τοῦ παντὸς ἀνθρώπων σωτηρία γένους, ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ ἠξίωσεν οἰκειώσασθαι τὰ ἡμέτερα.

alere cives bonos et praeceptis sapientiae plenos, quique inter sacerdotes celebres sunt, et, quod omnium maximum est, in ea conditorem universi, Iesum Christum, verbum dei, totius humani generis salutem, in terris visum, nostraque assumere dignatum esse.

Κεφ. α'.

Ταύτην τοίνυν πῶς οὐκ ἂν τιμήσαιμεν καὶ ἐπανάξαιμεν αὐτὴν πρὸς τὸ τῆς ἀνθυπατείας αὐτῆς σχῆμα, καὶ δώσομεν τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι ταύτην, ἀνθύπατόν τε εἶναι καὶ καλεῖσθαι; Ὅπερ πράττομεν διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ τύπου. Καλεῖσθαι δὲ αὐτὸν καὶ ἰδικὸν βουλόμεθα Καισαρεῦσι νόμον. ἀνθύπατόν τε ἀποκαλοῦμεν [1]) τὸν τὴν ἀρχὴν ἔχοντα, καὶ δίδομεν αὐτῷ τὸ τοῖς περιβλέπτοις ἐγγράφεσθαι, καὶ ἔχειν ἅπαντα, ὁπόσα ἴδια τῆς τοιαύτης ἐστὶν ἀρχῆς, ἀκούειν τε τῶν ἐφεσίμων δικῶν ἄχρι decem librarum auri ἑξ ἑκατέρας Παλαιστίνης εἰς αὐτὸν φερομένων, ἰσχυράν τε [2]) τῷ πανὶ καθεστάναι, ὥστε καὶ τὰς ἡμετέρας προστάξεις δύνασθαι κάλλιον καὶ ἐρρωμενέστερον ἐκτελεῖν. χρήσεται δὲ καὶ τῇ σεμνῇ καὶ ἀρχαίᾳ τηβέννῳ [3]) (φαμὲν δὲ τῇ περιπορφύρῳ στολῇ), ἐν ταῖς ἱερομηνίαις ἀύτὴν περιτιθέμενος, καὶ ἐγκαλλωπιζέσθω τοσαύτῃ περιεσθεὶς [4]) τιμῇ. καὶ πόλεων [5]) ἐξαρχέτω, στρατιωτῶν τε τοσούτων, καὶ πᾶν εἴ τι συμφέρον ἐστὶ καὶ τῷ δημοσίῳ καὶ τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι, πραττέτω. Κατὰ σιτήσεων δὲ πρόφασιν viginti duas [6]) libras auri αὐτῷ δίδομεν, ὥσιε εἰς ἑαυτόν τε καὶ τὸν αὐτοῦ πάρεδρον καὶ τὴν πειθομένην αὐτῷ τάξιν ταῦτα διελεῖν καθ' ὃν ἂν αὐτὸς βουληθείη τρόπον, καὶ ταῦτα εἰς ἡμᾶς μηνῦσαι, ὥστε ἐκ θείου πραγματικοῦ τύπου καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις διαίρεσιν ἡμᾶς ἐπικυρῶσαι. οὐδὲ γὰρ ὑπομένομεν αὐτόν τε καὶ τὸν πάρεδρον ἔτι τὴν παλαιὰν εὐτέλειαν τῶν σιτήσεων ὁρῶντες κομιζομένους, οὐδὲ τὴν αὐτοῦ τάξιν παντελῶς ἐβοήθητον οὖσαν, καίτοι γε ἐπὶ τοσαύταις εἰσφοραῖς κάμνουσάν τε καὶ κινδυνεύουσαν, ὥστε αὐτὴν εὐνοϊκῶς τε ὑπουργεῖν αὐτῷ, καὶ τοὺς δημοσίους εἰσπράττειν φόρους, καὶ ἀπέχεσθαι λημμάτων ἀδίκων.

Cap. I.

Hanc igitur quidni honoremus, et ad ipsam proconsularem formam evehamus, eique, qui magistratum hunc habet, concedamus, ut proconsul sit et vocetur? Id quod sacra hac pragmatica sanctione facimus. Vocari autem eam volumus singularem Caesariensium legem; et proconsulem appellamus eum, qui magistratum gerit, illique concedimus, ut spectabilibus adscribatur, omniaque, quae illi imperio propria sunt, habeat; causas etiam appellationum usque ad decem libras auri, quae ex utraque Palaestina ad eum deferuntur, cognoscat, atque in omnibus potens sit, quo mandata nostra pulcre et strenue exsequi possit. Utetur autem honorifica illa atque antiqua toga (stola scilicet purpurea), festis diebus induens eam, et tanto honore affectus glorietur; bellisque et tot militibus praesit, et omne id, quod fisco atque subditis nostris utile est, faciat. Annonarum vero nomine illi praebemus viginti duas libras auri, ut illas inter se, assessorem suum et cohortem sibi parentem quo velit ipse modo dividat, eaque nobis indicet, ut sacra pragmatica sanctione eam divisionem confirmemus. Neque enim ferre possumus, ut ipse eiusque assessor veterem illam et exiguam annonam accipiant, ac cohors eius penitus auxilio destituatur, quae tamen in tot exactionibus laborat et periclitatur. Quare illa benevole ei ministret, et publica tributa exigat, iniustisque muneribus accipiendis abstineat.

Κεφ. β'.

Cap. II.

nostrae praebentem [7]) reipublicae tributorum magnitudine et devotionis excellentia, et parantem [8]) civitates nobiles, et cives alentem bonis [9]) et doctrinis plenos, et [10]) inter sacerdotes probatissimos, et quod omnium praecipuum, et quia [11]) in ea universorum creator, dominus noster Iesus Christus, dei verbum et totius humani generis salus, in terra apparuit et dignatus est facere sua, quae nostra sunt.

Cap. I. Hanc igitur quomodo non honorabimus, et vehemus eam ad proconsularitatis eius figuram, et dabimus ei, qui hanc administrationem habet, proconsulem [12]) esse et vocari? Quod agimus per hanc sacram pragmaticam formam, vocari autem eam specialem volumus Caesariensium legem, proconsulem vero efficimus eum, qui cingulum habet, et damus ei, ut inter spectabiles adscribatur, et habeat omnia [13]), quaecunque propria eiusmodi sunt [14]) administrationis, et audiat appellationum causas usque ad X. libras auri [15]) ex utraque Palaestina in eum deferendas, validaque semper exsistat [16]), quo et nostras praeceptiones possit melius et validius adimplere. Utatur autem nobili et antiqua toga (dicimus autem purpurea stola) sacris mensibus eam circa amictus, fulgeatque tanto honore; et civitatibus praesit, tantisque militibus, et quidquid utile est fisco et nostris collatoribus agat. Pro annonarum vero occasione XX. duas libras auri damus ei, ut sibi et assessori et parenti sibi [17]) officio haec dividat secundum quem ipse voluerit modum, et haec ad nos enunciet [18]), ut ex sacra pragmatica forma etiam in his divisionem nos confirmemus. Non enim patimur et ipsum et [19]) assessorem ad hanc antiquam vilitatem [20]) annonarum respicientes accipere, nec [21]) eius officium sine solatio exsistere, quum in tantis illationibus laborem periculumque sustineat [22]), quatenus devote ministret ei, et publicas exigat functiones, et abstineat acceptionibus iniustis.

Cap. II.

---

[1]) ἀποτελοῦμεν *Hal.*, (*Vet. Int.*); ἀποστελοῦμεν *Bas.* — [2]) ἰσχύσαι τε *Hal.*; ἰσχυρόν τε *Bas.* — [3]) βενέτῳ *Hal.* — [4]) *Emend. C. G. E. Heimbach in Bas.*; περιτιθεὶς *Scrimg.*, *Hal.*, *Bas.* (*Cod. Coisl.*) — [5]) *Emendavimus ita Vet. Int. secuti*; πολέμων *Scrimg.*, *Bas.*; πολλῶν *Hal.* — [6]) κ' *Hal.* — [7]) *Bk.*; praebentes *Cod.* — [8]) *Concinnius esset* praebentem. — [9]) *Leg.* bonos. — [10]) *Bk. ed. ster.*; et *om. Cod.* — [11]) praecipuum est, quia *Bk.* — [12]) *Bk.*; proconsularem *Cod.* — [13]) *Bk.*; ea *Cod.* — [14]) *Bk.*; sunt *om. Cod.* — [15]) *Bk.*; et *add. Cod.* — [16]) defendas valida quem semper existere *Cod.*; deferendas, validusque semper existat *Bk.* — [17]) *Bk.*; et ass. et parenti sibi *om. Cod.* — [18]) denunciet *Bk.* — [19]) *Bk.*; et *om. Cod.* — [20]) *Bk.*, utilitatem *Cod.* — [21]) *Bk.*; nec *om. Cod.* — [22]) *Bk.*; et *add. Cod.*

Κεφ. β'.

Ἐπικοινωνησει δὲ οὐδ' ὁτιοῦν ταῖς πολιτικαῖς αἰτίαις καὶ ταῖς τῶν δημοσίων φόρων εἰςπράξεσιν ὁ κατὰ καιρὸν περίβλεπτος τῶν τόπων δοὺξ, ἀλλ' αὐτὸς πᾶσαν ἰδιωτικήν τε καὶ δημοσίαν κατὰ τὸ ῥηθὲν αἰτίαν διακρινεῖ. καὶ μάλιστα πάντων προνοήσει τῆς τε ἀνελλιποῦς τῶν δημοσίων εἰςκομιδῆς, καὶ τοῦ καθαραῖς χρῆσθαι ταῖς χερσί (τοῦτο ὅπερ καὶ Στέφανος ὁ περίβλεπτος ὁ νῦν πρῶτος ἐπ' αὐτῆς γενόμενος ἤδη τε φυλάξας ηὐδοκίμησεν, καὶ αὖθις ὅτι τοῦτο πράξει διὰ τῶν ἤδη φθασάντων πεπείσμεθα), μάλιστα δὲ πάντων φροντιεῖ τῆς τῶν πόλεων εὐταξίας, καὶ τοῦ μηδένα εἶναι ταῖς πόλεσι δημοτικὸν θόρυβον. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς ἴδιον, ὃς δὴ παραλαβὼν στασιάζουσαν τὴν χώραν ἔκ τε προφάσεων ἑτέρων, καὶ μάλιστα ἐκ τοῦ διαφόρου τῶν θρησκευμάτων, εἰρηνικήν τε ἀπέδειξε καὶ πάσης ἀπήλλαξε ταραχῆς. ὃ δὴ καὶ αὖθις αὐτῷ ποιεῖν ἐπιτρέπομεν, καὶ εἴ ποτε τοιοῦτό τι γένοιτο, κατὰ τὴν δευτέραν τε ἐπιφοιτᾶν Παλαιστίνην, καὶ καθιστᾶν τὸ ταράττον, καὶ μὴ συγχωρεῖν μηδ' ὁτιοῦν πράττεσθαι κατ' ἐκείνην δύσκολον, καὶ μάλιστα δὴ κατ' ἐκείνην, ἐπειδήπερ ὁρῶμεν πολλοὺς ἐκεῖσε φυομένους θορύβους, καὶ οὐ μικρὰ τούτων ἀποτελέσματα καθεστῶτα.

Κεφ. γ.

Εἰ δὲ δεηθείη καὶ στρατιωτῶν τῶν ἐγκαθημένων τῇ χώρᾳ, καὶ τούτους αὐτῷ παρέξομεν [1]), ἐξ οὗπερ ἂν ἡμεῖς συνίδοιμεν γενναιοτάτου στρατιωτικοῦ καταλόγου, πρός τε τὴν τῶν πόλεων εὐκοσμίαν καὶ εὐταξίαν τῶν τοὺς ἀγροὺς οἰκούντων, πρός τε τὴν τῶν δημοσίων εἰςπραξιν. τοῦ θείου πραγματικοῦ τύπου τοῦ ἐπὶ τούτοις αὐτῷ δεδομένου πρώην κυρίου καὶ νῦν μένοντος, ὃς οὐ βούλεται οὐδὲ τὸν περίβλεπτον δοῦκα, οὐδὲ τὸν ἐνδοξότατον στρατηγὸν ἄδειαν ἔχειν ἀφέλκειν τοὺς προεδρεύοντας αὐτῷ στρατιώτας, ἵνα μή τις ἐντεῦθεν γένηται ταῖς πόλεσι ταραχή. τοῦτο ὅπερ οὐκ ἂν ποτε πράχθήσεται, διοικοῦντος μὲν αὐτοῦ τὴν πολιτικὴν ἀρχήν, προνοοῦντος δὲ καὶ τῆς τῶν δημοσίων ὑποτελῶν εὐταξίας, τήν τε ἐκ τῶν στρατιωτῶν ἔχοντος συμμαχίαν, καὶ τὸ ἀκοσμοῦν ἔν τε αὐτοῖς τοῖς στρατιώταις, ἔν τε τοῖς ἄλλοις δι' ἐκείνων παιδεύοντος.

§. 1. *Ἔσονται δὲ διακεκριμένοι τοῖς ὅλοις ὅ τε περίβλεπτος τῶν τόπων δοὺξ, καὶ ὁ τὴν ἀνθύπατον ἔχων*

Cap. II.

Nullam vero omnino cum civilibus causis et tributorum publicorum exactionibus communionem habebit spectabilis pro tempore illorum locorum dux, sed ipse (proconsul) omnes privatas et publicas, ut dictum est, causas diiudicabit, maximeque providebit, ut tributa indesinenter inferantur; et ipse puris utatur manibus (quod et spectabilis Stephanus, qui nunc primus in illa est, observans inclaruit, quem et porro id facturum esse, ex praeteritis persuasum habemus), omnium vero maxime curam geret tranquillitatis civitatum, neve in civitatibus ullus tumultus publicus excitetur. Nam et hoc proprium est magistratus illius, qui provinciam cum ob alias causas, tum maxime ob diversitatem religionum seditionibus laborantem, suscipiens, eam pacatam reddidit, omnique tumultu liberavit; quod ut denuo faciat, illi praecipimus, et si forte tale quid fiat, in secundam Palaestinam excurrat, et tumultus componat, nec permittat, ut in illa quid duri statuatur, maxime in illa, quoniam multos ibidem tumultus exortos, nec exiguos eorum effectus esse videmus.

Cap. III.

Si vero militibus indigeat, qui in provincia degunt, etiam hos ei, ex quo nobis placuerit fortissimorum militum catalogo, praebebimus, cum ad ornatum urbium, eorumque, qui agros incolunt, tranquillitatem, tum etiam ad tributorum exactionem; sacra pragmatica sanctione, quae illi quod ad haec nuper data est, etiam nunc rata manente, quae non vult, spectabilem ducem vel gloriosissimum magistratum militum licentiam habere milites apud eum commorantes abstrahendi, ne exinde tumultus in urbibus oriatur, id quod nunquam fiet, si ille magistratum civilem administret, et tranquillitati eorum, qui tributa conferunt, prospiciat, atque auxilium a militibus habeat, et tam ipsorum militum, quam reliquorum ferociam illorum opera corrigat.

§. 1. *Erunt vero plane distincti dux spectabilis locorum, et is, qui proconsulare imperium gerit. Atque*

Cap. II. Communicabit autem in nullo civilibus causis et fiscalium tributorum exactionibus per tempora spectabilis locorum dux, sed ipse omnem privatam et publicam, sicut dictum est, causam discernet. Et praecipue omnium providebit, ne desit fiscalium illatio, et ut puris utatur manibus (quod Stephanus spectabilis, qui nunc primus eius factus est, et dudum servans approbatus est, et rursus hoc agere enim per ea, quae praecesserunt [2]), confidimus), maxime vero omnium cogitabit pro civitatum disciplina, ut nulla sit civitatibus publica turba. Nam et hoc eius administrationis proprium est, qui, dum suscepisset tumultuantem provinciam ex occasionibus aliis et maxime ex diversitate religionum, pacificam demonstravit et omni tumultu liberatam. Quod etiam rursus enim facere praecipimus, et si quando aliquid fiat tale, ad secundam venire Palaestinam, et sedare quod turbatur, et nihil permittere fieri [3]) in ea difficile, et maxime in illa, quoniam videmus plurimos ibi emergere tumultus et non parvi [4]) horum consistunt effectus.

tuae custodiunt, exemplum detur cum subscriptione illius, qui eum magistratum, cui tu nunc praees, gerit, ut per omnia incorrupta maneant, quae a nobis disposita sunt. Nemo autem eorum, qui ad consulatus dignitatem perveniunt, indignetur, si moderatis adeo expensis factis nomen tempori sit daturus. Nam omne id, quod hucusque consules cum ex dicasterio celsitudinis tuae, tum a gloriosissimis nostris praefectis et alibunde liberalitate nostra acceperunt, hoc illis etiam nunc dabimus, qui expensas quidem ab illis factas contraximus, liberalitatem vero nostram non minuimus. Ab omnibus vero, quae a nobis dicta sunt, Imperator eximatur, cui ipsas etiam leges deus subiecit, et quem tamquam vivam legem hominibus misit. Propterea Imperatori, qui omnibus urbibus, populis, et singulis quae vult distribuit, consulatus semper subest. Stola vero, quando ipsis placuerit, accedit, sicut et Imperatoris consulatus perpetuo sceptra sequetur.

Ἔπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τόνδε ἡμῶν παραλαβοῦσα τὸν νόμον διηνεκῶς αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ μένειν ἰσχύος παρασκευαζέτω κατὰ πᾶσαν τὴν αὐτῷ περιεχομένην δύναμιν. Legi [2]). Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων. Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Λογγίνῳ τῷ λογιωτάτῳ καὶ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως. Dat. V. Kal. Iul. Const. post Belisarii V. C. cons. [536.] [3]).

Epilogus.

Tua igitur excellentia hanc legem suscipiens curet, ut ea ad omnem, quam habet, vim et sententiam perpetuo in robore suo maneat. Legi. *Scriptum est exemplum Ioanni, gloriosissimo iterum praefecto sacro praetorio, exconsuli. Scriptum exemplum Longino, prudentissimo et gloriosissimo praefecto felicis huius urbis.*

ΑΙΑ-

No-

ulterata maneant, quae a nobis disposita sunt. Difficultatem vero nullus habebit horum, qui ad consulatus veniunt honorem, si mediocrem ita faciens expensam in omni tempore fiet. Etenim omne, quidquid hactenus consulatus habentes honorem et ex foro tuae celsitudinis, et ex gloriosissimis praefectis nostris, aut etiam alibunde per munificentiam nostram percipiebant, et nunc eis dabimus, ab eis quidem faciendas expensas abbreviantes: a nobis autem largitatem non minorantes. Omnibus autem a nobis dictis Imperatoris excipiatur fortuna, cui et ipsas deus leges subiecit, legem animatam committens [4]) hominibus, eo quod Imperatori quidem est [5]) ingis et indesinens consulatus, omnibus civitatibus, et populis, et gentibus in singulis quae placent distribuenti, advenit autem [6]) quum ipse annuerit trabea, ideoque et imperii consulatus per omnia sit sequens sceptra.

Epilogus. Tua igitur celsitudo hanc nostram suscipiens legem perpetuo eam in sua manere fortitudine procuret secundum omnem, quae in ea continetur, virtutem. Legi [7]). Scriptum exemplum Ioanni gloriosissimo sacrorum Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio. Scriptum exemplar Longino prudentissimo et gloriosissimo Praefecto huius almae urbis [8]). Dat. V. Kal. Iul. Constantinop. post cons. Belisarii V. C. [536.]

CONST. CXXX.

---

[1]) *Vulg.* (*cf. Cuiac. expos. h. n.*); ἡνίκα αὐτοῖς νεύσειεν ἡ στολὴ *Scrimg., Hal.*; ἡνίκα αὐτὸς νεύσειε τῇ στολῇ *Hal. in not. recogn. op.* — [2]) *Vulg.* (*cf. Cuiac. l. c.*); legatur *Scrimg.*; *hoc vocab. om. Hal.* — [3]) *Cont.*; *subscr. deest ap. Scrimg. et Hal.*; V. Kal. Ian. *Cod. Vindob.* (*in reliquis ut Cont.*), *cf. Biener l. c. p. 521.*; Kal. Ian imp Iustin. anno XI. post consulatum Belisarii anno II. *Athan.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; eum mittens *Cont.* — [5]) qui est *Cod. Hamb.*; quidem *Trid., Port., Cont.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; distribuenti advenit, aut *Port., Cont.* — [7]) virtutem legis *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [8]) Scripta apparitori Iohanni praeposito orientis, scripta apparitori longino praefecto felicissimae urbis *Cod. Hamb., Trid.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ (φέ.[a])

Περὶ τῶν ναυτικῶν δανείων.

Ο αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Μηνύσεως ἠκούσαμεν τῆς σῆς ὑπεροχῆς, ἧς τὴν πρόφασιν ἡμεῖς αὐτοὶ παρεσχόμεθα. ἐδίδαξας γάρ, Πέτρον καὶ Εὐλογητὸν ἱκετεῦσαι τὸ θεῖον ἡμῶν κράτος, καὶ τὰ καθ' αὐτοὺς ἀφηγουμένους εἰπεῖν, ὡς εἰώθασι ναυκλήροις ἤτοι ἐμπόροις δανείζειν χρυσίον, καὶ μάλιστα τοῖς ἐν θαλάττῃ τὰς πραγματείας ποιουμένοις, καὶ ταύτην ἔχειν τοῦ βίου τὴν πρόφασιν, τὰ τοῖς θαλαττίοις ταῦτα δανείσματα, ἃ καλεῖν ὁ καθ' ἡμᾶς εἴωθε νόμος traiectitia, *δεδοικέναι δὲ αὐτούς, ὡς ἀμφισβητήσεων ἐντεῦθεν αὐτοῖς ἀνισταμένων, καὶ δεῖσθαι διὰ τοῦτο γενέσθαι φανερὸν τὸ κρατοῦν καὶ ἐπὶ τούτοις ἔθος, ὥστε καὶ θέλειν ἡμῶν ἐπὶ τούτῳ προελθεῖν κέλευσιν, τὴν τὸ ἔθος εἰς σαφέστατον ἄγουσαν τύπον. τοιγαροῦν ἡμᾶς ἐγκελεύεσθαί σοι τὴν τῆς ἀμφισβητήσεως φύσεως μαθεῖν, καὶ ταύτην εἰς ἡμᾶς ἀγαγεῖν, ὥστε φανερᾶς ἡμῖν γενομένης τὸ δοκοῦν νόμῳ περιλαβεῖν διηνεκεῖ, καὶ τὴν σὴν ἐνδοξότητα ταῦτα πρᾶξαι παρ' ἡμῶν κελευσθεῖσαν συναγαγεῖν τοὺς ναυκλήρους, οἷς δὴ τὰ τοιαῦτα τῶν δανεισμάτων μέλει, καὶ πυθέσθαι, ποῖόν ποτε τὸ ἀρχαῖον ἔθος ἦν, τοὺς δὲ καὶ ὅρκον προσεπιτιθέντας μαρτυρεῖν, τρόπους εἶναι ποικίλους τῶν τοιούτων δανεισμάτων, καὶ εἰ μὲν δόξειε τοῖς δανεισταῖς ἐφ' ἑκάστῳ νομίσματι τῶν χρημάτων, ἅπερ ἂν δοῖεν, ἵνα σίτου μόδιον ἢ κριθῆς ἐμβαλεῖν τῇ νηΐ, καὶ μήτε μισθωμα τοῖς δημοσίοις παρέχειν ὑπὲρ αὐτοῦ τελώναις, ἀλλὰ τό γε ἐπ' αὐτοῖς ἀτελώνητα πλέειν τὰ σκάφη, καὶ τοῦτον ἔχειν καρπὸν ὧν ἐδάνεισαν χρημάτων, καὶ πρός γε καὶ κατὰ δέκα χρυσοῦς ἕνα κομίζεσθαι μόνον ὑπὲρ τόκων, καθ' ἑκάστην δεκάδα χρυσίου, αὐτοὺς δὲ .ους δανειστὰς ὁρᾶν τὸν ἐκ τῶν ἀποβησομένων κίνδυνον. εἰ δὲ οὐχ ἕλοιντο τὴν ὁδὸν ταύτην οἱ δανείζοντες, τὴν ὀγδόην μοῖραν λαμβάνειν ὑπὲρ ἑκάστου νομίσματος ὀνόματι τόκων οὐκ εἰς χρόνον τινὰ ῥητὸν*

Novella CVI.

DE NAUTICIS USURIS.

Idem Imperator Ioanni, iterum Praefecto Praetorio, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Nuntium excellentiae tuae audivimus, cui nos ipsi occasionem praebuimus. Indicasti enim, Petrum et Eulogetum sacrae potestati nostrae supplicasse, rebusque suis explicatis dixisse, se naucleris sive negotiatoribus aurum credere consuevisse, maxime illis, qui transmarinas negotiationes exerceant, vitamque ex maritimis illis creditis, quae lex apud nos traiectitia vocare solet, tolerare, timere vero eos, quia controversiae illis exinde exortae essent, et propterea rogare, ut consuetudo, quae in rebus illis obtinet, fiat manifesta, ita ut sacra iussio a nobis edatur, quae consuetudinem illam in manifestissimam legem transferat; itaque nos tibi mandasse, ut controversiae naturam cognosceres, eamque nobis exponeres, quo illa nobis declarata id, quod videretur, perpetua lege complecteremur, tuamque gloriam a nobis id facere iussam congregasse naucleros, quibus haec credita curae sunt, et interrogasse quae fuerit antiqua illa consuetudo, illos vero, iureiurando etiam praestito, varios esse horum creditorum modos fuisse testatos; et si quidem creditoribus placuerit in unumquemque pecuniae solidum, quem dederint, unum modium tritici aut hordei navi imponere, nec mercedem pro eo publicis portitoribus solvere, sed quantum ad eos scaphas sine vectigali ambulare, et hunc eos percipere fructum ex pecunia, quam crediderint, et praeterea pro decem aureis unum solum usurarum nomine in singulas pecuniae decades accipere, ad ipsos autem creditores spectare periculum eventus; si vero creditores hanc viam non eligant, octavam partem pro unoquoque solido usurarum nomine non ad certum quoddam tempus numerandorum, sed donec navis salva redierit, accipere. Hoc autem pacto contingere fortasse, ut in annum etiam tempus extendatur, si navis tam diu foris moretur, ita ut annus finiatur vel etiam excedatur, ipsa vero citius redeunte,

Gl. CONST. CXXX.

DE USURIS NAUTICIS.

(Coll. IX. tit. 11.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio [1]).

Praefatio. Nuntium audivimus a tua celsitudine, cui occasionem nos ipsi praebuimus. Duos enim istos [2]), Petrum et Eulogium supplicasse nostrae sacrae potestati, et per se explanasse, dicentes, quia [3]) consuevernnt naucleris seu negotiatoribus mutuare, et maxime in mari negotia facientibus, et hanc vitae habere occasionem; ipsa vero marina credita vocare [4]) nostra consuevit lex traiectitia, et metuere eos, utpote dubitationibus hinc eis exortis, oportere [5]) propterea fieri manifestum, quae valeat super his consuetudo, ut et sacra nostra in hoc [6]) procederet iussio, quae consuetudinem ad certissimam duceret formam; itaque nos declarasse [7]) tibi dubitationis naturam cognoscere, et hanc ad nos deducere, quatenus manifesta nobis facta, quod videretur lege comprehenderetur perpetua, tuamque gloriam haec [8]) a nobis agere iussam, convocasse naucleros, quibus haec mutua curae sunt et interrogasse, quae aliquando antiqua consuetudo fuerit [9]), illos autem, et iusiurandum adiicientes testimonio, perhibuisse, modos esse varios talium mutuorum, et si quidem placuerit creditoribus, in singulis solidis pecuniarum, quas dederint, unum tritici modum aut hordei imponere, quae mercedem publicis praeberent pro eo teloniariis [10]), sed quantum ad ipsos sine telonio navigare naves, et hunc habere fructum earum [11]), quas crediderunt [12]), pecuniarum, et insuper etiam pro decem aureis unum perci-

---

[a]) *Scrimg.*; *deest ap. Hal.* — *Breviter quae hac lege continentur, refert Athan. XVII.* 1. (*Heimb Anecd. I. p.* 161.) — *Iulian. Const.* 99. — *Versio est glossata.*

[1]) Iohanni pp. *Cod. Hamb.*; Ioanni praeposito Orientis *Trid.*; Petro gloriosissimo praefecto sacrorum Praetoriorum *Port.*, *Cont.* — [2]) docuisti eum *emend. Cuiac. Obss. XXVII.* 37.; docuisti enim *Bk.* — [3]) *Cod. Hamb.*; quod *edd.* — [4]) occasionem, ipsa marina credita, quae vocare *Bk.* — [5]) et oportere *Bk.* — [6]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; haec *Port.*, *Cont.* — [7]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; delegantes *Port.*, *Cont.*; delegasse *Bk.* — [8]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; hoc *Cont.* — [9]) *Cod. Hamb.*; fuit *edd.* — [10]) *Cod Hamb.*, *Trid.* (*sed* theonariis *Cod.*, theolonariis *Trid.*); imponere, qui mercedem publicis praeberent pro telonearii *Port.*; imponere, qui mercedem publicis praeberent teloniariis *Cont.*; imponere navi, nec mercedem publicis praebere pro eo teloniariis *Bk.* — [11]) et aurum *Cod. Hamb.*; et harum *edd.* — [12]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; crediderint *Port.*, *Cont.*

ῥητὸν ἀριθμουμένων, ἀλλ' ἕως ἂν ἡ ναῦς ἐπανέλθοι σεσωσμένη. κατὰ τοῦτο δὲ τὸ σχῆμα συμβαίνει [1]) ἴσως καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἐκταθῆναι τὸν χρόνον, εἴπερ τοσοῦτον ἔξω διατρίψειεν ἡ ναῦς, ὡς καὶ τὸν ἐνιαυτὸν ἢ πέρας λαβεῖν ἢ καὶ ὑπερβῆναι, θᾶττόν γε μὴν ἐπανιούσης αὐτῆς τὸν χρόνον εἰς ἕνα μόνον ἢ δύο παρελκυσθῆναι μῆνας, καὶ ἐκ τῶν τριῶν κεραίων ὠφέλειαν ἔχειν, κἂν οὕτως βραχὺς διαγένηται χρόνος, κἂν εἰ περαιτέρω παρὰ τῷ δανεισαμένῳ μένοι τὸ χρέος. ταὐτὸ δὲ τοῦτο κρατεῖν, ἑτέραν πάλιν τῶν ἐμπορευομένων ἀποδημίαν αἱρουμένων, ὥστε καθ' ἕκαστον φόρτον ὁρίζεσθαι τὸ σχῆμα, καθ' ὃ προσήκει τὸ δάνεισμα ἢ μένειν ἢ ἐναλλάττεσθαι κατὰ τὸ περὶ τούτου συνδοκοῦν τοῖς μέρεσι σύμφωνον. εἰ μέντοι μετὰ τὴν ἐπάνοδον, τῆς νηὸς σωθείσης καὶ μηκέτι πλεῖν διὰ τὸν καιρὸν δυναμένης, ἐπανέλθοιεν, εἴκοσι καὶ μόνων ἡμερῶν προθεσμίαν δίδοσθαι παρὰ τῶν δανεισάντων τοῖς δανεισαμένοις, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τῶν ὀφλημάτων τόκου ἕνεκεν ἀπαιτεῖν, ἕως προαθῆναι συμβαίη τὸν φόρτον. εἰ δὲ μείνοι περαιτέρω τὸ χρέος οὐκ ἀποδιδόμενον, τὸν ἐκ διμοίρου τῆς ἑκατοσπῆς τοῖς κυρίοις τῶν χρημάτων διδόναι τόκον, καὶ μεταβάλλειν εὐθὺς το δάνεισμα, καὶ εἰς τὸν τῶν ἐγγείων μεταχωρεῖν τρόπον, οὐκέτι τῶν θαλαττίων κινδύνων τὸν δανειστὴν ἐνοχλούντων, καὶ ταῦτα ἅπαντας εἰπεῖν, ἔνορκον ποιησαμένους τὴν μαρτυρίαν. ἅπερ εἰς ἡμᾶς ἐμήνυσας, ὥστε ἡμᾶς νομοθετῆσαι τὸ ἡμῖν δοκοῦν, καὶ ἐπὶ τούτοις ἔφασκες, ταῦτα τῷ ἡμετέρῳ προσαγγεῖλαι κράτει.

redeunte, tempus ad unum solum vel duos menses trahi, et e tribus siliquis eos utilitatem habere, licet adeo breve sit tempus, licet etiam ulterius apud debitorem debitum maneat. Illud ipsum vero obtinere, si mercatores aliam rursus profectionem suscipiant, adeo ut secundum unumquodque onus modus definiatur, iuxta quem debitum vel manere vel mutari conveniat, secundum pactum inter partes hac de re initum. Si tamen post reditum, salva nave et propter tempus non amplius navigare valente, redeant, viginti tantum dierum terminum debitoribus a creditoribus dari, et nihil usurae nomine pro debitis exigi, donec onus vendatur. Si vero debitum ulterius maneat, nec solvatur, tum illas duas partes centesimae dominis pecuniae usurae nomine dari, statimque mutari mutuum, et in terrestrem modum transire, periculis maritimis creditorem non gravantibus. Atque haec omnes dixisse, testimonium iurato perhibentes; quae nobis indicasti, ut id, quod nobis videretur, statueremus, et propterea dixisti, te id potestati nostrae nunciasse.

Κεφ. α'.

Ἡμεῖς τοίνυν καὶ αὐτοῖς ἐντυχόντες τοῖς πεπραγμένοις καὶ τὸ πρᾶγμα διδαχθέντες θεσπίζομεν, κατὰ τὸ μεμαρτυρημένον ἐπὶ τῆς σῆς ὑπεροχῆς, οὕτω νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον τὰ τοιαῦτα κρατεῖν, διότι μηδὲ τοῖς ἤδη τεθειμένοις μάχεται νόμοις, ὥστε δεῖν ἐκ τοῦ λοιποῦ κατά τινα ἰδικὸν νόμον ἐν ταῖς ναυκληρικαῖς ἤτοι ἐμπορικαῖς δίκαις ἐπὶ τῶν τοιούτων αἰτιῶν ταῦτα φυλάττεσθαι, καὶ κατὰ τὸν τρόπον τῶν εἰρημένων συμφώνων οὕτως γίνεσθαι τὰς ἀποφάσεις [2]), καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἔθη, ὁπόσα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν μεμαρτύρηται παρὰ τῷ θρόνῳ τῷ σῷ, ὥστε κατὰ ἰδικὸν νόμον ταῦτα κρατεῖν ἐπὶ τῶν ναυκληρικῶν ἤτοι ἐμπόρων. τὸ γὰρ ἐν μακροῖς οὕτω πολιτευόμενον χρόνοις καὶ κρατήσαν

Cap. I.

Nos igitur id, quod actum est, legentes, et de re ipsa edocti sancimus, ut secundum id, quod coram excellentia tua testes edixerunt, illa nunc et in omne futurum tempus obtineant, quia cum legibus iam latis non pugnant, ita ut in posterum secundum specialem quandam legem in nauclerorum seu negotiatorum litibus de eiusmodi causis ea observari, et secundum modum dictorum pactorum, ceterasque omnes consuetudines, quibus antea apud sedem tuam testes edixerunt, sententias quoque ferri oporteat, ut per specialem legem haec in naucleris et negotiatoribus obtineant. Quod enim longo adeo tempore frequentatum est et immutabiliter obtinuit, quemadmodum testes apud gloriam tuam definiverunt, quomodo iustum non est in reliquis

percipere solidum pro usuris, in ipsos autem creditores respicere ex eventibus periculum. Si vero non rumpant [3]) hanc viam creditores, octavam partem percipere pro singulis solidis nomine usurarum, non in tempus aliquod certum numerandum, sed donec naves revertantur salvae. Secundum hoc autem schema contingit [4]) forsan et in annum extendi tempus, si tantum foris moretur navis, ut et [5]) annum aut terminos suos sumat, aut etiam transcendat, citius autem ea remeante tempus in unum solum aut duos trahi menses, et ex tribus siliquis utilitatem habere, vel si ita breve sit tempus vel si apud alterum extra [6]) debitorem maneat debitum. Hoc idem valere, aliam rursus negotiatoribus profectionem assumentibus et per unumquodque onus definiri schema, secundum quod competat mutuum aut manere aut permutari [7]) secundum pactum, quod ob hoc convenerit partibus. Si tamen post reversionem navis salvae et [8]) nequaquam navigare propter tempus valentes [9]), revertantur, triginta solum dierum inducias dari a creditoribus debitoribus, et nihil pro debitis usurarum causa exigere, donec vendi contingat onus, parcentes apud alium esse debitum non reddendum [10]), duas partes centesimae dominis pecuniarum dare usuras, et mutare [11]) et mox mutuum in terrenum transponere [12]) modum, nequaquam maritimis periculis creditoribus molestandis. Et haec omnes dixisse, cum iureiurando perhibentes testimonium. Quae ad nos nuntiasti, ut nos sanciremus, quod nobis videretur, et super his dicebas, haec nostrae nuntiare [13]) potestati.

Cap. I. Nos igitur et ipsa legentes gesta, et causam edocti, sancimus, secundum quod testatum est coram tua celsitudine, ita nunc et deinceps in omne tempus tenere, eo quod neque iam positis repugnet legibus, ut oporteat nunc et de cetero secundum quandam propriam legem in naucleris aut negotiatoribus super talium causarum haec servari litibus et secundum dictum modum praedictarum pactionum ita fieri etiam eventus,

---

[1]) *Melius* συμβαίνειν, *quod Homb. proposuit, sed cum Scrimg. consentit Vulg.* — [2]) ἀποβάσεις *Meerm. III., Zuich., (Vulg.)* — [3]) eligant *Bk.* — [4]) contingere *Bk.* — [5]) *Trid.*; et ut *Cod. Hamb.*; ut *om. Port., Cont.* — [6]) si ulterius apud *Bk.* — [7]) *Bk. ed. ster.*; permutare *Cod. Hamb., edd.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.* — [9]) *Leg.* valentis. — [10]) onus parentes. apud alium esse debitum non reddendum *Cod. Hamb.*; onus. Si vero maneat ulterius debitum non redditum *Bk. Huius loci corrupti certam emendationem invenire non potui, sed interim haec propono:* pergente (autem) apud alium (esse) debito non reddendo. — [11]) mutuare *Cod. Hamb., edd.* — [12]) dari usuras et mutari mox mutuum et in terr. transponi *Bk. ed. ster., cf. Cuiac. Obss. XXVII.* 37. — [13]) nuntiata *Cod. Hamb., Trid.*

τῆσαν ἀπαραλλάκτως, καθάπερ αἱ μαρτυρίαι παρὰ τῇ σῇ ἐνδοξότητι διώρισαν, πῶς οὐκ ἔστι δίκαιον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κρατεῖν τῶν μετὰ ταῦτα ἐσομένων, καὶ εἶναι ταύτην αὐτοῖς τῶν πραγμάτων τὴν διάλυσιν ἐξ ἰδικοῦ νόμου κρατοῦσαν, καὶ ἑτέρας τινὸς διατυπώσεως μὴ δεομένην, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ναυκληρικῶν ἤτοι ἐμπορικῶν ἀφορμῶν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον κρατοῦσαν, ὡς γενικὴν οὖσαν νομοθεσίαν καὶ ἐπὶ τῶν ναυκληρικῶν ἤτοι ἐμπορικῶν συναλλαγμάτων κρατοῦσαν, ὀφείλουσάν τε καὶ μέρος γενέσθαι τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν τεθειμένων νόμων, ὥστε καὶ τοὺς δικάζοντας πρὸς ταύτην ἀποβλέποντας ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις;

reliquis etiam omnibus, quae in posterum contingent, obtinere, et hanc illi esse rerum decisionem, quae ex speciali lege valeat, neque alia dispositione indigeat, sed in nauclerorum vel negotiatorum causis omni tempore obtineat, quippe quae generalis quaedam sit, quaeque in nauclerorum seu negotiatorum contractibus valeat, et pars esse debeat legum a nobis latarum, ut et iudices ad hanc respicientes sententias ferant?

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν ἡ σὴ ὑπεροχὴ εἰς τὸ διηνεκὲς παραφυλάττεσθαι σπευσάτω. Dat. Id. Sept. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XIV., Iustino V. C. Cons. [540.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt celsitudo tua perpetuo servare studeat.

tus, et alia omnia, quaecunque in prioribus testata sunt apud sedem tuam, unde[1]) secundum propriam legem teneant in naucleris aut negotiatoribus. Quod enim longis ita servatum est temporibus et tenuit immutabiliter, sicut testimonia apud tuam gloriam definierunt, quomodo non est iustum et in aliis omnibus valere, quae postea erunt et esse hanc eis rerum transactionem ex propria lege valentem, et altera quadam dispositione non egentem, sed in nauclerüis seu negotiatoriis occasionibus in omne tempus valentem, utpote[2]) generalem existentem legislationem, et nauclerüis seu negotiatoriis contractibus[3]) expositam, quae debet etiam pars fieri iam a nobis positarum legum, et iudicantes ad hanc respicientes proferre sententiam.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis, tua celsitudo ingiter servare festinet. Dat. Id. Sept. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XIV., Iustino V. C. Cons. [540.]

[1]) ut *Bk.* — [2]) *Cod. Hamb.*; ut puta *edd.* — [3]) *Trid.* (*sed* nauclericis *ut et antea*); et nauclerüis seu negotiatoribus contractibus *Cod. Hamb.*; et naucleris seu negotiatoribus et eorum contractibus *Port.*, *Cont.*

Διατάξις ρζ'.[a])

Περὶ βουλήσεων τῶν εἰς τοὺς παῖδας γενομένων[1]).

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Βάσσῳ, τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ κόμητι τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων, ἐπέχοντι τὸν τόπον Ἰωάννου, τοῦ ἐνδοξοτάτου ὑπάρχου πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίου[2]).

Προοίμιον.

Κωνσταντίνῳ τῷ τῆς θείας λήξεως νόμος γέγραπται τῆς παλαιᾶς ἐσοιχασμένος ἁπλότητος, ἡ δὲ τῶν πραγμάτων ποικιλία καὶ ἡ φύσις ταῦτα συχνῶς μεταβαλλουσα δεῖσθαι τὸν νόμον ἐκεῖνον ἐπανορθώσεως ἡμετέρας παρεσκεύασε. λέγει γοῦν ὁ νόμος, δεῖν τὰς τῶν τελευτώντων βουλήσεις, ὅταν ὦσι γονεῖς, πᾶσι τρόποις μεταξὺ παίδων κρατεῖν, καὶ τοσοῦτον αὐτοὺς αἰσχύνεται γονεῖς ὄντας, ὅτιπερ αὐτοῖς

Novella CVII.

DE ULTIMIS VOLUNTATIBUS INTER LIBEROS CONFECTIS.

Idem Imperator Basso, magnificentissimo Comiti devotissimorum domesticorum, Vicario Ioannis, gloriosissimi iterum Praefecti Praetorio, Exconsulis et Patricii.

Praefatio.

A Constantino divae memoriae lex scripta est, quae ad antiquam simplicitatem collineat, varietas vero rerum et natura eas frequenter mutans effecit, ut lex illa correctione nostra indigeret. Dicit igitur lex, defunctorum voluntates, quando parentes sunt, omnibus modis inter liberos valere debere, et in tantum eos reveretur, qui parentes sunt, ut ipsis obscuram etiam rerum declarationem permittat, cum dicit, etsi

Gl. Const. CII.

DE TESTAMENTIS IMPERFECTIS A PARENTIBUS IN FILIOS FACTIS, ET DE DIVISIONE RERUM A FILIIS CORAM PARENTE, ET DE EIUS FACULTATIBUS FACTA ET SUBSCRIPTA.

(Coll. VIII. tit. 3.)

Imp. Iustinianus Aug. Basso, magnificentissimo Comiti devotissimorum Domesticorum, locum obtinenti Ioannis, gloriosissimi Praetoriorum Praefecti iterum, Exconsulis et Patricii[3]).

Praefatio. A Constantino divae memoriae lex scripta est per antiquae coniecturae simplicitatem; porro[4]) causarum varietas et natura eas frequenter mutans, egere leges illas emendatione nostra praeparavit. Dicit itaque lex, oportere morientium voluntates, quando sunt parentes, omnibus modis inter filios tenere, et tantum[5]) eos erubescit parentes exsistentes, quia eis et claram rerum concedit significationem, dicens,

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Athan. IX.* 8. (*Heimb. Anecd. I. p.* 103.) — *In Bas. solum est cap.* 2., *apud Harmenop. V.* 1. 25 *sq. tamen cap.* 1 *et* 2. — *Iulian. Const.* 100. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) περὶ τῶν βουλήσεων τῶν * καὶ δηνομένων *Hal.*; περὶ τῶν ἀτελῶν βουλήσεων καὶ τῶν εἰς παῖδας γενομένων νεμήσεων *Hal. in notis recogn.* — [2]) πατρικίῳ *Hal., Scrimg.* — [3]) *Port.*; exconsuli et patricio *Cont.* — [4]) porro vero *Bk. ed. ster.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; tamen *Port., Cont.*

αὐτοῖς καὶ τὴν ἀσαφῆ τῶν πραγμάτων συγχωρεῖ δήλωσιν, λέγων, εἰ καὶ μὴ ἐναργεῖς εἰσὶν αἱ αὐτῶν διατυπώσεις, εἰσάγονται δὲ ἐκ τινῶν τεκμηρίων καὶ ὀνομάτων καὶ τῆς οἱασοῦν γραφῆς, καὶ οὕτω ταῦτα κρατεῖν. καὶ τοῦτο ἐπί τε συῶν καὶ ἐμαγκιπάτων παίδων φησίν. Καὶ πρός γε ἡ Θεοδοσίου προσδιορίζεται, οὐκ ἐπὶ πατέρων μόνων ταῦτα διατυποῦσα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μητέρων καὶ ἐπὶ ἀνιόντων ἑκατέρας φύσεως. Ταύτης ἐπιλαβόμενοι τῆς ἀδείας ἄνθρωποι εἰς τοσαύτην ἀσάφειαν ἐξῆλθον, ὥστε μάντεων μᾶλλον ἢ ἑρμηνέων ταῦτα προσδεῖσθαι. τοιγαροῦν οὔτε πρόσωπα γράφοντες, οὔτε πραγμάτων λέγοντες γνωρίσματα, καὶ ἴσως οὐδὲ ποσόν, ὅμως ἀξιοῦσι στοχασμοῖς καὶ τῷ τῶν εἰκότων λόγῳ τὰ τοιαῦτα ἐπιτρέπειν.

etsi non manifestae sint eorum dispositiones, si tamen ex indiciis et nominibus et quacunque scriptura colligi possint, etiam sic eas valere; idque tam de suis quam emancipatis liberis dicit. Insuper Theodosii quoque constitutio idem statuit, non in patribus solum id disponens, sed etiam in matribus et in ascendentibus utriusque sexus. Hanc licentiam homines amplexi in tantam obscuritatem inciderunt, ut ea vatibus potius, quam interpretibus indigeant. Nam quum neque personas scribant, neque rerum notas indicent, et fortasse ne quantitatem quidem, coniecturis tamen et praesumtionibus talia committere volunt.

Κεφ. α.

Ἡμεῖς τοίνυν πάντα σαφῆ τε καὶ ἀναπεπταμένα καθεστάναι βουλόμενοι (οὐδὲν γὰρ οὕτως ἴδιον νόμων ὡς σαφήνεια, μάλιστα ἐπὶ ταῖς τῶν τελευτώντων διατυπώσεσι) βουλόμεθα, εἴ τις γράμματα ἐπιστάμενος μεταξὺ τῶν αὐτοῦ παίδων βούλοιτο ποιῆσασθαι διατύπωσιν, πρῶτον μὲν αὐτὸς [1]) προγράφειν [2]) τὸν χρόνον, εἶτα καὶ τὰ τῶν παίδων ὀνόματα οἰκείᾳ χειρί, καὶ πρός γε τοὺς οὐγκιασμούς, εἰς οὓς γράφει κληρονόμους αὐτούς, μὴ τοῖς συμβόλοις τῶν ἀριθμῶν σημαινομένους, ἀλλὰ δι' ὅλων γραμμάτων δηλουμένους, ὥστε πανταχόθεν σαφεῖς τε καὶ ἀναμφισβητήτους καθεστάναι. Εἰ δὲ καὶ πραγμάτων βούλοιτο ποιήσασθαι διαίρεσιν, ἢ τισι πράγμασι ἑητοῖς πάσας ἢ τινας τῶν ἐνσιάσεων περιστῆσαι, καὶ τὰ τούτων ἐγγραφέτω γνωρίσματα, ὥστε τοῖς αὐτοῦ γράμμασι πάντα δηλούμενα μηδεμίαν ἔτι φιλονεικίαν τοῖς παισὶ καταλειπάνειν. Εἰ μέντοι γε ἢ γαμετῇ ἢ ἐξωτικοῖς τισὶ προσώποις βούλεται καταλιπεῖν legata, ἢ fideicommissa, ἢ καὶ ἐλευθερίας, καὶ ταῦτα οἰκείᾳ χειρὶ γραφόμενα, λεγόμενά τε παρὰ τῶν διατιθεμένων ἐπὶ τῶν μαρτύρων, ὡς ἅπαντα ἐφ' ἑξῆς τὰ ἐν τῇ διατυπώσει κείμενα αὐτοὶ καὶ ἔγραψαν καὶ βούλονται κρατεῖν, ἔστω ἰσχυρά, μηδὲν ἐλαττούμενα ἐκ τοῦ δοκεῖν ἐν χάρταις [3]) γεγράφθαι, τὴν λοιπὴν παρατήρησιν τῶν διαθηκῶν μὴ δεχόμενα, ἀλλὰ τούτῳ μόνον διαλλαττέτω, τῷ τὴν αὐτοῦ δεξιάν τε καὶ γλῶτταν ἔχειν τὴν πᾶσαν ἰσχὺν τῷ χάρτῃ παρεχομένην.

Cap. I.

Quare quum omnia clara et aperta esse velimus (nihil enim adeo proprium est legum, quam claritas, maxime in defunctorum dispositionibus), volumus, ut, si quis litterarum peritus inter liberos suos dispositionem facere velit, is primum quidem in ea praescribat tempus, deinde etiam nomina liberorum sua manu (scribat), deinde unciarum definitiones, in quas eos heredes scribit, non signis numerorum indicatas, sed integris litteris declaratas, ut omnino manifestae et indubitatae sint. Si vero etiam rerum divisionem facere, vel quibusdam rebus certis omnes sive aliquas institutiones concludere velit, illarum quoque notas adscribat, ut eius ipsius litteris omnia declarata sint, nec ullam amplius contentionem liberis relinquant. Si tamen uxori vel extrancis quibusdam personis legata, vel fideicommissa, vel etiam libertates relinquere velit, et illa sua manu scripta sint, atque testatores coram testibus dicant, se omnia in testamento posita scripsisse et valere velle, firma sint, nulloque modo ea de causa infirmentur, quod in chartis scripta videantur, nec reliquas testamentorum solennitates habeant, sed in eo solum differant, quod dextra et lingua eius omnem vim chartae praebuerit.

Κεφ. β'. [a])

Καὶ εἴπερ μέχρι τελευτῆς μείνοι τοῦτο τὸ σχῆμα, οὐδεὶς ὕστερον παρέξει μαρτυρίας, ὡς ἠβουλήθη τυχὸν τὴν

Cap. II.

Et si quidem ad mortem usque haec forma maneat, nemo postea testes producat, voluisse eum voluntatem

dicens, et si non manifestae sint eorum dispositiones, apparuerint [4]) autem ex quibusdam indiciis et coniecturis et qualibet scriptura, et sic eas valere, et hoc in suis et emancipatis filiis ait [5]). Insuper et Theodosius decrevit, non in patribus solum hoc disponens, sed etiam in matribus et ascendentibus utriusque naturae. Hanc apprehendentes licentiam homines in tantam ingressi sunt obscuritatem, ut divinantibus magis, quam interpretantibus haec egerent. Itaque neque personas scribentes, neque rerum dicentes notitias [6]), et forte nec quantitatem, tamen dignantur coniecturis et verisimilium ratione [7]) talia permittere.

Cap. I. Nos igitur omnia clara et aperta consistere volentes (quid enim sic proprium est legum, sicut claritas, maxime super defunctorum dispositionibus?), volumus, si quis litteras sciens inter suos filios voluerit facere dispositionem, primum quidem eius praescriptione tempus denotet [8]), deinde quoque filiorum nomina propria manu, ad hoc uncias, in quibus scripsit eos heredes, non signis numerorum significandas, sed per totas litteras declarandas, ut undique clarae et indubitatae consistant. Si vero etiam rerum voluerit facere divisionem, aut quibusdam [9]) rebus certis aut omnes aut quasdam institutiones statuere, et harum inscribat significationes, ut eius litteris omnia declarata nullam ulterius contentionem filiis derelinquant. Si tamen aut uxori aut extraneis aliquibus personis [10]) voluerit relinquere legata, aut fideicommissa, aut libertates, et haec propria scripta manu, dictaque a testatoribus coram testibus, quoniam omnia consequenter in dispositione posita ipsi et scripserunt, et volunt valere, sint firma, nihil minuenda [11]), eo quod videantur in charta scripta, reliquam observationem testamentorum non suscipientia, sed hoc solum immutetur, quod eius manus et lingua habet omnem virtutem chartae praebitam.

Cap. II. Et si quidem usque ad mortem maneat hoc schema, nullus postea deducet testes, quia voluit

[a]) *Sententiam huius cap. primam exprimunt Bas. XXXV. 20. 2.*

[1]) *Hal. in notis recogn. op.* (?), *Hervag.*, *Vulg.*; αὐτοῖς *Scrimg.*, *Hal.* (*ed. Norica et Par.*), *Harmenop.* (?) — [2]) *Scrimg.*, *Athan.*; γράφειν *Hal.* — [3]) ἐν χάρτῃ *Hal.*, *Harmenop.*, *Vulg.* — [4]) sunt — aperiuntur *Cod. Hamb.* — [5]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; ait *om. Port.*, *Cont.* — [6]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; notitiam *Port.*, *Cont.* — [7]) *Rectius* rationi. — [8]) *Trid.*; eius praescriptione tempus *Cod. Hamb.*, 2ª *manu in marg. additum est* denotet; eius subscriptione tempus declaret *Port.*, *Cont. Vet. Int. scripsisse videtur*: eius praescribat tempus. — [9]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; in quibusdam *Port.*, *Cont.* — [10]) *Cod. Hamb.*; personis aliquibus *edd.* — [11]) *Trid.*; nihilo minus minuenda *Cod. Hamb.*; nihilo minuenda *Port.*, *Cont.*

τὴν τοιαύτην γνώμην ἀμεῖψαι ἢ ἐναλλάξαι ἤ τι τοιοῦτο ποιῆσαι, ᾧ γε ἐξὴν διαῤῥῆξαι τὸ γενόμενον καὶ ἑτέραν ποιησασθαι βούλησιν, δηλοῦσαν τὴν τελευταίαν αὐτοῦ γνώμην, ἣν προσήκει κρατεῖν. τοῦτο γὰρ ἐφείμεν αὐτῷ πράττειν, αὐτὸ τοῦτο ῥητῶς ἐπισημαινομένῳ ἐπὶ παρουσίᾳ μαρτύρων ἑπτά [1]), ὡς καὶ πεποίηταί τινα τοιαύτην βούλησιν, οὐ μὴν κρατεῖν αὐτὴν ἔτι βούλεται, ἀλλ' ἑτέραν ποιήσασθαι. Καὶ ταῦτα ἢ ἐν τελείᾳ διαθήκῃ ποιεῖται, πάντα τὰ τῶν διαθηκῶν ἐχούσῃ σύμβολα, ἢ ἐν ἀγράφῳ τελείᾳ βουλήσει, ὥστε ἐπ' ἐγγράφῳ ἢ ἀγράφῳ βουλήσει [2]) δοκεῖν αὐτὸν τελευτῆσαι, τῶν προτέρων ἀκύρων ἐκ τῆς δευτέρας αὐτοῦ κατὰ τὴν τελείαν διαθήκην ἢ βούλησιν διατυπώσεων γινομένων.

luntatem illam fortasse mutare, aut convertere, aut tale quid facere, quippe cui licebat id quod factum erat corrumpere, et aliam voluntatem facere, declarantem ultimam eius voluntatem, quae valere debeat. Nam id ei facere permittimus, si hoc ipsum expresse praesentibus septem testibus significet, se eiusmodi voluntatem quidem fecisse, eam tamen non amplius valere se velle, sed aliam facere. Atque hoc vel in perfecto testamento faciat, quod omnia testamentorum signa habeat, vel non scripta perfecta voluntate, ut scripto vel non scripto testamento relicto decedere videatur, priore dispositione per secundum eius testamentum vel voluntatem perfectam irrita facta.

Κεφ. γ'.

Ἐπειδὴ δὲ ἴσμεν τινὰς νεμήσεις ποιουμένους μεταξὺ τῶν οἰκείων παίδων, καὶ παρασκευάζοντας αὐτοὺς ταύταις ὑπογράφειν, καὶ τὸ τοιοῦτο σχῆμα προσιέμεθα. Εἰ γὰρ διανέμοι τις τὰ οἰκεῖα πράγματα, καὶ αὐτοὺς τοὺς παῖδας προσκαλεσάμενος ποιήσειεν ὑπογράψαι ταῖς νεμήσεσιν αὐταῖς, καὶ κυρίας ταύτας ἡγήσασθαι, καὶ ὁμολογῆσαι ταῦτα κατὰ τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον, ἔστω καὶ τοῦτο κύριον ἐπὶ τοιαύτης πραγμάτων διαιρέσεως κατὰ τὴν ἡμετέραν διάταξιν, ἣν περὶ τούτου τεθείκαμεν. ἣν ἐπὶ πᾶσι τοῖς αὐτῇ περιεχομένοις κυρίαν εἶναι καὶ διὰ τοῦδε τοῦ νόμου θεσπίζομεν. Εἰ μέντοι γε καὶ ἐπὶ διανεμήσεων αὐτὸς ὑπογράψει, καὶ σαφῆ πάντα διὰ τῆς ὑπογραφῆς τῆς αὐτοῦ ποιήσεται, ἔστω καὶ τοῦτο κύριον, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο ἤδη τῇ ἡμετέρᾳ νομοθεσίᾳ περιέχεται. πρόδηλον δέ, ὡς ἐπὶ τῶν τοιούτων θεμάτων ὅδε ὁ νόμος κρατήσει, ὁπόσα μετ' αὐτὸν κινηθῆναι συμβαίη.

Cap. III.

Quoniam vero scimus, quosdam inter liberos suos divisiones facere, et curare, ut illi his subscribant, hanc etiam formam admittimus. Nam si quis res suas distribuat, liberisque convocatis efficiat, ut divisionibus istis subscribant, et ratas habeant, atque confiteantur, hoc modo illa sese habere, etiam haec bonorum divisio firma sit secundum constitutionem nostram, quam ea de re fecimus, quamque in omnibus, quae ea continentur, ratam esse etiam hac lege sancimus. Quodsi ipse in divisionibus subscripserit, omniaque subscriptione sua manifesta fecerit, etiam hoc ratum sit, quoniam hoc quoque lege nostra continetur. Manifestum vero est, in illis causis hanc legem esse valituram, quas post eam moveri contigerit.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ἐνδοξότης γινώσκουσα ἅπασι ποιησάτω φανερά, ὥστε μηδὲν διαλαθεῖν τῶν ὀρθῶς καὶ προνοητικῶς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων νενομοθετημένων. Dat. Kal. Febr. Constantinop. imp. DN. Iustin. PP. Aug. ann. XIV., Basilio V. C. Cons. [541.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt gloria tua cognoscens omnibus manifesta faciat, ut nihil eorum lateat, quae recte et cum providentia pro nostris subditis sancita sunt.

Δια- No-

volnit forte talem voluntatem commutare aut convertere, aut aliquid tale facere, cui licuit rumpere, quod factum est, et aliam facere voluntatem, declarantem perfectam eius sententiam, quam competit valere. Hoc enim concedimus ei agere, hoc ipsum expressim significanti [3]) sub praesentia testium septem, quia, etsi fecerit quandam talem voluntatem, non tamen eam valere ulterius vult, sed rursus vult aliam facere. Et hanc [4]) aut in testamento perfecto faciat, omnia testamentorum habente signa, aut in non scripta perfecta voluntate, ut scripta vel non scripta voluntate [5]) videri enm defunctum esse, prioribus infirmis factis ex secunda eius secundum perfectum testamentum aut voluntatem dispositione [6]).

Cap. III. Quia vero novimus aliquos divisiones facientes inter proprios filios, et praeparantes eos his subscribere, et hoc schema suscepimus. Si quis enim dividat proprias res, et ipsos filios evocans faciat subscribere divisionibus ipsis, et ratas eas iudicare, et profiteri [7]) hoc secundum hunc habere modum, sit et hoc firmum in huiusmodi rerum divisione secundum nostram constitutionem, quam ob hoc posuimus, quam in omnibus, quae in ea continentur, firmam esse et [8]) per hanc legem sancimus. Si autem et in divisione ipse subscripserit, et clara omnia per subscriptionem suam fecerit, sit et hoc ratum, quoniam et hoc iam nostra legislatione continetur. Palam vero est, quia in talibus casibus valebit haec lex, quoscunque postea moveri contigerit.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem tua gloria cognoscens, omnibus faciat manifesta, ut nullum lateant, quae recte et providenter pro nostris subiectis sancita sunt. Dat. Kal. Febr. Constantinop., DN. Iustiniani PP. Aug. imp. anno XIV. Basilio V. C. Cons. [541.]

Const. CIII.

---

[1]) *Scrimg., Athan., Vulg., Iulian.*; ἢ καὶ πέντε *add. Hal.*, (*Harmenop.*). *Ex Nov. Leonis* 41. *hoc additum esse videtur, vid. Cuiac. ad l.* 21 *D. qui test. fac. poss.* (28, 1.) *in Opp. pr. Tom. I. p.* 1073., *cf. Kiusd. Obss. III.* 3. — [2]) ὥστε — βουλήσει *om. Hal., Vulg.* — [3]) *Cod. Hamb.*; significantem *edd.* — [4]) haec *Bk. ed. ster.* — [5]) ut scripta vel non scripta voluntate *om. Cod. Hamb., edd.*; *suppl. Bk.* — [6]) disponere *Cod. Hamb., Trid.* — [7]) *Cod. Hamb.*; filios *add. edd.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρη'.[a])

Περὶ τῶν ἀποκαταστάσεων.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Βάσσῳ, τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ κόμητι τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων, ἐπέχοντι τὸν τοπον Ἰωάννου, τοῦ ἐνδοξοτάτου ὑπάρχου τῶν ἱερῶν πραιτωρίων.

Προοίμιον.

Ὑποθέσεως ἠκούσαμεν περὶ διαθήκης ἀμφισβητουμένης, ἣν καὶ ἐρμηνευσαι δίκαιον ἡγησάμεθα, καὶ νόμῳ περιλαβεῖν ἀκριβεῖ, τοῦτο δή το ἡμῖν εἰωθὸς, ἐκ τῶν ἐν ταῖς ὑποθέσεσι κινουμένων ζητήσεων νόμων χρησιμων λαμβάνειν αἰρομὰς. §. 1. Παῖδας γάρ τις οἰκείους ἐνιησάμενος κληρονόμους. εἶτα καὶ ἀλλήλοις αὐτοὺς ἐξ ἀπαιδίας ὑποκατασῆσαι βουλόμενος ἐκέλευσεν, εἰ συμβῇ τινὰ τῶν αὐτοῦ παίδων καὶ κληρονόμων μέλλειν ἄπαιδα τὸν ἀνθρώπινον καταλύειν βίον, μετὰ τὴν ἐξαίρεσιν τῶν ἐκ τοῦ νόμου ὀφειλομένων αὐτῷ ἐκ τῶν παρ' αὐτοῦ καταλιμπανομένων αὐτῷ πραγμάτων τὰ λοιπὰ πάντα πράγματα καὶ δίκαια, ὅσα παρ' αὐτῷ ἐν καιρῷ τελευτῆς εὑρεθείη, ἔρχεσθαι καὶ ἀποκαθίστασθαι τῷ ἐξ αὐτῶν περιόντι, ἢ τοῖς αὐτοῦ παισίν, εἴ γε αὐτὸς τελευτήσοι, πάσης ἀργούσης μεταξὺ αὐτῶν διὰ τὴν εἰρημένην ἀποκατάστασιν ἀσφαλείας τε καὶ ἐγγύης. ἐπὶ τούτοις αὐτοῦ τελευτήσαντος, καὶ τοῦ μὲν ἑνὸς τῶν αὐτοῦ παίδων καὶ κληρονόμων παῖδας ἔχοντος, τοῦ δὲ μείναντος ἄπαιδος, κωλύει τὸν ἄπαιδα ὁ τοὺς παῖδας ἔχων κεχρῆσθαι τοῖς πράγμασιν, ὡς ταῦτα ἐλαττοῦντα. ὁ δὲ ἀποκεχρημένος τοῖς ῥήμασι τῆς διαθήκης, καὶ ὅτι εἴ τι εὑρεθείη ἐν καιρῷ τελευτῆς παρ' αὐτῷ, τοῦτο αὐτὸν ἀποκαθιστᾶν ἐκέλευσε, κατὰ τοῦτο βούλεται τὸ σχῆμα παῤῥησίαν ἔχειν χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν ὡς ἂν βουληθείη, μηδεμιᾶς κωλύσεως περὶ τῆς αὐτῶν διοικήσεως ἐπαγομένης αὐτῷ. §. 2. Ἡμεῖς τοίνυν λαβόντες ἐκ τούτου πρόφασιν ᾠήθημεν χρῆναι καὶ τὴν παλαιὰν ἀορισίαν, καὶ τὴν ἐφεξῆς διάκρισιν, τὴν μὲν ὁρίσαι, τὴν δὲ καθαρὰν ἐν ἀνθρώποις ἀποθέσθαι, καὶ διὰ τοῦτο νόμῳ τὸ πραγμα περιλαβεῖν, ὅπως ἂν μάθοιεν ἄνθρωποι τὴν πᾶσαν τοῦ νόμου τάξιν, μεθ' ἧς προσήκει τὰ τοιαῦτα καὶ μανθάνειν καὶ κρίνειν. Ἴσμεν τοίνυν Παπινιανῷ [1]) τῷ σοφωτάτῳ ῥηθέντα ἐν τῷ ιθ' τῶν ἑαυτοῦ quaestionum, ἔνθα ἐπιτρέπει τὰς ἐκποιήσεις ἐπὶ

Novella CVIII.

DE RESTITUTIONIBUS.

Idem Imperator Basso, magnificentissimo Comiti devotissimorum domesticorum, Vicario Ioannis, gloriosissimi sacro Praetorio Praefecti.

Praefatio.

Litem audivimus de testamento motam, quam interpretari et accurata lege complecti iustum existimavimus. Consuetudinis enim nostrae est ex quaestionibus, quae in litibus moventur, bonarum legum occasionem arripere.

§ 1. *Nam quum quidam liberos suos heredes instituisset, velletque deinde eos, non exsistentibus liberis, sibi invicem substituere, iussit, si quem ex liberis et heredibus suis sine liberis ex vita humana excedere contingat, ut detractis iis, quae illi ex rebus ab ipso illi relictis per legem debentur, reliquae omnes res et iura, quaecunque apud illum tempore mortis inventa fuerint, veniant et restituantur ei, qui ex illis superstes futurus sit, vel liberis eius, siquidem ipse mortuus fuerit, omni cautione et fideiussione propter dictam restitutionem inter eos cessante. Postea, quum is moreretur, et unus quidem ex liberis et heredibus eius liberos haberet, alter vero sine liberis maneret, ille, qui liberos habebat, prohibebat eum rebus uti, qui liberis carebat, quasi eas deminueret; hic vero verbis testamenti usus, et quod id restituere iussus sit, quod tempore mortis apud eum inveniretur, inde licentiam vult habere, quo modo velit rebus utendi, nulla prohibitione circa earum administrationem illi inferenda.*

§. 2. *Nos igitur, occasionem exinde arripientes, existimavimus, veterem incertitudinem, et distinctionem, quae secuta est, illam quidem definiendam, hanc vero puram hominibus restituendam, et propterea lege rem comprehendendam esse, ut homines omnem legis ordinem discant, secundum quem talia discere et iudicare conveniat. Iam vero scimus, quae a sapientissimo Papiniano in libro decimo nono quaestionum dicta sunt, ubi alienationes in tali casu permittit, hoc solum tamquam*

Gl.

Const. CIII.

DE RESTITUTIONIBUS.

(Coll. VIII. tit. 4.)

Imp. Iustinianus Aug. Basso, magnificentissimo Comiti devotissimorum Domesticorum, locum tenenti Ioannis, gloriosissimi sacrorum Praetoriorum Praefecti.

Praefatio. Negotium audivimus pro testamento dubitato, quod etiam interpretari iustum existimavimus, et lege comprehendere certissima, hoc quod nostrae consuetudinis est, in negotiis motis ex legibus optimis accipere occasiones. §. 1. Filios enim quidam suos instituens [2]) heredes, deinde alterutris eos filiis non exsistentibus substituere volens, iussit, si contigerit aliquem eius filiorum et heredum [3]) futurum sine filiis humanam solvere vitam, post exceptionem horum, quae ex lege debentur ei ex eis, quae ab eo relinquebantur ei rebus, reliquas omnes res et iura, quaecunque apud eum in tempore mortis invenirentur, venire et restitui ex his superstiti, aut eius filiis, si etiam ipse moreretur, omni cessante inter eos propter memoratam substitutionem cautione et fideiussione. In his eo moriente, et uno quidem eius filiorum et heredum filios habente, alio vero manente sine filiis, prohibet eum, qui sine filiis est, is, qui filios habet, uti rebus, utpote eas deterentem; at ille utens verbis testamenti, quia, quidquid inveniretur in tempore mortis apud eum, hoc eum restituere iussit, secundum hoc vult schema licentiam habere uti rebus, sicut voluerit, nulla prohibitione de eorum gubernatione illata ei. §. 2. Nos igitur sumentes ex hoc occasionem, existimavimus oportere et antiquam indefinitionem [4]), et deinceps discretionem hanc quidem definire, hanc autem puram hominibus reponere, et propterea lege causam comprehendere, ut discant homines omnem legis ordinem, cum quo competit talia et discere et iudicare. Novimus igitur apud Papinianum sapientissimum dictum in decimo nono libro eius quaestionum, ubi permittit alienationes in tali casu, illud solum velut ex studio in aenigmate proponens,

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Athan. IX.* 9. (*Heimb. Anecd. I. p.* 103.) *et Parat.* §. 8. *Athan. tit. X.* (*ibid. p.* 133 *sq.*) — *Iulian. Const.* 101. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) *Hal., Vulg.*; κρίνειν, Παπιανῷ (*om.* ἴσμεν τοίνυν) *Scrimg.* — [2]) *Cod. Hamb., Port.*; instituentes *Trid., Cont.* — [3]) *Cod Hamb., Trid.*; heredem *Port., Cont.* — [4]) *Cod. Hamb.*; definitionem *edd.*

ἐπὶ τοιούτου θέματος, ἐκεῖνο μόνον ὥσπερ ἐξεπίτηδες ἐν αἰνίγματι προσθείς, τὸ τηνικαῦτα δεῖν κεκωλῦσθαι τὰς ἐκποιήσεις, ἡνίκα ἐπὶ τῷ καταλῦσαι τὸ φιδεϊκόμμισσον ἐξεπίτηδες ὁ τούτῳ βεβαρημένος ἐπὶ τὴν ἐκποίησιν ἦλθε. καὶ ὁ φιλόσοφος ἐν βασιλεῦσι Μάρκος, τοιούτου τινὸς ὑποτεθέντος θέματος, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ μεσιτείαν δοκεῖν ἐνεῖναι [1]) τοῖς τοιούτοις ῥήμασι διετύπωσεν.

quam de industria in aenigmate adiiciens, tum demum alienationes prohibitas esse debere, quando ad dissolvendum fideicommissum is, qui illo gravatus est, data opera ad alienationem venit. Et philosophus inter Imperatores, Marcus tali quadam specie proposita constituit, ut arbitrium boni viri in talibus verbis inesse videretur.

Κεφ. α'.

Ἡμῖν οὖν ὀρθῶς ἔδοξεν ἔχειν οὕτω τυπῶσαι τὴν νομοθεσίαν, ὥστε εἰ μὲν καθόλου τις εἴποι ἀποκατάστασιν τοῦ φιδεϊκομμίσσου, ταῦτα κρατεῖν, ἅπερ ἐπὶ τῶν τοιούτων διώρισται, καὶ παρ' ἡμῶν ἤδη νενομοθέτηται. εἰ δὲ τοιοῦτον ἡ τὸ φιδεϊκόμμισσον, ὁποῖον ὑπόκειται, καὶ τὰ εὑρισκόμενα ἤτοι [2]) παραλιμπανόμενα ἐν καιρῷ τελευτῆς ὁ διαθέμενος ὑπάγει μόνα τῷ φιδεϊκομμίσσῳ, τηνικαῦτα τὸ ἀορίστως εἰρημένον τοῖς ἔμπροσθεν ὑπό τινα νενομισμένην ἀγαγεῖν διαίρεσίν τε καὶ τάξιν. εἰ γάρ τις ταῦτα ἢ καί τι τοιοῦτον ἕτερον φήσειε, θεσπίζομεν, ὥστε μέχρι τοῦ ψαλκιδίου μόνου τῆς οἰκείας ἐνστάσεως ἀνάγκην ἔχειν φυλάττειν τὸν βεβαρημένον τοῦ φιδεϊκομμίσσου τῇ ἀποκαταστάσει, καὶ μὴ δύνασθαί τι παντελῶς ἐξ ἐκείνου ἐλαττοῦν. ἱκανὸν γάρ, εἰ τῷ μὲν κληρονόμῳ περιέσονται τὰ τρία μέρη, τῷ δὲ ς τοῦ τετάρτου μόνου παραλειφθήσεται λόγος. οὐδὲ γὰρ ἐφήσομεν τῷ βεβαρημένῳ καὶ δωρεαῖς χρῆσθαί τισι, καὶ ἴσως ἐξεπίτηδες (ὅπερ ὁ Παπινιανὸς ἔλεγεν intervertendi fideicommissi causa), ὥστε καὶ τὸ τέταρτον ἀπομειοῦν τῆς ἐνστάσεως τῆς αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦτο πάντως καταλιμπάνειν τὸ φιδεϊκόμμισσον, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐπὶ τῇ αὐτοῦ κειμένων ἐξουσίᾳ, ὥστε ἄδειαν ἔχειν κυρίῳ τούτοις ὡς βούλεται χρήσασθαι, καθὰ τελείοις δεσπόταις προσήκει. Εἰ μέντοι καὶ αὐτοῦ τοῦ τετάρτου ὁ βεβαρημένος προσάψεται, ἀναγκαῖόν ἐστι πολυπραγμονεῖσθαι τὴν αἰτίαν, καθ' ἣν τοῦτο πέπραχε. καὶ εἴπερ ἡ προῖκα βούλοιτο δοῦναι ἢ προγαμικὴν δωρεάν, ἑτέραν οὐκ ἔχων οὐσίαν, δεῖν [3]) αὐτῷ τοῦτο συγχωρεῖσθαι πράττειν, κατὰ τοῦτο δὴ τὸ τῷ ἡμετέρῳ περιεχόμενον ἤδη νόμῳ, εἰς ὅπερ αὐτῷ παντελῶς οὐκ ἠρνησάμεθα τὴν τοιαύτην ἀπομείωσιν. Εἰ δὲ καὶ εἰς αἰχμαλώτων λύσιν (ταύτην γὰρ ἐξαιροῦμέν τε καὶ ἀνατίθεμεν τῷ θεῷ τὴν αἰτίαν), καὶ τοῦτο ἄδειαν αὐτὸν ἔχειν ποιεῖν, καὶ ἐλαττοῦν καὶ τὸ τέταρτον, τοῦ τῆς εὐσεβείας λόγου πάντων ἡμῖν τιμιωτέρου φαινομένου.

Cap. I.

Nobis igitur recte se habere visum est, si legem ita ferremus, ut, si quis totum fideicommissum restituendum esse dicat, ea obtineant, quae in eiusmodi casibus definita et a nobis iam sancita sunt. Si vero tale sit fideicommissum, quale propositum est, et testator ea solum fideicommisso subiecerit, quae tempore mortis inventa vel relicta sunt, id, quod indefinite a maioribus dictum est, sub legitimam quandam divisionem et ordinem deducamus. Nam si quis hoc vel etiam aliud quid dixerit, sancimus, ut fideicommissi restitutione gravatus usque ad solam Falcidiam institutionis suae servare necesse habeat, nec quidquam plane exinde deminuere possit. Sufficit enim, si heres tres partes habeat, huic vero quarta solum relinquatur. Neque enim permittemus, ut gravatus donationes quasdam faciat, idque de industria fortasse (quod Papinianus dixit intervertendi fideicommissi causa), ut quarta etiam institutionis suae minuatur, sed hoc fideicommissum omnino relinquat, reliquis omnibus in potestate eius manentibus, adeo ut illi arbitratu suo istis uti liceat, quemadmodum veris dominis convenit. Quodsi gravatus quartam etiam attingat, necessarium est perscrutari causam, ob quam hoc fecerit. Et si quidem vel dotem dare velit, vel donationem ante nuptias, quum alia bona non habeat, hoc illi permittendum est, secundum id tamen, quod lege nostra iam continetur, ad quod illi plane eiusmodi deminutionem non negavimus. Si vero etiam ad captivorum redemtionem (hanc enim causam excipimus et deo dicamus), hoc quoque illi facere, et quartam minuere liceat, quum pietatis ratio omnibus rebus pretiosior nobis videatur.

Κεφ. β'.

Εἰ δὲ συμβαίη μηδὲ αὐτὸν ἐκ τινῶν αἰτιῶν ἔχειν, ὅθεν

Cap. II.

Si vero contingat, ut neque ipse quibusdam ex causis

ponens, ut tunc oporteret prohiberi alienationes, quum ad solvendum fideicommissum ex studio qui hoc oneratus est ad alienationem venit. Et tanquam philosophatus inter Imperatores Marcus, tali quodam proposito casu, viri boni arbitratum videri inesse talibus verbis disposuit.

Cap. I. Nobis ergo recte visum est habere [4]), ita disponere legislationem, ut, si quidem universaliter aliquis dicat restitutionem fideicommissi, haec tenere, quae in talibus decreta sunt, et a nobis iam sancita, sin vero tale sit fideicommissum, quale subiacet, et ea, quae inveniuntur seu remanent in tempore mortis, testator submittat sola in fideicommissum, tunc indefinite dictum prioribus sub quadam legitima deducere divisione et ordine [5]). Si quis enim haec, aut etiam aliquid tale aliud dixerit [6]), sancimus, usque ad Falcidiam solum suae institutionis necessitatem habere servare eum, qui oneratus est fideicommissi restitutione, et non posse aliquid penitus ex illa minuere, sufficiens existens, sed [7]) heredi quidem supersint tres partes, illi autem quartae solius relinquatur ratio. Non enim concedimus ei, qui gravatus est, etiam donationibus uti aliquibus, et forsan ex studio (quod Papinianus dicebat intervertendi fideicommissi causa), ut etiam quarta minuatur institutionis eius, sed hoc omnino relinquere fideicommissum, aliis [8]) omnibus in eius positis potestate, et licentiam habere eum his sicut voluerit uti, quemadmodum perfectis dominis competit. Si vero et ipsam quartam is, qui gravatus est, contingat, necessarium est perscrutari causam, secundum quam hoc egit. Et si quidem aut dotem voluerit dare, aut sponsalitiam largitatem, aliam non habens substantiam, oportet ei hoc permitti agere, et hoc [9]) videlicet, quod nostra continetur iam lege, in qua ei omnino non negavimus talem deminutionem. Si vero et in captivorum redemtionem (hanc enim excipimus, et dicamus deo causam), et hoc licentiam eum habere facere, et minuere etiam quartam pietatis ratione, quod omnium nobis pretiosius videtur.

Cap. II. Si vero contigerit neque ipsum habere ex aliquibus causis, unde faciat expensas, ex tali resti-

---

[1]) *Hal., Fulg.*; εἶναι *Scrimg.* — [2]) ἢ τὰ *Hal.* — [3]) δεῖ *Hal.* — [4]) *Cod. Hamb.*; visum est ita *Trid.*; visum est, hanc *Port., Cont.* — [5]) *Melius* sub quandam legitimam deducere divisionem et ordinem. — [6]) *Cod. Hamb.*; tale aliquid dixerit aliud *Trid.*; aliquid aliud tale dixerit *Port., Cont.* — [7]) sed hic *Cod. Hamb.*; si *Bk.* — [8]) autem *add. Cod. Hamb., Trid.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.*; secundum hoc *bene emend. Bk.*

ὅθεν ποιοῦτο δαπάνας, ἐκ τῆς τοιαύτης ἀποκαταστάσεως καὶ ταύτας ποιεῖσθαι δίδομεν αὐτῷ παρρησίαν (τοῦτο ὅπερ καὶ ὁ διαθέμενος ἐπέτρεψε, τὸ παραλιμπανόμενον ὅλως τοῦτο βουλομένοις εἰς τὴν ἀποκατάστασιν ἔλκεσθαι, καὶ ὡς ἂν τις εἴποι ἐκ τοῦ περιττεύοντος αὐτῷ τὴν ἀποκατάστασιν γίνεσθαι). Εἰ δὲ μηδεμία τοιαύτη τις ὑπόκειται πρόφασις, ἀνάγκην ἔχειν πάντως τὸ τέταρτον μέρος τῆς οἰκείας ἐνστάσεως φυλάττειν, καὶ τῇ τοιαύτῃ ἀποκαταστάσει χαρίζεσθαι. Εἰ μέντοι τι δαπανοίη, ἔχων ὅθεν τὴν ἀποπλήρωσιν ποιήσεται, ἐξ ἐκείνου καὶ ἀναπληροῦσθαι τὸ τέταρτον, καὶ κατὰ μηδεμίαν αἰτίαν αὐτὸ μειοῦσθαι. Εἰ δὲ προσάψηται τοῦ τετάρτου, καὶ οὐκ ἔχει πρὸς ἀναπλήρωσιν ἑτέραν οὐσίαν, τηνικαῦτα δίδομεν καὶ κατὰ τῶν ἠγοραικότων ἢ ἄλλως λαβόντων πράγματα in rem, καὶ ὑποθήκας ἐκ τῆς αὐθεντίας τοῦδε τοῦ νόμου, ὥστε ἐξεῖναι ἀναπληροῦν τὸν φιδεϊκομμισσάριον ἑαυτὸν [1]) ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκδικήσεως, τοῦτο ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν λεγάτων ἤδη δεδώκαμεν, καὶ τὴν ἐκ τῆς διατάξεως in rem αὐτοῖς χαρισάμενοι, καὶ τὴν του φιδεϊκομμίσσου persecutiona, ὥστε καὶ ἀσφάλειαν ὁ φιδεϊκομμισσάριος δώσει τοῦ μὴ ἔλαττον τοῦ τετάρτου φυλάττειν, εἰ μὴ καὶ αὐτὴν ὁ διατιθέμενος συγχωρήσειεν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ προσηγγελμένου ἡμῖν πεποίηκε φάκτου. αὐτοῦ γὰρ τοῦ διατιθεμένου πᾶσαν οὐκ ἐγγύην μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσφάλειαν συγχωρήσαντος, ἡμᾶς ἀλλοιότερον αὐτὸ διαθεῖναι, οὐκ ἂν εἴη τῆς τοῦ τελευτήσαντος ἐστοχασμένον γνώμης [2]).

causis habeat, unde expensas faciat, facultatem ei concedimus etiam has ex hac restitutione faciendi, id quod testator quoque permisit, qui voluit, ut quod reliquum est totum ad restitutionem trahatur, et, ut ita dicamus, ex eo, quod superest, restitutio fiat. Si vero nulla eiusmodi causa subsit, omnino necesse habeat quartam partem institutionis suae servare, et restitutionem facere. Si tamen quid expendat, et habeat, unde supplementum faciat, ex eo quarta quoque suppleatur, nec ulla de causa minuatur. Sin vero quartam attingat, neque alia bona in supplementum habeat, tum adversus eos, qui emerunt vel aliter res acceperunt, in rem actionem et hypothecas auctoritate huius legis damus, ut fideicommissario per rerum vindicationem sibi ipsi satisfacere liceat, id quod etiam in legatis iam concessimus, et in constitutione tam in rem actionem, quum persecutionem fideicommissi illis largiti sumus. Quare et cautionem fideicommissarius praestabit, se non minus quarta servaturum, nisi et ipsam testator remiserit, quemadmodum in facto ad nos relato fecerat. Ubi enim testator non solum fideiussionem, sed et cautionem remisit, si nos aliter de eo disponeremus, id non esset ad morientis voluntatem respicere.

Ἐπίλογος.

Κατὰ ταῦτα τοίνυν ἔστω τοῖς πράγμασι τομή, αὐτῷ τε τούτῳ τῷ παρασχομένῳ τὴν ζήτησιν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ἐφ' οἷς ἠρτῆσθαι συμβαίνει τὰ θέματα, τῶν μὲν διαθηκῶν οὕτω γενομένων, καὶ τῶν διαθεμένων ἕως τελευτησάντων, οὔπω δὲ τοῦ τοιούτου χώραν λαβόντος φιδεϊκομμισσου, ἀλλ' ἔτι τοῦ βεβαρημένου περιόντος. Καὶ ταῦτα φαμὲν οὐκ ἐπὶ παίδων μόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων συγγενῶν, καὶ τῶν ἔξω τοῦ γένους, ἐφ' ὧν ὅλως τοιοῦτο φιδεϊκόμμισσον καταλελεῖφθαι συμβαίνει. Ἡ τοίνυν σὴ ἐνδοξότης ἅπασι ταῦτα φανερα ποιήσει τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις. ὥστε εἰδέναι, κατὰ τίνα τρόπον προσήκει καὶ ζῆν αὐτούς, καὶ τελευτᾶν, καὶ διατίθεσθαι, φιδεϊκόμμισσά τε καταλιμπάνειν, καὶ τὰ ἄλλα πράττειν, ἅπερ ἐπὶ τῶν τοιούτων νενόμισται. Dat. Kal. Febr. Constantinop. imp. DN. Iustin. PP. Aug ann. XIV., Basilio V. C. Cons. [541.]

Epilogus.

Secundum haec igitur causae decidantur, tam illa ipsa, quae quaestionem praebuit, quam reliqua omnia, in quibus res in suspenso esse contigerit, testamentis ita confectis, et testatoribus fortasse vita functis, fideicommisso vero nondum locum habente, sed eo, qui gravatus est, superstite. Atque haec dicimus non solum de liberis, sed et de aliis cognatis, et extraneis, quibus omnino eiusmodi fideicommissum relinqui contigerit. Gloria igitur tua omnibus subditis haec manifesta faciat, ut sciant, quomodo eos et vivere, et mori et testari, et fideicommissa relinquere, et alia agere conveniat, quae in talibus sancita sunt.

ΔΙΑ-

Ne

restitutione etiam has facere damus ei licentiam; hoc quod et testator permisit quod relinquetur omnino hoc volens ad restitutionem trahi, et quasi aliquis dicat, ex hoc, quod remaneret, ei restitutionem fieri. Si autem nulla talis subiacet occasio, necessitatem habere omnino quartam partem propriae institutionis servare, et tali et aliis restitutionem donare [3]). Si tamen aliquid expenderit, habens unde supplementum faciat, ex illo suppleri quartam, et per nullam causam hanc minui. Si vero contigerit quartam, et non habeat ad supplementum aliam substantiam, tunc damus [4]) et contra emtores aut aliter accipientes res in rem et hypothecas auctoritate huius legis, ut liceat complere sibi fideicommissarium [5]) ex rerum vindicatione; hoc quod in legatis iam dedimus, et ex constitutione in rem eis [6]) donantes, ei fideicommissi persecutionem. Unde et cautionem fideicommissarius dabit non minus quarta [7]) servare, nisi et ipsam testator, sicut in pronunciato nobis facto, prohibuit. Quum enim ipse testator omnem non fideiussionem solum, sed etiam cautionem relaxaverit, nos aliter disponere, non est [8]) morientis coniicere [9]) voluntatem.

Epilogus. Haec igitur sit causis decisio, ipsi quae praebuit quaestionem, et aliis omnibus, in quibus pendere contigerit casus, testamentorum quidem factorum, et testatorum quippe defunctorum, nondum autem tali locum accipiente fideicommisso, sed adhuc eo, qui gravatus est, superstite. Et haec dicimus non in filiis solum, sed etiam in aliis cognatis et extraneis a genere [10]), in quibus omnino tale fideicommissum relinqui contigerit. Tua igitur gloria omnibus haec manifesta faciat nostris subiectis, ut sciant, quemadmodum competat et vivere eos, et mori, et testari, et fideicommissa relinquere, et alia agere, quae in talibus sunt sancita. Dat. Kal. Febr. Constant. DN. Iustiniani PP. Aug. imp. anno XIV. Basilio V. C. Cons. [541.]

Const. CIV.

[1]) αὐτὸν *Hal.* — [2]) *Hal.*; αὐτὸ διαθεῖναι οὐκ ἂν εἴη, τῆς τοῦ τελ. ἐστοχασμένους γνώμης *Scrimg.*; ἐστοχασμένων *coni. Homb.* — [3]) et tali restitutioni donare *Bk.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; ei *add. Port., Cont.* — [5]) *Cod. Hamb.*; fideicommissum *edd.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; ei *Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb.*; quartam *edd.* — [8]) aliter id disponere, non esset *Bk. ed. ster.* — [9]) convincere *Trid.* — [10]) *Bk. ed. ster.*; genere *om. Cod. Hamb.*; extraneis agere *edd.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρϑ'.[a])

Περὶ αἱρετικῶν τῇ πίστει γυναικῶν.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ [1]).

Προοίμιον.

Μίαν ἡμῖν εἶναι βοήθειαν ἐπὶ παντὶ τῷ τῆς ἡμετέρας πολιτείας τε καὶ βασιλείας βίῳ [2]) τὴν εἰς θεὸν ἐλπίδα πιστεύομεν, εἰδότες, ὅτι τοῦτο ἡμῖν καὶ τὴν τῆς ψυχῆς καὶ τὴν τῆς βασιλείας [3]) δίδωσι σωτηρίαν. ὥστε καὶ τὰς νομοθεσίας τὰς ἡμετέρας ἐκεῖθεν ἠρῆσθαι προσήκει, καὶ εἰς αὐτὴν ἀφορᾶν, καὶ ταύτην αὐτῶν ἀρχὴν εἶναι καὶ μέσα καὶ πέρας. Ἴσασι τοίνυν ἅπαντες, ὡς οἱ πρὸ ἡμῶν βεβασιλευκότες, καὶ μάλιστα Λέων ὁ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης, καὶ Ἰουστῖνος ὁ τῆς θείας λήξεως ἡμῶν πατήρ, ἐν ταῖς ἑαυτῶν διατάξεσι τοῖς αἱρετικοῖς ἅπασιν ἀπηγόρευσαν, ὥστε μηδεμίαν αὐτοὺς μετιέναι στρατείαν, μήτε δὲ τὴν οἱανοῦν ἐπὶ δημοσίαις φροντίσι μετουσίαν ἔχειν, ὅπως ἂν μὴ προφάσει τῶν στρατειῶν τῶν τε δημοσίων ἐπιταγμάτων τῷ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας μέρει φανεῖεν λυμαινόμενοι. καὶ ἡμεῖς δὲ αὐτὸ τοῦτο πεπράχαμεν ἡμετέραις διατάξεσι ταῦτα κυρώσαντες. Αἱρετικοὺς δὲ καὶ ἐκεῖνοι εἰρήκασι καὶ ἡμεῖς λέγομεν τοὺς διαφόρων ὄντας αἱρέσεων, οἷς συναπτομένῳ τε καὶ συναριθμουμένῳ καὶ τοὺς τῇ Νεστορίου Ἰουδαϊκῇ ἀκολουθοῦντας μανίᾳ, καὶ Εὐτυχιανιστάς, καὶ Ἀκεφάλους, καὶ [4]) οἵτινες τὴν Διοσκόρου καὶ Σεβήρου κακοδοξίαν νοσοῦσι, τῶν τὴν Μανιχαίου καὶ Ἀπολιναρίου ἀνανεωσαμένων δυσσέβειαν, καὶ πρό γε πάντων τοὺς μὴ ὄντας μέλος τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς [5]) ἐκκλησίας, ἐν ᾗ πάντες ὁμοφώνως οἱ ἁγιώτατοι πάσης τῆς οἰκουμένης πατριάρχαι, ὅ τε τῆς ἑσπερίας Ῥώμης καὶ ὁ ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως, καὶ Ἀλεξανδρείας, καὶ Θεουπόλεως, καὶ Ἱεροσολύμων, καὶ πάντες οἱ ὑπ' αὐτοὺς τεταγμένοι ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι τὴν ἀποστολικὴν κηρύττουσι πίστιν τε καὶ παράδοσιν. Τοὺς τοίνυν τῆς ἀχράντου κοινωνίας κατὰ τὴν καθολικὴν

Novella CIX.

DE MULIERIBUS FIDE HAERETICIS.

Idem Imperator Ioanni, sacro Praetorio iterum Praefecto, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Unicum nobis auxilium per omnem reipublicae nostrae et imperii vitam spem in deum esse credimus, idque scimus et animae et imperii salutem nobis praebere. Quare leges etiam nostras exinde pendere, ad eam respicere, ipsamque earum initium, medium et finem esse convenit. Iam vero omnes sciunt, eos, qui ante nos imperarunt, et maxime Leonem piae memoriae, ac Iustinum divae memoriae patrem nostrum, in constitutionibus suis omnes haereticos prohibuisse, quominus ad ullam militiam accederent, et ad publica munera aditum haberent, ne praetextu militiarum et publicorum munerum sanctae, catholicae et apostolicae ecclesiae dei partem affligere viderentur. Nos quoque ipsi idem hoc fecimus, constitutionibus nostris illa confirmantes. Haereticos autem et illi dixerunt et nos dicimus, qui diversarum haeresium sunt. Quibus coniungimus et connumeramus etiam eos, qui Nestorii Iudaicam sequuntur insaniam, et Eutychianistas, et Acephalos, et quicunque Dioscori et Severi pravis opinionibus laborant, qui Manichaei et Apollinaris impietatem renovant, et ante omnia qui non sunt membrum sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae dei, in qua uno ore omnes sanctissimi totius orbis terrarum patriarchae, et ille, qui in Roma occidentali, et qui in regia hac urbe, et Alexandriae, et Theopoli, et Hierosolymis est, omnesque ipsis subiecti sanctissimi episcopi apostolicam fidem et traditionem praedicant. Illos igitur, qui immaculatam communionem in catholica ecclesia a sacerdotibus eius dei amantissimis non accipiunt, haereticos iure vocamus. Non licet illi christianorum nomen sibi imponant, quum tamen se ipsi a vera christianorum fide et communione separent, dei iudicio sese subiicere intelliguntur.

Cap. I

Gl. Const. CIV.

DE PRIVILEGIIS DOTIS HAERETICIS MULIERIBUS NON PRAESTANDIS.

(Coll. VIII. tit. 5.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.

Praefatio. Unam nobis esse in omni nostrae reipublicae et imperii vita in deo spem credimus, scientes, quia haec nobis et animae et imperii dat salutem. Unde et legislationes nostras inde pendere competit, et in eam respicere et hoc eis principium esse, et medium, et terminum. Sciunt igitur universi, quia ante nos imperantes, et maxime Leo piae memoriae, et Iustinus piae memoriae noster pater in suis constitutionibus haereticis omnibus interdixerunt, ut neque ulla ipsi participarentur militia, neque quodlibet in publicis curis participium haberent, uti ne occasione militarium et publicorum collegiorum sanctae dei catholicae et apostolicae ecclesiae membra viderentur vastare. Et nos autem ipsi [6]) hoc egimus, nostris constitutionibus hoc roborantes. Haereticos vero et illi dixerunt et nos dicimus eos, qui diversarum sunt haeresum. Quibus coniungimus et connumeramus et qui Nestorii Iudaicam sequuntur vesaniam, et Eutychianistas, et Acephalos, qui Dioscori et Severi mala secta languent, Manichaei [7]) et Apollinaris renovantium impietatem, et ad hoc omnes, qui non sunt membrum sanctae dei catholicae et apostolicae ecclesiae, in qua omnes concorditer sanctissimi episcopi et totius orbis terrarum patriarchae, et Hesperiae [8]) Romae, et huius regiae civitatis, et Alexandriae, et Theopoleos, et Hierosolymorum, et omnes, qui sub eis constituti sunt sanctissimi episcopi, apostolicam praedicant fidem atque traditionem. Igitur sacram communionem in catholica ecclesia non

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Athan. III.* 1. (*Heimb. Anecd. I. p.* 44.) *et Coll. Const. eccl. III.* 3. 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 1356.) — *Si initium prooemii et epilogum exceperis, tota Nov. est in Bas. I.* 1. 55. — *Iulian. Const.* 102. — *Versio est glossata.*

[1]) Βάσσῳ τοποτηρητῇ τῶν ἐπάρχων *Athan., Coll. Const. eccl.* — [2]) τόπῳ *Athan., Coll. const. eccl., cf. Leunclav. Notat. I.* 82. — [3]) καὶ τὴν τῆς βασιλείας *om. Hal.* — [4]) καὶ *om. Hal., Bas., Vulg., atque omissionem copulae etiam suadet Athan., cum dicit sectae Acephalorum esse Dioscorum et Severum.* — [5]) καὶ ἀποστολικῆς *om. Hal.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; Ita et nos ipsi *Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb.*; et Manich. *edd.* — [8]) *Trid.*; Hesperiae et *Cod. Hamb., Port., Cont.*

λικὴν ἐκκλησίαν οὐ μεταλαμβάνοντας παρα τῶν ταύτης θεοφιλεστάτων ἱερέων αἱρετικοὺς δικαίως καλοῦμεν [a]). κἂν γὰρ ὄνομα Χριστιανῶν ἑαυτοῖς περιτιθέασι, τῆς ἀληθινῆς ἑαυτοὺς τῶν Χριστιανῶν πίστεώς τε καὶ κοινωνίας χωρίζοντες τῷ τοῦ θεοῦ κρίματι ἑαυτοὺς ὑπάγειν γινώσκονται.

Κεφ. α'.

Οἱ μὲν οὖν περὶ τῶν αἱρετικῶν φοιτήσαντες νόμοι πᾶσιν εἰσι φανεροί. ἡμεῖς δὲ βουλόμενοι τοὺς τὴν ὀρθόδοξον ἀσπαζομένους πίστιν καὶ ταύτης ἀντεχομένους ἔχειν τι πλέον προνόμιον τῶν ἀλλοτριούντων ἑαυτοὺς τῆς τοῦ θεοῦ ποίμνης (ἐπειδὴ μήτε δίκαιόν ἐστιν ἴσων τοῖς ὀρθοδόξοις τοὺς αἱρετικοὺς ἀξιοῦσθαι προνομίων), διὰ τοῦτο καὶ νῦν ἐπὶ τὸν παροντα εἰδομεν νόμον. ἐπειδὴ γὰρ δεδώκαμεν προνομίαν ταῖς γυναιξὶ τῶν προικῶν, ὥστε καὶ προγενεστέρων δανειστῶν προκρίνεσθαι, καὶ βελτίω τάξιν ἔχειν αὐτάς, καὶ ταῦτα ὑπὸ τοῦ χρόνου νικωμένας [1]), ἐπὶ δὲ τῶν διὰ τοὺς γάμους δωρεᾶν κατὰ τοὺς χρόνους, καθ' οὓς ἂν γένοιντο, τὰς ὑποθήκας ἔχειν, πᾶσιν ἐπὶ τοῦ παρόντος ποιούμεθα φανερὸν διὰ τοῦδε τοῦ θείου ἡμῶν νόμου, ὅτι καὶ ταύτην τὴν προνομίαν καὶ τὰς σιωπηρὰς ὑποθήκας, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὁπόσα ταῖς γυναιξὶν ἐν διαφόροις προνομίοις παρὰ τῶν ἡμετέρων δίδοται νόμων, ἐκείναις δίδομεν μόναις (ἐφ' ᾧ τούτων ἀπολαύειν τε καὶ χρῆσθαι ταῖς ἐξ αὐτῶν εὐεργεσίαις), αἷς ἐπιμελές ἐστι τὴν ὀρθὴν καὶ προσκυνουμένην ἡμῶν πίστιν κρατεῖν (τὴν τῆς καθολικῆς φαμὲν καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας), καὶ μετέχειν τῆς ἐν αὐτῇ σωτηριώδους κοινωνίας. τὰς γὰρ χωριζούσας ἑαυτὰς τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς ἀχράντου κατ' αὐτὴν κοινωνίας μεταλαμβάνειν οὐκ ἀνεχομένας παρὰ τῶν ταύτης θεοφιλεστάτων ἱερέων οὐ βουλόμεθα παντελῶς τῶν τοιούτων ἀπολαύειν προνομίων. εἰ γὰρ ἑαυτὰς χωρίζουσι τῶν τοῦ θεοῦ δωρεῶν, καὶ τῆς ἁγίας καὶ ἀχράντου κοινωνίας ἀλλοτρίας ποιοῦσι, πολλῷ μᾶλλον καὶ ἡμεῖς οὐκ ἂν αὐτὰς ἀξιώσαιμεν προνομίων, καὶ τῆς ἐκ τῶν ἡμετέρων νόμων ἀπολαῦσαι συγχωρήσαιμεν συγκροτήσεως, ἀλλ' ἔστωσαν αὐταῖς ἄβατοι πανταχοῦ αἱ παρὰ τῶν νόμων εὐεργεσίαι, καὶ παντὸς προνομίου ἐκ τῶν ἡμετέρων διατάξεων αὐταῖς διδομένου στερηθήσονται.

Κεφ. β'.

Cap. I.

Iam vero leges de haereticis latae omnibus manifestae sunt. Nos autem, quum eos, qui orthodoxorum fidem amplectuntur eique adhaerent, maius quoddam privilegium habere velimus, quam eos, qui se a grege dei separant (quoniam neque iustum est, haereticos aequalibus quibus orthodoxos privilegiis dignos habere), propterea et nunc ad praesentem legem respeximus. Quoniam enim feminis privilegium dotium dedimus, ut et antiquioribus creditoribus praeferantur, et meliore loco sint, quanquam tempore vincantur, in donationibus vero propter nuptias, ut secundum tempora, quibus fiant, hypothecas habeant, omnibus in praesentia per sacram hanc nostram legem manifestum facimus, nos et hoc privilegium, et tacitas hypothecas, ceteraque omnia, quae mulieribus in diversis privilegiis a legibus nostris data sunt, illis solis concedere (ut iis fruantur, et beneficiis eorum utantur), quibus curae est, ut rectam et adorandam nostram fidem (catholicae dicimus et apostolicae ecclesiae) teneant, et salutarem eius communionem amplectantur. Quae enim a sancta catholica, et apostolica ecclesia dei se ipsae separant, neque in ea immaculatam communionem a sacerdotibus eius dei amantissimis accipere sustinent, eas omnino his privilegiis frui nolumus. Nam si a donis dei se ipsae separant, et a sacra et immaculata communione se alienas reddunt, multo magis et nos eas privilegiis illis indignas habebimus, nec permittemus, ut legum nostrarum favore fruantur, sed ad beneficia legum illis nullo modo aditus pateat, omnique privilegio constitutionibus nostris ipsis dato priventur

Cap. II

non percipientes ab eius deo [2]) amabilibus sacerdotibus, haereticos iuste vocamus. Nam licet nomen Christianorum sibimet imposuerint, attamen [3]) a Christianorum se fide et communione separant, dei iudicio semetipsos subdi cognoscentes.

Cap. I. Quae igitur de haereticis prolatae sunt leges [4]), omnibus sunt manifesta. Nos autem volentes, orthodoxam amplectentes fidem et eandem [5]) defendentes habere aliquod amplius privilegium iis, qui alienant semetipsos a dei ovili (quoniam neque iustum est aequalibus cum orthodoxis haereticos dignos fieri privilegiis), propterea et nunc ad praesentem respeximus legem. Quia enim dedimus privilegium mulieribus dotium, ut etiam prioribus creditoribus praeponantur, et meliorem ordinem eas habere, et nec a tempore superatas, in donationibus autem propter nuptias secundum tempora, per quae fiunt, hypothecas habere, omnibus in praesenti facimus manifestum per hanc sacram nostram legem, quia et hoc privilegium, et tacitas hypothecas, et omnia alia, quae mulieribus [6]) in diversis privilegiis a nostris legibus data sunt, illis damus solis, quatenus his fruantur et utantur, quae diligentiam habent rectam et adorandam nostram fidem tenere (catholicae dicimus et apostolicae ecclesiae), et participare in eius salutari communione. Quae enim separant se a sancta dei catholica et apostolica ecclesia, et sacrosanctam in ea communionem percipere non patiuntur ab eius [7]) deo amabilibus sacerdotibus, nolumus omnino talibus frui privilegiis. Si enim se separant a dei muneribus, et a sacra communione alienas faciunt, multo potius et nos non eas dignas fieri privilegiis, neque ex nostris legibus frui permittimus continentia, sed sint eis inaggressibilia [8]) omnino ex legibus beneficia, et omni privilegio ex nostris constitutionibus eis dato privabuntur.

Cap. II.

[a]) *Definitionem haereticorum repet.* (*Photii*) *Nomoc. XII.* 2. (*Voëlli bibl. II. p.* 1060.) *et plura etiam ex cap.* 1. *addit Balsam. ad h. l.* (*ibid. p.* 1061.)

[1]) καὶ ταῦτα οὔτε ὑπὸ τοῦ χρόνου νικωμένας *coniecit Io. Bern. Koehler in Interpr. et Emendd. I. R. I.* 12. §. 14., *Vet. Int. secutus.* — [2]) ab eis deo *Cod. Hamb.*; ab his deo *Trid.*; a deo *Port., Cont.* — [3]) veruntamen *Trid., Port. Cod. Hamb. om. verba* sibimet — a. — [4]) *Cod. Hamb.*; prolata sunt lege *edd.* — [5]) *Cod. Hamb.*; eam *edd.* — [6]) *Cod. Hamb.*; omnibus *add. edd.* — [7]) ab eos *Cod. Hamb.*; ab eis *Trid.*; a deo *Port., Cont* — [8]) eis magis inaggressibilia *Cod. Hamb.*; eis inaggr. magis *Trid*

Κεφ. β'.

Ἐξεστι δὲ αὐταῖς τῆς βελτίονος γινομέναις γνώμης, καὶ τὴν ὀρθὴν καὶ ἀληθινὴν ἀσπαζομέναις πίστιν, καὶ ταύτης μέχρι παντὸς ἀντεχομέναις τῶν τοιούτων ἀπολαύειν δωρεῶν τε καὶ προνομίων. Τούτων ἐν ἁπάσῃ τῇ ὑπηκόῳ κρατούνιων καὶ παραφυλαττομένων, πρωτοτύπως μὲν παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων, ἔπειτα δὲ καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων καὶ δικαστῶν, εἴτε μείζους εἴτε ἐλάττους καθεστᾶσιν, καὶ πρός γε παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς, πρὸς ἣν καὶ τὸν παρόντα ποιούμεθα νόμον. Ὥσιε προσῆκον ἐστι τοὺς δικασιάς, παρ' οἷς τινες κινοῦνται κατὰ γυναικῶν δίκαι ἢ παρὰ γυναικῶν τινὰ προνόμια ἐκδικεῖν ἑαυταῖς βουλομένων, ἀποβλέπειν εἰς τὴν τοῦ παρόντος ἡμῶν νόμου δύναμιν, καὶ εἰ μὴ εὕροιεν αὐτὰς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως οὔσας, καὶ μεταλαμβανούσας τῆς ἀχράντου καὶ προσκυνητῆς κοινωνίας ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ παρὰ τῶν σεβασμιωτάτων ταύτης ἱερέων, ταύταις μὴ συγχωρεῖν ἀπολαύειν τῶν ἐκ τῶν ἡμετέρων διατάξεων προνομίων.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραπτάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ γινώσκουσα ἐν ταῖς παρ' αὐτῇ [1]) κινουμέναις δίκαις παραφυλάττειν καὶ ἔργῳ καὶ πέραι παραδοῦναι φροντισάτω, διά τε τῶν εἰωθότων ἰδίκιων καὶ προσταγμάτων ὑμετέρων πᾶσι ποιησάσθω φανερὰ ἐν τε τῇ εὐδαίμονι ταύτῃ πόλει καὶ ἐν ταῖς ἐπαυχίαις πάσαις, ὥσιε γινώσκειν πάντας, ὅπόση τις ἡμῖν ἐστὶ φροντὶς καὶ τῆς ἀληθοῦς περὶ τὸν δεσπότην Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν θεὸν πίστεως καὶ τῆς τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων σωτηρίας. Dat. V. Non. Maiis Constantinop. imp. DN. Iustin. PP. Aug. ann. XV., Basil. V. C. Cons. [541.] ΔΙΑ-

Cap. II.

Licet vero illis, si ad meliorem mentem redierint, et rectam atque veram fidem amplexae fuerint, illique semper adhaeserint, talibus donis et privilegiis frui. Haec autem in omni ditione nostra valeant et observentur, praecipue quidem a dei amantissimis sacerdotibus, deinde vero a nostris etiam magistratibus et iudicibus, sive maiores, sive minores sunt, et praeterea a celsitudine tua, ad quam etiam hanc legem dedimus. Iudices itaque, apud quos contra mulieres, aut a mulieribus privilegia quaedam sibi vindicare volentibus lites moventur, ad praesentis nostrae legis vim respicere convenit, et si eas non orthodoxae fidei esse, nec incontaminatam et adorandam communionem in sanctissima catholica et apostolica ecclesia a venerabilibus eius sacerdotibus accipere deprehendant, illis non concedere, ut privilegiis ex nostris constitutionibus fruantur.

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt excellentia tua cognoscens in litibus apud ipsam motis observare et effectui dare curet, atque per consueta edicta et praecepta tam in felici hac urbe, quam in provinciis omnibus manifesta faciat, ut omnes intelligant, quantae nobis curae sit vera in dominum Christum, verum illum deum, fides, et subditorum nostrorum salus.

No-

Cap. II. Licebit autem eis melioris factis sententiae [2]), et rectam veramque amplectentibus fidem, et hac semper contentas [3]), talibus [4]) perfrui muneribus et privilegiis. His in omni ditione valentibus atque servandis, principaliter quidem a deo amabilibus episcopis et sacerdotibus, deinde et [5]) a nostris administratoribus et iudicibus, sive sint maiores sive minores, et insuper a tua celsitudine, apud quam et praesentem facimus legem. Unde competens est, iudices [6]), apud quos aliquae movebuntur contra mulieres causae, aut a mulieribus quaedam privilegia sibi vindicare volentibus, respicere ad praesentis nostrae legis subtilitatem, et si non invenerint eas orthodoxae fidei exsistentes, et percipientes sacrosanctam et adorabilem communionem in sanctissima catholica ecclesia et apostolica a veneraudissimis eius sacerdotibus, non permittere frui ex nostris constitutionibus privilegiis.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo cognoscens, causis apud eam motis servare, et operi effectuique tradere [7]) curet, et per solennia edicta et praecepta propria omnibus faciat manifesta et in hac felicissima civitate, et in provinciis, ut cognoscant omnes, quanta et quae nobis cura est et verae circa dominum Christum verum deum fidei, et nostrorum subiectorum salutis. Dat. V. Non. Kal. Maii, Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XV., Basilio V. C. Cons. [541.]

Const. CV.

---

[1]) *Hal., Vulg.*; αὐτῶν *Scrimg.* — [2]) *Cod. Hamb.*; mel. sententiae factis *edd.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid.*; contentos *Port., Cont.* — [4]) stabilibus *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [5]) *Cod. Hamb.*; et *om. edd.* — [6]) *Cod. Hamb.*; et iud. *edd.* — [7]) cum tradere *Cod. Hamb.*, *unde legendum videtur* contradere.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρί.[a])

Περὶ τῶν τόκων.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Ἴσμεν ἐκ μηνύσεως τῆς σῆς ὑπεροχῆς νόμον ἤδη πεποιηκότες περὶ τῶν traiecticiων χρημάτων, ὃς ἐμφανὴς γέγονε τῷ δικαστηρίῳ τῷ σῷ.

Κεφ. α'.

Ἀλλ' ἐπειδήπερ ὕστερον προσελεύσεων ἡμῖν γενομένων προσειάξαμεν, τὸν νόμον ἐκεῖνον μὴ κρατεῖν, ἀναληφθῆναι αὐτὸν προστάξαντες ἐκ τοῦ δικαστηρίου τοῦ σοῦ, ἔγνωμεν δὲ αὐτὸν καὶ ἐν τισὶ τῶν ἐπαρχιῶν ἤδη καταφανῆ γενέσθαι, διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, τὸν τοιοῦτον νόμον παντοίως ἀργεῖν, καὶ εἰ συνέβη κατὰ χώραν αὐτὸν πεμφθῆναι, μηδὲ ἐκεῖσε κρατεῖν [1]), ἀλλ' ἀνίσχυρον εἶναι. καὶ οὕτω βουλόμεθα τὸ πρᾶγμα προϊέναι, ὡς εἰ μηδὲ γραφεὶς ἐτύγχανεν ὁ εἰρημένος νόμος, ἀλλὰ κατὰ τοὺς ἤδη περὶ τῶν τοιούτων τεθέντας νόμους παρ' ἡμῶν τὰς ὑποθέσεις ἐξετάζεσθαι καὶ κρίσεως ἀξιοῦσθαι.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασιάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. VII. Kal. Maii Constantinop. imp. DN. Iustin. PP. Aug. ann. XV., Basilio V. C. Cons. [541.]

Novella CX.

DE USURIS.

Idem Imperator Ioanni, iterum Praefecto Praetorio, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Scimus ad relationem celsitudinis tuae legem nos de traiectitiis pecuniis iam fecisse, quae iudicio tuo insinuata fuit.

Cap. I.

Quoniam autem postea, quum interpellati essemus, praecepimus, ne lex illa valeret, mandantes, ut e iudicio tuo tolleretur, eam vero in provinciis quibusdam iam insinuatam esse cognovimus, propterea sancimus, ut lex illa plane cesset, et si eam in provincias missam esse contingat, ibi non valeat, sed invalida sit; atque ita rem illam procedere volumus, quasi dicta lex nunquam scripta esset, sed secundum leges de illis a nobis iam latas negotia examinentur et decidantur.

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt excellentia tua effectui dare studeat.

Const. CV.

DE NAUTICIS USURIS.

(Coll. VIII. tit. 6.)

Imp. Iustinianus Aug. Ioanni, gloriosissimo sacrorum Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsul ordinario et Patricio.

Praefatio. Novimus ex denunciatione tuae celsitudinis, legem fecisse iam nos [2]) de traiecticiis pecuniis, quae manifesta facta est foro tuo.

Cap. I. Sed quoniam postea, additionibus nobis factis, praecepimus [3]) legem illam non valere, rescindi eam sperantes ex foro tuo [4]), cognovimus autem eam et in quibuslibet provinciis iam insinuatam, propterea sancimus, talem legem omnino vacare, et si contigerit etiam per provincias eam destinari, nec ibi valere, sed invalidam esse. Sicque volumus [5]) causam procedere, tanquam si nec scripta fuisset memorata lex, sed secundum de talibus positas leges a nobis negotia et aestimatione et sententia potiantur.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. Dat. VII. Kal. Maii, Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XV., Basilio V. C. Cons. [541.]

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Athan. XVII.* 2. (*Heimb. Anecd. I. p.* 161 *sq.*) — *Iulian. Const.* 103. — *Versio antiqua glossam quidem non accepit, inter glossatas tamen haec Nov. posita est in multis Codd. mss. et edd.* (*Trid., Port.*) *In Cod. Hamb. deest.*

[1]) καὶ εἰ συνέβη — κρατεῖν *om. Hal.* — [2]) nos *om. Trid., Port.* — [3]) *Trid.*; percipientes *Port., Cont.* — [4]) valere. praesumi enim properantes ex foro *Trid.* — [5]) *Port.*; non valere *Trid., Cont.*

Gl.

Novella CXI.*)

HAEC CONSTITUTIO INNOVAT CONSTITUTIONEM, QUAE PRAESCRIPTIONEM CENTUM ANNORUM VENERABILIBUS LOCIS DEDERAT.

(Authent. Const. CVI. Coll. VIII. tit. 7.)

Imp. Iustinianus Aug. Theodoto, Orientalium Praetoriorum Praefecto [1]).

Praefatio.

Quod medicamenta morbis, hoc exhibent iura negotiis. Unde consequitur, ut nonnunquam a iudicio discordet effectus, et quod credebat coniectura prodesse, experimento inveniatur inutile. Probat igitur hoc praesentis etiam necessitas sanctionis, in qua privilegium, ex religioso proposito sacrosanctis ecclesiis dei et monasteriis, aliisque religiosis locis constitutione nostra nuper indultum, necessaria correctione distinguimus. Dudum siquidem iusseramus, ad centum illis annos exceptionis propagari curricula, per cuius licentiam sanctionis negotia quidem multa commota sunt et velut antiquorum vulnerum obductae patuerunt iterum cicatrices, sed eorum sanitas provenire non potuit, probationum scilicet difficultatibus impedita, quoniam per tantum saeculi magis quam temporis spatium nec documentis integritas, nec actis fides, nec aetas valet testibus suffragari.

Cap. I. Unde quia largitati nostrae causarum non occurrit angustia, cum ratione simul ac religione tractantes praedictum privilegium usque ad possibilem modum deducere experimento retraximus, et iubemus, in [2]) negotiis, quae antehac triginta annorum removebat exceptio, nunc venerabilibus [3]) ecclesiis, monasteriis, et xenodochiis, nec non orphanotrophiis, et brephotrophiis, et ptochiis [4]) quadraginta annorum protelatio conferatur, salva scilicet circa alias personas et causas virtute, quam semper tricennalis sibi praescriptio vindicabat, quoniam hanc decem annorum adiectionem solis, ut dictum est, religiosis locis eorumque iuri vel contractibus indulgemus, ut sopitae hoc temporis spatio tam personales quam hypothecariae actiones in perpetuum conquiescant; nihil penitus aliis exceptionibus derogantes, sed tam in aliis quam triennio [5]) vim roburque tenentibus. In illis namque, ut dictum est, tantum [6]) negotiis religiosos contractus memorato quadraginta annorum privilegio volumus perfrui, in quibus eis centum annorum praerogativam constitutio nostra contulerat. Si quas plane causas ante hanc nostram constitutionem ab ecclesiis ceterisque sacris locis ubicunque commotas iudicialis sententia aut transactionum conventio terminavit, nolumus refricari, sed in reliquum illis hanc obiici sanctionem, quas antehac sopitas octo lustrorum silentio moveri hactenus aut motas terminari non contigit.

Epilogus. Illustris igitur et magnifica auctoritas tua, quae per hanc generalem legem nostra statuit aeternitas, edictis propositis ad omnium notitiam faciat pervenire. Dat. Kal. Iun., Constant. imp. DN. Iustiniani perp. Aug. anno XV., Basilio V. C. Cons. [541.] *AIA-*

---

*) *Hal. et Scrimg. huius Nov. exhibent epitomen graecam, Theodori scil. Hermopolitani, cf. Heimb. Anecd. I. p.* 248 *sq.* (*Cuiac. Obss. V.* 5. *Fabrot. in Voëlli bibl. II. p.* 1385.), *cuius epitomae pars exigua est in Bas. V.* 2. 16. *ed. Heimb.* (*V.* 2. 23. *ed. Fabr.*) *et apud Balsam. ad Photii Nomoc. II.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 884.). *Haec Novella latine et graece edita erat, sed latina sola const. in Coll.* 168. *Novellarum recepta et Athanasio, Iuliano etc. nota erat, quare h. l. latinum solum textum ex Vulg. edidi. Graeca lingua scripta constitutio est inter XII Edicta numero quintum. — Athan. II.* 5. (*Heimb. Anecd. I. p.* 38.) *et Coll. Const. eccl. III.* 2. 5. (*Voëlli bibl II. p.* 1350.) (*Eustath.*) *ῥοπ. XLII.* 7. *cf. lib. περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 3. (*Heimb. Anecd. I. p.* 191.). — *Iulian. Const.* 104. — *Est glossata haec Novella.*

[1]) Idem Au. Theodosio *Trid.*; Eliae praefecto Illyrici *inscripta est haec Nov ap. Athan.* (*et in Coll. Const. eccl.*, *cf. Leunclav. Notat. I.* 83.) *atque hanc inscriptionem multo praestare credo in latina Novella, cum verisimile sit hanc in Illyriam, graecam autem* (*Edict. V.*) *ad Theodotum missam esse.* — [2]) ut *ante* in *add. Bk.* — [3]) nunc in vener. *Cod. Hamb.* — [4]) *Cod. Hamb.*; ptochis *Trid.*; ptocotrophiis *Port.*; ptochotrophiis *Cent.* — [5]) sed tam annali et triennali praescriptione quam aliis *emend. Fabrot. l. c.* — [6]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; tantum om. *Port.*, *Cont.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ριβ'. [a])

Περὶ τῶν litigiosων [1]), καὶ περὶ τῆς ὀφειλουσης γενέσθαι παρὰ τῶν ἐναγόντων ἀσφαλείας πρὸ τῆς τῶν ἐναγομένων ὑπομνήσεως. καὶ πηνίκα οὐ δύναται ὁ actor [2]) ἀποχρήσασθαι τῷ προνομίῳ τοῦ μὴ ἐνάγειν αὐτὸν μὴ βουλόμενον.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Θεοδότῳ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων [3]).

Προοίμιον.

Πολλὰ μὲν περὶ τῶν litigiosων τοῖς τε σοφοῖς ὧν παλαιῶν νομοθέταις, ταῖς τε βασιλικαῖς εἴρηται διατάξεσιν, ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος τινὲς τῶν δικασιῶν τὴν ἡμετέραν ἠτήσαν γαληνότητα, ὥστε τὴν ἀμφισβήτησιν διακρίναι τὴν ἔτι καὶ νῦν ὑπὲρ τῶν τοιούτων αἰτιῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις κινουμένην, καὶ τοὺς τε νόμους τάς τε διατάξεις τὰς περὶ τούτων κειμένας φανερώτερον σαφηνίσαι, ὥστε λοιπὸν ἀναμφίβολον εἶναι, οἷα προσήκει πράγματα litigiosa καλεῖσθαι.

Κεφ. α'. [b])

Διά τοι τοῦτο θεσπίζομεν, litigiosον λέγεσθαί τε καὶ νοεῖσθαι πρᾶγμα κινητὸν ἢ ἀκίνητον ἢ αὐτοκίνητον, οὗτινος περὶ τῆς δεσποτείας ζήτησις μεταξὺ τοῦ ἐνάγοντος καὶ ἐναγομένου κινεῖται ἢ δι' ἀρχικῆς ὑπομνήσεως, ἢ διὰ δεήσεων βασιλεῖ προσενεχθεισῶν καὶ τῷ δικαστῇ ἐμφανισθεισῶν, καὶ δι' αὐτοῦ τῷ ἀντιδίκῳ τοῦ προσελθόντος γνωσθεισῶν. ἐπὶ τούτων γὰρ τῶν θεμάτων καὶ τὴν προτέραν τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος διάταξιν μετὰ ταῦτα κρατεῖν βουλόμεθα, ἐν ᾗ τοὺς εἰδότας καὶ ἀγνοοῦντας ἀγοραστὰς διεκρίναμεν. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο προσθεῖναι συνεῖδομεν, ὥστε εἴπερ δίκης περὶ litigiosου ἠρημένης συμβῇ τὸν ἐναγόμενον τελευτῆσαι. τοὺς δὲ αὐτοῦ κληρονόμους βούλεσθαι διελεῖν τὰ πράγματα, ἀνεμποδίστως ἐξεῖναι αὐτοῖς τοῦτο διαπράττεσθαι. κηλὶς γὰρ litigiosa πράγματα κατὰ διαδοχὴν εἰς κληρονόμους περιέρχεται, οὐκ ὀφείλει ἐκποίησις νοεῖσθαι

Novella CXII.

DE LITIGIOSIS, ET DE CAUTIONE AB ACTORIBUS ANTE REORUM CITATIONEM PRAESTANDA, ET QUANDO ACTOR PRIVILEGIO, QUOD INVITUS AGERE NON COGATUR, UTI NEQUEAT.

Idem Imperator Theodoto, Praefecto Praetorio.

Praefatio.

Multa quidem de litigiosis quum a sapientibus ex antiquis legislatoribus, tum etiam imperialibus constitutionibus dicta sunt, in praesentia vero iudices quidam serenitatem nostram rogarunt, ut controversiam hucusque in eiusmodi causis in dicasteriis motam decideremus, et leges atque constitutiones de his latas clarius explicaremus, ut in posterum extra controversiam sit, quas res litigiosas vocari conveniat.

Cap. I.

Propterea sancimus, ut litigiosa dicatur et intelligatur res mobilis vel immobilis vel se movens, de cuius dominio inter actorem et reum quaestio movetur vel per iudicialem citationem, vel per oblatas Imperatori preces, iudicique insinuatas, et per eum adversario actoris notas factas. In his enim casibus priorem etiam mansuetudinis nostrae constitutionem, in qua scientes et ignorantes emtores discrevimus, post haec valere volumus. Sed et hoc addendum esse perspexi mus, si pendente lite de re litigiosa reum mori contingat, velintque heredes eius res dividere, ut sine impedimento id ipsis perficere liceat. Quum enim res litigiosae per successionem ad heredes veniant, harum rerum inter heredes divisio non debet pro alienatione haberi. Illud quoque hac nostra lege sancimus, si unum ex iis, qui de rebus illis litigant, ubi ex humanis rebus discedit, per ultimam voluntatem quasdam res,

Gl. Const. CVIII.

DE LITIGIOSIS, ET DE DECIMA PARTE LITIS AB ACTORE CAUTELA PRAESTANDA.

(Coll. VIII. tit. 8.)

Imp. Iustinianus Aug. Theodoto, Orientalium Praetoriorum Praefecto.

Praefatio. Multa quidem de litigiosis tam antiqua legislatorum prudentia, quam imperialis dispositio promulgavit, sed in praesenti quidam [4]) iudices a nostra clementia petierunt, ut dubietatem discernamus, quae adhuc pro huiusmodi causis in iudiciis commovetur, et leges, nec non constitutiones super his positas apertius explanemus, ut iam manifestissimum sit, quas res vocari litigiosas oporteat.

Cap. I. Ideoque sancimus, litigiosam dici et intelligi rem mobilem vel [5]) immobilem seseque moventem, de cuius dominio causa inter petitorem et possidentem movetur aut per iudiciariam conventionem, aut per preces principi oblatas et insinuatas iudici, ac per eum adversario interpellatoris cognitas. In his enim casibus etiam praeteritam constitutionem mansuetudinis nostrae posthac volumus obtinere, in qua scientes et ignorantes emtores discrevimus. Et hoc adiiciendum esse perspeximus, ut, si lite de re litigiosa pendente pulsatum contigerit ab hac luce recedere, heredes autem eius velle divisionem rerum facere, sine ullo [6]) obstaculo liceat eis hoc agere. Quando enim res litigiosae per successionem ad heredes perveninnt, non debet alienatio intelligi earum inter coheredes divisio. Et hoc autem praesente nostra lege decernimus, ut, si contigerit unum pro tali causa litigantem ab humano consortio recedentem, per ultimam voluntatem res aliquas, de quibus dominii dubitatio vertitur, legati nomine cuicunque relinquere, si quidem heres iudiciali sententia

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Athan. V.* 2. (*Heimb. Anecd. I. p.* 71 *sq.*) — *Novella tota fere in Bas. variis locis.* — *Iulian. Const.* 105. — *Quod Biener l. c. p.* 19. *not.* 44. *indicavit, in Vulgata non servari nobis latinam huius graecae nov. interpretationem, sed textum latinum novellae utraque lingua emissae, id veri esse simillimum videtur ex oratione latina constitutionis* (*cf. ipsum initium*), *nec non huic opinioni suffragatur epilogus. Est autem Novella inter glossatas.* — [b]) *Bas. XXVII.* 1. 5.

[1]) ἐπιδίκων *Hal. et ita in sqq., ut Bas.* — [2]) ὁ ἐνάγων *Hal.* — [3]) ὑπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων *Hal.* — [4]) *Trid.*; quidem *Cod. Hamb., Port., Cont.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *Port., Cont.* — [6]) *Cod. Hamb.*; aliquo *edd.*

νοεῖσθαι ἢ τούτων μεταξὺ τῶν συγκληρονόμων [1]) διαίρεσις. Καὶ τοῦτο δὲ διὰ τοῦ παρόντος ἡμῶν νόμου θεσπίζομεν, ὥστε εἰ συμβαίη ἕνα τῶν περὶ τοιούτων πραγμάτων δικαζομένων τῶν ἀνθρωπίνων ἀπιόντα πραγμάτων διὰ τελευταίας βουλήσεως πράγματά τινα, περὶ ὧν δεσποτείας ἀμφισβήτησις κινεῖται, ὀνόματι λεγάτου τινὶ καταλιπεῖν, εἰ μὲν ὁ κληρονόμος κατὰ δικαστικὴν ψῆφον δεσπόσῃ αὐτῶν ἀποδειχθείη, τηνικαῦτα τὸν λεγατάριον ὅπερ αὐτῷ καταλέλειπται πᾶσι τρόποις κομίζεσθαι, εἰ δὲ ὁ κληρονόμος ἐν δι' ασιηρίῳ τὴν ἥττονα ψῆφον ἀπενέγκοιτο, μὴ ἔχειν χώραν τὸν λεγατάριον ἕτερον πρᾶγμα ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ λεγάτου τὸν κληρονόμον εἰσπράττειν, ἐπειδήπερ εἰδὼς ὁ διαθέμενος, τὸ πρᾶγμα litigiosον εἶναι, τὴν τῆς δίκης ἔκβασιν τῷ λεγαταρίῳ κατέλιπεν. ὅθεν δίδομεν ἄδειαν τῷ λεγαταρίῳ, εἰ τοῦτο συμφέρον ἑαυτῷ ἡγήσαιτο, μέτοχον γίνεσθαι τῆς δίκης [a]), ὥστε μή τινα τυχὸν ἀμέλειαν ἢ προδοσίαν αὐτῶν δύνασθαι [2]) τῷ κληρονόμῳ ἀντιτιθέναι. Ἐκ ταύτης δὲ τῆς τοῦ litigiosου προσηγορίας τὰς ὑποθήκας κεχωρίσθαι θεσπίζομεν, καὶ ἐν ταύταις ταύτην κρατεῖν τὴν διάσταξιν, ὥστε εἰ μὲν ἰδικὰ πράγματα κινητὰ ἢ ἀκίνητα ἢ αὐτοκίνητα ὀνομαστὶ ταῖς ὑποθήκαις ἐμφέροιτο, ἐξεῖναι μὲν τῷ χρεώστῃ ταῦτα, ᾧ δ' ἂν καὶ δι' ἄρα βουληθείη πιπράσκειν, οὕτω μέντοι, ὥστε ἐκ τοῦ τιμήματος τούτων μέχρι τῆς τοῦ χρέους ποσότητος [3]) τὸ ἱκανὸν αὐτὸν ποιῆσαι τῷ δανειστῇ. εἰ δὲ τοῦτο μὴ πράξειεν ὁ χρεώστης, δίδομεν ἄδειαν τῷ δανειστῇ τῷ ἔχοντι τὴν ὑποθήκην τοῦ διαπεπραγμένου πράγματος τοῦτο διεκδικεῖν, μέχρις ὅτου τὸ ἱκανὸν αὐτῷ ὑπὲρ τοῦ χρέους γένηται. Ταῦτα δὲ προστάττομεν παραφυλάττεσθαι, εἰ μὴ τυχὸν πρότερον ἢ διὰ ἰδικῆς ὀνομαστί, ἢ διὰ γενικῆς ὑποθήκης τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἔτυχεν ἄλλοις δανεισταῖς ὑποτεθειμένον. τότε γὰρ κατὰ τὴν τῶν ἡμετέρων νόμων δύναμιν τὰ προνόμια τῶν χρόνων ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν δανεισιῶν φυλαχθῆναι θεσπίζομεν. ὅθεν σαφὲς καθέστηκεν, ὅτι τὰς γενικὰς ὑποθήκας πολλῷ μᾶλλον τῇ τοῦ litigiosου προσηγορίᾳ οὐ βουλόμεθα περιέχεσθαι, ἀλλὰ τὰς τούτων ἐναγωγὰς κατὰ τοὺς τῶν παλαιῶν νόμων ὅρους ἐξετάζεσθαι, καὶ τὴν ἰδίαν δύναμιν ἔχειν παρακελευόμεθα. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν litigiosων καὶ τῆς ἰδικῆς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ γενικῆς ὑποθήκης διετυπώσαμεν, ὥστε λοιπὸν μηδεμίαν περὶ τούτων ἐν τοῖς δικασηρίοις ἀμφισβήτησιν τίκτεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὴν εἰρημένην διαίρεσιν τοὺς τοιούτους ἀγῶνας πέρατι παραδίδοσθαι.

res, de quarum dominio movetur quaestio, legati nomine alicui relinquere contingat, si quidem heres per sententiam iudicis dominus earum declaretur, ut tum legatarius quod ei relictum est omni modo accipiat; si vero contra heredem sententia in iudicio lata sit, legatarius aliam rem pro eodem legato ab herede exigendi ius non habeat, quia testator, quum rem litigiosam esse sciret, litis eventum legatario reliquit. Unde legatario facultatem concedimus, si hoc sibi conducere arbitretur, ut socius fiat litis, ne forte negligentiam quandam vel proditionem earum heredi possit opponere. Hac vero litigiosi appellatione ut hypothecae eximantur, atque in iis haec distinctio obtineat, sancimus, ut, si in rebus singularibus mobilibus, vel immobilibus, vel se moventibus nominatim hypothecae constitutae fuerint, debitori quidem cuicunque et quando velit eas vendere liceat, ita tamen, ut ex earum pretio usque ad debiti quantitatem creditori satisfaciat. Si vero debitor hoc non fecerit, creditori, qui hypothecam in re vendita habet, facultatem concedimus illam vindicandi, donec de debito ipsi satisfiat. Haec vero servari volumus, si non eadem res antea vel speciali nominatim, vel generali hypotheca aliis forte creditoribus obligata fuerit; tunc enim sancimus, ut secundum tenorem legum nostrarum unicuique creditori privilegia temporum serventur. Unde manifestum est, nos multo minus velle, ut generales hypothecae litigiosi appellatione contineantur, sed earum actiones secundum veterum legum definitiones ut examinentur et vim suam habeant praecipimus. Et haec quidem de litigiosis, et speciali nec non generali hypotheca disposuimus, ut nulla in posterum de his dubitatio in iudiciis oriatur, sed secundum dictam divisionem lites illae terminentur.

Κεφ. β'.

Cap. II.

sententia dominus earum fuerit demonstratus, tunc legatarius quod ei relictum est modis omnibus consequatur. Si vero heres in iudicio victus exstiterit, non habeat legatarius licentiam aliam rem pro eodem legato heredem exigere, quoniam sciens testator, rem litigiosam esse, litis eventum legatario dereliquit. Unde damus licentiam legatario, si hoc prodesse sibi putaverit, litis participem fieri, ut ne aliquam forte negligentiam seu proditionem heredi possit obiicere. Ab hoc autem litigiosi vocabulo hypothecas separari decernimus, et in his hanc distinctionem tenere, ut, si quidem speciales res mobiles vel immobiles aut se moventes nominatim fuerint hypothecae suppositae, liceat quidem debitori eas cui et quando voluerit vendere, sic tamen, ut ex pretio earum usque ad debiti quantitatem satisfaciat creditori. Si autem hoc debitor non fecerit, damus licentiam creditori, qui rem venditam suppositam habet, eandem rem vindicare, donec ei satis pro debito fiat. Hoc autem praecipimus observari, si non forte ante aut per generalem aut per specialem nominatim hypothecam eadem res aliis fuerit creditoribus obligata; tunc enim secundum sacrarum nostrarum legum tenorem temporum privilegia unicuique creditorum servari decernimus. Ex quo iam claret, quod generales hypothecas multo magis litigiosi vocabulo nolumus contineri, sed earum actiones secundum veterum legum constituta examinari, et inde [4]) vim praecipimus obtinere. Et haec quidem de litigiosis, et speciali nec non et [5]) generali hypotheca disposuimus, ut iam nulla de his in iudiciis dubitatio generetur, sed secundum distinctionem huiusmodi certamina terminentur.

Cap. II.

[a]) *Parat.* §. 6. *Athan. tit. IX.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 109.)

[1]) κληρονόμων *Hal.* — [2]) προδ. δύνασθαι αὐτὸν *Hal.*; προδ. αὐτὸν δύνασθαι *Bas.* — [3]) τούτων — ποσότητος *om. Hal.* — [4]) inde *om. Cod. Hamb.*, *Trid. Fort. scrib.* et suam vim. — [5]) *Cod. Hamb.*; et *om. edd.*

Κεφ. β'. [a])

Πρὸς δὲ τὸ ἀποκλεῖσαι τὰς τῶν κατὰ συκοφαντίαν κινούντων ἐναγωγὰς καὶ τοὺς τῶν ἐκβιβασιῶν δόλους καὶ ἄλλην ἐφεῦρεν ἡ ἡμετέρα πρόνοια θεραπείαν. Θεσπίζομεν γάρ, πάντας τοὺς δικασιάς, εἴ ποτέ τινας συσχεθῆναι ἤγουν ὑπομνησθῆναι βουληθεῖεν, ταύτην τὴν αἵρεσιν ταῖς ἑαυτῶν διαλαλιαῖς προστιθέναι, ὥστε μὴ ἄλλως τὰ τῶν αἰτιάσεων βιβλία τοῖς ἐναγομένοις ἐπιδίδοσθαι ἢ σπόριουλα τοῖς ἐκβιβασταῖς παρέχεσθαι, εἰ μὴ πρότερον καὶ ἐν τῷ βιβλίῳ ὁ ἐνάγων ἢ δι' ἑαυτοῦ ἢ διὰ ταβουλαρίου ὑπογράψοι, καὶ πράξεως ὑπομνημάτων συνισταμένης ἐγγυητὴν ἀξιόπιστον παράσχοι κινδύνῳ τῆς ἀρμοδίας τάξεως, ὁμολογοῦντα, ὅτιπερ καὶ μέχρι τέρατος τῆς δίκης προεδρεύει, καὶ τὰς ἰδίας ἐναγωγὰς ἢ δι' ἑαυτοῦ ἢ διὰ νομίμου ἐντολέως ἐγγυμνάζει. καὶ εἰ μετὰ ταῦτα δειχθείη ἀδίκως τὴν δίκην κινήσας, ὀνόματι ἀναλωμάτων καὶ δαπανημάτων δέκατον μέρος τῆς περιεχομένης τῷ βιβλίῳ ποσότητος ἀποκαταστήσει τῷ αἰτιαθέντι, εἰ δὲ εἴποι μὴ εὐπορεῖν, ἐγγυητὴν δοῦναι τηνικαῦτα παρὰ τῷ δικαστῇ, παρ' ὧπερ ἡ ὑπόθεσις μέλλει ἐξετάζεσθαι, τῶν ἁγίων εὐαγγελίων προκειμένων, δι' ὅρκου τοῦτο αὐτὸ διαβεβαιώσασθαι, καὶ οὕτως ἐνώμοιον αὐτὸν ἐκτίθεσθαι ὁμολογίαν, καὶ δι' αὐτῆς ἅπερ ἀνωτέρω εἴρηται ὁμολογῆσαι [b]). §. 1. Εἰ δὲ μὴ ταῦτα ἅπαντα κατὰ τὸν εἰρημένον προαχθείη τρόπον, οὐδέμιαν τὸν ἐναγόμενον ἀπόκρισιν τῷ ἐκβιβαστῇ ποιήσασθαι συγχωροῦμεν. εἰ δὲ παρὰ τὴν μνημονευθεῖσαν διατύπωσιν ἢ τῶν δικαστῶν τις, ἢ ἡ τάξις αὐτοῦ, ἤ ὅστις δήποτε τῶν ἐκβιβαστῶν ὑπομνῆσαί τινα τολμήσει, ὁ μὲν δικαστὴς καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ ἀνὰ δέκα χρυσοῦ λίτρας ποινὴν εἰσπραχθήσονται, αὐτὸς δὲ ὁ ἐκβιβαστὴς τῆς ὑποθέσεως καὶ δημεύσει ὑποβληθήσεται, καὶ ἐξορίᾳ πενταετίας καταχριθήσεται [c]), τῆς ποινῆς δηλονότι τῆς ἐκ τοῦ νόμου ἀροζούσης κινδύνῳ τοῦ κατὰ καιρὸν ἐνδοξοτάτου κόμητος τῶν θείων ἡμῶν πριβάτων εἰσπραττομένης καὶ τῷ ἡμετέρῳ φίσκῳ εἰσκομιζομένης. πᾶσα δὲ ζημία, ἣν ὁ αἰτιαθεὶς ἐκ ταύτης τῆς παρὰ τὴν δύναμιν τοῦ παρόντος νόμου μεθοδείας ὑπομένοι, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ ἐνάγοντος τῷ ἐναχθέντι θεραπευθήσεται, κινδύνῳ τοῦ δικαστοῦ, οὗτινος ὑπὸ τοῦ ἐκβιβαστοῦ συνεσχέθη, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς τάξεως τῆς αὐτῷ πειθομένης, ὥστε πανταχόθεν τοὺς τῷ ἡμετέρῳ κράτει παρὰ τῆς ἄνωθεν δοπῆς καταπιστευθέντας ἀβλαβεῖς φυλαχθῆναι. Τὰς δὲ δίκας τὰς κατὰ

Cap. II.

Ad actiones vero eorum, qui per calumniam illas movent, et exsecutorum fraudes excludendas etiam aliud remedium providentia nostra invenit. Sancimus enim, ut omnes iudices, si aliquos prehendi seu citari voluerint, hanc conditionem interlocutionibus suis addant, ne aliter reis libelli conventionum dentur, vel sportulae exsecutoribus praebeantur, nisi antea actor libello vel ipse vel per tabularium subscripserit, et actis intervenientibus idoneum fideiussorem periculo competentis officii dederit, qui promittat, eum usque ad finem litis permansurum, et actiones suas vel per se, vel per legitimum procuratorem exerciturum esse; et si postea iniuste litem movisse probetur, sumtuum et expensarum nomine decimam partem quantitatis, quae in libello continetur, reo praestabit. Quodsi dicat, se non posse eiusmodi fideiussorem dare, tum apud iudicem, apud quem causa examinanda est, sacris evangeliis propositis iureiurando confirmet, atque ita iuratam cautionem exponat, eaque, quae supra dicta sunt, promittat.

§. 1. *Si vero haec omnia dicto modo gesta non sint, permittimus, ut nullum reus exsecutori responsum det. Sin autem contra dictam dispositionem vel aliquis ex iudicibus, vel officium eius, vel qualiscunque exsecutorum citare aliquem ausus fuerit, iudex eiusque cohors decem librarum auri poenam exigentur, ipse vero exsecutor causae vel publicationi bonorum subiicietur, et quinquennali exsilio mulctabitur, poena videlicet ex lege constituta periculo gloriosissimi, qui est, comitis sacrorum nostrorum privatorum exigenda et fisco nostro inferenda. Omne autem damnum, quod reus ex hac conventione contra praesentis legis tenorem facta patiatur, reo ex substantia actoris sarcietur periculo iudicis, a cuius exsecutore citatus est, nec non cohortis, quae illi paret, ut illi, qui potentiae nostrae a summo numine concrediti sunt, ab omni parte indemnes serventur. Causas vero, quae consensu utriusque partis in iudicio agitantur, a poena praesente constitutione comprehensa liberas esse, et quemadmodum reliquis nostris constitutionibus continetur ordinari volumus.*

Cap. III.

Cap. II. Ad excludendas autem calumniose moventium intentiones et exsecutorum fraudes et [1]) aliud invenit providentia nostra remedium. Sancimus enim, omnes iudices, si quando aliquos teneri vel admoneri [2]) voluerint, hanc conditionem in suis interlocutionibus adiicere, ut non aliter conventionales libelli pulsatis porrigantur, aut sportulae exsecutoribus dentur, nisi prius et in libello actor per se aut per tabularios subscripserit, et actis intervenientibus fideiussorem idoneum periculo competentis officii praestiterit, confitentem, quod et [3]) usque ad finem litis permaneat, et suas intentiones aut per se, aut per legitimum procuratorem exerceat, et si postea fuerit approbatus iniuste litem movisse, sumtuum et expensarum nomine decimam partem eius quantitatis, quae in libello continetur, pulsato restituat. Si autem dixerit, non valere fideiussorem dare, tunc apud iudicem, a quo causa examinanda est, sanctis propositis evangeliis per sacramentum hoc ipsum affirmet, et sic iuratoriam cautionem exponat, et per eam haec, quae superius dicta sunt, profiteatur. §. 1. Si vero non haec omnia, quae praediximus, secundum ante latum modum processerint, nullatenus pulsatum responsum facere exsecutori concedimus. Nam si citra memoratam dispositionem aut aliquis iudicum, aut officium eius, vel quilibet exsecutor [4]) aliquem convenire praesumserit, iudex quidem et officium eius denarum librarum auri poenam sustinebit, ipse autem exsecutor negotii et confiscationem suae substantiae patietur, et exsilio quinquennali damnabitur, poena videlicet ex hac lege competente, periculo viri magnifici pro tempore comitis rerum privatarum exigenda, et nostri fisci viribus [5]) inferenda. Omne autem dispendium, quod pulsatus ex hac conventione praeter tenorem nostrae legis factum perpessus fuerit, ex petitoris substantia pulsato resarciatur periculo iudicis, cuius ab exsecutore detentus est, nec non et officii, quod eius iussionibus obsecundat, ut undique nostro imperio superna maiestate ac divinitate crediti pro sua indemnitate laetentur.

Causas

---

[a]) *Cap. 2 et 3. in Bas. VII. 4. 2. Schol.* — [b]) *De hypothecis quae in antecedenti cap. exposita sunt et principium huius cap. breviter referunt Parat. §. 4. Athan. tit. XV.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 156.) — [c]) (*Eustath.*) *δοπ. XXVIII.* 15.

[1]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.* — [2]) *Cod. Hamb.* (*?*), *Trid., Cont. in marg.*; amoveri *Port., Cont.* — [3]) *Cod. Hamb.*; et *om. edd.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; negotii *add. Port., Cont.* — [5]) *Bk.*; iuribus *Cod. Hamb.* (*?*), *edd*

καὶ συναίνεσιν ἑκατέρου μέρους ἐν δικαστηρίῳ κινουμένας τῆς ποινῆς τῆς τῇ παρούσῃ διατάξει ἐγκειμένης ἐλευθέρας εἶναι θεσπίζομεν, καὶ καθ' ἃ ταῖς ἄλλαις ἡμῶν διατάξεσι περιέχεται διατυποῦσθαι [1]).

Κεφ. γ'.

Πασῶν δὲ τῶν ὑποθέσεων τὸ πέρας βουλόμενοι συντόμως προϊέναι, καὶ ταῖς ἐκείνων πανουργίαις ἐναντιούμεθα, οἵπερ ἐναγωγὰς μόνον προτιθέασιν, οὐ βούλονται δὲ μέχρι πέρατος τῆς δίκης ταύταις ἐπιξιέναι, λέγοντες νόμον εἶναι τὸν διαγορεύοντα, μηδένα τὰς οἰκείας ἐναγωγὰς ἀναγκάζεσθαι ἄκοντα ἐγγυμνάζειν. καὶ ταύτην τοίνυν τὴν πανουργίαν ἀπωσθέσαι ἀπευδάζοντες κελεύομεν, ἢ τοῦ μνημονευθέντος νόμου βοηθείᾳ μὴ κεχρῆσθαι τοὺς κατά τινος τὰς οἰκείας ἐναγωγὰς προτιθέντας, εἴτε δι' ἀρχικῆς μεθόδου, εἴτε διὰ δεήσεων βασιλεῖ προσφερομένων καὶ τῷ δικασῇ ἐμφανιζομένων, καὶ δι' αὐτοῦ εἰς γνῶσιν τοῦ ἀντιδίκου φερομένων, καὶ ὑπὸ νομίμῳ τοῦ δικαστοῦ ἐξετάσει ἀρχομένων. οὐ δικαίως γὰρ ἐναγεῖν παραιτεῖται, ὅστις ὡς ἑτοίμως τὸν αὐτοῦ ἀντίδικον εἰς δίκην ἐκάλεσεν, ὁπότε ἡ τοιαύτη παραίτησις τῷ ἐναγομένῳ μᾶλλον ἢπερ τῷ ἐνάγοντι ἁρμόζει. Διὸ θεσπίζομεν, τὸν ἐνάγοντα τὸ ἀρχῆθεν πρᾶγμα μέχρι πέρατος τῆς δίκης ἐγγυμνάζειν. εἰ δὲ ἐπεξελθεῖν τῷ πράγματι ἐπέρθηται, δίδομεν ἄδειαν τῷ ἐναχθέντι τὸν δικασὴν αἰτεῖν, παρ' ᾧ ἡ δίκη προκατήρχθη, ὥστε δι' αὐτοῦ τὸν ἐνάγοντα ὑπομιμνήσκεσθαι εἰς τὸ δικαστήριον ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἢ διὰ νομίμου ἐντολέως παραγίνεσθαι, καὶ εἰ τοῦτο μηδαμῶς ποιήσοι, προτιθεμένων τριῶν ἐδίκτων αὐτὸν καλεῖσθαι, μιᾶς ἑκάστης κλήσεως οὐκ ἔλαττον ἢ τριάκοντα ἡμερῶν διαστήματι περικλειομένης [a]). κελεύομεν γάρ, τοὺς ὀρδιναρίους δικαστὰς ἤγουν τοὺς ἐμβάθμους [2]) μὴ μόνον ταῖς τῶν κηρύκων φωναῖς, ἀλλ' ἔτι μὴν καὶ ἐδίκτων προτιθεμένων οἱονδήποτε ὧν δικαζομένων μέρος ἀπολιμπανόμενον καλεῖν [3]) εἰς τὸ δικαστήριον (τῆς γὰρ τῶν κηρύκων φωνῆς ὀλίγοι παρόντες εὑρισκόμενοι ἀκοῦσαι δύνανται, τὰ μέντοι γε ἔδικτα ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας προτιθέμενα πάντες σχεδὸν γινώσκειν δύνανται), πᾶσι δὲ τοῖς ἄλλοις δικασταῖς τοῖς κατὰ βασιλικὴν κέλευσιν τὰς ὑποθέσεις ἐξετάζουσιν, ἐκ τοῦ παρόντος νόμου ἐπιτρέπομεν τὰ μέρη τὰ μὴ τῷ δικαστηρίῳ προσεδρεύοντα προτιθεμένοις ἐδίκτοις καλεῖν, ἵνα μὴ ἀπέραντα διαμείνῃ τὰ πράγματα. §. 1. *Εἰ δὲ παρὰ δικασῇ προοίμιον ἡ δίκη οὐκ ἔδέξατο, ἀλλὰ μόνον διὰ βιβλίου ὑπομνήσεως ἐνήχθη τις, ἢ δεήσεων τῇ ἡμετέρᾳ γαληνότητι προσενεχθεισῶν κέλευσις*

Cap. III.

Verum quum omnes causas celeriter decidi velimus, illorum etiam dolis adversamur, qui actiones proponunt solum, nolunt autem eas ad finem usque litis persequi, dicentes, legem esse, quae sanciat, ne quis invitus ad actiones suas exercendas cogatur. Hunc itaque dolum tollere studentes iubemus, ne memoratae legis auxilio utantur, qui actiones suas contra aliquem intendunt sive per conventionem apud magistratum, sive per preces Imperatori oblatas, et iudici insinuatas, atque per eum ad notitiam adversarii delatas, et a iudice legitime examinari coeptas. Neque enim iuste recusat agere, qui promte adversarium in ius vocavit, quum eiusmodi recusatio reo magis quam actori conveniat. Propterea sancimus, ut actor coeptam causam usque ad finem persequatur. Si vero causam persequi distulerit, reo facultatem damus iudicem, apud quem lis contestata est, rogandi, ut per eum actor moneatur in iudicium vel per se vel per legitimum procuratorem advenire. Et si id nequaquam fecerit, tribus edictis propositis vocetur, unaquaque vocatione non minori quam triginta dierum spatio circumscribenda. Iubemus enim, ut ordinarii iudices, embathmi scilicet, non solum voce praeconis, sed et edictis propositis unamquamque litigantium partem absentem in iudicium vocent. Et enim praeconum vocem pauci, qui praesentes sunt, audire possunt, edicta vero per multos dies proposita omnes fere possunt cognoscere. Reliquis vero omnibus iudicibus, qui imperiali iussu causas examinant, hac lege permittimus partes, quae iudicio se non sistunt, propositis edictis vocare, ne causae indecisae maneant.

§. 1. *Si vero apud iudicem lis initium non cepit, sed solum libello conventionis citatus quis est, vel precibus clementiae nostrae oblatis iussio nostra sive in*

Causas vero, quae ex consensu utriusque partis in iudicio moventur, a poena huius constitutionis liberas esse decernimus, et sicut aliis nostris continetur constitutionibus terminari.

Cap. III. Omnem [4]) vero causarum finem volentes celeriter pervenire [5]), et [6]) illorum malignitatibus obviamus, qui tantummodo proponunt actiones, nolunt autem usque ad finem exercere iudicium, dicentes, legem esse, quae decernit, neminem compelli actiones suas exercere nolentem [7]). Et hanc igitur pravitatem exstinguere festinantes iubemus, memoratae legis auxilio non eos uti, qui contra aliquem suas proposuerint actiones sive per iudiciariam conventionem, sive per preces principi oblatas et iudici insinuatas, et per eum ad scientiam adversarii deductas, vel sub legitimo [8]) iudicis coeptas examine. Iniuste enim agere recusat, qui paratus adversarium suum ad iudicium vocavit, quum excusatio haec pulsato magis, quam actori conveniat. Quamobrem sancimus, actorem coeptum negotium usque ad finem litis exercere. Si vero causam persequi [9]) distulerit, damus pulsato licentiam iudicem, apud quem lis coepta est, postulandi, ut ab eodem iudice [10]) actor ad iudicium ant per se, aut per legitimum procuratorem venire moneatur, et si hoc minime fecerit, propositis tribus vocetur edictis, unaquaque cautione non minus, quam triginta dierum spatio concludenda. Iubemus enim, ordinarios iudices non solum praeconum vocibus, sed etiam edictis propositis quamcunque litigatorum partem absentem in iudicium vocare. Vocem enim praeconum pauci possunt, qui praesentes inveniuntur, audire, edicta vero per multos dies sic posita [11]) possunt paene omnes agnoscere. Aliis autem omnibus iudicibus, qui per imperialem iussionem causas examinant, ex praesente lege permittimus partes, quae in iudicio non permanent, propositis edictis vocare, ne causae infinitae permaneant. §. 1. Si vero apud iudicem initium lis non accepit [12]), sed tantum conventionali libello quicunque pulsatus est, aut precibus nostrae oblatis cle-

---

a) (*Rustath.*) *ῥοπ. VIII.* 1.

1) *διαπεροῦσθαι Hal.* — 2) *ἤγουν τοὺς ἐμβάθμους om. Hal., Fulg.; κελ. γαρ τοὺς ἐμβάθμους δικαστὰς Bas.* — 3) *ἀπολ. εἴη καλεῖν Hal.* — 4) omnium *Bk.* — 5) provenire *Bk. ed. ster.* — 6) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.* — 7) *Cod. Hamb., Trid.*; nem. actiones suas exercere nolentem compelli *Port., Cont.* — 8) *Cod. Hamb.*; legitimi *edd.* — 9) *Cod. Hamb., Trid.*; prosequi *Port., Cont.* — 10) iudice *eiiciendum videtur, in Cod. Hamb. positum est post* iudicium. — 11) opposita *Cod. Hamb. Leg.* proposita. — 12) *Cod. Hamb.*; acceperit *edd.*

κέλευσις ἡμῶν περὶ τούτου προῆλθεν εἴτε ἐγγράφως, εἴτε διὰ μανδάτου [1]), καὶ τῷ δικαστῇ γέγονεν ἐμφανής, καὶ τῷ ἀντιδίκῳ ἐγνώσθη, καὶ οὕτως ἐξέσται τῷ ἐναχθέντι πρὸς τὸν ἀρμόδιον ἰέναι δικαστήν, καὶ δι' ἑαυτοῦ τὸν ἴδιον ἀντιδίκου κατὰ τὸν ὅμοιον καλεῖν τρόπον, ὥστε εἰ μὲν τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν ὁ ἐνάγων ποιήσοιτο, τὸ πρᾶγμα κατὰ τὴν τῶν νόμων τάξιν ἐξεταζόμενον πέρας νόμιμον δέχεσθαι. §. 2. Εἰ δὲ προτεθεμένων τῶν ἐδίκτων κλῆσις εἰς τὸ δικαστήριον ἐλθεῖν, καὶ τὰς ἰδίας ἐναγωγὰς, ἢ δι' ἑαυτοῦ ἢ διὰ νομίου (καθάπερ εἴρηται) ἐντόλεως προθεῖναι μὴ βουληθείη, τηνικαῦτα ἑτέραν ἐνὸς ἐνιαυτοῦ προθεσμίαν αὐτῷ συγχωροῦμεν. ἧς ἐντὸς εἰ μὴ τῇ ἰδίᾳ ἐπεξέλθοι ἐναγωγῇ, δίδομεν ἄδειαν τῷ δικαστῇ καὶ κόντος τοῦ ἀντιδίκου τὰς τοῦ προσελθεύσαντος μέρους δικαιολογίας κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους ἐξετάζειν, καὶ τῆς ἀληθείας ἀκριβῶς ζητουμένης νόμιμον προφέρειν ψῆφον. Εἰ δὲ ἐντὸς τῆς εἰρημένης τοῦ ἑνὸς ἐνιαυτοῦ προθεσμίας παραγένηται, καὶ τὰς ἰδίας ἐναγωγὰς ἐγγυμνάσαι βουληθείη, κελεύομεν, τὸν δικαστὴν πᾶσι τρόποις τὰ ἀναλώματα ἧγουν δαπανήματα, ἅπερ διὰ τὴν δίκην ὁ ἐναχθεὶς προσελθεύων τῷ δικαστηρίῳ ὑπέμεινε, πρὸ πάντων εἰςπράξαι τὸν ἐνάγοντα, καὶ τῷ αἰτιαθέντι παρασχεῖν, καὶ οὕτω τὸν ἐνάγοντα προσελθεῖσαι, μέχρις ὅτου τὸ πρᾶγμα πέρας δέξηται κατὰ τοὺς νόμους. εἰ γὰρ μόνον παρανένηται, καὶ τῶν δαπανημάτων εἴτε ζημιωμάτων δεδομένων μόνον τὸν ἐνιαυσιαῖον χρόνον διακόψαι βουληθείη, καὶ πάλιν ἀναχωρῶν τοῦ δικαστηρίου μέχρι πέρατος τῆς ὑποθέσεως μὴ παραμείνοι, κελεύομεν, αὐτὸν μετὰ τὰς εἰρημένας τῶν ἐδίκτων καὶ τοῦ ἐνιαυσιαίου διαστήματος παρατηρήσεις πάσης ἀγωγῆς ἐκπίπτειν, ἣν ἁρμόζειν αὐτῷ κατὰ τοῦ ἐναχθέντος ὑπελάμβανε. χείρων γὰρ ὁ ἐκείνου δόλος γινώσκεται, ὅστις ἐγκοπεῖσαν αὐθις τὴν δίκην καταλέλοιπεν, ἤπερ ἐκείνου, ὅστις ἅπαξ τῆς προκαταρχθείσης δίκης ἀπέστη. Τῷ δὲ τοῦ νόμου προνομίῳ τοῦ μὴ ἐπιτιθέντος ἀνάγκην τοῖς μὴ βουλομένοις τὰς ἰδίας ἐναγωγὰς κινεῖν ἐκείνοις καὶ μόνοις συγχωροῦμεν κεχρῆσθαι, τοῖς οὐδεμίαν ζήτησιν κατὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους κατὰ τῶν ἀντιδίκων κινοῦσι.

in scriptis, sive per mandatum de hoc processit, et indici insinuata est, atque ad adversarii notitiam pervenit, etiam sic reo competentem iudicem adire, et adversarium suum simili modo vocare licet, ut, si quidem sui copiam fecerit actor, res secundum ordinem legum examinata, finem legitimum accipiat.

§. 2. *Sin autem propositis edictis vocatus ad iudicium venire, et actiones suas vel per se, vel legitimum, ut dictum est, procuratorem exercere noluerit, tunc aliud unius anni spatium illi concedimus, intra quod si actionem suam non persequatur, potestatem iudici damus absente etiam adversario iura partis praesentis secundum leges nostras examinandi, et veritate accurate quaesita legitimam sententiam ferendi. Quodsi intra dictum unius anni spatium compareat et actiones suas exercere velit, iubemus, ut iudex sumtus vel expensas, quas reus, qui in iudicio permansit, propter litem sustinuit, ante omnia ab actore exigat et reo praebeat, atque ita actor maneat, usque dum res secundum leges finem accipiat. Nam si compareat solum, et redditis sumtibus sive damnis tantum annale tempus interrumpere velit, ac rursus e iudicio recedens ad finem usque causae non permaneat, iubemus, ut post dictas edictorum et annalis spatii observationes omni actione excidat, quam sibi contra reum competere existimavit. Illius enim dolus peior esse intelligitur, qui interruptam litem rursus reliquit, quam eius, qui semel a lite contestata destitit. Privilegio autem huius legis, quae nullam necessitatem iis imponit, qui actiones suas movere nolunt, illis et quidem solis uti permittimus, qui nullam litem secundum praedictos modos adversariis movent.*

Ἔπιλογος.

Ταῦτα δὲ πάντα κρατεῖν θεσπίζομεν ἐπὶ τῶν ὑποθέσεων τῶν μήπω ἢ κατὰ δικαστικὴν ψῆφον, ἢ ἐπὶ φιλικὴν σύμβασιν [2]), ἢ καὶ καθ' ἑτέραν τῷ νόμῳ ἐγνωσμένην τομὴν πέρας δεξαμένων. Dat. IV. Id. Sept. imp. DN. Instiniani A. ann. XV., Basilio V. C. Cons. [541.]

Epilogus.

Haec autem omnia in his causis obtinere sancimus, quae nondum vel iudiciali sententia, vel amica conventione, vel alia legitima decisione finitae sunt.

ΔΙΑ-

No-

clementiae, inssio nostra super hoc prolata sive scriptis, sive per mandata iudici fuerit intimata, et ea adversario per eum cognita, etiam sic licebit pulsato ire ad competentem iudicem, et per eum sunum adversarium simili modo vocare, ut, si quidem sui praesentiam actor fecerit, causa secundum legum ordinem examinata finem legitimum sortiatur. §. 2. Si vero propositis edictis vocatus ad iudicium venire, et suas intentiones aut per se aut per legitimum (sicut dictum est) procuratorem proponere noluerit, tunc [3]) alind unius anni spatium ei concedimus, intra quod, nisi suam intentionem fuerit persecutus [4]), damus licentiam iudici et absente adversario partis permanentis allegationes secundum nostras leges examinare, et veritate subtilius requisita, legitimam proferre sententiam. Si vero intra praedictum anni spatium venerit, et suas intentiones exercere voluerit, iubemus, iudicem modis omnibus expensas vel sumtus, quos propter litem pulsatus permanens in iudicio sustinuerit, ante omnia exigere actorem, et pulsato dare, et sic actorem permanere, donec causa finem secundum leges accipiat. Nam si tantummodo venerit, et expensis sive sumtibus datis solum annale tempus interrumpere voluerit, et iterum a iudicio recedens usque ad exitum causae non permanserit, iubemus, eum post praedictas edictorum et annalis spatii observationes ab omni cadere actione, quam sibi competere contra pulsatum existimabat. Deterior namque dosus eius agnoscitur, qui interruptam iterum litem deseruit, quam qui semel coeptam [5]) dereliquit. Legis autem privilegio, quae nolentibus non imponit necessitatem proprias actiones movere, illis tantummodo uti concedimus, qui nullam secundum praedictos modos adversario moverint quaestionem.

Epilogus. Haec autem omnia obtinere decernimus in causis, quae necdum vel iudiciali sententia, vel amicabili conventione, vel alia iuri cognita decisione finitae sunt, Theodote, parens carissime atque amantissime. Illustris itaque et magnifica auctoritas tua praesentem nostri numinis legem in perpetuo valituram edictis in hac regia urbe propositis, et praeceptionibus in universis provinciis sub tua constitutis iurisdictione directis faciat manifestam, ut omnes ea, quae pro utilitate eorum sancimus, a se custodienda cognoscant. Dat. IV. Idus Septemb. Constant. imp. DN. Instiniani PP. Aug. anno XV., Basilio V. C. Cons. [541.]

Const. CXI.

---

[1]) *μανδάτων Hal., Bas., Vulg.* — [2]) *συμβίβασιν Hal.* — [3]) *Cod. Hamb.*; et *add. edd.* — [4]) *Cod. Hamb.*; prosecutus *edd.* — [5]) *Cod. Hamb.*; acceptam *edd.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ριγ'.[a])

Ὥστε ἐν μέσῳ δίκης μὴ γίνεσθαι θείους τύπους ἢ θείας κελεύσεις, ἀλλὰ κατὰ τοὺς γενικοὺς νόμους τέμνεσθαι τὰς ὑποθέσεις, καὶ ὥστε τὴν παροῦσαν διάταξιν πρὸ τῆς τῶν προσώπων βεβαιώσεως ἐνιστᾶσθαι τοῖς πραττομένοις.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Θεοδότῳ, ὑπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων [1]).

Προοίμιον.

Πάντα κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους πράττεσθαι βουλόμενοι, καὶ τὴν τούτων δύναμιν φυλάττεσθαι σπουδάζοντες, συνείδομεν τὸν παρόντα γράψαι νόμον εἰς τὴν αὐτῶν τῶν νόμων τήρησιν. ἐγνωμεν γάρ, ὡς τινες τῶν δικασιῶν βουλόμενοι τοὺς τὰς δίκας λέγοντας διασύρειν καὶ ἐπικρύπτειν τὰς ἑαυτῶν σπουδάζοντες [2]) ἀναβολὰς προφασίζονται πολλάκις, λέγοντες, ὅτι θεῖοι τύποι ἢ θεῖαι κελεύσεις ἢ καταθέσεις τῶν περιβλέπτων ἡμῶν ῥεφερενδαρίων ἐμφανεῖς αὐτοῖς γίνονται, ὡς δὴ διατυποῦσαι, ὅπως δέοι τὰς ὑποθέσεις αὐτοὺς ἐξετάζειν ἢ κρίνειν.

Κεφ. α'.

Καὶ διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, ὥστε δίκης ἐξεταζομένης εἴτε ἐπὶ χρηματικαῖς ἢ ἐγκληματικαῖς ἢ ἑτέραις οἱαισοῦν ἀναφυομέναις αἰτίαις παρὰ δικασταῖς, εἴτε ἐνταῦθα, εἴτε ἐν ἐπαρχίαις, μήτε πραγματικὸν τύπον, μήτε ἑτέραν ἀντιγραφήν, μήτε θείαν ἡμῶν τινὰ ἔγγραφον ἢ ἄγραφον κέλευσιν ἢ κατάθεσιν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει παρὰ τῶν περιβλέπτων ἡμῶν ῥεφερενδαρίων ἢ ἑτέρου τινός, διατυποῦσαν αὐτοῖς [3]), ὅπως δέοι τὴν ἀρχθεῖσαν ἐξετάζειν ἢ κρίνειν ὑπόθεσιν, καταφανῆ γίνεσθαι τοῖς δικάζουσιν ἢ καταφανῆ γενομένην κρατεῖν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς γενικοὺς ἡμῶν νόμους τὰς δίκας ἐξετάζεσθαί τε καὶ τέμνεσθαι. τὸ γὰρ ἐπὶ τῇ τῶν νόμων κρινόμενον ἐξουσίᾳ οὐκ ἂν δεηθείη τινὸς ἐξωθεν διατυπώσεως. εἰ γάρ τις εἰς ἡμᾶς ὑπόθεσις ἔλθοι ἢ παρὰ δικαστῇ ἤδη λεγομένη, ἢ πρὸ τοῦ ταύτην [4]) προοίμιον λαβεῖν, καὶ συνίδοιμεν ταύτην ἡμεῖς

Novella CXIII.

NE IN MEDIA LITE SACRAE SANCTIONES VEL SACRAE IUSSIONES FIANT, SED SECUNDUM GENERALES LEGES LITES DECIDANTUR, ET UT PRAESENS CONSTITUTIO ANTE PERSONARUM CONFIRMATIONEM ACTIS INSERATUR.

Idem Imperator Theodoto, Praefecto sacro Praetorio.

Praefatio.

Quum omnia secundum leges nostras fieri velimus, atque curemus, ut illarum vis conservetur, visum nobis est hanc legem ad ipsarum legum observationem scribere. Cognovimus enim, aliquot e iudicibus, quando iis, qui causas agunt, moram facere volunt, et dilationes suas occultare student, hoc saepe praetextu uti, dicentes, sacras sanctiones vel sacras iussiones aut dispositiones spectabilium nostrorum referendariorum sibi insinuatas esse, quae disponant, quomodo causas ipsos examinare vel eas diiudicare oporteat.

Cap. I.

Propterea sancimus, ut, dum lis disceptatur, sive in pecuniariis, sive criminalibus, sive aliis quibuslibet causis emergentibus apud iudices sive hic, sive in provinciis, nec pragmatica sanctio, nec aliud rescriptum, nec sacra quaedam nostra sive scripta, sive non scripta iussio vel dispositio in hac regia urbe a spectabilibus nostris referendariis, vel alio quodam, quae definiat, quomodo coeptam litem examinare vel iudicare oporteat, iudicibus insinuetur, vel insinuata valeat, sed secundum generales leges nostras lites cognoscantur et decidantur. Nam quod ex legum auctoritate iudicatur, id extrinsecus dispositione non egebit. Si qua enim causa ad nos pervenerit, quae vel apud iudicem iam agitata est, vel etiam ante, quam ea initium accepit, illamque proprio nostro iudicio disponere et decidere placuerit, hoc alterius cuiusdam iudicis

Gl. Const. CXI.

IN MEDIO LITIS NON FIERI SACRAS FORMAS AUT SACRAS IUSSIONES, SED SECUNDUM ANTIQUAS LEGES GENERALES LITES DECIDI.

(Coll. VIII. tit. 11.)

Imp. Iustinianus Aug. Theodoto, sacrorum Praetoriorum Praefecto.

Praefatio. Omnia secundum nostras leges agi volentes, et harum virtutem servari studentes, perspeximus praesentem scribere legem ad ipsarum legum observationem. Agnovimus enim, quoniam quidam iudicum, volentes, eis qui causas dicunt, tergiversari, et celare suas festinantes dilationes, excusant se frequenter, dicentes, quod sacrae formae, aut sacrae iussiones aut dispositiones spectabilium nostrorum referendariorum insinuatae eis sunt, tanquam disponentes, quemadmodum oporteat negotia [5]) examinari aut iudicari.

Cap. I. Et propterea sancimus, ut, dum lis examinatur sive in pecuniariis, vel criminalibus [6]), aut aliis quibuscunque emergentibus causis apud iudices, sive hic, sive in provinciis, neque pragmaticum typum, neque aliam praescriptionem, neque sacram nostram quamlibet ex scripto aut ex [7]) non scripto iussionem aut dispositionem in hac regia civitate spectabilium nostrorum referendariorum aut alterius cuiuslibet, disponentem eos quomodo decet inchoatum examinare aut iudicare negotium, insinuare iudicantibus, aut insinuatam valere, sed secundum generales nostras leges causas examinari et decidi. Quod enim in legum positum est potestate, non egebit aliqua extrinsecus dispositione. Si quod enim ad nos negotium veniat [8]) apud iudicem iam dictum, aut antequam hoc principium sumat, et [9]) perspeximus nos hoc per proprium nostrum iudicium disponere et dicere, hoc nequaquam alterius iudicis egebit iudicio. Sicut enim a nobis per sacram, sicuti dictum est, iudicium disposita aut decisa non egebunt aliorum examinatione aut iudicio, aut retractatione

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Athan. IV.* 16. (*Heimb. Anecd. I. p.* 59.) — *Praeter proocmium et epilogum ioto Nov. est in Bas. II.* 6. 23 — 26. *et capitis* 1. *principium repetitur ibid. VII.* 1. 17. *Schol.* · *Iulian Const.* 106. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) *Apud Athan.* Iohanni *inscripta est Nov.* — [2]) *Hal.*; σπουδάζοντας *Scrimg.* — [3]) αὐτοὺς *Hal., Vulg.* — [4]) τὴν δίκην *add. Hal.* — [5]) *Cod. Hamb.*; negotium *edd.* — [6]) *Cod. Hamb.*; sive in crim. *edd.* — [7]) *Cod. Hamb.*; ex *om. edd.* — [8]) *Bk.*; veniat *om. Cod Hamb., edd.* — [9]) *Bk.*; et *om. Cod. Hamb., edd.*

ἡμεῖς δὲ οἰκείας ἡμῶν κρίσεως διατυπῶσαι καὶ τεμεῖν, τοῦτο οὐκ ἔτι τῆς ἑτέρου δικαστοῦ δέεται κρίσεως. τὰ γὰρ παρ' ἡμῶν διὰ θείας, ὡς εἴρηται, κρίσεως διατυπούμενα ἢ τεμνόμενα οὐ προσδέεται τῆς ἑτέρων ἐξετάσεως ἢ κρίσεως ἢ ἀναψηλαφήσεώς τινος. ἡμεῖς γάρ, οἷς ὁ θεὸς καὶ τὴν τοῦ νομοθετεῖν ἐξουσίαν ἐδωρήσατο, εἴ τινα κρίσιν ἐπί τινι ὑποθέσει προσενέγκωμεν, οὐχ ἑτέρῳ δικαστῇ ταύτην ἐπιτρέπομεν εἴτε διὰ τύπων, εἴτε διὰ καταθέσεων τῶν περιβλέπτων ἡμῶν ῥεφερενδαρίων, ἢ ἑτέρου τινός, ὅπως δέοι ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἐξετάζεσθαι ἢ κρίνεσθαι, οἷα παρ' ἡμῶν ἅπαξ κεκριμένην, καὶ ἀναψηλαφᾶσθαι παρ' οὐδενὸς δυναμένην. τούτων δηλονότι κρατούντων ὅταν ἐγγράφως τοιαύτη τις ἡμῶν προέλθῃ κρίσις. Εἰ μέντοι γέ τις ἀμφισβήτησις τῷ δικαστῇ περί τινος γένηται νόμου, μηνυέτω πρὸς τὸ ἡμέτερον κράτος [a]), καὶ τὴν ἐξ ἡμῶν ἐκδεχέσθω τοῦ πράγματος ἐγγραφον σαφήνειαν ἢ ἑρμηνείαν, καὶ καὶ αὐτὴν τεμνέτω τὴν δίκην. §. 1. Εἰ δὲ δίκης λεγομένης ἢ πραγματικὸς ἡμῶν τύπος, ἢ κατάθεσις τῶν περιβλέπτων ἡμῶν ῥεφερενδαρίων ἢ ἑτέρου τινός, ἢ ἄλλο τι τῶν εἰρημένων πάντων τῷ δικάζοντι ἐμφανισθείη, διαιάτιον τὴν αὐτοῦ [1]) ἐξέτασιν ἢ κρίσιν, κελεύομεν, τὸν δικαστὴν τούτοις παντελῶς μὴ προσέχειν, ἀλλὰ τούτων ἀργοῦντων καὶ μηδεμίαν παντελῶς ἐχόντων ἰσχὺν καιὰ τοὺς γενικοὺς ἡμῶν νόμους τὸ πρᾶγμα ἐξετάζειν τε καὶ νομίμῳ πέρατι παραδιδόναι. Εἰ δὲ ταῦτα μὴ παραφυλάξει ὁ δικαστής, decem librarum auri αὐτὸν ὑποκεῖσθαι ποινῇ, μετὰ τοῦ καὶ ἑτέρας ἡμῶν μείζονος ἀγανακτήσεως πειρᾶσθαι. τῇ αὐτῇ ποινῇ ὑποκειμένου καὶ τοῦ τολμῶντος τοιοῦτόν τινα ὑπαγορεῦσαι τύπον, καὶ τῶν ὑπουργούντων αὐτῷ, καὶ τῶν τοιαύτην τινὰ κατάθεσιν ποιουμένων περιβλέπτων ἡμῶν ῥεφερενδαρίων. Καὶ ταῦτα φαμέν, εἴτε ἐκ θείου ἡμῶν θεσπίσματος δικάζειν τις ἐιάχθη, εἴτε ἐκ προστάξεως ἀρχικῆς, εἴτε κατὰ τὸ τῶν αἱρετῶν ἢ κομπρομισσαρίων διαγνωμόνων [2]) σχῆμα τῆς ζητήσεως ἀκροᾶται, εἴτε ἐγγράφως, εἴτε γραμμάτων χωρίς [3]). ἀλλὰ κἂν εἴ τις τῶν δικαστῶν τῆς ἰδίας περιφρονῶν σωτηρίας ἐκ τινος τοιούτου τολμήσειε ψῆφον ἐνεγκεῖν, ταύτην οὕτως ἄκυρον εἶναι βουλόμεθα, ὡς μηδὲ ἐκκλήτου προσδεῖσθαι [b]), μηδὲ τὴν ἐκ τῶν κομπρομίσσων ἐπάγειν ποινήν. ἡμεῖς γὰρ ἅπαντας τοὺς δικαστὰς κατὰ τοὺς γενικοὺς ἡμῶν νόμους τάς τε ἐξετάσεις τάς τε κρίσεις ποιεῖσθαι βουλόμεθα. Ἐκεῖνο δὲ τῶν ἀνωμολογημένων ἐστίν, ὡς οὐδὲ ἀρχική τις κρατήσει κέλευσις παρὰ τὸ διατεταγμένον τῷδε ἡμῶν τῷ νόμῳ. Κεφ. β'.

iudicis iudicio non amplius eget. Nam quae sacro, ut dictum est, iudicio a nobis disponuntur et decidunter, aliorum examinatione, vel sententia, vel retractatione aliqua non indigent. Nos enim, quibus deus etiam potestatem leges ferendi dedit, si quam sententiam de lite aliqua feramus, non committimus eam alii iudici sive per sanctiones, sive per spectabilium nostrorum referendariorum vel alterius cuiusdam dispositiones, quibus praescribatur, quomodo illa lis examinanda vel decidenda sit, ut quae semel a nobis decisa sit, et a nemine retractari queat. Atque haec videlicet obtineant, cum in scriptis eiusmodi quaedam sententia nostra prodierit. Si tamen iudici dubitatio quaedam circa legem aliquam oriatur, id ad potentiam nostram referat, et a nobis negotii scriptam explanationem vel interpretationem accipiat, ac secundum eam decidat litem.

§. 1. *Si vero, dum causa agitur, pragmatica nostra sanctio, vel spectabilium nostrorum referendariorum vel alterius cuiusdam dispositio, vel aliud quid eorum omnium, quae dicta sunt, iudici insinuatum fuerit, quod cognitionem eius aut sententiam constituat, iubemus, iudicem ad haec plane non attendere, sed his cessantibus et nullam omnino vim habentibus secundum generales nostras leges rem examinare eique legitimum finem imponere. Si vero iudex haec non observaverit, poenae decem librarum auri subiaceat, et praeterea aliam quoque maiorem indignationem nostram experiatur. Eidemque poenae etiam ille subiiciatur, qui eiusmodi sanctionem aliquam dictare audet, quique ministerium ei praebent, et spectabiles quoque referendarii nostri, qui talem aliquam dispositionem faciant. Atque haec dicimus, sive sacra nostra sanctione quis iudicare iussus est, sive iussu magistratuum, sive ut electus vel compromissarius arbiter litem cognoscat, idque in scriptis vel sine scriptis. Sed et si quis iudicum, propria salute contemta, ex tali quodam (praecepto) sententiam ferre ausus fuerit, eam ita irritam esse volumus, ut neque appellatione opus sit, nec poenam ex compromisso inducat. Volumus enim, ut omnes iudices secundum generales nostras leges causas et cognoscant et iudicent. Illud quoque indubitatum est, neque magistratuum iussionem adversus id, quod hac lege a nobis ordinatum est, valituram esse.*

CAP. II.

tione aliqua, sic [4]) nos, quibus deus sanciendi potestatem donavit, si aliquod iudicium in quolibet negotio protulerimus, non alii iudici hoc committimus sive per formas, sive per dispositiones spectabilium nostrorum referendariorum aut alterius cuiuslibet, quomodo convenit hoc negotium examinari aut iudicari, utpote a nobis semel iudicatum [5]), quod retractari a nullo valeat. His videlicet tenentibus, quando scripta talis aliqua nostra procedit sententia. Si vero aliqua dubitatio iudici de aliqua fiat lege, nunciet ad nostram potestatem, et a nobis exspectet causae scriptam declarationem aut interpretationem, et secundum eam decidat litem. §. 1. Si vero dum causa dicitur pragmatica nostra forma, aut dispositio spectabilium nostrorum referendariorum aut alterius cuiuslibet, aut aliud aliquid horum, quae dicta sunt, omnium indicantibus insinuetur, ordinans eius [6]) examinationem aut sententiam, iubemus, iudicem quidem omnino non respicere, sed his vacantibus, et nullam penitus habentibus virtutem, secundum generales nostras leges causam examinare et legitimo fini contradere; si autem hoc non custodierit iudex, decem librarum auri eum subiacere poenae, ut etiam aliam nostram maiorem indignationem experiatur, eidem poenae subiecto et eo, qui praesumet talem aliquam dictare formam, et ministrantibus ei, et talem aliquam dispositionem facientibus spectabilibus nostris referendariis. Et haec dicimus, sive ex sacra nostra sanctione indicare quispiam deputatus est, sive ex praecepto iudiciali, sive secundum arbitrium [7]) aut compromissariorum schema quaestionem audit, sive scripto, sive sine litteris. Sed vel si quis iudicum propriam despiciens salutem ex aliquo tali praesumserit sententiam proferre, hanc ita infirmam esse volumus, ut neque appellatione indigeat, neque ex compromissis [8]) inferatur poena. Nos enim omnes iudices secundum generales nostras leges examinationes et sententias fieri [9]) volumus. Illud quoque indubitatum erit, quia neque iudicialis quaelibet valebit iussio, extra quod ordinatum est hac nostra lege.

CAP. II.

---

[a]) *Parat.* §. 8. *Athan. tit. V.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 78.) — [b]) *Parat.* §. 4. *Athan. tit. VII* (*Heimb. Anecd. I. p.* 90.)

[1]) ἑαυτοῦ *Hal.*; αὐτὴν *Bas.* (*Cod. Coisl.*) — [2]) κατὰ τῶν αἱρετικῶν ἢ τῶν δικαστοῦ τάξιν ἀναδεξαμένων διαγνωμόνων *Bas.* — [3]) ἐιάχθη δικάζειν *add. Hal.* — [4]) aliqua, nobis *Cod. Hamb.*; aliqua, sed nos *Trid.* — [5]) *Cod. Hamb.*; utpote quia — iudicatum est *edd.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; ord. in his *Port., Cont.* — [7]) *Fort. leg.* arbitrorum. — [8]) *Cod. Hamb.*; compromisso *edd.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid.*; ferre *Port., Cont.*

Κεφ. β'.

Πρὸς τούτοις δὲ κἀκεῖνο τοὺς δικάζοντας εἰδέναι χρεών, ὡς προσῆκόν ἐστιν αὐτοὺς καὶ τὰς ἔτι καὶ νῦν κινουμένας ζητήσεις κατὰ τοὺς γενικοὺς ἡμῶν τέμνειν νόμους, κἂν εἴ τις ἤδη θεῖον ἔφθασεν ποησάμενος θέσπισμα διαιώνιον τὴν τοῦ δικαστοῦ ἐξέτασιν ἢ κρίσιν. τὸν γὰρ τοιοῦτό τι πορισάμενον ἤδη ψήφου τε αὐτοτελοῦς οἵπω τετυχηκότα οὐδὲν ἐκ τῶν αὐτῷ πεπορισμένων ὠφελεῖσθαι βουλόμεθα. εἰ γὰρ ἅπαξ ἔφθασε ψῆφος αὐτοτελὴς δοθεῖσα, οὐδαμῶς ταύτην ἐκ τοῦδε ἡμῶν πολυπραγμονεῖσθαι τοῦ νόμου κελεύομεν, κἂν ἡ ἐκκλησιος ἐπηκολούθησεν, ἢ καὶ ἀναψηλαφήσεώς ἐστί τις ἐλπὶς κατὰ τῆς ψήφου. τὴν δὲ μὴ τυποῦσαν μὲν τὸν δικάζοντα ἢ δικάζειν μέλλοντα κέλευσιν, ὅπως δέοι τὴν ζήτησιν ποιεῖσθαι ἢ κρίσιν ἐπάγειν, τὴν δὲ δίκην σπουδῇ παραδοθῆναι νομίμῳ βουλομένην, ἢ τὴν τῶν πεπραγμένων ἐπάγουσαν ἔκδοσιν, ἢ τὸν δικαστὴν ἀναγκάζουσαν νόμιμον ἐνεγκεῖν ψῆφον, ἢ συνδικαστὴν κατὰ τοὺς ἡμετέρους παρεχομένην νόμους, γίνεσθαί τε καὶ κρατεῖν ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως οὐ κωλύομεν.

Κεφ. γ'.

Ὥστε δὲ πάντας τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους, καὶ μάλιστα τοὺς δίκαις ἐπιριβομένους τὴν ἡμετέραν ὑπὲρ αὐτῶν εἰδέναι πρόνοιαν, καὶ μηδένα τόνδε ἡμῶν τὸν θεῖον παραποροποιήσασθαι νόμον, μηδὲ ἄγνοιαν ἐπ' αὐτῷ προτείνεσθαι, θεσπίζομεν, ἐφ' ἑκάστης ὑποθέσεως ἀρχὴν παρὰ δικαστῇ λαμβανούσης ἐκ προοιμίων εὐθὺς καὶ πρὸ αὐτῆς τῆς τῶν προσώπων βεβαιώσεως ἐγγράφεσθαί τε αὐτὸν καὶ τῶν ὑπομνημάτων γίνεσθαι μέρος. οὕτω γὰρ ἂν τῶν [1]) πραττομένων προλάμπων κωλύσει [2]) τὰ παρὰ τὴν κύτοῦ δύναμιν ἐγχειρούμενα περί τε τὰ ἄλλα, περί τε αὐτήν, ὡς εἰκός, τὴν τῶν προσώπων βεβαίωσιν, καὶ τοῖς παραβαίνειν αὐτὸν ἐπιχειροῦσι διὰ τῶν ἐπιτιμίων ἀπειλῶν ἀναχαιτίσει τε τῶν τοιούτων αὐτοὺς τολμημάτων, καὶ ταῖς οἰκείαις καιρὸν οὐκ ἐάσει γίνεσθαι ποιναῖς. ἵνα γὰρ παρανομίαν ὁμοῦ καὶ ἀδικίαν διὰ πάντων ἐκβάλλωμεν, διὰ τοῦτο τὸν παρόντα τεθείκαμεν νόμον, πανταχόθεν αὐτόν τε καὶ δι' αὐτοῦ τοὺς ἄλλους ἀσφαλεῖς τε καὶ ἀνεπιβουλεύτους φυλάττοντες τῇ πολιτείᾳ νόμους, καθ' οὓς ἡμεῖς τε αὐτοὶ τὴν βασιλείαν θεοῦ δόντος παρελάβομεν, φυλάττεσθαί τε τὴν ἡμετέραν πολιτείαν καὶ ὑπ' αὐτῶν φρουρεῖσθαι διὰ παντὸς εὐχόμεθα.

Ἐπι-

Cap. II.

Insuper et hoc iudices scire oportet, debere eos lites etiam hactenus motas secundum generales nostras leges decidere, licet quis sacram sanctionem iam acceperit, quae iudicis cognitionem vel iudicium praecipiat. Illi enim, qui tale quid iam impetraverit, sententiam vero definitivam nondum obtinuerit, nihil ea, quae impetravit prodesse volumus. Nam si definitiva sententia semel lata est, nullo modo eam per hanc nostram legem curiose examinari iubemus, licet appellatio secuta, vel et retractandae sententiae spes quaedam adsit. Eam vero sanctionem, quae non definit, quomodo iudex, vel is, qui iudicaturus est, cognitionem instituere vel sententiam ferre debeat, sed legitima diligentia litem peragi iubet, vel actorum editionem imponit, vel iudicem legitimam sententiam ferre cogit, vel alium simul iudicem secundum leges nostras praebet, eam fieri et valere, sive scriptam sive non scriptam non prohibemus.

Cap. III.

Ut autem omnes subditi nostri, et maxime ii, qui litibus atteruntur, nostram pro ipsis providentiam cognoscant, et nemo sacram hanc legem nostram circumveniat, neque eius ignorantiam opponat, sancimus, ut illa in unaquaque causa, quae initium apud iudicem sumit, statim a principio, et ante personarum confirmationem scribatur, et pars actorum fiat. Hoc etenim modo si in actis emineat, prohibebit ea, quae contra tenorem eius cum circa alia, tum circa ipsam fortasse personarum confirmationem tentantur atque eos, qui transgredi eam nituntur, poenarum denunciatione et ab eiusmodi conatibus arcebit neque locum fieri suis poenis patietur. Nam ut iniquitatem simul et iniustitiam perpetuo eiiceremus, propterea praesentem legem tulimus, eam undique et per eam reliquas leges securas et insidiis non expositas reipublicae custodientes, secundum quas nos ipsi imperium deo dante suscepimus, et ut respublica nostra perpetuo servetur et custodietur optamus.

Epi-

Cap. II. Super hoc autem et illud indices nosse opus est, quia competens est eos et quae adhuc et nunc moventur quaestiones secundum generales determinare leges, vel si quispiam praecessit impetrans sanctionem, disponentem iudicantis examinationem aut sententiam. Ei enim, qui tale aliquid impetravit iam, sententiamque definitivam nondum promerui, nihil ex iis, quae impetravit, prodesse volumus. Si enim semel praevenit [3]) sententia definitiva data, nequaquam hanc ex nostra hac perscrutari lege iubemus, licet appellatio subsecuta sit, aut retractationis est aliqua spes [4]) contra sententiam. Eam autem, quae non disponit quidem iudicantem aut iudicare futurum, iussionem [5]) quomodo oporteat quaestionem fieri, aut iudicium inferri, causam vero fini studiose tradi legitimo vult, aut actorum imponit [6]) editionem, aut iudicem coget legitimam proferre sententiam, aut simul alium iudicem secundum nostras praestat [7]) leges, et fieri et valere et scripto et sine scriptura non prohibemus.

Cap. III. Ut autem omnes nostri subiecti, et maxime qui litibus atteruntur, nostram pro se noverint providentiam, et nullus hanc nostram sacram [8]) circumveniat legem, neque ignorantiam in ea proponat, sancimus, in unoquoque negotio initium apud iudicem accipere ex prooemiis mox, et ante ipsam personarum firmationem inscribi eam, et monumentorum fieri partem. Sic enim gestis praefulgens prohibebit ea, quae praeter eius virtutem tentantur et [9]) circa eam, et circa ipsam forsan personarum firmationem, et praevaricari eam nitentibus per multa interminata [10]) refrenabit a talibus eos praesumtionibus, et propriis tempus non sinet fieri poenis. Ut enim iniquitatem simul et iniustitiam per omnia expellamus, propterea praesentem posuimus legem, undique eam et per eam alias cautas et incircumveniendas custodientes reipublicae leges, secundum quas et nos ipsi imperium, quod deo dante suscepimus, custodiri, nostramque rempublicam ab his legibus [11]) muniri semper optamus.

Epi-

---

[1]) γὰρ αὐτῶν *Bas.* — [2]) κωλυσῃ *Bas.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid.*; pervenit *Port., Cont.*; provenit *Bk. ed. ster.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; species *Port., Cont.* — [5]) futuram iussionem *Cod. Hamb., Trid.*; futurum *Port., Cont., sed apud hos* iussionem *positum est post* Eam autem. — [6]) *Cod. Hamb.*; imponi *Trid.*; imponet *Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb.*; praestitas *Trid.*; praestitutas *Port., Cont.* — [8]) *Cod. Hamb.* sacram nostram *edd* — [9]) *Cod. Hamb.*; et *om. edd.* — [10]) mulctam interminatam *Bk. ed. ster.* — [11]) ab aliis (*om.* legibus) *Cod. Hamb.*; ab aliis legibus *Trid.* ab his legibus *Port., Cont. Illud* legibus *quominus eiiciendum sit, non dubium est,* aliis *vero mutare placet in* illis *s.* iis.

Ἔπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ παραφυλάξαι μὲν σπευσάτω, πᾶσι δὲ δῆλα καταστησάτω, προτιθεῖσα μὲν αὐτὸν κατ' αὐτὴν τὴν εὐδαίμονα πόλιν, προστάγμασι δὲ τοῖς ἐξ ἔθους χρωμένη πρὸς τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένους, ὥστε πάντας ἀνθρώπους γνῶναι καὶ δι' αὐτοῦ, ἣν ἐπ' αὐτοῖς ἔχομεν πρόνοιαν. Dat. X. Kal. Decembr. Constantinop. Imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XV., Belisario V. C. Cons. [541.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarantur excellentia tua servare studeat, omnibusque manifesta faciat, proponens eam in ipsa hac felici civitate, solitis vero praeceptis ad praesides provinciarum utens, ut omnes homines ex ea quoque cognoscant, quantam ipsorum curam geramus.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo servare quidem studeat, omnibus autem palam faciat, proponens quidem eam in hac felicissima civitate, praeceptis autem solennibus utens ad provinciarum praesides, ut omnes homines sciant et per [1]) eam, quam super eos habemus, providentiam. Dat. X. Kal. Decemb. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XV., Basilio V. C. Cons. [541.]

[1]) *Cod. Hamb., Trid.*; et per *om. Port., Const.*

Gl. Novella CXIV. [a])

UT DIVINAE IUSSIONES SUBSCRIPTIONEM HABEANT GLORIOSISSIMI QUAESTORIS.

(Auth. const. CX. Coll. VIII. tit. 10.)

Imp. Iustinianus Augustus Theodoto, sacrorum praetoriorum Praefecto.

Praefatio.

Nostrae serenitatis sollicitudo remediis invigilat subiectorum, nec cessamus inquirere, si quid sit in nostra republica corrigendum; ideo namque voluntarios labores appetimus, ut quietem aliis praeparemus. Unde ad universorum utilitatem pertinere perspeximus, si sacras etiam iussiones cum competente iubeamus cautela procedere, ne aliquibus liceat eas pro sua voluntate profiteri [1]).

Cap. 1. Nam praesente lege decernimus, nullam divinam iussionem neque per viri magnifici [2]) quaestoris adiutores, neque per aliam cuiuslibet militiae aut dignitatis aut officii personam, cuicunque iudici confectam, a quolibet suscipi cognitore, cui magnifici viri quaestoris annotatio subiecta non fuerit, qua contineatur, et inter quos, et ad quem iudicem, vel per quam fuerit directa personam, quatenus omni posthac ambiguitate submota nulla cuilibet excusationis relinquatur occasio; scientibus iudicibus vel administratoribus universis, quod, si in quolibet negotio sacram susceperint iussionem, nisi cui quaestoris viri magnificentissimi fuerit subiecta annotatio, multa viginti librarum auri, et officium eorum simili poena [3]) plectetur. Quibus iubemus, si qua talis iussio ad eos pervenerit [4]), mox ad praedictum virum magnificum quaestorem referre, aut cum illo, qui haec ingerit, destinare, ut in eum vindicta procedat, quam in falsarios iura nostra constituerunt [5]), Theodote parens carissime atque amantissime.

Epilogus.

Quam legem perpetuo valituram celsitudo tua ad universorum faciat pervenire notitiam. Dat. Kal. Nov. Constant. imp. DN. Iustiniani A. ann. XV., Basilio V. C. Cons. [541.]

ΔΙΑ-

[a]) *Nov. latine emissa est. Brevem summam eius exhibent Scrimg., Hal., Bas. II.* 6. 27. *e. Schol. Theodori. — Athan. XXII.* 6. (*Heimb. Anecd. I. p.* 183.) — *Novella est inter glossatas.*

[1]) confiteri *Cod. Hamb., Trid.* — [2]) magnificentissimi *Cod. Hamb., Trid.* — [3]) modo *Cod. Hamb.* — [4]) advenerit *Cod. Hamb.* — [5]) constituunt *Cod. Hamb.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ριέ.[a])

Ἡ διάταξις ριε' ἔξ κεφάλαια ἔχει. Τὸ α'. ἐν τῇ ἐξετάσει τῶν ἐκκλήτων καὶ τῶν ἀναψηλαφήσεων καὶ τῶν ἐκ τῶν δικασιῶν ἀναφορῶν κατ' ἐκείνους τοὺς νόμους τέμνεσθαι τὰς ὑποθέσεις τοὺς κρατοῦντας ἐν τῷ καιρῷ τῆς ψήφου ἢ τῆς μηνύσεως, οὐ μὴν τοὺς ὕστερον τεθέντας. β'. Εἰ τῶν δικαζομένων τὸ ἓν μέρος ἀποτάξηται [1]) ταῖς δικαιολογίαις ἀρκούμενον, τὸ δὲ ἕτερον ὑπερτίθεται ὡς οὐκ ἀρκούμενον, ὁ δικασὴς διδότω ἕνα καὶ δεύτερον καὶ τρίτον μῆνα προθεσμίαν, τούτων δὲ παρελθόντων μηκέτι ἀναμενέτω, ἀλλὰ ψῆφον διδότω. γ'. Αἰτίαι τοῖς γονεῦσι τῆς κατὰ τῶν παίδων εὐλόγου ἀχαριστίας. δ'. Αἰτίαι τοῖς παισὶ τῆς κατὰ τῶν γονέων εὐλόγου ἀχαριστίας. ε'. Ὅλστε τοὺς πενθοῦντας καὶ τοὺς προσήκοντας αὐτοῖς ἐντὸς τῶν ἐννάτων ἐκ μηδεμιᾶς αἰτίας συνέχεσθαι ἢ ὑπομιμνήσκεσθαι. ς'. Περὶ ἀντιφωνήσεων [2]) καὶ ὁμολογιῶν, εἴ τις ἀντιφωνήσει ἢ ὁμολογήσει· τὸ ἱκανόν σοι ποιῶ. ἢ τὸ ἱκανόν σοι γενήσεται παρ' ἐμοῦ καὶ τοῦδε καὶ τοῦδε. ἢ καὶ [3]) τὸ ἱκανόν σοι γενήσεται παρ' ἐμοῦ ἢ τοῦδε ἢ τοῦδε.

Novella CXV.

Const. CXV. *sex capita habet:* 1) *Cum de appellationibus, retractationibus et relationibus iudicum cognoscitur, ut secundum eas leges negotia decidantur, quae tempore latae sententiae et relationis obtinent, non quae postea latae sunt.* 2) *Si altera pars litigantium allegationibus contenta concludat, altera vero differat, utpote iis non contenta, iudex unius et alterius et tertii mensis det spatium, his autem praeterlapsis non amplius opperiatur, sed sententiam ferat.* 3) *Iustae causae ingratitudinis, quae a parentibus liberis obiici possunt.* 4) *Iustae causae ingratitudinis, quae a liberis parentibus obiici possunt.* 5) *Ut lugentes et propinqui eorum intra nonum diem nulla de causa prehendantur vel in ius vocentur.* 6) *De constituta pecunia et sponsionibus, si quis ita constituat vel spondeat: satis tibi facio, vel satis tibi fiet a me, et ab hoc, et ab illo, vel etiam satis tibi fiet a me, aut ab hoc, aut ab illo.*

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Θευδότῳ, ἐπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν ἱερῶν πραιτωρίων.

Προοίμιον.

Ἦλθεν εἰς γνῶσιν τῆς ἡμετέρας γαληνότητος, ὡς δίκης κινηθείσης μεταξὺ Εὐσταθίου, τοῦ θεοφιλεσιάτου ἐπισκόπου τῆς Τλῶ πόλεως, καὶ Πίστου, διακόνου τῆς Τελμισσέων ἐκκλησίας, ψῆφος αὐτοτελὴς προῆλθε παρὰ τοῦ τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένου, καθ' ἧς ἔκκλητος ἐπεδόθη. οἱ δικασταὶ τοίνυν, παρ' οἷς ἡ ἔκκλητος ἐξητάζετο, ἀμφιβάλλοντες πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀνήγαγον ἡμερότητα, πότερον ἆρα κατὰ τοὺς κρατοῦντας νόμους, ἡνίκα προῆλθεν ἡ αὐτοτελὴς ψῆφος, ἢ κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ νόμου τοῦ μετὰ τὴν αὐτοτελῆ ψῆφον παρ' ἡμῶν προτιθέντος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ὕστερον ἐξετάσαι. Ἡμεῖς τοίνυν δίκαιον εἶναι συνείδομεν κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ἐν τῷ καιρῷ τῆς διδομένης ψήφου κρατοῦντας τὴν προλεχθεῖσαν τῆς ἐκκλήτου αἰτίαν ἐξετασθῆναι, καὶ κατ' αὐτοὺς πέρας λαβεῖν. συνείδομεν δὲ καὶ εἰς τὰ μετὰ ταῦτα, ἡνίκα τοιαύτη τις ἀμφισβήτησις ἀναφυῇ, κατὰ τὴν ὁμοίαν ἰάξιν ταύτην περιαιρεῖσθαι. Κεφ. α'.

Idem Imperator Theodoto, sacro Praetorio per Orientem Praefecto.

Praefatio.

Ad notitiam serenitatis nostrae pervenit, lite inter Eustathium, dei amantissimum episcopum civitatis Tlo, et Pistum, diaconum ecclesiae Telmissensis, mota sententiam definitivam a rectore provinciae latam, ab eaque appellatum esse. Iam vero iudices, qui de appellatione cognoscebant, ad clementiam nostram dubitantes retulerunt, utrum secundum leges eo tempore, quo definitiva sententia lata est, obtinentes, an vero secundum vim legis a nobis post definitivam sententiam latae negotium illud examinari debeat? Iustum itaque nobis visum est, ut secundum eas leges, quae tempore latae sententiae obtinuerunt, de praedicta appellationis causa cognosceretur, et secundum eas decideretur. Placuit autem, ut, si postea etiam talis quaedam dubitatio oriatur, illa simili modo decidatur.

Cap. I.

GI. Const. CXII.

UT QUUM DE APPELLATIONE COGNOSCITUR, SECUNDUM ILLAS LEGES DEBEAT IUDICARI, QUAE TEMPORE DATAE [4]) SENTENTIAE OBTINEBANT, NON SECUNDUM EAS, QUAE POSTEA PROMULGATAE SUNT; ET DE ALIIS CAPITULIS.

(Coll. VIII. tit. 12.)

Imp. Iustinianus Aug. Theodoto, Orientalium sacrorum Praetoriorum Praefecto.

Praefatio. Pervenit ad scientiam nostrae serenitatis, quod, quum inter Eustathium, virum reverendissimum Tholonae [5]) civitatis episcopum, et Pistum, diaconum ecclesiae Telmissensis [6]), fuisset causa commota, processit a rectore provinciae definitiva sententia, contra quam appellatio est porrecta. Iudices igitur, apud quos appellatio ventilabatur, dubitantes ad nostram clementiam retulerunt, an secundum leges, quae obtinebant, quando processit definitiva sententia, an secundum tenorem illius legis, quae post definitivam sententiam a nobis promulgata est, eandem causam examinare deberent. Nos itaque iustum esse perspeximus secundum leges, quae obtinebant tempore datae [7]) sententiae, praedictam appellationis causam examinari, et terminum secundum ipsas accipere. Praevidimus autem et post haec si quandocunque dubitatio talis emerserit, eam simili ordine terminare.

Cap. I.

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Athan. VII. 7.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 86 *sqq.*) — *Tota fere Nov. in variis Bas. partibus.* — *Iulian. Const.* 107. — *Versio est glossata.*

[1]) ἀποτάξεται *Hal.* — [2]) ἀντιφωνήσεως *Hal.* — Thelmissensis *Cont.*; celmisene *Cod. Hamb.*; celiniscone [3]) καὶ *om. Hal.* — [4]) *Cod. Hamb.*; latae *edd.* — *Trid.* — [5]) *Cod. Hamb.*; latae *add.* [6]) theone *Cod. Haw* · thelone *Trid* — [7]) *Porta.*

Κεφ. α'.[a])

Καὶ διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, εἴ ποτε περί τινος ὑποθέσεως προέλθοι ψῆφος αὐτοτελὴς, καὶ ἔκκλητος ἐπακολουθήσοι, τοὺς τὴν ἔκκλητον ἐξετάζοντας κατὰ τοὺς νόμους, οἵτινες κατὰ τὸν καιρὸν τῆς αὐτοτελοῦς ψήφου ἐκράτουν, πέρας δεδόναι τῷ πράγματι. τούτου αὐτοῦ δηλονότι παραφυλαττομένου καὶ ἐν τῷ ἀναιρεῖσθαι τὰς τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων ψήφους, καὶ ἐπὶ ταῖς ἀναφοραῖς τῶν δικαστῶν, ὅτε ἀμφότερα τὰ μέρη πάσαις ταῖς ἰδίαις ἀποτάξονται δικαιολογίαις, καὶ οἱ δικασταὶ δι' οἰκείων ἀναφορῶν ἐρωτήσουσι, τί ἄρα ὠφειλε διατυπωθῆναι [1]). Ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς εἰρημένοις θέμασιν ἐκείνους τοὺς νόμους παρὰ τῶν διαγνωμόνων φυλάττεσθαι θεσπίζομεν, οἵπερ κατὰ τὸν χρόνον τῆς ψήφου ἢ δηλαδὴ τῆς ἀναφορᾶς ἐκράτουν, κἂν εἰ συμβαίη μετὰ ταῦτα νόμον φοιτῆσαι νέον τι διατυποῦντα, καὶ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν καὶ εἰς τὰ παρεληλυθότα πράγματα ἀναφέροντα.

Κεφ. β'.[b])

Ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῷ παρόντι προστίθεμεν [2]) νόμῳ. ἐπειδὴ γὰρ μεταξὺ τῶν δικαζομένων ἔσθ' ὅτε συμβαίνει θάτερον μὲν τῶν μερῶν ταῖς ἰδίαις ἀποτάξασθαι δικαιολογίαις, τὸ δὲ ἄλλο, γινῶσκον ἑαυτὸ κακὸν ἔχειν πρᾶγμα, μετὰ τοὺς διαγνωστικοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς προθεσμίας, ἃς οἱ νόμοι τῶν ἀποδείξεων ἕνεκεν συγχωροῦσι, μὴ βούλεσθαι ὁμολογεῖν ἀρκεῖν ἑαυτῷ τὰς δικαιολογίας, πρὸς τὸ μὴ ταχέως τὴν τοῦ πράγματος γνωσθῆναι ποιότητα, κελεύομεν, ὥστε ἡνίκα τὸ ἓν τῶν μερῶν ταῖς ἰδίαις ἀποτάξεται δικαιολογίαις, τὸ δὲ ἄλλο μέρος εἶποι ἔχειν τι, ὅπερ ὀφείλει προθεῖναι [c]), τὸν τοῦ πράγματος δικαστὴν πᾶσι τρόποις τὸ μέρος [4]) τὸ χρώμενον τῇ ὑπερθέσει καὶ ἀναγκάζειν ἐντὸς τριάκοντα ἡμερῶν μετὰ τὸ ἀποτάξασθαι τὸ ἕτερον [5]) μέρος, ὅπερ ἂν βούληται δίχα τινὸς ὑπερθέσεως προτιθέναι. ὅπερ εἰ μὴ ποιήσοι, τηνικαῦτα πρὸς τὸ νικῆσαι [6]) τὴν αὐτοῦ πονηρίαν ἄλλον ἕνα μῆνα παρὰ τοῦ δικαστοῦ φιλοτιμεῖσθαι. εἰ δὲ καὶ οὕτως ὑπερθήσεται, ἑνὸς ἑτέρου μηνὸς προθεσμίαν αὐτῷ παρέχεσθαι, οὕτως μέντοι γε, ὥστε εἰ μέχρι τῶν εἰρημένων τριῶν μηνῶν, οἷς τοῖς ὑπερτιθεμένοις litigatoribus συνεχωρήσαμεν, τὰς ἰδίας δικαιολογίας μὴ προθήσει, τηνικαῦτα τὸν δικαστὴν μὴ πλέον ἀναμένοντα πᾶσι τρόποις ψῆφον προφέρειν τοῖς νόμοις συμβαίνουσαν, ἢ εἴπερ βούλοιτο ἀναφέρειν, πρὸς τὸ μὴ τοῖς δικαζομένοις κακῶς φιλονεικοῦσιν ἐξεῖναι τὰς τῶν δικῶν ἐκβάσεις περαιτέρω παρέλκειν.

Κεφ. γ'.

Cap. I.

Propterea sancimus, si quando de negotio aliquo definitiva sententia feratur, et sequatur appellatio, ut illi, qui de appellatione cognoscunt, secundum eas leges negotium decidant, quae tempore sententiae definitivae obtinebant. Atque hoc ipsum etiam observetur in retractandis gloriosissimorum praefectorum sententiis et in relationibus iudicum, quando utraque pars omnibus suis allegationibus renuntiaverit, iudicesque per relationes suas quid statuendum sit interrogent. In dictis enim omnibus casibus leges illas ab arbitris servari volumus, quae tempore sententiae aut certe relationis obtinebant, licet postea legem ferri contingat, quae novum quid disponat, et vim suam ad praeterita quoque negotia referat.

Cap. II.

Sed et hoc praesenti legi addimus. Quoniam enim inter litigantes interdum contingit, ut altera pars allegationibus suis renuntiet, altera vero cognoscens se malam causam habere, post cognitionalia certamina, et terminos, quos leges probationum causa concedunt, confiteri nolit, allegationibus se contentam esse, ne qualitas causae statim nota fiat, iubemus, quando una pars allegationibus suis renuntiaverit, altera vero pars dicit, habere se quod proferre debeat, ut iudex causae omnimodo partem, quae dilatione utitur, intra triginta dies post alterius partis renuntiationem sine ulla dilatione id, quod voluerit, proponere cogat. Quod si non fecerit, tum alium mensem, ut malitia eius vincatur, iudex largiatur. Si vero et sic moras nectat, alterius etiam mensis spatium illi concedat, ita tamen, ut, si intra dictos tres menses, quos litigatoribus moram facientibus concessimus, allegationes suas non proponat, tum iudex non amplius opperiatur, sed omnimodo sententiam legibus consentaneam ferat, vel, si velit, referat, ne partibus iniuste litigantibus litium exitus longius protrahere liceat.

Cap. III.

Cap. I. Ideoque sancimus, si quando de aliqua causa processerit definitiva sententia, et provocatio fuerit subsecuta, appellationis examinatores secundum leges, quae tempore definitivae sententiae obtinebant, terminum dare negotio. Hoc eodem videlicet observando et in retractandis amplissimae praetorianae sententiis, et in suggestionibus iudicum, quando utraeque partes omnibus allegationibus suis renunciaverint, et indices per suas relationes, quid disponi debeat, interrogaverint. In omnibus enim praedictis casibus illas leges a cognitoribus servari decernimus, quae tempore sententiae aut certe relationis obtinebant [7]), tametsi contigerit postea legem promulgari novi aliquid disponentem, et tenorem suum ad praeterita quoque negotia referentem.

Cap. II. Sed et hoc praesenti addimus sanctioni. Ut quia [8]) inter litigatores aliquando contingit, unam quidem partem suis allegationibus renunciare, aliam vero, scientem se malas causas habere, post cognitionalia certamina et dilationes, quas probationum causa leges concedunt, nolle confiteri, allegationes sibi sufficere, ne cito causae qualitas agnoscatur, iubemus, ut, quando una pars allegationibus renunciaverit, alia vero pars dixerit, se habere aliquid, quod proponat, index negotii modis omnibus eam partem, quae utitur dilatione, compellat intra triginta dies, postquam altera pars renunciaverit, quidquid velit sine aliqua intermissione proponere. Quod si non fecerit, tunc ad eius malitiam superandam [9]) alius unus mensis indulgeatur a iudice. Si vero et sic distulerit, alterius unius mensis ei dilatio praebeatur, ita ut, si usque ad praedictos tres menses, quos litigatoribus protrahentibus concessimus, suas non proposuerit allegationes, tunc cognitor causae [10]) non amplius exspectans modis omnibus proferat sententiam legibus consonantem, vel si voluerit referat, ne litigatoribus male certantibus liceat causarum exitum ultra protrahere.

Cap. III

---

[a]) *Bas. IX. 2. 7.* — [b]) *Bas. VII. 4. 4.* — (*Eustath.*) *ἐπ. XV. 7.* — *Parat.* §. 13. *Athan. in V.* (*Heimb. Anecd. I. p. 79.*)

[1]) τί ἄρα ὠφέλοιεν διατυποῦσθαι *Hal.* — [2]) θεσπίζομεν *Hal.* — [3]) προσθεῖναι *Hal.* — [4]) τὸ μέρος *om. Hal.* — [5]) ἓν *Hal.* — [6]) πρὸς τὸ μὴ νικῆσαι *Bas.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; obtinebunt *Port., Cont.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; Quia (*om.* ut) *Cont.* — [9]) *Cod. Hamb.*; convincendam *edd.* — [10]) causae *om. Cod. Hamb.*

Κεφ. γ'. [a])

Ἄλλο πρὸς τούτοις κεφάλαιον τῷ παρόντι νόμῳ προσθεῖναι συνείδομεν. Θεσπίζομεν τοίνυν, μὴ ἐξεῖναι παντελῶς πατρὶ ἢ μητρί, ἢ πάππῳ ἢ μάμμῃ, ἢ προπάππῳ ἢ προμάμμῃ τὸν ἴδιον υἱὸν ἢ θυγατέρα ἢ τοὺς λοιποὺς παῖδας praeteritos [1]) καταλιμπάνειν ἢ ἀπὸ κληρονόμων [2]) ἐν τῇ ἰδίᾳ ποιεῖν διαθήκῃ (κἂν εἰ δι' οἱασδήποτε δωρεᾶς, ἢ ληγάτου, ἢ φιδεϊκομμίσσου, ἢ ἄλλου οἱουδήποτε τρόπου τὴν ἐκ τῶν νόμων αὐτοῖς ὀφειλομένην μοῖραν παράσχοιεν), εἰ μὴ τυχὸν ἀχάριστοι ἀποδειχθεῖεν [3]), καὶ αὐτὰς ὀνομασὶ τὰς τῆς ἀχαρισίας αἰτίας οἱ γονεῖς τῇ ἰδίᾳ ἐγγράψαιεν διαθήκῃ. ἀλλ' ἐπειδὴ τὰς αἰτίας, ἐξ ὧν οἱ παῖδες ἀχάριστοι ὤφειλον κρίνεσθαι, ἐν διαφόροις νόμοις διεσπαρμένας καὶ οὐ φανερῶς εἰρημένας εὕρομεν, ὧν αἱ μὲν οὐδὲ ἄξιαι ἡμῖν πρὸς ἀχαριστίαν ἔδοξαν, ἄλλαι δέ, καίτοι ἄξιαι οὖσαι, παρελείφθησαν, διὰ τοῦτο ἀναγκαῖον εἶναι συνείδομεν ταύτας ὀνομασὶ τῷ παρόντι νόμῳ περιλαβεῖν, ὥστε παρὰ ταύτας μηδενὶ ἐξεῖναι ἐξ ἑτέρου νόμου ἀχαριστίας αἰτίαν ἀντιθέναι, εἰ μὴ τὰς τῷ ὕφει τῆς παρούσης διατάξεως περιεχομένας. αἰτίας δὲ δικαίας τῆς ἀχαριστίας ταύτας εἶναι ψηφιζόμεθα.

§. 1. Εἴ τις τοῖς ἰδίοις γονεῦσι χεῖρας ἐπιβάλοι.

§. 2. Εἰ βαρεῖαν καὶ ἀπρεπῆ ὕβριν αὐτοῖς ἐπαγάγοι.

§. 3. Εἰ [4]) ἐπὶ ἐγκληματικαῖς αἰτίαις αὐτῶν κατηγορήσοι, ταῖς μὴ οὔσαις κατὰ βασιλέως ἢ πολιτείας.

§. 4. Εἰ μετὰ φαρμακῶν ὡς φαρμακὸς συναναστρέφεται.

§. 5. Εἰ [5]) τῇ ζωῇ τῶν [6]) γονέων διὰ φαρμακείας ἢ ἄλλῳ τρόπῳ ἐπιβουλεύσαι πειραθείη.

§. 6. Εἰ τῇ ἰδίᾳ μητρυιᾷ ἢ τῇ τοῦ πατρὸς παλλακίδι [7]) ὁ υἱὸς ἑαυτὸν συμμίξοι [8]).

§. 7. Εἰ συκοφάντης κατὰ τῶν γονέων ὁ υἱὸς γένηται, καὶ διὰ τῆς ἰδίας καταμηνύσεως βαρείας αὐτοὺς ζημίας ὑπομεῖναι παρασκευάσοι.

§. 8. [b]) Εἰ συμβῇ τινα τῶν ἰδίων γονέων ἐγκεκλεῖσθαι, οἱ δὲ παῖδες, οἱ δυνάμενοι ἐξ ἀδιαθέτου ἐπὶ τὴν τούτου διαδοχὴν [9]) ἐλθεῖν, αἰτηθέντες παρ' αὐτοῦ, ἤγουν ὁ εἷς ἐξ αὐτῶν, μὴ βουληθεῖεν εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐγγύην τοῦτον ἀναδέξασθαι ἢ ὑπὲρ προσώπου ἢ τοῦ χρέους, εἰς ὅσον ἐπιτήδειος εἶναι ὁ αἰτούμενος ἀποδείκνυται. τοῦτο μέντοι γε, ὅπερ περὶ τῆς ἐγγύης ἐθεσπίσαμεν, εἰς τοὺς ἄῤῥενας καὶ μόνον ἀνήκειν παῖδας βουλόμεθα.

Cap. III.

Aliud insuper caput huic legi addere placuit. Sancimus igitur, ne liceat ullo modo patri aut matri, avo aut aviae, proavo aut proaviae filium suum, aut filiam, aut reliquos liberos in testamento suo praeterire vel exheredare, etsi qualibet donatione, vel legato, vel fideicommisso, vel alio quolibet modo partem legibus illis debitam dederint, nisi forte ingrati probentur, et parentes ipsas ingratitudinis causas nominatim in testamento suo scripserint. Sed quia causae, ex quibus liberi ingrati iudicari debent, in diversis legibus dispersas nec clare expressas invenimus (quarum quaedam ad ingratitudinem ne sufficere quidem nobis visae, aliae vero, licet sufficerent, praetermissae sunt), propterea necessarium esse nobis visum est praesente lege illas nominatim comprehendere, ut praeter eas nemini liceat ex alia lege ingratitudinis causam opponere, nisi illas, quae serie praesentis constitutionis continentur. Iustas vero causas ingratitudinis has esse decernimus.

§. 1 *Si quis parentibus suis manus intulerit.*

§. 2. *Si gravem et indignam contumeliam illis intulerit.*

§. 3. *Si eos in criminalibus causis, quae non sunt adversus principem aut rempublicam, accusaverit.*

§. 4. *Si cum veneficis ut veneficus conversetur.*

§. 5. *Si vitae parentum veneficiis aut alio modo insidiari conatus fuerit.*

§. 6. *Si filius cum noverca sua vel concubina patris sui concubuerit.*

§. 7. *Si filius per calumniam parentes detulerit, et delatione sua effecerit, ut gravia damna perpessi sint.*

§. 8. *Si quem ex parentibus carcere includi contingat, et liberi, qui ab intestato ad successionem eius venire possunt, ab eo rogati, vel unus ex illis, pro eo, sive pro persona, sive pro debito, fideiubere nolint, in quantum ille, qui rogatus est, facere posse probatur. Hoc tamen, quod de fideiussione sancimus, ad masculos liberos, et solos quidem, pertinere volumus.*

§. 9

Cap. III. Alind quoque capitulum praesenti legi addendum esse perspeximus. Sancimus igitur, non licere penitus patri vel matri, avo vel aviae, proavo vel proaviae suum filium, vel filiam, vel ceteros liberos praeterire aut exheredes in suo facere testamento, nec si per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommissum, vel alium quemcunque modum eis dederint [10]) legibus debitam portionem, nisi forsan probabuntur ingrati, et ipsas nominatim ingratitudinis causas parentes suo inseruerint [11]) testamento. Sed quia causas, ex quibus ingrati liberi debeant iudicari, in diversis legibus dispersas et non aperte declaratas invenimus, quarum aliquae nec dignae nobis ad ingratitudinem visae sunt, aliquae vero, quum essent dignae, praetermissae sunt, ideo necessarium esse perspeximus eas nominatim praesenti lege comprehendere, ut praeter ipsas nulli [12]) liceat ex alia lege ingratitudinis causas opponere, nisi quae huius [13]) constitutionis serie continentur. Causas autem iustas ingratitudinis has esse decernimus. §. 1. Si quis parentibus suis manus intulerit. §. 2. Si gravem et inhonestam iniuriam eis ingesserit. §. 3. Si eos in criminalibus causis accusaverit, quae non sunt adversus principem sive rempublicam. §. 4. Si cum maleficis ut maleficus versatur [14]). §. 5. Vel vitae parentum suorum per venenum aut alio modo insidiari tentaverit. §. 6. Si novercae suae aut concubinae patris filius sese miscuerit [15]). §. 7. Si delator contra parentes filius extiterit, et per suam delationem gravia eos dispendia fecerit sustinere. §. 8. Si quemlibet de praedictis parentibus inclusum esse contigerit, et liberi, qui possunt ab intestato ad eius successionem venire, petiti ab eo, vel unus ex his in sua eum noluerit fideiussione suscipere vel pro persona, vel debito [16]), in quantum esse qui petitur probatur idoneus. Hoc tamen, quod de fideiussione censuimus, ad masculos tantummodo liberos volumus pertinere. §. 9. Si con-

---

[a]) *Huius et sequentis cap. maior pars in Bas. XXXV. 8. 38 sq. Schol.* — [b]) *Parat. §. 8. Athan. tit. XV.* (*Haimb. Anecd. I. p. 157.*) — *Lib. περὶ διαφ. ἀναγ. §. 10.* (*ibid. I. p. 194.*)

[1]) ἀμνημονεύτους *Hal.*, *Bas.* — [2]) ἀποκληρονόμων *Scrimg.*; ἀπὸ κληρονόμων *Hal.*; ἀποκληρονόμους *Bas.*, *cf. Cramer in: Zeitschr. f. g. R. I. p. 311.* — [3]) ἀποδειχθήσονται *Hal.* — [4]) ἢ *Hal.* — [5]) ἢ *Hal.*, *Vulg.* — [6]) ἰδίων *add. Hal.* — [7]) παλλαχῇ *Hal.*, *Bas.* — [8]) ἐπιμίξοι *Hal.*; μίξει *Bas.* — [9]) κληρονομίαν *Hal.* — [10]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; dederit *Port.*, *Cont.* — [11]) *Cod. Hamb.*; inseruerint *edd.* — [12]) nullas *Cod. Hamb.*, *Trid.* — [13]) *Cod. Hamb.*; in huius *edd.* — [14]) si cum maleficis aut maleficus versatur *Cod. Hamb.*; si cum maleficis hominibus ut maleficus versatur *Trid.*, *Port.*, *Cont. Rectius:* si cum veneficis ut veneficus (con)versatur. — [15]) *Cod. Hamb.*; immiscuerit *edd.* — [16]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; vel pro debito *Port.*, *Cont.*

μεθα. §. 9. Εἰ ἐλεγχθείη τις τῶν παίδων, ὅτι ἐκώλυσε τοὺς ἰδίους γονεῖς ποιήσασθαι διαθήκην, ὥστε εἰ μὲν μετὰ ταῦτα διαθήκην ποιήσασθαι δυνηθεῖεν, ἄδειαν αὐτοῖς εἶναι ὑπὲρ τῆς τοιαύτης αἰτίας τὸν παῖδα ἀπο κληρονόμων [1]) ποιεῖν. εἰ δὲ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ κωλύσει δίχα διαθήκης τῶν γονέων τις τελευτήσοι, καὶ ἄλλοι εἴτε ἐξ ἀδιαθέτου εἰς τὴν τοῦ τελευτήσαντος κληρονομίαν, ἢ μετ' αὐτοῦ τοῦ παιδὸς τοῦ τὴν διαθήκην γενέσθαι κωλίσαντος, ἢ μετ' αὐτὸν [2]) καλούμενοι, εἴτε οὓς κληρονόμους ἢ ληγαταρίους [3]) ἔχειν ἠβούλετο, εἴτε οἱ βλάβην τινὰ ἐκ τῆς κωλύσεως τῆς διαθήκης ὑπομείναντες τοῦτο αὐτὸ ἀποδείξαιεν, κατὰ τοὺς ἄλλους νόμους τοὺς περὶ τούτου κειμένους τὰ τοιαῦτα πράγματα περαιοῦσθω. §. 10. Εἰ παρὰ γνώμην τῶν γονέων μεταξὺ κυνηγῶν ἢ μίμων ἑαυτὸν ὁ υἱὸς ἐγκαταλέξοι, καὶ ἐν τούτῳ τῷ ἐπιτηδεύματι διαμείνοι, εἰ μὴ τυχὸν καὶ οἱ γονεῖς τοιαύτης [4]) ἐπιτηδεύσεως γεγόνασιν. §. 11. Εἴ τινι ἐκ τῶν εἰρημένων γονέων βουλομένῳ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ ἢ ἐγγόνῃ ἄνδρα δοῦναι, καὶ προῖκα κατὰ τὴν δύναμιν τῆς ἰδίας περιουσίας ὑπὲρ αὐτῆς παρασχεῖν, ἐκείνη μὴ συναινέσῃ, ἀλλ' αἰσχρὸν βίον ἐπιλέξηται. εἰ δὲ μέχρι εἴκοσι πέντε [5]) ἐνιαυτῶν ἡλικίας ἡ θυγάτηρ γένηται [6]), καὶ οἱ γονεῖς ὑπέρθωνται ταύτην ἀνδρὶ συνάψαι, καὶ ἴσως ἐκ τούτου συμβαίη εἰς τὸ ἑαυτῆς σῶμα ταύτην ἁμαρτῆσαι, ἢ δίχα συναινέσεως τῶν γονέων ἀνδρὶ ἑαυτήν, ἐλευθέρῳ μέντοι γε, συζεῦξαι [7]), τοῦτο εἰς ἀχαρισίαν τῇ θυγατρὶ λογίζεσθαι οὐ βουλόμεθα, ἐπειδὴ οὐ τῇ ἑαυτῆς, ἀλλὰ τῇ τῶν γονέων αἰτίᾳ τοῦτο γινώσκεται πλημμελήσασα. §. 12. Εἴ τις ἐκ τῶν εἰρημένων γονέων [7]) μανῇ, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ ἢ τινες ἐξ αὐτῶν ἢ παίδων αὐτῷ μὴ ὑπόντων οἱ ἄλλοι αὐτοῦ συγγενεῖς οἱ ἐξ ἀδιαθέτου εἰς τὸν αὐτοῦ κλῆρον καλούμενοι, ὑπηρεσίαν καὶ φροντίδα προσήκουσαν αὐτῷ μὴ παράσχοιεν, εἰ μὲν τῆς τοιαύτης ἀπαλλαγείη νόσου, ἔσται αὐτῷ ἄδεια πότερον βούλεται τὸν παῖδα ἢ τοὺς παῖδας ἢ συγγενεῖς τοὺς ἠμεληκότας ἀχάριστον ἢ ἀχαρίστους ἐν τῇ ἰδίᾳ γράψαι διαθήκῃ. εἰ δὲ ἐν τῇ νόσῳ τῆς μανίας αὐτὸν κατεχόμενον ἐξωτικός τις ἴδοι ἀπὸ τῶν ἰδίων ὠμελούμενον παίδων ἢ συγγενῶν ἢ ἄλλων ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων κληρονόμων, καὶ διὰ συμπάθειαν βουληθείη αὐτοῦ φροντίσαι, δίδομεν αὐτῷ ἄδειαν διαμαρτυρίαν τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου ἢ ἀπὸ διαθήκης ἤδη γενομένης εἰς τὸν τοῦ μεμηνότος κλῆρον καλουμένοις ἐγγραφον στέλλειν, ὥστε σπουδάζειν αὐτοὺς τούτου φροντίζειν. εἰ

§. 9. *Si quis ex liberis convictus fuerit, prohibuisse suos parentes, quominus testamentum facerent; ita ut, si quidem postea testamentum facere potuerint, liceat ipsis ea de causa filium exheredem facere, si vero in ipsa prohibitione aliquis ex parentibus intestatus decesserit, et alii, sive ab intestato, vel cum ipso filio, qui testamentum fieri prohibuit, vel post eum ad defuncti hereditatem vocati, sive quos heredes vel legatarios habere voluit, sive qui damnum quoddam ex prohibitione testamenti sustinuerunt, id ipsum demonstraverint, secundum ceteras leges hac de re latas eiusmodi negotia decidantur.*

§. 10. *Si filius praeter voluntatem parentum in numerum arenariorum vel mimorum se recipiendum curaverit et in hac professione permanserit, nisi forte et parentes eiusmodi professionis fuerint.*

§. 11. *Si cui ex dictis parentibus filiae suae vel nepti maritum dare et dotem pro modo facultatum pro ea praestare volenti illa non consentiat, sed turpem vitam eligat. Si vero filia ad viginti quinque annorum aetatem pervenerit, et parentes eam marito iungere differant, ac forte exinde contingat, ut ea in proprium corpus peccet, vel sine consensu parentum viro, libero tamen, nubat, hoc filiae in ingratitudinem imputari nolumus, quoniam non sua, sed parentum culpa id commisisse intelligitur.*

§. 12. *Si quis ex praedictis parentibus furiosus sit, et liberi eius, vel quidam ex iis, vel si liberos non habeat, reliqui eius cognati, qui ab intestato ad hereditatem eius vocantur, ministerium et debitam curam illi non exhibeant; siquidem ab eo morbo liberatus erit, licebit ipsi, si velit, filium, vel liberos, vel cognatos, qui eum neglexerunt, ingratum vel ingratos in testamento suo scribere. Si vero extraneus quis eum furoris morbo correptum a propriis liberis, cognatis vel aliis ab eo scriptis heredibus negligi videat, et misericordia motus eius curam gerere voluerit, damus ei facultatem, ut illis, qui ab intestato vel ex testamento iam facto ad hereditatem furiosi vocantur, scriptam mittat denunciationem, quo eius curam gerere festinent. Sin autem etiam post denunciationem illam negligant cum, et extraneus furioso in domum suam suscepto sumtibus suis usque ad mortem curam eius gessisse*

convictus fuerit aliquis liberorum ex eo, quia prohibuit [8]) parentes suos condere testamentum, ut, si quidem postea facere potuerint testamentum, sit eis pro tali causa filium exheredandi licentia. Si autem in ipsa prohibitione sine testamento aliquis ex parentibus decesserit, et alii, sive qui ab intestato ad hereditatem defuncti aut cum ipso filio, qui testamentum fieri prohibuit, aut post illum vocantur, sive illi, quos heredes aut legatarios habere volebat, vel qui laesionem aliquam ex prohibitione testamenti sustinuerunt, hoc ipsum approbaverint, secundum alias leges super hoc positas talia negotia terminentur. §. 10. Si praeter voluntatem parentum inter arenarios vel mimos sese filius sociaverit, et in hac professione permanserit, nisi forsitan etiam parentes eiusdem [9]) professionis fuerint. §. 11. Si alicui ex praedictis parentibus, voleuti suae filiae vel nepti maritum dare, et dotem secundum vires substantiae suae pro ea praestare, illa non consenserit, sed luxuriosam degere vitam elegerit. Si vero usque ad viginti quinque annorum aetatem pervenerit filia, et parentes distulerint eam marito copulare, et forsitan ex hoc contigerit in suum corpus eam peccare, aut sine consensu parentum marito se, libero tamen, coniungere [10]), hoc ad ingratitudinem filiae nolumus imputari, quia non sua culpa, sed parentum id commisisse cognoscitur. §. 12. Si quis de praedictis parentibus furiosus fuerit, et eius liberi vel quidam ex his, aut liberis ei non exsistentibus, alii eius cognati, qui ab intestato ad eius hereditatem vocantur, obsequium ei et curam competentem non praebuerint, si quidem a tali sanatus [11]) fuerit infirmitate, erit ei potestas utrum velit negligentem filium vel filios aut cognatos ingratum vel ingratos in suo scribere testamento. Si autem aliquo [12]) furoris morbo eum detentum extraneus aliquis viderit a suis neglectum liberis, vel cognatis, aut aliis ab eo scriptis heredibus, et pro misericordia voluerit eum procurare, damus ei licentiam attestationem eis, qui ab intestato vel ex testamento iam facto ad furiosi hereditatem

---

[a]) *Photii Nomoc. XIII.* 9. (*Voëlli bibl. II. p.* 1111.)

[1]) ἀποκληρονόμων *Scrimg.*; ἀπὸ κληρονόμων *Hal.*; ἀποκληρονόμον *Bas.* — [2]) αὐτῶν *Hal.* — [3]) κληρονομίαν ἢ λέγατα *male correxit Hal. in notis recogn. op.* — [4]) τῆς τοιαύτης *Hal.* — [5]) *numerum annorum om. Hal.* — [6]) ἢ δίχα — συζεῦξαι *om. Hal.* — [7]) γονέων *om. Hal.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; prohibuerit *Port., Cont.* — [9]) eius *Cod. Hamb.* — [10]) coniugere *Cod. Hamb. Fort. leg.* coniugare. — [11]) sanus *Cod. Hamb., Trid.* — [12]) test. vel aliquorum *Cod. Hamb.*; test. vel si aliquo *Trid.*

εἰ δέ γε καὶ μετὰ τὴν τοιαύτην διαμαρτυρίαν ἀμελήσειεν, καὶ ἐξωτικὸς ἐν τῷ αὐτοῦ οἴκῳ τὸν μεμηνότα ὑποδεξάμενος δαπανήμασιν οἰκείοις ἄχρι τῆς τελευτῆς αὐτοῦ φροντίσας δειχθείη, τὸν τὴν ὑπηρεσίαν καὶ τὴν ἐπιμέλειαν τῷ μεμηνότι παρασχόμενον, κἂν τὰ μάλιστα ἐξωτικὸς εἴη, εἰς τὴν τούτου διαδοχὴν ἔρχεσθαι θεσπίζομεν, ἀνατρεπομένης τῆς αὐτῶν ἐνστάσεως, ἅτε δὴ ἀναξίων ὄντων, τῷ [1]) μεμηνότι, καθάπερ εἰρήκαμεν, φροντίδα παρασχεῖν ἀμελησάντων, οὕτω μέντοι, ὥστε τὰ λοιπὰ τῆς διαθήκης κεφάλαια ἐν τῇ ἰδίᾳ μένειν ἰσχύϊ.

§. 13. Εἰ ἕνα τῶν προλεχθέντων γονέων ἐν αἰχμαλωσίᾳ κρατεῖσθαι συμβαίη, καὶ οἱ τούτου παῖδες, εἴτε πάντες, εἴτε εἷς, μὴ σπουδάσαιεν τοῦτον ἀναρρύσασθαι, ὥστε εἰ μὲν δυνηθείη τὴν τῆς αἰχμαλωσίας συμφορὰν ἐκφυγεῖν, ἐν τῇ αὐτοῦ εἶναι ἐξουσίᾳ πότερον ταύτην ἀχαριστίας αἰτίαν τῇ ἰδίᾳ βούλοιτο ἐγγράψαι διαθήκῃ, εἰ δὲ διὰ τῆς τῶν παίδων ἀμελείας ἢ καταφρονήσεως μὴ ἐλευθερωθείη, ἀλλ' ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ τελευτήσοι, ἐκείνους εἰς τὴν αὐτοῦ διαδοχὴν ἐλθεῖν οὐκ ἀνεχόμεθα, οἵτινες οὐκ ἐσπούδασαν τῆς ἀναρρύσεως αὐτοῦ φροντίσαι, ἀλλὰ πάντων τῶν παίδων ἐπὶ τούτῳ ἀμελησάντων, πάντα τὰ πράγματα τὰ παρ' αὐτοῦ καταλιμπανόμενα τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς πόλεως, ἐξ ἧς ὥρμητο, προσχυροῦσθαι, inventario δηλαδὴ ἐπὶ δημοσίου ἐκμαρτυρίου γινομένου, ὥστε μηδὲν ἐκ τῆς αὐτοῦ περιουσίας παραπολέσθαι, ἐφ' ᾧ πᾶν, ὅπερ ἐντεῦθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν περιέλθοι, εἰς αἰχμαλώτων ἀναρρύσιν προχωρεῖν [a]). ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅσον ἐπὶ τοῖς προσώποις εἴρηται, ἅπερ ἅπο κληρονόμων [2]) ποιεῖν οὐκ ἐξεσιν, εἰ μὴ τὰς τῆς ἀχαριστίας αἰτίας γραφῆναι καὶ ἀποδειχθῆναι συμβαίη. πρόφασιν δὲ ἡμῖν πρὸς τὸ γενικὸν ποιήσασθαι νόμον ἡ παροῦσα ὑποθέσεις δέδωκε. καὶ διὰ τοῦτο γενικῶς κελεύομεν, ὥστε εἴπερ ἐκεῖνος ἐν αἰχμαλωσίᾳ ληφθείη, καὶ παῖδας μὴ ἔχοι, καὶ τῶν ἄλλων εἰς τὴν τούτου κληρονομίαν ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένων ἀναρρύσασθαι αὐτὸν μὴ σπουδαζόντων ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ τελευτήσοι, μηδένα ἐκ τῶν ἀμελησάντων εἰς τὴν τούτου κληρονομίαν ἔρχεσθαι, εἰ καὶ πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας διαθήκη τυχὸν παρ' αὐτοῦ ἐγεγόνει, ἐν ᾗ τὰ μνημονευθέντα πρόσωπα ἐγγραπτε κληρονόμους, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα τῆς ἐνστάσεως τῶν κληρονόμων ἀκυρουμένης, καὶ τῶν λοιπῶν τῆς διαθήκης κεφαλαίων ἐν τῇ ἰδίᾳ μενόντων ἰσχύϊ, αἱ περιουσίαι τῶν τοιούτων προσώπων κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ταῖς ἐκκλησίαις τῶν πόλεων, ἐξ ὧν ὥρμηνται,

§. 13. *Si unum ex praedictis parentibus in captivitate detineri contigerit, eiusque liberi, sive omnes sive unus, cum redimere non festinaverint. Quare si calamitatem captivitatis effugere poterit, in potestate eius sit, num hanc ingratitudinis causam in testamento suo scribere velit. Si vero per negligentiam aut contemtum liberorum non liberetur, sed in captivitate moriatur, illos ad successionem eius venire non patimur, qui redemtionis eius curam habere non studuerunt, sed cum omnes liberi in hoc negligentes fuerint, omnes res ab illo relictae ad ecclesiam eius loci, ex qua oriundus est, devolvantur, inventario scilicet publica fide faciendo, ut nihil de substantia eius pereat, quo omne, quod exinde ad ecclesiam pervenit, ad captivorum redemtionem cedat. Sed haec quidem de personis, quas exheredare non licet, nisi causae ingratitudinis scribantur et probentur, dicta sunt. Occasionem vero nobis generalem legem faciendi praesens causa dedit. Et propterea generaliter iubemus, si ille, qui in captivitate detentus sit, et liberos non habeat, quumque ceteri, qui ad hereditatem eius ab intestato vocantur, non studeant redimere eum, in captivitate decesserit, ut nemo eorum, qui eum neglexerunt, ad hereditatem eius veniat, licet ante captivitatem testamentum fortasse ab eo factum sit, in quo memoratas personas heredes scripsit. Nam et hic, institutione heredum infirmata, reliquisque testamenti capitibus in sua vi manentibus, bona illarum personarum simili modo ad ecclesias civitatum, ex quibus oriundi sunt, devolvantur, nec in aliis causis, sed in redemtionibus captivorum expendantur, ut, unde illi a suis redemti non sunt, exinde aliorum redemtiones procurentur, et similiter illorum animae pia illa actione subleventur. Atque hoc ipsum etiam observetur, si aliam extraneam personam ante captivitatem heredem scripserit, et ille sciens, se ab eo heredem scriptum esse, ex captivitate cum*

---

[a]) *Paret.* §. 7. *Athan. tit. II.* (*Haimb. Anecd. I. p.* 43.)

[1]) τῶν τῷ *Hal.*; καὶ τῷ *Bas.* — [2]) ἀποκληρονόμων *Hal., Bas.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid.*; suam domum *Port., Cont.* — [4]) ut si *Bk.* — [5]) *Cod. Hamb.*; quia *edd.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; citius *add. Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb.*; relictas *edd.* — [8]) causa ubi et approbari *Cod. Hamb.*; causas ubi et approbari *Trid.*; causas ubique approbari *Port., Cont.* — [9]) *Cod. Hamb.*; hac *edd.*

ditatem vocantur, scriptis dirigere, ut eum procurare festinent. Si autem post huiusmodi attestationem neglexerint, et extraneus in sua domo [3]) furiosum susceptum sumtibus propriis usque ad finem vitae ipsius procurasse monstratus fuerit, eum, qui obsequium ac diligentiam furioso exhibuit, licet extraneus sit, ad eius successionem pervenire decernimus, evacuata institutione eorum, utpote indignorum, qui furioso, sicut diximus, curam praebere neglexerint, ita tamen, ut cetera testamenti capitula in sua maneant firmitate. §. 13. Si unum de praedictis parentibus in captivitate detineri contigerit, et eius liberi, sive omnes sive unus, non festinaverint eum redimere, si [4]) quidem valuerit calamitatem captivitatis evadere, in eius sit potestate, utrum hanc causam ingratitudinis testamento suo velit adscribere. Si autem per liberorum negligentiam vel contemtum non fuerit liberatus, et in captivitate decesserit, illos ad successionem eius venire non patimur, qui [5]) non festinaverunt eius redemtionem [6]) procurare, sed omnibus liberis in hoc negligentibus res universas ab eodem derelictas [7]) ecclesiae civitatis, ex qua oritur, applicari, inventario scilicet sub publica attestatione celebrando, ne quid ex eius facultatibus pereat, ita ut, quidquid exinde ad ecclesiam pervenerit, captivorum redemtioni proficiat. Sed haec quidem quantum ad personas dicta sunt, quas exheredare non licet, nisi ingratitudinis causas scribi et approbari [8]) contigerit. Occasionem autem nobis ad generalem legem promulgandam haec praesens causa noscitur obtulisse. Sed universaliter iubemus, ut, si ille, qui in captivitate detentus fuerit, liberos non habuerit, et aliis, qui ad eius hereditatem vocati sunt, eum redimere non festinantibus, in captivitate defunctus fuerit, nullus ex iis, qui neglexerint, ad hereditatem eius perveniat, licet ante captivitatem testamentum forsan ab eo fuisset conscriptum, in quo memoratas personas scripsit heredes, sed hic [9]) quoque institutione heredum infirmata, et ceteris testamenti capitulis in suo robore permanentibus, sub-

ται, προσχυρούσθωσαν. καὶ μὴ ἐν ἄλλαις οἱαισοῦν αἰτίαις, ἀλλ' ἐν ταῖς τῶν αἰχμαλώτων ἀναρρύσεσι δαπανάσθωσαν, ὥςτε ὅθεν ἐκεῖνοι ὑπὸ τῶν ἰδίων οὐκ ἀνερρύσθησαν, τὰς ἄλλων ἀναρρύσεις φροντίζεσθαι, καὶ τὰς ἐκείνων ὁμοίως ψυχὰς ἐκ ταύτης τῆς εὐσεβοῦς πράξεως ἐπικουφίζεσθαι. αὐτοῦ τούτου παραφυλαττομένου. κἂν εἰ ἄλλο ἐξωτικὸν πρόσωπον πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας γράψῃ κληρονόμον, κἀκεῖνος [1]) εἰδὼς ἑαυτὸν ὑπ' ἐκείνου γεγράφθαι κληρονόμον, ἀναρρύσασθαι τοῦτον ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἀμελήσειε. ταύτην δὲ τὴν ποινὴν κατ' ἐκείνων κρατεῖν θεσπίζομεν, οἵτινες ὀκτωκαιδέκατον [a]) τῆς ἑαυτῶν ἡλικίας ἐπλήρωσαν ἐνιαυτόν [2]). ἐν δὲ ταῖς τοιαύταις αἰτίαις, ἡνίκα δὴ ὑπὲρ ἀναρρύσεως αἰχμαλώτων ἀναγκαῖον εἴη χρήματα δοθῆναι, εἴ τις ἴδια μὴ ἔχοι χρήματα, ἄδειαν ἐχέτω, εἴπερ τῆς εἰρημένης ὑπάρχει ἡλικίας, δανείζεσθαι χρήματα, καὶ πράγματα κινητὰ ἢ ἀκίνητα ὑποτίθεσθαι. εἴτε ἴδια ἔχει, εἴτε τὰ τοῦ ἐν αἰχμαλωσίᾳ κρατουμένου, ἐπειδὴ ἐν τοῖς εἰρημένοις ἅπασι τοῖς ὑπὲρ ἀναρρύσεως αἰχμαλώτων δίδοσθαι ἢ ἀναλίσκεσθαι δεικνυμένοις τὰ τοιαῦτα συναλλάγματα, ὡς παρὰ προσώπου αὐτεξουσίου καὶ τελείας ἡλικίας ὄντος γινόμενα, βέβαια εἶναι παρακελευόμεθα, μηδενὸς τοῖς μετὰ τῶν τοιούτων προσώπων ἐπὶ ταῖς μνημονευθείσαις αἰτίαις, καθάπερ εἴρηται, συναλλάττουσι προκρίματος γινομένου. ἀνάγκην δηλαδὴ ἔχοντος τοῦ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπανερχομένου τὰ τοιαῦτα συναλλάγματα βέβαια ἡγεῖσθαι, καὶ τούτοις ὡς ἰδίοις ὀφλήμασιν ἐνέχεσθαι.

§. 14. [b]) Εἴ τις ἐκ τῶν μνημονευθέντων γονέων ὀρθόδοξος ὑπάρχων αἴσθηται τὸν ἴδιον παῖδα ἢ παῖδας μὴ εἶναι τῆς καθολικῆς πίστεως, μηδὲ ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ κοινωνεῖν, ἐν ᾗ πάντες οἱ μακαριώτατοι πατριάρχαι μιᾷ συμπνοίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ τὴν ὀρθοτάτην πίστιν κηρύσσουσι, καὶ τὰς ἁγίας τέσσαρας συνόδους, τὴν ἐν Νικαίᾳ, καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει, τήν τε ἐν Ἐφέσῳ πρώτην, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι, περιπτύσσεσθαι ἤγουν ἀναφέρειν γινώσκονται, καὶ διαμείνωσιν οἱ τοιοῦτοι παῖδες ἐν τῇ αὐτῇ ἀπιστίᾳ, δίδομεν τοῖς αὐτῶν γονεῦσιν ἄδειαν ὑπὲρ ταύτης μάλιστα τῆς αἰτίας ἀχαρίστους αὐτοὺς καὶ ἀπὸ κληρονόμων [3]) ἐν τῇ ἰδίᾳ γράφειν διαθήκῃ. καὶ τοῦτο μὲν ἐπὶ ἀχαριστίας αἰτίᾳ διετυπώσαμεν. Γενικὴν δὲ πρόνοιαν τοῖς παισὶ τοῖς ὀρθοδόξοις παρέχοντες κελεύομεν, σώων φυλαττομένων [4]) τῶν νόμων τῶν ἤδη περὶ τῶν ἄλλων αἱρετικῶν προειρημένων, καὶ περὶ τοὺς Νεστοριανοὺς καὶ τοὺς Ἀκεφάλους, μηδὲν ἐν τούτοις ἐξαιρεῖσθαι τῶν ἐν τοῖς νόμοις κειμένων, ἀλλὰ πάντα ἐπ' αὐτοὺς ἐκτείνεσθαι, ἃ κατὰ τῶν ἄλλων αἱρετικῶν ἐκτείνεται.

eum redimere neglexerit. Hanc autem poenam in eos valere volumus, qui decimum octavum aetatis annum impleverunt. In illis vero causis, quando pro liberandis captivis pecuniam dari necesse est, si quis propriam pecuniam non habeat, liceat illi, si dictae est aetatis, mutuam pecuniam accipere, et res mobiles vel immobiles sive proprias, sive eius, qui in captivitate detinetur, pignori dare, quia in omnibus iis, quae dicta sunt, et pro redemtione captivorum dantur vel expenduntur, eiusmodi contractus perinde firmos esse iubemus, ac si a persona sui iuris et perfectae aetatis facti essent; nullum vero praeiudicium illis fiat, qui cum eiusmodi personis in memoratis causis, sicut dictum est, contrahunt, quia scilicet illi, qui ex captivitate redit, necessitas incumbit, ut contractus illos pro firmis habeat, iisque tamquam propriis debitis obligetur

§. 14. *Si quis ex dictis parentibus orthodoxus sit, videatque filium suum vel liberos catholicae fidei non esse, nec cum sanctissima ecclesia communionem habere, — in qua omnes beatissimi patriarchae una conspiratione et concordia rectissimam fidem praedicant, et quatuor sanctas synodos, Nicaenam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam et Chalcedonensem, amplecti seu recitare noscuntur, — liberique in eadem infidelitate mancant, parentibus eorum potestatem damus, ut eos hac potissimum ex causa ingratos et exheredes in testamento suo scribant. Atque hoc quidem de causa ingratitudinis definivimus. Verum ut generaliter liberis orthodoxis prospiciamus, iubemus, ut salvis servatis legibus, quae de ceteris haereticis iam latae sunt, etiam in Nestorianis et Acephalis illa serventur, ut, si forte parentes reperiantur, qui vel Iudaico Nestorii furori dediti, vel Acephalorum dementiam amplexi, et propterea a communione catholicae ecclesiae separati*

substantiae talium personarum simili modo ecclesiis civitatum, ex quibus orti sunt, applicentur, et nullis [5]) aliis causis, quam in captivorum redemtionibus expendantur, ut, unde illi a suis non sunt redemti, aliorum redemtio procuretur, et ipsorum quoque animae ex hac causa piissima subleventur. Hoc eodem observando, et si aliam extraneam personam ante captivitatem scripserit [6]) heredem, et illa sciens, se ab eo heredem scriptam, eum redimere a captivitate neglexerit. Hanc autem poenam contra illos valere iubemus, qui octavum et decimum suae aetatis annum compleverint. In huiusmodi vero causis, quando pro captivorum redemtione necessarium fuerit dare pecunias, si quis proprias pecunias non habuerit, licentia erit ei, si memoratae sit aetatis, mutuandi pecunias, et res mobiles vel immobiles supponendi, sive propriae ipsius sint, sive illius, qui in captivitate detinetur, quoniam in praedictis omnibus, quae pro captivorum redemtione data vel expensa probabuntur, contractus huiusmodi tanquam a persona suae potestatis et legitimae aetatis factos, ita firmos esse decernimus, nullo eis, qui cum huiusmodi personis in memoratis causis quo praedictum est modo contraxerint, praeiudicio generando; necessitatem scilicet habente eo, qui ex captivitate redierit, tales contractus ratos habere, et eis tanquam suis debitis obligari. § 14. Si quis de praedictis parentibus orthodoxus constitutus senserit suum filium vel liberos non esse catholicae fidei, nec in sacrosancta ecclesia communicare, in qua omnes beatissimi patriarchae una conspiratione et concordia fidem rectissimam praedicant, et sanctas quatuor synodos, Nicaenam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam et Chalcedonensem amplecti seu recitare noscuntur [7]), licentiam habeant [8]) pro hac maxime causa ingratos eos et exheredes in suo scribere testamento. Et haec quidem pro ingratitudinis causa decernimus. Generalem autem providentiam liberis catholicis deferentes, iubemus, salvis legibus, quae iam de aliis haereticis sunt prolatae, et circa Nestorianos et Acephalos haec

---

[a]) (*Eustath.*) *ὁρ. XXXVI.* 4. — *Parat.* §. 6. *Athan. tit. XIII.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 147.) — *Lib. περὶ διαφ. ἀναγ.* §. 10. (*ibid. I. p.* 194.) — [b]) *Photii Nomoc. X.* 8. (*Voëlli bibl. II. p.* 1039 *sq.*) — *Parat. Coll. Const. eccl. III.* 3. (*ibid. II. p.* 1360 *sq.*) *et Parat.* §. 7. *Athan. tit. IV.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 49.)

[1]) *κἀκεῖνο Hal., Fulg.* — [2]) *χρόνον Hal.* — [3]) *ἀποκληρονόμων Scrimg.*; *ἀποκληρονόμους* (*om. seq. ἐν*) *Hal. In Bas. hic quaedam omissa sunt.* — [4]) *κελ. οὖν φυλάττειν Hal.* — [5]) in nullis *Bk. ed. ster.* — [6]) *Cod. Hamb.*; scripsit *edd.* — [7]) et permaneant tales liberi in ea infidelitate *add. Bk.* — [8]) parentes *add. Bk. ed. ster.*; licentiam esse *Cod. Hamb*

Ἀκεφάλους ταῦτα φυλάττεσθαι, ὥστε εἴ ποτε γονεῖς εὑρεθεῖεν εἴτε τῇ Ἰουδαϊκῇ Νεστορίου μανίᾳ ἐκδεδομένοι, εἴτε τὴν τῶν Ἀκεφάλων ἄνοιαν περιπυσσόμενοι, καὶ διὰ τοῦτο ἐκ τῆς κοινωνίας τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κεχωρισμένοι, μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς ἄλλους κληρονόμους ἑαυτοῖς ἐνισταν, εἰ μὴ παῖδας ὀρθοδόξους καὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ κοινωνοῦνιας, ἢ παίδων μὴ ὑπόντων, τοὺς ἐξ ἀρρενογονίας καὶ ἐκ θηλυγονίας συγγενεῖς, καθολικοὺς δηλαδὴ τυγχάνοντας. Εἰ δέ, ὡς εἰκός, ἐκ τῶν παίδων τινὲς μέν εἰσιν ὀρθόδοξοι καὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ κοινωνοῦντες, ἄλλοι δὲ ἐκ ταύτης κεχωρισμένοι, πᾶσαν τὴν τῶν γονέων περιουσίαν εἰς τοὺς παῖδας καὶ μόνον τοὺς καθολικοὺς περιέρχεσθαι θεσπίζομεν, εἰ καὶ τελευταίας βουλήσεις τὰ τοιαῦτα πρόσωπα ποιήσοιντο παρὰ τὴν δύναμιν ταύτης ἡμῶν τῆς διατάξεως διατυπούσας [1]). Εἰ δὲ μετὰ ταῦτα οἱ ἀδελφοὶ οἱ τῆς ἐκκλησίας κεχωρισμένοι ἐπὶ ταύτην ἀναστρέψουσι, τὸ ἁρμόζον αὐτοῖς μέρος ἐν τῷ σχήματι, ἐν ᾧ εὑρεθεῖη κατὰ τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἀποδίδοται, τούτοις παρέχεσθαι, ὥστε μηδεμίαν περὶ τῶν καρπῶν ἢ τῆς διοικήσεως τοῦ μέσου χρόνου ὀχλησιν ἢ ἐπάχθειαν τοὺς καθολικοὺς ὑπομένειν τοὺς πρώην τὰ μνημονευθέντα πράγματα διακρατήσαντας, ἐπειδὴ τῶν τοιούτων πραγμάτων, ἅτινα ἐκ τῆς μοίρας τῶν ἀδελφῶν τῶν μὴ κοινωνούντων οἱ ὀρθόδοξοι ἐκτήσαντο, ὥσπερ τὴν ἐκποίησιν κωλύομεν, οὕτω καὶ τῶν παρελθόντων χρόνων τοὺς καρποὺς ἢ τὴν διοίκησιν οὐδαμῶς παρὰ τούτων, ὑφ' ὧν διεκρατήθη, εἰςπράττεσθαι ἢ ἀναψηλαφᾶσθαι κελεύομεν. Εἰ δὲ ἔχοι τοῦ πέρατος τῆς ἰδίας ζωῆς ἐν τῇ αὐτῇ πλάνῃ οἱ μὴ κοινωνοῦντες διαμείνοιεν, τότε τοὺς ὀρθοδόξους ἀδελφοὺς ἢ κληρονόμους αὐτῶν πληρεστάτῳ δεσποτείας δικαίῳ τὰ αὐτὰ πράγματα κεκτῆσθαι θεσπίζομεν. Εἰ δὲ οἱ παῖδες μὲν [2]) διεστραμμένοι καὶ τῆς κοινωνίας τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀλλότριοι εὑρεθεῖεν, ἄλλοι δὲ ἐγγύτατοι συγγενεῖς ἐξ ἀρρενογονίας ἢ ἐκ θηλυγονίας τὴν ὀρθόδοξον πίστιν τιμῶντες καὶ κοινωνικοὶ εἶναι ἀποδειχθεῖεν, τούτους τῶν παίδων τῶν αἱρετικῶν προτιμᾶσθαι, καὶ τὴν αὐτῶν διαδέχεσθαι κληρονομίαν. Εἰ δὲ καὶ οἱ παῖδες καὶ οἱ ἐγγύτατοι adgnati ἢ cognati τῆς κοινωνίας τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ξένοι τυγχάνοιεν, τηνικαῦτα, εἰ μὲν σχῆμα κληρικῶν οἱ γονεῖς αὐτῶν ἔχοιεν, τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς πόλεως, ὅπου τὴν οἴκησιν εἶχον, τὰ αὐτὰ πράγματα βουλόμεθα διαφέρειν, οὕτω μέντοι γε, ὥστε εἰ οἱ ἐκκλησιαστικοί, ἐντὸς ἐνιαυτοῦ

separati sunt, ne illis liceat alios heredes sibi instituere, nisi liberos orthodoxos, et cum ecclesia catholica communionem habentes, vel liberis non exsistentibus per virilem et femininum sexum cognatos, eos scilicet, qui catholici sunt. Si forte aliqui ex liberis orthodoxi quidem sint et cum ecclesia catholica communionem habeant, alii vero ab illa separati sint, sancimus, ut toto parentum substantia ad liberos et quidem solos catholicos veniat, licet personae illae testamenta fecerint, quae contra tenorem huius constitutionis nostrae quid disponant. Si postea fratres ab ecclesia separati ad eam revertantur, portio illis debita in eo statu, quo inventa fuerit eo tempore, quo datur, ipsis praebeatur, ut nullum propter fructus aut medii temporis administrationem incommodum vel molestiam catholici patiantur, qui dictas res ante detinuerunt, quia sicut illarum rerum, quas ex portione fratrum nullam cum ecclesia communionem habentium orthodoxi acquisiverunt, alienationem prohibemus, ita et praeteriti temporis fructus vel administrationem nullo modo ab his, qui eas detinuerunt, exigi vel retractari iubemus. Si ad finem usque vitae suae illi, qui cum ecclesia communionem non habent, in eodem errore permanent, tum ut orthodoxi fratres vel heredes eorum plenissimo dominii iure illas res possideant, sancimus. Si liberi quidem perversi et a communione ecclesiae catholicae alieni inveniantur, alii vero proximi cognati ex virili vel feminino sexu, orthodoxam fidem colere, et in ecclesiae communione esse probentur, hi liberis haereticis praeferantur, eorumque hereditatem accipiant. Si vero et liberi, et proximi agnati et cognati a communione orthodoxae fidei alieni sint, tum, si quidem parentes eorum clerici sint, ad ecclesiam civitatis illius, ubi domicilium habuerunt, easdem res pertinere volumus, ita tamen, ut, si ecclesiastici intra anni spatium si res eiusmodi personarum vindicare neglexerint, illorum dominium fisco nostro vindicetur; si laici sint, sine ulla distinctione substantia eorum ad sacra nostra privata similiter perveniat. Atque haec valere volumus, etsi sine testamento tales personae moriantur; reliquis omnibus, quae contra haereticos in reliquis constitutionibus disposita sunt, et contra Nestorianos, Acephalos, ceterosque omnes, qui in catholica ecclesia partem non habent (in qua celebratae sacrae quatuor synodi, et patriarchae praedicantur), etiam contra heredes eorum similiter servandis. Num si de mundanis rebus solliciti sumus, quanto magis pro salute animarum

haec observari, ut, si quando parentes inventi fuerint sive Iudaico Nestorii errori dediti, sive Acephalorum amplectentes insaniam et ideo ab ecclesiae catholicae communione separati, non liceat eis alios heredes sibi instituere, nisi liberos orthodoxos et ecclesiae catholicae communicantes, vel liberis non exsistentibus, agnatos vel cognatos, qui scilicet catholici sint. Quodsi forte ex filiis alii quidem sunt orthodoxi et ecclesiae catholicae communicantes, alii vero ab ea separati, omnem parentum substantiam ad filios tantum catholicos pervenire sancimus, licet ultimas voluntates huiusmodi personae fecerint contra tenorem huius nostrae constitutionis aliquid disponentes. Si vero posthac fratres ab ecclesia separati ad eam conversi fuerint, pars eis competens in statu, in quo inventa fuerit tempore, quo redditur, eis praebeatur, ut nullam de fructibus aut gubernatione medii temporis inquietudinem vel molestiam catholici patiantur, qui ante praedictas res [3]) detinebant, quoniam huiusmodi rerum, quas ex fratrum parte non communicantium catholici possidebant, sicut alienationem vetamus, ita praeteritorum temporum fructus aut gubernationem nullatenus ab his, a quibus detenti sunt, exigi vel retractari permittimus. Si autem usque ad finem vitae suae in eodem errore non communicantes permanserint, tunc catholicos fratres vel heredes ipsorum plenissimo iure dominii easdem res possidere decernimus. Quodsi filii quidem omnes perversi et ab ecclesiae catholicae communione alieni inventi fuerint, alii autem propinqui agnati vel cognati [4]) religionem catholicam colentes et communicatores esse fuerint approbati, eos liberis haereticis anteponi, et eorum hereditati succedere. Si vero liberi et propinqui agnati vel cognati ab orthodoxae religionis communione sunt extranei, tunc, si quidem schema clericorum parentes eorum habuerint, ad ecclesiam civitatis, ubi domicilium habebant, res eorum volumus pertinere, ita ut, si ecclesiastici intra annale spatium huiusmodi personarum res vindicare [5]) neglexerint, earum dominium nostri fisci viribus [6]) vindicetur. Si autem laici sunt, sine aliqua distinctione substantias eorum ad res privatas nostras similiter pervenire sancimus. Quae obtinere decernimus, etiam si testamento non facto tales personae decesserint; omnibus, quae contra ceteros haereticos in aliis constitutionibus disposita sunt, et contra Nestorianos, et Acephalos, et alios omnes, qui catholicae ecclesiae, in qua praedictae quatuor synodi, et patriarchae reci-

---

[1]) διάτάξ. διατυπώσαντες *Hal.*; διατάξεώς τι διατυπώσαντα *Hal. in notis recogn. op.* — [2]) παῖδες πάντες *Hal., Athan., Vulg.* — [3]) *Trid.*; res *om. Cod Hamb., Port., Cont.* — [4]) vel cognati *om. Cod. Hamb.* — [5]) *Cod. Hamb.*; vindicare res *edd.* — [6]) *Trid., Bk.* iuribus *Cod. Hamb.* (?), *Port., Cont.*

αὐτοῦ προθεσμίας, τὰ [1]) τῶν τοιούτων προσώπων πράγματα διεκδικῆσαι ἀμελήσαιεν, τὴν αὐτῶν δι-σποτείαν τῷ ἡμετέρῳ φίσκῳ [2]) ἐκδικεῖσθαι [a]), εἰ δὲ λαϊκοὶ ὦσι, δίχα τινὸς διακρίσεως τὰς αὐτῶν περιουσίας εἰς τὰ θεῖα ἡμῶν πρίβατα ὁμοίως περιέρχεσθαι. Ἀτινα κρατεῖν θεσπίζομεν, κἂν εἰ χωρὶς διαθήκης τὰ τοιαῦτα πρόσωπα τελευτήσοι. πάντων τῶν κατὰ τῶν λοιπῶν αἱρετικῶν ἐν ταῖς ἄλλαις διατάξεσι διατυπωθέντων καὶ κατὰ τῶν Νεστοριανῶν, καὶ Ἀκεφάλων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν μὴ κοινωνούντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ αἱ πραχθεῖσαι [3]) ἅγιαι τέσσαρες σύνοδοι [4]), καὶ πατριάρχαι ἀναφέρονται, καὶ κατὰ τῶν κληρονόμων αὐτῶν ὁμοίως φυλαττομένων. εἰ γὰρ ὑπὲρ κοσμικῶν αἰτιῶν μεριμνῶμεν, πόσῳ μᾶλλον ὑπὲρ τῆς τῶν ψυχῶν σωτηρίας προνοητικωτάτην φρονιδα δεῖ συνεισφέρειν; Εἴτε τοίνυν πάσας τὰς εἰρημένας τῆς ἀχαριστίας αἰτίας, εἴτε φανερὰς ἐξ αὐτῶν, εἴτε μίαν οἱανδήποτε οἱ γονεῖς τῇ ἰδίᾳ ἐγγράψαιεν διαθήκῃ, καὶ οἱ γραφόμενοι κληρονόμοι τὴν ὀνομασθεῖσαν ἢ [5]) ὀνομασθείσας αἰτίας ἢ μίαν ἐξ αὐτῶν ἀληθῆ εἶναι δείξειαν, τὴν διαθήκην τὴν ἰδίαν ἔχειν ἰσχὺν παρακελευόμεθα. εἰ δὲ ταῦτα μὴ παραφυλαχθείη, μηδὲν γίνεσθαι πρόκριμα τοῖς ἀπὸ κληρονόμων [6]) γραφεῖσι παισίν, ἀλλ' ὅσον εἰς τὴν ἔνστασιν τῶν κληρονόμων ἀνήκει τῆς διαθήκης ἀκυρουμένης [b]), εἰς τὴν τῶν γονέων κληρονομίαν τοὺς παῖδας ἐξ ἀδιαθέτου ἐξ ἴσης μοίρας ἔρχεσθαι, ὥστε μὴ τοὺς παῖδας πεπλασμέναις κατηγορίαις κατακρίνεσθαι, ἢ τινα περιγραφὴν ἐν ταῖς τῶν γονέων περιουσίαις ὑπομένειν. Εἰ μέντοι γε συμβαίη ἔν τισι τοιαύταις διαθήκαις ληγάτα τινὰ ἢ φιδεϊκόμμισσα ἢ ἐλευθερίας ἢ ἐπιτρόπων τινὰς δόσεις καταλειφθῆναι, ἢ ἄλλα οἱαδήποτε κεφάλαια τοῖς νόμοις ἐγνωσμένα ὀνομασθῆναι, ταῦτα πάντα κελεύομεν πληροῦσθαι, καὶ δίδοσθαι ἐκείνοις, οἷς κατελείφθη, ὡς εἰ [7]) κατὰ τοῦτο τὸ μέρος μὴ ἀνατραπεῖσα ἡ διαθήκη ἐκράτει. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν διαθηκῶν τῶν γονέων διετυπώσαμεν.

rum summa cum providentia cura adhibenda est? Itaque sive omnes dictas ingratitudinis causas, sive eas, quae ex illis manifestae sunt, sive unam parentes in suo testamento scripserint, et scripti heredes expressas vel expressas causas, vel unam ex illis veram esse ostenderint, testamentum vim suam habere iubemus. Si vero haec non observata sint, liberis exheredatis nullum praeiudicium fiat, sed quantum ad institutionem heredum pertinet testamento infirmato, ad hereditatem parentum liberi ab intestato aequis partibus veniant, ne liberi fictis accusationibus condemnentur, vel circumscriptionem quandam in bonis parentum sustineant. Si tamen contingat, ut in eiusmodi testamentis legata quaedam vel fideicommissa, vel libertates relinquantur, vel tutores dentur, vel alia quaecunque capita legibus probata nominentur, illa omnia impleri, iisque dari iubemus, quibus relicta sunt, quasi ab hac parte testamentum non eversum valeat. Et haec quidem de testamentis parentum disposuimus.

Κεφ. δ'.

Δίκαιον δὲ εἶναι συνείδομεν καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου περὶ τῶν διαθηκῶν τῶν παίδων τὰ αὐτὰ μετὰ τινος διασαφήσεως διατυπῶσαι. Θεσπίζομεν τοίνυν μὴ ἐξεῖναι τοῖς παισὶ τοὺς ἰδίους γονεῖς praeteritous καταλιμπάνειν, ἢ καθ' οἱονδήποτε τρόπον τῶν ἰδίων πραγμάτων, ἐν οἷς ἐξουσίαν ἔχουσι διατίθεσθαι, τούτους παντελῶς ἀλλοτρίους ποιεῖσθαι, εἰ μὴ τὰς αἰτίας, ἃς ἀριθμοῦμεν, ἐν ταῖς ἰδίαις ἰδικῶς ἐγγράψοιεν διαθήκαις. Ταύτας δὲ εἶναι κελεύομεν.

Cap. IV.

Iustum vero nobis visum est eadem e contrario de testamentis liberorum cum quadam distinctione constituere. Sancimus igitur, ne liberis liceat parentes suos praeterire, vel eos aliquopiam modo a rebus suis, in quibus potestatem testandi habent, plane excludere, nisi causas, quas enumerabimus, in testamentis suis speciuliter scripserint. Eas autem has esse decernimus.

§. 1.

§. 1.

recitantur, non communicant, et successiones eorum, similiter observandis. Si enim pro causis corporalibus cogitamus, quanto magis pro animarum salute providentia est nostrae sollicitudinis adhibenda? Sive igitur omnes memoratas ingratitudinis causas, sive certas ex his, sive unam quamlibet parentes in testamento suo inseruerint, et scripti heredes nominatam vel nominatas causas, vel unam ex his veram esse monstraverint, testamentum suam habere firmitatem decernimus. Si autem haec observata non fuerint, nullum exheredatis liberis praeiudicium generari, sed quantum ad institutionem heredum pertinet testamento evacuato, ad parentum hereditatem liberos tanquam ab intestato ex aequa parte pervenire, ne liberi falsis accusationibus condemnentur, vel aliquam circumscriptionem in parentum substantiis patiantur. Si tamen [8]) contigerit in quibusdam talibus testamentis quaedam legata vel fideicommissa, aut libertates, aut tutorum dationes relinqui, vel quaelibet alia capitula concessa legibus nominari, ea omnia iubemus adimpleri, et dari illis, quibus fuerint derelicta, et tanquam in hoc non rescissum obtineat testamentum. Et haec quidem de parentum ordinavimus testamentis.

Cap. IV. Iustum autem perspeximus et e contrario de liberorum testamentis haec eadem cum aliqua distinctione disponere. Sancimus itaque, non licere liberis parentes suos praeterire, aut quolibet modo rebus [9]) propriis, in quibus habent testandi licentiam, eos omnino alienare, nisi causas, quas enumerabimus [10]), in suis testa-

---

[a]) *Parat. Coll. Const. eccl. III.* 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 1361.) *et Parat.* §. 7. *Athan. tit. IV.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 49.) — *Parat.* §. 7. *Athan. tit. II.* (*ibid. I. p.* 43.) — [b]) *Lib. περὶ διαιρ. ἀναγ.* §. 10. (*Heimb. Anecd. I. p.* 194.)

[1]) *Hal., Athan., Vulg.*; προθ. εἰς τὰ *Scrimg.*; προθ. εἰ τὰ *Bk.* — [2]) δημοσίῳ *Hal.* — [3]) προλεχθεῖσαι *Hal., Vulg.* — [4]) καὶ αἱ λοιπαὶ *add. Hal.* — [5]) ἢ τὰς *Hal.* — [6]) τοῖς ἀποκληρονόμων *Scrimg.*; τοῖς μὴ κληρονόμοις *Hal.* — [7]) ὡς ἂν εἰ *Hal.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; vero *Port., Cont.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid.*; a rebus *Port., Cont.* — [10]) *ed. Schoeff.* enumeravimus *Cod. Hamb., edd.*

§. 1. Εἰ οἱ γονεῖς εἰς ἀναίρεσιν ζωῆς τοὺς ἰδίους παῖδας παραδοῖεν, δίχα μέντοι γε αἰτίας εἰς καθοσίωσιν ἀναφερομένης. §. 2. Εἰ φαρμακείαις, ἢ γοητείαις, ἢ ἄλλῳ τρόπῳ οἱ γονεῖς τῇ τῶν παίδων ζωῇ ἐπιβουλεύσαντες ἀποδειχθεῖεν. §. 3. Εἰ ὁ πατὴρ τῇ ἰδίᾳ νυμφῃ ἢ τῇ παλλακίδι τοῦ οἰκείου [1]) παιδὸς συμμιγείη. §. 4. Εἰ οἱ γονεῖς τοὺς ἰδίους παῖδας διαθήκας ποιῆσαι κωλύσειαν ἐν τοῖς πράγμασιν, ἐν οἷς ἔχουσιν ἄδειαν τοῦ διατίθεσθαι, πάντων δηλαδὴ τῶν ἐπὶ τῇ κωλύσει τῶν τοιούτων διαθηκῶν φυλαττομένων, ἅπερ ἐπὶ τῷ τῶν γονέων προσώπῳ διεσιλίξαμεν. §. 5. Εἰ συμβαίη τὸν ἄνδρα τῇ ἑαυτοῦ γαμετῇ εἰς ἀναίρεσιν ἢ ἔκστασιν τῆς διανοίας δοῦναί φάρμακον, ἢ τὴν γαμετὴν τῷ ἀνδρί, ἢ ἄλλῳ τρόπῳ τὸν ἕτερον τῇ τοῦ ἑτέρου ζωῇ ἐπιβουλεῦσαι. τὸ μὲν τοιοῦτον ἔγκλημα, οἷα publicon ὑπάρχον, κατὰ τοὺς νόμους ἐξετάζεσθαι καὶ νομίμης ἐκδικήσεως ἀξιοῦσθαι θεσπίζομεν, τοῖς δὲ παισὶν ἄδειαν εἶναι ἐν ταῖς ἰδίαις διαθήκαις μηδὲν ἐκ τῶν ἰδίων περιουσιῶν ἐκείνῳ τῷ προσώπῳ [2]) καταλιμπάνειν, τῷ τοιοῦτο μύσος πεπραχέναι γινωσκομένῳ. §. 6. Εἰ τῶν παίδων ἢ ἑνὸς ἐξ αὐτῶν ἐν μανίᾳ τυγχάνοντος οἱ γονεῖς φροντίσαι αὐτῶν ἀμελήσειαν, πάντα καὶ ἐνταῦθα παραφυλάττεσθαι προστάττομεν, ἅτινα περὶ τῶν μαινομένων [3]) γονέων ἀνωτέρω ἐθεσπίσαμεν. §. 7. Τούτοις τοῖς θέμασι καὶ τὴν τῆς αἰχμαλωσίας συμφορὰν προσετίθεμεν, ἐν ᾗ εἰ τοὺς παῖδας κρατεῖσθαι, καὶ διὰ τῆς τῶν γονέων καταφρονήσεως ἢ ἀμελείας μὴ ἀναῤῥυσθένιας τελευτῆσαι συμβαίη, μηδαμῶς τοὺς τούτων γονεῖς εἰς τὰς περιουσίας ἔρχεσθαι τῶν παίδων, ἐφ' αἷς διατίθεσθαι οἱ παῖδες ἠδύναντο, ἀλλὰ πάντα καὶ ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ φυλάττεσθαι, ἅπερ καὶ περὶ γονέων καὶ κογνάτων καὶ ἀδγνάτων τῶν ἐξ ἀδιαθέτου εἰς τὰ τούτων δίκαια καλουμένων, ἢ περὶ τῶν ἐξωτικῶν γραφομένων κληρονόμων ἀνωτέρω διετυπώσαμεν. §. 8. [a]) Εἴ τις ἐκ τῶν μνημονευθέντων παίδων ὀρθόδοξος τυγχάνων ἀδοθηται τὸν ἴδιον γονέα ἢ γονεῖς μὴ εἶναι καθολικούς, ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν [1]κείνων προσώπων κρατεῖν. ἅπερ ἀνωτέρω περὶ τῶν γονέων διετυπώσαμεν. §. 9. Εἰ τὰς τοιαύτας τοίνυν αἰτίας, ἢ φανερὰς ἐξ αὐτῶν, ἢ μίαν οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἰδίαις γράψαιεν διαθήκαις, καὶ οἱ γραφόμενοι παρ' αὐτῶν κληρονόμοι ἢ πάσας φανερὰς ἢ μίαν ἐκ τούτων ἀποδείξειαν, τὴν διαθήκην ἐν τῇ ἰδίᾳ ἰσχύϊ διαμένειν προστάττομεν. Εἰ δὲ ταῦτα μὴ παραφυλαχθείη, μηδεμίαν δύναμιν τὴν τοιαύτην διαθήκην, τό γε εἰς τὴν ἔνστασιν τῶν κληρονόμων, ἔχειν θεσπίζομεν, ἀλλὰ ἀνατρεπομένης τῆς διαθήκης τοὺς

§ 1. *Si parentes liberos suos ad ultimum supplicium dederint, excepta tamen causa, quae ad crimen laesae maiestatis spectat.*

§. 2. *Si venenis aut incantationibus vel alio modo parentes vitae liberorum insidiatos esse probentur.*

§. 3. *Si pater cum nuru sua vel concubina filii sui commixtus fuerit.*

§. 4. *Si parentes liberos suos in iis rebus testari prohibuerint, in quibus testandi facultatem habent; omnibus scilicet illis in prohibitione eiusmodi testamentorum observandis, quae in parentum personis definivimus.*

§. 5. *Si virum uxori suae, vel uxorem viro ad vitae interitum vel mentis alienationem venenum dare, vel alio modo alterum alterius vitae insidiari contigerit; tale quidem crimen tamquam publicum secundum leges examinari et legitimam vindictam suscipere volumus, liberis vero in testamentis suis ex substantia sua illi personae, quae tale scelus perpetrasse cognoscitur, nihil relinquere liceat.*

§. 6. *Si parentes liberorum vel unius ex illis in furore constituti curam gerere neglexerint, omnia etiam ibi observanda esse praecipimus, quae de furiosis parentibus supra sancivimus.*

§. 7. *His casibus captivitatis etiam calamitatem addimus, in qua si liberos detineri, et per parentum contemtum vel negligentiam non liberatos mori contigerit, nullo modo illorum parentes ad substantiam liberorum veniant, de quibus liberi testari potuerunt. Sed omnia etiam in hoc capite serventur, quae de parentibus et cognatis et agnatis ab intestato ad illorum iura vocatis, vel de extraneis heredibus scriptis supra disposuimus.*

§. 8. *Si quis ex praedictis liberis orthodoxus sit, et parentem suum vel parentes catholicos non esse animadvertat, eadem in illis quoque personis obtineant, quae supra de parentibus disposuimus.*

§. 9. *Si igitur liberi tales causas, vel eas, quae ex illis manifestae sunt, vel unam in testamentis suis scripserint, et scripti ab iis heredes vel omnes manifestas esse, vel unam ex illis probaverint, ut testamentum in suo robore maneat, praecipimus. Si vero illa non observata sint, nullam vim eiusmodi testamentum, quantum ad institutionem heredum, habere sancimus, sed everso testamento heredes ab intestato ad defuncti hereditatem vocamus, iisque res illius dari sancimus*

testamentis specialiter nominaverint. Has autem esse decernimus: §. 1. Si parentes ad interitum vitae liberos suos tradiderint, citra causam tamen, quae ad maiestatem pertinere cognoscitur. §. 2. Si venenis, aut maleficiis, aut alio modo parentes filiorum vitae insidiati probabuntur. §. 3. Si pater nurui suae aut concubinae filii sui sese miscuerit [4]). §. 4. Si parentes filios suos testamentum condere prohibuerint in rebus, in quibus habent testandi licentiam; omnibus videlicet in huiusmodi testamentorum prohibitione servandis, quae in parentum persona distinximus. §. 5. Si contigerit aut [5]) virum uxori suae ad interitum aut alienationem mentis dare venenum, aut uxorem marito, vel alio modo alterum vitae alterius insidiari, tale quidem, utpote publicum crimen constitutum, secundum leges examinari, et vindictam legitimam promereri decernimus, liberis autem esse licentiam nihil in suis testamentis de facultatibus suis illi personae relinquere, quae tale scelus noscitur commisisse. §. 6. Si liberis vel uno ex his in furore constituto, parentes eos curare neglexerint, omnia et hic observari praecipimus, quae de parentibus furiosis superius disposuimus. §. 7. His casibus etiam cladem captivitatis adiungimus, in qua si liberos detineri, et per parentum contemtum vel negligentiam non redemtos ab hac luce transire contigerit, nullatenus eorum parentes ad facultates perveniant liberorum, de quibus filii testari potuerant, sed omnia in hoc quoque capitulo serventur, quae et de parentibus, vel cognatis atque agnatis, qui ab intestato ad talium personarum iura vocantur, aut de extraneis scriptis heredibus supra censimus. §. 8. Si quis de praedictis liberis orthodoxus constitutus senserit suum parentem vel parentes non esse catholicae fidei, haec et in eorum persona tenere, quae supra de parentibus iussimus. §. 9. Si tales igitur causas, vel certas, vel [6]) unam ex his liberi suis testamentis inscripserint, et scripti ab eis

[a]) *Photii Nomoc. X. 8. (Voëlli bibl. II. p. 1039 sq.) — Parat. Coll. Const. eccl. III. 3. (ibid. II. p. 1361.) et Parat. §. 7. Athan. tit. IV. (Heimb. Anecd. I. p. 49.)*

[1]) *ἰδίου Hal., Bas.* — [2]) *τρόπῳ Hal.* — [3]) *εἰρημένων Hal.* — [4]) *Cod. Hamb.*; immiscuerit *edd.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; autem *edd.* — [6]) *Cod Hamb., Trid.*; aut *Port., Cont.*

τοὺς [1]) ἐξ ἀδιαθέτου εἰς τὴν τοῦ τελευτήσαντος κληρονομίαν καλοῦμεν [2]), καὶ πρὸς αὐτοὺς τὰ ἐκείνου πράγματα δίδοσθαι διατυποῦμεν, τῶν ληγάτων δηλονότι, εἴτε φιδεϊκομμίσσων, καὶ ἐλευθεριῶν, καὶ τῶν δόσεων τῶν ἐπιτρόπων, καὶ τῶν ἄλλων κεφαλαίων, καθάπερ ἀνωτέρω εἴρηται, τὴν ἰδίαν ἐχόντων ἰσχύν. Εἴ τι δὲ ἢ περὶ ληγάτου, ἢ φιδεϊκομμίσσου [3]), ἢ ἐλευθεριῶν, ἢ ἄλλων οἱωνδήποτε κεφαλαίων ἐν ἄλλοις νόμοις εὑρεθείη ταύτῃ τῇ διατάξει ἐναντίον, τοῦτο κρατεῖν κατ' οὐδένα βουλόμεθα τρόπον. Καὶ αὗται μὲν τῆς exhaeredationos ἢ praeteritionos αἱ ποιναὶ τό γε εἰς ἃς τῆς ἀχαριστίας αἰτίας κατὰ τῶν εἰρημένων προσώπων διετυπώθησαν. εἴ τινες δὲ ἐξ αὐτῶν εἰς ἐγκλήματα ἀναφέρονται, τοὺς τούτων πράκτορας καὶ τὰς ἄλλας ὑπομένειν ποινὰς τὰς τοῖς νόμοις διωρισμένας.

sancimus; legatis scilicet sive fideicommissis, et libertatibus, et dationibus tutorum, et aliis capitibus, sicut supra dictum est, vim suam habentibus. Sin autem quid vel de legato, vel fideicommisso, vel libertatibus, vel aliis quibuslibet capitibus in aliis legibus huic constitutioni contrarium reperiatur, nullo id modo valere volumus. Atque hae quidem exheredationis vel praeteritionis poenae quantum ad causas ingratitudinis in dictas personas statutae sint. Si vero quaedam ex illis ad crimina pertineant, eorum auctores alias etiam poenas legibus definitas sustineant.

Κεφ. ε'. [a])

Ταῦτα δὲ διετυπώσαμεν, ἵνα καὶ τοὺς γονεῖς καὶ τοὺς παῖδας ἀπὸ τῆς τῶν διαθηκῶν ὕβρεως ἐλευθερώσωμεν. Εἰ δέ τινες κληρονόμοι ὀνομασθεῖεν, κἂν εἰ ῥητοῖς πράγμασιν ἀρκεσθῆναι προσταχθεῖεν, ἐν τούτῳ τὴν μὲν διαθήκην μὴ ἀναιρεῖσθαι προστάττομεν, ὅπερ δ' ἂν ὑπέλαττον αὐτοῖς τῆς ἐκ τῶν νόμων μοίρας καταλειφθῇ, τοῦτο κατὰ τοὺς ἄλλους ἡμῶν νόμους παρὰ τῶν κληρονόμων ἀποπληροῦσθαι [b]). μία γάρ ἐστι τῆς ἡμετέρας γαληνότητος φροντίς, τὸ τὴν ὕβριν τῆς praeteritionos καὶ exhaeredationos τῶν γονέων καὶ τῶν παίδων ἀνελεῖν. σκοπεῖν γὰρ ὀφείλουσιν οἱ γονεῖς [4]), ὅτι καὶ αὐτοὶ παῖδες γεγόνασι, καὶ τὰ αὐτὰ παρὰ τῶν οἰκείων γονέων ἔσχηκασι, καὶ παραπλησίως οἱ νῦν ὄντες υἱοὶ σπουδάζειν [5]) τοὺς τῶν γονέων λογισμοὺς θεραπεύειν, ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ γονεῖς ἐπιθυμοῦσι γενέσθαι, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων εὔχονται τιμηθῆναι παίδων. Ὅθεν δῆλον καθέστηκεν, εἰς τὴν τῶν ἀμφοτέρων ὠφέλειαν καὶ ἀσφάλειαν τὸν παρόντα ἁρμόττειν νόμον. ὃν οὐ χωρὶς αἰτίας, ἀλλὰ προφάσεως γενομένης συνείδομεν προενεγκεῖν. εὕρομεν γὰρ Πουλχερίαν [6]) εὐχάριστον μὲν θυγατέρα παρὰ τῆς ἰδίας μητρὸς λεχθεῖσαν, ἀπὸ κληρονόμων [7]) δὲ καὶ τὴν διαθήκην ὀνομασθεῖσαν, τοῦτο μὲν ἐπὶ τοῖς πατρῴοις, τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς μητρῴοις πράγμασιν. καὶ τὸν μὲν τοιοῦτον χάρτην,

Cap. V.

Haec vero disposuimus, ut tam parentes quam liberos a testamentorum iniuria liberemus. Si vero quidam heredes nominati fuerint, etsi certis rebus contenti esse iubeantur, hoc quidem casu testamentum non subverti praecipimus; quod vero illis minus legitima parte relictum est, hoc secundum alias nostras leges ab heredibus expleatur. Una enim est serenitatis nostrae cura, ut iniuriam praeteritionis et exheredationis parentum et liberorum tollamus. Etenim considerare debent parentes, et ipsos liberos se fuisse atque illa a parentibus suis accepisse, et similiter liberi, qui nunc sunt, operam dare debent, ut parentum suorum voluntati obsequantur, quoniam et ipsi parentes fieri cupiunt, atque a liberis suis honorari optant. Unde manifestum est, ad amborum utilitatem et securitatem hanc legem respicere, quam non sine causa, sed data occasione ferre placuit. Invenimus enim Pulcheriam, licet a matre sua grata filia dicta sit, in testamento tamen cum paternis tum maternis bonis exheredatam esse. Et quia chartam illam dolo et machinatione compositum cognovimus, nullo eam modo valere permisimus, sed filiam heredem patris et matris fieri iussimus, quemadmodum etiam nostra hac de re sententia scriptis prolata declarat.

§. 1

eis [8]) heredes aut omnes, aut certas, aut unam ex his probaverint [9]), testamentum in sua firmitate manere praecipimus. Si autem haec [10]) non fuerint observata, nullam vim huiusmodi testamentum, quantum ad institutionem heredum, habere sancimus, sed rescisso testamento eis, qui ab intestato ad hereditatem defuncti vocantur, res eius dari disponimus, legatis videlicet, vel fideicommissis, et libertatibus, et tutorum dationibus, seu [11]) aliis capitulis, sicut superius dictum est, suam obtinentibus firmitatem. Si quid autem pro legatis, sive fideicommissis, aut [12]) libertatibus, aut quibuslibet [13]) aliis capitulis in aliis legibus inventum fuerit huic constitutioni contrarium, hoc nullo modo volumus obtinere. Et hae quidem exheredationis aut praeteritionis poenae quantum ad ingratitudinis causas contra praedictas personas statuendae sunt; si quae autem ex his inter crimina reputantur, earum actores [14]) etiam alias poenas sentiant legibus definitas.

Cap. V. Haec autem disposuimus, ut et parentes et filios a testamentorum iniuria liberos reddamus. Ceterum si qui heredes fuerint nominati, etiam si certis rebus inssi fuerint esse contenti, in hoc [15]) testamentum quidem nullatenus solvi praecipimus, quidquid autem minus eis legitima portione relictum est, hoc secundum nostras alias leges ab heredibus impleri. Sola enim est nostrae serenitatis intentio, a parentibus et liberis iniuriam praeteritionis et exheredationis auferre. Considerare namque debent parentes, quia et ipsi filii fuerunt, et eadem a suis parentibus speraverunt, et similiter qui nunc filii sunt, debent studere parentum animos sanare, quia et ipsi parentes fieri desiderant, et a suis filiis optant honorari. Unde et constat ad utriusque partis utilitatem atque cautelam praesentem legem fuisse prolatam, quam ex hac occasione promulgandam esse perspeximus. In aliquo autem negotio disceptantes invenimus, Pulcheriam [16]) filiam gratam quidem a sua genitrice fuisse dictam, exheredatam autem testamento nominatam tam in paternis, quam in maternis facultatibus.

---

[a]) *Bas. XLI. 5. 2. Schol. et Bas. XXIII. 2. 2. Schol., cf. Heimb. Anecd. I. p. 251.* — [b]) *Parat. §. 8. Athan. tit. IX.* (*Heimb. Anecd. I. p. 110.*)

[1]) [2]) τοῖς — καλουμένοις *Hal., Fulg.* — [3]) ληγάτων ἢ φιδεϊκομμίσσων *Hal.* — [4]) οἱ γονεῖς *om. Hal.* — [5]) καὶ παρομοίως — σπουδάζουσι *Hal.* — [6]) Πολυσκερίαν *Hal.* — [7]) ἀποκληρονόμον *Scrimg.*; ἀπὸ κληρονόμων *Hal.* — [8]) *Cod. Hamb.*; eisdem *edd.* — [9]) aut certas ex his vel unam approbaverint *Cod. Hamb.*; melius esset: aut omnes certas aut unam ex his probaverint. — [10]) *Cod. Hamb., ed. Schoeff.*; haec omnia *edd.* — [11]) et *Bk.* — [12]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *Port., Cont.* — [13]) *Cod. Hamb., Trid.*; et tutorum dationibus *ante* aut quibuslibet *inser. Port., Cont.* — [14]) *Cod Hamb.*; auctores *edd.* — [15]) *Cod. Hamb.*; contenti, hoc casu *edd.* — [16]) Pulcherrimam *Cod. Hamb., Trid., Port.*

χάριτην, ἐπειδήπερ δόλῳ καὶ μηχανῇ συντεθέντα ἔγνωμεν, κατ' οὐδένα τρόπον κρατεῖν συνεχωρησαμεν, τὴν δὲ θυγατέρα κληρονόμον τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς γενέσθαι παρεκελευσάμεθα, καθάπερ καὶ ἡ ἔγγραφος προελθοῦσα περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος ἡμετέρα κρίσις δηλοῖ. §. 1. Μεμνήμεθα πρὸς τούτοις νόμον παρ' ἡμῶν φοιτήσαι, δι' οὗ παρεκελευσάμεθα, μηδενὶ παντελῶς ἐξεῖναι τὰ τῶν τελευτώντων σώματα χρέους ὀνόματι κρατεῖν, ἢ ἐμπόδισμα τῇ τούτων ποιεῖσθαι ταφῇ. Ἀλλ' ἐπὶ τοῦ παρόντος ἔγνωμέν τινας τελευτήσαντός τινος τὸν πατέρα ἐκ τῆς ταφῆς τοῦ οἰκείου παιδὸς ἀναλύοντα ὀνόματι χρέους κρατῆσαι, καὶ διὰ τοῦτο εὐσεβές καὶ φιλάνθρωπον εἶναι συνείδομεν, τὴν τοιαύτην ὠμότητα τῷ παρόντι εὐσεβεστάτῳ νόμῳ κωλῦσαι. Θεσπίζομεν τοίνυν, μηδενὶ παντελῶς ἐξεῖναι τοὺς κληρονόμους τοῦ τελευτῶντος, ἢ τοὺς γονεῖς, ἢ τοὺς υἱέας, ἢ γαμετὴν, ἢ adgnatous, ἢ cognatous [1]), ἢ ἄλλους αὐτοῦ προσγενεῖς, ἢ ἐγγυητὰς πρὸ τῆς τῶν ἐννέα ἡμερῶν προθεσμίας, ἐν αἷς πενθεῖν δοκοῦσιν, αἰτιᾶσθαι, ἢ καθ' οἱονδήποτε τρόπον παρενοχλεῖν, ἢ τινα ὑπόμνησιν αὐτοῖς ἐπιφέρειν, ἢ ἐν δικαστηρίῳ αὐτοὺς καλεῖν εἴτε ὀνόματι χρέους παρὰ τοῦ τελευτήσαντος καταγομένου, εἴτε ἄλλης οἱασοῦν αἰτίας χάριν εἰς τὰ μνημονευθέντα ἰδικῶς ὁρῶσης πρόσωπα. εἰ δὲ ἐντὸς τῶν ἐννέα ἡμερῶν τολμήσοι τίς τινα τῶν εἰρημένων κρατῆσαι προσώπων, ἢ μεθοδεῦσαι, ἢ τινα ὁμολογίαν ἢ ὑπόσχεσιν ἢ ἐγγύην παρ' αὐτοῦ κομίσασθαι, ταῦτα πάντα ἀνίσχυρα εἶναι θεσπίζομεν. μετὰ δὲ τὴν τῶν ἐννέα ἡμερῶν παραδρομὴν εἴ τις κατὰ τῶν τοιούτων προσώπων τινὰς ἔχειν νομίσειεν ἀγωγάς, ταύτας καὶ τοὺς νόμους ἐγγυμναζέτω, μηδενὸς δηλαδὴ τοῖς ἐνάγουσι προκρίματος ἐκ ταύτης τῆς προθεσμίας περὶ χρονίαν παραγραφὴν ἢ ἐν ἄλλῃ οἱαδήποτε νομίμῳ δικαιολογίᾳ παντελῶς γινομένου [a]).

§. 1. *Meminimus insuper, legem a nobis latam esse, qua iussimus, ut nemini plane corpora defunctorum debiti nomine detinere, vel eorum sepulturae impedimentum inferre liceat. In praesentia autem cognovimus, nonnullos defuncti cuiusdam patrem a funere filii sui redeuntem debiti nomine detinuisse. Propterea pium et humanum esse nobis visum est crudelitatem illam piissima hac lege prohibere. Quamobrem sancimus, ut nemini plane liceat vel heredes defuncti, vel parentes, vel liberos, vel uxorem, vel agnatos, vel cognatos, vel alios affines eius, vel fideiussores ante novem dierum spatium, in quibus lugere videntur, convenire, aut quopiam modo illos molestare, aut citationem quandam illis offerre, aut in iudicium eos vocare sive debiti a defuncto contracti nomine, sive alterius cuiuspiam causae gratia, quae ad dictas personas specialiter pertinent. Si quis vero intra novem dies aliquem ex dictis personis detinere vel convenire, aut confessionem aliquam, vel promissionem, vel fideiussionem ab eo nancisci audeat, ut haec omnia irrita sint, sancimus. Elapsis autem novem diebus, si quis contra eiusmodi personas actiones quasdam habere putaverit, eas secundum leges exerceat, nec ullum scilicet praeiudicium actoribus ex termino illo circa temporalem praescriptionem aut aliam quampiam legitimam allegationem fiat.*

Κεφ. ϛ'. [b])

Πρὸς τούτοις καὶ ἄλλο κεφάλαιον πρὸς τὰς ἀντιφωνήσεις ἤγουν ὑποσχέσεις ἀποβλέπον τῷ παρόντι νόμῳ συνείδομεν διατυπῶσαι. Θεσπίζομεν τοίνυν, εἴ ποτέ τις ἢ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἢ ὑπὲρ ἄλλου προσώπου ἀντιφωνήσοι, λέγων τυχὸν τινι· τὸ ἱκανόν σοι ποιῶ, τοῦτον ἐπὶ τῇ ποσότητι, ἣν ἂν εἴποι τρόποις ἅπασιν ὑποκεῖσθαι, καὶ τὴν ἀντιφώνησιν τὴν ἰδίαν κληροῦν, καὶ τὸ χρέος ἀναγκάζεσθαι καταβάλλειν. εἴ τις δὲ εἴποι· τὸ ἱκανόν σοι γενήσεται,

Cap. VI.

Praeterea aliud quoque caput, quod ad constitutam pecuniam seu promissiones spectat, hac lege definire nobis visum est. Sancimus igitur, si quis pro se vel pro alia persona pecuniam constituerit, dicens fortasse alteri: Satis tibi faciam, ut hic in quantitatem, quam dixit, omnibus modis obligetur, et constitutum suum impleat, atque debitum solvere cogatur. Si quis vero dicat: Satis tibi fiet, hic, quum eiusmodi sermo sine mentione personae prolatus sit, tamquam

cultatibus. Et talem quidem scripturam, quia dolo eam et machinatione quorundam compositam fuisse comperimus, nullo modo permisimus obtinere, filiam autem heredem patris ac matris iussimus fieri, sicut et in scriptis prolatum super hac causa nostrum manifestat arbitrium. §. 1. Meminimus insuper legem a nobis fuisse prolatam, per quam iussimus, nulli penitus esse licentiam corpora defunctorum debiti gratia detinere, aut impedimentum eorum facere sepulturae. Sed in praesenti quendam cognovimus cuiusdam mortui genitorem a sepultura sui filii redeuntem nomine debiti tenuisse, ideoque pium et humanum esse perspeximus, talem crudelitatem hac lege piissima coercere. Sancimus itaque, nulli penitus esse licentiam aut heredes, aut parentes, aut liberos, aut coningem, aut agnatos, aut cognatos, aut alios affines eius, aut fideiussores ante novem dierum spatium, in quibus videntur lugere, conveniendi, aut quocunque modo inquietandi, aut aliquam admonitionem eis offerendi, aut in iudicium eos vocandi sive debiti gratia, quod a defuncto descendit, sive alterius cuiuscunque causae nomine ad memoratas personas specialiter pertinentis. Si vero intra novem dierum spatium aliquis ausus fuerit quamlibet de praedictis personis aut convenire, aut aliquam cautionem seu promissionem vel fideiussionem ab ea exigere [2]), haec omnia invalida esse decernimus. Post novem autem dierum excursum, si quis contra tales personas aliquas habere putaverit actiones, eas secundum leges exerceat, nullo videlicet praeiudicio actoribus ex hoc intervallo circa temporalem praescriptionem aut in alia quacunque legitima allegatione penitus generando.

Cap. VI. Ad haec [3]) alind capitulum ad pecuniae constitutionem seu promissionem respiciens hac lege praevidimus definire. Sancimus igitur, si quando aliquis aut pro se, aut pro alia persona pecuniam constituerit vel spoponderit, dicens forte cuicunque: *Satis tibi facio*, eum in quantitatem, quam dixerit [4]), modis omnibus obligari, atque promissionem seu sponsionem suam adimplere, et debitum compelli persolvere. Si

---

[a]) (*Kustath.*) *Δοπ. VII.* 1 — 3. — *Parat.* §. 3. *Athan. tit. V.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 82.) — [b]) *Bas. XXVI.* 2. 3. — *Parat.* §. 8. *Athan. tit. XV.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 157.)

[1]) ἀδγνάτους ἢ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς *Hal.* — *Trid.*; hoc *Port.*, *Const.* — [2]) *Cod. Hamb.*; dixit *edd.* [3]) *Cod. Hamb.*; exigere ab ea *edd.* — [4]) *Cod. Hamb.*

σεται, τοῦτον οἷα τοῦ τοιούτου λόγου ἀπροσώπως εἰρημένου, ὡσανεὶ μηδὲν εἰπόντα, οὕτως ἐκ πάσης εἰσπράξεως ἐλεύθερον φυλάττεσθαι. Εἰ δέ τις εἶποι· γενήσεταί σοι τὸ ἱκανὸν παρ' ἐμοῦ καὶ παρὰ τοῦδε καὶ τοῦδε, ἐκείνοις μέν, οὓς ἂν ὀνομάσειεν, εἰ μὴ συναινέσουσι, μηδὲν ἐκ τῆς τοιαύτης φωνῆς γίνεσθαι πρόκριμα, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὸν τὸν τοῦτο εἰπόντα ὑπὲρ ἐκείνων τῶν προσώπων, ἅπερ ὀνομάσοι, ἀπαιτησίν τινα ὑπομένειν, ὑπὲρ ἑαυτοῦ δὲ ὅπερ ἐκ τοῦ κατὰ τοὺς νόμους ἀποδεικνυμένου χρέους ἐποφείλων φανείη κατὰ τὸ ἐπιβάλλον αὐτῷ μέρος μόνον καταβάλλειν. εἰ δὲ εἶποι· γενήσεταί σοι τὸ ἱκανὸν παρ' ἐμοῦ ἢ παρὰ τοῦδε ἢ τοῦδε, τηνικαῦτα τοῖς μὲν ὀνομασθεῖσι προσώποις κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον μὴ συναινοῦσι μηδὲν γίνεσθαι πρόκριμα, αὐτὸν δὲ τὸν τοῦτο ἀντιφωνήσαντα ἀκέραιον μὲν τὸ χρέος ἀναγκάζεσθαι καταβάλλειν, εἴ τινα δὲ κατὰ τῶν ὀνομασθέντων προσώπων νομίσοι ἑαυτῷ ἁρμόζειν ἀγωγήν, ταύτην κατὰ τοὺς νόμους κατ' αὐτῶν προτιθέναι, καὶ τῆς τῶν νόμων βοηθείας ἀπολαύειν.

quam nihil dixerit, ab omni exactione liber servetur. Sin autem quis dicat: Satisfiet tibi a me, et ab hoc, et ab illo, *illis quidem, quos nominavit, nisi consentiant, nullum ex illo sermone praeiudicium orietur; sed nec is, qui id dixit, pro illis personis, quas nominavit, exactionem aliquam sustineat, pro se vero id, quod ex debito secundum leges probato debere apparuerit, pro rata parte solum solvat. Quodsi dicat:* Satis tibi fiet a me, aut ab hoc, aut ab illo, *tunc personis quidem nominatis simili modo non consentientibus nullum fiat praeiudicium, ille vero, qui hoc constituit, integrum debitum solvere cogatur; si quam autem contra personas nominatas putaverit sibi actionem competere, hanc contra eas secundum leges proponat, et legum auxilio fruatur.*

Ἐπίλογος.

Ἅπαντα δὲ ταῦτα κρατεῖν θεσπίζομεν ἐπὶ ταῖς ὑποθέσεσιν ἁπάσαις, ὅσαι μήπω δικαστικῇ ψήφῳ ἢ φιλικῇ συμβάσει [1]) πέρας ἔλαβον. Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὴν παροῦσαν ἡμῶν γενικὴν νομοθεσίαν προγραμμάτων [2]) μὲν κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα πόλιν κατὰ τὸ σύνηθες προτιθεμένων, προστάξεων δὲ πρὸς τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας στελλομένων εἰς τὴν ἁπάντων γνῶσιν ἐλθεῖν παρασκευασάτω.

Dat. Kal. Febr. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XV., post Basilii V. C. Cons. [542.]

Epilogus.

Haec vero omnia in omnibus casibus obtinere sancimus, qui iudiciali sententia vel amica compositione finem non acceperunt. Excellentia igitur tua efficiat, ut haec generalis nostra lex programmatibus per hanc regiam urbem more solito propositis, et praeceptis ad provinciarum rectores missis, ad omnium notitiam perveniat.

Dat. Kal. Febr. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XV., post Basilii V. C. Cons. [542.]

ΔΙΑ-

No-

Si quis autem dixerit: *Fiet tibi satis, a me, et ab illo et illo*, illis quidem, quos nominaverit, non consentientibus, nullum ex tali voce fieri praeiudicium, sed nec ipsum, qui hoc dixerit, pro illis personis, quas nominaverit [3]), aliquam exactionem sustinere, pro se autem, quod secundum leges debere monstratus fuerit, pro rata tantum portione persolvere. Si autem dixerit: *Fiet tibi satis aut a me, aut ab illo et* [4]) *illo*, tunc nominatis quidem simili modo non consentientibus nullum fieri praeiudicium, ipsum autem, qui hoc promiserit, integrum quidem debitum cogi persolvere. Si quis autem dixerit: *Fiet tibi satis*, eum tali verbo, ut impersonaliter dicto, tanquam si nihil promiserit, ita ab omni exactione liberum servari, si quam autem contra nominatas personas putaverit sibi actionem competere, eam secundum leges adversus eos proponere, et legum [5]) auxilio perpotiri.

Epilogus. Haec autem obtinere sancimus in casis omnibus, quae nondum iudiciali sententia vel amicabili conventione sopitae sunt, parens [6]) carissime atque amantissime. Celsitudo itaque tua praesentem nostri numinis generalem constitutionem edictis quidem in hac regia civitate more solito proponendis, praeceptionibus autem ad provinciarum rectores dirigendis ad omnium notitiam faciat pervenire. Dat. Kal Febr. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XV., post Basilii V. C. Cons. [542.]

Const. CIX.

---

[1]) συμβιβάσει *Hal.* — [2]) γενικὴν διάταξιν ἐδίκτων *Hal.* — [3]) *Cod. Hamb.*; nominavit *edd.* — [4]) aut *Bk.* — [5]) *Cod. Hamb.*; legis *edd.* — [6]) pater *Cod. Hamb., Trid.* — [6]) nominis *Cod. Hamb., Trid.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρις'. [a])

Περὶ στρατιωτῶν.

Προοίμιον.

Μετὰ τὴν τοῦ δεσπότου θεοῦ εὐμένειαν ἀσφάλεια τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἡ τῶν στρατιωτικῶν πραγμάτων ἀρχὴ καὶ κατάστασις. τούτων γὰρ προνοίᾳ θεοῦ συνισταμένων ἡ μὲν τῶν βαρβάρων προπέτεια χαλινοῦται, τὰ δὲ τῆς πολιτείας αὔξει πράγματα. Ἐπεὶ οὖν τινὲς τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας οὐδένα ποιούμενοι λόγον τοὺς στρατιώτας καὶ φοιδεράτους, ὀφείλοντας ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας τῆς πολιτείας καὶ τῶν ἐχθρῶν ἀγωνίζεσθαι, τολμῶσιν ὑποσυρειν καὶ εἰς ἰδιωτικὰς ἀπασχολεῖν χρείας, συνείδομεν διὰ τοῦ παρόντος ἡμῶν νόμου πᾶσι προαγορεῦσαι, ὥςτε τοῦ λοιποῦ μηδένα τολμῆσαι στρατιώτην ἐν οἱῳδήποτε ἀναφερόμενον ἀριθμῷ ἢ φοιδεράτον ὑποσύρειν, ἢ εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἔχειν οἶκον, ἢ εἰς τὰς ἰδίας ἔχειν κτήσεις, περὶ οὓς ἡμεῖς πολλοὺς ὑφισιάμεθα πόνους, γυμνάζοντες καὶ στρατεύοντες, ὥςτε τοῖς κοινοῖς αὐτοὺς χρησιμεύειν πράγμασιν.

Κεφ. α'.

Ἔστωσαν τοίνυν πάντες εἰδότες, ὅσοι στρατιώτας ἢ φοιδεράτους τινὰς ἐν τοῖς ἑαυτῶν ἔχειν ἐσπευσαν [1]) οἴκοις ἢ κτήσεσιν ὁπωσοῦν προεδρεύοντας, καί τινας αὐτοῖς ἰδιωτικὰς πληροῦντας χρείας, ὥςτε εἰ μὴ ἐντὸς triginta dierum προθεσμίας, ἀριθμουμένων ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν τόπον ἐμφανείας τῆς παρούσης ἡμῶν διατυπώσεως, τούτους ἀποδιώξουσιν, αἱ μὲν αὐτῶν τῶν ἐχόντων αὐτοὺς ἢ κρατούντων οὐσίαι δημεύσει ὑποβληθεῖσαι τῷ δημοσίῳ προσχωρωθήσονται, αὐτοὶ δὲ καὶ τῶν ἀξιωμάτων καὶ τῶν στρατειῶν, ὁποίας ἔχουσιν, ἐξωθήσονται, οἱ δὲ στρατιῶται καὶ φοιδεράτοι οἱ τούτοις μετὰ τὴν προθεσμίαν παραμένοντες οὐ μόνον τῆς ζώνης ἀφαιρεθήσονται, ἀλλὰ καὶ τὰς εἰς ἔσχατον ὑπομενοῦσι

Novella CXVI.

DE MILITIBUS.

Praefatio.

Post domini dei benevolentiam subditorum nostrorum securitas est militarium rerum imperium et constitutio. His enim dei providentia constitutis barbarorum petulantia refrenatur reique publicae opes crescunt. Quoniam igitur nonnulli salutis suae nullam rationem habentes milites et foederatos, qui pro libertate reipublicae contra hostes pugnare debent, subducere et in privatis negotiis occupatos detinere audent, hac lege omnibus denunciare nobis visum est, ut nemo in posterum militem in quemcunque numerum relatum sive foederatum subtrahere, vel in domo sua habere, vel in possessionibus suis detinere audeat, quum circa eos multos labores sustinuerimus, exercentes et militantes, ut reipublicae utiles essent.

Cap. I.

Sciant igitur omnes, quicunque operam dederunt, ut milites vel foederatos aliquos in domibus suis vel in possessionibus qualitercunque morantes, et privatis quibusdam negotiis sibi inservientes haberent, nisi intra triginta dierum spatium ab insinuatione huius nostrae constitutionis in illo loco numerandorum eos expulerint, bona eorum, qui illos habent aut detinent, publicationi subiecta fisco addicenda, ipsosque a dignitate et militia, quam habent, eiiciendos esse. Milites autem et foederati, qui post praestitutum diem apud illos manent, non solum cingulo privabuntur, sed etiam extrema supplicia sustinebunt, atque sciant etiam cuiusque provinciae praesides, si qui inventi fuerint, qui in locis, quos regunt, vel in quibusdam locis, vel apud personas, vel

Gl. Const. CIX.

UT NEQUE MILES, NEQUE FOEDERATUS OBSERVET [2]) DOMUI PRIVATAE AUT POSSESSIONI ALICUIUS.

(Coll. VIII. tit. 9.)

Imp. Iustinianus Aug. Theodoto [3]), Orientalium Praetoriorum Praefecto.

Praefatio. Cum domini dei benevolentia ad custodiam nostrorum subiectorum militarium rerum incipit ordinatio. His enim providentia dei dispositis, barbarorum quidem incontinentia refrenatur, reipublicae vero res augentur [4]). Et quoniam aliqui propriae salutis pro nihilo facientes rationem milites et foederatos, qui debent pro libertate reipublicae contra inimicos certare, praesumunt subtrahere et in privatas suas occupare utilitates, praevidimus per praesentem legem nostram omnibus interdicere, ut nullum [5]) de cetero praesumant militem in quocunque relatum numero aut foederatum subtrahere, et in sua domo aut in propriis habere possessionibus [6]). Pro quibus nos multos sustinemus labores; exercentur enim et militant, ut communibus utiles sint rebus.

Cap. I. Sint igitur omnes scientes, qui milites aut foederatos aliquos in suis habent domibus aut possessionibus aut [7]) qualitercunque observantes, et quasdam eius proprias implentes utilitates, quod, nisi intra triginta dierum dilationem, computandorum [8]) ab insinuatione per loca praesentis nostrae dispositionis, eos expulerint, substantiae quidem habentium eos aut retinentium publicationi subiectae, fisco applicabuntur, ipsi vero et dignitatibus et militiis, quas habent, expellentur, milites vero et foederati, qui eis post dilationem obser-

---

[a]) *Hal. et Scrimg. — Athan. XX.* 3. (*Heimb. Anecd. I. p.* 175 *sq.*) — *In Bas. LVII.* 8. *adhuc rubricam solam habemus. — Versio est glossata.*

[1]) ἔχοιεν (*om.* ἔσπευσαν) *Hal., Vulg.* — [2]) *Cod. Hamb.*; observetur *edd.* — [3]) Theodosio *inscripta est Nov. ap. Athan.* — [4]) *Trid., Port.*; augetur *Cod. Hamb., Cont.* — [5]) nulli *Cod. Hamb.* — [6]) in propriis habere possessiones *Cod. Hamb., Trid.* — [7]) aut *om. Bk.* — [8]) computatos *Cod. Hamb.*; computatam *Trid.*

νοῦσι τιμωρίας, εἰδότων καὶ τῶν ἑκάστης ἐπαρχίας ἀρχόντων, ὡς εἴ τινες εὑρεθεῖεν ἐν τοῖς τόποις τοῖς παρ' αὐτῶν ἐθυνομένοις ἢ ἐπὶ τόποις[1]) τισίν, ἢ προσώποις, ἢ οἴκοις, ἢ δεσπόταις, ἢ κτήσεσιν, ἢ ταῖς οἱαισοῦν ἰδιωτικαῖς χρείαις προεδρεύοντες, καὶ μὴ σπουδαίως τούτους συσχῶσί τε καὶ τιμωρίαις ὑποβάλωσι, καὶ τοὺς μὲν στρατιώτας εἰς τοὺς ἀριθμοὺς ἐκπέμψωσιν, ἐν οἷς στρατεύονται, τοὺς δὲ φοιδεράτους πρὸς τοὺς ἰδίους ὁπίλονας, καὶ αὐτοὶ ἀνὰ decem librarum auri ποινὴν εἰσπραχθήσονται, καὶ πρὸς τούτοις ἐξορίᾳ παραδοθήσονται, ὡς τῶν ἡμετέρων κελεύσεων τολμήσαντες ἀμελῆσαι. Μηδεὶς τοίνυν μηδὲ θεῖφ τινὶ τύπῳ περὶ τούτου ὡς εἰκὸς γενομένῳ, μηδὲ προστάξεσιν ἀρχόντων χρῆται, μηδὲ τοιούτους τινὰς τύπους ἢ προσταξεις ἀρχικὰς προσδέξηται, ἀλλὰ μετὰ πάσης ταχυτήτος οἱ μὲν στρατιῶται εἰς τοὺς ἰδίους ἀριθμούς, οἱ δὲ φοιδεράτοι πρὸς τοὺς ἑαυτῶν ὁπίλονας ἐπανέλθωσι, καὶ ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἀγωνίσωνται πραγμάτων. κατ' οὐδένα γὰρ τρόπον τοῦ λοιποῦ συγχωροῦμεν τοὺς ἡμετέρους στρατιώτας ἢ φοιδεράτους ἐν τισι παντελῶς ἰδιωτικαῖς ἀπασχολεῖσθαι χρείαις.

vel in domibus, vel apud dominos, vel in possessionibus, vel in quibuscunque privatis negotiis morentur, nec diligenter eos deprehendant atque supplicis subiiciant, et milites ad numeros, in quibus militant, foederatos vero ad optiones suos mittant, ab ipsis quoque decem librarum auri poenam exigendam, ipsos insuper exsilio afficiendos esse, utpote qui iussiones nostras negligere ausi sint. Nemo igitur neque sacra quadam sanctione de hoc fortasse lata, neque praeceptis magistratuum utatur, neque tales sanctiones vel praecepta magistratuum suscipiat, sed cum omni celeritate milites ad numeros suos, foederati ad optiones suos revertantur et pro republica pugnent. Nullo enim modo in posterum permittimus, ut milites nostri aut foederati in privatis aliquibus negotiis occupentur.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασταέντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦ παρόντος δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ γινώσκουσα κατὰ μὲν τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν ἐδίκτων κατὰ τὸ σύνηθες προτιθεμένων, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις προστάξεων στελλομένων πᾶσι δῆλα κατασήσαι σπευσάτω. Dat. Id. Apr. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XVI., post Basilii V. C. Cons. [542.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et hac lege declarata sunt excellentia tua cognoscens, in hac quidem regia urbe edictis more consueto propositis, in provinciis vero missis mandatis omnibus manifesta facere studeat.

ΔΙΑ-

No-

observaverint, non solum militia spoliabuntur, sed etiam ultima sustinebunt supplicia. Scientibus etiam uniuscuiusque provinciae iudicibus, quia, si aliqui inveniantur in locis, quae sub his sunt exactoribus aut convictoribus aut personis aliquibus[2]) aut dominiis, aut possessionibus, aut quibuslibet propriis utilitatibus permanentes, et non celeriter istos[3]) comprehenderint et suppliciis subdiderint, et milites quidem ad numeros suos transmittant, in quibus militant, foederatos vero ad proprias optiones, ipsi decem librarum auri poenam exigentur, et insuper exsilio tradentur, utpote nostras iussiones praesumentes negligere. Nemo igitur neque divino quodam typo de hoc forsan facto, neque praeceptis iudicum utatur, neque aliquis nostrorum iudicum huiusmodi aliquos typos aut praeceptiones iudicum suscipiat, sed cum omni celeritate militantes quidem ad proprios numeros, foederati vero ad suas optiones revertantur, et pro communibus certent rebus; nullo enim modo de cetero concedimus nostros milites aut foederatos in quibusdam omnino privatis utilitatibus occupari.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per praesentem manifestata sunt legem tua eminentia praecognoscens, in hac quidem felicissima civitate edictis secundum morem propositis, in provinciis vero praeceptionibus destinatis omnibus manifesta constituere festinet. Dat. Id. Apr. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XVI., Basilio V. C. Cons. [542.]

Const. CXIII.

[1]) ἢ ἐπιτρόποις *Hal.* — [2]) quae ab his exactionibus aut convictionibus aut personis aliquibus *Cod. Hamb.*, quae ab his exactoribus aut coniunctibus aut personis aliquibus *Trid.* — [3]) ipsos *Cod. Hag.*, *Trid.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ (ρζ'.[a])

Περὶ διαφόρων κεφαλαίων καὶ λύσεως γάμου[1]).

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Θεοδότῳ, ὑπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων[2]).

Προοίμιον.

Διαφόρων κεφαλαίων εἰς ἡμᾶς ἐνεχθέντων, ἀναγκαῖον εἶναι συνείδομεν γενικῷ ταῦτα διατυπῶσαι νόμῳ.

Κεφ. α'.[b])

Θεσπίζομεν τοίνυν, ἄδειαν εἶναι καὶ μητρὶ καὶ μάμμῃ καὶ τοῖς ἄλλοις γονεῦσι μετὰ τὸ καταλιπεῖν τοῖς παισὶ τὸ ἐκ τῶν νόμων ὀφειλόμενον μέρος τὸ ὑπόλοιπον τῆς αὐτῶν περιουσίας, εἴτε εἰς ὁλόκληρον βουληθεῖεν, εἴτε ἐκ μέρους, τῷ υἱῷ, ἢ θυγατρί, ἢ ἐγγόνῳ, ἢ ἐγγόνῃ, ἢ τοῖς ἐφεξῆς κατιοῦσι δωρεῖσθαι, ἢ καὶ διὰ τελευταίας βουλήσεως καταλιμπάνειν, ἐπὶ τοιούτῳ ὅρῳ τε καὶ αἱρέσει, εἴ γε βουληθεῖεν, ὥστε τὸν πατέρα ἢ τὸν ὅλως ἔχοντα τούτους ὑπεξουσίους ἐν τούτοις τοῖς πράγμασι μηδὲ usumfructum, μηδὲ τὴν οἱανοῦν παντελῶς μετουσίαν ἔχειν. ταῦτα γὰρ δὴ καὶ ἐξωτικοῖς ἠδύναντο καταλιμπάνειν, ὅθεν οὐδεμία τοῖς γονεῦσιν ὠφέλεια προσεγίνετο. Τοῦτο δὲ οὐ μόνον τοῖς γονεῦσιν, ἀλλὰ παντὶ προσώπῳ ἐξεῖναι παρακελευόμεθα. §. 1. *Τὰ δὲ πράγματα τὰ οὕτω καταλιμπανόμενα ἢ δωρούμενα τοῖς ὑπεξουσίοις προσώποις, εἰ μὲν τελείας εἰσὶν ἡλικίας, κἂν ὑπεξούσιοι ὦσιν, ἄδειαν ἐχέτωσαν καθ' ὃν βούλονται τρόπον διοικεῖν, εἰ δὲ τὴν ἡλικίαν ὦσιν ἀτελεῖς· δι' οὗπερ ἂν συνίδοι ὁ testator ἢ ὁ δωρούμενος αὐτὰ διοικεῖσθαι, μέχρις ὅταν*[3]) *ἐκεῖνοι, οἷς ἐδωρήθη ἢ κατελείφθη, εἰς τελείαν ἔλθωσιν ἡλικίαν*[c]). *ἄδειαν ἔχοντος τοῦ διατιθεμένου ἢ δωρουμένου, καὶ τῇ μητρὶ καὶ τῇ μάμμῃ τούτων, οἷς τὰ πράγματα παρεσχέθη, τὴν τῶν αὐτῶν πραγμάτων, εἰ βούλοιτο, διοίκησιν καταπιστεῦσαι, κἂν συνοικῶσιν ἀνδράσιν αἱ εἰρημέναι γυναῖκες, οὕτω μέντοι, εἴπερ καὶ αὐταὶ τὴν τοιαύτην διοίκησιν καταδέχεσθαι βουληθῶσιν. Εἰ δέ, ὡς εἰκός, ὁ καταλιμπάνων ἢ δωρούμενος μηδένα τούτοις διοικητὴν ὁρίσοι, ἢ ὁ παρ' αὐτοῦ δεδο-*

Novella CXVII.

DE DIVERSIS CAPITIBUS, ET SOLUTIONE MATRIMONII.

Praefatio.

Diversis capitibus ad nos delatis, generali lege de iis disponere necessarium nobis visum est.

Cap. I.

Sancimus igitur, ut matri et aviae reliquisque parentibus, ubi liberis portionem legibus debitam reliquerunt, reliquam ipsorum substantiam, sive in solidum, sive ex parte voluerint, filio, vel filiae, vel nepoti, vel nepti, vel deinceps descendentibus donare vel etiam ultima voluntate relinquere liceat, hac lege et conditione, ut si velint, pater, vel quicunque eos in potestate habet, in his rebus neque usumfructum, nec ullam omnino partem habeat; haec enim extraneis etiam relinquere poterant, unde nulla inde ad parentes utilitas pervenisset. Iubemus autem, ut hoc non solum parentibus, sed omni personae liceat.

§. 1. *Eas vero res, quae personis sub potestate constitutis ita relictae vel donatae sunt, si quidem perfectae aetatis sint, licet sub potestate constituti, quo velint modo administrandi facultatem habeant. Si vero imperfectae aetatis sint, ab eo administrentur, qui testatori vel donatori placuerit, donec illi, quibus donatum vel relictum est, ad perfectam aetatem veniant; licentiam habente testatore vel donatore earum administrationem matri et aviae eorum, in quos res collatae sunt, si velint, credere, quamvis dictae mulieres maritos habeant, ita tamen, si illae administrationem suscipere velint. Quodsi is, qui relinquit vel donat, nullum forte administratorem iis constituerit, vel qui ab eo datus est administrationem hanc suscipere aut noluerit, aut non potuerit, vel ante, quam illi perfectae aetatis fiant, moriatur, tum iubemus, ut compe-*

Gl. Const. CXIII.

UT LICEAT MATRI, ET AVIAE, ET ALIIS PARENTIBUS POST LEGITIMAM PARTEM LIBERIS DERELICTAM QUO MODO VOLUERINT RESIDUAM FACULTATEM[4]) SUAM DISPONERE, ET ALIA CAPITULA PLURA.

(Coll. VIII. tit. 13.)

Imp. Iustinianus Aug. Theodoto, Orientalium Praetoriorum Praefecto.

Praefatio. Diversis capitulis ad nos relatis, necessarium esse perspeximus generali haec[5] lege disponere.

Cap. I. Sancimus igitur, licentiam esse et matri, et aviae, aliisque parentibus, postquam reliquerint filiis partem, quae lege debetur, quod reliquum est suae substantiae, sive in solidum voluerint, sive in partem, filio vel filiae, nepoti vel nepti, vel[6]) deinceps descendentibus donare aut etiam per ultimam relinquere voluntatem, sub hac definitione atque conditione, si voluerint, ut pater, aut qui omnino eos habent in potestate, in his rebus neque usumfructum, neque quodlibet penitus habeant participium. Haec enim et extraneis relinquere poterant, unde nulla parentibus utilitas nasceretur. Hoc itaque non solum parentibus, sed etiam omni personae licere praecipimus. §. 1. Res autem ita relictas sive donatas positis sub potestate personis, si quidem perfectae sint aetatis, licet sub potestate sint, licentiam habeant quo volunt modo disponere. Si vero aetate minores sint, per quem perspexerit testator aut donator haec gubernentur, donec illi, quibus donata sunt aut relicta, ad perfectam aetatem veniant; licentiam habente testatore vel donatore et matri et aviae

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Athan. X.* 9. (*Heimb. Anecd. I. p.* 126 — 130.) — *Novellae plurimae partes per Bas. dispersae sunt.* — *Iulian. Const.* 108. — *Versio est glossata.* — [b]) *Bas. XLI.* 5. 3. *Schol. c.* — *Parat.* §. 15. *Athan. tit. IX.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 111.) — *Lib. περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 16. (*ibid. I p.* 196.) — [c]) *Parat.* §. 12. *Athan. tit. XIII.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 148.)

[1]) *γάμων Hal.* — [2]) *Hal.*; *Θεοδότῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων Athan.*; *inscriptionem om. Scrimg.* — [3]) *ὅτου Bas.* — [4]) quantitatem *Cod. Hamb.* — [5]) *Port.*; haec *om. Cod. Hamb.*; hac *Trid.*, *Cont.* — [6]) *Cod. Hamb.*; et *edd.*

δεδομένος τὴν τοιαύτην διοίκησιν ὑπελθεῖν ἢ μὴ βουληθείη ἢ μὴ δυνηθείη, ἢ τελευτήσῃ, πρὶν ἐκείνους τελείας ἡλικίας γενέσθαι, τηνικαῦτα κελεύομεν, τὸν ἁρμόδιον ἄρχοντα κουράτωρα ἀξιόπιστον μετὰ νομίμου ἐγγύης τοῖς τοιούτοις πράγμασι προβάλλεσθαι, ὀφείλοντα τὴν καταλειφθεῖσαν τοῖς τοιούτοις προσώποις περιουσίαν διοικῆσαί τε καὶ φυλάξαι, μέχρις ὅταν [1]) ἐκεῖνοι, ὡς εἴρηται, εἰς τελείαν ἡλικίαν ἔλθωσιν. ἐν ἐκείνοις γὰρ τοῖς θέμασι τὸν νόμον τὸν τὴν χρῆσιν τοῖς γονεῦσι παρέχοντα βουλόμεθα παραφυλάττεσθαι, οἷς οὐκ ἔγκειται ἰδικῶς τοιαύτη αἵρεσις.

competens iudex curatorem fide dignum cum legitima fideiussione illis rebus constituat, qui substantiam illis personis relictam administret et custodiat, donec illi, ut dictum est, ad perfectam aetatem venerint. In illis enim casibus legem, quae usumfructum parentibus praebet, observari volumus, quibus specialiter haec conditio adiecta non est.

Κεφ. β'. [a])

Πρὸς τούτοις δὲ κἀκεῖνο νομοθετῆσαι συνείδομεν, ὥστε εἴ τις υἱὸν ἢ θυγατέρα ἔχων ἐξ ἐλευθέρας γυναικός, μεθ' ἧς γάμος συνίστασθαι δύναται, εἴποι ἐν συμβολαίῳ εἴτε ἀγοραίῳ, εἴτε ἰδίᾳ χειρὶ συγγεγραμμένῳ, καὶ ἔχοντι ὑπογραφὰς τριῶν μαρτύρων ἀξιοπίστων, εἴτε ἐν διαθήκῃ, εἴτε ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων, τοῦτον ἢ ταύτην υἱὸν αὐτοῦ εἶναι ἢ θυγατέρα, καὶ μὴ προσθῇ καὶ φυσικὸν ἢ φυσικήν, τοὺς τοιούτους παῖδας γνησίους εἶναι, καὶ μηδεμίαν ἑτέραν ἀπόδειξιν παρ' αὐτῶν ζητεῖσθαι, ἀλλὰ πάντων ἀπολαύειν αὐτοὺς τῶν δικαίων, ὅσα τοῖς γνησίοις παισὶν οἱ ἡμέτεροι παρέχουσι νόμοι, οἷα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὡς εἴρηται, παῖδας ἰδίους αὐτοὺς ἀποκαλέσαντος. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ μετὰ τῆς αὐτῶν μητρὸς δείκνυται νόμιμον ἐσχηκέναι γάμον, ὥστε μηδὲ παρ' αὐτῆς [2]) πρὸς τὴν τοῦ γάμου πίστιν ἑτέραν ἀπόδειξιν ἐπιζητεῖσθαι. Εἰ δὲ ὁ πατὴρ ἐκ τῆς αὐτῆς γυναικὸς πολλοὺς παῖδας ἔχων ἑνὶ ἐξ αὐτῶν μαρτυρίαν καθ' ὁτονδήποτε τῶν εἰρημένων παράσχοι τρόπων, ἀρκεῖν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐκ τῆς αὐτῆς γυναικὸς τεχθεῖσι πρὸς τὰ τῶν νομίμων δίκαια τὴν τῷ ἑνὶ δεδομένην τοῦ πατρὸς μαρτυρίαν.

Cap. II.

Praeterea etiam illud sancire nobis visum est, si quis filium vel filiam ex libera uxore, cum qua matrimonium consistere potest, suscepit, et in instrumento sive forensi, sive sua ipsius manu conscripto et subscriptionem trium testium fide dignorum habente, vel in testamento, vel ad acta illum vel illam filium suum vel filiam esse dicat, nec addat naturalem, ut liberi illi legitimi sint, neque ab ipsis ulla alia probatio exigatur, sed omnibus iuribus fruantur, quae legitimis liberis leges nostrae praebent, quippe quum illorum pater eos, ut dictum est, liberos suos vocaverit. Exinde enim eum etiam cum matre eorum legitimum habuisse matrimonium probatur, ut neque ab illa ad matrimonii fidem alia probatio requiratur. Si vero pater, qui multos habet ex eadem muliere liberos, uni ex illis quocunque ex praedictis modis testimonium praebuerit, reliquis etiam ex eadem muliere natis ad iura legitimorum uni a patre datum testimonium sufficiat.

Κεφ. γ'. [b])

Καὶ τοῦτο δὲ τῇ παρούσῃ διατάξει συνείδομεν προσθεῖναι, ὥστε εἴ τις ἀγράφως κατὰ διάθεσιν γαμικὴν γυναῖκα λάβοι, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς ποιήσοιτο, λυθέντος δὲ τοῦ πρὸς αὐτὴν γάμου συμβῇ αὐτὸν καὶ ἑτέραν ἀγαγέσθαι γυναῖκα μετὰ προικῴων συμβολαίων, καὶ ἐξ αὐτῆς ὁμοίως ποιήσασθαι παῖδας, μηδὲν περὶ τὴν πατρῴαν κληρονομίαν τοῖς ἐκ τῆς ἀπροίκου γαμετῆς τεχθεῖσι παισὶ πρόκριμα γίνεσθαι,

Cap. III.

Hoc quoque praesenti constitutioni addere placuit, ut, si quis sine scriptis maritali affectione uxorem ducat, ex eaque liberos suscipiat, soluto vero cum ea matrimonio aliam uxorem instrumentis dotalibus intervenientibus ducat, atque ex ea similiter liberos suscipiat, nullum praeiudicium ad paternam hereditatem liberis ex indotata uxore natis oriatur, sed et illi cum aliis liberis, qui ex secunda uxore cum dotalibus instru-

aviae horum, quibus res collatae sunt, ipsarum rerum si voluerit [3]) gubernationem committere, licet maritis iunctae sint memoratae mulieres, ita tamen, si et ipsae huiusmodi gubernationem suscipere voluerint. Si vero forsan is, qui relinquit aut donat, nullum his dispensatorem ordinaverit, aut ab eo datus huiusmodi gubernationem subire nolnerit [4]), aut moriatur ante, quam illi perfectae fiant aetatis, inbemus [5]), indicem competentem curatorem fide dignum cum legitima fideinssione rebus talibus ordinare, qui debeat relictam talibus personis substantiam gubernare atque custodire, donec illi ad perfectam, sicut dictum est, aetatem perveniant. In illis enim casibus legem, quae usum parentibus praebet, volumus custodiri, quibus non inest specialiter huiusmodi conditio.

Cap. II. Ad hoc autem et illud sancire perspeximus, ut, si quis filium aut filiam habens de libera muliere, cum qua nuptiae consistere possunt, dicat in instrumento sive publica [6]) sive propria manu conscripto, et habente subscriptionem trium testium fide dignorum, sive in testamento, sive in gestis monumentorum, hunc aut hanc filium suum esse aut filiam, et non adiecerit naturalem, huiusmodi filios esse legitimos, et nullam aliam probationem ab iis quaeri, sed omni frui eos iure, quod legitimis filiis nostrae confernnt leges, utpote ipso patre, sicut dictum est, filios proprios eos vocante. Ex hoc enim et cum eorum matre monstratur legitimum habuisse matrimonium, ut neque ab ea pro nuptiarum fide alia probatio requiratur. Si autem pater ex ipsa muliere multos filios habens uni ex eis testimoninm quolibet ex praedictis praebuerit modis, sufficere ex eadem [7]) muliere natis ad legitimorum iura patris testimonium uni datum.

Cap. III. Hoc quoque praesenti constitutioni perspeximus adiiciendum, ut, si quis ex non scripto per affectum nuptialem uxorem acceperit, et ex ea filios procreaverit, soluto autem matrimonio contingat eum etiam aliam ducere coniugem cum dotalibus instrumentis, et ex ea similiter filios procreare, nullum circa paternam hereditatem aliis filiis ex indotata coniuge natis praeindicium fieri, sed cum aliis filiis ex secunda natis

---

[a]) *Bas.* XXVIII. 4. 49. *Schol. u.* — *Parat.* §. 2. *Athan. tit.* XI. (*Heimb. Anecd. I. p.* 142.) — [b]) *Bas.* XLV. 6. 3. *Schol. b.* (*Theodori cf. Heimb. Anecd. I. p.* 251.)

[1]) ὅτου *Bas.* — [2]) *Hal., Bas., Vulg.*; παρ' αὐτοῖς *Scrimg.* — [3]) *Cod. Hamb.*: voluerint *edd.* — [4]) aut non potuerit *add. Sp.* — [5]) tunc iubemus *Sp.* — [6]) publice *Cod. Hamb.* — [7]) suff. et aliis ex eadem *Bk.*

σθαι, ἀλλὰ μετὰ τῶν ἄλλων παίδων τῶν ἐκ τῆς δευτέρας γαμετῆς τεχθέντων τῆς μετὰ προικῴων συμβολαίων συνοικησάσης εἰς τὸν τοῦ πατρὸς κλῆρον κεκλῆσθαι, οἷα καὶ ἐκ μόνης διαθέσεως δυναμένου τοῦ γάμου συνίστασθαι. Ὅπερ ὁμοίως κρατεῖν βουλόμεθα, εἰ καὶ πρῶτον μὲν μετὰ προικῴων συμβολαίων συναφθείη τις γαμετῇ, μετ' ἐκείνην δὲ ἑτέραν ἀγάγηται μόνῃ γαμικῇ διαθέσει.

Instrumentis aucta nati sunt, ad patris hereditatem vocentur, quum sola etiam affectione nuptiae consistere possint. Quod similiter valere volumus, si quis primum uxore confectis instrumentis dotalibus ducta, post illam sola marituli affectione aliam duxerit.

Κεφ. δ'.[a])

Ἐπειδὴ δὲ νόμον πρώην ἐξεφωνήσαμεν, κελεύοντα ἢ προικῷα γίνεσθαι συμβόλαια, ἢ ἄλλας συστάσεις προϊέναι γιγομένας παρὰ τοῖς ἐκκλησίας ἐκδίκοις, δι' ὧν τοὺς γάμους προσήκει βεβαιοῦσθαι ἤγουν ὅρκους παρέχεσθαι, ἐπὶ τοῦ παρόντος συνείδομεν κάλλιον διατυπῶσαι τὰ περὶ τούτων πρώην νομοθετηθέντα. Καὶ διὰ τοῦτο κελεύομεν, τοὺς μεγάλοις ἀξιώμασι κεκοσμημένους, μέχρις ἰλλουστρίων, μὴ ἄλλως γάμοις προσομιλεῖν, εἰ μὴ προικῷα συγγράψοιεν συμβόλαια[b]), πλὴν εἰ μή τις πρὸ τοῦ τυχεῖν τῶν τοιούτων ἀξιωμάτων ἐκ μόνης διαθέσεως ἠγάγετο γαμετήν. τοὺς γὰρ τοιούτους γάμους πρὸ τῆς ἀξίας γενομένους καὶ μετὰ τὴν ἀξίαν νομίμους μένειν κελεύομεν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν τεχθέντας νομίμους εἶναι παῖδας. μετὰ μέντοι τὸ τιμηθῆναί τινας τοιαύταις ἀξίαις μὴ ἄλλως ἄγεσθαι γαμετάς, πλὴν εἰ μὴ μετὰ προικῴων συμβολαίων. Ταύτην δὲ τὴν τοῦ νόμου ἀκρίβειαν συγχωροῦμεν τοῖς ὑποτεταγμένοις τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ βαρβάροις, κἂν ἀξιώμασι τοιούτοις ὑπάρχοιεν κεκοσμημένοι, ὥστε καὶ διαθέσει ψιλῇ δύνασθαι αὐτοὺς βουλομένους συναλλάσσειν γάμους. τοὺς δὲ λοιποὺς ἅπανας, παρὰ τοὺς ταῖς μεγάλαις, ὡς εἴρηται, ἀξίαις κεκοσμημένους, οἱασδηποτοῦν εἶεν ἀξίας, ἢ στρατείας, ἢ ἐπιτηδεύσεως. εἰ μὲν [1]) βουληθεῖεν ἢ δυνηθεῖεν, οὐ κωλύομεν μετὰ προικῴων συμβολαίων ἄγεσθαι γαμετάς. εἰ δὲ καὶ τοῦτο μὴ παραφυλάξουσι, καὶ τοὺς ἐκ μόνης διαθέσεως ἀποδεικνυμένους γάμους βεβαίους εἶναι θεσπίζομεν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν τικτομένους νομίμους εἶναι παῖδας κελεύομεν.

Cap. IV.

Quia vero legem nuper promulgavimus, quae vel dotalia instrumenta confici, vel alias probationes apud defensores ecclesiae fieri iubet, per quas nuptias confirmari seu iuramenta praestari conveniat, melius ea, quae antea sancita fuerunt, disponere in praesentia nobis placuit. Iubemus igitur, ut magnis dignitatibus ornati, usque ad illustres, non aliter, nisi confectis dotalibus instrumentis nuptias celebrent, nisi quis sola affectione uxorem duxerit, antequam tales dignitates fuerit consecutus. Eiusmodi enim nuptias ante dignitatem factas etiam post dignitatem legitimas manere, et liberos ex illis natos legitimos liberos esse iubemus. Verum postquam talibus dignitatibus quidam honorati sunt, non aliter uxores ducant, nisi confectis instrumentis dotalibus. Hanc autem legis subtilitatem remittimus barbaris reipublicae nostrae subiectis, licet eiusmodi dignitatibus ornati sint, ut, si velint, etiam nuda affectione nuptias contrahere possint. Reliquos vero omnes, praeter eos, qui magnis, ut dictum est, dignitatibus ornati sunt, cuiuscunque sint dignitatis, aut militiae, aut studii, si quidem velint vel possint, non prohibemus cum dotalibus instrumentis uxores ducere. Quodsi id non observaverint, sancimus, ut nuptiae etiam ex sola affectione probatae firmae sint, et qui ex illis nati sunt legitimos liberos esse iubemus.

Κεφ. ε'.[c])

Ἐπειδὴ δὲ νόμον ἤδη τεθείκαμεν, προστάττοντα ὥστε, εἴ ποτέ τις γυναῖκα δίχα προικῴων λάβοι μετὰ διαθέσεως γαμικῆς, καὶ ταύτην χωρὶς αἰτίας γνωρι-

Cap. V.

Quia vero legem iam tulimus, quae iubet, ut, si quis absque dotalibus instrumentis coniugali affectione uxorem ducat, eamque sine causa legibus cognita eiiciat,

natis uxore, quae cum dotalibus instrumentis copulata est, ad patris etiam illos hereditatem vocari, quum etiam ex solo affectu possit consistere matrimonium. Quod similiter valere volumus, etiam si prius quidem cum dotalibus instrumentis iungatur aliquis uxori, post illam vero alteram ducat solo nuptiali affectu.

Cap. IV. Quia vero legem dudum protulimus, iubentem aut dotalia fieri documenta, aut alias probationes procedere factas apud ecclesiae defensores, per quas nuptias competat confirmari, aut certe sacramenta praeberi, in praesenti perspeximus melius disponere ea, quae de his pridem sancita sunt. Et propterea iubemus, eos, qui maximis dignitatibus decorati sunt, usque ad illustres, non aliter nuptias celebrare, nisi dotalia scribantur instrumenta, nisi tamen aliquis ante, quam mereretur huiusmodi dignitates, ex affectu solo duxit uxorem. Tales enim nuptias ante dignitates factas et post dignitates legitimas manere praecipimus, et ex his natos legitimos esse filios; postquam vero honorati fuerint aliqui huiusmodi dignitatibus, non aliter ducere uxores, nisi cum dotalibus instrumentis. Hanc autem legis subtilitatem concedimus subiectis nostrae reipublicae barbaris, licet dignitatibus huiusmodi decorati sint, ut etiam sub [2]) affectu possint ipsi volentes contrahere nuptias. Reliquos autem omnes, praeter eos, qui maximis, sicut dictum est, dignitatibus decorati sunt, cuiuslibet sint dignitatis, aut militiae, aut studii, si quidem voluerint aut potuerint, non prohibemus [3]) cum dotalibus instrumentis ducere uxores. Si autem etiam hoc non custodierint, et ex solo affectu celebratas nuptias firmas esse sancimus, et ex eis natos legitimos esse filios iubemus.

Cap. V. Quia vero legem dudum posuimus praecipientem, ut, si quis uxorem aliquando sine dotalibus acceperit, cum affectu [4]) nuptiali et hanc sine causa legibus agnita proiecerit [5]), accipere eam quartam partem

---

[a]) *Bas. XXVIII. 4. 47. Schol. r.* — [b]) *Parat. §. 7. Athan. tit. XXII.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 184.) — [c]) *Pars media capitis est in Bas. XXVIII. 12. 1.*; *ibi autem cum haec arcte coniungantur cum Nov. 53. c. 6., factum est, ut apud Hal. depravatum sit hoc nostrum caput, initium enim eius et finem non habet, sed nonnulla ex Nov. 53. c. 6. interponit. Supplementa ed. Hervag. hoc vitium correxerunt, non tamen sublatum est in ed. Par.*

[1]) *Hal., Bas., Fulg.*; εἰ μὴ *Scrimg.* — [2]) sub *om. Cod. Hamb. Fort. scrib.* ut etiam solo affectu. — [3]) *Cod. Hamb.*; eos *add. edd.* — [4]) *Cod. Hamb.*; lum *add. edd.* — [5]) eiecerit *Bk.*

γνωριζομένης τοῖς νόμοις ἐκβάλῃ, λαμβάνειν αὐτὴν τὸ τέταρτον μέρος τῆς αὐτοῦ περιουσίας, καὶ ἕτερον μετὰ ταῦτα πεποιήκαμεν νόμον, τὸν διορίζοντα, εἴ τις ἄπορον γυναῖκα [1]) καὶ διάθεσιν μόνον λάβοι, καὶ μέχρι τελευτῆς σὺν αὐτῇ ζήσας προτελευτήσῃ, λαμβάνειν ὁμοίως καὶ αὐτὴν τὸ τέταρτον μέρος τῆς ἐκείνου περιουσίας (οὕτω μέντοι γε, ὥστε μὴ ὑπερβαίνειν αὐτο τὴν τῶν ἑκατὸν τοῦ χρυσοῦ λιτρῶν ποσότητα), ἐν ᾧ παρόντι κάλλιον ἐκάτερον νόμον διατιθοῦντες διαπέμπομεν ἑφ' ἑκατέρου θέματος, τοὺς ἐκ τῶν τοιούτων συνοικεσίων τεχθέντας παῖδας νομίσαντες εἶναι καὶ εἰς τὴν πατρῴαν καλεῖσθαι κληρονομίαν, τὴν δὲ γυναῖκα ἑφ' ἑκατέρου τούτων τῶν θεμάτων, εἰ μὲν ἄχοι τριῶν ἔχοι παίδων ὁ αὐτῆς ἀνὴρ εἴτε ἐξ αὐτῆς, εἴτε καὶ ἐξ ἑτέρου συνοικεσίου, τὸ τέταρτον μέρος τῆς οὐσίας τοῦ ἀνδρὸς λαμβάνειν. Εἰ δὲ πλείονες εἶησαν οἱ παῖδες, τοσοῦτον ἑφ' ἑκατέρου ὁμοίως θέματος [2]) λαμβάνειν κελεύομεν τὴν γυναῖκα, ὅσον ἑνὶ τῶν παίδων ἁρμόζει. οὕτω δηλαδή, ὥστε χρῆσιν μόνην ἐπὶ τοῖς τοιούτοις πράγμασι τὴν γυναῖκα ἔχειν, τὴν δεσποτείαν δὲ ἐκείνοις τοῖς παισὶ φυλάττεσθαι, οὓς ἐξ αὐτοῦ τοῦ γάμου ἔσχεν. Εἰ δὲ ἡ τοιαύτη γυνὴ παῖδας ἐξ αὐτοῦ μὴ ἔχοι, κελεύομεν καὶ δεσποτείας δίκαιῳ ἔχειν αὐτὴν τὰ πράγματα, ἅπερ ἐκ τῆς τοῦ ἀνδρὸς οὐσίας εἰς αὐτὴν ἐλθεῖν διὰ τοῦ παρόντος ἐκελεύσαμεν νόμου [a]). τὴν μέντοι ἀλόγως ἐκβληθεῖσαν ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς ἐκβολῆς τὸ μέρος κελεύομεν λαβεῖν τὸ περιεχόμενον τῷδε τῷ νόμῳ. τὸν ἄνδρα γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων θεμάτων τὸ τέταρτον μέρος κατὰ τὸν πρότερον ἡμῶν νόμον ἐκ τῆς οὐσίας λαμβάνειν τῆς γυναικὸς πᾶσι τρόποις κωλύομεν.

Κεφ. ϛ'. [b])

Ἐκείνου ἀναμφιβόλως παραφυλαττομένου, ὥστε τὴν Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης διάταξιν ἐπὶ πάντων τῶν ἄλλων θεμάτων τῶν μὴ περιεχομένων τῷ παρόντι νόμῳ τὴν ἰδίαν ἔχειν ἰσχύν. Τὸν δὲ Κωνσταντίνου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως νόμον τὸν πρὸς Γρηγόριον γεγραμμένον, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ γενομένην ἑρμηνείαν ὑπὸ Μαρκιανοῦ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, δι' ὧν αἱ τῶν γυναικῶν συζυγίαι, ἃς ὁ Κωνσταντίνου νόμος εὐτελεῖς ἐκάλεσεν, πρός τινας ἀξιώμασι κεκοσμημένους κωλύονται, οὐδενὶ παντελῶς τρόπῳ κρατεῖν συγχωροῦμεν, ἀλλ' ἄδειαν τοῖς βουλομένοις παρέχομεν, εἰ καὶ οἱοισδήποτε μεγάλοις ἀξιώμασι κοσμοῖντο, τὰς τοιαύτας γυναῖκας μετὰ προικῴων συμβολαίων ἑαυτοῖς συνάπτειν. Οἱ δὲ λοιποὶ παρὰ τοὺς τοῖς μεγάλοις ἀξιώμασι κεκοσμημένους

cilicet, ea quartam partem substantiae eius accipiat, atque aliam postea legem fecimus, quae definit, ut, si quis inopem mulierem ex sola affectione ducat, et quum ad mortem usque cum ea vixisset, prior moriatur, similiter et ipsa quartam partem substantiae accipiat (ita tamen ne id quantitatem centum librarum auri excedat), utramque legem in praesentia pulcrius formantes in utroque casu sancimus, ut liberi ex illis matrimoniis nati legitimi sint, et paternam ad hereditatem vocentur, uxor autem in utroque hoc casu, si quidem maritus eius usque ad tres liberos vel ex ipsa, vel ex alio matrimonio habeat, quartam partem substantiae viri capiat. Si vero plures sint liberi, in utroque similiter casu tantum mulierem accipere volumus, quantum uni ex liberis competit, ita scilicet, ut in illis rebus mulier solum usumfructum habeat, dominium vero liberis illis servetur, quos ex eo matrimonio habuit. Sin autem talis mulier liberos ex eo non habeat, iubemus, ut res, quae ex substantia viri ad eam venire hac lege iussimus, etiam domini iure habeat. Quae vero iniuste ejecta est, iubemus, ut illa ipso ejectionis tempore eam partem accipiat, quae hac lege continetur. Maritum enim in eiusmodi casibus quartam partem secundum priorem nostram legem ex substantia uxoris capere omnibus modis prohibemus.

Cap. VI.

Illud autem sine dubitatione observandum est, Leonis piae memoriae constitutionem in reliquis omnibus casibus, qui hac lege non continentur, vim suam habere. Constantini vero piae memoriae legem ad Gregorium scriptam, eiusque interpretationem a Marciano piae memoriae factam, per quas mulierum coniunctiones, quas Constantini lex abiectas vocavit, cum quibusdam dignitatibus decoratis prohibentur, nullo plane modo valere permittimus, sed licentiam illis, qui volunt, praebemus, etsi quibuslibet magnis dignitatibus ornentur, tales mulieres instrumenta dotalibus factis sibi iungendi. Reliquis vero, praeter eos, qui magnis dignitatibus ornati sunt, liceat eiusmodi mulieres, sive scriptis voluerint, sive sola maritali affectione, in matrimonium accipere, modo liberae sint, et tales, cum quibus nuptias contrahere permissum est. Cap. VII.

partem substantiae eius, et aliam post hanc fecimus legem, decernentem, si quis indotatam uxorem per affectum solum acceperit, et usque ad mortem cum ea vivens praemoriatur, accipere similiter et eam quartam illius substantiae portionem, ita tamen, ut non transcendat hoc centum librarum auri quantitatem, in praesenti melius utramque legem disponentes sancimus, in utroque casu ex talibus matrimoniis natos filios legitimos esse et ad paternam vocari hereditatem, uxorem autem ex utroque horum casuum, si quidem usque ad [1]) tres habuerit filios eius vir sive ex ea, sive ex alio matrimonio, quartam partem [3]) ex substantia viri accipere. Si autem amplius fuerint filii, tantum in utroque similiter casu accipere iubemus mulierem, quantum uni competit filiorum, ita quippe, ut usum solum in talibus rebus mulier habeat, dominium autem illis filiis servetur, quos ex ipsis nuptiis habuerit. Si vero talis mulier filios ex eo non habuerit, iubemus, etiam dominii iure habere eam res, quas ex viri facultatibus ad eam venire per praesentem iussimus legem. Quae tamen irrationabiliter exclusa est, in ipso tempore expulsionis partem iubemus accipere, quae continetur hac lege. Virum enim in talibus casibus quartam secundum priorem nostram legem ex substantia mulieris accipere, modis omnibus prohibemus.

Cap. VI. Illo indubitanter observando, ut Leonis piae memoriae constitutio in omnibus aliis casibus, qui non continentur praesenti lege, propriam habeat fortitudinem. Constantini vero piae memoriae legem ad Gregorium scriptam, et super ea factam interpretationem a Martiano piae memoriae, per quam mulierum coniunctiones, quas Constantini lex abiectas vocavit, ad quosdam dignitatibus decoratos prohibentur, nullo penitus modo valere permittimus, sed licentiam volentibus praebemus, etsi quibuslibet magnis dignitatibus decorentur, huius-

---

a) *Haec ultima quae sequuntur huius cap. verba om. Hal. ed. Norica, recepit autem ex Supplementis ed. Hervagianae ed. Par.; ed. autem Norica hic denuo addit quaedam ex Nov. 53 c. 6.* — [b]) *Posterior pars capitis est in Bas. XXVIII. 4. 47.*

[1]) εἴ τις ἄπροικον καὶ ἄπορον γυναῖκα Bas. — [2]) ἑφ' ἑκατέρου ὁμοίως θέματος om. Hal., Bas. — [3]) ad om. Cod. Hamb. — [4]) partem om. Cod. Hamb.

μένους ἄδειαν ἐχέτωσαν τὰς τοιαύτας γυναῖκας λαμβάνειν, εἴτε ἐγγράφως βουληθεῖεν, εἴτε μόνῃ διαθέσει γάμου, εἰ μέντοι γε ἐλεύθεραι εἶησαν, καὶ μεθ' ὧν ἔξεσι γάμον ἐπιτελεῖσθαι.

Κεφ. ζ'.[a])

Κἀκεῖνο δὲ διατυπῶσαι συνείδομεν, ἵνα εἴ ποτε τὸν μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς γάμον λυθῆναι συμβαίη, οἱ ἐκ τοῦ τοιούτου γάμου γεννηθέντες παῖδες μηδενὶ τρόπῳ βλαβῶσιν ἐκ τῆς διαζεύξεως τοῦ γάμου, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν γονέων κληρονομίαν καλείσθωσαν, ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἀναμφισβητήτως ἀποτρεφόμενοι. καὶ εἰ μὲν ὁ πατὴρ τὴν πρόφασιν τῆς διαζεύξεως παρέσχε, καὶ ἡ μήτηρ εἰς δεύτερον οὐκ ἦλθε γάμον, παρὰ τῇ μητρὶ τρέφεσθαι, τὰς δαπάνας τοῦ πατρὸς παρέχοντος, εἰ δὲ παρ' αἰτίαν τῆς μητρὸς δείκνυται λελύσθαι τὸν γάμον, τότε παρὰ τῷ πατρὶ καὶ οἰκείωσαν οἱ παῖδες καὶ τρεφέσθωσαν. Εἰ δὲ συμβῇ τὸν μὲν πατέρα ἄπορον εἶναι, τὴν δὲ μητέρα εὔπορον, παρ' αὐτῇ πενομένους [1]) τοὺς παῖδας μένειν καὶ παρ' αὐτῆς τρέφεσθαι παρακελευόμεθα. ὃν γὰρ τρόπον οἱ παῖδες εὐπορούσας ἀναγκάζονται τὴν μητέρα δεομένην τρέφειν, οὕτω δίκαιον κρίνομεν καὶ παρὰ τῆς μητρὸς εὐπορούσης τοὺς παῖδας ἀποτρέφεσθαι [2]). Ὅπερ δὲ περὶ τοῦ τρέφεσθαι τὴν μητέρα καὶ τοὺς παῖδας διωρίσαμεν πενομένους, τοῦτο δὴ καὶ ἐπὶ πάντων τῶν ἀνιόντων καὶ κατιόντων προσώπων ἑκατέρας φύσεως κρατεῖν κελεύομεν.

Κεφ. η'.[b])

Ἐπειδὴ δὲ πολλὰς ἐν τοῖς παλαιοῖς καὶ ἡμετέροις εὕρομεν νόμοις αἰτίας, ἐξ ὧν εὐχερῶς αἱ τῶν γάμων διαλύσεις γίνονται, τούτου ἕνεκα συνείδομεν ἐκ τούτων περιελεῖν τινάς, αἵπερ ἡμῖν ἀνάξιαι πρὸς τὸ διαλύειν γάμους ἐφάνησαν, καὶ ταύτας μόνον ὀνομασὶ τῷ παρόντι ἐντάξαι νόμῳ, ὑπὲρ ὧν εὐλόγως δύναται εἴτε ἀνὴρ εἴτε γυνὴ ῥεπούδιον πέμπειν. Τὰς τοίνυν αἰτίας, ἐξ ὧν ὁ ἀνὴρ ῥεπούδιον ἀκινδύνως στέλλειν δύναται, καὶ τὴν προῖκα τῆς γυναικὸς ἀποκερδαίνειν (φυλαττομένης τῆς ἐπ' αὐτῇ δεσποτείας τοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ γάμου παισίν, ἢ παίδων οὐκ ὄντων, ἀπολαύειν αὐτὸν καὶ τῆς δεσποτείας), ταύτας εἶναι διατυποῦμεν. §. 1. Εἰ κατὰ τῆς βασιλείας βουλευομένοις τισὶ σύνοιδεν ἡ γυνή, καὶ

Cap. VII.

Illud quoque definiendum esse duximus, ut, si forte nuptias inter virum et uxorem solvi contingat, liberi, qui ex nuptiis illis nati sunt, nullo modo separatione matrimonii laedantur, sed ad parentum hereditatem vocentur, ex patris substantia sine dubio alendi. Et si quidem pater occasionem separationi praebuit, et mater ad secundas nuptias non venit, a matre alantur, et pater sumtus praebeat; si vero culpa matris matrimonium solutum probetur, tunc apud patrem liberi et habitent et alantur. Quodsi patrem inopem, matrem autem divitem esse contingat, iubemus, ut apud illam inopes liberi maneant, ab eaque alantur. Quemadmodum enim divites liberi egentem matrem alere coguntur, ita iustum iudicamus, ut etiam liberi a divite matre alantur. Quod autem de alenda matre liberisque egentibus definivimus, hoc in omnibus etiam ascendentibus et descendentibus personis utriusque sexus obtinere iubemus.

Cap. VIII.

Quoniam vero multas in antiquis et nostris legibus causas invenimus, ex quibus dissolutiones matrimoniorum facile fiunt, propterea visum nobis est illarum numero quasdam eximere, quae nobis indignae videbantur, ut matrimonia solverent, easque solas nominatim huic legi inserere, ex quibus et vir et mulier iuste repudium mittere possit. Causas igitur, ex quibus maritus sine periculo repudium mittere, et dotem mulieris lucrari potest, ita ut dominium eius liberis eiusdem matrimonii servetur, aut liberis non exstantibus ipse etiam dominio fruatur, has esse decernimus:

§. 1. *Si mulier aliquos contra Imperatorem consilia agitare sciat, idque marito suo non indicaverit. Si*

huiusmodi mulieres cum dotalibus instrumentis sibimet copulare. Reliqui vero, citra eos, qui maioribus dignitatibus decorati sunt, licentiam habebunt huiusmodi mulieres accipere, sive scripto voluerint, sive solo affectu nuptiali, si tamen liberae sint, et cum quibus licet [3]) nuptias celebrare.

Cap. VII. Illud quoque disponendum esse perspeximus, ut, si quando inter maritum et uxorem nuptias solvi contigerit, ex huiusmodi [4]) nati filii nullo modo laedantur ex separatione nuptiarum, sed ad paremum hereditatem vocentur, ex patris substantia indubitanter alendi. Et si quidem pater occasionem separationis praebeat, et mater ad secundas non venerit nuptias, apud matrem nutriantur, expensas patre praebente. Si vero per causam matris ostendatur solutum matrimonium, tunc apud patrem maneant filii et alantur. Si autem contigerit patrem quidem minus idoneum esse, matrem vero locupletem, apud eam pauperes filios manere et ab ea nutriri iubemus. Quemadmodum enim filii locupletes cognatur matrem egentem alere, ita iustum [5]) decernimus, et a matre locuplete filios pasci. Quod autem de alenda matre et filiis indigentibus definivimus, hoc quoque in omnibus ascendentibus descendentibusque personis utriusque naturae valere praecipimus.

Cap. VIII. Quia vero plurimas in veteribus et nostris legibus invenimus causas, ex quibus facile nuptiarum solutiones fiunt, ea causa perspeximus ex his abscindere aliquas, quae nobis indignae ad solvendas nuptias visae sunt, et eas solum [6]) nominatim praesenti inserere legi, pro quibus rationabiliter potest sive vir sive mulier repudium mittere. Nunc autem causas, ex quibus maritus repudium mittere sine periculo potest, et dotem uxoris lucrari, servato in ea dominio ex eodem matrimonio filiis aut filiabus, quibus non exstantibus frui etiam proprietate [7]), has esse disponimus [8]): §. 1. Si contra imperium cogitantibus aliquibus conscia est

---

[a]) *Prima et ultima capitis sententia in Bas. XXXI. 6. 13 et 17.* — [b]) *Hoc et quod sequitur cap. in Bas. XXVIII. 7. 1. Schol. a.* — *Cap. 8. in Photii Nomoc. XIII. 4.* (*Zoëlli bibl. II. p. 1094 sq.*)

[1]) δεομένους *Hal.* — [2]) τὰ τέκνα τρέφεσθαι *Hal.* — [3]) *Cod. Hamb.*; liceat *edd.* — [4]) nuptiis *add. Bk. ed. ster.*; *magis credo* matrimonio *excidisse propter similitudinem notarum huius verbi et antecedentis* huiusmodi. — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; esse *add. Port., Cont.* — [6]) *Cod. Hamb.*; solummodo *edd.* — [7]) filiis aut filiabus non extantibus frui etiam proprietatem *Cod. Hamb., unde facili correctione emendari potest:* filiis aut filiis non exstantibus frui (eum) et proprietate — [8]) *Cod. Hamb.*; decernimus *edd.*

καὶ τῷ ἰδίῳ ἀνδρὶ μὴ φανερώσει. εἰ δὲ ὁ ἀνὴρ τοῦτο παρὰ τῆς γυναικὸς ἀπαγγελθὲν σιωπήσει, ἐξέστω τῇ γυναικὶ δι' οἱουδήποτε προσώπου τοῦτο προσαγγέλλειν τῇ βασιλείᾳ, ὥστε τὸν ἄνδρα μηδεμίαν ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας ῥεπουδίου εὑρεῖν πρόφασιν. §. 2. Εἰ περὶ μοιχείας ὁ ἀνὴρ νομίσοι δύνασθαι τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν ἐλεγχθῆναι, προςήκει τὸν ἄνδρα πρότερον ἐγγράφεσθαι τὴν γυναῖκα ἢ καὶ τὸν μοιχὸν [a]), καὶ εἶτα ἡ τοιαύτη κατηγορία ἀληθὴς ἀποδειχθῇ, τηνικαῦτα ῥεπουδίου πεμπομένου ἔχειν τὸν ἄνδρα πρὸς τῇ πρὸ γάμου δωρεᾷ καὶ τὴν προῖκα, καὶ πρὸς τούτοις, εἰ παῖδας μὴ ἔχοι, τοσοῦτον λαμβάνειν ἐκ τῆς ἄλλης τῆς γυναικὸς περιουσίας, ὅσον τῆς προικὸς τὸ τρίτον μέρος εἶναι γινώσκεται, ὥστε τῇ αὐτοῦ δεσποτείᾳ καὶ τὴν προῖκα καὶ τὴν παρ' ἡμῶν ὁρισθεῖσαν ποινὴν προσκυροῦσθαι. εἰ γὰρ παῖδας ἔχοι ἐκ τοῦ αὐτοῦ συνοικεσίου, κελεύομεν καὶ τὴν προῖκα κατὰ τοὺς περὶ τούτου νόμους, καὶ τὴν ἄλλην τῆς γυναικὸς περιουσίαν τοῖς παισὶ φυλάττεσθαι, καὶ οὕτως τὸν μοιχὸν νομίμως ἐλεγχόμενον ἅμα τῇ γυναικὶ τιμωρεῖσθαι. Καὶ εἰ μὲν ἔχοι ὁ μοιχὸς γυναῖκα, λαμβάνειν αὐτὴν τήν τε ἰδίαν προῖκα, καὶ τὴν διὰ τοὺς γάμους δωρεάν, ὥστε εἰ παῖδας ἔχοιεν, μόνης τὴν γυναῖκα τῆς χρήσεως ἀπολαύειν τῆς δωρεᾶς, τῆς δεσποτείας κατὰ τοὺς νόμους τοῖς παισὶ φυλαττομένης. τὴν δὲ ἄλλην τοῦ ἀνδρὸς περιουσίαν τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἐξ ἡμετέρας φιλοτιμίας δωρούμεθα. παίδων δὲ μὴ ὑπόντων, τῆς μὲν προγαμιαίας δωρεᾶς τὴν δεσποτείαν τῇ γυναικὶ διαφέρειν θεσπίζομεν, τὴν δὲ ἄλλην τοῦ ἀνδρὸς πᾶσαν περιουσίαν τῷ φίσκῳ κατὰ τοὺς παλαιοὺς προςκυροῦσθαι νόμους. §. 3. Ἐὰν οἱῳδήποτε τρόπῳ ἡ γυνὴ τῇ ζωῇ τοῦ ἀνδρὸς ἐπιβουλεύσῃ, ἢ ἄλλοις τοῦτο ποιοῦσι συνειδυῖα, τῷ ἀνδρὶ μὴ φανερώσῃ. §. 4. [b]) Ἐὰν ἀνδράσι, μὴ βουλομένου τοῦ ἀνδρός, ἐξωτικοῖς συμποσιάζῃ ἢ συλλούηται. §. 5. Ἐὰν μὴ βουλομένου τοῦ ἀνδρὸς ἔξω τοῦ οἴκου μένῃ, εἰ μή τοιγε τυχὸν παρὰ τοῖς ἰδίοις γονεῦσιν. §. 6. Ἐὰν ἱππικοῖς ἢ θεάτροις ἢ κυνηγίοις παραγίνηται ἐπὶ τῷ θεωρῆσαι, ἀγνοοῦντος ἢ καὶ κωλύοντος τοῦ ἀνδρός. §. 7. Εἰ μέντοι γε συμβῇ τινὰ δίχα μιᾶς τῶν προειρημένων αἰτιῶν τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν τοῦ ἰδίου οἴκου ἐξωθήσασθαι, ὥστε ἐκείνην μὴ ἔχουσαν γονεῖς, πρὸς οὓς δύναται μεῖναι, ἐξ ἀνάγκης ἔξω τὴν νύκτα διάγειν, κελεύομεν, μηδεμίαν εἶναι τῷ ἀνδρὶ ἄδειαν διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ῥεπούδιον πέμπειν τῇ γυναικί, διότιπερ αὐτὸς τούτου αἴτιος γίνεται. Κεφ. θ'.

Si vero maritus id a muliere sibi nunciatum tacuerit, feminae per quamlibet personam hoc Imperatori denunciare liceat, ut maritus ex hac causa nullam repudii occasionem inveniat.

§. 2. *Si maritus uxorem suam adulterii convinci posse existimaverit, convenit maritum primo mulierem vel etiam adulterum accusare, et si accusatio illa vera probata fuerit, tum misso repudio maritus una cum donatione propter nuptias dotem quoque habeat, ac praeterea, si liberos non habeat, tantum ex reliquis bonis mulieris accipiat, quantum tertia pars dotis esse intelligitur, ut dominio eius et dos et poena a nobis definita applicetur. Si enim liberos ex eodem matrimonio habeat, iubemus, ut et dos secundum leges has de re latas, et reliqua mulieris substantia liberis servetur, atque ita adulter legitime convictus una cum muliere puniatur. Et si quidem adulter uxorem habeat, illa tam dotem suam, quam donationem propter nuptias accipiat, ita ut si liberos habeant, mulier solo usufructu donationis fruatur, dominio secundum leges liberis servando; reliquam vero mariti substantiam liberis eius ex liberalitate nostra donamus. Sin autem liberi non exstent, sancimus, ut dominium quidem donationis ante nuptias mulieri competat, reliqua vero omnis mariti substantia fisco secundum veteres leges applicetur.*

§. 3. *Si quocunque modo mulier vitae mariti insidietur, vel aliis hoc facientibus conscia id viro non indicaverit.*

§. 4. *Si cum extraneis viris nolente marito convivetur aut cum iis lavetur.*

§. 5. *Si nolente marito extra domum, nisi forte apud parentes suos, maneat.*

§. 6. *Si ludis circensibus, vel theatris, vel cynegiis spectandi causa interfuerit ignorante vel prohibente marito.*

§. 7. *Si vero praeter aliquam ex dictis causis quempiam uxorem suam domo sua expellere contingat, ut, quum illa parentes non habeat, apud quos manere possit, ex necessitate foris noctu maneat, iubemus, ut nulla sit viro potestas propter hanc causam uxori repudium mittendi, quoniam ipse illius rei causa est.* Cap. IX.

est mulier, aut etiam viro suo non indicet. **Si autem vir hoc a muliere denunciatum tacuerit, liceat mulieri** per quamcunque personam hoc declarare imperio, ut vir nullam ex hac causa repudii inveniat occasionem. §. 2. Si de adulterio maritus putaverit posse **suam** uxorem convinci, oportet virum prius inscribere mulierem aut etiam adulterum, et si huiusmodi accusatio **verax** [1]) ostenditur, tunc repudio misso habere virum super ante nuptias donationem etiam dotem, et ad hoc, si filios non habeat, tantum accipere ex alia uxoris substantia, quantum dotis tertia pars esse cognoscitur, ut eius proprietati et dos, et a nobis definita poena applicetur. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio, iubemus, etiam dotem, secundum de hoc leges [2]), aliamque mulieris substantiam filiis conservari, et ita adulterum legitime convictum una cum uxore puniri. Et si quidem habeat uxorem adulter, accipere eam et dotem propriam, et propter nuptias donationem, et [3]), si filios habeant [4]), solo usu mulier fruatur donationis, proprietate secundum leges filiis servanda; aliam vero mariti substantiam eius filiis ex nostra largitate donamus. Filiis autem non exsistentibus, antenuptialis quidem donationis proprietatem mulieri competere sancimus, aliam vero mariti substantiam omnem fisco secundum antiquas applicamus leges. §. 3. Si quolibet modo mulier vitae viri fuerit insidiata, aut aliis hoc facientibus conscia [5]), viro non indicaverit. §. 4. Si cum viris extraneis nolente marito convivatur, aut cum eis lavatur. §. 5. Si nolente viro foris domum manserit, nisi forsan apud proprios parentes. §. 6. Si circensibus, aut theatris, aut amphitheatris interfuerit ad spectandum, ignorante aut prohibente viro. §. 7. Si vero contigerit aliquem citra unam praedictarum causarum uxorem suam a domo propria expellere, ut [6]) illa non habens parentes, apud quos possit manere, ex necessitate foris habitet nocte, inbemus, nullam esse marito licentiam propter causam hanc repudium mittere uxori, eo quod ipse huius rei auctor exsistat. Cap. IX.

---

[a]) *Reliqua huius §. pars deest apud Hal., qui male hic Nov.* 134. *c.* 10. *inserit, Basilica secutus. In Supplem. ed. Hervag. addita sunt quae huc pertinent, eaque recepit ed. Par., sed in hac ed. Par. non exectum est illud Nov.* 134. *c.* 10. — *Quae de adulterii accusatione hic dicta sunt, indicant (Rustath.) βοπ. XIV.* 1. — [b]) *Photii Nomoc. IX.* 31. *et Balsam. ad h. l. (Voëlli bibl. II. p.* 1014.)

[1]) *Cod. Hamb.*; esse *add. edd.* — [2]) secundum ex hoc leges *Cod. Hamb.*; secundum quod de hoc leges *Trid.*; secundum quod de hoc censent leges *Port., Cont.* — [3]) ut *Bk.* — [4]) *Cod. Hamb.*; habeat *edd.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; consentiens *Port., Cont.* — [6]) *Cod. Hamb.*; ut et *Trid.*; et *Port., Cont.*

Κεφ. θ'.*)

Τὰς δὲ αἰτίας, ὑπὲρ ὧν εὐλόγως δύναται τῷ ἀνδρὶ παρὰ τῆς γυναικὸς πέμπεσθαι ἀποπομπίον, καὶ ἐξ ὧν δύναται τήν τε προῖκα λαμβάνειν, καὶ τὴν διὰ τοὺς γάμους ἀπαιτεῖν δωρεάν, ὁμοίως τοῖς παισὶ φυλαχθησομένης τῆς ἐπὶ τῇ δωρεᾷ δεσποτείας, ἢ παίδων μὴ ὑπόντων ἔχειν καὶ τὴν ταύτης δεσποτείαν, ταύτας εἶναι μόνας διατυποῦμεν. §. 1. Ἐὰν κατὰ τῆς βασιλείας ἢ αὐτὸς βουλεύσηταί τι, ἢ τούτοις βουλευομένοις συνειδὼς μὴ φανερώσῃ τῇ βασιλείᾳ ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἢ δι' οἱουδήποτε προσώπου. §. 2. Ἢ ἐὰν οἱωδήποτε τρόπῳ ὁ ἀνὴρ ἐπιβουλεύσῃ τῇ ζωῇ τῆς γυναικός, ἢ ἄλλων τοῦτο βουλομένων [1]) εἰδὼς μὴ φανερώσῃ τῇ γυναικί, καὶ ἀποδύσῃ κατὰ τοὺς νόμους ἐκδικῆσαι. §. 3. Ἐὰν ὁ ἀνὴρ τῇ τῆς γυναικὸς σωφροσύνῃ ἐπιβουλεύων ἄλλοις ταύτην εἰς τὸ μοιχευθῆναι ἐπιχειρήσῃ προδοῦναι. §. 4. Ἢ ἐὰν ὁ ἀνὴρ περὶ μοιχείας ἐγγράψηται τὴν γυναῖκα, καὶ τὴν μοιχείαν μὴ ἀποδείξῃ, ἐξεῖναι τῇ γυναικὶ βουλομένῃ καὶ ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας ἀποδύσιον πέμπειν τῷ ἀνδρί, καὶ ἀπολαμβάνειν μὲν τὴν ἰδίαν προῖκα, κομίζεσθαι δὲ καὶ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, καὶ ὑπὲρ τῆς τοιαύτης συκοφαντίας, εἰ παῖδας μὴ ἔχοι ἐκ τοῦ αὐτοῦ συνοικεσίου, τοσοῦτον κατὰ δεσποτείαν λαμβάνειν τὴν γυναῖκα ἐκ τῆς ἄλλης τοῦ ἀνδρὸς περιουσίας, ὅσον τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς τὸ τρίτον μέρος εἶναι γινώσκεται. εἰ γὰρ παῖδας ἔχοι, κελεύομεν πᾶσαν τὴν τοῦ ἀνδρὸς περιουσίαν τοῖς παισὶ φυλάττεσθαι, βεβαίων μενόντων τῶν περὶ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς τῶν τοῖς ἄλλοις περιεχομένων νόμοις, οὕτω μέντοι γε, ὥστε καὶ διὰ τὴν ἐπαχθείσαν τῆς μοιχείας κατηγορίαν καὶ μὴ ἀποδειχθεῖσαν κἀκείναις τὸν ἄνδρα ταῖς τιμωρίαις ὑποβληθῆναι, ἃς ἐμελλεν ὑπομένειν ἡ γυνή, εἴπερ ἦν ἡ τοιαύτη ἀπεδείχθη κατηγορία. §. 5. Ἐὰν ὁ ἀνὴρ ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ, καθ' ὃν μετὰ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς συνοικεῖ, περιφρονῶν αὐτῆς μεθ' ἑτέρας εὑρίσκηται ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ μένων, ἢ κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν διάγων, ἐν ἑτέρῳ οἴκῳ μετὰ ἄλλης γυναικὸς συνεχῶς μένων ἐλέγχηται, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἐγκληθεὶς ἢ διὰ τῶν ἑαυτοῦ γονέων, ἢ διὰ τῶν τῆς γυναικός, ἢ δι' ἑτέρων τινῶν ἀξιοπίστων προσώπων τῆς τοιαύτης ἀσελγείας μὴ ἀπόσχηται, ἐξεῖναι τῇ γυναικὶ καὶ ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας διαλύειν τὸν γάμον, καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν δεδομένην προῖκα καὶ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, καὶ ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ὕβρεως τρίτον μέρος τῆς

Cap. IX.

Causae vero, ob quas marito repudium ab uxore iuste mitti, et ex quibus ipsa dotem accipere atque donationem propter nuptias exigere potest, ita ut liberis similiter dominium donationis servetur, vel si liberi non extent, ipsa etiam dominium illius habeat, has solas esse sancimus:

§. 1. *Si contra Imperatorem vel ipse consilia agitarit, vel quum aliis, qui id machinantur, conscius esset, id non vel per se, vel per quamlibet personam Imperatori indicaverit.*

§. 2. *Aut si quolibet modo maritus vitae uxoris insidietur, aut quum alios hoc velle sciret, id uxori non indicaverit, nec secundum leges vindicare studuerit.*

§. 3. *Si vir castitati uxoris insidiatus aliis eam adulterandam tradere tentaverit.*

§. 4. *Vel si maritus uxorem adulterii accusaverit, nec adulterium probaverit, liceat mulieri, si velit, ex hac quoque causa viro repudium mittere, et dotem suam recipere, atque etiam donationem propter nuptias lucrari; et pro hac calumnia, si liberos ex illo matrimonio non habeat, mulier tantum iure dominii ex reliqua viri substantia accipiat, quantum donationis ante nuptias tertia pars esse intelligitur. Si enim liberos habeat, totam mariti substantiam liberis servari iubemus, firmis manentibus illis, quae de donatione ante nuptias reliquis legibus continentur, ita tamen, ut propter institutam et non probatam adulterii accusationem etiam illis poenis maritus subiaceat, quas mulier passura fuisset, si accusatio illa probata fuisset.*

§. 5. *Si maritus in eadem domo, in qua cum uxore sua habitat, illa contemta cum alia in eadem domo manere inveniatur, vel, quum in eadem urbe habitet, in alia domo cum alia muliere assidue manere probetur, et semel atque iterum vel a suis, vel ab uxoris parentibus, vel aliis personis fide dignis reprehensus a luxuria illa non abstineat, liceat mulieri propter hanc etiam causam matrimonium dissolvere, datamque dotem et donationem propter nuptias recipere, et pro contumelia illa tertiam partem pretii, quam donatio ante nuptias efficit, ex reliqua illius substantia accipere, ita tamen ut, si liberos habeat, mulier solo usufructu rerum, quas ex donatione ante nuptias*

Cap. IX. Causas autem, pro quibus rationabiliter potest viro a muliere mitti repudium, ex [2]) quibus potest et dotem recipere, et propter nuptias donationem exigere, similiter filiis servanda donationis proprietate, aut filiis non exstantibus habere etiam huius [3]) dominium, has esse solas disponimus: §. 1. Si contra imperium aut ipse cogitaverit aliquid, aut cogitantibus conscius non indicaverit imperio aut per se, aut per quamcunque personam. §. 2. Si quolibet modo vir insidiatus fuerit vitae mulieris, aut aliis hoc volentibus sciens non manifestaverit uxori, et studuerit secundum leges ulcisci. §. 3. Si maritus uxoris castitati insidiatus, aliis etiam eam adulterandam tentaverit tradere. §. 4. Si vir de adulterio inscripserit uxorem, et adulterium non probaverit, licere mulieri volenti etiam pro hac causa repudium destinare viro, et recipere quidem propriam dotem, lucrari autem et antenuptialem donationem, et pro huiusmodi calumnia, si filios non habuerit ex eodem matrimonio, tantum secundum proprietatem accipere mulierem ex alia viri substantia, quantum antenuptialis donationis tertia pars esse cognoscitur. Si autem filios habuerit, iubemus, omnem viri substantiam filiis conservari, firmis manentibus, quae de antenuptiali donatione aliis legibus continentur, ita tamen, ut etiam propter illatam adulterii accusationem et non probatam, illis quoque maritus subdatur supplicis, quae esset passura mulier, si huiusmodi fuisset accusatio comprobata. § 5. Si quis in sua [4]) domo, in qua cum sua coniuge commanet, contemnens eam, cum alia inveniatur in ea domo manens, aut in eadem civitate degens in alia domo cum alia muliere frequenter manere convincitur, et semel et secundo culpatus aut per suos parentes, aut per mulieris, aut per alias aliquas fide dignas personas, huiusmodi luxuria non abstinuerit, licere mulieri pro hac causa solvere matrimonium, et recipere datam dotem et antenuptialem donationem, et pro tali iniuria tertiam partem aestimationis, quam antenuptialis facit donatio, ex eius substantia percipere,

*) *Photii Nomoc. XIII.* 4. (*Voëlli bibl. II. p.* 1093 *sq.*)

[1]) βουλευομένων *Hal.* — [2]) et ex *Bk. ed. ster.* — [3]) *Cod. Hamb.*; huiusmodi *edd.* — [4]) ea *Sp.*

τῆς διατιμήσεως, ἣν ἡ προγαμιαία ποιεῖ δωρεά, ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ περιουσίας λαμβάνειν, οὕτω μέντοι γε, ὥστε εἰ παῖδας ἔχοι, τῆς χρήσεως μόνης ἀπολαύειν τὴν γυναῖκα τῶν πραγμάτων, ἅπερ ἐκ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς καὶ τῆς ποινῆς τοῦ τρίτου μέρους τῆς τοῦ ἀνδρὸς περιουσίας λάβοι, τῆς δεσποτείας τοῖς κοινοῖς παισὶ φυλαττομένης. εἰ γὰρ παῖδας μὴ ἔχοι ἐκ τοῦ αὐτοῦ συνοικεσίου, ἔχειν αὐτὴν τῶν τοιούτων πραγμάτων καὶ τὴν δεσποτείαν κελεύομεν.

nuptias et poena tertiae partis substantiae mariti accipit, fruatur, dominio communibus liberis servando. Si enim liberos ex eodem matrimonio non habeat, iubemus, ut ipsa illarum rerum etiam dominium habeat.

Κεφ. ι'. [a])

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀπὸ συναινέσεώς τινες μέχρι τοῦ παρόντος τοὺς πρὸς ἀλλήλους διέλυον γάμους, τοῦτο τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι οὐδενὶ συγχωροῦμεν τρόπῳ, εἰ μὴ τυχόν τινες σωφροσύνης ἐπιθυμίᾳ τοῦτο ποιήσουσιν. Εἰ δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα πρόσωπα παῖδας ἔχοιεν, τοῦτο μὲν τὴν προῖκα, τοῦτο δὲ τὴν προγαμιαίαν δωρεὰν τοῖς αὐτῶν φυλάττεσθαι παισὶ διαιτυποῦμεν. Εἰ δέ τις τούτων, ἀνὴρ τυχὸν ἢ γυνή, μετὰ τὸ διὰ σωφροσύνην ἐκ συναινέσεως τὸν γάμον λυθῆναι εὑρεθείη ἄλλους συναλλάττων γάμους, ἢ ἀσώτως ζῶν, κελεύομεν, εἰ μέν, ὡς εἴρηται, παῖδες ὦσιν ἐκ τοῦ εἰρημένου συνοικεσίου, πρὸς τῇ προικὶ καὶ τῇ διὰ τοὺς γάμους δωρεᾷ αὐτοῖς παραδίδοσθαι καὶ τὴν δεσποτείαν τῆς λοιπῆς περιουσίας τοῦ ταῦτα ἐλεγχομένου πλημμεληκέναι προσώπου. Εἰ δὲ οἱ παῖδες ἀτελοῦς ὦσιν ἡλικίας, διοικεῖσθαι τούτους καὶ ἀνατρέφεσθαι παρ' ἐκείνου προστάττομεν τοῦ γονέως, ὃς οὐδὲν τῷ παρόντι νόμῳ ἐναντίον ἔπραξεν. Εἰ δὲ ἀμφότεροι οἱ γονεῖς τῷ τοιούτῳ περιπέσωσι πταίσματι, τηνικαῦτα τὴν ἑκατέρου τῶν γονέων περιουσίαν τοῖς παισὶ προσκυροῦσθαι, διοικητὴν δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τῆς ἀτελοῦς οὔσιν ἡλικίας προβληθῆναι προνοίᾳ τοῦ ἀρμοδίου ἄρχοντος, ἢ καὶ τῶν ἄλλων, οἷς ταῦτα παρὰ τῶν ἡμετέρων ἐπιτέτραπται νόμων. Εἰ δὲ παῖδες μὴ ὦσιν, τὴν τοῦ ἑτέρου προσώπου περιουσίαν τοῖς δημοσίοις λογισμοῖς προσκυροῦσθαι, καὶ τοὺς ταῦτα πλημμεληκότας νομίμοις ὑποβάλλεσθαι τιμωρίαις. ἄλλως γὰρ διάζευξιν γάμων γίνεσθαι ἐκ συναινέσεως οὐδενὶ λόγῳ συγχωροῦμεν.

Cap. X.

Quia vero nonnulli etiam consensu matrimonia in hunc usque diem solverunt, in posterum nullo id modo fieri permittimus, nisi forte quidam castitatis desiderio id fecerint. Quodsi eiusmodi personae liberos habeant, tam dotem quam donationem propter nuptias liberis eorum servari praecipimus. Si quis ex illis, maritus vel uxor, post matrimonium consensu castitatis gratia solutum alias nuptias contrahere vel luxuriose vivere inveniatur, iubemus, si quidem, ut dictum est, ex illo matrimonio liberi adsint, ut praeter dotem et donationem propter nuptias ipsis etiam tradatur dominium reliquae substantiae eius personae, quae talia commisisse convicta fuerit. Si imperfectae aetatis sint liberi, praecipimus, ut regantur et alantur ab eo parente, qui adversus hanc legem nihil commisit. Si ambo parentes in eiusmodi vitium incidant, tum utriusque parentis substantia liberis applicetur, tutor vero illis, qui imperfectae aetatis sunt, providentia competentis iudicis, vel etiam aliorum, quibus id a legibus nostris commissum est, constituatur. Si liberi non adsint, alterius personae substantia fisci rationibus addicatur, quique talia commiserunt legitimis suppliciis subiiciantur. Aliter enim solutionem matrimonii consensu fieri nullo modo permittimus.

Κεφ. ια'. [b])

Τὸ μέντοι παρ' ἡμῶν νομοθετηθὲν περὶ τῶν ἐν ἐξπεδίτῳ [1]) ὄντων καὶ ἐν στρατείαις καταλεγο-

Cap. XI.

Quod autem a nobis de iis sancitum est, qui in expeditione sunt et in militias allecti, sive milites sint, sive

cipere, ita tamen, ut, si filios habuerit, usu solo mulier potiatur rerum, quas ex antenuptiali donatione et poena tertiae portionis mariti substantiae acceperit, dominio communibus filiis conservando. Si autem filios non habuerit ex eodem matrimonio, habere eam talium rerum etiam proprietatem praecipimus.

Cap. X. Quia vero et [2]) ex consensu aliqui usque ad praesens alterna matrimonia solvebant, hoc de cetero fieri nullo sinimus modo, nisi forte quidam castitatis concupiscentia hoc fecerint. Si autem huiusmodi personae filios habuerint, tam dotem quam antenuptialem donationem eorum filiis conservari disponimus. Si quis autem horum, aut maritus forsan aut uxor, postquam propter castitatem ex consensu solverit matrimonium, inveniatur alias contrahens nuptias, aut luxuriose vivens, iubemus, si quidem, sicuti dictum est, filii fuerint ex memorato coniugio, super dotem et propter nuptias donationem eis tradi et proprietatem pene [3]) substantiae illius, quae convincitur deliquisse, personae. Si vero filiis minoris sint aetatis, gubernari eos et pasci ab illo parente praecipimus, qui nihil praesenti legi contrarium egerit. Si autem ambo parentes in huiusmodi vitium incidant, tunc utriusque parentis substantiam filiis applicari, dispensatorem autem eis, qui in minore sunt aetate [4]), ordinari providentia competentis iudicis, et aliorum, quibus haec ex nostris legibus sunt commissa. Si autem filii non sint, utriusque personae substantiam fisci rationibus applicari, et eos, qui talia deliquerunt, legitimis subdi suppliciis. Aliter enim separationem matrimoniorum fieri ex consensu nulla ratione permittimus.

Cap. XI. Quod autem a nobis sancitum est de iis, qui in expeditionibus sunt et in militiis constituti, sive milites sint, sive foederati, sive scholares, sive alii quidam sub alia quacunque militia armata constituti,

---

[a]) *Hoc cap. non habent Bas. et Hal., hic autem ex Basilicorum serie Nov. XXII. c.* 15. §. 3. *et c.* 16 *pr. h. l. inserit. Supplementa ed. Hervag. exhibent nostrum c.* 10. *indeque receptum est in ed. Par., sed non deleta sunt in hac ed. quae aliena sunt ab hoc loco. — Huius capitis mentionem iniecit Photii Nomoc. XIII.* 4. (*Voëlli bibl. II. p.* 1099.) — [b]) *Bas. XXVIII.* 7. 3. — *Photii Nomoc. XIII.* 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 1093 *sq.*) — (*Eustath.*) *προπ. XXIV.* 39.

[1]) *ἐν ἐξπεδιτίοσιν Hal.*; *ἐν ταξιδίοις Bas.* — [2]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.* — [3]) plenae *Bk.* — [4]) *Cod. Hamb.*; constituti *add. edd.*

λεγομένων (εἴτε στρατιῶται εἶεν, εἴτε φοιδεράτοι, εἴτε σχολάριοι, εἴτε ἄλλοι τινὲς ὑφ' ἑτέραν οἱανοῦν στρατείαν ἔνοπλον καταλεγόμενοι) κάλλιον διατυπῶσαι συνείδομεν. Καὶ κελεύομεν ὅσους δήποτε ἐνιαυτοὺς ἐν ἐξπεδίτῳ μείνωσι, περιμένειν [1]) τὰς τούτων γαμετάς, κἂν μὴ γράμματα ἢ ἀπόκρισίν τινα παρὰ τῶν ἰδίων ἀνδρῶν δέξωνται. Εἰ δέ τις ἐκ τῶν τοιούτων γυναικῶν τὸν ἴδιον ἄνδρα ἀκούσῃ τετελευτηκέναι, οὐδὲ τότε εἰς ἑτέρους αὐτὴν ἐλθεῖν γάμους ἐπιτρέπομεν, εἰ μὴ πρότερον παραγένηται ἡ γυνὴ δι' ἑαυτῆς [2]), ἢ διὰ τῶν ἰδίων γονέων, ἢ δι' ἄλλου οἱουδήποτε προσώπου πρὸς τοὺς πρίορας τοῦ ἀριθμοῦ, καὶ τοὺς χαρτουλαρίους, ἐν ᾧ ὁ τούτης ἀνὴρ ἐστρατεύετο, καὶ τούτους, ἤτοι τὸν τριβοῦνον, εἰ γε πάρεστιν, ἐρωτήσοι, εἰ ταῖς ἀληθείαις ἐτελεύτησεν ὃ αὐτῇ συνοικήσας, ὥστε ἐκείνους τῶν ἀγλων εὐαγγελίων προκειμένων ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων κατατίθεσθαι, εἰ ταῖς ἀληθείαις ὁ ἀνὴρ τετελεύτηκε. καὶ μεθ' ὃ ταῦτα πράξει, καὶ [3]) τὰ ὑπομνήματα ἀναληφθέντα ἡ γυνὴ ὑπὲρ τῆς ἰδίας μαρτυρίας ἐκλάβῃ, καὶ μετὰ ταῦτα κελεύομεν μένειν αὐτὴν ἐνὸς ἐνιαυτοῦ διάστημα, ὥστε μετὰ τὴν αὐτοῦ παράδρομὴν ἐξεῖναι ταύτῃ νόμιμον συναλλάττειν γάμον. Εἰ δὲ παρὰ ταύτην τὴν παρατήρησιν ἡ γυνὴ τολμήσοι [4]) εἰς ἕτερον ἐλθεῖν γάμον, καὶ αὐτὴ καὶ ὁ ἀγόμενος [5]) αὐτὴν πρὸς γάμον ὡς μοιχοὶ τιμωρεῖσθωσαν. Εἰ δὲ οἱ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων μεθ' ὅρκου καταθέμενοι ἐλεγχθῶσι μετὰ ταῦτα πλασιῶς καταθέμενοι, αὐτοὶ μὲν τῆς στρατείας γυμνούμενοι δέκα χρυσίου λιτρῶν ποινὴν συνελαθήσονται καταβάλλειν [6]) ἐπ' ἐκεῖνον, ὃν ἐψεύσαντο τετελευτηκέναι, αὐτὸς δὲ ἄδειαν ἐχέτω, εἰ βουληθείη, τὴν ἰδίαν γαμετὴν ἀναλαμβάνειν. Εἰ δὲ σχολάριος εἴη ἐκεῖνος, οὗτινος περὶ τῆς τελευτῆς ἡ ἀμφισβήτησίς ἐστι, παρὰ τῶν πρώτων τῆς σχολῆς καὶ τοῦ ἀκτουαρίου, εἰ δὲ φοιδεράτος, παρὰ τοῦ ὁπτίονος αὐτοῦ τὴν εἰρημένην κατάθεσιν κομίζεσθαι τὴν ἐκείνου γαμετήν, τούτων παραφυλαττομένων καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς εἰς ἔνοπλον στρατείαν ἀναφερομένους.

sive foederati, sive scholares, sive alii quidam in aliam quamlibet armatam militiam delecti, melius ordinare placuit. Et iubemus, ut quotcunque annos in expeditione maneant, uxores eorum exspectent, etsi nec litteras nec responsum quoddam a maritis suis accipiant. Si quae vero eiusmodi mulierum virum suum mortuum esse audiverit, nec tum quidem alias nuptias eam contrahere permittimus, nisi prius mulier vel ipsa, vel per parentes suos, vel per aliam quamlibet personam priores numeri et chartularios, in quo maritus eius militavit, adierit, eosque, sive tribunum, si adest, interrogaverit, num revera maritus eius mortuus sit, ut illi sanctis evangeliis propositis apud acta deponant, virum revera mortuum esse. Et haec ubi fecit, atque in testimonium suum mulier acta accepit, etiam postea per unius anni spatium eam exspectare iubemus, ut post eius lapsum legitimum illi matrimonium contrahere liceat. Si contra hanc observationem mulier secundum matrimonium contrahere audeat, et ipsa, et qui eam duxit tamquam adulteri puniantur. Si illi, qui iureiurando apud acta praestito testati sunt, falsum testimonium dixisse postea convincantur, ipsi quidem militia exuti decem auri librarum poenam illi, quem mortuum esse mentiti sunt, solvere compellentur, huic vero, si velit, coniugem suam recipere liceat. Si scholaris sit is, de cuius morte dubitatio est, a primis scholae et actuario, sin foederatus, ab optione eius dictum testimonium uxor eius accipiat, atque haec observentur etiam in reliquis omnibus, qui ad armatam militiam referuntur.

Κεφ. ιβ'. [a])

Ταῖς δὲ εἰρημέναις αἰτίαις συνείδομεν καὶ ταύτας ὀνομαστὶ προσθεῖναι, ἐξ ὧν τοὺς γάμους δίχα ποινῆς ἔξεστι διαλύειν, τουτέστι τήν τε περὶ τῶν μὴ δυναμένων ἐξ ἀρχῆς τοῦ γάμου μίγνυσθαι ταῖς ἑαυτῶν γαμεταῖς καὶ τὰ παρὰ τῆς φύσεως ἀνδράσι δεδομένα πράττειν, καὶ πρός γε τὴν περὶ τῶν ἐν συν-

Cap. XII.

Dictis vero causis etiam has nominatim addendas esse visum nobis est, ex quibus nuptias absque poena dissolvere licet, hoc est tam eam, quae ad illos pertinet, qui ab initio matrimonii cum uxoribus suis non misceri, neque ea, quae a natura viris concessa sunt, agere possunt, quam insuper eam, quae ad illos viros et

---

[a]) *Prima huius cap. verba in Bas. XXVIII. 7. 3. Schol. b., ultima autem sententia in Bas. XXVIII. 7. 5.*

[1]) ἐν ἐξπεδιτίοσι μείνωσι, παραμένειν *Hal.*; ἐν ταξιδίῳ μένουσι, περιμένειν *Bas.* — [2]) γυνὴ ἢ δι' αὐτῆς *Hal.*; γυνὴ δι' αὐτῆς *Bas.* — [3]) *Hal.*; καὶ *om. Scrimg., Bas.* — [4]) τολμήσει *Hal., Bas.* — [5]) ἀγαγόμενος *Hal., Bas.* — [6]) καταβαλεῖν *Hal., Bas.* — [7]) et chartul. *Bk.* — [8]) *Cod. Hamb.*; hoc *edd.* — [9]) etiam *om. Bk.* — [10]) *Cod. Hamb.*; convinc. etiam falsum postea *edd.*; etiam *eiecit Bk.* — [11]) *Cod. Hamb., Trid.*; prospeximus *Port., Cont.*

tuti, melius ordinare perspeximus. Et iubemus, quantoscunque annos in expeditione manserint, sustinere eorum uxores, licet nec litteras nec responsum aliquod a suis maritis susceperint. Si qua vero ex huiusmodi mulieribus suum maritum audierit esse mortuum, neque tunc ad alias eam venire nuptias sinimus, nisi prius accesserit mulier aut per se, aut per suos parentes, aut per aliam quamcunque personam ad priores numeri chartularios [7]), in quo huiusmodi maritus militabat, et eos, seu tribunum, si tamen adest, interrogaverit, si pro veritate mortuus est eius coniux, ut illi sacris evangeliis propositis sub gestis monumentorum deponant, si pro veritate vir mortuus est. Et postquam haec gesta monumentorum confecta mulier pro se testimonio perceperit, etiam post haec [8]) iubemus manere eam per unius anni spatium, ut etiam [9]) post hunc decursum liceat legitimas contrahere nuptias. Si autem praeter hanc observationem mulier praesumserit ad aliud venire matrimonium, et ipsa, et qui ducit eam uxorem, velut adulteri puniantur. Si autem qui sub gestis monumentorum cum inreinrando testati sunt, convincantur etiam postea falsum [10]) deposuisse testimonium, ipsi quidem militia denudati decem auri librarum poenam compellantur exsolvere illi, quem mentiti sunt mortuum esse, ipse vero licentiam habeat, si voluerit, suam uxorem recipere. Si vero scholaris fuerit ille, de cuius morte dubitatio est, a primis scholae et actuario, si autem foederatus, ab optione eius memoratam depositionem accipere eius uxorem: his observandis et circa alios omnes, qui in armata militia referuntur.

Cap. XII. Praedictis itaque causis perspeximus [11]) etiam has nominatim adiicere, ex quibus matrimonia sine poena licet transigere, hoc est de iis, qui non potuerunt ab initio nuptiarum misceri suis uxoribus, et quae per naturam viris concessa sunt agere, insuper de iis viris ac feminis, qui consistente matrimonio sanctimo-

συνεσιῶτι τῷ γάμῳ εὐλαβῆ βίον καὶ τὴν ἐν μοναστηρίοις οἴκησιν ἐπιλεγομένων ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν, καὶ τὴν περὶ τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἐπί τινα χρόνον διαχρατουμένων προσώπων. ἐπὶ τούτοις γὰρ τοῖς τρισὶ θέμασι τὰ περὶ αὐτῶν τοῖς προτέροις ἡμῶν νόμοις περιεχόμενα βέβαια εἶναι θεσπίζομεν. Τὰς εἰρημένας τοίνυν ἁπάσας αἰτίας, τὰς τῷ παρόντι ἡμῶν νόμῳ περιεχομένας, μόνας ἀρκεῖν [1]) κελεύομεν πρὸς τὴν διάλυσιν τῶν νομίμων συνοικεσίων. τὰς δὲ λοιπὰς ἁπάσας ἀργεῖν παρακελευόμεθα, καὶ μηδεμίαν ἄλλην αἰτίαν [2]), πλὴν τῶν ὀνομασθέντων ἐγκειμένων τούτῳ τῷ νόμῳ, δύνασθαι διαλύειν νόμιμον γάμον, εἴτε ἡμετέροις, εἴτε παλαιοτέροις περιέχεται νόμοις.

et mulieres spectat, qui constante matrimonio vitam religiosam et habitationem in monasteriis elegerunt, et praeterea eam, quae ad illas personas, quae in captivitate ad tempus aliquod detinentur. Nam in tribus hisce casibus quae de illis in prioribus nostris legibus continentur firma esse sancimus. Dictas igitur omnes causas hac lege comprehensas solas ad dissolutionem legitimorum matrimoniorum sufficere, reliquas vero omnes cessare, nullamque aliam, exceptis iis, quae nominatim huic legi insertae sunt, matrimonium dissolvere posse iubemus, sive nostris, sive antiquis contineatur legibus.

Κεφ. ιγ'. [a])

Ἐπειδὴ δέ τινες γυναῖκες ἢ ἄνδρες ἀσέμνως βουλόμενοι ζῆν ἀπουδάζουσι τοὺς ἰδίους διαλύειν γάμους, θεσπίζομεν, εἴ ποτέ τις γυνὴ δίχα τινὸς τῶν προειρημένων ἡμῖν αἰτιῶν βουληθείη τὸν πρὸς τὸν συνοικοῦντα διαλῦσαι γάμον, ἄδειαν μὲν αὐτὴν μὴ ἔχειν τοῦτο πράττειν. εἰ δὲ ἐπιμένῃ τῇ τοιαύτῃ ἀσεβεῖ προαιρέσει, καὶ ξεπούδιον πέμψῃ τῷ ἀνδρί, κελεύομεν, τὴν μὲν προῖκα τῷ ἀνδρὶ δοθῆναι, τοῖς κοινοῖς παισὶ κατὰ τοὺς νόμους φυλαχθησομένην, εἰ δὲ παῖδας μὴ ἔχοιεν, κέρδος γίνεσθαι τῷ ἀνδρί, τὴν δὲ γυναῖκα κινδύνῳ τοῦ δικαστοῦ [b]) τοῦ τῆς ὑποθέσεως ἀκροασαμένου παραδίδοσθαι τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως, καθ' ἣν κοινῶς τὴν οἴκησιν εἶχον, ὥστε τῇ ἐκείνου προνοίᾳ ἐν μοναστηρίῳ αὐτὴν ἐμβληθῆναι, ὀφείλουσαν μέχρι τῆς ἰδίας ζωῆς ἐκεῖσε προσκαρτερεῖν. καὶ εἰ μὲν παῖδας ἔχοι ἡ τοιαύτη γυνή, τὸ δίμοιρον μέρος τῆς ἰδικῆς αὐτῆς περιουσίας δοθῆναι τοῖς παισί, τὸ δὲ τρίτον μέρος τῷ μοναστηρίῳ, ἐν ᾧ ἐμβάλλεται προσκυρωθῆναι, δεσποτείας δικαίῳ, εἰ δὲ παῖδας μὴ ἔχοι, εἰσὶ δὲ αὐτῇ γονεῖς, τὸ μὲν δίμοιρον μέρος τῆς οὔσης αὐτῇ περιουσίας τῷ μοναστηρίῳ παρέχεσθαι, ἔνθα ἐμβάλλεται, τὸ δὲ τρίτον μέρος τοῖς ἐκείνης γονεῦσι δίδοσθαι, πλὴν εἰ μὴ ὑπεξουσίαν αὐτὴν ἔχοντες τῷ ἀλόγῳ συνήνεσαν ξεπούδιῳ. τοιοῦτο γὰρ συναινέσαντας οὐδὲν αὐτοὺς παντελῶς ἐκ τῆς οὐσίας τῆς θυγατρὸς ἔχειν συγχωροῦμεν, ἀλλὰ πάντα τῷ εὐαγεῖ μοναστηρίῳ προσκυροῦσθαι βουλόμεθα. μήτε δὲ παίδων, μήτε γονέων ὄντων αὐτῇ, πᾶσαν ὁμοίως τὴν αὐτῆς περιουσίαν τῷ μοναστηρίῳ προσήκειν [c]). Εἰ δὲ ὁ δικασὴς ὁ τὴν ὑπόθεσιν ἐξετάσας τοῦτο μὴ

Cap. XIII.

Quoniam vero mulieres quaedam vel viri inhoneste vivere volentes matrimonia sua solvere student, sancimus, ut, si forte mulier quaedam sine aliqua ex dictis causis matrimonium cum coniuge solvere velit, id faciendi potestatem non habeat. Si vero in tam impio proposito permaneat, et repudium viro mittat, iubemus, ut dos quidem marito detur, liberis communibus secundum leges servanda, si vero liberos non habeant, viri sit lucrum, mulier autem periculo iudicis, qui causam cognoscit, episcopo urbis, in qua commune domicilium habuerunt, tradatur, ut illius cura in monasterium coniiciatur, in eoque per omnem vitam suam permaneat. Ac si quidem mulier illa liberos habeat, duae partes substantiae eius liberis dentur, tertia vero pars monasterio, in quod coniicitur, dominii iure applicetur. Si liberos non habeat, parentes autem ei sint, duae quidem partes substantiae eius praebeantur monasterio, in quod coniicitur, tertia vero pars parentibus illius detur, nisi si, quum eam in potestate haberent, de iniusto repudio consenserunt. Quando enim in hoc consenserunt, nihil eos omnino ex substantia filiae habere permittimus, sed omnia sacro monasterio applicari volumus. Si nec liberos nec parentes habeat, similiter tota eius substantia ad monasterium pertineat. Quodsi iudex, qui causam examinat, id non fecerit, nec ad hoc damnatum, ut in monasterium coniiciatur, episcopo urbis tradiderit, ab ipso, si quidem magistratum in felici hac urbe gerit, viginti librarum auri poena exigetur, et a cohorte eius aliae decem. Si vero in provincia talis sit iudex, neque fecerit, quae nobis hac in re

sanctimonialem conversationem et monasterii habitationem elegerint, et de iis personis, quae in captivitate aliquanto tempore detinentur. In his enim tribus casibus, quae de eis prioribus nostris legibus continentur, firma esse sancimus. Memoratas igitur omnes causas, quae in praesente nostra lege continentur, solas sufficere iubemus ad transactionem legitimorum matrimoniorum. Reliquas autem omnes vacare praecipimus, nullamque aliam causam, citra eas, quae nominatim insertae sunt huic legi, posse solvere legitimum matrimonium, sive nostris, sive veteribus legibus continentur.

Cap. XIII. Quia vero quaedam mulieres inhoneste volentes vivere festinant propria matrimonia solvere, sancimus, si quando mulier citra aliquam praedictarum a nobis causarum voluerit matrimonium solvere, licentiam quidem eam non habere hoc agere, si vero permanserit in huiusmodi impia voluntate, et repudium marito transmiserit, inbemus, dotem quidem viro dari, communibus filiis secundum legem servandam, si autem filios non habuerit, lucrum fieri marito, mulierem vero periculo iudicis negotium audientis tradi episcopo civitatis, in qua communiter domicilium habuerint, quatenus illius providentia in monasterium ipsa mittatur, ut donec advixerit [3]) debeat ibi consistere. Et si quidem filios habuerit huiusmodi mulier, duas partes propriae eius substantiae dari filiis, tertiam vero monasterio, in quod mittitur, applicari [4]) iure proprietatis. Si vero filios non habuerit, sint autem ei parentes, duas partes quidem ipsius substantiae monasterio praeberi, ubi mittitur, tertiam vero partem illius parentibus dari, nisi tamen sub potestate eam habentes irrationabili repudio consenserunt; in hoc enim consentientes, nihil eos penitus ex substantia filiae habere permittimus, sed haec omnia venerabili monasterio volumus applicari. Porro neque filiis, neque parentibus exsistentibus ei, omnem

---

[a]) *Hoc caput, si sententiam ultimam exceperis, deest ap. Hal., eius autem loco transtulit huc Nov.* 134. c. 11. *Supplementa Herveg. dederunt quae huius loci sunt, eaque recepit ed. Par., non tamen ea iecit quae aliena sunt. — Photii Nomoc. XI.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 1047.) — [b]) *Parat.* §. 15. *Athan. tit. IV.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 69.) — [c]) *Parat.* §. 8. *Athan. tit. II.* (*ibid. I. p.* 44.)

[1]) ἀρμόζειν *Hal.* — [2]) αἰτίαν *om. Hal.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid.*; quoad vixerit *Port., Const.* — [4]) *Bt.* dare — applicare *Cod. Hamb., edd.*

μὴ ποιήσῃ, καὶ παραδῶσῃ [1]) τὴν εἰς τοῦτο καταγινωσκομένην τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ, ὀφείλουσαν ἐμβληθῆναι ἐν μοναστηρίῳ, εἰ μὲν καὶ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν εἴη ὁ ἄρχων, αὐτὸς μὲν εἴκοσι χρυσίου λιτρῶν ποινὴν ἀπαιτηθήσεται, ἡ δὲ ταξις αὐτοῦ ἑτέρας δέκα, εἰ δὲ κατὰ χώραν εἴη ὁ τοιοῦτος ἄρχων, καὶ μὴ πράξῃ [2]) τὰ ἡμῖν ἐπὶ τούτῳ παρασιανια, δέκα χρυσίου λιτρῶν κατάδήσει ποινήν, καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ ἑτέρων πέντε. εἰ δὲ δικαστὴς εἴη μὴ ἔχων ἀρχήν, αὐτὸς μὲν δέκα χρυσίου λιτρῶν ποινὴν ἀπαιτηθήσεται, οἱ δὲ ὑπουργοῦντες αὐτῷ πέντε. ὥστε τὸ ἐντεῦθεν ἁρμόζον πρόστιμον κατὰ τῶν εἰρημένων προσώπων διὰ τοῦ κόμητος τῶν πριβάτων καὶ τῆς τῶν παλατίνων σχολῆς ἐπαιτεῖσθαι, καὶ τῷ ἡμετέρῳ προσχυροῦσθαι ταμιείῳ. Εἰ δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τὸν πρὸς τὴν γυναῖκα διαλῦσαι γάμον σπουδάσει, καὶ ἀλόγως ἐπιούδιον πέμψει, κελεύομεν, ἀποδοῦναι μὲν αὐτὸν ἣν ὑπεδέξατο προῖκα ἅμα τῇ πρὸ γάμου δωρεᾷ, καὶ τοσοῦτον ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ περιουσίας παρέχεσθαι τῇ γυναικί, ὅσον τὸ τρίτον μέρος τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ποιεῖ. καὶ εἰ μέν εἰσιν αὐτῇ παῖδες, μόνην τὴν χρῆσιν τῆς τε προγαμιαίας δωρεᾶς καὶ τοῦ παρ' ἡμῶν προστεθέντος τρίτου μέρους ἔχειν τὴν γυναῖκα, τὴν δὲ δεσποτείαν τοῖς παισὶ φυλάττεσθαι, παίδων δὲ μὴ ὑπόντων, ἔχειν τὴν γυναῖκα πρὸς τῇ χρήσει καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πράγμασι δεσποτείαν. Καὶ [a]) τὰς εἰρημένας μὲν διατυπώσεις περὶ τῶν εὐλόγως ἢ ἀλόγως διαλυομένων γάμων διετυπώσαμεν, καὶ πάντα τὰ περὶ τῶν εἰρημένων θεμάτων κατὰ ταύτην ἡμῶν τὴν διάταξιν κρίνεσθαί τε καὶ τέμνεσθαι διορίζομεν.

re placuerunt, decem librarum auri poenam solvet, eiusque cohors alias quinque. Sin autem iudex sit, qui nullum magistratum gerit, ab ipso quidem decem librarum auri poena exigetur, a ministris vero eius quinque. Quare mulcta, quae inde competit, a dictis personis per comitem privatorum et scholam palatinorum exigatur nostroque aerario applicetur. Si maritus matrimonium cum uxore solvere velit, et iniustum repudium miserit, iubemus, ipsum dotem, quam accepit, simul cum donatione ante nuptias reddere, atque tantum ex reliquo eius patrimonio mulieri praebeatur, quantum tertia pars donationis ante nuptias efficit. Et si quidem illa liberos habeat, solum usumfructum donationis ante nuptias tertiaeque partis a nobis additae mulier habeat, dominium vero liberis servetur; liberis autem non exstantibus mulier praeter usumfructum etiam dominium in iisdem rebus habeat. Atque haec quidem, quae de nuptiis iuste vel iniuste dissolutis dicta sunt, disposuimus, et ut omnes dicti casus secundum hanc nostram constitutionem iudicentur et decidantur, definimus.

Κεφ. ιδ'.

Εἰ δέ τις τὴν ἰδίαν γαμετὴν μάστιξιν ἢ ξύλοις τυπτήσει χωρίς τινος τῶν αἰτιῶν, ἃς κατὰ τῶν γυναικῶν πρὸς τὴν τοῦ γάμου διάλυσιν ἀρκεῖν παρεκελευσάμεθα, γάμου μὲν διάλυσιν ἐκ τούτου γίνεσθαι οὐ βουλόμεθα, τὸν δὲ ἄνδρα τὸν δεικνύμενον χωρὶς τοιαύτης αἰτίας μάστιξιν ἢ ξύλοις τυπτῆσαι τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν τοσοῦτον ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ὕβρεως ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ διδόναι περιουσίας τῇ γυναικὶ καὶ συνεστῶτος τοῦ γάμου, ὅσον τὸ τρίτον τῆς πρὸ γάμου ποιεῖ δωρεᾶς.

Cap. XIV.

Si vero quis uxorem suam flagellis aut fustibus ceciderit sine aliqua earum causarum, quas contra mulieres ad matrimonium solvendum sufficere iussimus, matrimonium quidem eam ob causam non solvi, sed virum, qui sine tali causa flagellis vel fustibus uxorem verberasse probatur, tantum pro illa contumelia mulieri ex reliqua sua substantia, constante etiam matrimonio, dare volumus, quantum tertia pars donationis propter nuptias efficit.

Κεφ. ιε'.

Πρὸς τούτοις δὲ κἀκεῖνο προστίθεμεν, ὥστε εἴπερ τις, ὡς εἰκός, ὑποπτεύσει τινὰ βούλεσθαι τῇ τῆς

Cap. XV.

His quoque et illud adiicimus, si forte quis suspicetur, aliquem uxoris suae castitati illudere velle, illique

omnem similiter eius substantiam competere monasterio. Si vero iudex, qui negotium examinat, hoc non fecerit, et [3]) tradiderit in hoc deprehensam civitatis episcopo, ut debeat in monasterium mitti, si quidem in hac felicissima civitate sit iudex, ipse quidem viginti quinque librarum auri poenam exigatur, officium autem eius alias decem. Si vero in provincia sit huiusmodi iudex, et non egerit, quae a nobis in hoc [4]) iussa sunt, decem librarum auri persolvat poenam, et officium eius alias quinque. Si vero [5]) iudex fuerit non habens cingulum, ipse quidem poenam decem librarum auri exigatur, ministrantes autem ei quinque, quatenus mulcta, quae hinc accedit, a memoratis personis per comitem rerum privatarum et palatinorum scholam exigatur, et nostro assignetur aerario. Si autem et vir circa mulierem transigere studuerit matrimonium, et irrationabiliter repudium destinare [6]), iubemus, reddere quidem eum quam susceperat [7]) dotem una cum sponsalitia largitate, et tantum ex alia eius substantia praeberi mulieri, quantum tertiam partem sponsalitiae faciat largitatis. Et si quidem ei filii sunt, solum usum et antenuptialis donationis, et a nobis additae tertiae partis mulierem habere, proprietatem vero filiis conservari [8]), filiis autem non exsistentibus, habere mulierem super usum in ipsis rebus etiam proprietatem. Et praedictas quidem dispositiones de [9]) dissolutis rationabiliter aut etiam irrationabiliter nuptiis ordinamus, et omnia de memoratis casibus secundum hanc nostram constitutionem iudicari et decidi decernimus.

Cap. XIV. Si quis autem propriam uxorem flagellis aut fustibus ceciderit sine aliqua causarum, quas contra uxores ad matrimonii solutionem sufficere iussimus, matrimonii quidem solutionem ex hoc fieri nolumus, virum autem, qui monstratur sine huiusmodi causa [10]) flagellis vel fustibus cecidisse uxorem suam, tantum pro huiusmodi iniuria ex alia sua dare substantia uxori etiam constante matrimonio, quantum tertia pars antenuptialis facit largitatis.

Cap. XV.

---

[a]) *Haec ultima sententia et integra capp.* 14. *et* 15. *in Bas. XXVIII. 7. 7. Schol. d.*

[1]) ποιήσει καὶ παραδώσει *Herveg.*, *Zuich.* — [2]) πράξει *Herveg.*, *Zuich.* — [3]) *Cod. Hamb.*; fec. et non trad. *Trid.*; fec. id est trad. *Port.*, *Cont.* — [4]) *Cod. Hamb.*; hac *edd.* — [5]) contra *Trid.* — [6]) rep. studuerit destinare *Cod. Hamb.*; rep. destinarit *Bk.* — [7]) *Cod. Hamb.*; susceperit *edd.* — [8]) *Bk.*; conservare *Cod. Hamb.*, *edd.* — [9]) *Bk.*; de om. *Cod. Hamb.*, *edd.* — [10]) *Port.*; vel *add. Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Cont.*

τῆς ἰδίας γαμετῆς συμπαίξαι σωφροσύνῃ, καὶ παραγγείλας αὐτῷ ἐγγράφους τρεῖς ἐκπέμψει, ἔχουσας μαρτυρίας ἀνδρῶν ἀξιοπίστων, καὶ μετὰ ταῦτας τὰς τρεῖς ἐγγράφους διαμαρτυρίας εὕροι αὐτὸν συντυγχάνοντα τῇ ἑαυτοῦ γαμετῇ, εἰ μὲν εἰς τὸν ἴδιον οἶκον, ἢ τὸν αὐτῆς τῆς γυναικός, ἢ τοῦ μοιχοῦ, ἢ ἐν προπύλαις, ἢ ἐν προαστείοις, εἶναι ἄδειαν τῷ ἀνδρὶ ταῖς οἰκείαις χερσὶ τὸν τοιοῦτον [1]) ἀνελεῖν, οὐδένα κίνδυνον ἐντεῦθεν εὐλαβουμένῳ. εἰ δὲ ἐν ἄλλῳ τόπῳ τὸν τοιοῦτον εὕροι μετὰ τῆς ἑαυτοῦ γαμετῆς διαλεγόμενον, οὐκ ἔλαττον τριῶν μαρτύρων ἀξιοπίστων συγκαλουμένων, δι' ὧν ἀποδεῖξαι δύναται ὅπερ αὐτὸν μετὰ τῆς ἑαυτοῦ γαμετῆς εὗρε, τῷ ἄρχοντι παραδιδόναι τῷ τὰ ἐγκλήματα ἐξετάζοντι, ἐκεῖνον δὲ ταῖς ἀληθείαις γινώσκοντα, μετὰ τὰς τρεῖς ἐγγράφους διαμαρτυρίας τῇ τοιαύτῃ γυναικὶ τοῦτον συνευρεθέντα, τὸν μὲν τοιοῦτον ὡς ἐκ μόνου τούτου τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι ὑποπεσόντα μηδεμιᾶς ἄλλης ζητουμένης ἀποδείξεως τιμωρεῖσθαι, ἄδειαν δὲ εἶναι τῷ ἀνδρὶ, ὡς ἂν βούληται, τῆς ἰδίας γαμετῆς κατηγορεῖν, καὶ καιὰ τοὺς νόμους τῷ ἐγκλήματι ἐπεξέναι. §. 1. Ἐπειδὴ δὲ οὕτως εὑρίσκονταί τινες ἀσεβεῖς, ὥστε καὶ ἐν σεβασμίοις οἴκοις τολμᾶν εἰς τοιαῦτα ἑαυτοὺς ἐμμιγνύειν μυσὴ κἀκεῖ περὶ ἁμαρτημάτων βουλεύεσθαι, ὅπου εἰώθασιν οἱ τὸν Θεὸν φοβούμενοι τὴν τῶν ἁμαρτημάτων συγχώρησιν ἐξαιτεῖν, κελεύομεν, ὥστε εἴ τις τοιοῦτος εὑρεθείη ἐν τόποις εὐαγέσιν ἀλλοτρίᾳ γαμετῇ, εἰς ἣν ὑπονοεῖται, μετὰ τρεῖς, ὡς εἰρηται, διαμαρτυρίας διαλεγόμενος, ἄδειαν εἶναι τῷ ταύτης ἀνδρὶ ἑκάτερον πρόσωπον τῷ ἐκδίκῳ τῆς ἐκκλησίας ἢ τοῖς ἄλλοις κληρικοῖς παραδιδόναι, ὥστε τῷ αὐτῶν κινδύνῳ κεχωρισμένους τούτους φυλάττεσθαι, μέχρις ὅτου ὁ τοῦ τόπου ἄρχων τοῦτο γινώσκων πέμψει πρὸς τὸν ἐπίσκοπον τῆς πόλεως, ὥστε αὐτῷ τούτους παραδοθῆναι, τιμωρίας ὀφείλοντας ὑποστῆναι κατὰ τοὺς νόμους, εἰ ἀπαγορεύουσι τοὺς μοιχοὺς ἐκ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ἐκδικεῖσθαι, μηδεμίαν μηδὲ ἐνταῦθα ἑτέραν τοῦ δικαστοῦ ζητοῦντος περὶ τῆς μοιχείας ἀπόδειξιν, εἰ μὴ τὰς τρεῖς, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, διαμαρτυρίας. τούτων γὰρ τῶν τριῶν διαμαρτυριῶν ἀποδεικνυμένων, πᾶσι τρόποις ἐκεῖνοι ὡς μοιχοὶ τιμωρεῖσθωσαν. οὐδὲ γὰρ ὀφείλει τὰ τοιαῦτα πρόσωπα σεβασμίου τόπου ἔχειν ἀσφάλειαν, οὐδὲ αὐτοὶ διὰ τοῦ ἰδίου μύσους κατηγόρησαν (εἰ γὰρ τοὺς ἁλλαχόσε ἁρπαγὰς γυναικῶν καὶ μοιχεῖας πλημμελοῦντας εἰς εὐκτηρίους οἴκους προσφεύγοντας ὑπ' αὐτῶν ἐκδικεῖσθαι οἱ ἡμέτεροι νόμοι οὐ συγχωροῦσι, πῶς ἐκείνοις τοῖς ἐν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ τοιαῦτα μύσῃ σπουδάζουσι διαπράττεσθαι συγχωρη-

illique tres scriptas denunciationes miserit, quae testimonia virorum fide dignorum habeant, et post tres illas scriptas testationes inveniat eum cum uxore sua vel in propria domo, vel uxoris suae, vel adulteri, vel in popinis, vel in suburbiis commercium habentem, ut liceat marito manibus suis eum perimere, nec ullum periculum ea de causa metuat. Si vero in alio loco eum cum uxore sua loquentem inveniat, non minus tribus testibus fide dignis convocatis, per quos probare possit, se eum cum uxore sua deprehendisse, magistratui illum tradat, qui de criminibus cognoscit, hic autem, ubi cum post tres illas scriptas testationes cum muliere illa deprehensum esse, revera cognovit, illum quidem, quasi ex eo solo in adulterii crimen inciderit, nulla alia probatione requirenda puniat, marito autem quo voluerit modo uxorem accusare et crimen secundum leges persequi liceat.

Cap. V. Aliud ad hoc capitulum nostra indigens providentia prospeximus emendare. Quia enim nostrae leges decernunt, si quando gloriosissimi praefecti sacrorum praetoriorum sententiam protulerint, nullam appellationem adversus eam offerri, sancimus, quoties sententia gloriosissimorum praefectorum cuiuscunque regionis proferatur, et unus forsan litigantium putaverit se gravari, habere eum licentiam petitionem offerre gloriosissimis praefectis, qui sententiam protulerunt, aut eorum consiliariis, aut causas introducentibus intra decem dierum inducias post prolatam sententiam, ut hoc subsecuto non aliter exsecutioni sententia contradatur, nisi prius fideiussiones dignas praebuerit victrix pars tantae quantitatis, quantae fuit condemnatio, ut, si

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 26. 2. *Schol. b.* — (*Eustath.*) *Dosith. XXXIII.* 3. — *Parat.* §. 16. *Athan. tit. IX.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 111.) — [b]) *Bas. XXII.* 4. 1. *Schol. p. q.* — *Parat.* §. 9. *Athan. tit. XII.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 152.) — [c]) *Cap.* 4. *et* 5. *in Bas. IX.* 2. 8., *eorundemque capitum epit. in Parat.* §. 2. *Athan. tit. VII.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 90 *sq.*)

[1]) *Cod Hamb.*; *et om. edd.* — [2]) *Cod Hamb.*; hoc *edd.*

ἡμερῶν [a]) προθεσμίας μετὰ τὸ προενεχθῆναι τὴν ψῆφον, ὥστε τούτου παρακολουθοῦντος μὴ ἄλλως ἐκβιβασμῷ παραδίδοσθαι τὴν ψῆφον, εἰ μὴ πρότερον ἐγγύας ἀξιοπίστου παράσχοι τὸ νικῆσαν μέρος τοσαύτης ποσότητος, ὅσης ἂν εἴη ἡ καταδίκη, ὡς, εἰ μετὰ ταῦτα ἀναψηλαφήσεως νομίμῳ τρόπῳ προϊούσης ἡ ψῆφος ἀναιρεθείη, τὰ πράγματα αὐτῷ μετὰ τῶν νομίμων ἐπαυξήσεων ἀποκαθίστασθαι. εἰ δὲ ἐντὸς τῆς μνημονευθείσης τῶν δέκα ἡμερῶν προθεσμίας μετὰ τὸ τὴν ψῆφον προενεχθῆναι μὴ ἐπιδοίη τὸν λίβελλον ὁ νομίζων βεβλάφθαι, κελεύομεν τὸν τοῦ πράγματος ἐκβιβασμὸν δίχα ἐγγύης προϊέναι, τοῦ τῆς ἀναψηλαφήσεως δικαίου φυλαττομένου ἐκείνῳ, ὅστις ἑαυτὸν βεβαρῆσθαι νομίσοι.

victrix pars fideiussiones fide dignas eius quantitatis nomine, in quam condemnatio facta est, dederit, ut, si postea, retractatione legitimo modo facta, sententia subvertatur, res ei cum legitimis accessionibus restituatur. Si vero intra memoratum decem dierum spatium post latam sententiam is, qui se laesum putat, libellum non obtulerit, iubemus, ut exsecutio rei sine fideiussione fiat, et ius retractationis illi, qui se gravatum putaverit, servetur.

Κεφ. ϛ'. [b])

Πρὸς τούτοις θεσπίζομεν, ὥστε εἴπερ συμβαίη τοὺς νέους βούλεσθαι ἀποστῆναι τῆς εἰς αὐτοὺς περιελθούσης καὶ καταδεχθείσης παρ' αὐτῶν κληρονομίας, εἰ μὲν πάντες οἱ δανεισταὶ παρόντες εὑρεθεῖεν ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, ἐν οἷς ἡ εἰς ἀκέραιον ἀποκατάστασις αἰτεῖται, καλεῖσθαι παρὰ τοῦ ἄρχοντος τοὺς δανειστάς, καὶ παρόντων πάντων ἀφίστασθαι τοὺς νέους τῆς τοιαύτης κληρονομίας. εἰ δὲ πάντες ἢ τινες τῶν δανειστῶν ἀπόντες εἶεν, κελεύομεν τοὺς νέους βουλομένους τοῦτο πράττειν τῷ τῶν τόπων ἄρχοντι, ἐν οἷς αὐτοὶ διάγουσι, προσιέναι, ἐκεῖνον δὲ διὰ τῶν συνειθισμένων κηρυγμάτων καλεῖν τοὺς δανειστάς. καὶ εἰ ἐντὸς τριῶν μηνῶν προθεσμίας μηδαμῶς παραγένωνται οἱ δανεισταί, ἐξεῖναι τούτοις [1]) δίχα κινδύνου τῆς τοιαύτης ἀναχωρεῖν κληρονομίας, προνοοῦντος τοῦ ἄρχοντος, παρ' ᾧ ἡ εἰς ἀκέραιον ἀποκατάστασις πράττεται, ποῦ ὀφείλει τὰ κληρονομιαῖα [2]) πράγματα κινητά τε καὶ ἀκίνητα φυλάττεσθαι, τῆς ποσότητος δηλαδὴ τούτων διὰ δημοσίας ἀπογραφῆς κατὰ πρᾶξιν ὑπομνημάτων φανερουμένης.

Cap. VI.

Ad haec sancimus, ut, si minores contingat hereditate ad ipsos delata atque ab ipsis adita abstinere velle, si quidem omnes creditores praesentes inveniantur in illis locis, in quibus in integrum restitutio petitur, creditores a magistratu vocentur, omnibusque praesentibus minores ab eiusmodi hereditate abstineant. Sin autem omnes vel quidam ex creditoribus absentes sint, iubemus, ut minores, qui id facere volunt, magistratum locorum adeant, in quibus degunt, ille vero per consueta mandata creditores vocet, et si intra trium mensium spatium creditores non appareant, liceat iis sine periculo ab eiusmodi hereditate recedere, atque magistratus, apud quem in integrum restitutio peragitur, provideat, ubi res hereditariae mobiles et immobiles servari debeant, quantitate scilicet earum per publicam descriptionem apud acta manifestanda

Κεφ. ζ'. [c])

Ἔτι [3]) θεσπίζομεν, ὥστε εἴ τις κακῇ πίστει πράγματα νεμόμενος ἢ κατὰ πρᾶσιν, ἢ κατὰ δωρεάν, ἢ ἄλλως ταῦτα ἐκποιήσοι, ὁ δὲ νομίζων τὰ αὐτὰ πράγματα προσήκειν ἑαυτῷ τοῦτο γινώσκων ἐντὸς δέκα ἐνιαυτῶν μεταξὺ τῶν παρόντων καὶ εἴκοσι μεταξὺ τῶν ἀπόντων μὴ διαμαρτύρηται κατὰ τοὺς νόμους τὸν ἀγοραστήν, ἢ τὸν τὴν δωρεὰν δεχόμενον, ἢ ἐκεῖνον, εἰς ὃν τὰ πράγματα ἄλλῳ οἱῳδήποτε τρόπῳ μετενεχθείη, τὸν τὰ τοιαῦτα πράγματα κομιζόμενον βεβαίως ταῦτα ἔχειν, μετὰ τὴν τῆς δεκαετίας δηλονότι ἐπὶ τῶν παρόντων καὶ τῆς εἰκοσαετίας ἐπὶ τῶν

Cap. VII.

Amplius sancimus, si quis mala fide res possidens vel per venditionem, vel per donationem, vel alio modo eas alienaverit, is vero, qui res illas ad se pertinere putat, hoc cognoscens, intra decem annos inter praesentes et viginti inter absentes emtorem, vel donatarium, vel illum, ad quem alio quolibet modo res delatae fuerunt, secundum leges non interpellet, ut is, qui res illas accepit, firmiter eas habeat, post decennii scilicet inter praesentes et vicennii inter absentes lapsum. Quodsi verus rerum alienarum dominus res illas ad se pertinere et alienationem factam esse ignoret,

si post hanc retractationem modo legitimo procedente sententia resolvatur, res ei cum augmentis legitimis restituatur. Si vero intra memoratas decem dierum inducias post prolatam sententiam non obtulerit libellum is, qui putat se laesum, iubemus, causae exsecutionem sine fideiussione [4]) procedere, retractationis iure servando illi, qui se gravatum putaverit.

Cap. VI. Ad haec quoque sancimus, ut, si contigerit minores velle se abstinere ab hereditate in se devoluta et a se suscepta, si quidem omnes creditores praesentes fuerint in illis locis, in quibus in integrum restitutio postulatur, vocentur a iudice creditores, et praesentibus omnibus ab huiusmodi hereditate se minores abstineant. Si vero omnes aut aliqui creditorum absentes fuerint, iubemus, minores volentes hoc agere locorum iudicem, in quibus ipsi degunt, adire, illum vero per consuetas citationes vocare creditores, et si intra spatium trium mensium nusquam appareant creditores, licere minoribus sine periculo ab huiusmodi hereditate abscedere, iudice providente, apud quem agitur in integrum restitutio, ubi debeant hereditariae res mobiles et immobiles custodiri, quantitate quippe harum publica descriptione sub gestis monumentorum manifestanda.

Cap. VII. Rursus sancimus, ut, si quis mala fide rem possidens aut per venditionem, aut per donationem, aut aliter hanc rem [3]) alienet, qui vero putat, easdem res competere sibi, hoc agnoscens, intra decem annos inter praesentes et viginti inter absentes non contestatus fuerit secundum leges emtorem, aut donationem accipientem, aut illum, ad quem res alio quolibet modo translatae sunt, eum, qui tales res habet, firme eas habere, post decennii videlicet inter praesentes et vicennii inter absentes decursum. Si autem ignorat verus alienа-

---

[a]) (*Rustath.*) *ὁρ. VIII.* 8. — [b]) *Bas. X.* 21. 8. — [c]) *Cap. 7. et* 8. *in Bas. L.* 14. 10. (*L.* 14. 11. *in Meerm. Thes. Tom. V. p.* 76.) — *Lib. περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 17. (*Haimb. Anecd. I. p.* 196.)

[1]) τούτους *Hal.* — [2]) κληρονόμιμα *Hal.* — [3]) ἐπὶ ταῦτα *Hal.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; fideiussore *Pert., Cont.* — [5]) rem om. *Cod. Hamb.*

ιῶν ἀπόντων παραδρομήν. Εἰ δὲ ἀγνοεῖ ὁ ἀληθὴς ιῶν ἐκποιηθέντων [1]) πραγμάτων δεσπότης καὶ ὅτι τὰ πράγματα αὐτῷ προῆκται, καὶ οτι γέγονεν ἡ ἐκποίησις, κελεύομεν μὴ ἄλλως τοῦτον ἀποκλείεσθαι, πλὴν εἰ μὴ διὰ τῆς παραγραφῆς τῆς τριακονταετίας [a]), μὴ δυναμένου λέγειν τοῦ τὰ πράγματα τούτῳ τῷ τρόπῳ νεμομένου, ὅτι αὐτὸς καλῇ πίστει νέμεται, ὁπόθε παρὰ τοῦ κακῇ πίστει νεμηθέντος ταῦτα ἐκομίσατο.

ret, iubemus, ut non aliter, quam triginta annorum praescriptione excludatur, quum ille, qui res hoc modo possidet, dicere non possit, se bona fide possidere. quandoquidem ab eo, qui mala fide possedit, eas accepit.

Κεφ. η'. [b])

Περὶ δὲ τῆς παραγραφῆς τῆς δεκαετίας ταῦτα διατυπῶσαι συνείδομεν [2]), ὥστε εἴ ποτέ τις ἐν τῇ εἰρημένῃ τῆς δεκαετίας χρονικῇ παραγραφῇ ἐπί τινας μὲν ἐνιαυτοὺς παρὼν εἴη, ἐπί τινας δὲ ἀπών, ἄλλους τοσούτους αὐτῷ ἐνιαυτοὺς πρὸς τῇ δεκαετίᾳ προστεθῆναι, ὅσους ἐξ αὐτῆς τῆς δεκαετίας ἀπὼν γέγονε. Ταῦτα δὲ πάντα, ἅτινα περὶ τῆς χρονικῆς ὡρίσαμεν παραγραφῆς, οὐκ ἐν ταῖς προλαβούσαις, ἀλλ' ἐν ταῖς μελλούσαις καὶ μόνον μετὰ τὸν παρόντα νόμον ὑποθέσεσί τε καὶ πράγμασι κρατεῖν παρακελευόμεθα.

Cap. VIII.

De exceptione decennii definire nobis placuit, ut, si quis in dicta temporali decennii praescriptione aliquot annis praesens, quibusdam vero absens sit, tot alii anni ad decennium illi addantur, quot per decennium absens fuit. Haec vero omnia, quae de temporali praescriptione definivimus, non in praeteritis, sed in futuris, et illis tantum negotiis ac rebus obtinere iubemus, quae hanc legem sequuntur.

Κεφ. θ'. [c])

Ἐπειδὴ δὲ πρὸ τούτου νόμον προηγάγομεν, ὥστε τοὺς διατιθεμένους ἢ χειρὶ ἰδίᾳ, ἢ διὰ τῶν μαρτύρων τὰ ὀνόματα τῶν κληρονόμων ἐγγράφειν ταῖς διαθήκαις, ἐγνωμεν δὲ ἐκ τῆς τοιαύτης ἀκριβείας πολλὰς διαθήκας ἀνατραπῆναι, οἷα τῶν διατιθεμένων μὴ δυναμένων τὴν τοιαύτην ἀκρίβειαν παραφυλάξαι, ἤ, ὡς εἰκός, μὴ βουλομένων γνῶναί τινας τὴν ἰδίαν αὐτῶν βουλὴν, κελεύομεν, ἄδειαν μὲν εἶναι τοῖς βουλομένοις ταῦτα φυλάττειν ἐν ταῖς αὐτῶν διαθήκαις. Εἰ δὲ καὶ ταῦτα μὴ φυλάξουσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν παλαιὰν συνήθειαν διαθῶνται, καὶ οὕτω βεβαίαν εἶναι τὴν διαθήκην θεσπίζομεν, εἴτε δι' ἑαυτοῦ τις, εἴτε δι' ἑτέρου προσώπου τὸ ὄνομα τοῦ κληρονόμου ἐγγράψει, εἴπερ ὅλως τὴν λοιπὴν νόμιμον παραφυλαχὴν ἐν τῇ διαθήκῃ ὁ testator παραφυλάξει.

Cap. IX.

Quoniam vero antea legem tulimus, ut testatores vel sua manu, vel per testes nomina heredum testamentis inscribant, cognovimus autem, per subtilitatem illam multa testamenta subversa esse, quum testatores eam diligentium adhibere non potuerint, vel fortasse quondam voluntatem suam notam fieri noluerint, iubemus, ut illis quidem, qui volunt, haec in testamentis suis observare liceat; sin autem haec non observaverint, sed secundum veterem consuetudinem testentur, sancimus, ut etiam sic testamentum firmum sit, sive quis ipse, sive per aliam personam nomen heredis scripserit, modo testator reliquam legitimam solemnitatem in testamento observet.

Κεφ. ι'. [d])

Τὸν δὲ νόμον, δι' οὗ ἐθεσπίσαμεν μὴ μεταφέρεσθαι εἰς ἑτέρους τὰ εἰς τὸν ἡμέτερον οἶκον ἀπὸ εὐαγοῦς ἐκκλησίας περιερχόμενα πράγματα, σχολάζειν θεσπίζομεν, τοῦτο μὲν ἐπὶ τοῖς ἤδη εἰς τὸν ἡμέτερον οἶκον νομίμως περιελθοῦσι, τοῦτο δὲ καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα μέλλουσι περιέρχεσθαι.

Cap. X.

Legem vero, qua sanximus, ne res, quae ad domum nostram a venerabili ecclesia pervenerunt, ad alios transferantur, cessare volumus tam in iis, quae iam ad nostram domum legitime pervenerunt, quam in iis, quae postea perventura sunt.

Κεφ. ια'.

Cap. XI.

alienatarum rerum dominus, et quia res ei competunt, et quia alienatio facta est, non aliter hunc excludi, nisi per tricennalium praescriptionem, non valente dicere eo, qui res hoc modo possidet, quia ipse bona fide possidet, quando [3]) a mala fide possidente hoc accepit.

Cap. VIII. De praescriptione vero decennii hoc ordinare prospeximus, ut, si quando quispiam in praedicta decennii temporali praescriptione in quibusdam quidem annis praesens sit, in quibusdam vero absens, alios tantos ei annos super decenniun adiici, quantos ex ipso decennio absens fuit. Haec autem omnia, quae de temporali praescriptione decrevimus, non in praeteritis, sed in futuris et [4]) tantum post praesentem legem negotiis atque causis valere praecipimus.

Cap. IX. Quia vero ante hoc [5]) legem protulimus, ut testator aut manu propria, aut per testes nomina heredum scribat in testamentis [6]), agnovimus autem ex huiusmodi subtilitate plurima testamenta destructa, testatoribus non valentibus huiusmodi custodire subtilitatem, aut forsan nolentibus scire aliquos suam voluntatem, inbemus, licentiam quidem esse volentibus hoc servare in propriis testamentis; si autem haec [7]) non observant, sed secundum priscam consuetudinem testentur, etiam sic firmum testamentum esse sancimus, sive per se aliquis, sive per alterius personam nomen heredis inscripserit, si omnino reliquam legitimam observationem in testamento testator observaverit [8]).

Cap. X. Legem vero, per quam sanximus [9]), non transferri ad alios [10]) res, quae ad nostram domum ex venerabili ecclesia pervenerunt, vacare sancimus tam in iis quae iam ad nostram domum legitime pervenerunt, quam quae postea pervenire futura sunt.

Cap. XI.

---

[a]) (*Eustath.*) *Bas. XL.* 10. — [b]) *Lib. περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 17. (*Heimb. Anecd. I p.* 196.) — [c]) *Parat.* §. 16. *Athan. tit. IX.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 111.) — *Lib. περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 17. (*ibid. I. p.* 196.) — [d]) *Bas. V.* 2. 8.

[1]) ἐκποιηθέντων *om. Hal.* — [2]) συνοίδαμεν *Hal.* — [3]) haec *Cod. Hamb.*; si enim hoc *edd.*; si vero etiam hoc *Bk.* — [4]) *Cod. Hamb.*; ipse *add. edd.* — [5]) et *om. Trid., Port.* — [6]) servaverit *Cod. Hamb., Trid.* — [7]) *Cod. Hamb.*; ante hanc *edd.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [9]) sancimus *Port.* — [10]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; *Hamb.*; testamento *edd.* — [7]) *Cod. Hamb.* 2ª *man.*; si alias *Port., Cont.*

Κεφ. ια'.[a])

Εἴποτε δέ τις διάθηται, καί τι πρᾶγμα ἀκίνητον τῇ ἰδίᾳ φαμιλίᾳ ἢ ἑτέρῳ τινὶ προσώπῳ ὀνόματι ληγάτου καταλείψῃ, καὶ ἰδικῶς εἴπῃ, μηδενὶ χρόνῳ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἐκποιεῖσθαι, ἀλλὰ παρὰ τοῖς κληρονόμοις ἢ διαδόχοις ἐκείνου, ᾧτινι καταλειφθῇ, διαμένειν, ἐπὶ τούτου τοῦ ληγάτου κελεύομεν τὸν φαλκίδιον νόμον χώραν παντελῶς μὴ ἔχειν, ἐπειδὴ τὴν ἐκποίησιν τούτου αὐτὸς ἐκώλυσεν ὁ διαθέμενος. Ταῦτα δὲ κρατεῖν κελεύομεν ἐπ' ἐκείνοις τοῖς θέμασι τοῖς μήπω κατὰ δικασικὴν ψῆφον, ἢ κατὰ φιλικὴν σύμβασιν, ἢ καθ' ὁλονδήποτε νόμιμον τρόπον τμηθεῖσιν.

Ἐπίλογος.

Ἡ ὑπεροχὴ τοίνυν ἡ σὴ ἃ διὰ τοῦ παρόντος νόμου εἰς τὸ διηνεκὲς κρατήσοντος ἡ ἡμετέρα ἐθέσπισε γαληνότης ἐδίκτων μὲν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει προτιθεμένων, προστάξεων δὲ πρὸς τοὺς πασῶν τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένους καταπεμπομένων εἰς τὴν τῶν πάντων γνῶσιν ἐλθεῖν παρασκευάσει. Dat. XIV. Kal. Febr. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XVII., post Basilii V. C. Cons. ann. III. [544.]

Cap. XI.

Si quis autem testatus fuerit, et rem aliquam immobilem familiae suae vel alii personae legati nomine reliquerit, atque specialiter dixerit, ut nullo tempore ea res alienetur, sed apud heredes vel successores illius, cui relicta sit, maneat, in hoc legato iubemus legem Falcidiam locum omnino non habere, quoniam alienationem eius ipse testator prohibuit. Haec vero in illis casibus valere iubemus, qui nondum iudiciali sententia, vel amica conventione, vel quolibet legitimo modo decisi sunt.

Epilogus.

Quae igitur hac lege in perpetuum valitura serenitas nostra sancivit, excellentia tua efficiat ut edictis quidem in hac regia urbe propositis, praeceptis vero ad omnes provinciarum rectores missis ad omnium notitiam veniant.

Cap. XI. Si quando autem aliquis testamentum faciat, et aliqnam rem immobilem suae familiae aut alteri cuicunque personae nomine legati reliquerit, et specialiter dixerit, nullo tempore hanc rem alienari, sed aut apud heredes, aut apud successores illius, cui relicta est, permanere, in hoc legato iubemus Falcidiam legem locum penitus non habere, quoniam alienationem eius testator ipse prohibuit. Haec autem obtinere praecipimus in illis casibus, qui nondum iudiciali decreto, aut per amicabilem conventum, aut quolibet modo legitimo decisi sunt.

Epilogus. Eminentia igitur tua, quae per praesentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, edictis quidem in hac regia civitate propositis, praeceptis autem ad omnium provinciarum iudices destinatis ad omnium notitiam venire procuret. Dat. XIV. Kal. Febr. Constant. imp. Iustinian PP. Aug. anno XVII., post Basilii cons. ann. III. [544.]

---

[a]) *Bas. XLI. 5. 4. — Parat. §. 16. Athan. tit. IX.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 111.)

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρκ'.[a])

Περὶ ἐκποιήσεως καὶ ἐμφυτεύσεως ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Πέτρῳ, τῷ ὑπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων.

Προοίμιον.

Πολλῶν καὶ διαφόρων νόμων ἐπὶ ταῖς ἐκποιήσεσι καὶ ἐμφυτεύσεσι καὶ μισθώσεσι καὶ τῇ λοιπῇ διοικήσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων φροντισάντων, συνείδομεν πάντα [1]) *τῷ παρόντι περιλαβεῖν νόμῳ.* **Κεφ. α'.**

Novella CXX.

DE ALIENATIONE ET EMPHYTEUSI RERUM ECCLESIASTICARUM.

Idem Imperator Petro, Praefecto Orientali Praetorio.

Praefatio.

Quum multae et variae leges de alienationibus, et emphyteusibus, et locationibus, et reliqua rerum ecclesiasticarum administratione latae sint, omnia hac lege comprehendenda esse censuimus.

Cap. I.

Gl. Const. CXVI.

DE ALIENATIONE, ET EMPHYTEUSI, ET LOCATIONE, ET HYPOTHECIS, ET ALIIS DIVERSIS CONTRACTIBUS IN UNIVERSIS LOCIS RERUM SACRARUM.

(Coll. IX. tit. 3.)

Imp. Iustinianus Aug. Petro, gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto.

Praefatio. Multis et diversis legibus super alienationibus, et emphyteusibus, et locationibus, et reliquis administrationibus [2]) ecclesiasticarum rerum plantantibus [3]), praevidimus omnes praesente comprehendere lege. **Cap. I.**

---

[a]) *Hal. et Scrimg. — Athan. II. 2.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 29—34.) *et Coll. Const. eccl. III. 2. 2.* (*Zachariae Lingenthal bibl. II. p.* 1342 *sqq.*) — *Partes aliquot Novellae exhibet Coll. 87 capitul. c.* 14—16. (*cf. Biener l. c. p.* 171. 587 *sq.*) *et* (*Ioannis*) *Nomoc. App.* 12—14. (*Zachariae bibl. II. p.* 665 *sqq.*) — *Extat etiam Nov. in Coll. 25 capitul. c.* 24. (*cf. Biener l. c. p.* 174. 600.). — *Praeter prooemium et epilogum tota Nov. est in Bas. V. 2. 1—7. et 9—13.* (*et 15 ?*) *Schol. — Iulian. Const. 111. — Versio est vetus glossata.*

[1]) *πάντας habuisse videtur Vet. Int.* — [2]) reliquae administrationis *Cod. Hamb.* — [3]) de plantantibus *Cod. Hamb.*; et de plantantibus *Trid., Port.*

Κεφ. α'.

Θεσπίζομεν τοίνυν, μηδεμίαν ἄδειαν ἔχειν τοὺς διοικοῦντας τὰ πράγματα τῆς κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, ἢ ὀρφανοτροφείου, ἢ ξενοδοχείου, ἢ πτωχοτροφείου, ἢ νοσοκομείου, ἢ ἄλλου εὐαγοῦς οἴκου ἐν τῇ βασιλίδι πόλει ἤτοι τῇ ταύτης ἐνορίᾳ τυγχάνοντος (ἐξῃρημένων μόνων τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων) πιπράσκειν ἢ δωρεῖσθαι ἢ ἀνταλλάττειν ἢ ἐπὶ ἀντιδώρῳ δοῦναι, ἢ οἱῳδήποτε ἄλλῳ τρόπῳ ἐκποιεῖν πρᾶγμα ἀκίνητον, ἢ πολιτικὴν σίτησιν, ἢ γεωργικὸν ἀνδράποδον, εἰ μὴ πρὸς βασιλικὸν οἶκον ἡ ἀνταλλαγὴ γένηται μόνον. ἀλλ' οὔτε παροικικῷ δικαίῳ δίδοσθαί τι συγχωροῦμεν. Τὰς δὲ ἐμφυτεύσεις παρὰ τῆς εἰρημένης ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τῆς βασιλίδος πόλεως καὶ τῶν μνημονευθέντων εὐαγῶν οἴκων γίνεσθαι κελεύομεν ἐπί τε τῷ προσώπῳ αὐτοῦ τοῦ λαμβάνοντος καὶ ἄλλων δύο ἐφεξῆς κληρονόμων, μὴ πλέον ἔχοντος μοῖρας τοῦ ὑφεστῶτος κανόνος συγχωρουμένου [1]) τῷ τὴν ἐμφύτευσιν κομιζομένῳ. Περὶ δὲ διαφερόντων προασείων τῇ αὐτῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ καὶ τοῖς εἰρημένοις εὐαγέσιν οἴκοις τοῖς ἐπὶ τῆς βασιλίδος πόλεως ἢ τῆς αὐτῆς περιοικίδος οὔσι κελεύομεν, εἰ μὲν τὰ τοιαῦτα προάστεια πρόσοδον ἔχει, ἐπὶ ὁλοκλήρῳ τῷ κανόνι παρὰ τῶν διοικούντων τοὺς αὐτοὺς εὐαγεῖς τόπους εἰς ἐμφύτευσιν ταῦτα κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον τῷ λαμβάνοντι καὶ ἄλλαις δύο διαδοχαῖς δίδοσθαι, καὶ μηδένα παντελῶς κουφισμόν, ἀλλὰ καὶ προσθήκην γίνεσθαι. Εἰ δὲ μὴ ἔχει ταῦτα τὰ προάστειά τινα παντελῶς πρόσοδον, ἄδειαν παρέχομεν τοῖς διοικηταῖς τῶν εὐαγῶν τόπων ἐπί τινι ποσότητι ταῦτα, ὡς προείρηται, εἰς ἐμφύτευσιν δι δόναι. §. 1. *Εἰ δὲ συμβαίη οἱονδήποτε πρᾶγμα ἐκ τινος τῶν εἰρημένων εὐαγῶν τόπων ἐμφυτευτικῷ δικαίῳ διδόμενον ἢ εἰς βασιλικὸν οἶκον, ἢ εἰς τὸ θεῖον ἡμῶν ταμιεῖον, ἢ εἰς πόλιν τινά, ἢ βουλευτήριον, ἢ εἰς ἄλλον τινὰ εὐαγῆ οἶκον περιελθεῖν, ἄδειαν παρέχομεν τοῖς διοικηταῖς τῶν εὐαγῶν τόπων, ὑφ' ὧν ἐξ ἀρχῆς ἡ ἐμφύτευσις γέγονεν, ἡνίκα περιέλθῃ εἰς ἕν τῶν εἰρημένων προσώπων ἡ τοιαύτη ἐμφύτευσις, φανεροῦν τὴν ἑαυτῶν γνώμην εἴσω διετίας, καὶ ἢ παρ' ἐκείνοις καταλιμπάνειν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα, εἰς οὓς περιῆλθε, καὶ τὴν ἐνιαυσίαλον πρόσοδον τὴν τῷ πάκτῳ περιεχομένην κομίζεσθαι, ἢ τοῦτο ἀναλαμβάνειν, τῆς ἐμφυτεύσεως λυομένης. εἴπερ τοῦτο λυσι-*

Cap. I.

Sancimus igitur, ut illis, qui administrant res sanctissimae ecclesiae in regia hac urbe, vel orphanotrophii, vel xenodochii, vel ptochotrophii, vel nosocomii, vel alterius venerabilis domus, quae in regia civitate vel intra fines eius est (exceptis solis venerabilibus monasteriis), non liceat vendere, vel donare, vel permutare, vel in remunerationem dare, vel alio quolibet modo rem immobilem, vel annonam civilem, vel mancipium rusticum alienare, nisi cum regia solum domo permutatio fiat; sed nec iure colonario aliquid dari permittimus. Emphyteuses autem a dicta sanctissima ecclesia regiae urbis et memoratis venerabilibus domibus constitui iubemus tam in persona eius, qui accipit, quam aliis duobus deinceps heredibus, nec plus, quam sexta pars canonis constituti illi, qui emphyteusin accipit, remittatur. Quantum ad suburbana vero, quae ad sanctissimam magnam ecclesiam dictasque venerabiles domos in regia hac urbe vel eius vicinia constitutas pertinent, iubemus, si quidem suburbana illa reditum habeant, ut sub integro canone ab administratoribus sacrorum illorum locorum dicto modo in emphyteusin accipienti reliquisque duobus successoribus dentur, et nulla omnino remissio, sed potius additamentum fiat. Sin autem suburbana illa nullum omnino reditum habeant, potestatem damus administratoribus sacrorum locorum, ut ea sub certa quantitate, sicut dictum est, in emphyteusin dent.

§. 1. *Si contingat quamlibet rem ab aliquo dictorum venerabilium locorum emphyteutico iure datam vel ad regiam domum, vel ad sacrum nostrum aerarium, vel ad urbem aliquam, vel curiam, vel ad aliam quandam sacram domum pervenire, potestatem concedimus administratoribus sacrorum locorum, a quibus ab initio emphyteusis constituta est, quando ad unam ex dictis personis talis emphyteusis pervenit, voluntatem suam intra duos annos declarandi, atque aut rem illam apud eos, ad quos pervenit, relinquendi, reditumque annuum, qui pacto continetur, accipiendi, aut emphyteusi soluta eam recipiendi, siquidem hoc sibi utile esse putaverint.*

§. 2.

Cap. I. Sancimus itaque, nullam habere licentiam ordinatores rerum huius regiae civitatis sanctissimae maioris ecclesiae, aut orphanotrophii, aut nosocomii, aut xenodochii, aut ptochotrophii, aut alterius venerabilis domus in hac regia civitate sive in eius finibus constitutae, exceptis venerabilibus monasteriis, vendere [2]), aut donare, aut commutare, aut sub alterno dono dare, aut alio quolibet modo alienare rem immobilem, aut civilem annonam, aut rusticum mancipium, nisi ad imperialem domum commutatio sola facta est. Sed neque de colonis iuste dari quid [3]) concedimus. Emphyteuses vero a praedicta sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis et memoratorum locorum [4]) fieri iubemus in persona [5]) eius, qui accepit, et aliis duobus deinceps heredibus, et non amplius de [6]) sexta parte instantis canonis dimittimus ei qui emphyteusis iure acceperit. De competentibus vero proastiis ipsi sanctissimae maiori ecclesiae et nominatis venerabilibus domibus in regia [7]) civitate aut in eius regione aut mansione constitutis iubemus, si quidem haec reditus habeant, integro [8]) canone ab iis ordinatoribus, qui regunt ipsa venerabilia loca, in emphyteusin haec [9]) secundum praedictum modum accipienti et aliis duabus successionibus dari, et nullam omnino relevationem, sed [10]) augmentum fieri. Si vero non habeant ipsa proastia aliquos omnino reditus, licentiam praebemus ordinatoribus venerabilium locorum in alia [11]) quantitate hoc [12]), sicuti praedictum est, in emphyteusin dare. §. 1. Si vero contigerit quamlibet rem ex aliquo praedictorum locorum venerabilium emphyteutico iure datam aut in imperialem domum, aut in sacrum nostrum aerarium, aut in civitatem aliquam, aut in curiam, aut in aliam aliquam venerabilem [13]) domum pervenire, licentiam praebemus ordinatoribus venerabilium locorum, a quibus a principio emphyteusis facta est, mox ut pervenerit ad [14]) unam praedictarum personarum ipsa emphyteusis, manifestare suam

---

[1]) κληρ. οὐ μὴ — συγχωρουμένου *Hal.*; *rectius fortasse quod Vet. Int. habuisse videtur:* μηδὲ sive καὶ μὴ — συγχωροῦμεν. — [2]) *Cod. Hamb., Trid.*; aut vendere *Port., Cont.* — [3]) *Cod. Hamb., Trid.*; neque de colonis iuste dari quidem *Port., Cont.*; neque colonario iure dari quid *Bk.* — [4]) *Cod. Hamb.*: commemoratorum locorum *edd.*; commemoratis venerabilibus locis *Bk.* — [5]) *Cod. Hamb.*; personam *edd.* — [6]) de *om. Bk.* — [7]) *Cod. Hamb.*; in regia hac *edd.* — [8]) sub integro *Bk.*, *sed potius crediderim scripsisse Vet. Int.* in integro. *Male post* canone *distinguit Cont., post* habeant *recte Cod. Hamb., Trid., Port.* — [9]) *Trid.*, loca emphyteosin haec *Cod. Hamb.*; loca emphyteusin hanc *Port.*; loca in emphyteusim (*om.* haec) *Cont.* — [10]) et *add. Bk.* — [11]) aliqua *bene emend. Bk.* — [12]) haec *Bk. ed. ster.* — [13]) *Cod. Hamb.*; in aliquam ven. aliam *edd.* — [14]) *Cod. Hamb.*; in *edd.*

λυσιτελὲς αὐτοῖς [1]) εἶναι νομίσαιεν. §. 2. Εἰ δέ τινές εἰσι τόποι ἢ τῇ αὐτῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ἢ τινι τῶν εἰρημένων εὐαγῶν οἴκων προσήκοντες, ἐν οἷς παλαιαὶ οἰκήσεις τυγχάνουσαι καινηνέχθησαν, καὶ ἐξ ὧν οὐδεμία παρέχεται πρόσοδος, οἱ δὲ μνημονευθέντες εὐαγεῖς οἶκοι, οἷς διαφέρουσιν οἱ τόποι, τοὺτους ἀνοικοδομῆσαι μὴ δύνανται, ἄδειαν δίδομεν τοῖς τοίτων διοικηταῖς τῷ τῆς ἐμφυτεύσεως διηνεκεῖ δικαίῳ ἐκδιδόναι τοὺς αὐτοὺς τόπους, οὕτω μέντοι γε, ὥστε τὴν ἐμφύτευσιν ἢ ἐπὶ τρίτῃ μοίρᾳ τῶν στεγονομίων, ἅτινα ἐκ τῶν οἰκημάτων ἔτι ἑστώτων συνηγετο, ἐκ προοιμίων τοῦ χρόνου τοῦ ἐμφυτεύματος προϊέναι, ἢ εἴπερ ὁ ἐμφυτευτὴς βουληθείη μᾶλλον ἐπὶ τούτῳ τῷ ὅρῳ λαβεῖν τοὺς τόπους, ὥστε πρότερον οἰκοδομῆσαι, καὶ ἐκ τῶν προσγινομένων ἐκεῖσε κατὰ διατίμησιν στεγονομίων τὸ ἥμισυ μέρος δεδόναι τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, ἐξ οὗ τοὺς αὐτοὺς τόπους λαμβάνει, καὶ τοῦτο γενέσθαι συγχωροῦμεν, κεχρῆσθαι δὲ τὸν τοιοῦτον ἐμφυτευτὴν καὶ ταῖς ἐκεῖσε εὑρισκομέναις ἐκ τῶν κατενεχθέντων οἰκημάτων ὕλαις.

§. 2. *Si quaedam loca sunt, quae vel ad sanctissimam magnam ecclesiam, vel ad quandam ex dictis venerabilibus domibus pertinent, in quibus antiqua aedificia collapsa sunt, et ex quibus nullus reditus venit memoratae autem venerabiles domus, ad quas haec loca pertinent, ea reaedificare non possint, licentiam damus administratoribus eorum perpetuo emphyteuseos iure illa ipsa loca locandi, ita tamen, ut emphyteusis vel sub tertia parte pensionum, quae ex aedificiis adhuc stantibus colligebantur, ab initio temporis emphyteuseos procedat, vel, si emphyteuta hac potius conditione loca illa accipere velit, ut prius aedificet, et ex pensionibus, quae exinde secundum aestimationem redeunt dimidia pars venerabili domui detur, a qua loca ille accipit, etiam hoc fieri, et emphyteutam talem inventa ibi ex dirutis aedibus materia uti permittimus.*

Κεφ. β'.

Εἰ δέ τις βουληθείη οἱονδήποτε πρᾶγμα ἀκίνητον ὀνόματι χρήσεως λαβεῖν παρὰ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας τῆς βασιλίδος πόλεως ἢ ἑνὸς τῶν μνημονευθέντων εὐαγῶν οἴκων, μὴ ἄλλως τοῦτο λαμβανέτω, εἰ μὴ ἕτερον εὐθὺς πρᾶγμα δεσποτείας δικαίῳ παράσχῃ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, ἐξ οὗ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα λαμβάνει, τοσαύτην ἔχον πρόσοδον, ὁπόσην ἔχει τὸ πρᾶγμα, ὅπερ αὐτῷ δίδοται, καὶ μὴ πλείοσι δημοσίοις τελέσμασι βεβαρημένον, ὥστε μειὰ τὴν αὐτοῦ τελευτήν, ἢ μετὰ τὸν χρόνον, ἐφ' ὃν ἡ δόσις τῆς χρήσεως συνήρεσε (μὴ ὑπερβαίνοντα δηλαδὴ τὴν τοῦ λαμβάνοντος ζωήν), ἑκάτερον πρᾶγμα ἐπ' ἀκεραίῳ καὶ κατὰ δεσποτείαν καὶ κατὰ χρῆσιν εἰς τὸν αὐτὸν εὐαγῆ οἶκον περιελθεῖν.

Cap. II.

Si quis voluerit quamlibet rem immobilem usumfructus nomine a sanctissima magna ecclesia regiae huius urbis vel una ex memoratis sacris domibus accipere, non aliter eam accipiat, nisi statim aliam rem sacrae domui, a qua eam rem accipit, dominii iure praestet, quae eundem reditum habeat, quem habet res, quae ei datur, nec pluribus publicis tributis gravata sit, ut post mortem eius, aut post tempus, in quod usumfructus dari placuit, vitam scilicet accipientis non excedens, utraque res in solidum et quod ad dominium et quod ad usumfructum ad eandem sacram domum perveniat.

Κεφ. γ'.

Τὰς μισθώσεις δὲ παρ' αὐτῶν τῶν [2]) εὐαγῶν οἴκων γίνεσθαι συγχωροῦμεν, εἰς οὓς ἂν τοῖς συναλλάττουσιν ἐνιαυτοὺς [3]) συναρέσοι, μὴ ὑπερβαινούσας [4]) δηλαδὴ τὸν τριακονταέτη χρόνον.

Cap. III.

Locationes vero ab ipsis venerabilibus locis fieri permittimus ad tot annos, quot contrahentibus placuerit, si tempus scilicet triginta annorum non excedant.

Κεφ. δ'.

Cap. IV.

suam voluntatem intra biennium, et aut ab his derelinqui eandem rem, ad quos pervenit, et annuam pensionem, quae pacto continetur, inferri, aut hoc recipere, emphyteusi soluta, eo quod hoc sibi prodesse existimant. §. 2. Si vero quaedam sunt loca aut ipsi sanctissimae ecclesiae maiori, aut alicui venerabilium domorum competentia, in quibus antiquae habitationes depositae sunt, et ex quibus nullus praebetur reditus, praedictae vero venerabiles domus, quibus competunt haec loca, reaedificare non possunt, licentiam damus ipsis ordinatoribus earum in emphyteuseos [5]) perpetuo iure tradere ipsa loca, ita tamen, ut emphyteusis in tertia parte pensionum quae ex habitationibus adhuc stantibus colligebantur, ex principiis temporis emphyteuseos procedat; aut si emphytenta [6]) maluerit magis sub isto pacto accipiat [7]) loca, ut primitus aedificet, et ex adiectis illic per aestimationem pensionibus medietatem partis dari [8]) venerabili domui, a qua ipsa loca accepit, et hoc fieri concedimus. Utatur vero [9]) huiusmodi emphytenta et illic inventa de depositis habitationibus materia.

Cap. II. Si vero aliquis voluerit quamlibet rem immobilem nomine usus accipere a sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis aut unius memorataruin venerabilium domorum, non aliter hoc accipiat, nisi aliam rem mox dominii iure praebuerit, ex quo [10]) eandem rem accepit, tantum habentem reditum, quantum habeat res, quae ei datur, et non maioribus fisci praestationibus praegravatam, ut post eius mortem, aut post tempus, in quo [11]) datio usus convenit, non transcendentem [12]) videlicet accipientis vitam, utraque res integra et in dominium et in usum in eandem venerabilem domum perveniat.

Cap. III. Locationes vero ab ipsis venerabilibus domibus fieri concedimus in quantoscunque contrahentibus annos placuerit, non transcendentibus videlicet triginta annorum temporibus [13]).

Cap. IV.

---

[1]) αὐτοῖς *Bas.* — [2]) παρὰ τῶν αὐτῶν *Hal., Bas.* — [3]) *Hal., Bas.*; ἐνιαυτοῖς *Scrimg.* — [4]) ὑπερβαίνοντας *Hal., Bas. (ed. Heimb.).* — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; emphyteuses *Port., Cont.* — [6]) emphyteota *Cod. Hamb.*; emphiteota *Trid.* — [7]) accipere *Bk.* — [8]) dare *Bk.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid.*; ergo *Port., Cont.* — [10]) praeb. venerabili domui, ex qua *Bk.* — [11]) quod *Bk.* — [12]) *Port., Cont.*; transcendente *Cod. Hamb.*; rectius transscendens *Trid.* — [13]) non transcendentibus — tempora *Trid.*; transcendentes — tempus *Bk. ed. ster.*

Κεφ. δ'.

Εἰ δὲ συμβαίη τινὰ τῶν εἰρημένων εὐαγῶν οἴκων ὀνόματι δημοσίων συντελειῶν ἢ ἄλλης οἱασοῦν συμβαινούσης ἀνάγκης τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ χρημάτων δεηθῆναι, ἐξεῖναι τοῖς τούτων [1]) διοικηταῖς ἀκίνητον πρᾶγμα ὑποτίθεσθαι, καὶ δοῦναι εἰς ἰδικὸν ἐνέχυρον, ἵνα ὁ δανεισθεὶς νέμηται τὸ αὐτὸ πρᾶγμα, καὶ τοὺς τούτου καρποὺς ἀναλέγηται, καὶ λογίζηται ἑαυτῷ τὰ μὲν εἰς αὐτὰ τὰ δανεισθέντα χρήματα, τὰ δὲ εἰς τόκους μὴ πλείους τοῦ τετάρτου μέρους τῆς ἑκατοστῆς [a]). εἰ δὲ καταβάλωσι τὸ χρέος οἱ προεστῶτες τοῦ αὐτοῦ εὐαγοῦς οἴκου, ἢ ἐκ τῶν καρπῶν πληρωθῇ ὁ δανεισθείς, ἐπανελθεῖν πάλιν τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τὸν εὐαγῆ οἶκον, ἐξ οὗ καὶ δέδοται.

Κεφ. ε'.

Τὰς δὲ ἐμφυτεύσεις καὶ ὑποθήκας καὶ τὰς ὑπὲρ πενταετίαν μισθώσεις βουλόμεθα γίνεσθαι παρὰ μὲν τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας τῆς βασιλίδος πόλεως γνώμῃ καὶ συναινέσει τοῦ μακαριωτάτου ταύτης ἀρχιεπισκόπου καὶ πατριάρχου, ὁμνύντων παρόντος αὐτοῦ τῶν τε θεοφιλεστάτων οἰκονόμων καὶ τῶν χαρτουλαρίων τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, ὡς οὐ πρὸς περιγραφὴν τῶν ταύτης δικαίων τὸ συνάλλαγμα γίνεται, ἐπὶ δὲ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσιν οἴκοις, εἰ μέν εἰσι χαρτουλάριοι, αὐτοὺς τὸν ἴσον τρόπον ὀμνύναι, παρόντος τοῦ προεστῶτος τοῦ εὐαγοῦς οἴκου, εἰ δὲ μή εἰσι χαρτουλάριοι, αὐτοὺς τοὺς προεστῶτας τῶν εὐαγῶν οἴκων προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων τὸ συνάλλαγμα ποιεῖσθαι, ἐγγραφομένους μεθ' ὅρκου τοῖς τοιούτοις συμβολαίοις, ὡς οὐ πρὸς βλάβην ἢ περιγραφὴν του εὐαγοῦς οἴκου γίνεται τὸ συνάλλαγμα. §. 1. [b]) Τοῖς δὲ οἰκονόμοις, καὶ ὀρφανοτρόφοις, καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν εὐαγῶν οἴκων διοικηταῖς, ἔτι γε μὴν καὶ τοῖς πάντων χαρτουλαρίοις, καὶ τοῖς τούτων γονεῦσί τε καὶ παισί, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς κατὰ γένος αὐτοῖς ἢ ἐκ γαμικοῦ δικαίου συναπτομένοις ἀπαγορεύομεν ἐμφυτεύσεις τε καὶ μισθώσεις ἤγουν ὑποθήκας πραγμάτων τοῖς αὐτοῖς εὐαγέσιν οἴκοις προσηκόντων δι' ἑαυτῶν ἢ διὰ παρενθέτου προσώπου λαμβάνειν γινωσκόντων αὐτῶν, ὡς εἰ τοιοῦτό τι γένηται, καὶ τοῦτο ἀνίσχυρον ἔσται, καὶ πᾶσαν τὴν περιουσίαν αὐτῶν τε τῶν λαμβανόντων καὶ τῶν οἰκονόμων καὶ χαρτουλαρίων καὶ διοικητῶν, οἷς κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον συνάπτονται, εἰς τὸν εὐαγῆ οἶκον, ἐξ οὗ τὸ πρᾶγμα λαμβάνουσι, μετὰ τὴν αὐτῶν τελευτὴν περιελθεῖν κελεύομεν.

Κεφ. ς'.

Cap. IV.

Si contingat, ut quaedam ex dictis venerabilibus domibus nomine fiscalium tributorum vel alius cuiuslibet necessitatis venerabili domui incidentis pecunia indigeat, liceat administratoribus earum rem immobilem obligare et speciali pignori dare, ut creditor eam rem possideat, et fructus eius colligat. sibique partim in ipsam pecuniam creditam, partim in usuras, quarta parte centesimae non maiores, imputet. Si debitum solvant, qui venerabili domui praesunt, vel ex fructibus creditori satisfiat, res ad venerabilem domum, a qua data est, rursus redeat.

Cap. V.

Emphyteuses vero et hypothecas et locationes quinquennium excedentes volumus fieri a sanctissima quidem regiae urbis ecclesia voluntate et consensu beatissimi illius archiepiscopi et patriarchae, iurantibus illo praesente dei amantissimis oeconomis et chartulariis eiusdem sanctissimae magnae ecclesiae, contractum non ad circumscriptionem iurium eius factum esse. In reliquis vero sacris domibus, si quidem chartularii sunt, ipsi simili modo iurent praesente eo, qui venerabili domui praeest; si vero chartularii non sint, ipsi, qui venerabilibus domibus praesunt, propositis sacris evangeliis contractus faciant, et iureiurando praestito in instrumentis scribant, non in fraudem vel ad circumscriptionem venerabilis domus fieri contractum.

§. 1. *Oeconomos vero, et orphanotrophos, et reliquarum sacrarum domuum administratores, et insuper omnium chartularios, eorumque parentes et liberos, reliquosque, qui genere vel affinitate illis iuncti sunt, prohibemus emphyteuses et locationes seu hypothecas rerum ad illas ipsas sacras domus pertinentium per se vel per interpositam personam accipere, quum sciant, si tale quid fiat, et irritum fore, et omnem substantiam cum eorum, qui accipiant, tum etiam oeconomorum, et chartulariorum, et administratorum, quibus dicto modo coniunguntur ad venerabilem domum, ex qua rem accipiunt, post eorum mortem pervenire nos iubere.*

Cap. VI.

Cap. IV. Si vero contigerit aliquam praedictarum venerabilium domorum nomine fiscalium tributorum aut alterius cuiuslibet supervenientis necessitatis venerabili domui pecuniis egere, liceat eius ordinatoribus immobilem rem aut supponere aut [2]) dare in speciale pignus, et [3]) creditor possideat eandem rem, et eius fructus colligat, et reputet sibi tam in his creditis pecuniis, quam in usuris, non autem maioribus, quam quartam partem [4]) centesimae. Si vero persolverint debitum praepositi eiusdem venerabilis domus, aut ex fructibus adimpleatur creditum, redeat iterum res ad venerabilem domum, ex qua data est.

Cap. V. Emphyteuses vero et hypothecas, et ultra quinquennium locationes volumus [5]) fieri a sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis conscientia et consensu beatissimi huius civitatis episcopi et patriarchae, iurantibus praesente eo [6]) deo amabilibus oeconomis et chartulariis eiusdem sanctissimae maioris ecclesiae, quod non ad praescriptionem iuris eius contractus efficiatur; in aliis vero venerabilibus domibus, si quidem sint chartularii, ipsos aequali modo iurare praesente eo, qui praeest venerabili domui; si vero non sint chartularii, ab his, qui praesunt venerabilibus domibus, propositis sanctis evangeliis contractum fieri in scriptis cum iureiurando addito huiusmodi instrumentis, quod non ad laesionem aut praescriptionem venerabilis domus contractus efficiatur [7]). §. 1. Oeconomis vero, et orphanotrophis, et reliquis venerabilium domorum ordinatoribus, nec non et [8]) omnibus chartulariis, et parentibus eorum, et filiis, et aliis, qui per genus eis vel nuptiarum iure coniuncti sunt, interdicimus emphyteuses [9]) et locationes sive hypothecas rerum ipsis venerabilibus domibus competentium aut per semetipsos, aut per interpositam personam accipere, scientibus eis, quod, si tale aliquid fiat, et hoc invalidum erit, et omnem substantiam tam eorum, qui accipiunt, quam oeconomorum, et chartulariorum, et ordinatorum, quibus secundum praedictum modum coniuncti sunt, in venerabilem domum, de qua rem accipiunt, post obitum eorum pervenire iubemus.

Cap. VI.

---

[a]) *Parat. §. 1. Athan. tit. XIII. (Heimb. Anecd. I. p. 162.)* — [b]) *Photii Nomoc. X. I. (Voëlli bibl. II. p. 1031.)*

[1]) τούτου *Hal., Bas., Vulg.* — [2]) rem supp. et *Bk.* — [3]) ut *Bk.* — [4]) quarta parte *Bk.* — [5]) *Bk.*; hypothecas ultra quinquennium volumus *Cod. Hamb.*; hyp. et ultra quinq. volumus *edd.* — [6]) *Bk.*; praesentibus *Cod. Hamb., edd.* — [7]) *Cod. Hamb.*; efficitur *edd.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.* — [9]) *Trid.*; emphyteosis *Cod. Hamb.*; emphyteusim *Port., Cont.*

Κεφ. ς'.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας καὶ τῶν εἰρημένων εὐαγῶν οἴκων, τῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει καὶ τῇ αὐτῆς περιοικίδι τυγχανόντων, διετυπώσαμεν. Ἐπὶ δὲ ταῖς ἄλλαις ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, καὶ μοναστηρίοις, καὶ ξενῶσι, καὶ νοσοκομείοις, καὶ λοιποῖς εὐαγέσιν οἴκοις τοῖς ἐν ἁπάσαις ταῖς ἐπαρχίαις τῆς ἡμετέρας πολιτείας κειμένοις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μοναστηρίοις ἐν τῇ βασιλίδι πόλει καὶ τῇ αὐτῆς περιοικίδι τυγχάνουσιν ἀκολούθως διορίσαι συνείδομεν. §. 1. Ἄδειαν τοίνυν δίδομεν τοῖς εἰρημένοις εὐαγέσιν οἴκοις μὴ μόνον πρόσκαιρον ἐμφύτευσιν ποιεῖσθαι [1]) τῶν ἀκινήτων πραγμάτων τῶν αὐτοῖς προσηκόντων, ἀλλὰ καὶ διηνεκῶς ταῦτα ἐμφυτευτικῷ δικαίῳ τοῖς βουλομένοις διδόναι. Καὶ εἰ μὲν ἁγιώταται ὦσιν ἐκκλησίαι ἢ ἕτεροι εὐαγεῖς οἶκοι, ὧν τὴν διοίκησιν ὁ κατὰ τόπον ὁσιώτατος ἐπίσκοπος ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἢ διὰ τοῦ εὐαγοῦς αὐτοῦ κλήρου ποιεῖται, κατὰ τὴν [2]) γνώμην αὐτοῦ καὶ συναίνεσιν γίνεσθαι τὸ τοιοῦτο συνάλλαγμα, ὁμνύντων παρόντος αὐτοῦ τῶν οἰκονόμων καὶ διοικητῶν καὶ χαρτουλαρίων τοῦ αὐτοῦ εὐαγοῦς οἴκου [3]), ὡς ἐκ ταύτης τῆς ἐμφυτεύσεως οὐδεμία ζημία τῷ αὐτῷ [4]) εὐαγεῖ οἴκῳ ἐπάξεται. εἰ δὲ πτωχεῖα, ἢ ξενῶνες, ἢ νοσοκομεῖα, ἢ ἕτεροι εὐαγεῖς οἶκοι ὦσιν, ἰδίαν διοίκησιν ἔχοντες, εἰ μὲν ἁγίους εὐκτηρίους οἴκους εἶναι συμβαίη, κατὰ γνώμην τοῦ πλείονος μέρους τῶν ἐκεῖσε λειτουργούντων κληρικῶν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ οἰκονόμου, εἰ δὲ ξενώνων, ἢ πτωχείων, ἢ νοσοκομείων, ἢ ἕτερος εὐαγὴς οἶκος εἴη, τὸν προεστῶτα τούτων [5]) τὸ συνάλλαγμα ποιεῖσθαι, ὁμνύντων τῶν διοικητῶν τῶν αὐτῶν εὐαγῶν οἴκων ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου, παρ' οὗ προβάλλονται ἢ χειροτονοῦνται, ὡς οὐδὲν πρὸς βλάβην ἢ περιγραφὴν τῶν αὐτῶν εὐαγῶν οἴκων ἐπὶ τῷ τοιούτῳ συναλλάγματι γίνεται. §. 2. Ἐπὶ δὲ τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν μετὰ τοῦ πλείονος μέρους τῶν ἐκεῖσε λειτουργούντων μοναχῶν τὸ συνάλλαγμα ποιεῖσθαι. Καὶ ἐπὶ τῶν εἰρημένων δὲ πάντων κελεύομεν ἐγγράφεσθαι τῷ συμβολαίῳ μεθ' ὅρκου, ὡς οὐ πρὸς βλάβην ἢ περιγραφὴν τῶν αὐτῶν εὐαγῶν οἴκων τὸ πρᾶγμα πράττεται. Καὶ ταύτης δὲ τῆς παραφυλακῆς οὕτω προϊούσης κουφισμὸν μὴ πλείονα γίνεσθαι τοῦ ἕκτου μέρους τῆς προσόδου, ἣν ἔχει τὸ εἰς ἐμφύτευσιν διδόμενον πρᾶγμα. Ὅσα δὲ περὶ τῶν κατα-

Cap. VI.

Et haec quidem de sanctissima ecclesia dictisque venerabilibus domibus, quae in regia urbe vel eius vicinia sunt, disposuimus. In reliquis vero sanctissimis ecclesiis, et monasteriis, et xenodochiis et nosocomiis, ceterisque sacris domibus, quae in omnibus reipublicae nostrae provinciis sitae sunt, nec non monasteriis quae in regia urbe et circuitu eius sunt, consequenter constituere placuit.

§. 1. *Licentiam igitur concedimus dictis sacris domibus non solum ad tempus emphyteusin rerum immobilium, quae ad illas pertinent, constituendi, sed et perpetue emphyteutico iure illas volentibus tradendi. Et si quidem sanctissimae ecclesiae vel aliae venerabiles domus sint, quas sanctissimus illius loci episcopus vel per se, vel ver venerabilem eius clerum administrat, voluntate et consensu illius contractus celebretur, iurantibus eo praesente oeconomis, et administratoribus, et chartulariis venerabilis domus, nullum damnum per illam emphyteusin sacrae domui inferri. Si ptochia, aut xenodochia, vel nosocomia, vel aliae venerabiles domus sint, quae propriam administrationem habent, si quidem sacra oratoria sint, secundum sententiam maximae partis clericorum ibidem ministeria obeuntium, nec non oeconomi, sin xenodochium, vel ptochium, vel nosocomium vel alia venerabilis domus sit, is, qui illi praeest, contractum ineat, iurantibus earundem sacrarum domuum administratoribus in praesentia dei amantissimi episcopi, a quo constituuntur vel creantur, nihil in fraudem vel ad circumscriptionem earundem sacrarum domuum in tali contractu fieri.*

§. 2. *In venerabilibus vero monasteriis abbates eorum cum maiore parte monachorum ibidem ministeria obeuntium contractus celebrent. Atque in omnibus iis, quae dicta sunt, iubemus, ut in instrumento praestito iureiurando inscribatur, non celebrari negotium in fraudem vel ad circumscriptionem earundem sacrarum domuum, eaque observatione ita procedente remissio non ultra sextam partem reditus fiat, quem res in emphyteusin data habet. Quae vero de collapsis domibus, quae ad sacras domus in hac regia urbe*

Cap. VI. Et hoc quidem super iis, quae [6]) maioris ecclesiae sunt et praedictarum venerabilium domorum, quae sunt in [7]) regia civitate vel eius circuitu, adhaerentium, disposuimus. In aliis vero sanctissimis ecclesiis, et monasteriis, et xenodochiis, et nosocomiis, seu reliquis venerabilibus domibus, quae in omnibus provinciis nostrae reipublicae positae sunt, verum etiam monasteriis in hac regia civitate et eius circuitu adhaerentibus, consequenter definire praevidimus. §. 1. Licentiam igitur damus praedictis venerabilibus domibus non solum ad tempus emphytensin facere immobilium rerum sibi competentium, sed et perpetne haec eis emphyteutico inre volentibus dari. Et si quidem sanctissimae ecclesiae sint vel aliae venerabiles domus, quarum gubernationem loci sanctissimus episcopus aut per se, aut per venerabilem chorum clericorum faceret [8]), cum voluntate eorum et consensu fieri huiusmodi contractum, inrantibus praesente eo et [9]) oeconomis, et administratoribus, et chartulariis ipsius venerabilis domus, quod ex hac emphytensi nullum damnum eidem venerabili domui infertur. Si vero ptochia, aut xenones, aut nosocomia, aut reliquae venerabiles domus sint, propriam administrationem habentes, si quidem venerabilia oratoria esse contigerit, cum voluntate maioris partis ibidem ordinantium [10]) clericorum, nec non et oeconomi, si vero xenones [11]), aut ptochium, aut nosocomium, aut alia sit venerabilis domus, apud praepositum ipsius fieri contractum, inrantibus ordinatoribus earundem venerabilium domorum in praesentia deo amabilis episcopi, a quo praeponuntur aut ordinantur, quod nihil ad laesionem aut praescriptionem ipsarum venerabilium domorum de huiusmodi contractu efficitur. §. 2. In venerabilibus vero monasteriis primates eorum cum ampliore et maiore parte ibidem deservientium monachorum contractum efficiant. In praedictis vero omnibus iubemus inscribi instrumentum [12]) cum iureirando, quod non ad laesionem aut praescriptionem earundem [13]) res agitur. Hac vero observatione huiusmodi praecedente, relevationem non amplius fieri a [14]) sexta parte reditus, quem habet res, quae in emphyteusin datur

[1]) *Hal.*, *Meerm. I. II.*, *Bas.*, *Vulg.*; γενέσθαι *Scrimg.* — [2]) τὴν *om. Hal.*, *Meerm. I. II.*, *Bas.* — [3]) κλήρου *Hal.* — [4]) αὐτῷ *om. Hal.*; τῷ αὐτῷ *om. Meerm. I. II.* — [5]) τόπων *Hal.* — [6]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; qui *Port.*, *Cont.* — [7]) *Cod. Hamb.*; hac *add. edd.* — [8]) facere *Cod. Hamb.*; facit *Bk. ed. ster.* — [9]) *Trid.*; praesentibus et *Cod. Hamb.*; praesentibus *Port.*, *Cont.* — [10]) orantium *Bk. ed. ster.* — [11]) xenon *Bk. ed. ster.* — [12]) instrumento *Bk. ed. ster.* — [13]) venerabilium domorum *add. Bk. ed. ster.* — [14]) a *om. Bk.*

καταπεπτωκότων οἴκων τῶν προσηκόντων τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις τοῖς ἐν τῇ βασιλίδι πόλει κειμένοις ἀνωτέρω διετυπώσαμεν, ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν εὐαγῶν οἴκων κρατεῖν παρακελευόμεθα. Καὶ τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν εὐαγῶν οἴκων διατυπῶσαι συνείδομεν, ὥστε εἴ τινες ἐξ αὐτῶν εἴτε ὑπὲρ δημοσίων συντελειῶν, εἴτε ὑπὲρ ἄλλης ἀναγκαίας αἰτίας τοῦ αὐτοῦ οἴκου χρέσειν ἔνοχοι γένωνται, καὶ οὐκ ἔστι δυνατὸν ἐκ πραγμάτων κινητῶν τὰ αὐτὰ διαλυθῆναι χρέα, κατὰ πρώτην μὲν τάξιν εἰς ἰδικὸν ἐνέχυρον δίδοσθαι ἀκίνητον πρᾶγμα τῷ δανειστῇ, ἵνα τοὺς τούτου καρποὺς ἀναλεγόμενος καταλογίζηται ἑαυτῷ τὰ μὲν εἰς αὐτὰ τὰ δανεισθέντα χρήματα, τὰ δὲ εἰς τόκους οὐ πλείονας τοῦ τετάρτου μέρους τῆς ἑκατοστῆς. Εἰ δὲ μὴ δυνηθῶσι τούτῳ τῷ τρόπῳ διαλῦσαι τὸ χρέος, κελεύομεν τοὺς μὲν ὑπὸ τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν χειροτονουμένους, εἴτε μητροπολῖται, εἴτε ἐπίσκοποι ὦσιν, εἴτε ἀρχιμανδρῖται, εἴτε ὀρφανοτρόφοι, ἢ πτωχοτρόφοι, ἢ ξενοδόχοι, ἢ νοσοκόμοι, ἢ ἄλλων εὐαγῶν οἴκων διοικηταί, παρ' αὐτοῖς τοῖς ἁγιωτάτοις πατριάρχαις, ὑφ' ὧν χειροτονοῦνται ἢ προβάλλονται, ὑπομνήματα ποιεῖσθαι, καὶ μεθ' ὅρκου τῶν διοικητῶν καὶ συναινέσεως τοῦ πλείονος μέρους τῶν ἐν αὐτοῖς λειτουργούντων τὸ χρέος γίνεσθαι φανερόν, καὶ ὅτι οὐκ ἔστι δυνατὸν ἐκ πράγματος κινητοῦ τοῦτο διαλυθῆναι. τοὺς δὲ ὑπὸ μητροπολιτῶν ἢ [1]) ἐπισκόπων χειροτονουμένους, εἴτε ἐπίσκοποι ὦσιν, εἴτε ἀρχιμανδρῖται, εἴτε ὀρφανοτρόφοι, εἴτε πτωχοτρόφοι ἢ ἄλλων εὐαγῶν οἴκων διοικηταί, παρ' αὐτοῖς ὁμοίως τοῖς μητροπολίταις ἢ [2]) ἐπισκόποις τὰ τοιαῦτα ὑπομνήματα συγγράφειν. παρ' ἐκείνοις δὲ τοῖς ἐπισκόποις, οἵτινες ἢ παρὰ πατριαρχῶν ἢ παρὰ μητροπολιτῶν ἐπίσκοποι [3]) χειροτονοῦνται, καὶ ἔχουσιν ὑπὸ τὴν ἰδίαν δικαιοδοσίαν ἢ μοναστήρια, ἢ πτωχεῖα, ἢ ξενῶνας, ἢ νοσοκομεῖα, ἢ ἄλλους εὐαγεῖς οἴκους, κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον τὰ ὑπομνήματα γίνεσθαι, οὕτω μέντοι γε, ὥστε εἴτε παρὰ πατριάρχαις, εἴτε παρὰ μητροπολίταις, εἴτε παρ' ἄλλοις ἐπισκόποις τὰ τοιαῦτα ὑπομνήματα πράττεται, μηδεμίαν ὑπὲρ αὐτῶν ζημίαν ἢ δαπάνην τοὺς εὐαγεῖς οἴκους ὑφίστασθαι. Διὰ τοῦτο γὰρ οὐ βουλόμεθα τοῦ λοιποῦ παρὰ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν ἢ τοῖς ἐκδίκοις τῶν τόπων τὰ τοιαῦτα ὑπομνήματα παρὰ τῶν μνημονευθέντων προσώπων ἤγουν οἴκων πράττεσθαι, ἵνα μηδεμίαν ζημίαν ὑφιστῶνται. Μετὰ δὲ τὸ οὕτως ταῦτα παρακολουθῆσαι παρὰ τοῖς μνημονευθεῖσιν ἁγιωτάτοις πατριάρχαις, ἢ μητροπολίταις, ἢ ἄλλοις ἐπισκόποις, τηνικαῦτα τοὺς εἰρημένους διοικητὰς τοῦ ἐπ' ὠφελείᾳ ὄντος εὐαγοῦς οἴκου-

urbe sitas pertinent, supra disposuimus, haec in sacris etiam domibus obtinere iubemus. Hoc quoque de venerabilibus domibus disponere nobis visum est, ut, si quaedam ex iis vel propter publica tributa, vel aliam necessariam causam eiusdem domus debitis obnoxiae sint, illaque debita ex mobilibus rebus solvi nequeant, primo quidem loco creditori res immobilis speciali pignori detur, ut fructus eius colligens, partim in ipsam pecuniam creditam, partim in usuras, quarta parte centesimae non maiores, eos sibi imputet. Quodsi hoc modo debitum solvere nequeant, iubemus, ut illi, qui a sanctissimis patriarchis creati sunt, sive metropolitani sint, sive episcopi, sive archimandritae, sive orphanotrophi, sive ptochotrophi, sive xenones, sive nosocomi, sive aliarum venerabilium domuum administratores, apud ipsos sanctissimos patriarchas, a quibus creantur vel constituuntur, monumenta fiant, et iureiurando administratorum ac consensu maioris partis eorum, qui ministeria in illis obeunt, debitum manifestum fiat, quodque ex rebus mobilibus id solvi nequeat. Qui vero a metropolitanis aut episcopis creati sunt, sive episcopi sint, sive archimandritae, sive orphanotrophi, sive ptochotrophi vel aliarum sacrarum domuum administratores, similiter apud illos metropolitanos vel episcopos eiusmodi monumenta conscribant. Apud illos autem episcopos, qui vel a patriarchis vel metropolitanis episcopi creantur, et sub iurisdictione sua monasteria, vel ptochia, vel xenones, vel nosocomia, vel alias venerabiles domus habent, eodem modo monumenta fiant, ita tamen, ut sive apud patriarchas, sive metropolitanos, sive alios episcopos eiusmodi monumenta fiant, nullum illorum nomine damnum vel impensam venerabiles domus sustineant. Propterea enim in posterum apud praesides provinciarum vel defensores locorum eiusmodi monumenta a dictis personis seu domibus confici nolumus, ne ullum damnum sustineant. Ubi vero haec apud dictos sanctissimos patriarchas, vel metropolitanos, vel alios episcopos ita secuta sunt, tum dicti domus illius venerabilis, quae debet, administratores in publico civitatis loco per viginti dies scriptis proponant, eoque modo rem immobilem emere volentes excitent, ut, qui plus offert reliquis praeferatur. His vero omnibus peractis venditio fiat, et pretium omnibus modis pro debito solvatur ut emtor non aliter securitatem habeat, quam si pretium pro ipso debito solvat, idque nominatim praestito iureiurando in instrumento emtionis scribatur, nihil ad damnum aut circumscriptionem illius sacrae domus factum esse. Si dicto modo emtor illius rei non

[1]) ἐπάρχῳ πραιτωρίων *Athan.*, (*Coll. Const. eccl.*) *et apud alios, cf. Biener l. c. p.* 532 *et infra not.* 3. — [2]) De sanctissimis episcopis et reverendissimis clericis et monachis deo amabilibus *Cod. Hamb.* — [3]) gloriosissimo pp *Cod. Hamb.*; gloriosissimo prepo. *Trid.*

τονεῖσθαι, ἐπὶ τρισὶ προσώποις ψηφίσματα ποιεῖν κινδύνῳ τῶν ἰδίων ψυχῶν, καὶ ἕκαστον αὐτῶν ὀμνύναι κατὰ τῶν θείων λογίων, καὶ ἐγγράφειν ἐν αὐτοῖς, λέγοντας ἐν αὐτοῖς τοῖς ψηφίσμασιν, ὅτι οὔτε διά τινα δόσιν, οὔτε διὰ ὑπόσχεσιν, ἢ φιλίαν, ἢ δι' ἄλλην οἱανδήποτε αἰτίαν, ἀλλ' εἰδότες αὐτοὺς τῆς ὀρθῆς καὶ καθολικῆς πίστεως καὶ σεμνοῦ εἶναι βίου, (καὶ ὑπὲρ τὸ τριακοστὸν ἔτος [1])), καὶ γράμματα εἰδέναι, τούτους ἐπελέξαντο, καὶ ὅτι οὐδὲ γαμετήν, οὐδὲ παῖδάς τις ἐξ αὐτῶν ἔχει, οὐδὲ παλλακὴν ἢ παῖδας φυσικοὺς γινώσκουσιν αὐτὸν ἐσχηκέναι ἢ ἔχειν, ἀλλ' εἰ καὶ πρότερον γαμετήν τις ἐξ αὐτῶν ἴσχε, καὶ αὐτὴν μίαν καὶ πρώτην, καὶ οὐδὲ χήραν, οὐδὲ ἀνδρὸς ἀποζευχθεῖσαν, οὐδὲ τοῖς νόμοις, οὐδὲ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἀπηγορευμένην. ἀλλ' οὐδὲ βουλευτὴν ἢ ταξεώτην τοῦτον εἶναι γινώσκουσιν, ἢ εἴπερ βουλευτικῆ ἢ ταξεωτικῆ ὑπέκειτο τύχη, ἴσασιν αὐτὸν ἐν μοναστηρίῳ οὐχ ἧττον δεκαπέντε ἐνιαυτῶν μοναχικὸν βίον ἐκτελέσαντα [a]). §. 1. Καὶ τοῦτο δὲ τοῖς ψηφίσμασι δεῖ ἐντίθεσθαι, ὅτιπερ οὐχ ἧττον ἢ τριάκοντα πέντε [b]) τῆς ἡλικίας ἐνιαυτοὺς ἔχειν τὸ ἐπιλεγὲν παρ' αὐτῶν πρόσωπον γινώσκουσιν, ἵνα ἐκ τῶν τριῶν προσώπων, ὑπὲρ ὧν τὰ τοιαῦτα ψηφίσματα γέγονεν, ὁ βελτίων χειροτονηθῇ τῇ ἐπιλογῇ καὶ τῷ κρίματι [2]) τοῦ χειροτονοῦντος. τὸν δὲ βουλευτὴν ἢ τὸν ταξεώτην [c]), τόν, ὡς εἴρηται, ἐπὶ δεκαπέντε ἐνιαυτοὺς ἐν μοναστηρίῳ διαγαγόντα, καὶ εἰς ἐπισκοπὴν προαχθέντα, ἐλεύθερον εἶναι τῆς ἰδίας τύχης, οὕτω μέντοι, ἵνα ἐλευθερωθεὶς τῆς βουλῆς τὸ τέταρτον μέρος τῆς ἰδίας περιουσίας ἑαυτῷ παρακαταλαχῃ, τῶν ὑπολοίπων αὐτοῦ πραγμάτων καὶ τῶν ἡμέτερον νόμων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δημοσίῳ ἐκδικουμένων. §. 2. [d]) Δίδομεν δὲ ἄδειαν τοῖς τὰ ψηφίσματα ποιουμένοις, εἴ τινα κοσμικόν, ὄψα βουλευτοῦ καὶ ταξεώτου, ἄξιον τῆς προειρημένης ἐπιλογῆς εἶναι νομίσουσι, τὸν τοιοῦτον ἅμα ἄλλοις δύο κληρικοῖς ἢ μοναχοῖς ἐπιλέξασθαι, οὕτω μέντοι, ἵνα ὁ κοσμικὸς ὁ τούτῳ τῷ τρόπῳ εἰς ἐπισκοπὴν ἐπιλεγεὶς μὴ εὐθέως ἐπίσκοπος χειροτονηθῇ, ἀλλὰ πρῶτον τοῖς κληρικοῖς οὐκ ἔλαττον τριῶν μηνῶν [e]) συναριθμηθῇ, καὶ οὕτω τοὺς ἁγίους κανόνας καὶ τὴν ἱερὰν τῆς ἐκκλησίας λειτουργίαν διδαχθεὶς ἐπίσκοπος

suarum decreta faciant, et unusquisque eorum per sacra evangelia iuret, atque in ipsis scribat, dicentes in ipsis decretis, nec per largitionem, nec promissionem, aut amicitiam, aut aliam quamlibet causam eos elegisse, sed quod sciant, eos rectae et catholicae fidei atque honestae vitae esse, et triginta annos excedere litterasque scire, et quod neque uxorem, neque liberos quemquam ex illis habere, neque concubinam aut liberos naturales eos habuisse aut habere sciant, sed et si quis ex illis uxorem antea habuerit, eam tamen solum et primam, nec viduam, nec a viro separatam, nec legibus, nec sacris canonibus prohibitam habuisse; insuper quod nec curialem nec cohortalem eum esse sciant, vel si curiali aut cohortali conditioni subiectus fuerit, eum in monasterio non minus quindecim annis vitam monasticam vixisse cognitum habeant.

§. 1. *Hoc quoque decretis inseri oportet, quod personam ab illis electam non minus, quam triginta quinque annos habere sciant, ut ex tribus personis, de quibus decreta illa facta sunt, melior creetur electione et iudicio eius, qui eos creat. Curialis vero vel cohortalis, qui, ut dictum est, quindecim annos in monasterio vixit et ad episcopatum promotus est, a conditione sua liber sit, ita tamen, ut liberatus a curia quartam partem substantiae suae sibi retineat, reliquis eius rebus secundum legem nostram curiae et fisco vindicandis.*

§. 2. *Illis autem, qui decreta faciunt, facultatem concedimus, si quempiam laicorum, praeter curialem et officialem, praedicta electione dignum putaverint, ut eum cum aliis duobus clericis aut monachis eligant, ita tamen, ut laicus, qui hoc modo ad episcopatum electus est, non statim episcopus creetur, sed prius in clericis non minus tribus mensibus numeretur, atque ita sacros canones et sacrum ecclesiae ministerium edoctus episcopus creetur; qui enim alios docere debet, ab aliis post creationem docceri non debet. Si forte*

futurus est episcopus ordinari, mox in tribus personis decreta facere, propositis [3]) sacrosanctis evangeliis, periculo suarum animarum dicentes in ipsis decretis, quia neque propter aliquam donationem, neque [4]) propter aliquam promissionem, aut amicitiam, aut propter [5]) aliam quamlibet causam, sed scientes, eos rectae et catholicae fidei, et honestae esse vitae, et litteras nosse, hos elegerunt, et quia neque uxorem, neque filios aliqui eorum habent [6]), neque concubinam aut filios naturales cognoscunt enim [7]) habuisse aut habere, sed et si prius uxorem aliquis ex eis habuit, et ipsam unam [8]), et primam, et neque vidnam, neque viro coniunctam, nec legibus aut sacris canonibus [9]) interdictam; sed neque [10]) curialem aut officialem hunc esse cognoscunt, aut si curiali vel officiali subiacet fortunae, sciunt, eum in monasterio non minus quindecim annis monachicam [11]) conversationem implevisse. §. 1. Hoc quoque decretis oportet inseri [12]), quia non minus, quam triginta quinque aetatis annos habet is qui eligitur ab eis, cognoscunt personas [13]), ut ex trium personarum, pro quibus talia decreta facta sunt, melior ordinetur electione et periculo ordinantis. Curialem vero vel officialem, qui, sicut dictum est, quindecim annis in monasterio conversatus est, et ad episcopatum provocatus, libertum esse propria fortuna, ita tamen, ut liberatus a curia quartam partem suae substantiae sibi retineat, reliquis eius rebus secundum nostram legem curiae et fisco vindicandis. §. 2. Damus autem licentiam decreta facientibus, si quempiam laicorum, praeter curialem et officialem, dignum memorata electione esse putent, hunc cum aliis duobus clericis aut monachis eligere, ut, si laicus hoc modo ad episcopatum eligatur, non repente

---

[a]) *Parat.* §. 2. *Athan. tit. VIII.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 95.) *Parat.* §. 1. *Athan. tit. XVIII.* (*ibid. p.* 168.) — [b]) (*Rustath.*) ῥοπ. *XLI.* 1. — [c]) *Parat.* §. 2. *Athan. tit. VIII.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 95.) *Parat.* §. 1. *Athan. tit. XVIII.* (*ibid. p.* 168.) — [d]) (*Ioannis*) *Nomoc.* 8. (*Voëlli bibl. II. p.* 612 *sq.*) — [e]) (*Eustath.*) ῥοπ. *XV.* 8. — *Photii Nomoc. I.* 11. (*Voëlli bibl. II. p.* 832.)

[1]) *Scrimg., Supplem. ed. Hervag.*, (*Athan.*); καὶ ὑπὲρ τὸ τριακοστὸν ἔτος *om. Meerm. I. II., Vulg., Iulian., eaque verba ex Nov.* 137. *c.* 2. *irrepsisse videntur; cf. huius cap.* §. 1. *et* (*Rustath.*) ῥοπ. *XLI.* 1. — [2]) κινδύνῳ *Supplem. ed. Hervag., Meerm. I. II., Zuich., Vulg., Iulian.* — [3]) *Cod. Hamb.*; eis *add. edd.* — [4]) aut *Cod. Hamb., Trid.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; propter *om. Port., Cont.* — [6]) *Rectius* aliquis eorum habet. — [7]) *Cod. Hamb.*; eos *edd.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; ipsam et unam *Port., Cont.* — [9]) nec legibus aut sacris canonibus vel constitutionibus *Cod. Hamb.*; neque legibus aut sacris constitutionibus *edd.* — [10]) *Cod. Hamb., Trid.*; sed et quod neque *Port., Cont.* — [11]) *Cod. Hamb., Trid.*; monasticam *Port., Cont.* — [12]) inferri *Cod. Hamb.* — [13]) *Cod. Hamb., sed non habet distinctionem post* eis; is qui eligitur ab eis personis ut *Trid.*; is qui eligitur ab eis, qui cognoscunt personam *Port., Cont. Verba, uti leguntur in Cod. Hamb., nisi corrupta sunt, indicant Vet. Int. male orationem graecam percipientem, opinatum esse in decretis scribendum et de aetate novi episcopi nec non addendum esse eligentes novisse tres illas personas.*

σκοπος χειροτονηθῆ. ὁ γὰρ ἄλλους ὀφείλων διδάσκειν παρ' ἑτέρων μετὰ τὴν χειροτονίαν διδάσκεσθαι, οὐκ ὀφείλει. Εἰ δέ, ὡς εἰκός, ἔν τισι τόποις μὴ εὑρεθεῖεν τρία πρόσωπα πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιλογὴν ἐπιτήδεια, ἐξέστω τοῖς τὰ ψηφίσματα ποιουμένοις ἐπὶ δύο ἢ καὶ ἑνὶ προσώπῳ ψηφίσματα ποιεῖσθαι, πάσας μέντοι τὰς εἰρημένας ἡμῖν ἔχοντι μαρτυρίας. Εἰ δὲ οἱ ὀφείλοντες τὸν ἐπίσκοπον ἐπιλέξασθαι τὰ τοιαῦτα ψηφίσματα ἐντὸς ἓξ μηνῶν [a]) μὴ ποιήσουσι, τηνικαῦτα τῷ κινδύνῳ τῆς ἰδίας ψυχῆς ἐκεῖνος, ᾧ ἁρμόζει χειροτονῆσαι τὸν ἐπίσκοπον, χειροτονείτω, πάντων τῶν ἄλλων, ὧν εἰρήκαμεν, παραψυλαττομένων. Εἰ δέ τις παρὰ τὴν μνημονευθεῖσαν παραφυλακὴν ἐπίσκοπος χειροτονηθῆ, κελεύομεν τοῦτον πᾶσι τρόποις τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβάλλεσθαι, ἀλλὰ κἀκεῖνον, ὅστις παρὰ ταῦτα ἐτόλμησε χειροτονῆσαι, χωρίζεσθαι ἐπὶ ἕνα ἐνιαυτὸν τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν περιουσίαν, ἥτις καθ' οἱονδήποτε χρόνον ἢ τρόπον εἰς τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν περιῆλθε, διὰ τὸ πταῖσμα, ὃ ἐποίησε, τῇ δεσποτείᾳ τῆς ἐκκλησίας, ἧς ἐπίσκοπός ἐστιν, ἐκδικεῖσθαι.

forte in quibusdam locis non inveniantur tres personae ad eiusmodi electionem idoneae, liceat illis, qui decreta faciunt, de duabus vel etiam una persona decreta facere, quae tamen omnia a nobis dicta testimonia habeat. Si illi, qui episcopum eligere debent, intra sex menses decreta illa non fecerint, tunc is, qui creandi ius habet, periculo animae suae episcopum creet, omnibus reliquis, quae diximus, observandis. Si quis contra dictam observationem episcopus creetur, illum omni modo episcopatu eiici iubemus; quin et is, qui adversus haec creare ausus fuerit, per unum annum a sacro ministerio separetur, omnisque substantia eius, quae quocunque tempore aut modo in dominium eius pervenit, propter delictum, quod commisit, dominio ecclesiae, cuius episcopus est, vindicetur.

Κεφ. β'. [b])

Εἰ δέ τις τοῦ πρὸς τὴν χειροτονίαν ἐπιλεγέντος ἐπισκόπου κατηγορήσει ἐφ' οἱαδήποτε αἰτίᾳ δυναμένῃ κατὰ τοὺς νόμους ἢ τοὺς κανόνας τῇ αὐτοῦ ἐμποδίσαι χειροτονίᾳ, ὑπερτιθέσθω ἡ τούτου χειροτονία, καὶ πρότερον τὴν κατ' αὐτοῦ προτεθεῖσαν αἰτίαν (εἴτε παρόντος τοῦ κατηγόρου, καὶ τῇ παρ' αὐτοῦ προτεθείσῃ αἰτίᾳ ἐπαξιόντος, εἴτε καὶ ἀναβαλλομένου ἐπὶ τρεῖς μῆνας τὴν ἰδίαν κατηγορίαν πληρῶσαι) ἐπιμελῶς ἐξεταζέτω ἐκεῖνος, ὑφ' οὗ ἐμέλλεν ὁ ἐπίσκοπος χειροτονεῖσθαι. καὶ εἰ μὲν ὑπεύθυνον αὐτὸν τῇ κατηγορίᾳ εὕροι, κωλυέσθω ἡ χειροτονία, εἰ δὲ ὑπεύθυνος μὴ φανείη, ἡ μὲν χειροτονία μὴ ἐμποδιζέσθω, ὁ δὲ κατήγορος, εἴτε μὴ ἀπέδειξεν, εἴτε καὶ ἀπέφυγεν τὴν προτεθεῖσαν παρ' αὐτοῦ κατηγορίαν, ἐκ τῆς ἐπαρχίας, ἐν ᾗ οἰκεῖ, ἐκβαλλέσθω. Εἰ δέ τις πρὸ ἐξετάσεως τὸν κατηγορηθέντα χειροτονήσει, ὁ μὲν χειροτονηθεὶς τῆς ἱερωσύνης ἐξωθείσθω, ὁ δὲ τὸν τοιοῦτον τολμήσας χειροτονῆσαι τῇ ἀνωτέρω εἰρημένῃ ὑποκείσθω ποινῇ, τοῦτο μὲν ἐπὶ τῇ ἐνιαυσιαίᾳ κωλύσει τῆς θείας λειτουργίας, τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῷ πάντα αὐτοῦ τὰ πράγματα τῇ ἐκκλησίᾳ

Cap. II.

Si quis episcopum ad creationem electum ex quacunque causa accusaverit, quae secundum leges vel canones electionem eius impedire possit, differatur eius creatio, et prius causam contra eum propositam (sive praesens sit accusator, et causam a se propositam persequatur, sive per tres menses accusationem suam peragere differat) is, a quo episcopus creandus est, diligenter examinet. Et si quidem eum reum invenerit, prohibeatur creatio; sin autem reus non reperiatur, creatio quidem non impediatur, accusator vero, sive non probaverit, sive etiam deseruerit institutam a se accusationem, ex provincia, in qua habitat, eiiciatur. At si quis ante examinationem accusatum creaverit, creatus a sacerdotio expellatur, atque is, qui eum creare ausus fuit, praedictae poenae, annali scilicet prohibitioni sacri ministerii, et ut omnes eius res ecclesiae vindicentur, subiaceat.

§. 1.

repente episcopus ordinetur, sed primo clericis non minus tribus mensibus connumeretur, et ita sanctas regulas et quotidianum ecclesiae ministerium edoctus, episcopus ordinetur; qui enim alios debet docere, post ordinationem ab aliis doceri non debet. Si vero, ut evenit in quibusdam locis, non inveniantur tres personae ad talem electionem opportunae, liceat decreta facientibus in duabus vel una [1]) persona decretum facere, eos tamen omnes iam dictas a nobis habentes testationes. Si vero qui debent episcopum eligere citius ipsa decreta intra sex menses non faciant, tunc periculo propriae animae ille, quem competit ordinare episcopum, ordinet, omnibus aliis, quae diximus, observandis. Si quis autem citra memoratam observationem episcopus ordinetur, iubemus, hunc omnibus modis episcopatu depelli. Sed etiam illum, qui praeter haec [2]) praesumserit ordinare, segregari uno anno a sacro ministerio, et omnem eius substantiam, quae quolibet tempore aut modo in eius dominium deducta est, propter culpam, quam fecit, dominio ecclesiae, cuius episcopus est, vindicari.

Cap. II. Si quis autem electum ad ordinationem episcopum [3]) accusaverit in qualibet causa, quae possit secundum leges aut canones eius impedire ordinationem, differatur huiusmodi ordinatio, et prius contra enim propositam causam (sive praesente accusatore, et ab eo propositam causam exsequente, sive etiam differente [4]) per tres menses suam accusationem implere) diligenter examinari ab illo, a quo futurus erat episcopus ordinari. Et si quidem obnoxium eum accusator [5]) invenerit, prohibeatur ordinatio. Si vero obnoxius non ostendatur, ordinatio quidem non impediatur, accusator autem, sive non probaverit, sive etiam effugit [6]) propositam a se accusationem, a provincia, in qua habitat, abiiciatur. Si quis autem ante examinationem accusatum ordinaverit, ordinatus quidem a sacerdotio repellatur, qui vero talem ordinare festinaverit, superius dictae subiaceat

---

[a]) (*Rustath.*) *προπ. XIX.* 8. *Photii Nomoc. I.* 9. (*Voëlli bibl. II. p.* 829 *sq.*) *Balsam. ad h. l. historiam huius praecepti persequitur.* — [b]) *Photii Nomoc. I.* 8. (*Voëlli bibl. II. p.* 827.) *et Balsam. ad h. l.* (*ibid. p.* 828.) — (*Ioannis*) *Nomoc.* 16. (*ibid. II. p.* 623.)

[1]) *Cod. Hamb.*; in duabus in una *Trid.*; in duabus et in una *Port., Cont.*; in duabus vel etiam in una *Bk.* — [2]) *Cod. Hamb., Trid.*; hoc *Port., Cont.* — [3]) *Bk. ed. ster.*; Si quis — episcopatus *edd.*; Si quis autem ante episcopatus ordinationem electum episcopum *Cod. Hamb.*, *cui lectioni si fides habenda est, Vet. Int. legisse videtur* πρὸ τῆς χειροτονίας. — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; deficiente *Port., Cont.* — [5]) accusator eum *Cod. Hamb. Leg.* obnoxium eum accusationi. — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; fugit *Port., Cont. Melius* effugerit.

σία ἐκδικηθῆναι [a]). §. 1. [b]) Πρὸ δὲ πάντων ἐκεῖνο φυλαχθῆναι θεσπίζομεν, ἵνα μηδεὶς διὰ δόσεως χρυσίου ἢ ἄλλων πραγμάτων ἐπίσκοπος χειροτονῆται. εἰ δέ τι τοιοῦτο ἁμαρτηθῇ, αὐτοὶ ἑαυτοὺς οἱ διδόντες καὶ οἱ λαμβάνοντες καὶ οἱ μέσοι αὐτῶν κατὰ τὰς θείας γραφὰς καὶ τοὺς ἱεροὺς κανόνας καταχρίσει ὑποβάλλουσι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ δίδους καὶ ὁ λαμβάνων καὶ ὁ μέσος γινόμενος τῆς ἱερωσύνης ἢ τῆς τοῦ κλήρου τιμῆς ἀποκινείσθω. τὸ δὲ ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας δοθὲν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐκείνῃ ἐκδικείσθω, ἧς ἠβουλήθη τὴν ἱερωσύνην ὠνήσασθαι. Εἰ δὲ κοσμικὸς εἴη ὁ ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας τι λαμβάνων ἢ μέσος τῷ πράγματι γινόμενος, τὰ δοθέντα πράγματα ἐν διπλῷ αὐτὸν ἀπαιτεῖσθαι κελεύομεν, τῇ ἐκκλησίᾳ ἐκδικηθησόμενα. Οὐ μόνον δὲ τὰ κατὰ τοῦτον δεδομένα τὸν τρόπον ἐκδικεῖσθαι προστάττομεν, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἀσφάλειαν ὑπὲρ τούτου καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἐκτεθεῖσαν, καὶ τὴν τῶν ἐνεχύρων ἢ τὴν τοῦ ἐγγυητοῦ ἔνοχήν, καὶ πᾶσαν ἄλλην οἱανδήποτε ἀγωγὴν ἀργεῖν θεσπίζομεν. καὶ πρὸς τούτοις ὁ τὴν ὑπόσχεσιν λαμβάνων μὴ μόνον τὴν ὁμολογίαν ἀποδιδότω, ἀλλὰ καὶ ἄλλο τοσοῦτον, ὅσον ἡ ὁμολογία περιέχει, ἀπαιτείσθω, ὀφεῖλον τῇ ἐκκλησίᾳ δοθῆναι.

§. 1. *Ante omnia vero, ut illud observetur, sancimus, ne quis auro vel aliis rebus datis episcopus creetur. Quodsi in eo peccatum fuerit, et qui dant, et qui accipiunt eorumque mediatores secundum divinas scripturas sacrosque canones se ipsos condemnationi subiiciunt, et propterea tam ille, qui dat, quam qui accipit, et qui mediator fuit, a sacerdotio vel honore cleri removeatur. Quod vero ob hanc causam datum est, illi ecclesiae vindicetur, cuius sacerdotium emere voluit. Si laicus est, qui ob illam causam quid accipit, vel mediator in eo negotio factus est, duplum rerum datarum ab eo exigi iubemus ecclesiae vindicandum. Non solum autem quae hoc modo data sunt vindicare praecipimus, sed omnem etiam cautionem pro hoc quolibet modo expositam, et pignorum aut fideiussoris obligationem, omnemque aliam quamlibet actionem cessare sancimus, et praeterea is, qui promissionem accipit, non solum cautionem reddat, sed et alterum tantum eius, quod cautio continet, exigatur atque ecclesiae detur.*

Κεφ. γ'. [c])

Cap. III.

Εἰ τις μέντοι ἐκ τῶν ἐπισκόπων εἴτε πρὸ τῆς ἰδίας χειροτονίας, εἴτε μετὰ τὴν χειροτονίαν βουληθῇ τὰ ἴδια πράγματα ἢ μέρος ἐξ αὐτῶν προσενεγκεῖν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἧς τὴν ἱερωσύνην λαμβάνει [1]), οὐ μόνον οὐ κωλύομεν καὶ πάσης καταδίκης καὶ ποινῆς τοῦ παρόντος νόμου ἐλεύθερον αὐτὸν εἶναι θεσπίζομεν, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἐπαίνου ἄξιον κρίνομεν, ἐπειδὴ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἀγοραστά, ἀλλὰ προσφορά. Ὑπὲρ συνηθειῶν δὲ ἐκεῖνα μόνα συγχωροῦμεν παρέχεσθαι παρὰ τῶν χειροτονουμένων ἐπισκόπων, ἅτινα ἐφεξῆς τῷ παρόντι νόμῳ ἐμφέρεται. κελεύομεν τοίνυν τοὺς μὲν μακαριωτάτους ἀρχιεπισκόπους καὶ πατριάρχας, τουτέστι τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Ἀλεξανδρείας, καὶ Θεουπόλεως, καὶ Ἱεροσολύμων, εἰ μὲν ἡ συνήθεια ἔχει ἐπισκόποις ἢ κληρικοῖς ἐν τῇ αὐτῶν χειροτονίᾳ ἔλαττον ἢ πεντήκοντα χρυσίου λιτρῶν δίδοσθαι, ταῦτα μόνα παρέχειν, ἅπερ ἡ συνήθεια γινώσκει· εἰ δὲ πλέον πρὸ τούτου τοῦ νόμου παρείχετο,

Si quis tamen ex episcopis sive ante creationem suam, sive post creationem res suas vel partem earum ecclesiae, cuius sacerdotium suscepit, offerre velit, non solum id non prohibemus, eumque ab omni condemnatione et poena huius legis liberum esse sancimus, sed etiam omni laude dignum iudicamus, quoniam id non emtio, sed oblatio est. Pro consuetudinibus autem illa solum ab his, qui episcopi creantur, praestari permittimus, quae deinceps praesenti lege comprehenduntur. Iubemus igitur, ut beatissimi archiepiscopi et patriarchae, hoc est antiquae Romae, et Constantinopolis, et Alexandriae, et Theopolis et Hierosolymarum, si quidem ea consuetudo est, ut episcopis aut clericis in eorum creatione minus quam viginti auri librae dentur, ea sola praebeant, quae consuetudo agnoscit. Si vero ante hanc legem plus datum fuit, nihil praeter viginti illas auri libras detur. Metropolitani autem, qui a propria synodo vel beatissimis patriarchis creantur, et reliqui omnes episcopi, qui vel a patriarchis vel

subiaceat poenae, tam in annali prohibitione [2]) sacri ministerii, quam etiam ut omnes eius res ecclesiae vindicentur. §. 1. Prae omnibus illud observari [3]) sancimus, ut nullus per suffragium auri aut aliarum rerum episcopus ordinetur. Si quid autem tale committatur, ipsi semetipsos dantes [4]), et accipientes, et mediatores eorum secundum sacras scripturas et sanctas regulas damnationi subiiciunt, et propterea qui dat, et qui accipit, et mediator eius factus sacerdotii aut cleri honore removeatur, quod autem pro hac causa datum est, ecclesiae illi vindicetur, cuius voluit sacerdotium comparare. Si vero laicus forte pro hac causa aliquid accipiat, aut mediator rerum factus est, datas res in duplum eum exigi iubemus, ecclesiae vindicandas. Non solum autem quae secundum hunc modum dantur, vindicari praecipimus, sed etiam omnem cautionem pro hoc quolibet modo expositam, et pignorum vel fideiussorum obligationem [5]), et omnem quamlibet aliam cautionem [6]) vacare sancimus. Et super hoc qui [7]) promissionem accepit, non solum professionem reddat, sed etiam aliud tantum, quantum professio continet, exigatur, quod debet ecclesiae dari.

Cap. III. Si quis autem episcoporum sive ante suam ordinationem, sive post ordinationem [8]) volnerit proprias res aut partem earum ecclesiae offerre, cuius sacerdotium accepit, non prohibemus [9]), et omni condemnatione et poena praesentis legis liberum eum esse sancimus, sed etiam omni laude dignum indicamus, quoniam hoc non est emtio, sed oblatio. Pro consuetudinibus autem illa sola permittimus praeberi ab ordinatis episcopis, quae subsequenter praesenti legi inserta sunt. Iubemus igitur, beatissimos quidem [10]) archiepiscopos et patriarchas, hoc est senioris Romae, et Constantinopoleos, et Alexandriae, et Theopoleos, et Hieroso-

---

[a]) *Parat.* §. 2. *Athan. tit. II.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 42.) — [b]) *Quae sequuntur in hoc capite et capp.* 3—9. *sunt in Bas. III.* 1. 9—16. — [c]) (*Ioannis*) *Nomoc.* 16. (*Voëlli bibl. II. p.* 623 *sq.*) *cf. tit.* 46. (*ibid. p.* 657.)

[1]) ἐλάμβανεν *Hal., Vulg.* — [2]) *Cod. Hamb., Trid.*; tam annali prohibitione *Port.*; tam annali prohibitioni *Cont.* — [3]) *Cod. Hamb.*; servari *edd.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; et dantes *Port., Cont.* — [5]) *Bk.*; fid. dationem vel obligationem donationem *Cod. Hamb.*; fid. dationem *Trid.*; fid. dationem vel oblationem *Port., Cont.* — [6]) actionem *Bk.* — [7]) *Cod. Hamb.*; qui super hoc *edd.* — [8]) ordinationem *om. Cod. Hamb., Trid.* — [9]) non solum non prohibemus *Bk.* — [10]) *Cod. Hamb.*; quidem *om. edd.*

εἶχετο, μηδὲν ὑπὲρ τὰς κ' τοῦ χρυσίου λίτρας δίδοσθαι. τοὺς δὲ μητροπολίτας τοὺς ὑπὸ τῆς ἰδίας συνόδου ἢ ὑπὸ τῶν μακαριωτάτων πατριαρχῶν χειροτονουμένους, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἐπισκόπους τοὺς ἢ ὑπὸ πατριαρχῶν ἢ ὑπὸ μητροπολιτῶν χειροτονουμένους, εἰ μὲν μὴ ἐλάττονα λ' χρυσίου λιτρῶν πρόσοδον ἔχει ἡ ἐκκλησία τοῦ χειροτονουμένου, διδόναι ὑπὲρ ἐνθρονιαστικῶν μὲν νομίσμ. ρ', νοταρίοις δὲ τοῦ χειροτονοῦντος καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπηρετοῦσιν αὐτῷ καὶ ἐξ ἔθους λαμβάνουσι νομίσμ. τ'. Εἰ δὲ αἱ τῆς ἐκκλησίας πρόσοδοι ἔλαττον μὲν ἦπερ λ' χρυσίου λιτρῶν κατ' ἐνιαυτὸν συνιεροῦσιν, οὐχ ἧττον δὲ ἢ δέκα, ὑπὲρ μὲν ἐνθρονιαστικῶν διδόναι νομίσμ. ρ', τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασι τοῖς ἐκ συνηθείας λαμβάνουσι νομίσμ. σ'. Εἰ δὲ ἔλαττον μὲν ἦπερ δέκα [1]), οὐκ ἔλαττον δὲ ἢ τῶν πέντε χρυσίου λιτρῶν τὰς τῆς ἐκκλησίας εἶναι προσόδους συμβῇ, διδόναι ὑπὲρ ἐνθρονιαστικῶν μὲν νομ. ν', πᾶσι δὲ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐξ ἔθους λαμβάνουσι νομ. ο' [2]). Εἰ δὲ ἔλαττον μὲν τῶν πέντε, οὐκ ἔλαττον δὲ τῶν τριῶν τοῦ χρυσίου λιτρῶν πρόσοδον ἡ ἐκκλησία ἔχει, παρέχειν ὑπὲρ μὲν ἐνθρονιαστικῶν νομίσμ. ιή', πᾶσι δὲ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐξ ἔθους λαμβάνουσι νομ. κδ'. Εἰ δὲ ἔλαττον μὲν τῶν τριῶν, οὐκ ἔλαττον δὲ τῶν δύο τοῦ χρυσίου λιτρῶν ἡ ποσότης τῶν προσόδων τῆς ἐκκλησίας εὑρεθείη, διδόναι ὑπὲρ ἐνθρονιαστικῶν μὲν νομ. ιβ', ὑπὲρ δὲ πάσης ἄλλης συνηθείας νομ. ς' [3]), ἐπίσκοπον γὰρ ἐκκλησίας ἔλαττον δύο χρυσίου λιτρῶν πρόσοδον ἐχούσης οὔτε ὑπὲρ ἐνθρονιαστικῶν, οὔτε ὑπὲρ ἄλλης οἱασδήποτε συνηθείας δοῦναί τι συγχωροῦμεν. Ταῦτα δέ, ἅπερ παρέχεσθαι διετυπωσάμεν, ὁ πρῶτος πρεσβύτερος τοῦ χειροτονοῦντος ἐπισκόπου καὶ ὁ ἀρχιδιάκονος ὑποδεχόμενοι τοῖς ἐξ ἔθους λαμβάνουσι διαιρείτωσαν. Ταῦτα τοίνυν κελεύομεν πᾶσι τρόποις παραφυλάττεσθαι, ἵνα μὴ ἐκ τῶν τοιούτων προφάσεων καὶ [4]) αἱ ἐκκλησίαι χρέεσι βαρύνωνται, καὶ αἱ ἱερωσύναι πράσιμοι γίνωνται. Εἰ δέ τις ὑπὲρ τὴν παρ' ἡμῶν ὁρισθεῖσαν τοσότητα ὑπὲρ ἐνθρονιαστικῶν ἢ συνηθειῶν καθ' οἱονδήποτε τρόπον τολμήσει [5]) λαβεῖν, κελεύομεν, εἴ τι πλέον λάβοι, τριπλάσιον ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτοῦ ἐκδικεῖσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ δεδωκότος. Καὶ ταῦτα μὲν ὑπὲρ τῆς τῶν ἐπισκόπων χειροτονίας εἴρηται.

Κεφ. δ'.

vel a metropolitanis creantur, si quidem ecclesia eius, qui creatur, non minorem triginta auri libris reditum habeat, pro inthronisticis centum aureos dent, notariis vero creantis, et reliquis, qui illi ministrant et ex more accipiunt, trecentos aureos. Si reditus ecclesiae minus quidem quam triginta auri libras, non minus autem quam decem per annum ferunt, pro inthronisticis centum aurei, reliquis vero omnibus, qui ex consuetudine accipiunt, aurei CC dentur. Si reditus ecclesiae minores quidem decem, non minores vero quinque auri libris sint, pro inthronisticis quinquaginta aurei, reliquis vero omnibus, qui ex more capiunt, aurei septuaginta dentur. Si minorem quidem quinque, non minorem autem tribus auri libris reditum ecclesia habeat, praebeantur pro inthronisticis aurei octodecim, omnibus vero reliquis ex more capientibus solidi viginti quatuor. Si quantitas reditnum ecclesiae minor tribus, non minor vero duabus auri libris reperiatur, pro inthronisticis aurei duodecim, pro omni vero reliqua consuetudine sex aurei dentur. Episcopum enim ecclesiae, quae reditum duabus libris auri minorem habet, nec pro inthronisticis, nec pro alia qualibet consuetudine quid dare permittimus. Haec autem, quae praeberi sancivimus, primus presbyter creantis episcopi et archidiaconus accipiant, illisque, qui ex more accipiunt, distribuant. Haec igitur omnibus modis observari iubemus, ne per eiusmodi occasiones et ecclesiae debitis graventur, et sacerdotia venalia fiant. Si quis vero ultra definitam a nobis quantitatem pro inthronisticis vel consuetudinibus quolibet modo accipere quid audeat, iubemus, ut, si plus acceperit, triplum ex rebus eius ecclesiae illius, qui dedit, vindicetur. Et haec quidem de episcoporum creatione dicta sint.

CAP. IV.

Hierosolymorum, si quidem consuetudo habet episcopis aut [6]) clericis in eorum ordinatione non [7]) minus, quam viginti auri libras dari, ipsa solummodo praeberi [8]), quae consuetudo recognoscit, plus autem ab hac quantitate nihil [9]) supra viginti auri libras praeberi. Metropolitas autem a propria synodo aut a beatissimis patriarchis ordinatos, et alios omnes episcopos, qui aut a patriarchis, aut a metropolitis ordinantur, dare [10]) pro inthronisticis quidem solidos centum, notariis autem ordinantis et aliis ministrantibus ei et solenniter accipientibus solidos trecentos. Si vero ecclesiae reditus minus quidem, quam triginta auri libras per annum reddant, non minus autem, quam decem, pro inthronisticis dari solidos centum, aliis autem omnibus, qui ex more capiunt, solidos ducentos [11]). Si vero minus quidem quam decem, non minus autem quinque auri libras ecclesiae reditus esse contigerit, pro inthronisticis, quidem dari solidos quinquaginta, omnibus autem aliis ex consuetudine percipientibus solidos ducentos. Si autem minus, quam quinque, non minus autem tribus auri libris [12]) ecclesia [13]) reditus habeat, pro [14]) inthronisticis solidos decem et octo, omnibus autem aliis ex consuetudine percipientibus solidos viginti quatuor [15]). Si autem minus tres, non autem minus, quam [16]) duas auri libras quantitas reditnum ecclesiae comperiatur, dare pro inthronisticis quidem solidos duodecim, pro omni vero alia consuetudine solidos sex [17]). Episcopum enim ecclesiae minus duas auri libras reditus habentem neque pro inthronisticis, neque pro alia qualibet consuetudine dare aliquid permittimus. Haec autem, quae praeberi disposuimus, primus presbyter ordinantis episcopi et archidiaconus suscipientes, ex consuetudine percipientibus dividant. Haec igitur iubemus omnibus [18]) modis observari, ut non ex talibus occasionibus ecclesiae

[1]) εἰ δὲ ἧττον μὲν ἢ τῶν δέκα *Hal.* — [2]) *Scrimg., Meerm. I. II., Bas., Athan., Iulian.*; οε' *Hal.*; σ' *vidit Vet. Int.* — [3]) *Scrimg., Hal., Bas.*, (*Vulg.*); ις' *Meerm. I. II., Iulian., cf. Leunclav. Not. I.* 85. *Athan.* (*Coll. const. eccl.*) *inverso ordine primo loco* ἓξ, *secundo* ιβ' *praebet.* — [4]) καὶ *om. Hal., Vulg.* — [5]) τολμήσοι *Hal., Bas.* — [6]) *Cod. Hamb.*; et *edd.* — [7]) non *om. Bk. ed. ster. et deest in graeca oratione.* — [8]) prachere *Bk.* — [9]) recogn. si autem plus ante hanc legem dabatur, nihil *Bk. ed. ster.* — [10]) metrop. ordinantur, si quidem non minorem triginta auri librarum reditum habet ecclesia ordinati, dare *Bk. ed. ster.* — [11]) pro inthron. dari solidos ducentos *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [12]) *Cod. Hamb.*; autem quam tres auri libras *Trid.*; autem duas auri libras *Port., Cont.* — [13]) *Trid.*; ecclesiae *Cod. Hamb., Port., Cont.* — [14]) habeat, praeberi pro *Bk.* — [15]) sol. XVIII, omnibus autem ex cons. percipientibus sol. XVIII. omnibus autem ex cons. percip. sol. XXIII *Cod. Hamb.*; sol. XVIII, omnibus autem ex cons. percip. sol. XXIIII *Trid.* — [16]) *Trid., Port.*; minus *om. Cont.*, quam *om. Cod. Hamb.* — [17]) V *Cod. Hamb.* — [18]) *Cod. Hamb., Trid.*; div. haec. Igitur iubemus haec omnibus *Port. Cont.*

Κεφ. δ'.[a])

Μετὰ δὲ τὴν χειροτονίαν καὶ δουλικῆς καὶ ἐπιγραφου τύχης τοὺς ἐπισκόπους ἐλευθέρους εἶναι κελεύομεν, εἰ μὴ βουλευτὴς ἢ ταξεώτης παρὰ τὴν προειρημένην παρατήρησιν χειροτονηθείη. τοὺς γὰρ τοιούτους τῆς ἐπισκοπῆς ἀποκινουμένους τῇ βουλῇ ἤτοι [1]) τῇ τάξει ἀποκαθίστασθαι κελεύομεν, ἵνα μὴ ἐκ τῆς τοιαύτης τύχης τῇ ἱερωσύνῃ ὕβρις γένηται. Ἐκείνους δέ, οἵτινες πρὸ τοῦδε ἡμῶν τοῦ νόμου ἀπὸ βουλευτικῆς τύχης εὐρεθεῖεν ἐπίσκοποι χειροτονηθέντες, τῆς μὲν τοιαύτης τύχης ἐλευθέρους εἶναι θεσπίζομεν, τὸ δὲ νόμιμον μέρος (τουτέστι τὸ θγό [2])) ἐκ τῶν αὐτοῦ πραγμάτων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δημοσίῳ διδόναι, οὕτω μέντοι γε, ὥστε μηδεμίαν ἐλάττωσιν τὰ ἐκκλησιαστικὰ δίκαια ὑπομεῖναι ἐπὶ τοῖς πράγμασιν, ἅπερ μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν ἐπικτηθέντα τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτῶν διαφέρειν διετυπώσαμεν. Εἰ δὲ συμβῇ τὸν χειροτονούμενον ἐπίσκοπον ὑπὸ τὴν τοῦ ἰδίου γονέως ἐξουσίαν εἶναι, ἐξ αὐτῆς τῆς χειροτονίας αὐτεξούσιος ἔστω [b]).

CAP. IV.

Post creationem autem a servili et adscriptitia conditione episcopos liberos esse iubemus, nisi curialis vel cohortalis praeter dictam observationem creetur. Eos enim ab episcopatu remotos curiae vel cohorti restitui iubemus, ne ex tali conditione contumelia sacerdotio fiat. Illos vero, qui ante hanc nostram legem ex curiali conditione episcopi electi inveniuntur, ab hac quidem conditione liberos esse, legitimam vero eos partem, hoc est dodrantem, ex rebus suis curiae et fisco dare volumus, ita tamen, ut nullam deminutionem iura ecclesiastica in iis rebus sustineant, quas post episcopatum acquisitas ad ecclesiam eorum pertinere voluimus. Quodsi episcopum electum sub patris sui potestate esse contingat, ex ipsa electione sui iuris sit.

Κεφ. ε'.[c])

Τοὺς δὲ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους καὶ μοναχοὺς ἐκ μηδενὸς νόμου ἐπιτρόπους ἢ κουράτωρας οἱουδήποτε προσώπου γίνεσθαι συγχωροῦμεν. Τοὺς δὲ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους καὶ ὑποδιακόνους τῷ δικαίῳ καὶ μόνῳ [3]) τῆς συγγενείας εἰς ἐπιτροπὴν ἢ κουρατωρείαν καλουμένους τὴν τοιαύτην λειτουργίαν ὑποδέχεσθαι συγχωροῦμεν, εἰ μέντοι γε εἴσω τεσσάρων μηνῶν [4]) ἀριθμουμένων ἐξ οὗ ἐκλήθησαν παρὰ τῷ ὁμοδίῳ δικαστῇ ἐγγράφως φανερώσουσι, τὸ τοιοῦτον λειτούργημα οἰκεῖα προαιρέσει καταδέξασθαι. καὶ εἴ τις ὡς εἰκὸς αὐτῶν τοῦτο ποιησει, μηδὲν ἐκ τούτου περὶ ἄλλην ἐπιτροπὴν ἢ κουρατωρείαν πρόκριμα ὑπομενέτω.

CAP. V.

Episcopos autem dei amantissimos et monachos ex nulla lege tutores vel curatores cuiuslibet personae fieri permittimus. Presbyteros vero, et diaconos, et subdiaconos iure solum cognationis ad tutelam vel curam vocatos id munus suscipere permittimus, modo intra quatuor menses ab eo tempore, ex quo vocati sunt, numerandos apud competentem iudicem scriptis declarent, se tale munus propria voluntate suscepisse. Et si quis eorum forte id fecerit, nullum ea de causa praeiudicium, quantum ad aliam tutelam vel curam, patiatur.

Κεφ. ς

CAP. VI.

siae debitis praegraventur, et sacerdotia venalia fiant. Si quis autem ultra quantitatem a nobis definitam pro inthronisticis aut consuetudinibus quolibet modo praesumat accipere, iubemus, quidquid plus acceperit, tr pluia ex rebus eius vindicari ecclesiae dantis. Sed haec quidem pro episcoporum ordinatione dicta sunt [a]).

CAP. IV. Post ordinationem vero servili et adscriptitia fortuna episcopos liberos esse praecipimus, nisi curialis aut officialis citra praedictam observationem ordinentur. Tales enim episcopatu remotos curiae aut officio restitui iubemus, ut non ex tali fortuna sacerdotio fiat iniuria. Illos autem, qui ante hanc nostram legem ex curiali fortuna inveniuntur episcopi ordinati, huiusmodi quidem fortuna liberos esse [5]), legitimam vero partem ex propriis rebus curiae et fisco dare, sic tamen, ut nullam imminutionem ecclesiastica iura sustineant in rebus, quas in episcopatu acquisitas ecclesiae eorum competere disposuimus. Si vero contigerit ordinatum episcopum sub proprii parentis potestate esse, ex ipsa ordinatione suae potestatis sit.

CAP. V. Deo autem amabiles episcopos et monachos ex nulla lege tutores aut curatores cuiuscunque personae fieri permittimus; presbyteris autem, et diaconis, et subdiaconis et solo gradu cognationis ad tutelam et curam vocatis [6]) huiusmodi suscipere administrationem permittimus, si tamen intra quatuor menses, ex quo vocati sunt, apud competentem iudicem scripto declarent, talem administrationem propria voluntate suscepisse, et si quis eorum forsan hoc fecerit, nullum ex hoc in alia tutela aut cura praeiudicium patiatur.

CAP. VI.

---

[a]) *Photii Nomoc. I.* 36. (*Voëlli bibl. II. p.* 858.) *et Balsam. ad h. l.* — (*Ioannis*) *Nomoc.* 3. (*ibid. II. p.* 607.) — *Parat.* §. 2. *Athan. tit. VIII.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 95.) — [b]) *Parat.* §. 1. *Athan. tit. XIII.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 169.) — [c]) *Photii Nomoc. VIII.* 13. (*Voëlli bibl. II. p.* 943.) — (*Ioannis*) *Nomoc.* 14. (*ibid. II. p.* 619.) — *Parat.* §. 1. *Athan. tit. XIII.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 147.) — [d]) (*Eustath.*) *ροπ. XVII.* 4.

[1]) ἢ *Hal.* — [2]) τουτέστι τὸ θγό' *om. Hal.*, (*Athan.*), (*Ioannis Nomoc.*), *Vulg., idque glossam sapere videtur.* — [3]) *Scrimg., Meerm. I II., Bas.*; καὶ μόνον (*Ioannis*) *Nomoc.*; καὶ νόμῳ *Hal. Ei, quam retinuimus, lectioni adstipulantur Athan.* (*Coll. const. eccl.*) *et Iulian.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid, Port.*; sint *Cont.* — [5]) sanctimus *add. Bk.* — [6]) presbyteris autem et diaconis et subd. tutelam et curam suscipere hereditatis permittimus proprie et solo gradu cognationis ad tutelam et curam vocatis *Cod. Hamb.*; presbyteris autem et diaconis et subdiaconis iure et lege cognationis tutelam aut curam suse. permittimus proprie: et solo gradu cogn. ad tut. et curam vocatis *Trid.*; presbyteros autem — subdiaconos iure et lege cognationis tutelam aut curam suscipere hereditatis permittimus proprio et solo gradu cogn. ad tut. et curam vocatis *Port., Cont. Cum Graece magis conveniret:* subd. iure et solo cognationis *etc.*

Κεφ. ς'. [a])

Ἀλλ' οὐδὲ ἐκλήπτορα ἢ ἀπαιτητὴν δημοσίων συντελειῶν, ἢ μισθωτὴν τελῶν, ἢ ἀλλοτρίων κτήσεων, ἢ κουράτωρα οἴκου, (ἢ διοικητήν [1])) ἢ ἐντολέα δίκης, ἢ ἔγγυητὴν ὑπὲρ τούτων ὧν αἰτιῶν ἐπίσκοπον, ἢ οἰκονόμον, ἢ ἄλλον κληρικὸν οἱουδήποτε βαθμοῦ, ἢ μοναχὸν ἰδίῳ ὀνόματι ἢ τῆς ἐκκλησίας ἢ τοῦ μοναστηρίου ὑπεισιέναι συγχωροῦμεν, ἵνα μὴ διὰ ταύτης τῆς προφάσεως καὶ τοῖς ἁγίοις οἴκοις ζημία γένηται, καὶ αἱ θεῖαι ὑπηρεσίαι ἐμποδίζωνται. Εἰ μέντοι ἐκκλησίαις ἢ μοναστηρίοις κτήσεις τινὲς παραχείμεναι εὑρεθεῖεν, καὶ βουληθεῖεν οἱ διοικηταὶ τῶν αὐτῶν εὐαγῶν οἴκων εἰς μίσθωσιν ἢ ἐμφύτευσιν ταύτας λαβεῖν, τηνικαῦτα πάντων τῶν κληρικῶν καὶ τῶν μοναχῶν ὑπὲρ τῶν τοιούτων αἰτιῶν ἢ ἐν αὐτῷ τῷ συμβολαίῳ, ἢ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων καὶ συναινούντων, καὶ φανερούντων, ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις τοῦτο γίνεσθαι, τὴν τοιαύτην μίσθωσιν καὶ ἐμφύτευσιν προϊέναι συγχωροῦμεν. Ἀλλὰ καὶ αὐταῖς ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις καὶ τοῖς ἄλλοις σεπτοῖς οἴκοις δίδομεν ἄδειαν μισθώσεις καὶ ἐμφυτεύσεις πρὸς ἀλλήλους ποιεῖν, καὶ τοῖς κληρικοῖς ὁμοίως τῶν οἰκείων ἐκκλησιῶν τὰς κτήσεις μισθοῦσθαι καὶ διοικεῖν (γνώμῃ μέντοι τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ οἰκονόμου) συγχωροῦμεν, ἐξηρημένων τῶν προσώπων, ἅτινα δι' ἑτέρου νόμου τοῦτο ποιεῖν ἐκωλύσαμεν. Εἰ δέ τις παρὰ τὰ εἰρημένα τι ποιήσει, εἰ μὲν ἐπίσκοπος εἴη, πάντα αὐτοῦ τὰ πράγματα τὰ [2]) ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας ἢ προσώπου εἴτε πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς, εἴτε μετὰ ταῦτα εἰς αὐτὸν περιελθόντα τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἐκδικεῖσθαι θεσπίζομεν [b]). εἰ δὲ οἰκονόμοι ἢ ἄλλοι κληρικοὶ εἶεν οἱ τοῦτο πλημμελήσαντες, ποινὴν αὐτοὺς χρηματικήν, ἣν ἂν ὁ ἐπίσκοπος αὐτῶν δοκιμάσοι, εἰσπράττεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ ἐκδικηθησομένην, ὁπότε καὶ οἱ τὴν μίσθωσιν τῶν τελῶν ἢ οἱασδήποτε κτήσεως, ἢ δημοσίων ὁρῶν ἐκλῆψιν ἢ ἀπαίτησιν, ἢ χρεωστίδα οἴκου αὐτοῖς πιστεύσαντες, ἢ ἐγγυητὰς αὐτοὺς ὑπὲρ τῶν μνημονευθεισῶν αἰτιῶν δεξάμενοι μηδεμίαν κατὰ τῆς ἐκκλησίας, ἢ τοῦ μοναστηρίου, ἢ τῶν πραγμάτων αὐτοῦ, ἢ διοικητῶν, ἢ κατ' ἐκείνων τῶν προσώπων, οἷς πιστεύσουσιν [3]), ἢ κατὰ τῶν οὐσιῶν ἢ ἐγγυητῶν αὐτῶν ἐχέτωσαν ἀγωγήν. ἐκεῖνοι δέ, οἵτινες

Cap. VI.

Sed nec susceptorem vel exactorem fiscalium functionum, aut conductorem vectigalium vel alienarum possessionum, aut curatorem domus, vel procuratorem litis, aut fideiussorem pro illis causis episcopum, vel oeconomum, vel alium cuiuscunque gradus clericum, vel monachum proprio, aut ecclesiae, aut monasterii nomine fieri permittimus, ne per hanc occasionem et sacris domibus damnum inferatur, et sacra ministeria impediantur. Attamen si possessiones quaedam ecclesiis vel monasteriis adiacentes reperiantur, velintque earundem venerabilium domuum administratores in locationem vel emphyteusin illas accipere, tunc si omnes clerici et monachi de illis causis vel in ipso instrumento, vel apud acta consentiant, atque declarent, ad utilitatem venerabilium locorum hoc factum esse, locationem et emphyteusin illam procedere permittimus. Sed et ipsis sanctissimis ecclesiis ceterisque venerabilibus domibus facultatem concedimus inter se locationes et emphyteuses celebrandi. Clericis similiter, ut ecclesiarum suarum possessiones conducant et administrent (volente tamen episcopo et oeconomo), permittimus, exceptis personis, quas alia lege hoc facere prohibuimus. Si quis contra ea, quae dicta sunt, aliquid fecerit, si quidem episcopus sit, omnes eius res, quae ex quacunque causa vel persona sive ante episcopatum, sive postea ad eum pervenerunt, ecclesiae eius vindicari iubemus. Si vero oeconomi vel alii clerici sint, qui id committunt, pecuniaria poena, quam episcopus eorum aestimaverit, ab iis exigatur, ecclesiae vindicanda, quum etiam illi, qui locationem vectigalium, vel cuiuscunque possessionis, vel publicorum tributorum receptionem, vel exactionem, vel curam domus illis crediderunt, vel pro dictis causis fideiussores eos accipiunt, nullam contra ecclesiam, vel monasterium, vel res eius, vel administratores, vel eas personas, quibus crediderunt, vel contra facultates aut fideiussores eorum actionem habeant. Illi autem, qui publicarum contributionum aut tributorum receptionem, vel locationem, vel exactionem dictis personis crediderunt, vel fideiussores eos acceperunt, si quod damnum publico contingat, hoc ex propria substantia resarcire compellentur.

Cap. VII.

Cap. VI. Alium autem [4]) fieri susceptorem aut exactorem fiscalium functionum, aut conductorem publicorum [5]) aut alienarum possessionum, aut curatorem domus, aut procuratorem litis, aut fideiussorem pro talibus causis episcopum, aut oeconomum, aut alium clericum cuiuslibet gradus, aut monachum proprio nomine, aut ecclesiae, aut monasterii subire non [6]) sinimus, ut non per hanc occasionem et sanctis domibus damnum fiat, et sacra ministeria impediantur. Si autem ecclesiis aut monasteriis possessiones quaedam adiacentes inveniantur, et voluerint dispensatores ipsarum venerabilium domorum in conductionem aut emphyteusin has accipere, tunc omnibus clericis et monachis pro his causis [7]) in ipso instrumento sub gestis monumentorum consentientibus, et manifestantibus, pro utilitate venerabilium domorum hoc fieri, talem conductionem et emphyteusin procedere sinimus. Sed etiam ipsis sanctissimis ecclesiis et aliis venerabilibus domibus damnus licentiam conductiones et emphyteuses facere ad invicem, et clericis similiter rerum ecclesiasticarum [8]) possessiones conducere et gubernare, cum voluntate tamen episcopi et oeconomi, permittimus, exceptis personis, quas per aliam legem hoc facere prohibuimus. Si quis autem contra ea, quae dicta sunt, aliquid fecerit, si quidem episcopus fuerit, omnes eius res, ex qualibet causa vel persona, sive ante episcopatum sive post [9]) ad eum venientes, eius ecclesiae vindicari sancimus. Si autem oeconomi aut alii clerici fuerint hoc delinquentes, pecuniariam eos poenam, qualem episcopus eorum probaverit, exigi, ecclesiae vindicandam, quum etiam conductionem teloniorum, aut cuiuslibet possessionis, aut publicarum collationum perceptionem aut exactionem, aut sollicitudinem domus eis credentes, aut fideiussores eos pro memoratis causis suscipientes nullam contra ecclesiam, aut monasterium, aut res eius aut gubernantium, aut contra illas personas, quibus crediderint,

---

[a]) *Photii Nomoc. VIII.* 13. (*Voëlli bibl. II. p.* 943 *sq.*) — (*Ioannis*) *Nomoc.* 14. (*ibid. II. p.* 618.) — *Parat.* §. 1. *Athan. tit.* 15. (*Heimb. Anecd. I. p.* 155.) — [b]) *Parat.* §. 2. *Athan. tit.* 2. (*Heimb Anecd. I. p.* 42.)

[1]) ἢ διοικητὴν *om. Meerm. I. II., Bas., Vulg., Iulian. et videtur hoc adiectum esse ab explicatore, ut ne antecedens κουράτωρα a graecis hominibus non intelligeretur.* — [2]) τὰ *om. Ital., Bas.* — [3]) *Scrimg., Bas. (Cod. Coisl.)*; ἐπιστεύσουσιν *Ital., sed in notis recogn. op.* ἐπιστεύσασιν; πιστεύσασιν *Bas. (Fabr., Heimb.)* — [4]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; Sed neque *Cont.* — [5]) *Bk. ed. ster.*; publicarum *Cod. Haun., edd.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; subire non *om. Cont.* — [7]) mon. propriis *Cod. Hamb.*; mon. propriis causis *Trid.*; mon. pro causis *Port.* — [8]) *Cod. Hamb, Trid.*; sim. propriarum ecclesiarum *Port., Cont.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid.*; sive post hoc fuerint *Port., Cont.*

οἵτινες δημοσίων συντελειῶν ἢ τελῶν ἔκλιψιν ἢ μίσθωσιν ἢ ἀπαίτησιν τοῖς μνημονευθεῖσι προσώποις πιστεύσουσιν [1]), ἢ ἐγγυητὰς αὐτοὺς δέξοιντο [2]), εἴ τις τῷ δημοσίῳ ζημία συμβαίη, ταύτην ἐκ τῆς οἰκείας ὑποστάσεως ἀποκατασιῆσαι ἀναγκασθήσονται.

Κεφ. ζ.[a])

Οὐδενὶ δὲ τῶν ἀρχόντων ἐξέσται τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀναγκάζειν εἰς δικαστήριον παραγενέσθαι ὑπὲρ τοῦ νεῖμαι μαρτυρίαν, ἀλλ' ὁ δικασιὴς πεμπέτω πρὸς αὐτοὺς τινας ἐκ τῶν προσώπων τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ, ἵνα προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων κατὰ τὸ πρέπον ἱερεῦσιν εἴπωσιν, ἅπερ γινώσκουσιν.

Κεφ. η'.[b])

Ἀλλ' οὐδὲ ὑπέρ τινος χρηματικῆς ἢ ἐγκληματικῆς αἰτίας ἐπίσκοπον πρὸς ἄρχοντα πολιτικὸν ἢ στρατιωτικὸν ἄκοντα ἢ διάγεσθαι ἢ παρίστασθαι δίχα βασιλικῆς κελεύσεως συγχωροῦμεν, ἀλλὰ τὸν ἄρχοντα τὸν τοῦτο εἴτε ἐγγράφως εἴτε ἀγράφως προσετάξαι τολμήσαντα μετὰ τὴν τῆς ζώνης ἀφαίρεσιν κ' χρυσίου λιτρῶν ποινὴν καταβαλεῖν κελεύομεν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἧς ὁ ἐπίσκοπος διαχθῆναι ἢ παραστῆναι προσετάχθη [3]), δοθησομένην, καὶ τοῦ ἐκβιβασθοῦ ὁμοίως μετὰ τὴν τῆς ζώνης ἀφαίρεσιν καὶ βασάνοις ὑποβαλλομένου, καὶ ἐν ἐξορίᾳ πεμπομένου.

Κεφ. θ'.[c])

Ἀπαγορεύομεν δὲ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις τὰς οἰκείας καταλιμπάνειν ἐκκλησίας καὶ εἰς ἄλλας ἐπαρχίας παραγίνεσθαι. εἰ δὲ καὶ [4]) ἀνάγκη τις τοῦ ποιῆσαι τοῦτο συμβῇ, μὴ ἄλλως, εἰ μὴ μετὰ γραμμάτων τοῦ μακαριωτάτου αὐτῶν πατριάρχου ἢ μητροπολίτου, ἢ κατὰ βασιλικὴν δηλαδὴ κέλευσιν τοῦτο ποιήσουσιν, οὕτω μέντοι, ἵνα μηδὲ ἐκείνοις τοῖς ἐπισκόποις, οἵτινες ὑπὸ τὸν μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως καὶ πατριάρχην εἰσίν, ἐξείη δίχα ἐπιτροπῆς αὐτοῦ ἢ ἡμετέρας κελεύσεως εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν ἐλθεῖν. Εἰ δὲ καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπίσκοπος οἱουδήποτε τόπου ἀποδημήσει, μὴ πλέον ἑνὸς ἐνιαυτοῦ [d]) τὴν ἰδίαν καταλιμπανέτω ἐκκλησίαν. τοὺς δὲ ἐπισκόπους τοὺς κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν, ὡς εἴρηται, παραγινομένους, οἱασδήποτε εἶεν διοικήσεως, πρὸ πάντων ἀπιέναι πρὸς

νουπόλεως καὶ πατριάρχην, καὶ οὕτως δι' αὐτοῦ πρὸς τὴν ἡμετέραν εἰρηνεύει γαληνότητα. Τοῖς δὲ παρὰ ταύτην ἡμῶν τὴν διατύπωσιν ἢ ἀποδημοῦσιν, ἢ ὑπὲρ τὸν ὡρισμένον τοῦ ἐνιαυτοῦ χρόνον ἔξω τῆς ἰδίας ἐκκλησίας ποιοῦσι διατριβὴν πρῶτον μὲν μὴ χορηγεῖσθαι παρὰ τῶν οἰκονόμων τῆς ἰδίας ἐκκλησίας δαπάνας, ἔπειτα δὲ ὑπομιμνήσκεσθαι αὐτοὺς διὰ γραμμάτων τῶν ἱερέων, ὑφ' οὓς τελοῦσιν, ὥστε ἐπανελθεῖν εἰς τὰς ἰδίας ἐκκλησίας, ὑπερτιθεμένους δὲ ὑποστρέψαι κατὰ τοὺς ἱεροὺς καλεῖσθαι κανόνας. καὶ εἰ μὴ ἐντὸς τοῦ ὁριζομένου παρὰ τῶν ἱερέων χρόνου ὑποστρέψουσιν εἰς τὰς ἰδίας ἐκκλησίας, αὐτοὺς μὲν τῆς ἐπισκοπῆς ἐξωθεῖσθαι, ἑτέρους δὲ ἀντ' αὐτῶν καλλίονας χειροτονεῖσθαι κατὰ τὴν τοῦ παρόντος νόμου δύναμιν. τούτου αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τοῖς κληρικοῖς κρατοῦντος [1]), οἱουδήποτε βαθμοῦ εἶεν ἢ ὑπηρεσίας [a]).

finitum anni tempus extra ecclesiam suam commorantur, primum expensae ab oeconomis ecclesiae suae non praebeantur, deinde per litteras sacerdotum, quibus subsunt, admoneantur, ut ad ecclesias suas redeant. Qui vero reverti differunt, secundum sacros canones vocentur. Et nisi intra tempus a sacerdotibus definitum ad ecclesias suas revertantur, ipsi quidem episcopatu deiiciantur, alii autem meliores ipsorum loco secundum tenorem huius legis creentur. Atque id ipsum etiam in clericis obtineat, cuiuscunque sint gradus aut ministerii.

Κεφ. ι'. [b])

Ἵνα δὲ πᾶσα ἡ ἐκκλησιαστικὴ κατάστασις καὶ οἱ θεῖοι κανόνες ἐπιμελῶς φυλάττοιντο, κελεύομεν, ἕνα ἕκαστον μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον καὶ πατριάρχην καὶ μητροπολίτην τοὺς ὁσιωτάτους ἐπισκόπους τοὺς ὑπ' αὐτοὺς τελοῦνιας κατὰ τὴν αὐτὴν ἐπαρχίαν ἅπαξ ἢ δὶς καθ' ἕκαστον ἔτος πρὸς ἑαυτὸν συγκαλεῖν, καὶ πάσας τὰς αἰτίας ἀκριβῶς ἐξετάζειν, ἅστινας οἱ ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ ἢ μοναχοὶ πρὸς ἀλλήλους ἔχουσι, καὶ ταύτας διατιθέναι κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, καὶ πρὸς τούτοις, εἴ τι παρὰ τοὺς κανόνας ἐξ οἱουδήποτε προσώπου ἡμάρτηται, διορθοῦσθαι [c]). Ἀπαγορεύομεν δὲ τοῖς ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ ὑποδιακόνοις καὶ ἀναγνώσταις, καὶ παντὶ ἄλλῳ οἱουδήποτε εὐαγοῦς τάγματος ἢ σχήματος καθεσιῶτι ταβλίζειν, ἢ τῶν τὰ [2]) τοιαῦτα παιζόντων κοινωνοὺς ἢ θεωρητὰς γίνεσθαι, ἢ εἰς οἱανδήποτε θέαν τοῦ θεωρῆσαι χάριν παραγίνεσθαι. εἰ δέ τις ἐξ αὐτῶν τοῦτο ἁμάρτοι, κελεύομεν τοῦτον ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτοὺς ἀπὸ πάσης εὐαγοῦς ὑπηρεσίας κωλύεσθαι, καὶ μοναστηρίῳ ἐμβάλλεσθαι. εἰ δὲ ἐν τῷ μέσῳ χρόνῳ δείξει ἀξίαν τοῦ ἰδίου πταίσματος μετάνοιαν, ἄδειαν εἶναι τῷ ἱερεῖ, ὑφ' ὃν τέτακται, καὶ ἐλαττοῦν τὸν χρόνον, καὶ τοῦτον πάλιν τῇ ἰδίᾳ ἀποδιδόναι ὑπηρεσίᾳ, εἰδότων καὶ τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων τῶν ὀφειλόντων ταῦτα διεκδικεῖν, ὡς εἴ τι τοιοῦτο μαθόντες μὴ ἐκδικήσουσιν, αὐτοὶ λόγον τῷ θεῷ ὑπὲρ ταύτης

Cap. X.

Ut autem omnis ecclesiasticus status sacrique canones diligenter custodiantur, iubemus, ut unusquisque beatissimus archiepiscopus, et patriarcha, et metropolitanus sanctissimus episcopos, qui illi subsunt, in eadem provincia semel aut bis quotannis ad se vocet, omnesque causas, quas episcopi, aut clerici, aut monachi inter se habent, accurate examinet, et de iis secundum ecclesiasticos canones disponat, ac praeterea, si quid in canones a qualibet persona peccatum est, emendet. Interdicimus autem sanctissimis episcopis, et presbyteris, et diaconis, et subdiaconis, et lectoribus, et cuivis alii in quolibet venerando collegio vel schemate constituto, ne tabula ludant, vel eorum, qui talia ludunt, socii vel spectatores fiant, vel ad quodlibet spectaculum spectandi gratia veniant. Si quis vero ex illis hoc committat, iubemus, ut ille per tres annos ab omni venerabili ministerio prohibeatur et in monasterium coniiciatur. Quodsi medio tempore dignam peccato suo poenitentiam ostenderit, liceat sacerdoti, sub quo constitutus est, tempus minuere, eumque ministerio suo restituere, quum sciant sanctissimi episcopi, qui haec vindicare debent, si tale quid cognoverint, et non vindicaverint, se rationem deo hac de causa reddituros esse. Nullus vero episcopus invitus cogatur quemcunque clericum sub se constitutum a clero suo dimittere.

Cap. XI.

Constantinopoleos, et ad patriarcham, et ita per eum ad nostram introire tranquillitatem. Citra autem hanc nostram dispositionem aut proficiscentibus, aut ultra definitum unius anni tempus extra suam ecclesiam facientibus moram, primum quidem non ministrari ab oeconomis propriae ecclesiae expensas, deinde admoneri [3]) eos per litteras sacerdotum, sub quibus agunt, ut revertantur ad suas ecclesias, differentes autem reverti secundum sanctas revocari regulas, et nisi intra definitum a sacris canonibus tempus revertantur ad suas ecclesias, ipsos quidem ab episcopatu expelli, alios autem pro eis meliores ordinari secundum praesentis legis virtutem. Hoc ipso et super clericis valituro, cuiuscunque ordinis fuerint aut ministerii.

Cap. X. Ut autem omnis ecclesiasticus status et sacrae regulae diligenter custodiantur, iubemus, unumquemque beatum archiepiscopum, et patriarcham, et metropolitam sanctissimos episcopos sub se constitutos in eadem provincia semel aut secundo per singulos annos ad se convocare, et omnes causas subtiliter examinare, quas episcopi, aut clerici, aut monachi ad invicem habeant, easque disponere [4]), et super hoc, quidquid extra regulas a quacunque persona delinquitur, emendare. Interdicimus autem sanctissimis episcopis, et [5]) presbyteris, et diaconis, et subdiaconis, et [6]) lectoribus, et omnibus aliis cuiuslibet venerandi collegii aut schematis constitutis ad tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes aut inspectores [7]) fieri, aut ad quodlibet spectaculorum spectandi gratia venire. Si quis autem ex his hoc deliquerit, iubemus hunc in tribus annis a venerabili ministerio prohiberi, et in monasterium redigi. Si autem in medio tempore ostenderit dignam sui vitii poenitentiam, liceat et sacerdoti, sub quo constitutus est, minuere tempus, et hunc rursus proprio reddere ministerio, scientibus quoque sanctissimis episcopis debentibus hoc vindicare, quia, si tale aliquid

---

[a]) *Hal. hic ex tenore Basilicorum inculcavit Nov.* 137. *c.* 4—6., *omisit sequentis cap. initium usque ad* Ἀπαγορεύομεν δὲ *etc., quia non receptum est in Bas. Supplem. ed. Herv ag., ut solent, hoc vitium correxerunt atque in ed. Par. recepta quidem est ex iis Supplem. prior pars sequentis cap., sed non electa sunt quae ex Nov.* 137. *in hanc Nov. venerunt.* — [b]) *Photii Nomoc. VIII.* 8. (*Voëlli bibl. II. p.* 940 *sq.*) *et IX.* 27. (*ibid. p.* 1025 *sq.*) — (*Ioannis*) *Nomoc.* 49. (*ibid. II. p.* 659.) *et* 28. (*ibid. p.* 635.) — [c]) *Quae sequuntur in hoc cap. et capp.* 11—18. *sunt in Bas. III.* 1. 20—33. *Schol.*

[1]) κρατησομένου *Hal., Vulg.* — [2]) τὰ *om. Hal., Meerm. I. II., Bas.* — [3]) *Bk.*; admonere *Cod. Hamb., edd.* — [4]) disp. secundum sanctas regulas *Bk. ed. ster.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; et *om. Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; inspectatores *Cont.*; spectatores *Bk.*

ταύτης τῆς αἰτίας ὑφέξουσι. Μηδένα δὲ ἐπίσκοπον ἄκοντα καταναγκάζεσθαι, οἱονδήποτε κληρικὸν ὑπ' αὐτὸν ὄντα τοῦ ἰδίου κλήρου ἀπολύειν.

Κεφ. ια'.[a])

Cap. XXIII. Oeconomos autem, et xenodochos, et nosocomos, et ptochotrophos [5]), et aliorum venerabilium locorum gubernatores, et alios omnes clericos iubemus pro creditis sibi gubernationibus apud proprium episcopum, cui subiacent, conveniri, et rationem suae gubernationis facere, et exigi, quod ex ipsis debentes ostenduntur, illi venerabili reddendum domui, ex cuius ordinatione debitum apparuerit. Si vero putaverint se gravari, post repetitionem metropolita causam examinet. Si vero metropolita fuerit contra quampiam praedictarum personarum huiusmodi causas examinans, et debitum exegerit, et exactus putaverit se gravatum, dioeceseos illius beatissimus patriarcha causam determinet; non enim concedimus praedictis personis pro memoratis causis ante examinationem et exactionem debiti proprios episcopos declinare, et ad alia venire iudicia. Si quis autem ex ecclesiasticis, cui aliqua talis dispensatio credita est, ante rationum expositionem et debitorum solutionem moriatur, iubemus, eius heredes simili modo et rationibus et exactionibus subiacere.

Cap. XXIV. Si quis episcopus aut clericus ex quacunque provincia in Constantinopoli reperiatur, et voluerit aliquis adversus eum actionem proponere, si quidem litis contestatio in provincia pro ipso negotio facto est, ibi litem compleri, si vero nondum inchoata est, apud gloriosissimum praefectum Orientis praetoriorum, aut apud eos, qui a nobis fuerint deputati iudices, convenientibus eum respondere. Cap. XXV

---

[a]) *Photii Nomoc. IX.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 960.) — (*Ioannis*) *Nomoc.* 8. (*ibid. II. p.* 613.) — *Parat. §. 2. Athan. tit.* 2. (*Heimb. Anecd. I. p.* 42.) — [b]) *Photii Nomoc. IX.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 961.)

[1]) *Scrimg., Meerm. I. II., Bas.*, (*Ioannis*) *Nomoc.*; διαλυιροῦν *Hal.* — [2]) βεβαρῆσθαι *Hal.* — [3]) clerico *Bk.* — [4]) *Cod. Hamb* · metrop. aut patriarcham *edd.* — [5]) *Cod. Hamb.*; xenod. nosoc. et ptoch. *Trid.*; xenod. nosoc. ptoch. *Port., Cont.*

Κεφ. κε'.[a])

Οἱ δὲ εὐλαβέστατοι ἀποκρισιάριοι οἱασδήποτε ἁγιωτάτης ἐκκλησίας οἱ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει διατρίβοντες ἢ παρὰ [1]) τοὺς μακαριωτάτους πατριάρχας ἢ μητροπολίτας παρὰ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων στελλόμενοι μηδὲ ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων, μηδὲ ὑπὲρ πράγματος τῆς ἰδίας ἐκκλησίας, ἢ χρέους δημοσίου ἢ ἰδιωτικοῦ τινὰ ἐναγωγὴν ἢ ἀπαίτησιν ὑπομενέτωσαν, εἰ μὴ ἐντολὰς ἔχοιεν παρὰ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων ἢ οἰκονόμων, ὥστε τισὶν ἐνάγειν. τηνικαῦτα γὰρ μόνοις τοῖς παρ' αὐτῶν ἐναγομένοις δίδομεν ἄδειαν, ἐάν τινα ἀγωγὴν [2]) ἔχωσι κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἢ τοῦ ἐπισκόπου, κατ' αὐτῶν προτιθέναι. εἰ δὲ καὶ ἐπί τισι πράγμασιν ἢ ἀγωγῇ [3]) ἑαυτοὺς ἐνόχους ποιήσουσιν ἐν τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ τὰς ἀποκρίσεις [4]) ποιοῦνται, καὶ τὰς ὑπὲρ τούτων ἐναγωγὰς αὐτοὺς ὑποδέχεσθαι.

Κεφ. κϛ'.[b])

Εἰ δὲ καὶ ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ἢ τῆς ἰδίας ἐκκλησίας [5]) διὰ πρεσβείαν τινὰ ἢ χειροτονίαν ἐπισκόπου εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν ἢ ἐν ἄλλῳ οἱῳδήποτε τόπῳ ἐνδημήσουσι, κελεύομεν αὐτοὺς μηδεμίαν ἐπάχθειαν ἢ ὄχλησιν ἀπὸ οἱουδήποτε προσώπου ὑφίστασθαι, ἀδείας οὔσης τοῖς ὑπευθύνους αὐτοὺς ἔχειν νομίζουσι, μεθ' ὃ εἰς τὴν ἐπαρχίαν ὑποστρέψουσιν, ἐνάγειν αὐτοῖς, οὐδενὸς τοῖς νομίζουσιν ἔχειν αὐτοὺς ὑπευθύνους γινομένου προχρίματος περὶ χρονίαν παραγραφὴν διὰ τὸν χρόνον, ὃν ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀποδημίᾳ παρείλκυσαν.

Κεφ. κζ'.[c])

Εἴ ποτε δὲ αἰτία τις ἀναφυῇ τοῦ ὑπόμνησιν ἢ ἐκβιβασμὸν προσενεχθῆναι ὑπὲρ οἱασδήποτε χρηματικῆς αἰτίας (εἴτε δημοσίας εἴτε ἰδιωτικῆς) κληρικῷ, ἢ μοναχῷ, ἢ μοναστρίᾳ, ἢ ἀσκητρίᾳ οἱουδήποτε μοναστηρίου, καὶ μάλιστα γυναικῶν, ὕβρεως χωρὶς καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης τιμῆς κελεύομεν τὴν ὑπόμνησιν καὶ τὸν ἐκβιβασμὸν γίνεσθαι, μηδεμίαν δὲ μοναστριαν ἢ ἀσκήτριαν τοῦ μοναστηρίου ἀφέλκεσθαι, ἀλλ' ἐντολέα ἐξ αὐτῶν προβάλλεσθαι τὸν ὑπὲρ τοῦ πράγματος ἀποκρινόμενον. Τοῖς δὲ μοναχοῖς ἐξέστω εἴτε δι' ἑαυτῶν, εἴτε δι' ἐντολέων τὰς ἰδίας ἢ τὰς τοῦ

Cap. XXV.

Reverendissimi autem apocrisiarii cuiuscunque sanctissimae ecclesiae, qui in regia urbe degunt, vel ad beatissimos patriarchas aut metropolitanos ab episcopis suis mittuntur, neque pro episcopis suis, neque pro re ecclesiae suae, vel publico aut privato debito actionem aliquam vel exactionem sustineant, nisi ab episcopis suis aut oeconomis mandatum habeant, ut aliquos conveniant. Tunc enim illis solum, qui ab ipsis conveniuntur, facultatem damus, si quam actionem contra ecclesias aut episcopum habeant, eam contra illos instituendi. Si vero in quibusdam causis vel actione se obligaverint, eo tempore, quo responsa faciunt, etiam actiones eas suscipiant.

Cap. XXVI.

Si episcopi aut clerici pro civitate aut ecclesia sua propter legationem quandam aut designationem episcopi in regiam urbem vel alium quemcunque locum venerint, iubemus, ut illi nullum onus aut molestiam ab ulla persona sustineant, atque liceat illis, qui eos obnoxios sibi habere putant, postquam in provinciam reversi sunt eos convenire, nullumque illis, qui se illos obligatos habere putant, praeiudicium fiat circa temporalem praescriptionem propter id tempus, quod in tali profectione traxerunt.

Cap. XXVII.

Si quando causa quaedam emergat, ut citatio aut exsecutio in qualibet pecuniaria causa (sive publica sive privata) clerico, aut monacho, aut monachae, aut ascetriae cuiuscunque monasterii, et maxime mulierum, facienda sit, sine contumelia et cum decente honore admonitionem et exsecutionem fieri iubemus, nulla vero monacha vel ascetria monasterio extrahatur, sed procurator ab iis constituatur, qui de causa respondeat. Monachis autem liceat sive per se, sive per procuratores proprias vel monasterii lites agere. Et sciat iudex vel exsecutor, qui haec violet, fore ut et cingulo

Cap. XXV. Reverendissimi vero apocrisiarii cuiuscunque sanctissimae ecclesiae, qui in regia civitate degunt, aut ad beatissimos patriarchas, aut ad metropolitas a suis episcopis destinati [6]), neque pro suis episcopis, neque pro causa ecclesiae [7]), aut pro debito publico aut privato aliquam conventionem sustineant, nisi mandatum habuerint a suis episcopis aut oeconomis, ut aliquos conveniant. Tunc enim solis illis, qui ab eis conveniantur, damus licentiam, si quam obligationem habent contra ecclesiam aut contra episcopos eorum, proponere. Si vero et in quibusdam causis vel actionibus semetipsos obligatos fecerint, in tempore, in quo responsa facinnt, pro his conventiones suscipiant.

Cap. XXVI. Si vero episcopi vel clerici pro civitate aut pro suis ecclesiis propter suam legationem aut ordinationem episcopi ad regiam civitatem vel ad alium quemlibet locum proficiscantur, iubemus, eos nullam molestiam aut importunitatem a qualibet persona sustinere, licentia exsistente iis, qui obligatos eos putant se habere, postquam ad provinciam revertuntur, convenire eos, nullo [in] iis, qui se putant habere eos [obligatos] [8]), faciendo praeiudicio de temporalibus praescriptionibus propter tempus, quod in tali causa protraxerint.

Cap. XXVII. Si quando autem causa emerserit, ut admonitio aut exsecutio inferatur pro qualibet pecuniaria causa, sive publica sive privata, clerico, aut monacho, aut [monastriae, aut cuicunque] monasterio, [et]

[a]) *Photii Nomoc. IX.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 961 *sq.*) — [b]) *Photii Nomoc. IX.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 962.) — *Lib. περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 1. (*Heimb. Anecd. I. p.* 191.) — [c]) *Photii Nomoc. IX.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 962.) — (*Ioannis*) *Nomoc.* 33. (*ibid. II. p.* 640.) — *Parat.* §. 2. *Athan. tit.* 5. (*Heimb. Anecd. I. p.* 77.)

[1]) *Scrimg.*, *Bas.*; παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις πατριάρχαις ἢ μητροπολίταις *Hal.*; πρὸς τοὺς *etc. Meerm. I. II.* — [2]) ἐναγωγὴν *Hal.*, *Bas.* — [3]) ἀγωγαῖς *Hal.*, *Meerm. I. II.*, *Vulg.* — [4]) χρίσεις *Hal.* — [5]) ἢ τῆς ἰδίας ἐκκλησίας *om. Hal.* — [6]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; episc. ordinati et destinati *Port.*, *Cont.* — [7]) causa suae ecclesiae *Bk. ed. ster.* — [8]) nullo in illis qui se putant habere eis *Cod. Hamb.*; nullo in his qui se putant habere ab eis *Trid.*; nullo in iis, quae se putant habere, eis *Port.*, *Cont.*

τοῦ μοναστηρίου δίκας πράττειν, εἰδότος τοῦ ταῦτα παραβαίνοντος δικαστοῦ ἢ ἐκβιβασιοῦ, ὡς καὶ τῆς ζώνης γυμνωθήσεται, καὶ ποινὴν ἐ χρυσίου λιτρῶν εἰσπραχθήσεται παρὰ τοῦ μεγαλοπρεπεσιάτου κόμητος τῶν πριβάτων, τοῦ ἐκβιβαστοῦ δηλονότι πρὸς τούτοις καὶ βασάνους ὑπομένοντος, καὶ εἰς ἐξορίαν πεμπομένου. τῶν κατὰ τόπον ὁσιωτάτων ἐπισκόπων προνοούντων, ἵνα μηδὲν τούτων ἐναντίον γένηται, ἢ εἴπερ τι ἁμαρτηθῇ, ἵνα ἡ εἰρημένη ἐκδίκησις προέλθοι. τοῦ δὲ ἄρχοντος τὴν ἐκδίκησιν ἀναβαλλομένου ἐπιθεῖναι εἰς ἡμετέραν εἴδησιν ὁ ἐπίσκοπος ἀναφερέτω.

gulo privetur et multa quinque librarum auri exigetur per magnificentissimum comitem privatorum. Exsecutor praeterea tormenta etiam sustinebit, et in exsilium mittetur. Atque sanctissimi locorum episcopi provideant, ne contra haec aliquid fiat, vel si quid commissum sit, ut dicta vindicta peragatur; iudex autem si vindictam inferre differat, episcopus ad notitiam nostram id deferat.

Κεφ. κή'. [a])

Σπορτούλων δὲ ὀνόματι πᾶν πρόσωπον ἐν οἱαδήποτε ἐκκλησιαστικῇ τάξει καταλεγόμενον, καὶ πρὸς τούτοις διακόνισσαν, καὶ μοναχόν, καὶ ἀσκητριαν, καὶ μοναστριαν ὑπὲρ πάσης ἐγκληματικῆς καὶ χρηματικῆς αἰτίας, ὅσης ἂν εἴη ποσότητος (εἴτε ἀπὸ κληρικοῦ, εἴτε ἀπό τινος ἐν στρατείᾳ καταλεγομένου ὑπόμνησιν δέξονται, ἢ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, ἢ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, ἐν αἷς διάγουσιν), οὐ πλέον τεσσάρων καρατίων διδόναι συγχωροῦμεν. Εἰ δέ τις [1]) ἐξ ἡμετέρας κελεύσεως, ἢ ἄρχοντος, ἢ τοῦ μακαριωτάτου πατριάρχου σιαλεὶς ἐκβιβασιῆς εἰς ἄλλας ἐπαρχίας ὑπόμνησιν προσαγάγοι τινὶ τῶν μνημονευθέντων προσώπων, μὴ πρωτέρῳ ἑνὸς νομίσματος κομιζέσθω. εἰ δὲ καὶ ὑπὲρ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς αἰτίας πολλοὺς ἐκ τῶν μνημονευθέντων προσώπων ὑπομνησθῆναι συμβαίη, ἑνὸς καὶ μόνου προσώπου ὑπὲρ πάντων σπόρτουλα κομίζεσθαι θεσπίζομεν. Ἐπίσκοπος δὲ ὑπὲρ τῶν πραγμάτων τῆς ἰδίας ἐκκλησίας μηδεμίαν μεθοδείαν ἢ ὄχλησιν ὑφισιάσθω. σπόρτουλα δὲ μηδὲ εἰ ὑπὲρ τῶν ἰδικῶν πραγμάτων ὑπομνησθείη, ἀπαιτεῖσθω [2]), τὰς ἐναγωγὰς δηλαδὴ τὰς κατὰ τῆς ἐκκλησίας πρωτισθεμένας τῶν οἰκονόμων ὑποδεχομένων, ἢ ἐκείνων, οἵτινες ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ προβληθεῖεν. Ὁ δὲ παρὰ ταῦτα εἰσπράξαι σπόρτουλα τολμῶν ἐν διπλῷ ὅπερ ἔλαβε τῷ ἀπαιτηθέντι προσώπῳ ἀποδοῦναι συνωθείσθω, καὶ εἰ μὲν στρατεύεται, καὶ τὴν ζώνην ἀπολλύτω, εἰ δὲ κληρικὸς εἴη, τοῦ κλήρου ἐκβαλλέσθω.

Cap. XXVIII.

Sportularum vero nomine omnem personam in quacunque ecclesiastico ordine constitutam, insuper et diaconissam, et monachum, et ascetriam, et monastriam in omni criminali et pecuniaria causa, cuiuscunque sit quantitatis, sive a clerico, sive a quodam in militiam allecto citentur vel in regia urbe, vel in provinciis, in quibus vivunt. non plus, quam quatuor siliquas dare permittimus. Si quis autem exsecutor nostro, vel iudicis, vel beatissimi patriarchae iussu in alias provincias missus alicui ex dictis personis citationem offerat, non ultra unum solidum accipiat. Si vero in una eademque causa multos ex dictis personis citari contigerit, ut unius tantum personae sportulas pro omnibus accipiat, suncimus. Episcopus autem pro rebus ecclesiae suae nullam conventionem aut molestiam sustineat. Sportulae vero, neque si in propria causa citetur, ab eo exigantur, cum scilicet actiones, quae contra ecclesias intendantur, oeconomi, vel illi, qui ad hanc causam constituti sunt, suscipiunt. Qui vero adversus haec sportulas exigere ausus fuerit, duplum eius, quod accepit, illi personae, a qua eas exegit, restituere compellatur, et si militat, etiam cingulum perdat, si vero clericus sit, e clero eiiciatur.

Κεφ. κθ'.

Cap. XXIX.

[et] maxime [3]) feminarum, inhemus, sine iniuria, et cum competente honore admonitionem fieri, non tamen monastriam aut ascetriam monasterio abstrahi, sed procuratorem ab eis ordinari, qui pro causa respondeat. Monachis autem licebat sive per se, sive per procuratorem monasterii [4]) causas agere, sciente qui hoc praevaricatur indice vel exsecutore, quia et cingulo spoliabitur, et poenam quinque librarum auri exigetur per magnificentissimum comitem privatarum rerum, exsecutore videlicet super hoc verberando et in exsilium dirigendo; locorum sanctissimis episcopis provisuris, ut nihil his contrarium fiat, aut, si aliquid committatur, memorata ultio procedat, iudice vero vindictam differente [5]) imponere, ad scientiam nostram episcopus referat.

Cap. XXVIII. Sportularum vero nomine omnem personam in quocunque ecclesiastico officio constitutam, et ad hoc diaconissam, et monachum [6]), aut ascetriam, aut monastriam pro omni criminali et pecuniaria causa, cuiuscunque quantitatis sit (sive a clerico, sive a quolibet in militia constituto admonitionem suscipiant aut in regia civitate, aut in provinciis, [in [7])] quibus degunt), nec [8]) amplius quatuor siliquis dare permittimus. Si vero ex nostra iussione aut ad iudicem, aut ad beatissimum patriarcham missus exsecutor in alias provincias admonitionem offerat alicui memoratarum personarum, non ultra unum solidum accipiat. Si vero pro una eademque causa multas ex memoratis personis admoneri contingat, unam et solam personam pro omnibus sportulas dare [9]) sancimus. Episcopus vero pro rebus suae ecclesiae [10]) nullam exactionem molestiamque sustineat sportularum, si pro talibus causis admoneat exactor [11]), actiones videlicet contra ecclesiam propositas oeconomis suscipientibus, aut illis, qui in ea causa [12]) ordinati sunt. Qui vero contra haec exigere sportulas praesumserit, in duplum quod accepit exactae personae reddere compellatur, et si quidem militat, cingulum perdat, si vero clericus fuerit, a clero removeatur.

Cap. XXIX.

---

[a]) *Photii Nomoc. IX.* 1. (*Voellii bibl. II. p.* 962.) — *Parat.* §. 2. *Athan. tit.* 5. (*Heimb. Anecd. I. p.* 77 *sq.*)

[1]) τις *om. Meerm. I. II., Vulg.* — [2]) *Athan.* (*Coll. const. eccl. et Photii Nomoc.*) *episcopum suarum rerum nomine in ius vocatum dicit sportulas dare oportere, non item in causis ecclesiae suae, sed excidit fortasse negatio, cf. Heimb. Anecd. I. p.* 12. *not.* 87. — [3]) monacho aut monasterio maxime *Cod. Hamb., Trid., quare uncis inclusimus quae in edd. Port. et Cont. adduntur verba. Ceterum secundum graecam orationem ita scribendum esset:* monacho aut monastriae aut ascetriae cuiuscunque monasterii et maxime *etc.* — [4]) proc. suas aut monast. *Bk. ed. ster.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; iudicem — differentem *Port., Cont.* — [6]) *Cod. Hamb.*; monacham *edd.* — [7]) *hoc* in *add. Bk.*; *deest in Cod. Hamb. et edd.* — [8]) non *Bk.* — [9]) unius solius personae — dari *Bk.* — [10]) *Cod. Hamb., Trid.*; ecclesiae suae *Port., Cont.* — [11]) *Cod. Hamb., in quo autem additum est* aut curator; admoneatur exactio *Trid.*; admoneatur exactio *Port., Cont.* — [12]) *Cod. Hamb., Trid.*; in eam causam *Port., Cont.*

Κεφ. κϑ'. [a])

Τοῖς δὲ πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ ὑποδιακόνοις, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν κλήρῳ τεταγμένοις μὴ ἔχουσι γαμετὰς κατὰ τοὺς θείους κανόνας ἀπαγορεύομεν καὶ ἡμεῖς, κατὰ τὴν τῶν ἁγίων κανόνων δύναμιν, γυναῖκά τινα ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐπείσακτον ἔχειν, δίχα μέντοι γε μητρός, καὶ θυγατρός, καὶ ἀδελφῆς, καὶ τῶν ἄλλων προσώπων, ἅτινα πᾶσαν ὑποψίαν ἐκφεύγει. Εἴ τις δὲ παρὰ ταύτην τὴν παραφυλακὴν γυναῖκα ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ σχῇ, ἤτις δύναται αὐτῷ ὑποψίαν ἐπάγειν, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἢ ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἢ ὑπό τῶν ἰδίων συγκληρικῶν ὑπομνησθείς, ὥστε μετὰ τοιαύτης γυναικὸς μὴ οἰκεῖν, ἐκβαλεῖν αὐτὴν ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου μὴ θελήσοι, ἢ κατηγόρου φαινομένου ἀποδειχθῇ ἀσέμνως μετὰ τοιαύτης γυναικὸς ἀναστρέφεσθαι, τηνικαῦτα ὁ ἐπίσκοπος αὐτοῦ κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας τοῦ κλήρου αὐτὸν ἐκβαλλέτω, τῇ βουλῇ τῆς πόλεως, ἧς κληρικὸς ἦν, παραδοθησόμενον. Ἐπίσκοπον δὲ μηδεμίαν παντελῶς γυναῖκα ἔχειν ἢ μετ' αὐτῆς οἰκεῖν συγχωροῦμεν. εἰ δὲ ἀποδειχθείη τοῦτο μηδαμῶς παραφυλάξας, τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβαλλέσθω. αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν ἀνάξιον δείκνυσι τῆς ἱερωσύνης.

Cap. XXIX.

Presbyteris autem, et diaconis, et subdiaconis, omnibusque reliquis in clero constitutis uxores non habentibus secundum sacros canones et nos interdicimus, ne secundum sanctorum canonum vim mulierem aliquam in domum suam introductam habeant praeter matrem, et filiam, et sororem, reliquasque personas, quae omni suspicione carent. Si quis vero contra hanc observationem mulierem in domo sua habeat, quae eum suspicione gravare possit, et semel atque iterum vel ab episcopo suo, vel a clericis suis admonitus, ne cum tali muliere habitet, eam domo sua eiicere noluerit, vel, quum accusator exstiterit, inhoneste cum femina illa conversatus probetur, tunc episcopus eius secundum ecclesiasticos canones clero eum eiiciat, et curiae urbis, in qua clericus fuit, tradatur. Episcopo autem nullam omnino mulierem habere vel cum ea habitare permittimus. Si id vero nullatenus observasse probetur, episcopatu deiicietur; ipse enim sacerdotio se indignum ostendit.

Κεφ. λ'. [b])

Διακόνισσαν δὲ οὐδενὶ τρόπῳ μετ' ἀνδρός, ἐξ οὗ δύναται ἀσέμνου βίου ἀναφύεσθαι [1]) ὑποψία, οἰκεῖν συγχωροῦμεν. εἰ δὲ ταῦτα μὴ παραφυλάξει, ὁ ἱερεύς, ὑφ' ὃν τέτακται, ὑπομιμνησκέτω ταύτην, ἵνα πᾶσι τρόποις τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐκβάλλῃ τοῦ ἰδίου οἴκου. εἰ δὲ τοῦτο ὑπέρθηται πρᾶξαι, τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὑπηρεσίας καὶ τῶν ἰδίων διαρίων ἀλλοτριουμένη, ἐν μοναστηρίῳ παραδιδόσθω, κἀκεῖ πάντα τὸν τῆς ἰδίας ζωῆς χρόνον διατελείτω, τῶν πραγμάτων αὐτῆς, εἰ μὲν παῖδας ἔχοι, μεταξὺ αὐτῆς κἀκείνων κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν προσώπων διαιρουμένων, ἵνα τὸ ἁρμόζον τῇ αὐτῇ γυναικὶ μέρος τὸ μοναστήριον λαμβάνον ταύτην ἀποτρέφοι, εἰ δὴ μὴ ἔχοι παῖδας, πᾶσα ἡ αὐτῆς περιουσία μεταξὺ τοῦ μοναστηρίου, ὅπου ἐμβάλλεται, καὶ τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ πρότερον ἐτέτακτο, ἐξ ἴσης μοίρας διαιρεῖσθω.

Κεφ. λα'.

Cap. XXX.

Diaconissam autem nullo modo cum viro, ex quo inhonestae vitae suspicio oriri potest, habitare permittimus. Si vero haec non observet, sacerdos, cui subiecta est, eam admoneat, ut omnimodo virum illum e domo sua eiiciat; quod si facere differat, ecclesiastico ministerio et emolumentis suis privata in monasterium tradatur, ibique omne vitae suae tempus peragat, eiusque res, si liberos habeat, inter ipsam et illos pro numero personarum dividantur, ut partem, quae mulieri competit, monasterium accipiat, eamque alat. Sin liberos non habeat, omnis eius substantia inter monasterium, in quod coniicitur, et ecclesiam, in qua prius constituta fuit, aequis partibus dividatur.

Cap. XXXI.

Cap. XXIX. Presbyteris autem, et diaconis, et subdiaconis [2]), et omnibus in clero conscriptis non habentibus uxores secundum sacros canones interdicimus etiam nos secundum sanctarum regularum virtutem mulierem aliquam in propria domo superinductam habere, tamen citra matrem, aut sororem, aut filiam, et alias personas, quae omnem suspicionem effugiunt. Si quis autem absque hac observatione mulierem in sua domo habet, quae potest ei suspicionem inferre, et semel et secundo a suo episcopo aut a suis clericis admonitus, ne cum tali muliere habitaret, eiicere eam de sua domo noluerit, aut accusatore apparente probetur [3]) inhoneste cum muliere conversari, tunc episcopus eius secundum ecclesiasticos canones de clero eum amoveat, curiae civitatis, cuius clericus erat, tradendo. Episcopum vero nullam penitus mulierem habere aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur nequaquam hoc custodiens, episcopatu proiiciatur; ipse enim se ostendit indignum sacerdotio.

Cap. XXX. Diaconissam vero nullo modo cum viro, ex quo potest inhonestae vitae emergere suspicio, habitare permittimus. Si vero haec non observet, sacerdos, sub quo subiacet, admoneat eam, ut omnibus modis talem virum eiiciat e sua domo. Si vero hoc distulerit agere, ecclesiastico ministerio et propriis emolumentis alienata, monasterio tradatur, et ibi omni suae vitae tempore degat. Rebus eius, si quidem filios habeat, inter se et illos secundum numerum personarum dividendis, ut competentem ipsi mulieri partem monasterium accipiens, eam alat [et regat] [4]). Si autem non habuerit filios, omnis eius substantia inter monasterium, ubi mittitur, et ecclesiam, in qua prius erat constituta, ex [5]) aequa portione dividatur.

Cap. XXXI.

---

[a]) *Photii Nomoc. VIII.* 14. (*Voëlli bibl. II. p.* 947.) — (*Ioannis*) *Nomoc.* 28. (*ibid. II. p.* 635.) *et* 27. (*ibid. p.* 634.) — [b]) *Photii Nomoc. VIII.* 14. (*Voëlli bibl. II. p.* 947.) — *Parat.* §. 2. *Athan. tit.* 2. (*Heimb. Anecd. I. p.* 642.) *Parat.* §. 1. *Athan. tit.* 9. (*ibid. p.* 108.)

[1]) ἀναφαίνεσθαι *Hal.* — [2]) diaconibus et subdiaconibus *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.* — [3]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; approbetur *Port.*, *Cont.* — [4]) agat et regat *Cod. Hamb.*, *sed puncta supposita indicant*, et regat *cuidam, qui usus est hoc codice, suspecta fuisse, et in ed. Port. legimus inter glossas marginales:* alat i. e. regat, *quare facile est ad credendum*, et regat *ab explicatore quodam additum esse. Non placet quod Bk. proposuit:* alat et tegat. — [5]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*; ex om. *Port.*, *Cont.*

Κεφ. λα'.[a])

Εἴ τις τῶν θείων μυστηρίων ἢ τῶν ἄλλων ἁγίων λειτουργιῶν ἐπιτελουμένων ἐν ἁγίᾳ εἰσελθὼν ἐκκλησίᾳ ἢ τῷ ἐπισκόπῳ, ἢ τοῖς κληρικοῖς, ἢ τοῖς ἄλλοις ὑπηρέταις τῆς ἐκκλησίας ὕβρεώς τι ἐπαγάγοι, κελεύομεν τοῦτον βασάνους ὑπομένειν καὶ εἰς ἐξορίαν πεμφθῆναι. εἰ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ θεῖα μυστήρια καὶ τὰς θείας λειτουργίας ταράξοι, ἢ ἐπιτελεῖσθαι κωλύσοι, κεφαλικῶς τιμωρεῖσθαι. Ταὐτοῦ τούτου καὶ ἐπὶ ταῖς λιταῖς, ἐν αἷς οἱ ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ εὑρίσκονται, φυλαττομένου, ἵνα εἰ μὲν ὕβριν μόνον ποιήσει, βασάνοις καὶ ἐξορίᾳ παραδοθῇ, εἰ δὲ καὶ τὴν λιτὴν διασκεδάσει, κεφαλικὸν κίνδυνον ὑπομένῃ. Καὶ ταῦτα διεκδικεῖν κελεύομεν οὐ μόνον τοὺς πολιτικούς, ἀλλὰ καὶ τοὺς στρατιωτικοὺς ἄρχοντας.

Κεφ. λβ'.

Πᾶσι δὲ τοῖς λαϊκοῖς ἀπαγορεύομεν λιτὰς ποιεῖν δίχα τῶν ὁσιωτάτων τῶν τόπων ἐπισκόπων καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς εὐλαβεστάτων κληρικῶν. ποία γάρ ἐστι λιτή, ἐν ᾗ ἱερεῖς οὐχ εὑρίσκονται καὶ τὰς συνήθεις ποιοῦσιν εὐχάς; ἀλλὰ καὶ τοὺς τιμίους σταυροὺς, μεθ' ὧν ἐν ταῖς λιταῖς ἐξέρχονται, μὴ ἀλλαχόσε, πλὴν εἰ μὴ ἐν ἀναγέσι τόποις ἀποτίθεσθαι. καὶ εἴ ποτε χρεία καλέσοι τοῦ λιτὰς ἐπιτελεῖσθαι, τότε μόνον τοὺς αὐτοὺς ἁγίους σταυροὺς λαμβάνειν τοὺς εἰωθότας αὐτοὺς βαστάζειν, καὶ μετὰ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν κληρικῶν τὰς λιτὰς ἐπιτελεῖσθαι. Ταῦτα παραφυλαττόντων τῶν ὁσιωτάτων τῶν τόπων ἐπισκόπων, καὶ τῶν αὐτῶν κληρικῶν, καὶ τῶν κατὰ τόπον ἀρχόντων[b]). Εἰ δέ τις ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ τὴν τοῦ παρόντος ἡμῶν νόμου δύναμιν ἢ παραβῇ ἢ μὴ ἐκδικήσῃ, τὰς εἰρημένας ποινὰς ὑποστήσεται.

Κεφ. λγ'.

Cap. XXXI.

Si quis, quum sacra mysteria vel alia sancta ministeria peraguntur, sanctam ecclesiam ingressus vel episcopo. vel clericis, vel reliquis ecclesiae ministris iniurium aliquam inferat, iubemus, ut ille tormenta perferat et in exsilium mittatur. Sin autem ipsa etiam sacra mysteria et sacra ministeria turbet, vel quo minus peragantur prohibeat, capitali supplicio afficiatur. Atque hoc ipsum etiam in litaniis, in quibus episcopi aut clerici reperiuntur, observetur, ut, si quidem iniuriam solum intulerit, tormentis et exsilio tradatur, sin autem litaniam turbaverit, capitis periculum subeat. Atque haec non solum civiles, sed et militares magistratus vindicare iubemus.

Cap. XXXII.

Omnes vero laicos absque sanctissimis locorum episcopis, et religiosissimis clericis, qui sub illis sunt, litanias celebrare prohibemus. Quae enim est litania, in qua sacerdotes non reperiuntur, nec consuetas preces faciunt? Sed et venerandae cruces, cum quibus in litaniis incedunt, non alibi. nisi in sacris locis reponantur. Et si necessitas postulet, ut litaniae celebrentur, tunc sacras illas cruces illi solum accipiant, qui eas portare solent, et cum episcopo ac clericis litaniae peragantur. Atque haec sanctissimi locorum episcopi eorumque clerici et magistratus loci observent. Si vero quis in hoc capite tenorem praesentis legis nostrae vel violet vel non vindicet. dictas poenas sustinebit.

Cap. XXXIII.

Cap. XXXI. Si quis, quum sacra ministeria [1]) celebrantur, in sanctam ecclesiam ingrediens episcopo, aut clericis, aut ministris aliis ecclesiae iniuriam aliquam inferat, iubemus, hunc verbera sustinere et in exsilium mitti. Si vero et haec sacra ministeria [2]) conturbaverit aut celebrari prohibuerit, capitaliter puniatur. Hoc ipso et in litaniis, in quibus episcopi aut clerici reperiuntur [3]), custodiendo. Et si quidem iniuriam solum fecerit is, verberibus exsilioque tradatur, si vero etiam litaniam concusserit, capitale periculum sustinebit. Et vindicare [4]) iubemus non solum civiles, sed etiam militares iudices.

Cap. XXXII. Omnibus autem laicis interdicimus litanias facere sine sanctis episcopis [5]) et qui sub eis sunt reverendissimis clericis (qualis [6]) enim est litania, in qua sacerdotes non inveniuntur, et solennes orationes faciunt?), sed et [ipsas] honorandas cruces [7]), cum quibus [et] in litaniis [8]) ingrediuntur, non alibi, nisi in venerabilibus locis reponi, et si quando opus vocaverit ad litanias celebrandas, tunc solum ipsas sanctas cruces accipere eos, qui consuete eas portare solent, et cum episcopo et clericis litanias celebrari [9]); haec [10]) custodientibus sanctissimis locorum episcopis, aut etiam eorum clericis, et per loca iudicibus. Si quis autem in hoc capitulo praesentis nostrae legis virtutem aut transcenderit, aut non vindicaverit, praedictas poenas patietur. [monasteriorum et reverendissimorum monachorum dispositione.] [11])

Cap. XXXIII.

---

[a]) (*Ioannis*) *Nomoc.* 20. (*Voëlli bibl. II. p.* 628.) — [b]) *In Hal. ed. Nov. manca et corrupta est haec prior capitis pars, habet enim: Πᾶσι δὲ — δίχα τῶν ὁσιωτάτων*** ἐπισκόπων καὶ τῶν αὐτῶν κληρικῶν καὶ τῶν κατὰ τόπον ἀρχόντων, quod vitium non Haloandri est, sed codicis, ex quo hausit, nam Hal. lacunae indicium addidit; facile autem apparet, ortum illud esse culpa scribentis, qui oculis fugitivis a principio capitis aberravit ad finem, repetitione eorundem verborum (τῶν ὁσιωτ. ἐπισκόπων) inductus. Supplem. ed. Hervag. quae deerant suppleverunt eaque recepit ed. Par., non autem qui hanc ed. curavit, vitii originem perspexit neque igitur principium capitis in integrum restituit.*

[1]) quum sacra mysteria vel alia sacra ministeria *Bk.* — [2]) Si vero et hic sacra minist. *Cod. Hamb., Trid.*; Si vero haec sacra min. *Port., Cont.*; Si vero et ipsa sacra mysteria et sacra ministeria *Bk.* — [3]) reperiuntur *Bk.* — [4]) Et haec vind. *Bk.* — [5]) sanctis locorum episc. *Bk.* — [6]) qualiter *Cod. Hamb., Trid.* — [7]) Sed et quas sacerdotes hon. cruces *Cod. Hamb., Trid.* — [8]) cum quibus et litaniis *Cod. Hamb., Trid.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid.*; celebrare *Port., Cont.* — [10]) *Cod. Hamb., Trid.*; hoc *Port., Cont.* — [11]) dispositionem *Cod. Hamb.*; *haec ultima verba, quae uncis inclusimus, transitioni inserviunt ad sequentia, et nisi exciderunt quaedam verba, id quod graeca indicare videntur, hanc fortasse Vet. Int. habuit reliquae partis Nov. inscriptionem:* De mon. et rever. monachorum dispositione. *Quod sequitur cap.* (?) 33. *sine dubio a Contio secundum graecam orationem conformatum est*; Reliquum — formam dare *non habent Cod. Hamb., Trid., Port.*

Κεφ. λγ'. [a])

Ὑπόλοιπον ἡμῖν ἐστὶ καὶ περὶ τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων καὶ τῶν εὐλαβεστάτων μοναχῶν διατυπῶσαι [b]).

Cap. XXXIII.

Reliquum nobis est, ut etiam de venerabilibus monasteriis et religiosissimis monachis disponamus.

Κεφ. λδ'. [c])

Κελεύομεν τοίνυν τὸν ἀββᾶν ἢ τὸν ἀρχιμανδρίτην τοὺς ἐν ἑκάστῳ μοναστηρίῳ προβάλλεσθαι μὴ πάντως κατὰ τοὺς βαθμοὺς τῶν μοναχῶν, ἀλλ' ὃν [1]) πάντες οἱ μοναχοὶ ἢ οἱ καλλίονος ὑπολήψεως ὄντες ἐπιλέξονται προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων, λέγοντες, ὡς οὐδὲ διὰ φιλίαν ἢ δι' [2]) ἄλλην οἱανδήποτε χάριν, ἀλλὰ γινώσκοντες αὐτὸν καὶ τῇ πίστει ὀρθόν, καὶ τῷ βίῳ σώφρονα, καὶ τῆς διοικήσεως ἄξιον, καὶ δυνάμενον τὴν τῶν μοναχῶν ἐπιστήμην καὶ πᾶσαν τὴν τοῦ μοναστηρίου κατάστασιν χρησίμως φυλάξαι αὐτὸν ἐπελέξαντο, τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου, ὑφ' ὃν τὸ μοναστήριον τέτακται, τὸν οὕτως ἐπιλεγόμενον πᾶσι τρόποις ἡγούμενον προβαλλομένου. Ταῦτα δὲ πάντα τὰ παρ' ἡμῶν διατυπωθέντα διὰ τὴν προβολὴν τῶν ἡγουμένων κρατεῖν παρακελευόμεθα καὶ ἐπὶ τοῖς εὐαγέσι τῶν γυναικῶν μοναστηρίοις καὶ ἀσκητηρίοις.

Cap. XXXIV.

Iubemus igitur, ut abbas vel archimandrita in singulis monasteriis non omnino secundum gradus monachorum creetur, sed quem omnes monachi vel qui melioris sunt existimationis elegerint propositis sacris evangeliis, dicentes, se non per amicitiam vel aliam quamlibet gratiam eum elegisse, sed quod et fide rectum, et vita castum, et administratione dignum eum esse sciant, et qui monachorum scientiam omnemque monasterii statum utiliter custodire possit. Et sanctissimus episcopus, sub quo monasterium constitutum est, ita electum omni modo abbatem creet. Haec vero omnia, quae a nobis de creatione abbatum disposita sunt, in venerabilibus etiam feminarum monasteriis et asceteriis obtinere iubemus.

Κεφ. λε'. [d])

Εἴ τις δὲ εἰς μοναχικὸν βίον ἐλθεῖν βουληθείη, κελεύομεν, ἵνα εἰ μὲν γνώριμος ἐστὶν, ὅτι οὐδεμιᾷ (δουλικῇ [3])) ἰσχῇ ὑπόκειται, ὁ ἡγούμενος τοῦ μοναστηρίου ὅτε συνείδοι τὸ σχῆμα αὐτῷ παράσχοι, εἰ δὲ μὴ γνωρίζεται οἱαδήποτε [4]) ὑπόκειται ἰσχῇ, ἐντὸς τριῶν ἐνιαυτῶν μὴ λαμβάνειν αὐτὸν τὸ σχῆμα τὸ μοναχικόν, ἀλλ' ἐντὸς τοῦ εἰρημένου χρόνου ἀποπειράσθω τῆς τούτου ἀναστροφῆς ὁ τοῦ μοναστηρίου ἡγούμενος. καὶ εἰ ἐντὸς τριετίας ἀναφυῇ τις λέγων ἢ δοῦλον, ἢ κολωνόν, ἢ ἐναπόγραφον ἴδιον τοῦτον εἶναι, ἢ καὶ ὡς φεύγοντα τὴν γεωργίαν, ἢ ὥς τι κλέψαντα, ἢ διά τι πταῖσμα εἰς τὸ μοναστήριον αὐτὸν εἰσεληλυθέναι, καὶ ταῦτα ἀποδειχθείη, τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ τοῦτον ἀποκαθίστασθαι μετὰ τῶν πραγμάτων, ἅπερ δειχθείη εἰς τὸ μοναστήριον εἰσαγαγών,

Cap. XXXV.

Si quis autem ad monachicam vitam se conferre oluerit, iubemus, si quidem notum sit, eum servili conditioni non subiacere, ut abbas monasterii, quum illi visum fuerit, illi habitum conferat. Si vero non constet, cui conditioni subiaceat, intra tres annos monachicum habitum non accipiat, sed intra dictum tempus abbas monasterii vitam eius exploret. Et si quis intra triennium veniat, qui eum vel servum, vel colonum, vel adscriptitium suum, vel etiam talem, qui agriculturam fugerit, vel qui furatus quid sit, vel propter aliquod delictum monasterium ingressum eum esse dicat, et haec probata sint, restituatur ille domino suo una cum rebus, quas in monasterium intulisse probatur, accepta prius a domino suo fide, nihil mali se passurum esse. Si vero nemo intra tres annos aliquem

Cap. XXXIII. [Reliquum nobis est et de venerabilibus monasteriis et reverendissimis monachis formam dare.]

Cap. XXXIV. Iubemus igitur, abbatem aut archimandritam in unoquoque monasterio ordinari non omnino secundum gradum monachorum, sed omnes monachi melioris opinionis existentes eum eligant [5]) propositis sacrosanctis evangeliis, dicentes, quia neque propter amicitiam aut aliam quamlibet gratiam [6]), sed scientes, eum et fide rectum, et vita castum, et gubernatione dignum, et qui possit monachorum disciplinam et omnem monasterii statum utiliter custodire, eum elegerunt, et sanctissimum episcopum, sub quo monasterium constitutum est, eum, qui ita electus est, modis omnibus abbatem ordinare. Haec autem omnia, quae a nobis disposita sunt propter ordinationem [7]) abbatum, valere praecipimus et in venerabilibus feminarum monasteriis et asceteriis [8]).

Cap. XXXV. Si quis autem ad monasticam vitam venire voluerit, iubemus, si quidem notus est, quia nulli fortunae subiacet, abbas monasterii, si perspexerit, schema ei praebeat. Si vero non cognoscitur, aut cuilibet fortunae subiaceat, intra tres annos non accipere eum schema monasticum, et [9]) intra memoratum tempus experiatur huius hominis conversationem monasterii praesul. Et si intra triennium aliquis emerserit, dicens aut servum, aut colonum, aut adscriptitium suum hunc esse, aut etiam tanquam fugientem agriculturam, aut quasi aliquid rapientem, aut propter aliquam culpam in monasterium eum ingressum, proprio domino hunc restitui

---

[a]) *Hoc et quod sequitur caput est in (Ioannis) Nomoc. App.* 20. (*Voëlli bibl. II. p.* 671.), *cf. idem Nomoc.* 33. (*ibid. p.* 639.) — [b]) *Apud Hal. post hoc cap.* 33. *insertum est (ex Bas.) Nov. S. c.* 1. — [c]) *Cap.* 34—44. *in Bas. VI.* 1. 2—16. — *Hoc cap. est in Photii Nomoc. XI.* 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 1054.) — [d]) *Photii Nomoc. IX.* 32. (*Voëlli bibl. II. p.* 1017.) *et XI.* 1. (*ibid. p.* 1048.) *et XI.* 3. (*ibid. p.* 1053 *sq.*) — *Parat. §.* 1. *Athan. tit.* 18. (*Heimb. Anecd. I. p.* 169.)

[1]) μοναχῶν ἀλλὰ κατὰ τὰς πράξεις, ἀλλὰ καὶ ὃν *Hal.* — [2]) δι' *om. Hal., Bas.* (*Cod. Coisl.*), *Vulg.* — [3]) δουλικῃ *om. Meerm. I. II., Bas., Photii Nomoc., Vulg., Iulian., recte, ut videtur, quare uncis circumdedimus.* — [4]) γνωρ. εἰ οἱαδήπ. *Bas.*; γνωρ. ἢ οἱαδήπ. *habuisse videtur Vet. Int.* — [5]) exist. eligantur *Cod. Hamb., Trid.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid*; causam *Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb.*; in ordinatione abbatum *Trid.*; pro ordinatione abbatum *Port., Cont.* — [8]) monasteriis et archimandritis et assisteriis et archiatris *Cod. Hamb., Trid., Port.* — [9]) *Cod. Hamb., Trid.*, ut *Port., Cont.*

ἀγαγών, λόγον πρότερον, ὡς οὐδὲν (δεινὸν [1])) ὑπομενεῖ, παρὰ τοῦ ἰδίου δεσπότου λαμβάνοντα. Εἰ δὲ ἐντὸς τριετίας μηδεὶς ἐναγάγῃ τινὶ τῶν εἰρημένων προσώπων, ὁ ἡγούμενος τοῦ μοναστηρίου μετὰ τὴν παραδρομὴν τοῦ τριετοῦς χρόνου, εἰ τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἄξιον κρίνοι, τότε διδότω αὐτῷ τὸ σχῆμα, καὶ μηδεὶς αὐτῷ μετὰ ταῦτα ὀχλήσιν ὑπὲρ τυχῆς ἐπιφερέτω, ἐν ὅσῳ μέντοι γε ἐν τῷ μοναστηρίῳ διάγει. τὰ δὲ πράγματα, ἅπερ εἰς τὸ μοναστήριον εἰσαγαγὼν φανείη, τῷ δεικνυμένῳ δεσπότῃ ἀποδιδόσθω. Εἰ δέ τις τῶν εἰρημένων προσώπων καταλείψει τὸ μοναστήριον καὶ εἰς κοσμικὸν ἦλθε βίον, ἢ ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ ἐν ἀγροῖς περιέρχεται, τῇ ἰδίᾳ τύχῃ παραδιδόσθω.

aliquem ex dictis personis convenerit, abbas monasterii post lapsum temporis triennii, si eiusmodi virum dignum iudicet, tunc ei habitum tradat, neque postea illi quisquam molestiam propter conditionem inferat, quam diu tamen in monasterio degit. Res vero, quas eum in monasterium intulisse apparebit, domino probanti reddat. Si quis autem ex dictis personis monasterium relinquat et ad mundanam vitam transeat, aut in urbibus vel agris circumerret, suae conditioni restituatur.

Κεφ. λϛ'. [a])

Ἐν πᾶσι δὲ τοῖς μοναστηρίοις, ἅπερ κοινόβια καλοῦνται, κελεύομεν κατὰ τοὺς μοναχικοὺς κανόνας [2]) ἐν ἑνὶ οἴκῳ πάντας οἰκεῖν, καὶ κοινῶς τρέφεσθαι, καὶ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ἑνὶ οἴκῳ πάντας κεχωρισμένους καθεύδειν, ὥστε ἀμοιβαδὸν ἀλλήλοις μαρτυρίαν τῆς σώφρονος διαγωγῆς παρέχειν αὐτούς, πλὴν εἰ μή τινες ἐξ αὐτῶν ἢ διὰ τὴν χρονίαν ἐν μοναστηρίῳ ἄσκησιν ἡσύχως βουλόμενοι ζῆν, ἢ γήρως ἢ σωματικῆς ἀσθενείας χάριν ἐν ἰδιάζουσι κελλίοις ἔνδον τοῦ μοναστηρίου τυγχάνουσι διαιτῶνται, τοῦτο δὲ μετὰ εἰδήσεως καὶ γνώμης τοῦ ἡγουμένου γίνεσθαι [b]). Τούτων ἁπάντων καὶ περὶ τὰ μοναστήρια καὶ ἀσκητήρια τῶν γυναικῶν παραφυλαττομένων. Κατ' οὐδένα δὲ τόπον τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἐν ἑνὶ μοναστηρίῳ μοναχοὺς καὶ μοναστρίας οἰκεῖν, ἢ τὰ λεγόμενα διπλᾶ εἶναι μοναστήρια συγχωροῦμεν. Ὅπου δὲ τοιοῦτο μοναστήριον εὑρεθείη, πᾶσι τόποις κελεύομεν τοὺς ἄνδρας ἀπὸ τῶν γυναικῶν χωρίζεσθαι, καὶ τὰς μὲν γυναῖκας ἐν ᾧπέρ εἰσι μοναστηρίῳ ἀπομένειν [3]), τοὺς δὲ ἄνδρας ἄλλο μοναστήριον ἑαυτοῖς ποιεῖν. εἰ δὲ πλείονα εἴη τὰ τοιαῦτα μοναστήρια, ἵνα [4]) μηδὲ ἀνάγκη γένηται νέα μοναστήρια οἰκοδομεῖσθαι, ὁ τῶν τόπων ὁσιώτατος ἐπίσκοπος τοὺς μοναχοὺς μετὰ τῶν μοναχῶν καὶ τὰς γυναῖκας μετὰ τῶν γυναικῶν κεχωρισμένους ἐν ἄλλοις καὶ ἄλλοις μοναστηρίοις συναγαγεῖν φρονιτισάτω. τὰ δὲ πράγματα, ὅσα ἔχουσι κοινά, μεταξὺ αὐτῶν κατὰ τὸ ἁρμόζον αὐτοῖς δίκαιον διαιρείσθω· ταῖς δὲ γυναιξὶν ὃν ἂν αὐταὶ ἐπιλέξωνται εἴτε

Cap. XXXVI.

In omnibus vero monasteriis, quae coenobia dicuntur, iubemus, ut secundum monachicos canones in una domo omnes habitent, et in commune alantur, pariterque in una domo omnes separatim dormiant, ut mutuum sibi invicem testimonium castae conversationis praebeant, nisi quidam ex illis vel propter longaevam in monasterio exercitationem quiete vivere volentes, vel senectutis aut corporalis infirmitatis gratia in separatis cellulis intra monasterium constitutis, vivant; quod vero sciente et volente abbate fiat. Haec omnia etiam quantum ad monasteria et asceteria feminarum observentur. In nullo autem reipublicae loco in uno monasterio monachos et monachas habitare, vel duplicia quae dicuntur monasteria esse permittimus. Ubicunque vero tale monasterium reperiatur, omnibus modis iubemus, ut viri a feminis separentur, et mulieres in monasterio, in quo sunt, maneant, viri autem aliud monasterium sibi faciant. Si vero plura sint eiusmodi monasteria, ut ne nova monasteria aedificandi necessitas oriatur, sanctissimus locorum episcopus curet, ut monachi cum monachis et feminae cum feminis separatim in aliis atque aliis monasteriis congregentur, res autem, quotquot communes habent, inter illos secundum ius illis competens dividat. Feminis vero, quemcunque illae elegerint sive presbyterum sive diaconum ad responsa ipsis facienda aut sacram communionem praebendam, sanctissimus episcopus, sub quo sunt, designet, si rectae fidei et honestae vitae hunc esse cognoverit. Si vero ab illis electus non sit presbyter

restitui cum rebus, quas probatur in monasterium introduxisse, iusiurandum [5]) primum, quia nihil patietur a suo domino percipiente. Si autem intra trienniun nullus convenerit, aut inquietaverit, aut contra aliquam memoratarum personarum quaestionem fecerit, abbas monasterii post transcursionem triennalis temporis, si talem virum dignum iudicaverit, tunc det ei schema, et nullus sit ei postea molestus propter fortunam, donec tamen deget in monasterio, res autem, quas in monasterium introduxisse videtur, illaesae domino reddantur. Si quis autem memoratarum personarum reliquerit monasterium, et ad saecularem venerit vitam, aut in civitatibus, aut in agris circumiens, propriae fortunae reddatur.

Cap. XXXVI. In omnibus autem monasteriis, quae coenobia dicuntur, iubemus, secundum monachicos canones [6]) in uno habitaculo omnes separatim dormire, ut mutuum alterutris testimonium castae conversationis praebeant ipsi [7]), nisi quidam tamen ex eis aut propter longaevam in monasterio conversationem quiete volentes vivere, aut senectutis atque corporis infirmitatis causa in remotis cellulis intra monasterium constitutis degant; et hoc autem [8]) cum conscientia et voluntate abbatis fieri. Haec omnia in monasteriis et asceteriis feminarum servantibus in nullo loco nostrae reipublicae esse monasteria permittimus aliter. Ubi autem monasterium invenitur, omnibus modis iubemus viros a feminis separari, et feminas quidem in quo sunt monasterio remanere, viros autem alind monasterium sibimet facere. Si vero plura sunt monasteria, ut necesse non sit [9]) nova monasteria aedificare, locorum sanctissimus episcopus monachos cum monachis, et feminas cum feminis separare in aliis monasteriis congregare procuret, quaecunque vero habent [10]) communia, inter eos secundum competens eis ius dividere. Feminis autem quemcunque ipsae elegerint sive presbyterum sive diaconum ad faciendum eis responsum, aut sanctam eis communionem portandam sanctissimus episcopus, sub quo sunt,

---

[a]) *Huc cap. tangit Photii Nomoc. XI.* 1. (*Voëllii bibl. II. p.* 1048.) — [b]) *Verba* πλὴν εἰ μὴ — γίνεσθαι *non habent Hal., Bas.*

[1]) δεινὸν *om. Hal., Bas., Vulg., Iulian. et melius abest.* — [2]) τύπους *Hal.* — [3]) καὶ τὰς μὲν ἐν ᾧπέρ εἶσι μοναστηρίῳ ὡς ἀσθενεῖς ὑπομένειν *Hal.* — [4]) ἵνα *om. Hal.* — [5]) *Cod. Hamb., Trid.*; introd. iurando *Port., Cont.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*: secundum canones monachos *Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; ipsi *om. Port., Cont.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; autem *om. Port., Cont.* — [9]) monasteria, non sit necesse *Cod. Hamb.* — [10]) *Cod. Hamb., Trid.*; habentur *Port., Cont.*

εἴτε πρεσβύτερον εἴτε διάκονον εἰς τὸ ποιεῖν αὐτοῖς τὰς ἀποκρίσεις ἢ τὴν ἀγίαν αὐταῖς κοινωνίαν φέρειν ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος, ὑφ' ὃν εἰσιν, ἀποκληρούτω, εἰ ὀρθῆς πίστεως καὶ βίου καλοῦ τοῦτον εἶναι γνοίη. Εἰ δὲ ὁ παρ' αὐτῶν ἐπιλεγεὶς μὴ εἴη πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἄξιον δὲ αὐτὸν τῆς τοιαύτης ὑπηρεσίας ἐπίσκοπος κρίνῃ, χειροτονίαν αὐτῷ ἐπιτιθεὶς, ἧς ἄξιος εἶναι φανείη, ταῖς ἀποκρίσεσιν, ὡς εἴρηται, τοῦ μοναστηρίου ἀπονεμέτω, οὕτω μέντοι, ἵνα μηδὲ ὁ οὕτως ἐπιλεγεὶς πρὸς τὰς ἀποκρίσεις τῶν γυναικῶν ἐν τῷ μοναστηρίῳ μείνῃ.

byter vel diaconus, episcopus autem ipsum ministerio illo dignum iudicet, creatione illi collata, qua dignus videbitur, ad responsa, ut dictum est, monasterii eum adhibeat, ita tamen, ut neque is, qui hoc modo ad responsa feminarum electus est, in monasterio maneat.

Κεφ. λζ'.[a])

Εἴ τις ἐπὶ αἱρέσει γάμου ἢ παιδοποιίας, ἢ χάριν προικὸς ἢ γαμικῆς δωρεᾶς ἢ δωρήσηταί τι [1]) ἢ καταλείψῃ τοῖς ἰδίοις παισίν, ἢ ἄλλῳ οἱῳδήποτε προσώπῳ, ἢ [2]) κληρονομίαν ἢ ληγάτον ἐξ [3]) ἀρχῆς καθαρῶς καταλιμπάνων αὐτοῖς, βαρήσει αὐτοὺς ὑποκαιασάσει ἢ ἀποκατασάσει ὑπὸ μίαν τῶν μνημονευθεισῶν αἱρέσεων, κελεύομεν, εἴπερ οἱ ταῖς τοιαύταις αἱρέσεσιν ὑποκείμενοι, ἄῤῥενες ἢ θήλειαι, εἰς μοναστήρια [4]) εἰσέλθωσιν, ἢ κληρικοί, ἢ διακόνισσαι, ἢ ἀσκήτριαι γένωνται, τὰς τοιαύτας αἱρέσεις ἀνισχύρους καὶ ἀνιλ μηδὲ γεγραμμένων εἶναι. Ταύτης δὲ τῆς βοηθείας καὶ κληρικοὶ καὶ διακόνισσαι τῶν ἐκκλησιῶν ἀπολαυέτωσαν, εἰ μέχρι τῆς ἰδίας ζωῆς τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένοιεν, καὶ τὰ πράγματα τὰ ὑπὸ τὴν τοιαύτην αἵρεσιν δεδωρημένα ἢ καταλελειμμένα εἰς εὐσεβεῖς χρείας δαπανήσουσιν ἢ καταλείψουσιν. ἐπὶ γὰρ τοῖς προσώποις, ἅτινα εἰς μοναστήριον ἢ ἀσκητήριον εἰσέλθωσι, καὶ καταλείψωσι τὴν τοιαύτην σώφρονα ἀναστροφήν, τῷ μοναστηρίῳ ἢ τῷ ἀσκητηρίῳ, ὅπου τὴν ἀρχὴν ἐν εἰσελθόντα, τὰ πράγματα τὰ ὑπὸ τὴν τοιαύτην αἵρεσιν δωρηθέντα ἢ καταλειφθέντα μετὰ τῆς ἄλλης αὐτῶν ὑποστάσεως διαφέρειν κελεύομεν. Εἰ μέντοι ἐπὶ ἀνῤῥύσει αἰχμαλώτων ἢ πτωχῶν ἀποτροφῇ ὑπὸ τὰς εἰρημένας αἱρέσεις ὑποκαιάσιασις ἢ ἀποκατάσιασις γένηται, ἐξ οὐδενὸς τῶν εἰρημένων τρόπων ταύτην ἀποκλείεσθαι συγχωροῦμεν.

Cap. XXXVII.

Si quis sub conditione nuptiarum vel procreationis liberorum, vel dotis, vel donationis nuptialis gratia aut donaverit aliquid aut reliquerit liberis suis vel alii cuilibet personae, vel hereditatem aut legatum ab initio pure illis relinquens, eos substitutione vel restitutione sub aliqua ex dictis conditionibus oneraverit, iubemus, si illi, qui conditionibus illis subiacent, sive masculi sive feminae, monasteria ingrediuntur, vel clerici, vel diaconissae, vel ascetriae fiant, ut eiusmodi conditiones invalidae et pro non scriptis sint. Hoc autem auxilio et clerici, et diaconissae ecclesiarum fruantur, si quoad vivant in illis permaneant, et res sub ea conditione datas vel relictas in pios usus impendant vel relinquant. In illis enim personis, quae monasterium vel asceterium ingressae sunt, et tam castum conversationem relinquunt, res sub tali conditione datas vel relictas cum reliqua ipsarum substantia ad monasterium aut asceterium, in quod ab initio ingressae sunt, pertinere volumus. Si tamen ad redemtionem captivorum vel pauperum alimenta sub praedictis conditionibus substitutio vel restitutio fiat, ex nullo praedictorum modorum eam excludi permittimus.

Κεφ. λη'.

Cap. XXXVIII.

sunt, deputet, quem rectae fidei et vitae bonae esse cognoverit. Si vero qui ab eis electus est non sit presbyter aut diaconus, dignum tamen eum huiusmodi ministerio episcopus iudicaverit, ordinationem ei imponat, qui [5]) dignus esse videbitur, ut is [6]) responsa, sicut dictum est, monasteriis distribuat, ita tamen, ut neque sic electus ad responsa feminarum in monasterio maneat.

Cap. XXXVII. Sed et hoc praesenti addimus sanctioni, si forte quis [7]) sub conditione nuptiarum, sive liberorum, sive dotis causa, sive antenuptialis donationis, donaverit sive reliquerit [8]) suis liberis sive alii cuicunque personae hereditatem sive legatum, ab initio [9]) pure reliquerit [10]) vel donaverit, substitutiones vero vel restitutiones eis fecerit adiectis conditionibus quibuscunque ex iis, quae superius enumeratae sunt, sancimus, si personae talibus conditionibus subiectae, sive masculi sive feminae, monasteria ingrediantur, aut clerici, aut diaconissae, aut ascetriae fiant, tales conditiones invalidas et pro non scriptis esse. Hoc autem solatio et clerici et diaconissae ecclesiarum fruantur, si usque ad suam vitam in his perseveraverint, et [11]) res sub tali conditione donatas aut relictas ad pia opera expendant aut relinquant. In personis enim, quae in monasterium vel asceterium ingrediuntur, et relinquunt huiusmodi conversationem castam, monasterio aut asceterio, ubi a principio ingrediuntur, res sub tali conditione donatas aut relictas cum alia eorum substantia competere volumus. Si tamen in redemtionem captivorum aut egentium alimenta sub praedictis conditionibus substitutio aut restitutio fiat, ex nullo memoratorum modo eam excludi permittimus.

Cap. XXXVIII.

---

[a]) *Photii Nomoc. II.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 888 *sq.*), *XI.* 1. (*ibid. p.* 1048.) — *Parat.* §. 2 *Athan. tit.* 2. (*Heimb. Anecd. I. p.* 642 *sq.*) *et Parat.* §. 1. *Athan. tit.* 9. (*ibid. p.* 108.)

[1]) *τι om. Hal., Vulg.* — [2]) *ἢ om. Meerm. I. II., Vulg., Iulian.* — [3]) *ἢ ἐξ Hal., Meerm. I. II., Iulian.* — [4]) *μοναστήριον Hal., Bas.* (*Fabr.*), *Iulian.* — [5]) qua *Bk.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.*; is *om. Port., Cont.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; Si quis (*om. rell.*) *Cont.* — [8]) sive reliquerit *om. Cod. Hamb.* — [9]) *Cod. Hamb*; aut ab initio *edd.* — [10]) *Cod. Hamb.*; pure in ultima voluntate reliquerit *Trid.*; pure relinquens eis, oneret eos substitutione aut restitutione, aut sub una praedictarum conditionum reliquerit *Port., Cont.* — [11]) *Cod. Hamb., Trid.*; ut *Port., Cont.*

Κεφ. λή'. [a])

Εἰ δὲ γυνὴ ἢ ἀνὴρ τὸν μοναχικὸν ἐπιλέξηται βίον, καὶ εἰσέλθῃ εἰς τὸ μοναστήριον παίδων οὐχ ὑπόντων, τῷ μοναστηρίῳ, ἐν ᾧ εἰσῆλθε, τὰ πράγματα αὐτοῦ διαφέρειν κελεύομεν. εἰ δὲ τὸ τοιοῦτον πρόσωπον παῖδας ἔχοι, καὶ μὴ πρὶν εἰσέλθῃ εἰς τὸ μοναστήριον περὶ τῶν οἰκείων πραγμάτων [1]) ποιήσει διαιύπωσιν, καὶ τὸ νόμιμον μέρος τοῖς παισὶν ἀφορίσει, καὶ οὕτως ἐξέστω αὐτῷ καὶ μετὰ τὸ εἰσελθεῖν εἰς τὸ μοναστήριον τὴν ἰδίαν οὐσίαν εἰς τοὺς ἰδίους διελεῖν παῖδας, οὕτω μέντοι γε, ὥστε μηδὲ ἐπὶ ἑνὶ τῶν ἑαυτοῦ παίδων ἐλαττῶσαι τὸ νόμιμον μέρος. τὸ δὲ μὴ δεδομένον τοῖς παισὶ μέρος τῷ μοναστηρίῳ διαφερέτω. Εἰ δὲ πᾶσαν τὴν ἰδίαν οὐσίαν μεταξὺ τῶν παίδων διελεῖν βουληθείη, τοῦ οἰκείου αὐτοῦ προσώπου τοῖς παισὶ συναριθμουμένου, ἓν ἑαυτῷ μέρος πᾶσι τρόποις παρακρατείτω, ὀφεῖλον τῷ δικαίῳ τοῦ μοναστηρίου διαφέρειν. Εἰ δὲ ἐν τῷ μοναστηρίῳ διάγων τελευτήσοι, πρὶν μεταξὺ τῶν οἰκείων παίδων τὰ ἴδια διανείμῃ πράγματα, τὸ μὲν νόμιμον μέρος οἱ παῖδες λήψονται, τὸ δὲ λοιπὸν τῆς οὐσίας τῷ μοναστηρίῳ διαφερέτω.

Κεφ. λθ'. [b])

Μνηστείας δὲ μεταξὺ τινῶν κατὰ τὸν νόμον γινομένης, εἴτε ὁ μνηστὴρ εἰς μοναστήριον εἰσέλθῃ, καταλαμβανέτω τὰ ὑπὲρ τῆς μνησιείας ἀρραβώνων ὀνόματι δεδομένα, εἴτε ἡ μνηστὴ τὸν μοναχικὸν βίον ἐπιλέξηται, ἐκείνα μόνον ἀποδιδότω, ἅτινα ὁμοίως ἀρραβώνων ὀνόματι ἔλαβε, τῆς ποινῆς ἑκατέρῳ μέρει συγχωρουμένης.

Κεφ. μ'. [c])

Εἰ δὲ συνεστῶτος ἔτι τοῦ γάμου ὁ ἀνὴρ μόνος ἢ ἡ γυνὴ μόνη εἰσέλθῃ εἰς μοναστήριον, διαλυέσθω ὁ γάμος καὶ δίχα ῥεπουδίου, μεθ' ὃ μέντοι τὸ πρόσωπον τὸ εἰσερχόμενον εἰς μοναστήριον τὸ μοναχικὸν [2]) σχῆμα λάβοι. Καὶ εἰ μὲν ὁ ἀνὴρ τὸν μοναχικὸν ἐπιλέξηται βίον, ἀποκαθιστάτω τῇ γυναικὶ καὶ τὴν προῖκα, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀπ' αὐτῆς ἔλαβε, καὶ πρὸς τούτοις ἐκ τῆς γαμικῆς δωρεᾶς τοσοῦτον μέρος, ὅσον ἐκ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀνδρὸς ἤρμοζε τῇ γυναικὶ κατὰ τὸ σύμφωνον τὸ τοῖς προικῴοις συμβολαίοις ἐμφερόμενον. Εἰ δὲ γυνὴ εἴη ἢ εἰς τὸ μοναστήριον εἰσελ-

Cap. XXXVIII.

Si vero mulier aut vir monachicam vitam elegerit, et in monasterium intraverit, liberis non exstantibus, iubemus, ut ad monasterium, in quod intravit, res eius pertineant. Si vero persona illa liberos habeat, nec ante, quam monasterium ingrediatur, de rebus suis faciat dispositionem partemque legitimam liberis suis assignet, sic quoque illi liceat, etiam post ingressum in monasterium, substantiam suam inter liberos suos dividere, ita tamen, ut nulli ex liberis suis legitimam portionem diminuat; pars vero liberis non data ad monasterium pertineat. Si vero omnem substantiam suam inter liberos dividere voluerit, persona sua liberis connumerata, unam partem omnibus modis sibi servet, quae ad ius monasterii pertineat. Sin in monasterio degens moriatur, antequam inter liberos suos res suas dividat, legitimam quidem partem liberi accipiant, reliqua vero substantia ad monasterium pertineat.

Cap. XXXIX.

Sponsalibus inter quosdam secundum leges contractis, sive sponsus monasterium ingrediatur, quae pro sponsalibus arrhae nomine data sunt recipiat, sive sponsa monachicam vitam eligat, illa solum reddat, quae similiter arrhae nomine accepit, poena utrique parti remissa.

Cap. XL.

Si constante matrimonio vir solus aut mulier sola monasterium ingressa sit, etiam sine repudio matrimonium solvatur, postquam tamen persona monasterium ingressa monachicum habitum accepit. Et si quidem vir monachicam vitam elegerit, mulieri et dotem, et si quid aliud ab illa accepit, ac praeterea ex nuptiali donatione tantam partem restituat, quanta mulieri ex morte viri secundum pactum instrumentis dotalibus insertum competebat. Si vero mulier sit, quae monasterium ingressa est, simili modo vir donationem nuptialem et quod in casum mortis uxoris de dote conventum

Cap. XXXVIII. Si qua mulier aut vir monasticam elegerit vitam, et intraverit monasterium filiis non exstantibus, monasterio, in quo [3]) ingreditur, res eius competere iubemus. Si vero talis persona filios habeat, et non ante, quam intret in [4]) monasterium, de suis rebus fecerit dispositionem, et legitimam partem filiis deputaverit, etiam sic liceat ei, postquam in [4]) monasterium ingreditur, suam facultatem in proprios dividere filios, ita tamen, ut nulli filiorum suorum minnat legitimam partem; quam vero non dederit filiis partem, monasterio competat. Si vero omnem substantiam inter filios dividere voluerit, propria sua persona filiis connumerata, unam sibi partem omnibus modis retineat, quae debeat iuri monasterii competere. Si vero in monasterio degens moriatur, antequam inter filios suos proprias distribuat res, legitimam partem filii percipiant, reliqua vero substantiae pars monasterio competat.

Τοὺς δὲ τὰ δημόσια τέλη εἰσπράττοντας δικαίοις σταθμοῖς τε καὶ μέτροις κεχρῆσθαι κελεύομεν, ἵνα μηδὲ ἐν τούτῳ τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς ἀδικῶσιν. εἰ δὲ οἱ συντελεσταὶ νομίσουσι βαρεῖσθαι εἴτε ἐν σταθμοῖς, εἴτε ἐν μέτροις, ἐχέτωσαν ἄδειαν τὰ μὲν τῶν εἰδῶν μέτρα τε καὶ σταθμὰ παρὰ τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων, τὰ δὲ τοῦ χρυσίου καὶ τοῦ ἀργυρίου καὶ τῶν λοιπῶν μετάλλων σταθμὰ παρὰ τοῦ κατὰ καιρὸν ἐνδοξοτάτου κόμητος τῶν θείων λαργιτιώνων λαμβάνειν. καὶ τὰ αὐτὰ μέτρα καὶ σταθμὰ ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἑκάστης πόλεως ἐκκλησίᾳ φυλάττεσθαι, ἵνα κατὰ [1]) ταῦτα δίχα βάρους τῶν συντελεστῶν καὶ ἡ τῶν δημοσίων εἰσκομιδή, καὶ αἱ στρατιωτικαί, καὶ αἱ ἄλλαι δαπάναι γίνωνται.

Κεφ. ις'.

Τῶν δὲ πόλεων τῆς ἡμετέρας πολιτείας καὶ τῶν οἰκούντων αὐτὰς τελείως προνοοῦντες κελεύομεν, μηδεμίαν παντελῶς εἶναι ἄδειαν τοῖς τῶν δημοσίων ἀπαιτηταῖς ἐπικοινωνεῖν τοῖς χρήμασιν, ἅτινα τοῖς ἔργοις καὶ σιτωνικοῖς τῶν πόλεων, ἤτοι ἀγωγοῖς, ἢ ἄλλοις οἱοισδήποτε σολεμνίοις ἢ σαλαρίοις ἀφωρίσθησαν, ἢ παρακρατεῖν, ἤ τι ἐξ αὐτῶν εἰς ἴδιον κέρδος [2]) ἀποφέρεσθαι, ἀλλὰ δίχα τινὸς ἀναβολῆς ἢ μειώσεως ταῦτα παρέχειν, ὥστε προχωρεῖν εἰς ἃς ἐξ ἀρχῆς ἀφωρίσθησαν χρείας. ἀλλὰ μηδὲ τοὺς κτήτορας τῶν πόλεων ἢ οἰκήτορας τολμᾶν οἱῳδηποτοῦν τρόπῳ ἀφαιρεῖσθαί τι ἐξ αὐτῶν τῶν χρημάτων ὀνόματι [3]) διαγραφῶν, ἢ ὑπὲρ σπορτούλων διδόναι τι ἐκ τούτων ἢ ἀναλίσκειν. Εἰ δέ τις ἢ δοῦναι ἢ λαβεῖν ἐξ αὐτῶν τολμήσοι, κελεύομεν αὐτὸν οἴκοθεν ἐν διπλῇ ποσότητι τοῦτο τῇ πόλει ἀποδιδόναι. Ἀλλὰ μηδὲ τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας, ἢ τὰς τούτων τάξεις, ἢ ἄλλον οἱονδήποτε παντελῶς μετουσίαν ἔχειν τινὰ πρὸς τὰ εἰρημένα χρήματα, ἢ τῇ τούτων διοικήσει ἑαυτὸν παρεμβάλλειν. ἀλλὰ τὸν ἑκάστης πόλεως ὁσιώτατον ἐπίσκοπον, καὶ τοὺς πρωτεύοντας τῆς πόλεως, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς αὐτῆς κτήτορας προβάλλεσθαι μὲν τὸν πατέρα τὸν [4]) τῆς πόλεως, καὶ τὸν σιτώνην, καὶ ἄλλους τοιούτους διοικητάς, ἑκάστου δὲ ἐνιαυτοῦ πληρουμένου τὸν ὁσιώτατον ἐπίσκοπον μετὰ πέντε πρωτευόντων τῆς πόλεως τοὺς λογισμοὺς ἀπαιτεῖν τοὺς παρ' αὐτῶν προβληθέντας, καὶ εἴ τι ἐκ τῶν τοιούτων λογισμῶν φανείη ἐποφειλόμενον ἢ ἀπομεῖναν, εἰσπράττεσθαι τοὺς τοιούτους διοικητὰς τῷ κινδύνῳ τῶν αὐτοὺς προβαλλομένων, καὶ ταῖς χρείαις, αἷς ἀφώρισται, φυλάτ-

Cap. XV.

Eos autem, qui publica tributa exigunt, iustis ponderibus et mensuris uti iubemus, ut nec in hoc subditos nostros laedant. Si vero collatores vel ponderibus vel mensuris se damno affici putent, liceat illis specierum quidem mensuras et pondera a gloriosissimis praefectis, auri vero et argenti et reliquorum metallorum pondera a gloriosissimo, qui est, comite sacrarum largitionum accipere; atque mensurae illae et pondera in sanctissima cuiusque civitatis ecclesia serventur, ut ad illa sine molestia collatorum et tributorum illatio, et militares, et ceterae expensae fiant.

Cap. XVI.

Ut vero civitatibus reipublicae nostrae, earumque incolis plene prospiciamus, iubemus, ut ne licent tributorum exactoribus aliquam habere communionem cum pecuniis, quae operibus et frumentis civitatum, seu aquaeductibus, vel aliis quibuslibet solemnibus aut salariis destinatae sunt, aut eas retinere, aut ex illis ad proprium lucrum quidquam redigere, sed sine ulla dilatione aut deminutione eas praebeant, ut in eos usus, ad quos ab initio destinatae sunt, erogentur. Quin nec possessores aut habitatores civitatum quocunque modo ex illis pecuniis descriptionum nomine quid tollere, vel pro sportulis quid ex illis dare vel expendere audeant. Si quis vero aut dare aut accipere aliquid ex illis audeat, iubemus, ut id de suo duplicata quantitate civitati reddat. Sed nec praesides provinciarum, vel eorum cohortes, vel quilibet alius communionem habeant cum dictis pecuniis, vel earum administrationi se immisceant, sed cuiusque urbis sanctissimus episcopus, et primores civitatis, nec non possessores eius patrem civitatis, et frumentarium, ceterosque eiusmodi administratores constituant. Quovis autem anno impleto sanctissimus episcopus cum quinque primoribus civitatis rationes ab illis, quos constituerunt, exigant; et si quid ex eiusmodi rationibus debitum aut reliquum appareat, id ab eiusmodi administratoribus exigatur periculo eorum, qui eos constituerunt, illisque usibus, quibus destinatum est, servetur. Si quis vero ex dictis administratoribus non idoneus inveniatur, statim eum removeri iubemus, et alium in eius locum quum a sanctissimo urbis episcopo, tum etiam a reliquis possessoribus, ut dictum est.

Cap. XV. Eos autem, qui publica tributa exigunt, iustis ponderibus et mensuris uti praecipimus, ut neque in hoc nostros tributarios laedant. Si autem collatores putant gravari se sive in mensuris, sive in ponderibus, habeant licentiam specierum quidem mensuras et pondera a gloriosissimis praefectis, auri vero, et argenti, et reliquorum metallorum pondera a gloriosissimo per tempora comite sacrarum largitionum accipere; et has mensuras et pondera in sanctissima uniuscuiusque civitatis ecclesia servari, ut secundum ea et gravamen collatorum, et fiscalium illatio, et militares et aliae expensae fiant.

Cap. XVI. Civitatum vero nostrae reipublicae et habitantium eas perfecte prospicientes iubemus, nullam omnino esse licentiam fiscalium exactoribus communicare pecuniis, quae operibus et frumentis civitatum, et [5]) aquaeductibus, aut aliis quibuslibet solennitatibus aut salariis deputatae sunt, aut retinere aliquid ex iis, aut ad proprium lucrum redigere, sed sine aliqua dilatione aut imminutione has praebere, ut proficiant ab initio in quibus deputatae sunt operibus; sed neque possessores aut habitatores civitatum praesumere quolibet modo auferre aliquid ex ipsis pecuniis aut nomine descriptionum, aut pro sportulis dare aliquid ex his aut expendere. Si quis autem dare aut accipere ex his praesumserit, iubemus, eum de suo in duplici quantitate hoc civitati reddere. Sed neque provinciarum iudices, aut eorum officia, aut alium quemlibet omnino participium habere aliquod ad praedictas pecunias, aut eorum dispensationi semetipsum miscere, sed civitatis [6]) sanctissimum episcopum, et primates, nec non et eius possessores constituere quidem patrem civitatis, et frumentarium [7]), et alios huiusmodi dispensatores, singulis autem annis impletis, sanctissimum episcopum cum quinque primatibus civitatis rationes exigere eos, qui ab ipsis ordinati sunt, et si quid ex talibus ratiociniis apparuerit debitum, aut remansisse, exigi huiusmodi dispensatores periculo eos constituentium, et utilitatibus, quibus deputata sunt, reservari. Si quis autem ex praedictis dispensatoribus inefficax inveniatur, repente hunc removeri iubemus, aliumque pro eo et [8]) a sanctissimo civitatis episcopo et reliquis possessoribus, sicut praedictum

---

[1]) *Hal., Bas., Vulg., Iulian.*; καὶ *Scrimg.* — [2]) ἢ περιχραιεῖν τι ἐξ αὐτῶν ἢ εἰς ἴδιον κέρδος *Hal.*, (*Vulg.*) — [3]) ἢ ὀνόματι *Hal., Vulg., Iulian.* — [4]) τὸν *om. Hal.* — [5]) aut *Bk.* — [6]) cuiusque *add. Bk.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; frumentarios *Port., Cont.* — [8]) *Cod. Hamb.*; et *om. edd.*

φυλάττεσθαι. Εἰ δέ τις ἐκ τῶν εἰρημένων διοικητῶν ἀνεπιτήδειος εὑρεθείη, παραχρῆμα τοῦτον ἀποκινεῖσθαι κελεύομεν, καὶ ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ ὑπό τε τοῦ ὁσιωτάτου τῆς πόλεως ἐπισκόπου, ὑπό τε τῶν λοιπῶν κτητόρων, καθὼς εἴρηται, προβάλλεσθαι. εἰδότων τῶν ὀνομαζόντων αὐτούς, ὡς εἴ τις ζημία τῇ πόλει συμβαίη, ἐκ τῶν ἰδίων οὐσιῶν ταύτην θεραπεύσουσι.

Κεφ. ιζ'.

Μηδενὶ δὲ ἐξέστω ἢ ἐν τῇ τάξει τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων, ἢ ἐν ἄλλῃ τάξει ἢ ἐν σχολῇ ἀναφερομένων τὰ τοιαῦτα λογοθέσια ἐπιτρέπεσθαι, μηδὲ ἐκ προτάξεως τῆς αὐτῆς ἀρχῆς ἢ ἄλλου ἄρχοντος, μηδὲ εἰ πραγματικὸν ἢ ἄλλον τινὸς τύπον, ἢ θεῖον κομμονιτόριον λάβοι ἐπιτρέπον αὐτῷ τι τοιοῦτον. ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτον γένηται, ἄθειαν ἔχειν τὸν ἑκάστης πόλεως ὁσιώτατον ἐπίσκοπον καὶ τοὺς ταύτης πρωτεύοντας μὴ ἀποκρίνεσθαι ὑπὲρ τῶν εἰρημένων κεφαλαίων τοῖς τοιούτοις προσώποις, ἀναφέρειν δὲ εἰς ἡμᾶς, ἵνα τοῦτο γινώσκοντες καὶ τὴν ἐπαχθεῖσαν ταῖς πόλεσι ζημίαν ἐκ τῆς αὐτῶν οὐσίας ἀποκαταστῆναι κελεύσωμεν, καὶ τὴν προσήκουσαν ἐκδίκησιν τοῖς τοιούτοις ἐπαγάγωμεν.

Κεφ. ιη'.

Πρὸς τούτοις κελεύομεν, τοὺς σκρινιαρίους τῶν ἔργων τοὺς ὑπὸ τοὺς ἐπάρχους τῶν ἱερῶν πραιτωρίων τελοῦντας μηδεμίαν μετουσίαν πρὸς τὰ τοιαῦτα λογοθέσια παντελῶς ἔχειν, ἀργούντων ἁπάντων, δι' ὧν αὐτοῖς εἴτε γενικῶς εἴτε ἰδικῶς τι τοιοῦτο πρόῃν ἐπιτέτραπται ἢ μετὰ ταῦτα πορισθείη. τοὺς γὰρ ὑπὲρ τῶν εἰρημένων αἰτιῶν λογισμοὺς οὐδένα ἐπιτρέπεσθαι βουλόμεθα, εἰ μὴ ἡμεῖς συμφέρειν ταῖς πόλεσιν ἡγησάμενοι ἄνδρα εὐυπόληπτον καὶ ἀξίᾳ κεκοσμημένον ἐπιλεξόμεθα [a]), τὸν ὀφείλοντα παρ' ἡμῶν ἔγγραφον θείαν κέλευσιν λαβεῖν, περιέχουσαν διὰ ἡμετέρας εὐσεβοῦς ὑποσημειώσεως [1]) καὶ τὸ ἐκείνου ὄνομά τε καὶ ἀξίαν, καὶ τὰς αἰτίας, καὶ τοὺς χρόνους, ὧν αὐτῷ τοὺς λογισμοὺς ἐπιτρέπομεν. τοὺς δὲ ὑπὸ τῶν τοιούτων προσώπων λογοθετουμένους [2]) πᾶσαν ἔχειν ἀσφάλειαν παρακελευόμεθα, ἑτέραν ζήτησιν μηδαμῶς ὑπομένοντας.

Κεφ. ιθ'. [b])

Πρὸς τούτοις θεσπίζομεν, μηδενὶ τῆς ἡμετέρας πολιτείας τόπῳ τὸν αὐτὸν καὶ ἄρχοντα εἶναι, καὶ τοποτηρητὴν τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων ἢ στρατηγίδος

est, constitui. Atque sciant illi, qui eos nominant, si quod damnum civitati contigerit, ex substantia sua id resarciendum esse.

Cap. XVII.

Nulli vero eorum, qui in cohortem gloriosissimorum praefectorum, vel in aliam cohortem aut scholam relati sunt, talia ratiocinia committere liceat, neque eiusdem magistratus, vel alterius iudicis iussu, neque si pragmaticam, vel aliam sanctionem, vel sacrum commonitorium accipiat, quod ei aliquid tale committat. Sed si tale quid fiat, liceat sanctissimo cuiusque civitatis episcopo eiusque primoribus ad dicta capita eiusmodi personis non respondere, sed ad nos referant, ut haec cognoscentes illatum civitatibus damnum ex ipsorum substantia restitui iubeamus, illisque iustam poenam infligamus.

Cap. XVIII.

Ad haec iubemus, ut scriniarii operum, qui sub praefectis sacro praetorio constituti sunt, nullam omnino communionem cum eiusmodi rationum discussionibus habeant, omniaque illa cessent, per quae aliquid tale sive generaliter sive specialiter olim iis permissum fuit vel post haec concedetur. Rationes enim ad dictas causas pertinentes nemini committi volumus, nisi nos civitatibus id conducere arbitrati bonae ex istimationis virum et dignitate ornatum elegerimus, qui a nobis scriptam sacram iussionem accipere debeat, quae per piam nostram subscriptionem et nomen eius, et dignitatem, et causas, et tempora contineat, quorum ei ratiocinia committimus. Eos vero, a quibus rationes per personas illas exiguntur, omnem securitatem habere praecipimus, nec aliam quaestionem ullatenus sustineant.

Cap. XIX.

Sancimus insuper, ut in nullo reipublicae nostrae loco idem et magistratus, et gloriosissimorum praefectorum aut militaris magistratus vicarius sit, sed ut

dictum est, ordinari, scientibus iis, qui denominant eos, quia, si quod damnum civitati contigerit, ex propriis substantiis hoc medebuntur.

Cap. XVII. Nulli vero liceat eorum, qui in officio sunt gloriosissimorum praefectorum, aut in alio officio aut in schola constitutorum, talia ratiocinia committi, neque ex praecepto cuiusdam [3]) administrationis [4]) aut alterius iudicis scriptis [5]), nec si pragmaticam aut aliam sanctionem, aut sacrum commonitorium accipiat, praecipiens ei aliquid tale. Sed si quid fiat huiusmodi, licentiam habere uniuscuiusque civitatis sanctissimum episcopum et eius primates non respondere pro memoratis capitulis talibus personis, referre autem ad nos, ut hoc agnoscentes et illatum civitatibus damnum ex eorum substantia restitui iubeamus, et competentem vindictam talibus inferamus.

Cap. XVIII. Super hoc iubemus, scriniarios operum sub praefecto sacrorum praetoriorum constitutos nullum participium ad talia ratiocinia omnino habere, vacantibus omnibus, per quae eis sive generaliter sive specialiter aliquid tale priḋem concessum est, aut postea impetretur [6]). Pro praedictis enim causis rationes nulli committi volumus, nisi nos, prodesse civitatibus existimantes, virum opinionis bonae et dignitate ornatum elegerimus, qui debeat a nobis in scriptura divinam iussionem percipere, continentem per [7]) nostram piam subscriptionem et illius nomen et dignitatem, et causas, et tempora, quorum ei ratiocinia committimus. Eos autem, qui a talibus personis rationes exiguntur, omnem habere tutelam [8]) iubemus, aliam [9]) quaestionem nullatenus sustinentes.

Cap. XIX. Ad haec sancimus, in nullo nostrae reipublicae loco eundem [episcopum] [10]) et iudicem esse, et [11]) loci servatorem gloriosissimorum praefectorum aut magistrorum militaris cinguli, sed nec aliquam exactionem fiscalium tributorum agentem loci servatorem esse gloriosissimorum praefectorum aut magistrorum militum. Et simpliciter dicendum est, nullum in provinciis fieri loci servatorem praefectorum, nisi per nostram

---

[a]) *Parat.* §. 9. *Athan. tit.* 22. (*Heimb. Anecd. I. p.* 184.) — [b]) *Cap.* 19. *et* 20. *non habet Hal., in ed. tamen Par. haec capita ex Supplem. ed. Hervag. recepta sunt.*

[1]) παρασημειώσεως *Hal.* — [2]) λογισμοὺς ἀπαιτουμένους *Hal.* — [3]) eiusdem *Bk.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; administratoris *Port., Cont.* — [5]) scriptis *om. Bk.* — [6]) imperetur *Bk.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid* per *om. Port., Cont.* — [8]) cautelam *Trid.* — [9]) *Bk.*; aliquam *Cod. Hamb., edd.* — [10]) episcopum, *quod uncis inclusimus, om. Bk.* — [11]) et *om. Cod. Hamb., Trid.*

γίδος ἀρχῆς, ἀλλὰ μηδέ τινα εἰςπραξιν δημοσίων συντελειων χειρίζοντα τοποτηρητὴν εἶναι τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων καὶ στρατηγίδος, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, μηδένα ἐν ταῖς ἐπαρχίαις γίνεσθαι τοποτηρητὴν ἐπάρχων, εἰ μὴ ἐξ ἡμετέρας ἐγγράφου κελεύσεως ἐν τοῖς ἐξπεδίτοις, ὅπου χρεία ἐστὶ καὶ τοποτηρητὴν ἐπάρχων πέμπεσθαι τῆς αὐτῆς ἐπαρχότητος, τὸν ὀφείλοντα προνοεῖν τῶν στρατιωτικῶν δαπανημάτων. Εἰ δέ τι παρὰ ταῦτα πλημμεληθείη, ὁ μὲν τοποτηρητὴν ἑαυτοῦ [1]) ποιήσας λ λιτρῶν χρυσίου ποινὴν εἰςπραχθήσεται, ἀποκαθιστῶν καὶ πᾶσαν δαπάνην ἣ ζημίαν, ἣν ἂν διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ σταλέντος τινὲς ὑπομείνοιεν, ὁ δὲ γενέσθαι θαρρήσας, καὶ τῆς ἰδίας ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ στρατείας ἐξαιρεθήσεται, καὶ δέκα χρυσίου λιτρῶν ποινὴν ζημιωθήσεται.

ut nec is, qui exactionem aliquam publicorum tributorum habet, gloriosissimorum praefectorum aut militaris magistratus vicarius sit; et ut brevi dicamus, nemo in provinciis praefectorum vicarius fiat, nisi in expeditionibus ex scripta nostra iussione, quando vicarius praefectorum eiusdem provinciae mittendus est, qui militaribus expensis prospicere debeat. Si quid vero adversus haec peccetur, ab eo, qui sibi vicarium facit, triginta librarum poena exigetur, omnesque expensas vel damnum restituat, quo qui ab eo, qui ab illo missus est, affecti sint, qui vero (vicarius) fieri ausus fuerit et magistratu suo, et potestate, et militia privabitur, et decem auri librarum poena multabitur.

Κεφ. κ'.

Κωλύομεν δὲ πρὸς τούτοις καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὄντας ἄρχοντας, πολιτικούς τε καὶ στρατιωτικούς, ἐν ταῖς πόλεσιν ἤτοι κάστροις τοποτηρητὰς ἐν ταῖς καταπιστευθείσαις αὐτοῖς ἐπαρχίαις ποιεῖν, ἐξ οὗ δηλαδὴ εἰς τὴν ἐπαρχίαν παραγίνονται [2]), καὶ ἐν ὅσῳ ἐν αὐτῇ ἄρχουσι. πέντε χρυσίου λιτρῶν ποινῆς ἐπικειμένης, τοῦτο μὲν τῷ ποιοῦντι τοποτηρητὴν ἄρχοντι, τοῦτο δὲ τῷ γενέσθαι τολμήσαντι. Πρὶν δὲ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις παραγένωνται οἱ ἄρχοντες, δίδομεν αὐτοῖς ἄδειαν τοποτηρητὰς ἑαυτῶν προβάλλεσθαι, πάντα ὀφείλοντας μέχρι τῆς αὐτῶν παρουσίας διαπράττεσθαι, ἅπινα δύνανται οἱ αὐτοὶ ἄρχοντες ποιεῖν, δίχα μέντοι γε ἐσχάτης τιμωρίας ἢ μέλους ἀποκοπῆς. Ἀλλ' εἰ καί τις ἐκ τῶν ἀρχόντων κατὰ κέλευσιν ἡμετέραν εἰς ἄλλην ἐπαρχίαν ἐκπεμφθῇ, ἐξέστω αὐτῷ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον τοποτηρητὴν ἑαυτοῦ ποιεῖν.

Cap. XX.

Interdicimus insuper magistratibus, qui in provinciis sunt, et civilibus et militaribus, ne in civitatibus seu castris vicarios in concreditis sibi provinciis faciant, ex quo scilicet in provinciam veniunt, et quamdiu in ea magistratum gerunt; quinque librarum auri poena imminente tam magistratui, qui vicarium faciat, quam etiam illi, qui (vicarius) fieri ausus fuerit. Antequam vero magistratus in provincias veniant, licentiam illis vicarios sibi constituendi damus, qui usque ad eorum adventum omnia, quae ipsi magistratus facere possunt, peragere debeant, excepto tamen ultimo supplicio aut membri abscissione. Sed et si quis ex magistratibus iussu nostro in aliam provinciam mittatur, liceat ei simili modo vicarium sibi constituere.

Κεφ. κα.

Κελεύομεν δὲ πάντας τοπάρχας [3]), τοῦτο μὲν στρατιωτικούς, τοῦτο δὲ καὶ πολιτικούς, δι' ἑαυτῶν ἀναζητεῖν τὰς λῃστείας, ἢ βίας, ἢ ἁρπαγὰς πραγμάτων ἢ γυναικῶν, ἢ ἄλλα οἱαδήποτε ἀτοπήματα ἐν ταῖς ἐπαρχίαις πλημμελοῦντας, καὶ τιμωρίας αὐτοῖς νομίμους ἐπάγειν, καὶ μηδὲ ὑπὲρ τούτων τῶν αἰτιῶν κομίζεσθαί τε συνηθειῶν ὄνομα, ὥςτε πανταχόθεν τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς ἀβλαβεῖς φυλαχθῆναι. οὐδὲ γὰρ συγχωροῦμεν οἱῳδήποτε μείζονι ἢ ἐλάττονι στρατιωτικῷ ἢ πολιτικῷ ἄρχοντι ἢ λῃστο-

Cap. XXI.

Iubemus autem, ut omnes locorum magistratus, tam militares quam etiam civiles, ipsi in eos inquirant, qui latrocinia, aut violentias, aut rapinas rerum vel mulierum, aut alia quaelibet delicta in provinciis committunt, et legitima eis supplicia inferant, nec in his causis consuetudinum nomine quid accipiant, ut subditi nostri undique illaesi serventur. Neque enim ulli maiori vel minori, militari vel civili magistratui permittimus, ut latronum persecutores, vel biocolytas, vel tribunos, vel qui exarmare aliquos debeant, propter

nostram iussionem in expeditis [4]), ubi utilitas exigit et [5]) loci servatorem mitti eiusdem praefecturae, qui debeat providere militaribus expensis. Si quid autem extra hoc delinquatur et committatur, qui quidem loci servatorem suum [6]) fecit, triginta librarum auri poenam exigetur, restituturus omne damnum, quod per eum, qui ab eo directus est, aliquis pertulerit, qui vero fieri praesumserit, et [7]) proprio cingulo et dignitate et militia privabitur, et decem librarum auri poena multabitur.

Cap. XX. Ad haec prohibemus et in provinciis exsistentes iudices, civiles et militares, in civitatibus aut castris loci servatores in commissis sibi provinciis facere, ex quo videlicet in provinciam accesserint, et in quantum in ea administrant, quinque auri librarum poena imminente tam facienti loci servatorem iudici, quam fieri praesumenti. Antequam vero in provinciis veniant iudices, damus eis licentiam vices agentes suos instituere, qui debeant omnia usque ad sui praesentiam agere, quae possunt ipsi iudices facere, citra tamen novissimum supplicium aut membri incisionem. Sed si quis ex iudicibus secundum iussionem nostram in aliam regionem mittatur, liceat ei per similem modum loci servatorem suum facere.

Cap. XXI. Iubemus autem, omnes iudices, tam militares quam civiles, per se requirere eos, qui latrocinia, aut violentias, aut rapinas rerum aut feminarum, aut alia quaelibet in provinciis illicita committunt, et supplicia eis legitima inferre, neque pro his causis accipere aliquid consuetudinis nomine, ut omnes undique nostri collatores illaesi serventur. Non enim permittimus cuilibet maiori aut minori militari iudici aut latronum insecutores, aut violentiarum inhibitores, aut tribunos pro talibus causis in provinciis ordinare, aut qui debeant aliquos exarmare [8]), ut non per tales occasiones ampliores violentiae inferantur provincialibus. Si quis autem iudicum

---

[1]) *Hal. ed. Par., Cod. Zuich., Vulg.*; ἑαυτὸν *Hamb., Trid.*; et om. *Port., Cont.* — [2]) παραγένωνται *Hal. ed. Par., Cod. Zuich.* — [3]) πάντας τοὺς ἄρχοντας *Hal.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; expeditionibus *Port., Cont.* — [5]) *Cod. Hamb.*; et om. *edd.* — [6]) suum om. *Scrimg.* — [7]) *Cod. Hamb.*; et om. *Port., Cont.* — [8]) *Cont. Cod. Hamb. in marg.*; examinare *Cod. Hamb., edd.*

ληιστοδιώκτας, ἢ βιοκωλύτας, ἢ τριβολνους ὑπὲρ τῶν τοιούτων αἰτιῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις προβάλλεσθαι, ἢ τοὺς ὀφείλοντάς τινας ἀφορπίζειν, ὥστε μὴ διὰ τῶν τοιούτων προφάσεων πλείονας βίας ἐπάγεσθαι τοῖς ἐπαρχιώταις. Εἰ δέ τις τῶν ἀρχόντων ταῦτα μὴ παραφυλάξοι, γινωσκέτω, μὴ μόνον τῆς καταπιστευθείσης αὐτῷ ἀρχῆς ἀφαιρεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ δέκα χρυσίου λιτρῶν ποινὴν καταβάλλειν. τοῦ τολμῶντος τοιοῦτο πρᾶγμα παραλαβεῖν, μετὰ βασάνους καὶ τὴν τῆς οὐσίας δήμευσιν, εἰς ἐξορίαν πεμπομένου.

pter eiusmodi causas in provinciis constituant. ne illa occasione maiores violentiae provincialibus inferantur. Si quis autem ex magistratibus haec non observaverit, is intelligat, se non solum commisso sibi magistratu privandum, sed et decem librarum auri poenam solvendam, qui eiusmodi rem suscipere audet, post tormenta et substantiae publicationem, in exsilium mittendo.

Κεφ. κβ'.

Πρὸς τούτοις κελεύομεν τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας καὶ τὰς αὐτῶν τάξεις, εἴ ποτε ἐκ πόλεως εἰς πόλιν παραγένωνται, μηδὲ ἀγγαρείας, μηδὲ διαγραφαῖς ἢ ἄλλοις δαπανήμασι τοὺς ὑποτελεῖς βαρύνειν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀφωρισμένων αὐτοῖς ἐκ τοῦ δημοσίου ἀννόνων τὰς δαπάνας ποιεῖν.

Cap. XXII.

Ad haec iubemus, ne praesides provinciarum eorumque cohortes, si forte ex urbe in urbem proficiscantur, aut angariis, aut descriptionibus, aut aliis expensis subditos gravent, sed ex annonis, quae ex publico eis assignatae sunt, expensas faciant.

Κεφ. κγ'.

Πρὸς τούτοις θεσπίζομεν, τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας πᾶσι τρόποις μετὰ τὸ ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν πεντήκοντα ἡμέρας ἐν ταῖς ἐπαρχίαις διατρίβειν, καὶ τοῖς ἐναγωγάς τινας κατ' αὐτῶν κινοῦσιν ἀποκρίνεσθαι[a]). Εἰ δὲ συμβαίη τινὰς ἐξ αὐτῶν πρὸ τοῦ πληρῶσαι τὰς ν' ἡμέρας καταλιπεῖν τὴν χώραν, κελεύομεν πάντας τοὺς παρ' αὐτῶν ζημίαν τινὰ ὑπομείναντας συνιέναι παρὰ τῷ ὁσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς μητροπόλεως τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, καὶ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων ἕνα ἕκαστον ἁπτόμενον τῶν ἁγίων εὐαγγελίων φανεροῦν τὰς ἐπαχθείσας αὐτῷ ζημίας, καὶ ἐκ τῆς ἐκείνου περιουσίας, καθ' οὗ τὰ τοιοῦτα γέγονεν ὑπομνήματα, πᾶσαν ζημίαν τοῖς βλαβεῖσιν ἀποκαθίστασθαι προνοίᾳ καὶ κινδύνῳ τῶν κατὰ καιρὸν ἐπάρχων καὶ τραχτευτῶν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, εἰδότων, ὡς, εἰ τοῦτο πληροῦν ἀμελήσαιεν, αὐτοὶ ἐκ τῶν ἰδίων περιουσιῶν πάσας τὰς ζημίας τοῖς βλαβεῖσιν ἀποκαταστήσαι ἀναγκασθήσονται.

Cap. XXIII.

Praeterea sancimus, ut praesides provinciarum omnibus modis post depositam administrationem quinquaginta dies in provinciis commorentur, illisque respondeant, qui actiones quasdam contra eos movent. Si vero quosdam ex illis ante completos quinquaginta dies provinciam relinquere contingat, iubemus, ut omnes, qui damnum aliquod ab illis perpessi sunt, apud sanctissimum metropoleos episcopum eiusdem provinciae conveniant, et actis confectis unusquisque tactis sacris evangeliis illata sibi damna manifestet, atque ex substantia eius, contra quem acta illa confecta sunt, omne damnum laesis resarciatur providentia et periculo eorum, qui eo tempore praefecti et tracteutae illius provinciae sunt, sciantque illi, si hoc implere neglexerint, se ipsos ex propria substantia omnia damna laesis restituere cogendos esse.

Κεφ. κδ'.[b])

Εἰ δέ τις τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν ἢ μετακληθείη, ἢ ἄλλην ἀρχὴν ἢ χρείαν εἰς ἄλλην[1]) ἐπαρχίαν

Cap. XXIV.

Si quis autem ex praesidibus provinciarum vel evocetur, vel alia administratio aut negotium in alia provincia

iudicum hoc non custodierit, cognoscat, non solum se commisso sibi cingulo spoliandum, sed decem librarum auri poenam exsolvere eo, quod [2]) praesumserit talem causam assumere, post tormenta vero [3]) et confiscationem substantiae in exsilium redigendum [4]).

Cap. XXII. Ad hoc iubemus, provinciarum indices et officia eorum, si quando de civitate ad civitatem veniunt, neque angariis, neque descriptionibus aut aliis expensis collatores gravare, sed ex deputatis sibi de fisco annonis expensas facere.

Cap. XXIII. Super hoc sancimus, provinciarum iudices omnibus modis post depositionem cingnli quinquaginta dies in provinciis commorari, et conventiones aliquas contra se moventibus respondere. Si vero contigerit aliquem ex eis ante completos quinquaginta dies deserere provinciam, iubemus, omnes ab eo damnum aliquod passos simul ingredi apud sanctissimum metropoleos episcopum eiusdem provinciae, et sub gestis monumentorum unumquemque tangentem sancta evangelia palam facere illata dispendia, et ex illius substantia, contra quem talia facta sunt monumenta, omne damnum laesis restitui providentia et periculo per tempus praefectorum [5]) eiusdem provinciae, scientibus, quia, si hoc complere neglexerint, ipsi de propriis facultatibus omnia damna laesis restituere compellentur.

Cap. XXIV. Si quis autem ex iudicibus provinciarum aut evocetur ad aliam administrationem, aut opus ad aliam provinciam ei credatur, iubemus, eum legitimo procuratore constituto conventiones pro damnis propo-

---

[a]) *Apud Hal. hic quaedam intrusa sunt ex Nov.* 161. *c.* 1. — *Quae sequuntur in hoc cap. sunt in Bas. VI.* 3. 11. — [b]) *Cap.* 24. *et* 25. *in Bas. VI.* 3. 14

[1]) ἢ ἄλλην *Hal.* — [2]) eo, qui — exil. redigendo et relegando *Bk.* — [3]) vero *om. Bk.* — [4]) in exilium edigendum et in exilium redigendum relegando *Cod. Jamb.*; in exilium redigendum et in exilium relegandum *Trid.*; in exilium et redigendum et relegandum *Port.* in exilium redigendum et relegandum *Cont.* — [5]) et tracte *add. Cod. Hamb.*, *unde videtur adiiciendum* tracteutarum, *quod etiam in graeca est oratione.*

χίαν καταπιστευθείη, κελεύομεν αὐτὸν νομίμου ἐγκολέως προβαλλομένου τοῖς τὰς ἐναγωγὰς ὑπὲρ ζημιῶν προτιθεῖσιν ἀποκρίνεσθαι. ὅπερ εἰ μὴ πράξοι, θεσπίζομεν καὶ ὑπομνήματα παρὰ τῷ ὁσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ, καθὼς ἀνωτέρω εἴρηται, πράττεσθαι, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῶν ζημιῶν τῶν ἐπαχθεισῶν αὐτοῖς ὁμόσασι καὶ τὴν τῶν πεπραγμένων δύναμιν πᾶσαν ζημίαν ἀποδίδοσθαι, προνοίᾳ ὁμοίως καὶ κινδύνῳ τῶν κατὰ καιρὸν ἐπάρχων, καὶ τῶν ἑκάστης ἐπαρχίας τραχτευτῶν.

provincia ei credatur, iubemus, ut is legitimo procuratore constituto illis, qui actiones damnorum nomine instituunt, respondeat. Quod si non fecerit, sancimus, ut et acta apud sanctissimum episcopum, sicut supra dictum est, conficiantur, et illis, qui de damnis sibi illatis iurarunt, secundum tenorem actorum omne damnum reddatur, providentia similiter et periculo praefectorum illius temporis, et cuiuscunque provinciae tractatorum.

Κεφ. κε'.

Πάσας δὲ τὰς χρηματικὰς ποινὰς τὰς τῷ παρόντι νόμῳ περιεχομένας ὑπὸ τοῦ κατὰ καιρὸν κόμητος τῶν πραβάτων εἰσπράττεσθαι τοὺς τὸν παρόντα νόμον μὴ φυλάττοντας καὶ τῷ ἡμετέρῳ φίσκῳ ἐκδικεῖσθαι ψηφιζόμεθα, ὅστις εἰ μὴ ταῦτα ἐκδικήσει, αὐτὸς μετὰ τῆς ὑπηρετούσης αὐτῷ σχολῆς ἐκ τῆς ἰδίας αὐτοῦ περιουσίας τὴν τούτων ποσότητα καταβαλεῖν ἀναγκασθήσεται.

Ἐπίλογος.

Ἅπερ τοίνυν διὰ τοῦ παρόντος σωτηριώδους νόμου τοῦ εἰς τὸ διηνεκὲς ἰσχύσοντος ὑπὲρ τῆς ὠφελείας καὶ καταστάσεως τῶν ἡμετέρων ὑποτελῶν διετυπώσαμεν, ἡ σὴ ἐνδοξότης ἄτρωτα καὶ ἀπάλευτα διὰ πάντων παραφυλαχθῆναι σπευσάτω, καὶ εἰς τὴν ἁπάντων γνῶσιν ἐλθεῖν ποιησάτω, ἐδίκτων μὲν κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα πόλιν προτεθειμένων, προστάξεων δὲ πρὸς τοὺς λαμπροτάτους τῶν ἐπαρχιῶν ἀρχοντας σταλουένων [1]), ἵνα δι' αὐτῶν πᾶσι δῆλα γένηται. Dat. Id. Inn. imp. DN. Iustiniani P. P. Aug. ann. XIX., post Basilii V. C. cons. ann. IV. Indict. VIII. [545.]

ΔΙΑ-

Cap. XXV.

Ut autem omnes pecuniariae poenae, quae hac lege continentur, per rerum privatarum hoc tempore comitem ab iis, qui hanc legem non servant, exigantur et nostro fisco vindicentur, sancimus, qui, si eas non vindicaverit, ipse cum schola, quae ei ministrat, ex substantia sua earum quantitatem solvere cogetur.

Epilogus.

Quae igitur hac salutari lege in perpetuum valitura in utilitatem et tranquillitatem subditorum nostrorum disposuimus, gloria tua inviolata et immota per omnia custodire studeat, atque ad omnium notitiam venire faciat, edictis quidem in hac regia urbe propositis, praeceptis vero ad provinciarum praesides missis, ut per ea omnibus manifesta fiant.

Α-

proponentibus respondere. Quod nisi fecerit, sancimus, monumenta apud sanctissimum episcopum, sicut superius dictum est, agi, et pro damnis illatis eis iurantibus, secundum gestorum virtutem omne damnum reddi, providentia [2]) similiter et periculo per tempus praefectorum, et [3]) uniuscuiusque provinciae tractentarum [4]).

Cap. XXV. Omnes autem pecuniarias poenas, quae praesente lege continentur, a comite per tempus privatarum exigi eos, qui praesentem legem non servant, et nostro fisco vindicari sancimus, qui, nisi eas vindicaverit, ipse cum ministrante sibi schola ex propria facultate huiusmodi quantitatem solvere cogetur.

Epilogus. Quae igitur per praesentem legem nostram salutarem, in perpetuum valitaram, pro utilitate et statu nostrorum collatorum disposuimus, tua gloria inviolata et immota per omnia servare festinet, et ad omnium notitiam pervenire faciat, edictis quidem in hac regia civitate solemniter propositis, praeceptis autem ad clarissimos provinciarum iudices directis, ut per eos omnibus collatoribus manifesta fiant. Dat. Id. Inn. imp. DN. Iustiniani P. P. Aug. anno XIX., post Basilii V. C. cons. anno IV. Indict. VIII. [545.]

Const. CXXIII.

---

[1]) *Hal.*, (*Fulg.*); ἐδίκτων κατὰ — προτιθεμένων ἵνα *Scrimg.* (*om.* μὲν *et* προσταξ. — σταλ.). — [2]) *Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.*; provincia *Cont.* — [3]) *et om. Cod. Hamb.*, *Trid.*, *Port.* — [4]) *Cont. in marg.*; tractuorum *Cod. Hamb.*; tractorum *Trid.*; tractatorum *Port.*, *Cont.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρκθ'. [a])

Περὶ τῶν Σαμαρειτῶν.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἀρεοβίνδῳ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων [1]).

Προοίμιον.

Οὐδὲν οὕτω μέγα τῶν ὑπηκόων τινὸς τῶν ἡμετέρων ἐστὶν ἁμάρτημα, ὡς μὴ τῆς ἐξῆς ἀξιωθῆναι φιλανθρωπίας. κἂν γὰρ εἰ τὰ παρ' αὐτῶν γεγονότα μισήσαντες πρὸς τὴν ὑπὲρ αὐτῶν διανασιώμεν ἐκδίκησιν, ἀλλὰ τὸν καιρὸν θεραπεύοντες καὶ τοῖς προσήκουσι τοὺς ἁμαρτάνοντας νουθετήσαντες τρόποις πάλιν πρὸς τὴν ἡμῶν αὐτῶν φιλανθρωπίαν ἐπάνιμεν, τὸ δίκαιον τῆς ὀργῆς ἀγαθότητος καταλείποντες λογισμοῖς, ὁποῖον δή τι καὶ ὁ παρὼν ἡμῶν πραγματεύεται νόμος. Σαμαρείτας γὰρ πρώην θρασυνομένους καὶ κατεπαιρομένους Χριστιανῶν, καὶ πρὸς τὴν ἁπάντων ὥςπερ ἐσχάτην ἀπόνοιαν ἐξοκείλαντας, πολλοῖς μὲν ἐπιεικέσι ἐσωφρονίσαμεν, ἐνὶ δὲ μάλιστα, τῷ μήτε διαθήκας αὐτοὺς δύνασθαι γράφειν, μήτε τούτων τελευτώντων διαθήκης χωρὶς τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένοις συγγενέσι παραπέμπειν τὸν κλῆρον, πλὴν εἰ μὴ τοὺς πρὸς τοὺς κλήρους ἐφ' ἑκατέρῳ θέματι καλουμένους τῆς ὀρθῆς τῶν Χριστιανῶν εἶναι πίστεως συμβῇ. Ἀπηγορεύσαμεν δὲ αὐτοῖς καὶ ληγάτα διδόναι, καὶ δωρεὰς γράφειν, ἢ τὰς ὅλως ἐκποιήσεις ἐπὶ τοῖς οἰκείοις τίθεσθαι πράγμασιν, ἐπειδὰν μὴ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τὸ λαμβάνον πρόσωπον εἴη. Ταῦτα μὲν οὖν νόμῳ γενικῷ διαλαβόντες τηνικαῦτα μεμνήμεθα, πλὴν ἀλλ' οὐ τὴν αὐτὴν ἐν τοῖς ἔργοις, ἣν ἐν τοῖς γράμμασιν ἀκρίβειαν ἐφυλάξαμεν. οὐδὲ γὰρ τὸν ἡμέτερον φίσκον, οὐδέ τινα τοῦ δημοσίου μοῖραν ἑτέραν τῶν ἐκεῖθέν τι λαβεῖν ἠνεσχόμεθα, κἂν εἰ τοῦτο ῥητῶς ὁ νόμος ἐδίδου.

Κεφ. α'.

Νῦν δὲ δὴ πρὸς τὸ μέτριον ἐπαναχθέντας αὐτοὺς ἰδόντες, ἡμῶν τε αὐτῶν ἀνάξιον εἶναι νομίσαντες ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς μένειν ὅροις κατὰ τῶν οὐ νοσούντων τὰ παραπλήσια, ἐνδόντες τε μάλιστα πάντων ταῖς Σεργίου τοῦ ὁσιωτάτου τῆς Καισαρέων μητροπόλεως ἐπισκόπου δικαίαις αἰτήσεσιν, ἃς ὑπὲρ αὐτῶν

Novella CXXIX.

DE SAMARITIS.

Praefatio.

Nullum tam magnum est alicuius ex subditis nostris delictum, ut non deinceps clementia nostra dignemur. Licet enim facta eorum odio habentes ad ea vindicanda surgamus, tempori tamen inservientes, et delinquentes convenientibus modis emendantes, rursus ad clementiam nostram redimus, iustam iram benignitatis rationibus lenientes, id quod etiam haec nostra lex facit. Samaritas enim, atroces antea et elatos adversus Christianos, atque ad extremam quasi dementiam delapsos, multis quidem poenis castigavimus, una vero maxime, quod neque testamenta scribere, neque sine testamento decedentes ad cognatos, qui ab intestato vocantur, hereditatem transmittere possint, nisi eos, qui ad hereditatem in utraque specie vocantur, rectae Christianorum fidei esse contingat. Prohibuimus vero illos et legata dare, et donationes scribere, vel omnino res suas alienare, quando is, qui accipit, orthodoxae non sit fidei. Haec igitur nos generali quidem lege complexos esse meminimus, verum non eandem in factis, quam in litteris diligentiam adhibuimus. Etenim neque fiscum nostrum, neque aliam quandam rei publicae partem aliquid ex illis accipere passi sumus, licet et hoc expresse lex concederet.

Cap. I.

Nunc vero cum eos ad moderationem reductos videamus, nobisque ipsis indignum putemus, si in iisdem terminis adversus eos maneremus, qui simili morba affecti non sunt, maxime vero omnium indulgentes iustis precibus, quibus Sergius sanctissimus Caesareensium metropolis episcopus pro iis usus est (qui testimonium

Const. CXXIII.

DE SAMARITIS.

Idem Augustus Areobindo Pf. P.

Praefatio. Nullum ita magnum subiectorum nostrorum delictum est, quod non nostra clementia medeatur. Licet enim eorum facta odio habentes ad vindictam pro eis insurgamus, tamen tempus medentes et commonentes [2]) modis competentibus delinquentes, rursus ad nostram clementiam remeamus, iustitiam iracundiae benignitatis reconciliantes rationibus, quale quiddam et praesens nostra celebrat lex. Samaritas enim pridem atroces et elatos contra Christianos, et in omnium velut novissimam superbiam excedentes plurimis quidem poenis afflximus, una vero maxime, quod neque testamenta ipsi possunt conscribere, neque hi defuncti absque testamento cognatis, qui ab intestato vocantur, hereditatem transmittere, nisi ad hereditatem ex utraque causa vocatos rectae Christianorum fidei esse contingeret. Interdiximus autem eis et legata dare, et donationes scribere, aut aliquas omnino alienationes in suis ponere rebus, nisi forsan orthodoxa fide percipiens persona esset. Licet autem lege generali haec comprehendentes tunc meminerimus, tamen non eandem in operibus, quam in litteris subtilitatem reservavimus. Nam neque nostrum fiscum, nec aliquam publici partem ex his quidquam accipere passi sumus, licet hoc expressim lex daret.

Cap. I. Nunc itaque ad moderationem reductos videntes eos, et nobis ipsis indignum esse putantes in iisdem permanere terminis contra eos, qui non similia prioribus languent, praestantes maxime omnium Sergii

---

[a]) *Scrimg.*; *deest ap. Hal.* — *Athan. III.* 2. (*Heimb. Anecd. I. p.* 44 *sq.*) *Cf. Parat.* §. 4 *Athan. tit. IX.* (*ibid. p.* 109.) *Coll. const. eccl. III.* 3. 2. (*Voëlli bibl. II p.* 1356 *sq.*) *Photii Nomoc. X.* 8. (*ibid. p.* 1040.) — *Incert. fragm. ex Nov. Iust. V.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 265 *sq.*) — *Iulian. Const.* 116. — *Versionem antiquam, non glossatam, primus ex vet. ms. edidit Cont.* (1571.)

[1]) *Vulg., cf. Leunclav. Notat. I* 89.; Ἀδδαίῳ ἐπ. πραιτ. *Athan.*, *Coll. const. eccl.*; *Scrimg. non habet inscriptionem.* — [2]) *Bk.*; commoventes *Cont.*

αὐτῶν ἐποιήσατο (μαρτύρων μέντοι καλλίονας αὐτοὺς γεγονέναι, τὴν ἡσυχίαν δὲ τὴν πρὸς τὸν ἑπειτα χρόνον αὐτῶν ἐγγυώμενος). ἐπὶ τὸν παρόντα θεῖον ἡμῶν ἐληλύθαμεν νόμον, δι' οὗ θεσπίζομεν, ἄδειαν εἶναι Σαμαρείταις λοιπὸν γράφειν διαθήκας, καὶ τὰς σφῶν αὐτῶν διοικεῖν οὐσίας, ὡς οἵ τε [1]) ἄλλοι παρέχουσι νόμοι. Διὰ δὲ τοῦ παρόντος διορίζομεν, διαθηκῶν τελευτῶντας χωρὶς ἐκ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένων κατὰ μίμησιν κληρονομεῖσθαι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων αὐτούς, πλὴν ὅσα διὰ τοῦ παρόντος ἡμεῖς μεθαρμόσομεν νόμου. καὶ δωρεὰς δὲ αὐτοῖς ἐπιτρέπομεν γράφειν, καὶ ληγάτα διδόναι τε καὶ λαμβάνειν, καὶ τὰ τοιαῦτα συναλλάττειν ἐπ' ἀδείας ἁπάσης· οἱ γὰρ δὴ διαιτᾶσθαι δεδωκότες καὶ πᾶσαν διοικεῖσθαι τὴν οὐσίαν αὐτούς, πῶς ἂν περὶ μερικῆς διοικήσεως δυσχεράναιμεν;

Κεφ. β'.

Πλὴν ἀλλ' οὐ τὴν αὐτὴν ἀποδίδομεν τάξιν Χριστιανοῖς τε διαδόχοις καὶ Σαμαρείταις, πολλὴν [2]) δὲ εἰκότως τοῖς τὰ καλλίω θρησκεύουσι τὴν προνομίαν παρέχομεν. ὥθεν εἴ τις αὐτῶν διαθηκῶν τελευτῶν χωρίς, ἢ [3]) καὶ παῖδας τὰ πρὸς θεὸν διηρημένους καταλίποι, μόνοι κληήσονται πρὸς τὴν τούτου κληρονομίαν οἱ τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν προσβεύοντες πίστιν, τῶν ἄλλων ἐκκλειομένων, ὅσοι τῆς αὐτῆς ἔχονται τῷ τελευτήσαντι πλάνης. ταῦτα δὲ ἐφαμὲν οὐκ ἐπὶ παίδων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων συγγενῶν, ἐξ ὁποίας ἂν εἶεν σειρᾶς, ὥστε τοὺς ὀρθὰ θρησκεύοντας τῶν οὐ παραπλησία τιμώντων προτίμησιν ἔχειν, πλὴν εἰ τὸν αὐτὸν πάντες οἱ καλούμενοι βαθμὸν ἐπιγράφοιντο, ἢ μίαν πρὸς τὸν κλῆρον ἔχοιεν τάξιν. οὐδὲ γὰρ δὴ τοῖς ἐκ μακροτέρου βαθμοῦ καὶ ὑπὸ τῶν ἐγγυτέρων ἐκκλειομένοις, κἂν εἰ τὰ καλλίω θρησκεύοιεν, τὴν κατὰ τῶν ἐγγυτέρων προτίμησιν δίδομεν καὶ προνομίαν.

Κεφ. γ'.

Πλὴν ἀλλ' οὐχ ὥστε καὶ ἀμεταμέλητον εἶναι τὸ πρᾶγμα τοῖς ἀποκλειομένοις ἐκ τούτου. εἰ γὰρ δὴ βουληθεῖεν καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν ἐπανελθεῖν οἱ παρὰ τοῦτο τῶν κλήρων ἀποκλεισθέντες, τὰς οἰκείας ἀπολήψονται μοίρας, οὕτω καλούμενοι πρὸς τὸν κλῆρον, ὡς ἂν εἰ καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ὀρθῆς ταύτης θρησκείας ὄντες ἐτύγχανον, μόνων σιερούμενοι τῶν τοῦ μέσου χρόνου καιρῶν. Εἰ δὲ καὶ διαθήκας γράψειέ τις αὐτῶν, ἐρρῶσθαι μὲν ταύτας, τό γε ὅσον ἐπὶ τῇ θρησκείᾳ, κελεύομεν. εἰ δέ γε πατὴρ, ἢ καί τις τῶν ἀνιόν-

monium perhibuit, meliores eos factos, et quietem eorum in futurum tempus spopondit) ad sacram hanc legem nostram venimus, qua sancimus, ut Samaritis in posterum testamenta scribere, ipsisque de bonis suis disponere liceat, quemadmodum ceterae leges permittunt. Hac vero lege decernimus, ut, si qui sine testamento moriantur, ex his, qui ab intestato vocantur, illis ad imitationem aliorum hominum succedant, exceptis iis, quae nos hac lege mutabimus. Atque donationes illis scribere permittimus, legataque dare et accipere, atque tales contractus cum omni licentia celebrare. Quum enim dederimus illis, ut testentur et de omni substantia disponant, quomodo in particulari dispositione difficiles erimus?

Cap. II.

Non tamen eodem loco Christianos successores et Samaritas habemus, sed maius privilegium illis, qui meliora sequuntur, concedimus. Quare si quis eorum sine testamento decedens etiam liberos, qui de recto sentiunt, relinquat, illi solum ad hereditatem eius vocabuntur, qui rectam Christianorum fidem profitentur, exclusis reliquis, qui eodem cum defuncto errore tenentur. Haec autem non de liberis solum, sed et aliis cognatis dicimus, cuiuscunque sint lineae, ut illi, qui recta sequuntur, prae illis, qui similia non sectantur, praerogativam habeant, ita tamen, si omnes, qui vocantur, eiusdem gradus sint, vel unum ad hereditatem ordinem habeant. Neque enim illis, qui remotiore gradu sunt, et a proximioribus excluduntur, etsi meliora sectentur, praerogativam et privilegium prae propinquioribus damus.

Cap. III.

Non tamen hac in re poenitentiam auferimus exclusis. Si enim postea ad rectam Christianorum fidem redire velint, qui propter hoc ab hereditate exclusi sunt, portiones suas accipient, atque ita ad hereditatem vocabuntur, quasi ab initio rectae huius religionis fuissent, medii tantum temporis fructibus privati. Quodsi quis illorum etiam testamentum scripserit, valere quidem illud, quantum ad religionem, iubemus, si vero et pater, vel alius quis ascendentium, vel etiam descendentium sit, qui testamenta scribit, si quidem omnes, qui ad hereditatem vocantur, in eodem cum illo

Sergii sanctissimi Caesariensium metropolis episcopi instis petitionibus, quas pro eis fecit [4]), (testimonium quidem perhibentis meliores eos factos, quietem vero eorum futuro tempore promittentis), ad praesentem sacram nostram venimus legem, per quam sancimus, licentiam esse Samaritis iam scribere testamenta, et suas proprias dispensare substantias, sicut et aliae praebent leges. Et per praesentem nos decernimus, et sine testamentis morientes ab intestato vocatos secundum imitationem aliorum hominum heredes habere eos, praeter ea, quae per praesentem nostram transponemus [5]) legem. Sed et donationes eis permittimus scribere, et legata dare et accipere, et huiusmodi contractus facere cum omni licentia. Qui enim testari dedimus eis et omnem dispensare substantiam, quomodo de particulari dispensatione negabimus?

Cap. II. Sed tamen non eundem reddimus ordinem et Christianis successoribus et Samaritis, iterum vero et merito meliora sectantibus privilegium praestamus. Unde si quis eorum sine testamentis moriatur, et filios ad deum discretos reliquerit, soli vocabuntur ad huiusmodi hereditatem, qui rectam Christianorum allegant fidem, aliis exclusis, quicunque ipso detinentur, quo defunctus, errore. Haec autem dicimus non super filiis solis, sed etiam aliis cognatis, ex quacunque sint linea, ut recta sectantes illis, qui non proxima colunt praeponantur, tamen si eundem qui vocantur omnes gradum accipiant, aut unam ad hereditatem habeant vocationem. Non enim his, qui ex longiore gradu sunt, et a vicinioribus excluduntur, licet meliora sectantibus, proximorum damus praelationem aut privilegium.

Cap. III. Nec tamen poenitentiae locum in causa exclusis auferimus et [6]) ex hoc. Nam si voluerint et postea ad rectam fidem Christianorum reverti, qui pro hoc hereditate exclusi sunt, suas recipient portiones, ita vocandi ad hereditatem, tanquam si [ab initio [7])] rectae huius religionis exstitissent, solis fraudati medii temporis fructibus. Si vero et testamenta scripserit aliquis eorum, valere quidem ea, quantum ad religionem, iubemus. Si autem pater, aut etiam aliquis descendentium [aut etiam ascendentium [8])] sit, qui testamenta con-

---

[1]) *Meerm. III., Zuich., Vulg.*; ὥστέ τε *Scrimg.* — [2]) *πάλιν legisse videtur Vet. Int.* — [3]) *ἢ non habuit Vet. Int. et molestum est.* — [4]) *Bk.*; facit *Cont.* — [5]) *Bk. ed. ster.*; transponimus *Cont.* — [6]) et *om. Bk.* — [7]) *Bk.*; ab initio *om. Cont.* — [8]) *Annotat Cont. in marg. verba* aut etiam ascendentium, *quae uncis inclusit, non esse in ms. Rectius ita locum sec. Graec. emendasset:* Si autem pater aut etiam aliquis ascendentium alius aut etiam descendentium etc.

ἀνιόντων ἕτερος, ἢ καὶ τῶν κατιόντων ὁ τὰς διαθήκας γράψων ὑπάρχοι, εἰ μὲν πάντες ἐφεξῆς οἱ πρὸς τὸν κλῆρον καλούμενοι τῆς αὐτῆς αὐτῷ πλάνης ὑπάρχοιεν, διοικήσει τὰ περὶ τῆς οὐσίας, ὡς ἂν ἐψηλήσοι, εἰ δέ γε τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ βαθμοῦ καλουμένων τινὲς τῆς αὐτῆς τῷ παιρὶ πλάνης ὑπάρχοιεν, τούτοις οὐ περαιτέρω καταλείψει τῶν δύο τῆς περιουσίας οὐγκιῶν, τοῦ λειπομένου πρὸς τοὺς τὰ ὀρθὰ θρησκεύοντας ἀγομένου, πλὴν εἰ μή τις τυχὸν Χριστιανοῖς ἐξ αὐτῶν καταλείψει πρεσβεῖα. φυλαττομένου κἀνταῦθα τοῖς μεταμελεῖσθαι βουλομένοις, τοῦ δύνασθαι τῆς ἰσότητος ἀπολαύειν πρὸς τοὺς ἐξ ἀρχῆς Χριστιανούς, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου φθάσαντες διωρίσαμεν. Πρὸς ταύτην δὲ τὴν τάξιν τε καὶ τὴν μοῖραν καὶ de inofficioso δίδομεν ἀνιοῦσί τε καὶ κατιοῦσι τοῖς τὰ ὀρθὰ θρησκεύουσι δόγματα, καὶ ἴσως ἀδικηθεῖσι κατὰ τὰς γενομένας ἐπὶ ταῖς διαθήκαις τῶν πραγμάτων διανομάς.

illo errore sint, de substantia prout voluerit disponat; si vero quidam ex illis, qui eodem gradu vocantur, in eodem cum patre errore sint, his ultra duas uncias substantiae non relinquet, reliquum autem ad eos, qui recta sequuntur, deferatur, nisi quis forte ex iis legata Christianis relinquat. Illis autem, qui poenitere volunt, etiam hic servetur, ut aequalitate cum illis, qui ab initio Christiani fuerunt, frui possint, quemadmodum de iis, qui ab intestato vocantur, antea definivimus. Praeter hunc vero ordinem et partem querelam etiam inofficiosi ascendentibus et descendentibus concedimus, qui recta dogmata sectantur, et factis in testamentis rerum distributionibus forte laesi sunt.

Κεφ. δ'.

Δίδομεν δὲ αὐτοῖς καὶ δωρεὰς διδόναι τε καὶ πρεσβεῖα καταλιμπάνειν, ἐλευθερίαις τε οἰκείας τιμᾶν, συναλλάττειν τε καὶ πρὸς ἀλλήλους, οὐδὲν τοῦ πρώην παρ' ἡμῶν τεθειμένου κωλύοντος νόμου. τὸν γὰρ ἡμέτερον φίσκον καὶ πασαν ἄλλην τοῦ δημοσίου μοῖραν ἀποκλείομεν παντελῶς, οὐδεμίαν ἐξ ἐκείνου τοῦ νόμου πρὸς τοὺς αὐτῶν κλήρους, ἢ τὰς αὐτῶν οὐσίας, ἢ τὰ συμβόλαια μετουσίαν ἔχειν δυνάμενον. Ταῦτα δὲ φαμὲν οὐκ ἐπὶ τοῖς μέλλουσι μόνον, ἀλλὰ γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τῷ φθάσαντι, ὡστε μηδὲ ὑπὲρ τῶν τηνικαῦτα γεγονότων ἢ τὸν ἡμέτερον φίσκον, ἢ ἕτερον τῶν πάντων τινὰ τὰς οὐσίας πολυπραγμονεῖν τὰς αὐτῶν. οἱ γὰρ τὰ μέλλοντα φιλανθρωπευσάμενοι, πῶς ἂν περὶ τῶν παρελθόντων ἀκριβολογησαίμεθα; ὥστε αὐτοὺς τῆς παρούσης ἡμῶν ἡξιωμένους φιλανθρωπίας χάριτας ὁμολογεῖν θεῷ τε καὶ ἡμῖν, καὶ Σεργίῳ γε μὴν τῷ ὁσιωτάτῳ, τῷ πρὸς ταύτην ἡμᾶς ὡς μάλιστα τὴν περὶ αὐτοὺς ἐκκαλεσαμένῳ φιλανθρωπίαν.

Cap. IV.

Atque etiam concedimus illis, ut donationes faciant, et legata relinquant, et servos libertate honorent, inter se quoque contrahant, nihil obstante lata a nobis antea lege. Fiscum enim nostrum, et omnem aliam reipublicae partem omnino excludimus, neque ex illa lege cum eorum hereditatibus, vel substantiis eorum, vel contractibus quidquam commune habeant. Haec vero non de futuris solum, sed etiam de praeterito dicimus, ut neque propter ea, quae iam facta sunt, aut fiscus noster, aut alius quilibet in substantias eorum inquirat. Quum enim in futuris humanissimus, quomodo in praeterita cum rigore inquiremus? Quare illi hac nostra humanitate digni habiti deo, et nobis, et sanctissimo Sergio gratias agant, qui potissimum nos ad hanc erga illos humanitatem excitavit.

Ἐπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ ἐνδοξότης τὴν παρ' ἡμῶν εἰς αὐτοὺς ἐπιδεδειγμένην φιλανθρωπίαν διὰ τοῦ παρόντος ἡμῶν νόμου γινώσκουσα δῆλα ταῖς ἐπαρχίαις διὰ τῶν συνειθισμένων ἐδίκτων τὰ νῦν ἡμῖν παρασταντα ποιήσει, ὥστε διηνεκοῦς ταύτης αὐτοὺς ἀπολαῦσαι τῆς βοηθείας. Dat. XVII. Kal. Iul. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XXV., post Basilii V. C. Cons. ann. X. [551.] ΔΙΑ-

Epilogus.

Tua igitur gloria ex hac nostra lege declaratam a nobis erga illos humanitatem intelliges, quae nobis nunc placuerunt provinciis per consueta edicta manifesta faciet, ut illi auxilio hoc in perpetuum fruantur.

No-

conscribit, si quidem omnes [deinceps ad hereditatem vocati eiusdem cum eo erroris sint, disponat de substantia, prout voluerit; si autem quidam [1])] ex ordine, qui ad hereditatem vocantur, eiusdem, quo pater, erroris sint, his non relinquat ultra duas substantiae uncias, reliquis ad eos, qui recte colunt, deferendis, tamen nisi aliquis forte Christianis ex ipsis reliquerit legata. Servando [2]) etiam hic poenitendi loco volentibus, ut possint aequalitate frui cum eis, qui ab initio Christiani fuerint, sicut ab intestato decrevimus. Ad hunc itaque ordinem et partem et de inofficioso damus ascendentibus et descendentibus [3]) recta sectantibus dogmata, et forte laesis per celebratas in testamentis rerum divisiones.

Cap. IV. Concedimus autem eis et donationes dare et accipere, et legata relinquere, et libertatibus servos honorare, contrahere quoque ad invicem, nihil ea, quae a nobis pridem posita est, prohibente lege. Nostrum enim fiscum et aliam omnem publici partem excludimus omnino, nullum ex illa lege ad eorum hereditates eorumque substantias aut documenta participium habere valentibus. Haec autem dicimus non in futuris solum, sed etiam in praeteritis, ut neque pro his, quae tunc facta sunt, aut noster fiscus, aut alter omnium substantias perscrutetur eorum. Qui enim in futuris clementiam dedimus, quomodo de praeteritis subtilem tractatum haberemus? ut omni modo praesentem nostram clementiam promerentes gratias deo profiteantur et nobis et Sergio sanctissimo, ad hanc nos quam maxime circa eos provocanti clementiam.

Epilogus. Tua igitur gloria nostram in eis declaratam humanitatem per praesentem nostram legem cognoscens, manifesta per provincias solemnibus edictis quae nunc nobis placuerunt faciat, ut perpetuo hoc ipsi fruantur auxilio. Dat. XVII. Kal. Iul. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. A. anno XXV., post Basilii V. C. cons. anno X. [551.]

Const. CXIX.

[1]) omnes ex ordine qui *Cont.* (*om. rell.*); *quae uncis inclusa sunt addidit Bk.* — [2]) *Bk. ed. ster.* servanda *Cont.* — [3]) *Bk.*; desc. et *Cont.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρλ'.[a])

Περὶ παρόδου στρατιωτῶν.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Πέτρῳ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων.

Προοίμιον.

Πρώτην καὶ μεγίστην ἡγούμεθα σύστασιν εἶναι τῆς ἡμετέρας πολιτείας τὸ καὶ [1]) *ἀμέμπτως τὸ ἡμέτερον στράτευμα ἐν ταῖς παρόδοις ἀποτρέφεσθαι, καὶ τὸ ἀβλαβὲς καὶ ἀζήμιον τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι φυλάττεσθαι.*

Κεφ. α'.

Κελεύομεν τοίνυν, ὁσάκις πάροδος γένηται τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων τε καὶ στρατευμάτων, delegatoras συνιέναι αὐτοῖς τοὺς τὴν φροντίδα ποιουμένους τῆς αὐτῶν ἀποτροφῆς, τοὺς δὲ ἑκάστης ἐπαρχίας ἄρχοντας, δι' ὧν πάροδος γίνεται, ἑτοιμασίαν ποιεῖσθαι τῶν ὀφειλομένων γίνεσθαι δαπανημάτων, ὥστε τοὺς τοῦ ἡμετέρου στρατεύματος ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ παριόντας [2]) *ἀμέμπτως ἀποτρέφεσθαι. καὶ τοὺς μὲν ἑκάστου τάγματος ὀπτίονας ὑποδέχεσθαι τὰ εἴδη δίχα τινὸς διαστροφῆς, καὶ δογεύειν τοῖς ἐξάρχοις καὶ τοῖς στρατιώταις τὰς ἐν εἴδει χορηγουμένας ἀννόνας, ἔχειν δὲ τοὺς αὐτοὺς ὀπτίονας καὶ τὴν ἀφωρισμένην αὐτοῖς προφάσει παραμυθίας πεντεκαιδεκάτην μοῖραν. τὰ δὲ ἐξ ἔθους recanta γίνεσθαι παρὰ τῶν ὀπτίονων τοῖς ὑποτελέσιν ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτῶν δαπανωμένων, κινδύνῳ τῶν σὺν αὐτοῖς ὄντων ἐξάρχων, καὶ τριβούνων, καὶ κομήτων, καὶ διασωσιῶν, καὶ delegatorων, καὶ τῶν ἑκάστου τάνματος πρωτευόντων. καὶ κατὰ μηδένα τρόπον δωρεὰν ἀναλίσκειν τοὺς στρατιώτας παρὰ τῶν συντελεσιῶν, εἴτε προφάσει τοῦ μὴ γίνεσθαι, ὡς εἰκός, ἑτοιμασίαν, εἴτε introitων ὀνόματι. ὧν καὶ αὐτὴν τὴν προσηγορίαν παντελῶς ἀναιροῦμεν, ἐφ' ᾧ παντα χόθεν ἀβλαβεῖς καὶ ἀζημίους φυλάττεσθαι τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς.*

Κεφ. β'.

Τὰ δὲ εἴδη τὰ εὑρισκόμενα ἐν ἑκάστῳ τόπῳ αὐτὰ λαμβάνειν τοὺς στρατιώτας, καὶ μὴ ἕτερα ἐπιζητεῖν, ἅπερ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ οὐχ εὑρίσκεται, καὶ ἐκ τούτου διαστροφὴν ἢ ζημίαν ἐπαγαγεῖν τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι. Κεφ. γ'.

Novella CXXX.

DE TRANSITU MILITUM.

Idem Imperator Petro, gloriosissimo Praefecto sacro Praetorio.

Praefatio.

Primum et maximum reipublicae nostrae statum esse arbitramur, si exercitus noster in transitu sine querela alatur, et subditi nostri illaesi indemnesque serventur.

Cap. I.

Iubemus igitur, ut, quoties transitus fit nostrorum ducum et exercituum, delegatores comitentur eos, qui alimenta iis procurent, praesides vero cuiusque provinciae, per quam transitus fit, efficiant, ut expensae, quae fieri debent, in promtu sint, quo qui ex exercitu nostro per unamquamque provinciam transitum faciunt sine querela alantur. Et cuiusque legionis quidem optiones sine ulla iniquitate species suscipiant, et in exarchos atque milites annonas in specie subministratas erogent, habeant autem et ipsi optiones emolumenti nomine determinatam ipsis decimam quintam partem. Solita vero recauta accipiant ab optionibus collatores pro expensis factis, periculo ducum, qui cum ipsis sunt, et tribunorum, et comitum, et diasostarum, et delegatorum, et uniuscuiusque legionis praefectorum. Neque ullo modo milites apud collatores gratis sumtus faciant, sive hoc praetextu, quod praeparatio forte facta non sit, sive introituum nomine, quorum et appellationem prorsus tollimus, ut undique illaesi et indemnes subditi nostri serventur.

Cap. II.

Species vero ipsas, quae in unoquoque loco reperiuntur, milites accipiant, nec alias requirant, quae in provincia illa non reperiuntur, nec iniquitatem, vel damnum subditis nostris exinde inferant.

Cap. III.

Const. CXIX.

QUOMODO OPORTEAT MILITES TRANSITUM IN CIVITATIBUS FACERE, ET DE INTROITU.

Idem Augustus Petro, Praetoriorum Praefecto.

Praefatio. Primum et maximum arbitramur statum esse nostrae reipublicae, ut inculpabiliter noster exercitus in itineribus conversetur, et innoxietas atque indemnitas nostris collatoribus custodiatur.

Cap. I. Iubemus igitur, quoties transitus fit nostrorum iudicum et exercituum, delegatores simul esse cum eis, qui curam habeant eorum alimenti, et singularum provinciarum iudices, per quas transitus fit, praeparationem facere expensarum, ut nostri exercitus in unamquamque provinciam ascendentes inculpabiliter conversentur; et uniuscuiusque numeri optiones suscipere species sine qualibet tergiversatione, et erogare magistris militum et militibus in specie praebitas annonas, habere autem eosdem optiones deputatam ipsis occasione emolumenti quintam decimam portionem; ex consuetudine autem et recanta fieri ab optionibus collatoribus pro his, quae ab his expenduntur, periculo eorum, qui cum eis sunt, iudicum, et tribunorum, et comitum et diasostarum, et delegatorum, et uniuscuiusque numeri primatum; et nullo modo gratis expendere milites a collatoribus aut occasione non factae forsan praeparationis, aut introitorum nomine, quorum etiam ipsum vocabulum omnino perimimus, ut undique illaesi et indemnes custodiantur nostri subiecti.

Cap. II. Species autem, quae inveniuntur in unoquoque loco, ipsas [3]) accipere milites, et non alias quaerere, quae in ipsa regione non inveniuntur, et propter hoc tergiversationem aut damnum inferre [4]) nostris collatoribus.

Cap. III.

---

[a]) *Hal.* (*Nov.* 129.) *et Scrimg.* — *Athan. XX.* 2. (*Heimb. Anecd. I. p.* 174 *sq.*) *et Parat.* §. 22. *Athan. tit. IV.* (*ibid. I. p.* 70.) — *Iulian. Const.* 123. — *Versionem antiquam, non glossatam, ex ms. primus edidit Cont.* (1571.)

[1]) καὶ *om. Hal., Vulg.* — [2]) ὥστε τοῦ ἡμ.—παριόντος *Hal.* — [3]) *Bk.*; ipsos *Cont.* — [4]) *Bk. ed. ster.*; inferri *Cont*

Κεφ. γ'.

Τὴν δὲ γινομένην παρὰ τῶν κτητόρων δαπάνην καὶ δηλουμένην διὰ τῶν recautum κελεύομεν λογίζεσθαι αὐτοῖς παρὰ τοῦ ὑρόνου τῆς σῆς ὑπεροχῆς, χωρὶς τῆς οἱασοῦν διαστροφῆς ἢ ζημίας ἢ ἐπινοίας, εἰς τὴν συντέλειαν τὴν παρ' αὐτῶν τῷ δημοσίῳ δι-δομένην ὑπὲρ τῆς ἐπινεμήσεως ἐκείνης, καθ' ἣν ἡ δαπάνη γίνεται. Εἰ δὲ πλείονα τῶν συντελουμένων παρὰ τῶν δεδωκότων τὰ εἴδη εὑρεθῇ τὰ ἀναλισκόμενα, κελεύομεν ἐκ τοῦ παντὸς σώματος τῶν δημοσίων τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας πληροῦσθαι τοὺς ὑπὲρ τὴν ἰδίαν συντέλειαν δαπανήσαντας. Εἰ δὲ μὴ ἔχει ἡ αὐτὴ ἐπαρχία δημόσια ἀρκοῦντα εἰς τὴν γινομένην δαπάνην, πληροῦσθαι τοὺς τὴν αὐτὴν δαπάνην ποιησαμένους ἐκ τῆς γενικῆς τραπέζης, τῆς διοικουμένης παρὰ τῆς σῆς ἐνδοξότητος, ἤγουν παρακρατεῖν αὐτοὺς ταῦτα ἐκ τῶν παρ' αὐτῶν [1]) συντελουμένων κατὰ τὴν ἑξῆς ἐπινέμησιν, καὶ ταῦτα λογίζεσθαι αὐτοῖς ἐκ τρόπου παντὸς διὰ τῶν τὰ δημόσια ἀνυόντων. Τούτων ἁπάντων προϊόντων τε καὶ παραφυλατομένων κινδύνῳ τῆς τε σῆς ἐνδοξότητος, καὶ τῶν ἑκάστης ἐπαρχίας τραχτευτῶν, καὶ ἀρχόντων, καὶ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων, καὶ ἐκλητόρων, καὶ πολιτευομένων, καὶ πάντων τῶν τὰ δημόσια χειριζόντων.

Κεφ. δ'.

Καὶ τοῦτο δὲ κελεύομεν παραφυλάττεσθαι, ὥστε μηδένα τῶν ἐξάρχων ἢ τῶν στρατιωτῶν προφάσει παρόδου ἢ ἀπὸ τῶν πόλεων ἢ χωρίων ἐν ἀπαργυρισμῷ τι λαμβάνειν. Εἰ δὲ εὑρεθείη τις ὑπὲρ παρόδου ἐν ἀπαργυρισμῷ λαμβάνων, κελεύομεν τὸν τοιοῦτό τι πράττοντα ἀπαιτεῖσθαι διπλάσιον πᾶν, ὅπερ λαβεῖν ὑπὲρ τούτου τολμήσει.

Κεφ. ε'.

Εἰ δέ τινες τῶν ἡμετέρων ἐξάρχων, ἢ τῶν στρατευμάτων [2]), ἢ τῶν ὁπτιόνων αὐτῶν μὴ recanta ποιήσουσι τῆς γενομένης παρ' αὐτῶν δαπάνης, κελεύομεν τοὺς τὴν δαπάνην χορηγήσαντας συντελεστὰς πρᾶξιν ὑπομνημάτων συνισιᾶν, εἰ μὲν εὑρεθῇ ὁ ἄρχων ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις, παρ' αὐτῷ καὶ τῷ ὁσιωτάτῳ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ, εἰ δὲ μὴ εὑρεθῇ ὁ ἄρχων ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις, παρὰ τῷ ὁσιωτάτῳ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ ἢ τῷ ἐκδίκῳ τῶν τόπων, ὑφ' οὓς ἡ κτῆσις διάκειται, ἐξ ἧς γέγονεν ἡ δαπάνη, καὶ διὰ τῆς τοιαύτης πράξεως δῆλα ποιεῖν, τίνες τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων ἢ μετὰ ποίου στρατεύματος

Cap. III.

Expensam vero a possessoribus factam et per recanta declaratam iubemus imputari iis a throno excellentiae tuae, sine ulla iniquitate aut damno aut fraude, in tributa, quae ab ipsis fisco praebentur per eam indictionem, in qua expensa fit. Si vero plura erogata inveniantur, quam erant ab iis conferenda, qui species dederunt, iubemus, ut ex toto corpore fiscalium eiusdem provinciae iis satisfiat, qui ultra tributa sua expenderunt. Si vero illa ipsa provincia non habeat fiscum, qui ad expensam factam sufficiat, illis, qui eam expensam fecerunt, ex generali mensa satisfiat, quae a gloria tua administratur, vel ipsi ex iis, quae ab ipsis sequenti indictione conferenda sunt, illa retineant, iisque omni modo ab iis imputentur, qui fiscalia exigunt. Atque haec omnia procedant atque observentur periculo gloriae tuae, et cuiusque provinciae tractatorum, et praesidum, et officiorum illis parentium, et susceptorum, et curialium, omniumque illorum, qui fiscalia tractant.

Cap. IV.

Hoc quoque observari iubemus, ut nemo ducum aut militum praetextu transitus vel a civitatibus vel praediis in pecunia numerata aliquid accipiat. Si quis vero inveniatur, qui pro transitu in pecunia numerata quidquam accipiat, iubemus, ut ab illo, qui id fecit, duplum eius, quod eo nomine accipere ausus est, exigatur.

Cap. V.

Si vero qui ex ducibus nostris, aut aliqui ex exercitibus, aut ex optionibus eorum recauta factarum ab illis expensarum non fecerint, iubemus, ut collatores, qui expensas administrarunt, gesta conficiant, si quidem praeses in illis locis reperiatur, apud ipsum et sanctissimum urbis episcopum, sin vero praeses in illis locis non inveniatur, apud sanctissimum urbis episcopum, vel defensorem locorum, sub quibus possessio sita est, ex qua expensae factae sunt, et per eiusmodi acta palam faciant, quinam ex ducibus nostris vel quo cum exercitu transitum facientes recauta non fecerint, quantamque summam expenderint. Atque

Cap. III. Eam vero, quae fit a nostris possessoribus, expensam, et declaratur per recanta, iubemus reputari eis a sede tuae celsitudinis, sine qualibet tergiversatione aut damno aut iniunctione, in collationem eam, quam ab eis fiscus capit pro indictione illa, in qua expensa fit. Si vero amplius, quam professiones [3]) sunt, ab his, qui dant species, inveniantur expensae, iubemus, ex omni corpore fiscalium eiusdem provinciae compleri eos, qui ultra functiones suas exhibuerunt. Si vero non habeat ipsa provincia fiscalia [4]) sufficientia ad expensam factam [5]), compleri eos, qui hanc expensam fecerunt, ex generali mensa, quae regitur a tua gloria, aut retinere haec eos ex his, quae ab iis inferenda sunt secundum sequentem indictionem, et haec reputari eis ex omni modo ab his, qui fiscalia exigunt. His omnibus admittendis et observandis periculo tuae gloriae, et singularum provinciarum tractatorum, et iudicum, et obsequentium eis officiorum, et susceptorum, et curialium, et omnium fiscalia tractantium.

Cap. IV. Hoc quoque iubemus servari, nullum iudicum aut militum occasione transitus aut a civitatibus, aut praediis in nummo [6]) aliquid accipere. Si autem inventus fuerit quis pro transitu in nummo [7]) accipere, iubemus tale aliquid agentem exigi duplum totum, quod accipere pro hoc praesumserit.

Cap. V. Si quis vero nostrorum iudicum, aut militum, aut optionum ipsorum non recanta fecerit factae ab iis expensae, iubemus, expensas facientes collatores gesta monumentorum conficere, siquidem inveniatur index in locis illis, apud enm et sanctissimum civitatis episcopum, si vero non inveniatur iudex in locis illis, apud sanctissimum civitatis episcopum, aut defensores [8]) locorum, sub quibus possessio iacet, ex qua facta est expensa, et per talia gesta palam facere, qui nostrorum iudicum, et cum quali exercitu transitum facientes non fecerunt recauta, et quantam quantitatem expenderunt, et talia gesta mitti ad tuam gloriam,

---

[1]) *Hal.*, *Vulg.*; αὐτοῦ *Scrimg.* — [2]) *Vet. Int.* habuisse videtur στρατιωτῶν. — [3]) „*al.* propriae functiones" *Cont. in marg.* — [4]) *Bk.*; fiscalia *om. Cont.* — [5]) *Bk.*; factum *Cont.* — [6]) *Bk. ed. ster.*; in minimo *Cont.* — [7]) *Bk. ed. ster.*; annonam *Cont.* — [8]) *Rectius* defensorem.

τος τὴν πάροδον ποιούμενοι οὐκ ἐποίησαν recanta, καὶ ποσὴν ποσότητα ἐδαπάνησαν, καὶ τὴν τοιαύτην πρᾶξιν πέμπεσθαι πρὸς τὴν σὴν ἐνδοξότητα, τὴν δὲ σὴν ὑπεροχήν, ὡσανεὶ recantων γενομένων, τοῖς μὲν ὑποτελέσι παρέχειν ἢ καὶ λογίζεσθαι τὴν παρ' αὐτῶν γενομένην δαπάνην, καθάπερ ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, παραχρατεῖν δὲ αὐτὴν τὴν ποσότητα τὴν διὰ τῆς πράξεως δηλουμένην ἐκ τῶν δελεγατευομένων ἀπὸ τοῦ δημοσίου τοῖς ἐξάρχοις καὶ τοῖς στρατιώταις τοῖς τὴν δαπάνην ποιησαμένοις.

Atque acta illa ad gloriam tuam mittantur, excellentia autem tua, tanquam recautis factis, subditis quidem praebeat vel etiam imputet expensam ab illis factam, sicut supra diximus, quantitatem vero actis declaratam ex illis retineat, quae a fisco exarchis et militibus, qui expensam fecerunt, delegata sunt.

Κεφ. ϛ'.

Πρὸς τούτοις κελεύομεν, τοὺς ἡμετέρους ἐξάρχους εἴτε καὶ τοὺς διασώζοντας τὸ στράτευμα καὶ delegatoras ἐν ταῖς παρόδοις προπέμπειν εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἐν ᾧ μέλλει τὸ ἡμέτερον στράτευμα καταντᾶν, καὶ ἑτοιμασίαν ποιεῖν τῶν δαπανημάτων, καὶ μὴ πέμπειν εἰς ἑτέρας πόλεις, ἢ κτήσεις, ἢ χωρία, ὡς δὴ ὀφειλόντων τῶν τοῦ στρατεύματος ἐκεῖσε μεῖναι, καὶ ἐκ τούτου ἀργυρολογεῖν τὰς κτήσεις καὶ τὰ χωρία. εἰ δέ λαβεῖν τι ὑπὲρ τούτου τολμήσουσι [1]), κελεύομεν, καὶ οὕτω μὲν τὴν εἰρημένην πρᾶξιν γίνεσθαι, δηλοῦσαν τό τε δοθὲν καὶ τίνι δέδοται, λογίζεσθαι δὲ τοῖς ζημιωθεῖσι παρὰ τῆς σῆς ἐνδοξότητος, ἢ παρέχεσθαι κατὰ τὸν ἀνωτέρω ἡμῖν εἰρημένον τρόπον πάντα, ὅσα διὰ τῆς τοιαύτης πράξεως δηλωθείη, τοὺς δὲ ἐξάρχους καὶ τοὺς ὑπωσοῦν διασώζοντας τὸ ἡμέτερον στράτευμα, καὶ τοὺς delegatorας ἐν διπλασίονι ποσότητι δοῦναι, ἅπερ λαβεῖν τολμήσουσιν ὑπὲρ τούτου, τοὺς δὲ προμετάιωρας καὶ τιμωρίας καὶ ἐξορίαν ὑπομένειν.

Cap. VI.

Ad haec iubemus, ut exarchi nostri, vel etiam illi, qui exercitum deducunt et delegatores, quando transitus fiunt, ante mittant ad illum locum, in quem exercitus noster venturus est, et expensas praeparent, neque ad alias urbes aut possessiones aut praedia mittant, quasi exercitus ibi manere debeat, atque exinde pecunias exigere a possessionibus et praediis. Si quid autem eo nomine accipere audebunt, iubemus, ut etiam sic dicta acta conficiantur, quae declarent, quid datum, et cui datum sit, omnia autem a gloria tua laesis imputentur vel praebeantur secundum supra dictum a nobis modum, quae per acta illa declarantur, duces vero, omnesque, qui exercitum nostrum deducunt, et delegatores duplum eius reddant, quod pro eo accipere ausi fuerint, prometatores vero supplicium et exsilium sustineant.

Κεφ. ζ.

Εἰ δέ τινες τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν συνδυαζόμενοι [2]) πολλάκις τοῖς διασώζουσι τὸ ἡμέτερον στράτευμα μὴ ἑτοιμάσωσι τὰς δαπάνας, καὶ ἐκ τούτου εἰς διαφόρους πόλεις τε καὶ χωρία τούτους παραγάγωσι, κελεύομεν, τοὺς τοιούτους τῆς ἀρχῆς παυομένους δημεύσει καὶ ἐξορίᾳ μετὰ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων ὑποβάλλεσθαι, τοὺς δὲ ἡμετέρους ὑποτελεῖς καὶ οὕτως ἀζημίους φυλάττεσθαι ἢ ἐκ τῆς τῶν recantων δόσεως, ἢ ἐκ τῆς κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον ὀφειλούσης γίνεσθαι πράξεως.

Cap. VII.

Si vero qui ex praesidibus provinciarum colludentes fortasse cum iis, qui exercitum nostrum deducunt, non praeparaverint expensas, atque ita eos per diversas civitates et praedia ducant, iubemus, ut illi magistratu moti, publicationi et exsilio cum cohortibus, quae illis parent, subiiciantur, subditi vero nostri vel ex recautis datis, vel ex actis, quae dicto modo debent fieri, etiam sic indemnes serventur.

Κεφ. η'.

Ταῦτα δὲ φυλάττεσθαι παρακελευόμεθα οὐ μόνον ἐν ταῖς παρόδοις τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων καὶ στρατιωτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐξ οἱουδήποτε ἔθνους εἰς συμμαχίαν τῆς ἡμετέρας πολιτείας παρ' ἡμῶν πεμπομένων.

Cap. VIII.

Haec autem servari iubemus non solum in transitu ducum nostrorum et militum, sed et ceterorum, qui ex qualibet gente a nobis auxilio reipublicae nostrae a nobis mittuntur.

Κεφ. θ'.

Cap. IX.

---

[1]) εἰ δὲ λαβεῖν τις ὑπὲρ τούτου τι τολμήσοι *Hal.* — [2]) συνδοιαζόμενοι *Hal.* — [3]) *Bk. ed. ster.;* est *om. Cont.* — [4]) *Melius* principibus *ut in sequenti cap.* — [5]) *Bk.;* deleg. et *Cont.* — [6]) *Bk. ed. ster.* a *om. Cont.*

gloriam, tuam vero celsitudinem, utpote recantis factis, collatoribus quidem praebere aut etiam reputare quae ab eis facta est [3]) expensa, sicuti superius diximus, retinere autem hanc quantitatem, quae ex gestis declaratur, ex his, quae delegata sunt de fisco principalibus [4]) militiae, et militibus, qui expensam fecerunt.

Cap. VI. Ad haec iubemus, principes militiae nostros, sive eos, qui deducunt exercitum, et delegatores in transitibus praemittere ad illum locum, in quo futurus est noster exercitus applicare, et praeparationem facere expensarum, et non mittere ad alias civitates, aut possessiones, aut praedia, quasi debeat exercitus ibi manere, et ex hoc pecunias accipere de possessionibus et villis. Si autem accipere aliquid pro hoc praesumserint, iubemus, etiam sic quidem gesta fieri, significantia et unde, et cui datum est, et reputari damnificatis a tua gloria aut praeberi secundum praedictum modum omnia, quae ex talibus gestis significantur, principes autem militiae, et quocunque modo diasostas nostri exercitus, et delegatores [5]) in duplici quantitate dare, quae accipere praesumserint, prometatores vero etiam supplicium et exsilium sustinere.

Cap. VII. Si qui vero indicum provinciarum, colludentes forte cum diasostis nostri exercitus, non praeparaverint expensas, et ex hoc per diversas civitates et villas eos perducant, iubemus, eos cingulo remotos confixationi et exsilio cum obedientibus eis officiis subdi, nostros autem collatores et ita indemnes servari ex recautorum datione, aut ex gestis, quae secundum praedictum modum debent fieri.

Cap. VIII. Haec autem ipsa servari praecipimus non solum in transitibus nostrorum indicum et militum, sed etiam aliorum, qui ex qualibet gente in auxilium nostrae reipublicae a [6]) nobis mittuntur.

Cap. IX.

Κεφ. θ'.

[*Ὥστε μὴ* [1]) *προφάσει τῆς τῶν μετάτων δόσεως ἐνυβρίζεσθαι τὴν τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἐλευθερίαν* [2]).] *Θεσπίζομεν, δέ μηδενὶ ἐξεῖναι παντελῶς τῶν ἡμετέρων στρατιωτῶν εἰς τὰς αὐθεντικὰς οἰκήσεις, ἐν αἷς οἱ δεσπόται τῶν οἰκημάτων εὑρεθεῖεν μένοντες, λαμβάνειν ἑαυτοῖς μετάτα, ἀλλ' ἐκείνας μὲν ἀνενοχλήτους φυλάττεσθαι τοῖς ἰδίοις δεσπόταις, λαμβάνειν δὲ τοὺς στρατιώτας ἐν ἑτέραις διαίταις μετάτα.*

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασπάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦ παρόντος δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ἐνδοξότης ἔν τε τῇ βασιλίδι πόλει, καὶ τοῖς κατὰ τὸν τόπον ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις, τοῖς τε λαμπροτάτοις τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχουσι, καὶ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσιν ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ καὶ πολει δῆλα κατασησάτω, ὥστε εἰδέναι τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς τὰ παρ' ἡμῶν ὑπὲρ τῆς αὐτῶν ἀβλαβείας διατυπωθέντα, καὶ γινώσκειν, ὡς εἴπερ παρά ταῦτά τι πραχθείη, καὶ οἱ ἀδικούμενοι σιωπῇ τὸ πρᾶγμα παραδώσουσιν, αὐτοὶ τῆς τοιαύτης βλάβης ἑαυτοῖς αἴτιοι γενήσονται. Dat. Kal. Mart. Constantinop. imp. DN. Instiniani PP. Aug. ann. XVIII., post Basilii V. C. cons. ann. IV. Ind. VIII. [545.]

Cap. IX.

Verum ne occasione metatorum dationis libertas subditorum nostrorum iniuria officiatur, sancimus, ut nulli prorsus ex militibus nostris in ipsis illis habitationibus, in quibus domini domuum morari inveniuntur, metata sibi sumere liceat, sed illae quidem sine molestia dominis suis serventur, milites vero in aliis coenaculis metata accipiant.

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et hac lege declarata sunt, gloria tua et in regia hac urbe, et sanctissimis ubivis episcopis, et clarissimis provinciarum praesidibus omnibusque subditis nostris in unaquaque provincia et civitate palam faciat, ut subditi nostri quae a nobis ad ipsorum indemnitatem disposita sunt sciant, et cognoscant, si adversus haec aliquid agatur, et laesi rem tacuerint, ipsos sibi causam eiusmodi damni praebituros.

Cap. IX. Ut autem non occasione metatorum dationis [3]) iniurietur nostrorum collatorum libertas, iubemus, nulli penitus licere nostrorum militum in authenticas habitationes, in quibus domini domuum inveniuntur manentes, accipere sibi metata, sed illas quidem sine molestia servare propriis dominis, accipere autem milites in aliis diaetis metata.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per praesentem declarata sunt legem, tua gloria in regia civitate, et per loca sanctissimis episcopis, clarissimisque iudicibus, et omnibus nostris subiectis in unaquaque provincia et civitate palam faciet, ut sciant nostri subiecti, quae a nobis pro eorum indemnitate disposita sunt, et agnoscant, quia, si contra haec aliquid agatur, et qui laeduntur taciturnitati causam tradiderint, ipsi huiusmodi laesionis sibi auctores fient. Dat. Kal. Mart. Constant. imp. DN. Instiniani PP. Aug. anno XVIII., post cons. Basilii V. C. anno IV., Ind. VIII. Proposita in civitate Constantinopolitana. [545.]

[1]) *μηδὲ Hal.* — [2]) *Verba Ὥστε — ἐλευθερίαν admodum suspecta sunt et facile crediderim ea rubricam esse huius capitis, a graeco quodam homine adscripta, ut argumentum capitis indicaret. Quod si non placet, ita reconcinnanda est oratio: Ὥστε μὴ (μηδὲ) — ἐλευθερίαν, θεσπίζομεν μηδενὶ etc., id quod tacite fecit Bk.* — [3]) *Bk.*; damnationis *Bk.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρλα'. [a])

Περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων καὶ προνομίων τῶν εἰς τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας [1]).

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Πέτρῳ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων.

Προοίμιον.

Περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων καὶ προνομίων

Novella CXXXI.

DE ECCLESIASTICIS CANONIBUS ET PRIVILEGIIS SANCTISSIMIARUM ECCLESIARUM.

Idem Imperator Petro, gloriosissimo Praefecto Praetorio.

Praefatio.

De ecclesiasticis canonibus et privilegiis aliisque ca-

Gl. Const. CXX.

DE ECCLESIASTICIS TITULIS [ET PRIVILEGIIS, ALIISQUE CAPITULIS [2]).]

(Coll. IX. tit. 6.)

Imp. Iustinianus Aug. Petro, gloriosissimo Praefecto sacrorum Praetoriorum.

Praefatio. De regulis ecclesiasticis, et privilegiis, aliisque capitulis ad sacrosanctas ecclesias et reliquas venerabiles domos pertinentibus praesentem proferimus legem. Cap. I.

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Athan. II.* 3. (*Heimb. Anecd. I. p.* 34 *sqq.*), *Parat.* §. 1. *Athan. tit. I.* (*ibid. I. p.* 25.), *Parat.* §. 3. *Athan. tit. III.* (*ibid. I. p.* 48.), *Parat.* §. 3 *Athan. tit. IX.* (*ibid. I. p.* 109) *et Coll. const. eccl. III.* 2. 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 1346 *sqq.*) — *Complura capita h. n. sunt in Coll.* 87. *capitul. cap.* 22 — 27. *cf. Biener l. c. p.* 588 *sq. p.* 171. — *Bas. V.* 3. 1—17. — *Iulian. Const.* 119. — *Versio est vetus glossata.*

[1]) *ὀρθόντων add. Hal.* — [2]) De ecclesiasticis titulis *Cod. Hamb.*; De ecclesiasticis titulis et privilegiis *Trid.*

μίων καὶ ἄλλων κεφαλαίων εἰς τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας καὶ τοὺς λοιποὺς σεβασμίους τόπους καὶ [1]) οἴκους ῥωμαίων τὸν παρόντα νόμον προφέρομεν.

Κεφ. α'. [a])

Θεσπίζομεν τοίνυν, τάξιν νόμων ἐπέχειν τοὺς ἁγίους ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων [2]) *συνόδων ἐκτεθέντας ἢ βεβαιωθέντας, τουτέστι τῆς ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη', καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἁγίων ρν' πατέρων, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης, ἐν ᾗ Νεστόριος κατεκρίθη, καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι, καθ' ἣν Εὐτύχης μετὰ Νεστορίου ἀνεθεματίσθη. τῶν γὰρ προειρημένων ἁγίων συνόδων καὶ* [3]) *τὰ δόγματα* [4]) *καθάπερ τὰς θείας γραφὰς δεχόμεθα, καὶ τοὺς κανόνας ὡς νόμους φυλάττομεν.*

Κεφ. β'. [b])

Καὶ διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, κατὰ τοὺς αὐτῶν ὅρους τὸν ἁγιώτατον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης πάππαν πρῶτον εἶναι πάντων τῶν ἱερέων, τὸν δὲ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως, τῆς νέας Ῥώμης, δευτέραν τάξιν ἐπέχειν μετὰ τὸν ἁγιώτατον ἀποστολικὸν θρόνον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, τῶν δὲ ἄλλων πάντων προτιμᾶσθαι.

Κεφ. γ'. [c])

Τὸν δὲ κατὰ καιρὸν μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον τῆς πρώτης Ἰουστινιανῆς τῆς ἡμετέρας πατρίδος ἔχειν αὐτὴ ὑπὸ τὴν οἰκείαν δικαιοδοσίαν τοὺς ἐπισκόπους τῶν ἐπαρχιῶν Δακίας μεσογειτῶν καὶ Δακίας ὀριπησίας, Τριβαλλέας [5]), *Δαρδανίας, καὶ Μυσίας τῆς ἀνωτέρας, καὶ Παννονίας, καὶ παρ' αὐτοῦ τούτους χειροτονεῖσθαι, αὐτὸν δὲ ὑπὸ τῆς οἰκείας συνόδου χειροτονεῖσθαι, καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς* [6]) *ὑποκειμέναις αὐτῷ ἐπαρχίαις τὸν τόπον ἐπέχειν αὐτὸν τοῦ ἀποστολικοῦ Ῥώμης θρόνου κατὰ τὰ ὁρισθέντα ἀπὸ τοῦ ἁγίου πάππα Βιγιλίου* [7]).

Κεφ. δ'.

capitibus, quae ad sanctissimas ecclesias ceteraque venerabilia loca et domus pertinent, hanc legem ferimus.

CAP. I.

Sancimus igitur, ut legum vicem obtineant sacri ecclesiastici canones, qui a sanctis quatuor synodis expositi vel confirmati sunt, hoc est a Nicaena trecentorum decem et octo, et Constantinopolitana centum quinquaginta sanctorum patrum, et Ephesina prima, in qua Nestorius condemnatus est, et Chalcedonensi, in qua Eutyches cum Nestorio anathemate percussus est. Praedictarum enim sacrarum synodorum et dogmata ut divinas scripturas suscipimus, et canones tanquam leges custodimus.

CAP. II.

Ac propterea sancimus, ut secundum earum regulas sanctissimus, veteris Romae, papa primus omnium sacerdotum sit, beatissimus vero archiepiscopus Constantinopolis, novae Romae, post sanctissimam apostolicam sedem veteris Romae secundum locum habeat, reliquis vero omnibus praeferatur.

CAP. III.

Beatissimus vero qui est archiepiscopus primae Justinianae, patriae nostrae, semper habeat sub iurisdictione sua episcopos provinciarum Daciae mediterraneae et Daciae ripensis, Triballeae, Dardaniae, et Mysiae superioris, et Pannoniae, atque hi ab eo creentur, ipse vero a propria synodo creetur, et in ipsis provinciis ei subiectis locum teneat sedis apostolicae romanae secundum ea, quae a sanctissimo papa Vigilio constituta sunt.

CAP. IV

CAP. I. Sancimus igitur, vicem legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quae a sanctis quatuor conciliis expositae sunt aut firmatae, hoc est in Nicaena trecentorum decem et octo, et in Constantinopolitana sanctorum centum quinquaginta patrum, et in Ephesina prima, in qua Nestorius est damnatus, et in Chalcedonia, in qua Eutyches cum Nestorio anathematizatus est. Praedictarum enim quatuor synodorum dogmata sicut sanctas scripturas accipimus, et regulas sicut leges observamus.

CAP. II. Ideoque sancimus, secundum earum definitiones sanctissimum senioris Romae papam primum esse omnium sacerdotum, beatissimum autem archiepiscopum Constantinopoleos, novae Romae, secundum habere locum post sanctam apostolicam senioris Romae sedem, aliis autem omnibus sedibus praeponatur.

CAP. III. Per tempus autem beatissimum archiepiscopum primae Iustinianae, nostrae patriae, habere [8]) semper sub sua iurisdictione episcopos provinciarum Daciae mediterraneae, et Daciae Ripensis, et Privalis [9]), et Dardaniae, et Mysiae superioris, atque Pannoniae, et ab eo hos ordinari, ipsum vero a proprio ordinari concilio, et in subiectis sibi provinciis locum obtinere eum sedis apostolicae Romae, secundum ea, quae definita sunt a sanctissimo papa Vigilio.

CAP. IV.

---

[a]) *Hoc cap. habent Bas. V.* 3. 2, *unde transiit in Schol. Balsam. ad Photii Nomoc. I.* 2. (*Voëll bibl. II. p.* 816.), *Photii Nomoc. l. c. argumentum solum exhibet.* — (*Ioannis*) *Nomoc. tit. XIX.* (*ibid. II. p.* 604 *sq.*) — *In Bas. autem* (*et apud Balsam.*) *ita videmus mutatum hoc caput, ut ad quatuor Oecumenica concilia, quae Iustinianus Imp. enumerat, addita sint et describantur tria, Constantinopolitanum secundum et tertium et Nicaenum secundum, atque ipse Photius septem illas commemorat synodos. De ea mutatione exposuit Beveridge in Annott. in Can. I. Concilii Nicaeni secundi in calce Synodici Tom. II. p.* 166. *cf. eiusd. Praef. §. XI. ibid. p.* 4. *et Biener. l. c. p.* 160 *sq.* — [b]) (*Ioannis*) *Nomoc. tit. I.* (*Voëlli bibl. II. p.* 607. (605.)) *Balsam. ad Photii Nomoc. I.* 5. (*ibid. II. p.* 824.) — [c]) *Photii Nomoc. I.* 5. (*Voëlli bibl. II. p.* 822 *sq*) *et Balsam. ad h. l.* (*ibid. p.* 824.) — (*Ioannis*) *Nomoc. tit. I.* (*ibid. p.* 607. (605.))

[1]) τόπους καὶ *om. Hal., Bas., Vulg.* — [2]) ἑπτὰ *Bas., Photii Nomoc., Balsam. cf. not. a. et Nov.* 115. *c.* 3. §. 14. — [3]) καὶ *om. Hal., Meerm. I. II., Bas., Fulg.* — [4]) τῶν γὰρ προειρημένων ἁγίων τεσσάρων τὰ δόγματα *Meerm. I.*; τῶν γὰρ προειρημένων τεσσάρων ἁγίων συνόδων τὰ δόγματα *Meerm. II.*, (*Ioannis*) *Nomoc.*; τῶν γὰρ προειρ. τεσσάρων συνόδων τὰ δόγματα *habuisse videtur Vet. Int.* — [5]) Πραιβάλεος (πραιπάλεως) *Athan.*; Πρηβόλεως *Coll. const. eccl. in ed. Fabr., sed secundum Leunclav. Notat. I.* 90. πραιβόλεως; Πραιβαλέας *Balsam.*; Πραιβαλέας *Bas.* (*Fabr.*), Πρεβαλέας *Bas.* (*Cod. Coisl.*); *simile quid habuerunt Vet. Int. et Iulian., qui praebet Prevalonos, unde verisimillimum est scribendum esse* Πρεβάλεως, *praesertim quum in Nov.* 11. *iisdem quibus hic provinciis adnumeretur Praevalitana provincia, cum ceteris Archiepiscopi Iustinianae primae subiicienda. Accedit quod in Hieroclis Synekdemo* (*p.* 656. *ed. Wesseling.*) *inter easdem fere provincias nominatur ἐπαρχία Πρεβάλεως.* — [6]) ἐν ταῖς αὐταῖς *Hal.* — [7]) Βασιλείου *Balsam.* — [8]) *Cod. Hamb., Trid.*; beat. primae Iust., nostrae patriae archiepiscopum habere *Port., Cont.* — [9]) med. et dameripensis privalis *Cod. Hamb., Trid.*; med. et Daniae ripensis, item Tribalneae *Port.*; Praevalis *Bk.*

Κεφ. δ'. [a])

Καὶ τὸν ὅμοιον τρόπον τὸ δίκαιον τῆς ἀρχιερωσύνης, ὅπερ τῷ ἐπισκόπῳ Ἰουστινιανῆς Καρχηδόνος τῆς Ἀφρικῆς διοικήσεως δεδώκαμεν, ἐξ οὗπερ ὁ θεὸς ταύτην ἡμῖν ἀποκατέστησε, φυλαττεσθαι κελεύομεν. Καὶ αἱ [1]) *ἄλλαι δὲ πόλεις, καὶ οἱ τούτων ἐπίσκοποι, οἷς ἐν διαφόροις τόποις μητροπολιτικὸν δίκαιον παρεσχέθη, τοῦ τοιούτου προνομίου εἰς τὸ διηνεκὲς ἀπολαυέτωσαν, πάντα δὲ τὰ προνόμια καὶ αἱ παραμυθίαι, ἅπερ ἐκ βασιλικῆς φιλοτιμίας ἢ καὶ καθ' ἕτερον οἱονδήποτε τρόπον ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἢ ἑτέροις σεβασμίοις τόποις παρεσχέθη, βεβαίως αὐτοῖς διὰ πάντων φυλαττέσθω.*

Κεφ. ε'. [b])

Πρὸς τούτοις θεσπίζομεν, καὶ πασῶν τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ἄλλων σεβασμίων οἴκων τὰς κτήσεις μηδὲ ῥυπαρὰς λειτουργίας, μήτε extraordinarias διαγραφὰς ὑπομένειν. Εἰ μέντοι ὁδοποιΐας, ἢ γεφυρῶν οἰκοδομῆς ἢ ἀνανεώσεως χρεία γένηται, καὶ μίμησιν τῶν ἄλλων κτητόρων, τὸ τοιοῦτον ἔργον καὶ τὰς ἁγίας ἐκκλησίας καὶ τοὺς ἄλλους σεβασμίους οἴκους πληροῦν, ἡνίκα ὑπ' ἐκείνην κέκτηνται τὴν πολιν, ὑφ' ἣν τὸ τοιοῦτον γίνεται ἔργον. Εἴ τινα δὲ πράγματα ἀπὸ βουλευτικῶν ὑποστάσεων εἰς οἱανδήποτε ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἢ ἄλλον σεβάσμιον οἶκον κατὰ τοὺς νόμους ἐληλύθασιν ἢ μετὰ ταῦτα περιέλθωσιν, ἐλεύθερα εἶναι ταῦτα θεσπίζομεν τῆς τῶν lucrativων *διαγραφῆς.*

Κεφ. ϛ'. [c])

Ἀντὶ δὲ τῶν χρονίων παραγραφῶν τῶν δέκα καὶ εἴκοσι καὶ τριακονταετῶν ἐνιαυτῶν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι σεβασμίοις τόποις μόνην τὴν τῶν τεσσαράκοντα ἐνιαυτῶν παραγραφὴν ἀντιτίθεσθαι προστάττομεν, τούτου αὐτοῦ φυλαττομένου καὶ ἐν τῇ ἀπαιτήσει τῶν ληγάτων καὶ τῶν κληρονομιῶν τῶν εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας καταλελειμμένων.

Κεφ. ζ. [d])

Εἴ τις δὲ βουληθείη οἰκοδομῆσαι σεβάσμιον εὐκτήριον, ἢ μοναστήριον, μὴ ἄλλως ἀρχέσθω τοῦ οἰκοδομήματος, εἰ μὴ ὁ τῶν τοπων ὁσιώτατος ἐπίσκοπος εὐχὴν ἐκεῖσε ποιήσει καὶ τὸν τίμιον πήξει σταυρόν. Ὁ δὲ ἀπαρχόμενος [2]) *ἢ νέον κτίζειν εὐκτήριον, ἢ παλαιὸν ἀνανεοῦν, τρόποις ἅπασιν ἀναγκαζέσθω παρὰ τοῦ μακαριωτάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου, καὶ τῶν οἰκονόμων αὐτοῦ, καὶ τοῦ πολιτικοῦ ἄρχοντος ἢ αὐτός, εἰ περιείη, ἢ τούτου τελευτῶντος οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ τὸ ἀρχθὲν ἔργον πληροῦν. Κεφ. η'.*

CAP. IV.

Et pari modo ius pontificatus, quod episcopo Iustinianae Carthaginis Africanae dioeceseos dedimus, ex quo deus nobis hanc restituit, servari iubemus. Sed et ceterae civitates, earumque episcopi, quibus in diversis locis ius metropoliticum concessum est, eiusmodi privilegio in perpetuum fruantur, omnia vero privilegia et solatia, quae ex imperatoria liberalitate vel alio quocunque modo sanctis ecclesiis vel aliis venerabilibus locis concessa sunt, firmiter illis per omnia serventur.

CAP. V.

Ad haec sancimus, ut omnium sanctissimarum ecclesiarum, et reliquarum venerabilium domuum possessiones neque sordida munera neque extraordinarias descriptiones sustineant. Si tamen viae sternendae, vel pontium struendorum aut reficiendorum necessitas adsit, ad imitationem reliquorum possessorum eiusmodi opus etiam sanctae ecclesiae ceteraeque venerabiles domus impleant, quando in ea civitate quid possident, in qua tale opus fit. Quodsi vero quaedam res ex curialium substantiis ad quamcunque sanctissimam ecclesiam vel aliam venerabilem domum secundum leges venerunt vel postea perveniunt, sancimus, ut illa descriptione lucrativorum liberae sint.

CAP. VI.

Praecipimus autem, ut pro temporalibus praescriptionibus decem aut viginti aut triginta annorum sola quadraginta annorum praescriptio sanctissimis ecclesiis ceterisque omnibus venerabilibus locis opponatur. Atque id ipsum observetur etiam in exactione legatorum et hereditatum ad pias causas relictarum.

CAP. VII.

Si quis autem venerabile oratorium vel monasterium aedificare voluerit, non aliter aedificationem incipiat, quam si sanctissimus locorum episcopus preces ibi fuderit et venerabilem crucem fixerit. Qui vero vel novum oratorium condere, vel vetus renovare incipit, omnibus modis a beatissimo locorum episcopo, eiusque oeconomis, et civili magistratu vel ipse, si superstes est, vel eo defuncto heredes eius coeptum opus perficere cogatur.

CAP. VIII.

CAP. IV. Simili quoque modo ius pontificis, quod episcopo Instinianae Carthaginis Africanae civitatis dedimus, ex quo deus hanc nobis restituit, servari iubemus. Sed et aliae civitates, et earum episcopi, quibus in diversis locis metropoliticum ius praestitum est, huiusmodi privilegio in perpetuum potiantur. Omnia autem privilegia vel solatia, quae ex imperiali munificentia, aut etiam alio quolibet modo sanctis ecclesiis [4]) aut aliis venerabilibus locis [3]) collata sunt, firme eis per omnia conserventur.

CAP. V. Ad haec sancimus, omnium sanctarum ecclesiarum, et omnium venerabilium domorum possessiones neque sordidas functiones, neque extraordinarias descriptiones sustinere; si tamen itineris sternendi, aut pontium aedificii vel reparationis opus fuerit, ad instar aliorum possessorum huiusmodi opus et sanctas ecclesias, et venerabiles [5]) domos complere, dum sub illa possident civitate, sub qua tale fit opus. Si quae vero res ex curialium substantiis ad quamlibet sacrosanctam ecclesiam aut aliam venerabilem domum secundum leges venerunt aut postea venerint, liberas eas esse sancimus descriptione lucrativorum.

CAP. VI. Pro temporalibus autem praescriptionibus decem, et viginti, et triginta annorum sacrosanctis ecclesiis et aliis universis venerabilibus locis solam quadraginta annorum praescriptionem opponi praecipimus; hoc ipso servando et in exactione legatorum et hereditatum, quae ad pias causas relicta sunt.

CAP. VII. Si quis autem voluerit fabricare venerabile oratorium aut monasterium, non aliter [6]) inchoandam fabricam, nisi locorum sanctissimus episcopus orationem ibi fecerit, et venerabilem fixerit crucem. Si vero semel coeperit aut novam aedificare basilicam, aut veterem renovare, modis omnibus compellatur a beatissimo locorum episcopo, et oeconomis eius, et civili iudice eam explere, et si is distulerit, hoc moriente heredes eius opus inchoatum adimpleant.

CAP. VIII.

---

[a]) *Initium capitis habet Balsam. ad Photii Nomoc. I. 5.* (*Voëlli bibl. II. p.* 824.), *epitomen* (*Ioannis*) *Nomoc. tit. II.* (*ibid.* 608. (606.)) — [b]) (*Ioannis*) *Nomoc. tit. I.* (*Voëlli bibl. II. p.* 607. (605.)) — [c]) (*Eustath.*) *ὁρ. XLII.* 8. — [d]) *Photii Nomoc. XI.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 1043 *sq.*) *et III.* 14. (*ibid. II. p.* 902.)

[1]) *αἱ om. Hal.* — [2]) *ἅπαξ ἀρχόμενος bene Hal., Bas., Vulg.* — [3]) *Trid.*: modo monasteriis ecclesiis *Cod. Hamb.*; modo sanctissimis ecclesiis *Port., Cont.* — [4]) *Cod. Hamb., Trid.*; vener. domibus et locis *Port., Cont.* — [5]) et alias vener. *Bk. ed. ster.* — [6]) *Cod. Hamb., Trid.* mon., praecipimus non aliter *Port., Cont.*

Κεφ. η'.[a])

Εἴ τις ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἢ προαστείῳ ἢ χωρίῳ ἐκκλησιαστικὴν λειτουργίαν τολμήσοι ἐπιτελέσαι, ἢ ἄλλοις ἐπιτελέσαι συγχωρήσοι ἄνευ κληρικῶν τῷ ὁσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τῶν τόπων ὑποκειμένων, κελεύομεν, τὸν οἶκον τοῦτον ἢ προάστειον, ἢ χωρίον ὅπου τοιοῦτό τι ἁμαρτηθείη, τῇ κατὰ τὸν τόπον ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἐκδικεῖσθαι διὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου, καὶ τοῦ οἰκονόμου αὐτοῦ. καὶ τοῦ πολιτικοῦ τῶν τόπων ἄρχοντος. Εἰ δὲ ἀγνοοῦντος τοῦ τῶν τόπων δεσπότου οἱ αὐτοῦ φρονήσιαι ἢ μισθωταὶ ἢ ἐμφυτευταὶ ἐναντίον τι ποιήσουσιν ἢ γενέσθαι συγχωρήσουσι, τὸν μὲν δεσπότην τοῦ τόπου μηδὲν πρόκριμα ἢ ζημίαν ὑπομένειν, τοὺς δὲ τοῦτο ποιήσαντας ἢ γενέσθαι συγχωρήσαντας ἐκ τῆς ἐπαρχίας, ὅπου τοῦτο ἁμαρτηθείη, ἐκβάλλεσθαι, ὧν πραγμάτων αὐτῶν τῇ κατὰ τὸν τόπον ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἐκδικουμένων.

Cap. VIII.

Si quis in domo sua, vel suburbano vel praedio ecclesiasticum ministerium instituere audeat, vel aliis instituere permittat, sine clericis sanctissimo loci episcopo subiectis, iubemus, ut domus illa, vel suburbium, vel praedium, ubi tale peccetur, sanctissimae ecclesiae illius loci per dei amantissimum episcopum, eiusque oeconomum, et civilem locorum illorum magistratum vindicetur. Si vero ignorante locorum domino procuratores eius, vel conductores, vel emphyteutae contrarium fecerint, aut fieri concesserint, dominus quidem loci nullum praeiudicium aut damnum sustineat, illi vero, qui id fecerunt vel fieri concesserunt, e provincia, ubi hoc commissum est, eiiciantur, eorumque res sanctissimae ecclesiae illius loci vindicentur.

Κεφ. θ'.

Εἴ τις εἰς ὄνομα τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κληρονομίαν ἢ ληγάτον καταλείψει, κελεύομεν. τὴν ἐκκλησίαν τοῦ τόπου, ἐν ᾧ ὁ διαθέμενος τὴν οἴκησιν εἶχε, λαβεῖν τὸ καταλελειμμένον. Εἰ δέ τις ἕνα τῶν ἁγίων κληρονόμον γράψει ἢ ληγάτον αὐτῷ καταλίποι, καὶ μὴ ἰδικῶς ὀνομάσοι τον τόπον, ἐν ᾧπερ ἔστιν ὁ σεβάσμιος οἶκος, εὑρεθείησαν δὲ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ ἢ τῇ πόλει πλείονα εὐκτήρια τοῦ αὐτοῦ ἁγίου, ἐκείνῳ μᾶλλον τῷ οἴκῳ τῷ περιχρυσῷ τὸ καταλειφθὲν παρεχέσθω. εἰ δὲ μή ἐστιν ἐν τῇ πόλει οἶκος τοῦ ὀνομασθέντος ἁγίου, εἰρήσεται δὲ ἐν τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς, ἐκείνῳ διδόσθω. εἰ δὲ μήτε ἐν τῇ ἐνορίᾳ εὑρήσεται τοιοῦτος οἶκος, τότε τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς πόλεως, ἐν ᾗ ὁ διαθέμενος τὴν οἴκησιν εἶχε, τὸ καταλειφθὲν παρεχέσθω.

Cap. IX.

Si quis nomini magni dei et servatoris nostri Iesu Christi hereditatem vel legatum reliquerit, iubemus, ut eius loci ecclesia, ubi testator domicilium habuit, relictum accipiat. Si quis vero unum ex sanctis heredem scripserit vel legatum illi reliquerit, nec specialiter locum, in quo sit venerabilis domus, nominaverit, in illo ipso autem loco vel urbe plura oratoria eiusdem sancti inveniantur, egentiori potius domui relictum praebeatur. Si vero in urbe illa non sit domus sancti illius, qui nominatus est, inveniatur autem in territorio eius, tum illi detur; si vero nec in territorio eius talis domus inveniatur, tunc ecclesiae urbis, in qua testator domicilium habuit, relictum praebeatur.

Κεφ. ι'.[b])

Εἴ τις κατασκευὴν σεβασμίου εὐκτηρίου, ἢ ξενῶνος, ἢ πτωχείου, ἢ ὀρφανοτροφείου, ἢ νοσοκομείου, ἢ ἄλλου σεβασμίου οἴκου ἐν τελευταίᾳ βουλήσει γενέσθαι διατυπώσει, τὸ εὐκτήριον μὲν εἴσω πέντε ἐνιαυτῶν[c]) πληροῦσθαι κελεύομεν προνοίᾳ τοῦ τῶν τόπων ἐπισκόπου καὶ τοῦ πολιτικοῦ ἄρχοντος, τὸν δὲ ξενῶνα, ἢ τὸ πτωχεῖον, ἢ ἄλλον σεβάσμιον οἶκον εἴσω ἑνὸς ἐνιαυτοῦ[d]) γίνεσθαι. Εἰ δὲ ἐντὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ μὴ ποιήσουσιν οἱ κληρονόμοι τὸν ξενῶνα ἢ

Cap. X.

Si quis venerabile oratorium, vel xenodochium, vel ptochium, vel orphanotrophium, vel nosocomium, vel aliam venerabilem domum aedificari in ultima voluntate iusserit, iubemus, ut oratorium quidem intra quinque annos cura episcopi illius loci et magistratus civilis perficiatur, xenodochium vero, vel ptochium, vel alia venerabilis domus uno anno perficiatur. Quodsi heredes xenodochium vel quamlibet venerabilem domum, quam exstrui testator disposuit, intra annum non perfecerint,

Cap. VIII. Si quis in sua domo aut suburbano [1]) ecclesiasticum ministerium ministrare praesumserit, aut aliis celebrare concesserit sine clericis sanctissimo locorum episcopo subiacentibus, iubemus, hanc domum, aut suburbanum, aut praedium, ubi tale aliquid delinquitur, loci illius sanctissimae ecclesiae vindicari per deo amabilem episcopum, et oeconomum eius, et civilem iudicem locorum. Si vero nesciente locorum domino eius curatores, aut conductores, aut emphyteutae contrarium aliquid exerceri [2]) permiserint, dominum quidem loci nullum praeindicium aut dispendium sustinere, eos autem, qui hoc fecerint aut fieri permiserint, ex provincia, ubi hoc commissum est, expelli, rebus eorum loci illius sanctissimae ecclesiae vindicandis.

Cap. IX. Si quis in nomine magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi hereditatem aut legatum reliquerit, iubemus, ecclesiam loci [3]), in quo testator domicilium habuerit, accipere, quod dimissum est. Si quis autem unum sanctorum heredem scripserit, aut legatum ei reliquerit, et non specialiter nominaverit locum, in quo est venerabilis domus, inveniantur autem in eodem loco aut civitate plura oratoria eiusdem sancti, illi magis domui, quae pauperior est, quod relictum est, praebeatur. Si autem non est in civitate basilica nominati sancti, inveniatur autem in territorio eius, illi detur. Si autem neque in territorio eius reperitur huiusmodi domus, tunc ecclesiae civitatis, in qua testator domicilium habuerit, quod dimissum est, praebeatur.

Cap. X. Si quis aedificationem venerabilis oratorii, aut xenodochii, aut ptochii, aut orphanotrophii, aut nosocomii, aut alterius reverendae domus in novissima voluntate fieri disposuerit, oratorium quidem intra quinque annos compleri iubemus providentia locorum episcopi et civilis iudicis, xenodochium autem, aut ptochium, aut aliam venerabilem domum intra unum fieri annum. Si autem intra annum non fecerint heredes xenodo-

---

[a]) *Photii Nomoc. III.* 14. (*Voëlli bibl. II. p.* 902.) — [b]) *Photii Nomoc. II.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 866 *sq.*) *et Balsam. ad h. l.* (*ibid. p.* 868 *sq.*) — (*Ioannis*) *Nomoc. App. XV.* (*ibid. II. p.* 667.) — [c]) (*Rustath.*) *ὑπ. XXVIII.* 16. — [d]) (*Rustath.*) *ὑπ. XXIV.* 41.

[1]) *Cod. Hamb.*; aut in suburbano *edd.*; aut in suburbano aut praedio *Bk.* — [2]) aliquid fecerint aut exerceri *Bk.* — [3]) *Cod. Hamb.*; illius *add. edd.*

ἢ οἱονδήποτε σεβάσμιον οἶκον ὑπὸ τοῦ διαθεμένου διατυπωθέντα γενέσθαι, κελεύομεν τούτους οἶκον ἢ ἀγοράζειν, ἢ μισθοῦσθαι, ὅπου δύνανται τὰ κελευσθέντα πληρῶσαι, ἕως ἂν ὁ τοιοῦτος σεβασμιώτατος [1]) οἶκος πληρωθείη [2]). Καὶ εἰ μὲν αὐτὸς ὁ διαθέμενος ὁρίσει τοὺς ὀφειλοντας ξενοδόχους γενέσθαι, ἢ πτωχοτρόφους, ἢ ἄλλους τοιούτους διοικητάς, εἴτε τοῖς ἰδίοις κληρονόμοις τὴν τοιαύτην ἐπιλογὴν παράσχοι, κελεύομεν τρόποις ἅπασι τοὺς κληρονόμους αὐτοῦ τὰ παρ' αὐτοῦ διατυπωθέντα πληροῦν, τῶν κατὰ τὸν τόπον μακαριωτάτων ἐπισκόπων ἐποπτευόντων, εἰ καλῶς ἡ διοίκησις προβαίνει, καὶ εἰ εὕρωσι μὴ χρησίμους ὄντας τοὺς διοικητάς, ἄδειαν ἐχόντων ἄνευ ζημίας ἄλλους ἀντὶ τούτων ἐπιτηδείους ποιεῖν.

Κεφ. ια'. [3])

Εἰ δὲ καί τις ὑπὲρ ἀναῤῥύσεως αἰχμαλώτων ἢ ἀποτροφῆς πενήτων, κληρονομίαν ἢ λήγατον καταλίποι ἐν πράγμασι κινητοῖς ἢ ἀκινήτοις, εἴτε ἅπαξ εἴτε ἐτήσιον, καὶ τοῦτο τρόποις ἅπασι κατὰ τὴν τοῦ διαθεμένου γνώμην ἀπὸ τῶν κελευσθέντων τοῦτο ποιῆσαι πληρούσθω. Εἰ δὲ μὴ ἰδικῶς εἴποι [3]), ποίου τόπου [4]) πένησι ταῦτα κατέλιπε, κελεύομεν, τὸν ὁσιώτατον ἐπίσκοπον τῆς πόλεως, ἐν ᾗ τὴν οἴκησιν ὁ διαθέμενος εἶχε, παραλαμβάνειν τὰ αὐτὰ πράγματα, καὶ τοῖς τῆς αὐτῆς πόλεως πένησι διανέμειν. Εἰ δὲ καὶ ὑπὲρ ἀναῤῥύσεως τῶν αἰχμαλώτων τι καταλέλειπται, καὶ μὴ ὀνομαστὶ ὁ διαθέμενος εἴποι, διὰ τίνος χρὴ γίνεσθαι τὴν ἀνάῤῥυσιν [5]), καὶ οὕτως κελεύομεν τὰ πράγματα τὰ ἐπὶ τούτῳ καταλειφθέντα τὸν τῶν τόπων ἐπίσκοπον καὶ τὸν τούτου οἰκονόμον λαβεῖν, καὶ τὸ τοιοῦτον εὐσεβὲς ἔργον πληροῦν. Ἐν πάσαις γὰρ ταῖς τοιαύταις εὐσεβέσι βουλήσεσι τοὺς ὁσιωτάτους ἐπισκόπους τῶν τόπων βουλόμεθα προνοεῖν, ὥςτε πάντα κατὰ τὴν τοῦ τελευτήσαντος βούλησιν προβαίνειν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα παρὰ τῶν διαθεμένων ἢ τῶν δωρησαμένων ἀπηγορεύθη αὐτοῖς ἔχειν πρὸς ταῦτα [6]) τινὰ μετουσίαν. Εἰ δὲ οἱ ταῦτα ποιῆσαι κελευσθέντες ἅπαξ καὶ δὶς παρὰ τοῦ μακαριωτάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου καὶ τῶν τούτου οἰκονόμων διὰ δημοσίων προσώπων ὑπομνησθέντες ὑπερθῶνται τὰ διατυπωθέντα πληρῶσαι, κελεύομεν, τούτους ἅπαν κέρδος καταλειφθὲν αὐτοῖς παρὰ τοῦ ταῦτα κελεύσαντος ἀπολλύναι, τοὺς δὲ ὁσιωτάτους τῶν τόπων ἐπισκόπους πάντα τὰ πράγματα τὰ πάσαις, ὡς εἴρηται, ταῖς εὐσεβέσιν αἰτίαις ἀφορισθέντα μετὰ καρπῶν καὶ ἐπαυξήσεων τοῦ μέσου χρόνου καὶ τοῦ μνημονευθέντος κέρδους ἐκδικεῖν, καὶ ἅπερ ὁ διαθέ-

Cap. XI.

Si quis autem pro redemtione captivorum vel alimentis pauperum hereditatem vel legatum in rebus mobilibus vel immobilibus, sive semel, sive quotannis reliquerit, etiam hoc omnibus modis secundum voluntatem disponentis ab illis impleatur, qui hoc facere iussi sunt. Quodsi vero non specialiter dixerit, cuius loci pauperibus illa reliquerit, iubemus, ut sanctissimus civitatis episcopus, in qua testator domicilium habuit, illas res accipiat, et pauperibus distribuat. Si vero pro captivorum redemtione aliquid relictum est, neque nominatim testator dicat, per quem liberationem fieri oporteat, etiam sic iubemus, ut res in hoc relictas locorum episcopus eiusque oeconomus accipiant, et pium illud opus perficiant. In omnibus enim eiusmodi piis voluntatibus sanctissimos locorum episcopos providere volumus, ut omnia secundum voluntatem defuncti procedant, licet vel maxime a testatoribus vel donatoribus illis prohibitum sit, ne quid cum iis commune habeant. Si vero illi, qui haec facere iussi sunt, semel aut bis a beatissimo locorum episcopo eiusque oeconomis per publicas personas admoniti dispositionem implere differant, iubemus, ut omne lucrum amittant, quod ab illo, qui haec iussit, iis relictum est. Sanctissimi vero locorum episcopi universas res, quae omnibus piis causis, ut dictum est, assignatae sunt, cum fructibus et accessionibus medii temporis et memorato lucro vindicent, quaeque testator disposuit impleant, scientes, se de his omnibus, si negligentes fuerint, deo rationem reddituros esse. Si tamen sanctissimus locorum episcopus aliquid eorum, quae a nobis dicta sunt, praetermiserit, liceat et sanctissimo eius metropolitano ea exigere et implere. Et cuivis alii

xenodochium aut quamlibet venerabilem domum a testatore dispositam fieri, iubemus, eos domum aut comparare, aut locare, ubi possint quae iussa sunt adimplere, donec huiusmodi domus venerabilis expleatur. Et si quidem ipse testator decreverit, qui debeant xenodochi fieri, aut ptochotrophi, aut alteri tales gubernatores, sive suis heredibus huiusmodi electionem commiserit, iubemus, modis omnibus heredes eius quae ab eo definita sunt adimplere, locorum beatissimis episcopis inspicientibus, si gubernatio recte procedit, et si invenerint non utiles exsistentes rectores, licentiam habentibus sine damno alios pro eis opportunos efficere.

Cap. XI. Si quis autem pro redemtione captivorum aut alimentis pauperum hereditatem aut legatum reliquerit in rebus mobilibus aut immobilibus, sive semel, sive annale, et hoc modis omnibus secundum testatoris voluntatem ab iis, quibus iussum est hoc facere, compleri. Si autem non specialiter dixerit [7]), quomodo [8]) pauperibus hoc reliquit, praecipimus, sanctissimum episcopum civitatis, in qua testator habuit domicilium, percipere easdem res, et eius civitatis panperibus erogare. Si autem pro redemtione captivorum aliquid relinquatur, et non nominatim testator dixerit, per quem oporteat fieri redemtionem captivorum, etiam sic iubemus res ad hoc relictas locorum episcopum et eius oeconomos accipere, et huiusmodi pium opus implere. In omnibus enim talibus piis voluntatibus sanctissimos locorum episcopos volumus providere, ut secundum defuncti voluntatem universa procedant, licet praecipue a testatoribus aut donatoribus interdictum sit eis habere ad hoc aliquod participium. Si autem qui hoc facere iussi sunt semel et secundo a beatissimo locorum episcopo aut eius oeconomis per publicas personas admoniti distulerint quae disposita sunt adimplere, iubemus, eos omne lucrum relictum

[a]) *Photii Nomoc. II.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 866.) *et Balsam. ad h. l.* (*ibid. p.* 867.), *Photii Nomoc. II.* 1. (*ibid. p.* 885.) *et Balsam. ad h. l.* (*ibid. p.* 886.), *Photii Nomoc. II.* 1. (*ibid. p.* 888.), *Photii Nomoc. IX.* 27. (*ibid. p.* 994.) — (*Ioannis*) *Nomoc. App. XV.* (*ibid. II. p.* 667 *sq.*)

[1]) σεβάσμιος *Hal., Vulg.* — [2]) πληρωθῇ *Hal., Bas.* — [3]) εἰ δὲ εἰδικῶς οὐκ εἴποι *Hal.* — [4]) ποίου τούτου *vel* ποίῳ τρόπῳ *vidit Vet. Int.* (?) *cf. Leunclav. Notat. II.* 269. — [5]) τῶν αἰχμαλώτων τὴν ἀναῤῥύσιν *habuisse videtur Vet. Int. idemque in Bas. et aliis libris mss. esse dicit Leunclav. Notat. II.* 269., *sed neque Fabr. et Heimb. ed. Bas. neque Balsam. habent hoc additamentum.* — [6]) *Hal., Meerm. l. II., Bas., (Ioannis) Nomoc.* (*Vulg.*); πρὸς ταύτην *Scrimg.*; πρὸς αὐτὰ *Balsam.* — [7]) *Trid.*; Si autem non hoc specialiter dixerit *Cod. Hamb.*; Si autem spec. non dixerit *Port.*; Si autem spec. dixerit *Cont.* — [8]) quando *Cod. Hamb.*

διαθέμενος διετύπωσε πληροῦν, εἰδότας, ὡς εἰ ῥᾳθυμήσαιεν, ὑπὲρ τούτων πάντων λόγον τῷ θεῷ παρέξουσιν. Εἰ μέντοι ὁ ὁσιώτατος τῶν τόπων ἐπίσκοπος παραλίποι τι τῶν ἡμῖν εἰρημένων, ἐξέστω καὶ τῷ ὁσιωτάτῳ αὐτοῦ μητροπολίτῃ ταῦτα ἀπαιτεῖν καὶ πληροῦν. Καὶ παντὶ δὲ ἑτέρῳ ἄδεια ἔστω τὴν τοιαύτην ζήτησιν κινεῖν, καὶ σπουδάζειν, ἵνα τρόποις ἅπασιν αἱ τοιαῦται εὐσεβεῖς αἰτίαι πληρωθῶσιν.

Κεφ. ιβ'.[a])

Εἰ δὲ ὁ κληρονόμος τὰ εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας καταλελειμμένα μὴ πληρώσει, λέγων τὴν καταλειφθεῖσαν αὐτῷ περιουσίαν μὴ ἀρκεῖν εἰς ταύτας [1]), κελεύομεν, παντὸς τοῦ ἐκ τοῦ φαλκιδίου κέρδους σχολάζοντος [2]), ὅσον δήποτε εὑρεθείη [3]) ἐν τῇ αὐτῇ [4]) οὐσίᾳ, προχωρεῖν προνοίᾳ τοῦ ἁγιωτάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου εἰς τὰς αἰτίας, εἰς ἃς καταλέλειπται. Εἰ δὲ ληγάτον παρά τινος εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας καταλειφθείη, κελεύομεν εἴσω μηνῶν ἓξ [5]) ἀπὸ τῆς ἐμφανίσεως τῆς διαθήκης [6]) ἀριθμουμένων τοῦτο πᾶσι τρόποις παρέχεσθαι οἷς καταλέλειπται. εἰ δὲ ὑπερθῶνται οἱ τοῦτο βεβαρημένοι τὸ τοιοῦτον ληγάτον παρασχεῖν, καὶ καρποὺς καὶ τόκους καὶ πᾶσαν νόμιμον ἐπαύξησιν ἀπαιτηθήσονται ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς τελευτῆς τοῦ τοῦτο καταλιπόντος. Εἰ δὲ ληγάτον ἔτησιον οἱῳδήποτε σεβασμίῳ οἴκῳ καταλειφθῇ, εἰ μὲν οἱ ταῦτα δοῦναι κελευσθέντες, ἢ ὁ τόπος, ἐξ οὗ ἐκελεύσθη τοῦτο παρέχεσθαι, ἐν τῇ αὐτῇ ἢ τῇ γείτονι ἐπαρχίᾳ ὦσι, κελεύομεν μηδενὶ τρόπῳ τὸ τοιοῦτον ληγάτον ἐκποιεῖσθαι. εἰ δὲ οἱ τόποι ἢ τὰ πρόσωπα, ἐξ ὧν τοῦτο δοθῆναι προσετάχθη, πορρωτέρω εἶησαν, τηνικαῦτα ἐξέστω ἐκείνοις, οἷς τοῦτο καταλέλειπται, εἰ καὶ τὸ ἐνεχόμενον μέρος συναινεῖ, ἀμείβειν τὸ ληγάτον, καὶ πλείονα λαμβάνειν ὑπὲρ τούτου πρόσοδον εὔπορον, καὶ μετὰ προσθήκης οὐκ ἐλάττονος τοῦ τετάρτου μέρους τῆς καταλειφθείσης ποσότητος, καὶ μηδὲ πολλοῖς δημοσίοις τελέσμασι βεβαρημένην. εἰ δὲ καὶ πωλῆσαι βούλοιντο [5]) τὸ τοιοῦτον ληγάτον, μὴ ἔλαττον τίμημα [6]) λαμβάνειν, τοῦ ὅσον ὑπὲρ τοῦ τοιούτου ληγάτου ἐπὶ λέ' ἐνιαυτοὺς συνάγηται, οὕτω μέντοι, ὥστε τὸ τοιοῦτον τίμημα εἰς τὸ συμφέρον τοῦ προειρημένου σεβασμίου οἴκου, ὅπου καταλειφθῇ, προσχωρεῖν [7]). Κεφ. ιγ'.

Cap. XII.

Si vero heres non impleverit ea, quae ad pias causas relicta sunt, dicens, relictam sibi substantiam ad illas non sufficere, iubemus, ut omni lucro ex Falcidia cessante, quodcunque in substantia illa invenietur, providentia sanctissimi locorum episcopi illis causis cedat, ad quas relictum est. Si vero legatum a quodam ad pias causas relictum est, iubemus, ut intra sex menses ab insinuatione testamenti computandos id omnibus modis iis, quibus relictum est, praestetur. Si vero illi, qui eo onerati sunt, legatum illud praestare differant, et fructus et usurae et omne legitimum augmentum a tempore mortis eius, quid id reliquit, ab iis exigetur. Si vero annuum legatum cuicunque venerabili domui relinquatur, si quidem illi, qui id dare iussi sunt, vel locus, ex quo id praestari iussum est, in eadem vel vicina provincia sint, iubemus nullo modo legatum illud alienari; sin autem loca vel personae, a quibus id dari praeceptum est, longius absint, tunc liceat illis, quibus id relictum est, si et pars obligata consentiat, legatum permutare, et pro eo propinquum reditum accipere fertilem, et cum accessione non minore quartae partis relictae quantitatis, et multis publicis tributis non oneratum. Si vero etiam vendere velint, non minus pretium accipiant quam ex legato illo triginta quinque annis colligitur, ita tamen, ut pretium illud in utilitatem praedictae venerabilis domus, cui relictum est, cedat.

Cap. XIII.

Nihil hominibus venerabilius est matrimonio, ex quo liberi et sequentium generationum successiones, regionum urbiumque habitationes, et optimae reipublicae constitutio proficiscuntur. Propterea nuptias ita felices esse contrahentibus optamus, ut nunquam sinistri daemonis opus fiant, neque matrimonio iuncti separentur, si iustam nuptias solvendi causam non habeant. Verum quia inter omnes homines hoc observari difficile est (in tanta enim multitudine fieri nequit, quin irrationabiles inimicitiae incidant), huic rei medicinam inveniendam esse existimavimus, maxime quum infirmitas animi eo progressa sit, ut implacabile etiam odium inter coniuges exoriretur. Olim igitur licebat sine periculo tales separari, qui communi sententia et consensu hoc agebant, adeo ut multae etiam leges datae sint, quae hoc dicant et definiant, illamque matrimonii solutionem bona gratia patria lingua vocarent; postea vero a patre nostro divinae recordationis, qui pietate et sapientia omnes Imperatores, qui unquam fuerunt, superavit, ad bonum suum et firmum consilium respiciente, non vero ad miserum aliorum et humilem animum oculos intendente, lex scripta est, quae consensu matrimonium solvere prohibet, quam et nos valere et in vigore suo manere quam maxime voluimus. Verum multi nos adierunt, qui nuptias inter se contractas odio habentes et aversantes, indeque bellum et pugnas domi ortas esse causantes (id quod valde dolendum et taediosum etiam est) rogarunt, ut illae solverentur, etsi causas, ob quas sine metu id illis facere lex concederet, afferre non possent. Illorum vero cupiditatem voluntatemque in tempus aliquod reiecimus, interdum hortantes, interdum vero minitantes, ut a mutuo illo irrationabili odio desisterent, atque ad concordiam redirent, et meliorem sententiam amplecterentur. Verum nihil effecimus, quoniam difficile est eos conciliare, qui semel irrationabili affectu et odio tenentur. Contigit

Const. CXL.

UT POSSIT EX CONSENSU DISSOLVI MATRIMONIUM.

Imp. Caesar Fl. Iustinus Alamannicus, Gothicus, Francicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Gloriosus, Victor ac Triumphator, Semper Colendus Augustus, Iuliano, Praefecto Urbis Constantinopolitanae.

Praefatio. Nuptiis decentius nihil est hominibus, ex quibus filii ceteraeque nationum successiones, fundorum quoque et civitatum habitacula et reipublicae eximius status. Propter quod nuptias felices esse eis, qui eas ineunt, sic optamus, ita ut nunquam eis sinistri ominis opus fieri, neque nuptiis copulatos ab invicem separari iustam non habentes absolutionis [2]) nuptiarum occasionem. Sed quoniam difficile est in omnibus hominibus hoc servari, (in multitudine enim tanta non aliquas incidere irrationabiles simultates unum de impossibilibus existit) oportere putavimus his reperire quandam medelam, magis vero illic, ubi pusillanimitas in tantum erigitur, ita ut implacabilis horror fiat coniugibus una manentibus. Antiquitus quidem licebat sine periculo tales ab invicem separari secundum communem voluntatem et consensum hoc agentes, sic ut et plurimae tunc leges extarent hoc dicentes, et *bona gratia* sic procedentem solutionem nuptiarum patria vocitantes voce. Postea vero divae memoriae nostro patri pietate et temperantia omnes ubicumque aliquando imperantes excedenti [3]) visum est, qui ad suam utilem [4]) et firmam respiciens voluntatem, non autem miserias pusillanimitatis coniiciens, legem sancire, qua [5]) prohibuit consensu [6]) coniugia solvi, quod nos quoque volebamus nimis obtinere in hoc ipso. Plurimi autem nos adierunt inter se coniugium horrentes et abomi-

---

[a]) *Novella Iustini; deest apud Hal. nec non ap. Scrimg. h. l., sed in ed. Scrimgeri est inter Novellas Iustini secunda. Cf. Paell. p.* 17., *Biener l. c. p.* 93 *sq.* 117. 470., *Witte in: Zeitschr. f. g. R. VIII. p.* 163. *not.* 1. — *Athan. X.* 11. (*Heimb. Anecd. I. p.* 132.) — *In Bas. adhuc non habemus hanc Novellam, sed vide Leunclav. Notat. II.* 274. — *Antiqua versio latina, non glossata, est in appendice Codicis ms. Ranconet. Iuliani, ex quo adiecta est Iuliano ed. Miraei* (1561.) *et Iuliano Pithoei, unde nos eam exhibuimus. Cf. Biener l. c. p.* 240. 430. 470.

[1]) *Inscriptio ex Athanasio.* — [2]) *Leg.* solutionis. — [3]) excedere *Iulian. Mir.* — [4]) utilitatem *Iulian. Mir.* — [5]) qua *om. Iulian. Mir.* — [6]) cum consensu *Iulian. Mir.*

ἀνεβαλλόμεθα, ποτὲ μὲν παραινοῦντες, ποτὲ δὲ καὶ ἀπειλοῦντες παύσασθαι τοῦ κατ' ἀλλήλων ἀλόγου μίσους, πρὸς ὁμόνοιάν τε χωρεῖν καὶ τῆς καλλίονος γίνεσθαι γνώμης. ἐπράττομεν δὲ πλέον οὐδέν, ἐπεὶ δύσκολον διαλλάξαι τοὺς ἅπαξ ἀλογίστῳ πάθει τε καὶ μίσει κεκραιημένους. ἐνίους γὰρ τούτων συμβέβηκε καὶ πρὸς ἐπιβουλὰς χωρῆσαι κατ' ἀλλήλων, ὀθνηπηρίοις τε καί τισιν ἄλλοις εἰς θάνατον ἄγουσι χρήσασθαι, ὥστε μηδὲ παῖδας αὐτοῖς γενομένους πολλάκις ἰσχύειν εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τούτους γνώμην συνάπτειν.

Κεφ. α'.

Ταῦτα τοίνυν ἀλλότρια τῶν ἡμετέρων εἶναι κρίναντες χρόνων ἐπὶ τὸν παρόντα θεῖον εἴδομεν νόμον, δι' οὗ θεσπίζομεν ἐξεῖναι κατὰ τὸ παλαιὸν τὰς ἐκ συναινέσεως διαλύσεις ἐπὶ τῶν γάμων ποιεῖσθαι, κρατεῖν δὲ μηκέτι τὰς τεταγμένας ποινὰς τῇ διατάξει τοῦ ἡμετέρου πατρὸς ἐπὶ τῶν κατὰ συναίνεσιν τοὺς γάμους διαλυόντων. εἰ γὰρ ἀμοιβαδὸν ἡ διάθεσις τοὺς γάμους συνίστησιν, εἰκότως ἐναντία γνώμη τούτους κατὰ συναίνεσιν διαλύει τῶν ταύτην δηλούντων στελλομένων διαζυγίων [1]). Πρόδηλον δέ, ὡς τὰ ἄλλα πάντα, ὁπόσα τοῖς νόμοις, καὶ διαφερόντως ταῖς θείαις ἡμῶν διατάξεσι τοῦ ἡμετέρου πατρός, διηγόρευται περί τε τῶν γάμων, καὶ τῶν παίδων, καὶ τῶν αἰτιῶν, ἐξ ὧν ἐπιτέτραπται διαλύειν τὸν γάμον, ἢ καὶ λόγου χωρίς, οὐ κατὰ κοινὴν μέντοι γνώμην, καθάπερ ὁ παρὼν ἡμῶν διατάττει θεσμός, τοῦτο πραττόντων, καὶ τῶν διωρισμένων αὐταῖς ποινῶν κραιήσει καὶ ἐκ τοῦ παρόντος ἡμῶν νόμου, καὶ διὰ πάντων ἕξει τὴν ἰδίαν ἰσχύν.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦ παρόντος θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ἐνδοξότης τῷ συνήθει τρόπῳ φανερὰ πᾶσι γενέσθαι προσταξάτω κατὰ τὴν βασιλίδα ταύτην πόλιν. Dat. XVII. Kal. Octobr. Constantinop. [2]) imp. DN. Iustini PP. Aug. ann. I. [566.]

tigit enim, ut quidam ex illis ad mutuas quoque insidias devenirent, et venenis aliisque rebus, quae mortem afferunt, uterentur, ut saepe nec liberi, qui illis nati sunt, in una eademque voluntate eos coniungere potuerint.

Cap. I.

Quum igitur haec a temporibus nostris aliena esse iudicemus, ad sacram hanc legem respeximus, qua sancimus, ut secundum pristinum ius matrimonia consensu dissolvere liceat, nequaquam vero poenae in constitutione patris nostri in eos, qui consensu nuptias solvunt, constitutae obtineant. Nam si mutua affectio nuptias facit, merito easdem contraria sententia consensu solvit, cum missa repudia eum declarent. Manifestum autem est, reliqua omnia, quae legibus, et praecipue venerandis nobis patris nostri constitutionibus de nuptiis, et liberis, et causis, ob quas matrimonium solvere permissum est, et de iis, qui sine causa, nec tamen communi consensu, quemadmodum haec nostra sanctio praecipit, hoc faciunt, et de poenis in illos constitutis sancita sunt, per hanc nostram legem valitura et per omnia vim suam habitura esse.

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt gloria tua omnibus in hac regia urbe consueto modo manifesta fieri iubeat.

ΔΙΑ- *No-*

abominantes et praelia discordiasque propter hoc domi contingere accusantes (hoc quod valde doloriferum et triste consistit) dissolvere propter hoc precantes connubia, etsi occasiones non habuerunt dicere, per quas sine timore hoc lex dabat facere ipsis. Desiderium vero et studium eorum pro hac re in aliquanto distulimus tempore, aliquando quidem monentes, aliquando vero minantes quiescere eos ab irrationabili circa invicem horrore et ad unanimitatem properare, et melioris fieri voluntatis. Agebamus vero plus nihil. Quoniam vero difficile est immutare semel detentos irrationabili passione et horrore, forsitan enim contingit istis et insidias adgredi adinvicem et venenis aliisque ad mortem agentibus uti, ita ut nec filios eis factos valere ad unam similemque tales voluntatem immiscere.

Cap. I. Haec igitur aliena nostris indicantes temporibus, in praesenti sacram constituimus legem, per quam sancimus licere, ut antiquitus, consensu coniugum solutiones nuptiarum fieri, non [3]) ultra vero obtinere constitutas poenas constitutione nostri patris adversus eos, qui cum consensu coniugii faciunt solutionem. Si enim alterutrum adfectus nuptias solidat, merito contraria voluntas istas cum consensu dissolvit, adsignificantibus rebus, quae nuptias solvunt. Certum autem, ut [4]) omnia alia quantacunque legibus ac potissimum sacris [5]) constitutionibus nostri patris dicta sunt de nuptiis et filiis occasionibusque, ex quibus praecipitur dissolvi nuptias (si et sine ratione non et cum communi consensu, secundum quod et praesens nostra constituit divinitas, hoc agentibus et disponentibus poenis interpositis) obtinere et ex praesenti nostra lege per omnia habere virtutem propriam.

Epilogus. Quae ergo nobis visa sunt et per praesentem manifestata [6]) legem, tua gloria per consuetum sibi modum omnibus fieri manifesta praecipiat in hac urbe regia. Dat. XVIII. Kal. Octobr. Calcedone imp. DN. Iustino P. P. Aug. anno I., indictione XV. [566.]

---

[1]) τῶν ταύτῃ δηλονότι στελλομένων διαζυγίων *in Bas. esse dicit Leunclav. Notat. II.* 174. — [2]) Chalcedone *Athan., Vet. Int.* — [3]) non *om. Iulian. Mir.* — [4]) sit *Iulian. Pith., quod corruptum videtur ex* ut; ita ut *Iulian. Mir.* — [5]) legibus adposita, sacrisque *Iulian. Mir* — [6]) *Iulian. Mir.*; manifesta *Iulian Pith.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρμα'.[a])

Ἔδικτον Κωνσταντινουπολίταις Ἰουστινιανοῦ περὶ ἀσελγαινόντων.

Προοίμιον.

Τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας καὶ ἀγαθότητος ἀεὶ μὲν πάντες δεόμεθα, μάλιστα δὲ νῦν, ὅτε διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἡμαρτημένων ἡμῖν πολυτρόπως αὐτὸν παρωργίσαμεν. καὶ ἠπείλησε μὲν καὶ ἔδειξεν ὧν ἄξιοι κατὰ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἐσμέν, ἐφιλανθρωπεύσατο δὲ καὶ ἀνεβάλετο τὴν ὀργὴν ἀναμένων τὴν ἡμετέραν μετάνοιαν, ὡς μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, ἀλλὰ τὴν ἐπιστροφὴν καὶ τὴν ζωήν. οὐ δίκαιον οὖν πάντας ἡμᾶς καταφρονῆσαι τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ, ἵνα μὴ κατὰ τὴν σκληρὰν καὶ ἀμετανόητον ἡμῶν καρδίαν θησαυρίσωμεν ἑαυτοῖς ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, ἀλλὰ πάντας μὲν ἰῶν πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ πράξεων ἀποσχέσθαι, μάλιστα δὲ τοὺς τῇ μυσαρᾷ καὶ θεῷ μεμισημένῃ δικαίως ἀνοσίᾳ πράξει συσσαπέντας. λέγομεν δὴ τὴν τῶν ἀρρένων φθοράν [1]), ἣν ἀθέως τολμῶσί τινες ἄρρενες ἐν ἄρρεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι.

Κεφ. α'.

Ἴσμεν γὰρ ἐκ τῶν θείων γραφῶν διδασκόμενοι, ποίαν ὁ θεὸς κόλασιν δικαίαν ἐπήγαγε τοῖς ἐν Σοδόμοις πρώην οἰκήσασι διὰ τὴν περὶ τὴν μῖξιν ταύτην μανίαν, ὥστε μέχρι νῦν ἐκείνην τὴν γῆν ἀσβέστῳ πυρὶ καιπαλεσθαι, τοῦ θεοῦ διὰ τούτου παιδαγωγοῦντος ἡμᾶς, ὥστε τὴν ἀνοσίαν [2]) ταύτην ἀποστρέφεσθαι πρᾶξιν. Ἴσμεν δὲ πάλιν, οἷα περὶ τῶν τοιούτων ὁ θεῖος ἀπόστολος λέγει, οἷά τε οἱ τῆς πολιτείας διαγορεύουσι νόμοι. ὥστε πάντας ὀφείλειν τῷ τοῦ θεοῦ προσέχοντας φόβῳ ἀποσχέσθαι τῆς τοιαύτης ἀσεβοῦς καὶ ἀνοσίας πράξεως, ἣν οὐδὲ ἐν ἀλόγοις ἁμαρτανομένην ἐστὶν εὑρεῖν, καὶ τοὺς μὲν μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότας τοιοῦτον φυλάττειν ἑαυτοὺς καὶ πρὸς τὸν ἔπειτα χρόνον, τοὺς δὲ ἤδη συσσαπέντας τούτῳ τῷ πάθει, μὴ μόνον παύσασθαι τοῦ λοιποῦ, ἀλλὰ καὶ μετανοῆσαι δικαίως, καὶ τῷ θεῷ προσπεσεῖν, καὶ προσαγγεῖλαι τῷ μακαριωτάτῳ πατριάρχῃ τὴν νόσον, καὶ τρόπον θεραπείας λαβεῖν, καὶ κατὰ τὸ γεγραμμένον καρπὸν ἐνεγκεῖν [3]) μετανοίας, ἵνα ὁ φιλάνθρωπος θεὸς καὶ τὸν πλοῦτον τῶν ἰδίων οἰκτιρμῶν ἀξιώσῃ φιλανθρωπίας καὶ ἡμᾶς, καὶ πάντες εὐχαριστήσωμεν ἐπὶ τῇ τῶν μετανοούντων σωτηρίᾳ, οἷς καὶ νῦν τοὺς ἄρχοντας ἐπεξελθεῖν ἐκελεύσαμεν, τὸν θεὸν θεραπεύοντες τὸν δικαίως ἡμῖν ὀργιζόμενον. Καὶ νῦν μὲν πρὸς τὸ τῶν ἁγίων ἡμερῶν σέβας ἰδόντες παρακαλοῦμεν τὸν φιλάνθρωπον θεὸν οὕτω μετανοῆσαι τοὺς τῷ τοιούτῳ τῆς ἀσεβοῦς ταύτης πράξεως ἐγκυλισθέντας [4]) βορβόρῳ, ὡς μηδὲ ἕτερον ἡμῖν ἐπεξελεύσεως δοθῆναι καιρόν, προαγορεύομεν [5]) δὲ πᾶσιν ἐφεξῆς τοῖς τοιοῦτό τι συνειδόσιν ἑαυτοῖς ἡμαρτῆσθαι, ὡς εἰ καὶ μὴ παύσονται, καὶ προσαγγείλαντες ἑαυτοὺς τῷ μακαριωτάτῳ πατριάρχῃ τῆς οἰκείας ἐπιμελήσονται σωτηρίας, ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἀσεβῶν πράξεων τὸν θεὸν ἐξιλεούμενοι εἴσω τῆς ἁγίας ἑορτῆς, πικροτέρας ἑαυτοῖς ἐπάξουσι τιμωρίας, ὡς οὐδεμιᾶς τοῦ λοιποῦ συγγνώμης ἄξιοι. οὐδὲ γὰρ ἐνδοθήσεται οὐδὲ ἀμεληθήσεται ἡ τοῦ πράγματος ζήτησις καὶ διόρθωσις εἰς τοὺς μὴ προσαγγέλλοντας ἑαυτοὺς εἴσω τῆς ἁγίας ἑορτῆς,

Novella CXLI.

EDICTUM IUSTINIANI AD CONSTANTINOPOLITANOS DE IMPUDICIS.

Praefatio.

Semper quidem humanitate et clementia dei omnes indigemus, maxime vero nunc, quum multitudine peccatorum nostrorum multis cum modis ad iracundiam provocavimus. Et minatus est quidem, et ostendit, quid peccata nostra mereantur, clemens tamen fuit iramque reiecit poenitentiam nostram exspectans, ut qui nolit mortem nostram, peccantium, sed conversionem et vitam. Quare iustum non est, ut omnes divitias bonitatis, et tolerantiae, et patientiae clementis dei contemnamus, ne duro et poenitentiam non agente corde nostro accumulemus nobis iram in diem irae, sed ut omnes quidem pravis cupiditatibus et actionibus abstineamus, maxime vero illi, qui in abominabili et deo merito exosa atque impia actione contabuerunt. Loquimur autem de stupro masculorum, quod multi impie committunt masculi cum masculis turpitudinem perpetrantes.

Cap. I.

Scimus enim sacris scripturis edocti, quam iustam poenam deus illis, qui Sodomae olim habitarunt, propter insanam hanc commixtionem inflixerit, adeo ut hucusque regio illa inexstincto igne ardeat, atque per hoc nos docet, ut impiam illam actionem aversemur. Rursus vero scimus, quid de his sanctus apostolus dicat, quidque reipublicae nostrae leges sanciant, atque ut omnes, qui timori dei intenti sunt, impia et profana actione abstinere debeant, quae nec a brutis perpetrata invenitur, atque illi quidem, qui eius rei sibi conscii non sunt, in futurum etiam tempus sibi caveant, qui vero hoc affectu iam contabuerunt, non solum in posterum desistant, sed etiam veram poenitentiam agant, et deo supplicentur, et beatissimo patriarchae vitium indicent, et sanationis modum accipiant, et secundum id, quod scriptum est, fructum poenitentiae ferant, ut clemens deus pro divitiis misericordiae suae nos quoque clementia sua dignetur, et omnes pro illorum, qui poenitentiam agunt, salute gratias ipsi agamus, in quos etiam nunc magistratus inquirere iussimus, deum placantes, qui iuste nobis iratus est. Et nunc quidem ad sacrorum dierum honorem respicientes benignum deum rogamus, ut illi, qui in impiae huius actionis coeno voluuntur, ita resipiscant, ut alia eam puniendi occasio nobis non detur; denunciamus autem omnibus, qui eiusmodi peccati sibi conscii sunt, nisi peccare desinant, atque se ipsos beatissimo patriarchae deferentes salutis suae curam agant, propter impias eiusmodi actiones deum intra sanctum festum placantes, acerbiores sibi poenas arcessituros esse, tanquam nulla in posterum venia dignos. Neque enim remittetur aut negligetur huius rei inquisitio et emendatio illorum, qui intra sanctum festum se non detulerunt, vel in impia illa actione perseveraverunt, ne per negligentium hac in re commissam deum contra nos irritemus, si tam impiae et prohibitae actioni, quaeque maxime idonea sit ad bonum deum ad omnium perniciem irritandum, conniveamus.

No-

---

[a]) *Hal. et Scrimg. — Versio antiqua latina non exstat.*

[1]) τῇ — φθορᾷ *Hal.* — [2]) τὸν ἄνομον *Hal.* — [3]) καρποὺς συνεισενεγκεῖν *Hal.* — [4]) ἐμπολυσθέντας *Hal.* — [5]) προσαγορεύομεν *Hal*

ἑορτῆς, ἢ καὶ ἐμμένοντας τῇ αὐτῇ ἀσεβεῖ πράξει, ἵνα μὴ διὰ τῆς περὶ τοῦτο ῥᾳθυμίας καθ' ἡμῶν τὸν θεὸν παροργίσωμεν, πρᾶξιν παροῶντες οὕτως ἀσεβῆ καὶ ἀπηγορευμένην, καὶ ἱκανὴν οὖσαν τὸν ἀγαθὸν παροργίσαι θεὸν εἰς τὴν ἁπάντων ἀπώλειαν. Proponatur Constantinopolitanis civibus nostris [1]). Dat. Id. Mart. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XXXII., post Basilium V. C. Cons. ann. XVIII. [559.]

[1]) *Haec verba latina et subscriptio desunt ap. Hal.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρμβ'.[a])

Περὶ τῶν εὐνουχιζόντων.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Μαρθάνῃ [1]).

Προοίμιον.

Αἱ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν βεβασιλευκότων ὁρισθεῖσαι τιμωρίαι κατὰ τῶν εὐνουχίζειν τολμώντων πᾶσι δῆλαι τυγχάνουσιν [2]). Ἐπειδὴ δέ τινες καταφρονοῦντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἐτόλμησαν ὅλως πρὸ φανεροῦ χρόνου τὸ τοιοῦτον ἀσεβὲς ἁμάρτημα διαπράξασθαι, διὰ τοῦτό τινες μὲν ἐξ αὐτῶν ἀξίας δεδώκασι ποινάς, ἕτεροι δὲ μετὰ τὸ τιμωρηθῆναι καὶ ἐν ἐξορίᾳ ἐπέμφθησαν. Ἐπειδὴ τοίνυν οὐδὲ οὕτως τῆς ἀνοσίας ἀπέσχοντο πράξεως, ἀλλ' εἰς πλῆθος ἐξῆλθε τὸ τοιοῦτον μύσος, ὡς διαφόρως ἀπὸ πολλῶν ὀλίγους περισωθῆναι, καὶ τοσοῦτον, ὅτι καί τινες ἐξ αὐτῶν τῶν περισωθέντων ἐπ' ὄψεσιν ἡμετέρας κατέθεντο, ὅτι ἀπὸ ἐνενήκοντα μόλις τρεῖς περιεσώθησαν, τίς οὕτως περιφρονεῖ τῆς ἰδίας σωτηρίας, ὥστε παριδεῖν καὶ ἀνεκδίκητα ταῦτα καταλιπεῖν; Εἰ γὰρ οἱ ἡμέτεροι νόμοι τοὺς ξίφος κατά τινος αὐροντας τιμωρίαις ὑποβάλλουσι, πῶς ἔχωμεν παριδεῖν οὕτως ἀδεῶς γινομένους φόνους, καὶ πρᾶγμα γινόμενον ἐναντίον τε τοῦ θεοῦ καὶ τῶν ἡμετέρων νόμων; Ἀναγκαῖον οὖν ἡγησάμεθα τοῖς τὰ τοιαῦτα τολμῶσι διὰ τοῦ παρόντος νόμου ἀκριβέστερον ἐπεξελθεῖν.

Κεφ. α'.[b])

Θεσπίζομεν τοίνυν τοὺς ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἡμετέρας πολιτείας εὐνουχίζειν τολμῶντας ἢ τολμήσοντας [3]) οἱονδήποτε πρόσωπον, εἰ μὲν ἄνδρες εἶεν οἱ τοῦτο τολμήσαντες ἢ καὶ τολμῶντες, ταὐτὸ τοῦτο παθεῖν, ὃ πεποιήκασι, καὶ εἰ περισωθεῖεν, τὰ πράγματα αὐτῶν τῷ δημοσίῳ προσχυροῦσθαι διὰ τοῦ κατὰ καιρὸν τὴν τῆς σῆς ἐνδοξότητος ἀνύοντος ἀρχήν, κἀκείνους ἐν Γύψῳ πέμπεσθαι, ὀφείλοντας τὸν ἅπαντα τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνον ἐκεῖ εἶναι. εἰ δὲ γυναῖκες ὦσιν αἱ τοῦτο ποιοῦσαι, καὶ ταύτας τιμωρεῖσθαι, καὶ τὰ πράγματα αὐτῶν διὰ τοῦ κατὰ καιρὸν τὴν αὐτὴν ἀνύοντος ἀρχὴν τῷ δημοσίῳ προσχυροῦσθαι, καὶ εἰς ἐξορίαν πέμπεσθαι, ἵνα ἐξ ἧς ἐνόμισαν ἢ νομίζουσιν ἀσεβείας κέρδος ἑαυτοῖς περιποιεῖν, ἐξ αὐτῆς τιμωρίας καὶ ἐκπτώσιν τῶν ἰδίων πραγμάτων ὑποσιῶσιν. Τοὺς μέντοι ἐπιτάξαντας, καὶ ἐπὶ τούτῳ πρόσωπα παραδεδωκότας, ἢ καὶ οἴκους ἢ τόπον τινὰ ἐπὶ τούτῳ παρασχομένους ἢ καὶ παρέχοντας, εἴτε ἄνδρες εἶεν, εἴτε γυναῖκες, τὰς αὐτὰς κελεύομεν ὑποσιῆναι τιμωρίας, ὡς συνίστορας γενομένους τῆς ἀδίκου ταύτης πράξεως. Κεφ. β'.

Novella CXLII.

DE HIS, QUI CASTRANT.

Imperator Iustinianus Augustus Marthanae.

Praefatio.

Poenae, quae ab anterioribus Imperatoribus constitutae sunt in eos, qui castrare audent, omnibus notae sunt. Quoniam vero quidam salute sua contemta ante conspicuum tempus impium eiusmodi delictum omnino perpetrare plane ausi sunt, propterea alii quidem ex illis dignas poenas dederunt, alii vero post supplicia et in exilium missi sunt. Verum quum ne sic quidem ab impio facto abstinuerint, sed scelus illud saepissime commissum sit, ut saepe pauci e multis serventur, adeo ut quidam ex illis, qui servati sunt, nobis praesentibus testati fuerint, ex nonaginta vix tres servatos esse, quis salutem suam adeo contemnat, ut ea negligat atque inulta relinquat? Nam si leges nostrae eos, qui gladium contra quosdam stringunt, suppliciis subiiciunt, quomodo caedes adeo impudenter factas, et rem, quae contra deum nostrasque leges fit, praetermittere possimus? Necessarium igitur duximus, eos, qui talia audent, per hanc legem severius persequi.

Cap. I.

Sancimus itaque, ut illi, qui in qualicunque reipublicae nostrae loco qualemcunque personam castrare audent vel ausuri sunt, si quidem viri sint, qui hoc ausi sunt vel audent, id ipsum putiantur, quod fecerunt, et si serventur, eorum res fisco per eum deferantur, qui eo tempore gloriae tuae magistratum gerit, ipsique in Gypsum mittantur, ut per omne vitae suae tempus ibi maneant. Sin autem mulieres sint, quae id faciunt, eae quoque puniantur, et bona earum per illum, qui pro tempore eundem magistratum gerit, fisco deferantur, atque in exsilium mittantur, ut, unde impietatis lucrum sibi acquirere putarunt vel putant, inde supplicium et amissionem bonorum suorum sustineant. Illos vero, qui hoc mandarunt, et qui personas ad id tradiderunt, vel etiam domos aut locum aliquem ad id praebuerunt vel praebent, sive viri, sive feminae sint, easdem poenas sustinere iubemus, utpote impiae illius actionis conscios.

Cap. II.

[a]) *Hal. et Scrimg. — Athan. XVIII. 8. (Heimb. Anecd. I. p. 167 sq.) — Reciso prologo et epilogo haec Nov. est in Bas. LX. 51. 67. Schol. d. (Theodori, cf. Heimb. Anecd. I. p. 258.). Ex Bas. Novellam exhibuit Balsam. ad Photii Nomoc. I. 14. (Voëlli bibl. II. p. 834 sqq.) — Versio antiqua latina non exstat. —* [b]) *Parat. §. 20. Athan. tit. IV. (Heimb. Anecd. I. p. 69.)*

[1]) *Μαρθάνῃ κόμητι πριβάτων Athan. Cf. Biener l. c. p. 534.* — [2]) *πᾶσι δῆλαι καθεστήκασιν Hal.* — [3]) *ὃ καὶ τολμήσαντας Hal.; ἢ τολμήσαντας Bas.*

Κεφ. β.

Αὐτοὺς δὲ τοὺς εὐνουχισθέντας ἐχρῆν μὲν ἀπὸ παλαιοτέρων χρόνων [1]), πλὴν κελεύομεν, ὥστε τοὺς ἀπὸ τῆς duodecimae indictionis τοῦ νῦν παρελθόντος κύκλου [2]) εὐνουχισθέντας παρ' οὑτινοσοῦν ἐν τόποις τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἐλευθέρους εἶναι, καὶ κατα μηδένα τρόπον οἱουδήποτε εἴδους συναλλάγματι εἰς δουλείαν καθέλκεσθαι, μηδὲ συμβόλαιον ἐπ' αὐτοῖς ἀγοραῖον ἢ ἰδιόχειρον καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἢ κατὰ περίνοιαν γενόμενον ἢ καὶ γενησόμενον κρατεῖν, ἀλλὰ μηδὲ τὰς λεγομένας ἀνακρίσεις ἐπὶ τοῖς τοιούτοις γίνεσθαι προσώποις ἢ γενομένας κρατεῖν, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς τοιούτοις συναλλάγμασι τὸ λοιπὸν ὑπουργοῦντας τὰς ἀνωτέρω εἰρημένας κελευομεν ὑποσῆναι ποινάς [a]). Εἰ μέντοι διὰ πάθος συμβῇ δοῦλον εὐνουχισθῆναι, κἀκεῖνον κελεύομεν τῆς ἐλευθερίας τυγχάνειν. οἱ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὄντες ἐλεύθεροι πάθει, ὡς εἰκός, τοιούτῳ περιπίπτοντες ἑαυτῶν ἔχουσιν ἐξουσίαν, ἣν ἂν θέλωσι θεραπείαν ἑαυτοῖς προσάγειν. Τοὺς εὐνουχισθέντας τοίνυν ἀπὸ τοῦ μνημονευθέντος χρόνου ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ παρ' οἱῳδήποτε προσώπῳ ὄντας κελευομεν ἀναζητηθῆναι, καὶ ἐλευθέρους εἶναι, καὶ μηδέποτε εἰς δουλείαν τούτους καθέλκεσθαι. Εἰ μέντοι θαῤῥήσουσί τινες ἐξ αὐτῶν τῶν εὐνουχισθέντων τινὰς μετὰ τὸν παρόντα ἡμῶν ἐπισχεῖν νόμον, δίδομεν ἄδειαν καὶ αὐτοῖς τοῖς εὐνουχισθεῖσιν, ὡς ἅπαξ ἐλευθερίας ἐκ τοῦ παρόντος ἡμῶν τυχοῦσι νόμου, ἐνταῦθα μὲν τῇ τε βασιλείᾳ προσιέναι, τῷ τε κατὰ καιρὸν ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ καὶ τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἡμῶν ἄρχουσι προσαγγέλλειν, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις τοῖς κατὰ τόπον ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις [b]) καὶ τοῖς τούτων ἄρχουσιν, ἐφ' ᾧ προνοίᾳ πάντων τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων καὶ κινδύνῳ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων, εἴτε ἐν Κωνσταντινουπόλει, εἴτε ἐν ἑτέρῳ οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἡμετέρας πολιτείας, τούτους ἐκδικεῖσθαι, καὶ φυλάττεσθαι τὴν ἐκ τοῦ παρόντος ἡμῶν νόμου διδομένην αὐτοῖς ἐλευθερίαν. παριδεῖν γὰρ φόνους τοσούτους γινομένους κατὰ πρόφασιν τῶν τὰ τοιαῦτα τολμώντων ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ οὐδαμῶς ἀνεχόμεθα. εἰ γὰρ βάρβαροι ἀκούσαντες τῶν ἡμετέρων περὶ τούτου παραγγελιῶν ταύτας ἐφύλαξαν, πῶς ἂν ἡμεῖς συγχωρήσωμεν μετὰ τοσαύτας τῶν πρὸ ἡμῶν βεβασιλευκότων νομοθεσίας τοιοῦτό τι ἁμαρτάνεσθαι ἢ ἀνεκδίκητον ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ καταλιμπάνεσθαι;

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασπάνια ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου γενικοῦ δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ἐνδοξότης ἐνταῦθά τε καὶ κατὰ χώραν πράξει καὶ παραφυλάξει. Dat. XV. Kal. Decemb. Constantinop. DN. Instiniano PP. Aug. Basilio V. C. Cons. [3]). [541.]

Cap. II.

Ipsos vero castratos oportebat quidem ab antiquioribus temporibus liberos esse, insuper tamen iubemus, ut qui a duodecima indictione cycli nunc praeteriti per quemcunque in locis reipublicae nostrae castrati sunt, liberi sint, nec ullo modo per qualiscunque generis contractum in servitutem trahantur, nec instrumentum publicum vel privatum de illis qualicunque modo vel per fraudem factum aut faciendum valeat. Sed neque ἀνακρίσεις, quae appellantur, in eiusmodi personis fiant, aut factae valeant, sed et omnes, qui eiusmodi contractibus in posterum inserviunt, supra dictas poenas subire iubemus. Si tamen ex morbo quodam contingat, ut servus castretur, eum quoque iubemus libertate potiri. Qui enim ab initio liberi constituti in talem forte morbum inciderunt, sui potestatem habent, ut quam velint sibi medicinam adhibeant. Castratos igitur qui a memorato tempore in republica nostra apud qualemcunque personam sunt, conquiri iubemus, et liberos esse et nequaquam eos ad servitutem retrahi. Si tamen quidam aliquos ex ipsis castratis post hanc nostram legem detinere audebunt, ipsis etiam castratis facultatem concedimus, utpote semel libertatem hac lege consecutis, hic quidem tam Imperatorem adeundi, quam sanctissimo, qui est, patriarchae gloriosissimisque nostris magistratibus denunciandi, in provinciis vero sanctissimis episcopis regionis earumque magistratibus, ut providentia omnium nostrorum magistratuum et periculo cohortium, quae illis parent, sive Constantinopoli, sive in alio quolibet reipublicae nostrae loco, illi vindicentur, atque libertas hac nostra lege illis data conservetur. Tot enim caedes in republica nostra ab iis, qui talia audent, patratas negligi, nullo modo sustinemus. Num si barbari audientes haec nostra de his rebus mandata ea observarunt, quomodo nos permittemus, ut post tot anteriorum Imperatorum constitutiones tale quid committatur vel impunitum in republica nostra relinquatur?

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac generali lege declarantur, gloria tua et hic et in provincia faciet atque custodiet.

Nov. Const. CXLIII.

[a]) *Parat.* §. 19. *Athan. tit. XIV.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 152.) — [b]) *Parat.* §. 8. *Athan. tit. I.* (*ibid. I. p.* 26.)

[1]) *Deesse hic aliquot verba putat Homb. et Bk. adiecit* ἐλευθέρους εἶναι. — [2]) ἀπὸ δεκάτης ἐπινεμήσεως τοῦ νῦν ὑπελθόντος μηνὸς *Hal.*; ἀπὸ τῆς δεκάτης ἐπινεμήσεως τοῦ νῦν ἐπελθόντος κύκλου *Bas.* — [3]) *Bienero l. c. p.* 526. *videtur const. esse anni* 552. *vel* 553., *sed secundum Athan. edita est post consulatum Basilii anno XIV.* (555.)

Gl. Novella Const. CXLIII.[a])

DE RAPTIS MULIERIBUS, QUAE RAPTORIBUS NUBUNT [1]).

(Auth. const. CXXXII. Coll. IX. tit. 13.)

Imperator Iustinianus Augustus Areobindo [2]), gloriosissimo Praetoriorum Praefecto, Expraefecto a mae urbis et Exmagistro militum.

Legis interpretationem culmini tantum principali competere nemini venit in dubium, quum promulgandae quoque legis auctoritatem [3]) sibi vindicet eminentia. Meminimus itaque pro rapta mulierum, sive iam desponsatae fuerint vel maritis coniunctae, sive non, vel etiam si viduae sint, legem antea posuisse, et capitis subiecisse supplicio non tantum raptores, verum etiam comites eorum, nec non alios, qui eis auxilium tempore invasionis contulisse noscuntur, et non tantum parentibus mulierum, verum etiam consanguineis, et tutoribus, et curatoribus huiusmodi dedisse per eandem legem vindictam, et praesertim [4]) poenis locum dedisse, si iam nuptae vel desponsatae mulieres rapiantur, quum non solum raptus mulieris, verum etiam adulterium per huiusmodi temeritatem committitur. Et super alias poenas raptoris etiam, nec non aliorum, qui cum eo fuerint [5]), patrimonium raptae mulieri vindicari per eandem legem praecipimus, ut dotis etiam marito legitimo dandae copia per raptoris ei ministretur substantiam. Illo quoque specialiter adiecto, ut nulla sit mulieri vel virgini raptae licentia raptoris eligere matrimonium, sed cui parentes voluerint (excepto raptore) legitimo matrimonio copulari, nullo modo, nullo tempore licentia mulieri raptae permissa raptoris se coniungere matrimonio. Sed parentes etiam, si tali consenserint matrimonio, deportari praecipimus. Sed mirati sumus, quod conati sunt aliqui dicere, raptam mulierem, sive volentem sive nolentem, etsi raptoris matrimonium contra nostrae constitutionis tenorem amplexa sit, debere tamen eam raptoris habere substantiam vel quasi legis praemium, vel ex testamento forte, si hoc etiam factum esse contigerit. Qui enim talia dicere praesumserunt, hi praedictae legis seriem intelligere non potuerunt. Qui enim tale stare matrimonium, etsi rapta voluerit, prohibuimus, et ob hoc parentes raptae mulieris deportationis subiecimus poenae, si huiusmodi consenserint matrimonio, quomodo raptas mulieres raptorum eligentes connubium praemiis honorassemus raptae datis mulieri? Superfluam igitur eorum dubitationem vel in posterum resecantes, priorem legem per praesentem [6]) interpretari censuimus. Sancimus itaque, si rapta mulier, cuiuscunque sit conditionis vel aetatis, raptoris nuptias eligendas esse censuerit, parentibus praesertim non consentientibus, nec ex beneficio legis, nec ex testamento raptoris hereditatem suscipere, vel quocunque modo substantiam vindicare, sed praemium, quod per legem nostram raptae mulieri datum est, ut raptoris, et eorum, qui ei auxilium tempore invasionis praebuerint, bona vindicet, hoc ad parentes, si ambo vel unus supersit, qui nuptiis specialiter non probantur consensisse ex tempore raptus ipso iure transferri, et patrimonium raptoris non raptam iam habere mulierem, quae coniugio se raptoris inquinare non piguit, sed in personas transferri, quas superius nominavimus, eius [7]) non consentientes coniugio. Nam nefarios huiusmodi coitus poenis corrigi, non praemiis honorari convenit. Quodsi parentes iam decesserunt, vel huiusmodi sceleri consenserunt, substantia raptoris, nec non et aliorum, qui facinoris fuerunt [8]) participes, fisci viribus [9]) vindicetur. Quam interpretationem non in futuris tantummodo casibus, verum in praeteritis etiam valere sancimus, tanquam si nostra lex ab initio cum interpretatione tali a nobis promulgata fuisset, pater carissime [10]) atque amantissime. Quae igitur per hanc legem nostra statuit aeternitas [11]), tua celsitudo effectui mancipari, observarique praecipiat. Dat. XII. Kal. Iun. imp. DN. Iustiniani ann. XXXVII., post Basilii V. C. cons. ann. XXII. [563.] *AIA-*

---

[a]) *Haec Const. latine edita est. Hal. graecam habet summam, Scrimg. vitiose partem Nov.* 145. *exhibet. Est autem haec Const. bis in Corp.* 168 *Novellarum recepta, nam Nov.* 150. *nihil differt ab hac Nov. Cf. Biener l. c. p.* 104 *sqq.* 471. *Unde factum videtur, ut in Bas. duas habeamus epitomas, LX.* 58. 2 — 5. *Schol. l. m. et LX.* 58. 6. *Schol. n. o., quae epitomae in edd. Hal. transierunt. — Athan. XI.* 5. (*Heimb. Anecd. I. p.* 141.) *et Photii Nomoc. IX.* 30. (*Voëlli bibl. II. p.* 1012.) — *In Append. Codd. mss. Iuliani invenitur haec Const. et in Coll. Ans. ded. VII.* 24. *Cf. Savigny Gesch. d. R. R. II. p.* 277 *sq. Biener l. c. p.* 230. 240. 241 *sq. — Novella est inter glossatas.*

[1]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; De muliere raptum passa *Cont.* — [2]) *In Cod. ms. Ranconet. Iuliani et in Coll. Ans. ded.* Leoni (*praefecto Italiae*) *inscripta est Const. Cf. Biener l. c. p.* 26. 227. 532 *sq.* — [3]) *Cod. Hamb.*; fortunae *add. edd.* — [4]) *Cod. Hamb.*; praescriptis *edd.* — [5]) fuerant *Cod. Hamb.* — [6]) *Cod. Hamb.*; priorem per praesentem legem *edd.* — [7]) *Cod. Hamb., Trid.*; ei *Port., Cont.* — [8]) *Cod. Hamb.*; fuerint *edd.* — [9]) *Bk.*; iuribus *Trid., Port., Cont. Ex Cod. Hamb. nihil diiudicari potest.* — [10]) *Cod. Hamb., Port.*; ariobide pater clarissime *Trid.*; praefecte charissime *Cont. Cf. Cramer in Zeitschr. f. g. R. VIII. p.* 142 *sq.* — [11]) aequitas *Cod. Hamb.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ομδ'.[a])

Περὶ Σαμαρειτῶν.

Ὁ αὐτοκράτωρ Ἰουστῖνος[1]) Διομήδει, ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων.

Προοίμιον.

Τὴν ἀσεβῆ τῶν Σαμαρειτῶν αἵρεσιν καὶ τὴν παράλογον τούτων μανίαν πολλάκις ὅ τε τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἡμῶν πατὴρ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ διὰ σπουδῆς ἐθέμεθα πρὸς τὸ κάλλιον μεταγαγεῖν, καὶ τὰς αὐτῶν ἐλευθερῶσαι ψυχὰς τῆς ἐπικρατούσης αὐτὰς νόσου. ἀλλ' οὐκ ἰσχύσαμεν ἐπὶ τοῖς πολλοῖς τούτων τὸ ἐσπουδασμένον ἡμῖν καὶ τοῖς πάλαι[2]) πρᾶξασθαι. κεχωρήκασι γὰρ εἰς τοσοῦτόν τινες αὐτῶν μανίας, ὥσιε δὴ καὶ τοῦ σωτηριώδους τυχόντες βαπτίσματος πάλιν ἐπανῆλθον, ὅθεν ἐξῆλθον κακοῦ, ταὐτὰ Σαμαρείταις τιμῶντες καὶ λυττῶντες διηλέγχθησαν. Ἔδοξε τοίνυν ἡμῖν ὀρθῶς ἔχειν τὸν πάλαι καὶ πρότερον κατ' αὐτῶν τεθέντα[3]) παρὰ τοῦ ἡμετέρου πατρὸς νόμον ἀνανεώσασθαι.

Κεφ. α'.

Καὶ διὰ τοῦτο θεσπίζομεν μὴ κληρονομεῖν αὐτοὺς ἐκ διαθηκῶν ἢ τούτων χωρὶς, μηδὲ πρεσβεῖα λαμβάνειν, ἢ κατὰ δωρεᾶς τρόπον κομίζεσθαι[4]) πρᾶγμα, ἀλλὰ μηδὲ κατὰ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου κλῆσιν διαδόχους ἔχειν Σαμαρείτας[5]) ἢ ὅλως αἱρετικούς, μηδὲ σχηματιζομένους τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν προσδέχεσθαι πίστιν, ταῖς δὲ ἀληθείαις οὐχ οὕτω φρονοῦντας ἢ πράττοντας τὰ ταύτῃ[6]) συμβαίνοντα, μηδὲ μὴν διαθήκας εἰς[7]) αὐτοὺς γράφειν, ἢ ληγάτα καταλιμπάνειν, ἢ δωρεῖσθαι, πλὴν εἰ μὴ ὀρθόδοξοι εἶεν καὶ πίστει καὶ ἔργοις ληψόμενοι[8]). εἰ γὰρ μηδεὶς τούτων εἴη[9]), τῷ ἱερωτάτῳ ταμείῳ τὰς τούτων περιουσίας μετὰ τελευτὴν προσήκειν κελεύομεν. ὥστε καὶ ὁ πρώην φιλοτιμηθεὶς τούτοις παρὰ τοῦ ἡμετέρου πατρὸς θεῖος τύπος, νόμου τάξιν ἐπέχων, διδοὺς αὐτοῖς κληρονομεῖν τε καὶ κληρονομεῖσθαι, καὶ τιμᾶσθαι ληγάτοις, ἢ καταλιμπάνειν προσβεῖα, σχολάσαι τὸ λοιπὸν καὶ καθάπαξ ἰσχὺν[10]) οὐδεμίαν ἕξει. τῆς γὰρ ἐκ τούτου φιλανθρωπίας ἀναξίους ἑαυτοὺς ἀποδείξαντες εἶναι οἱ τὰ Σαμαρειτῶν μανόμενοι, οὐχ ἕτερον, ἢ σφᾶς αὐτοὺς ἐπιμέμψονται, ἀλλοτριούμενοι μὲν τῆς ἐκ τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φιλανθρωπίας, ἐκπίπτοντες δὲ καὶ τῶν πρώην αὐτοῖς ἐκ τῆς ἡμετέρας δοθεισῶν βασιλείας φιλοτιμιῶν, πρὸς τὸ τῆς ἀμείνονος γενέσθαι γνώμης, οὐ μὴν ἵνα μέχρι παντὸς ἐπὶ τῆς οἰκείας διαμένοιεν κακοδοξίας.

Κεφ. β'.

Ἐξαιροῦμεν δὲ τοῦ παρόντος νόμου τοὺς τὰ Σαμαρειτῶν προσβεύοντας γεωργούς, οὐκ αὐτῶν χάριν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν παρ' αὐτῶν γεωργουμένων χωρίων σύστασιν, καὶ διὰ τοὺς ἐκεῖθεν εἰσαγομένους[11]) φόρους τε καὶ προσόδους, ἐξ ἀγροικίας τε πλανωμένους. τούτοις γὰρ γράφειν ἐφίεμεν κληρονόμους

Novella CXLIV.

DE SAMARITIS.

Imperator Iustinus Diomedi, praefecto praetorio

Praefatio.

Impiam Samaritanorum haeresin et irrationabilem eorum insaniam tam piae memoriae pater noster, quam nos ipsi saepius ad meliora deducere, eorumque animos a morbo, quo detinentur, liberare voluimus. Sed in permultis illorum id, quod nobis et veteribus studio fuit, perficere non potuimus. Progressi enim sunt quidam ex iis ad tantam insaniam, ut accepto etiam salutari baptismate ad id malum redierint, unde exierant, eademque cum Samaritis honorare et eodem furore agi deprehensi fuerint. Placuit igitur veterem illam et a patre nostro adversus eos antea latam legem renovare.

Cap. I.

Ac propterea sancimus, ut non ex testamentis, vel sine his heredes fiant, nec legata accipiant, aut donationis modo res acquirant. Sed nec ab intestato vocatos successores habeant Samaritae vel in universum haeretici, nec ii, qui rectam Christianorum fidem amplecti simulant, revera autem non ita sentiunt, nec faciunt, quae illi conveniunt, nec testamenta in eorum commodum scribant, aut legata relinquant, aut donent, nisi orthodoxi sint et fide et factis, qui accepturi sunt. Si enim nemo horum sit, facultates eorum ad sacratissimum aerarium post mortem pertinere iubemus. Ita ut et sacra forma a patre nostro olim iis data, quae legis vicem obtinet, quaeque concedit iis hereditatem accipere et relinquere, et legatis honorari, vel ea relinquere, in posterum cesset, neque ullam vim habeat. Quum enim humanitate illa se ipsi indignos ostenderint, qui Samaritarum insania aguntur, non alios, quam se ipsos accusent, quod quidem a magni dei et servatoris nostri Iesu Christi humanitate alieni sint, amittant vero etiam ab imperio nostro ipsis olim ideo concessas liberalitates, ut ad meliorem mentem redeant, non ut perpetuo in perversa hac opinione sua perseverent.

Cap. II.

Excipimus vero ab hac lege colonos, qui Samaritarum partes sequuntur, non ipsorum gratia, sed propter conditionem praediorum, quae ab iis coluntur, et propter reditus et proventus, qui exinde colliguntur, quum ex rusticitate errent. His enim permittimus ascendentes et descendentes et cognatos suos

---

[a]) *Novella Iustini. Hal.; Scrimg. non h. l. hanc Novellam exhibet, sed inter Novellas Iustini numero quintam; cf. Biener l. c. p.* 94 *sq.* 117. 471. — *Athan. III.* 3. (*Heimb. Anecd. I. p.* 46 *sq.*) *et Coll. const. eccl. III.* 3. 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 1357 *sq.*) — *Photii Nomoc. X.* 8. (*ibid. II. p.* 1041.) *et Balsam. ad Photii Nomoc. IV.* 7. (*ibid. II. p.* 906 *sq.*) — *Praeter prooemium et epilogum Nov. est in Bas. I.* 1. 56. — *Versio antiqua latina non exstat.*

1) Ἰουστινιανὸς *Athan.* — 2) *Emend. Homb.*; καὶ τὸν τὸ πάλαι *Scrimg.*; κατὰ τοῦτο πάλαι *Hal.* — 3) ταχθέντα *Hal.* — 4) *Hal., Bas., Athan.*; ἐκποιεῖσθαι *Scrimg.* — 5) *Hal., Bas., Athan.*; κλῆσιν *ἀδιαδόχους Σαμαρείτας *Scrimg.* — 6) *Hal.*; πράττοντας ταῦτα συμβαίνοντα *Scrimg.*; πράττ. τὰ αὐτῆς συμβαίνοντα *Bas.* — 7) εἰς *del. Hal. in notis recogn. op.* — 8) καὶ πιστοὶ τοῖς ἔργοις οἱ ταῦτα ληψόμενοι *Hal.*; καὶ πίστει καὶ ἔργοις οἱ ταῦτα ληψόμενοι *Bas., Athan.* — 9) *Hal., Bas., Athan.*; ἢ *Scrimg.* — 10) *Hal., Bas.*; λοιπὸν καθάπαξ, ἰσχὺν *Scrimg.* — 11) τῷ δημοσίῳ *add. Hal., Bas.*

νόμους τε καὶ ληγαταρίους τοὺς αὐτῶν ἀνιόντας τε καὶ κατιόντας, καὶ τοὺς ἐκ πλαγίου αὐτῶν συγγενεῖς, κἂν εἰ Σαμαρειτικὴ πλάνη κρατοῖντο, γεωργοῦντας [1]) μέντοι τὰ γήδια, ὡς τῆς ἐντεῦθεν εὐπορίας εἰς τοὺς τὰ χωρία κεκτημένους φερομένης, καὶ δι' αὐτῶν εἰς τὸ δημόσιον. καὶ διαθηκῶν δὲ χωρὶς οἱ προρρηθέντες ἐπὶ τὸν ἀλλήλων ἥξουσι κλῆρον, διὰ τὴν αὐτὴν πρόφασιν. ἐπεὶ καὶ μηδενὸς τούτων εὑρισκομένου, τὸν κύριον τοῦ χωρίου ἐν ᾧ γεωργὸς ἦν ὁ τελευτήσας, τὰ παρ' ἐκείνου καταλειφθέντα λαμβάνειν βουλόμεθα, καὶ τὴν τοῦ ταμιείου τάξιν ἔχειν αὐτόν, οἷα δὴ καὶ τοὺς δημοσίους φόρους ὑπὲρ ἐκείνου πληροῦντα. Σαμαρείτην δὲ στρατεύεσθαι πανταχῶς οὐ συγχωροῦμεν, ἀλλ' οὐδὲ πολιτικὸν μετιέναι φρόντισμα, οὐδὲ μὴν συνηγορεῖν, ἢ συνεδρεύειν, ἢ τοῖς λογιωτάτοις συνίστασθαι ῥήτορσιν ὅλως ἢ νέοις [2]) παιδεύειν. Εἰ δέ καί τινες ἐκ τούτων τυχόντες τοῦ σωτηριώδους βαπτίσματος φανεῖεν ἐπὶ τὴν προτέραν πλάνην ἐπανελθόντες, τὰ σάββατα παραφυλατιόμενοι, ἢ καὶ πράττοντες [3]) τὰ διελέγχοντα αὐτοὺς ὑποκρίσει τὸ ἅγιον παραλαβεῖν βάπτισμα, δημεύεσθαι τούτους κελεύομεν καὶ πρὸς ἐξορίαν διηνεκῆ παραδίδοσθαι. Ταῖς δὲ αὐταῖς ὑπαγομεν ποιναῖς καὶ τοὺς ἀσεβῆ προστασίαν κατὰ τῆς ὀρθῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως τοῖς τοιούτοις ἀπονέμοντας. Καλῶς δὲ ἔχειν δοκεῖ τὸ μηδὲ προχείρως αὐτοὺς εἰςδέχεσθαι τῷ ἀχράντῳ προσιρέχοντας βαπτίσματι, ἀλλὰ μετά τινος παραφυλακῆς καὶ κατηχήσεως ἐν ἀρκοῦντι [4]) χρόνῳ γινομένης. φαμὲν δὴ τοὺς μὲν μετὰ χρησιμῆς διδασκαλίας ὅλους [5]) αἰσθανομένους ἐπὶ ἐνιαυτοὺς δύο κατηχεῖσθαι, μανθάνειν τε τὰς γραφὰς κατὰ τὸ δυνατόν, καὶ τότε προσφέρεσθαι τῷ τῆς ἀπολυτρώσεως βαπτίσματι [6]), τῇ μετανοίᾳ τοῦ τοσούτου χρόνου καρπουμένους τὴν ὡς ἀληθῶς ἀπολύτρωσιν. τοὺς δὲ νέους σφόδρα καὶ διδασκαλίας οὐ συνιέντας ἐφίεμεν καὶ τῆς παρατηρήσεως ταύτης χωρὶς ἀξιοῦσθαι τοῦ ἁγίου βαπτίσματος [a]). Σαμαρείτης δὲ οὐδεὶς οἰκέτην Χριστιανὸν ἕξει, ἀλλ' ἅμα τῷ κτήσασθαι τοῦτον εὐθέως εἰς ἐλευθερίαν ἁρπάζεσθαι. Εἰ δὲ καὶ τῆς ὁμοίας αὐτῶν κακοδοξίας ὁ οἰκέτης ἐστίν, ἐξέστω αὐτῷ τὴν τῶν Χριστιανῶν ἀσπαζομένῳ δόξαν, εὐθὺς καὶ τῆς ῥωμαϊκῆς ἀπολαύειν ἐλευθερίας [b]).

suos ex latere et heredes et legatarios scribere, etsi Samaritarum errore teneantur, agros scilicet colentes, quum exinde divitiae ad possessores praediorum et per eos ad fiscum deferantur. Sed et ab intestato praedicti ad mutuam hereditatem propter eandem causam venient. Sin autem horum nemo inveniatur, dominum praedii, in quo agricola defunctus est, ab hoc relicta accipere, et fisci locum obtinere volumus, ut qui et publica tributa pro illo solvat. Nullo autem modo Samaritam militare permittimus, sed neque ad civile munus accedere, neque advocatum vel assessorem esse, vel omnino inter disertissimos rhetores referri, vel adolescentes instituere. Si vero quidam ex illis accepto salutari baptismate ad priorem errorem redire, sabbata servare, vel etiam ea facere videantur, quae probent per simulationem ipsos sanctum baptisma accepisse, eos proscribi, et in perpetuum exsilium mitti iubemus. Atque iisdem poenis etiam eos subiicimus, qui impium illis patrocinium contra rectam Christianorum fidem praebent. Bene autem hoc se habere videtur, ut illi, qui ad immaculatum baptisma accurrant, non temere suscipiantur, sed cum quadam observantia et instructione per sufficiens tempus facta. Dicimus autem, ut illi quidem, qui salutaris doctrinae sensum habent, per duos annos instituantur et scripturas, quoad eius fieri potest, discant, atque tum redemtionis baptismati offerantur, tanti temporis poenitentia veram redemtionem lucrantes. Illis vero, qui admodum iuvenes sunt, et doctrinam non intelligunt, permittimus et sine observatione illa ad sacrum baptisma admitti. Nullus autem Samarita servum Christianum habeat, sed simul atque emtus fuerit, statim in libertatem rapiatur. Si vero servus in eadem perversa, qua illi, sit opinione liceat illi, si Christianorum doctrinam amplectatur. statim etiam Romana libertate frui.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦ παρόντος δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ἐνδοξότης προτιθεῖσα κατὰ τοὺς συνήθεις τόπους ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοθῆναι προσταξάτω. Dat. XV. Kal. Inn. Constantinop. imp. DN. Iustini PP. Aug. ann. VII., post cons. eiusdem ann. VI. [572.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et hac lege declarata sunt, ea gloria tua locis consuetis proponens effectui dari praecipiat.

ΔΙΑ- *No-*

---

[a]) *Photii Nomoc. IV.* 4. (*Voëlli bibl. II. p.* 907.) *IV.* 7. (*ibid. p.* 908.) — [b]) *Parat.* §. 3. *Athan. tit. XVIII.* (*Heimb. Anecd. I. p.* 169.)

[1]) κἂν ἡ Σαμαρειτικὴ πλάνη κρατῇ. τοὺς γεωργοῦντας *Scrimg.*; κἂν εἰ Σαμαρειτῶν πλανῇ κρατοῖντο, γεωργοῦντας *Hal.*; καὶ εἰ Σαμαρειτικὴ πλάνη κρατοῖντο, γεωργοῦντας *Bas.* — [2]) *Hal., Bas.*; ὅλως ἢν τοῦ *Scrimg.* — [3]) ἢ καὶ τὰ ἄλλα τινὰ πράττοντες *Hal.*; ἢ ἄλλα τινὰ πράττοντες *Bas.*; καὶ ἄλλα τινὰ πράττ. *Athan.* — [4]) ἐναρχοῦντι *Hal.* — [5]) μὲν χρησιμὴν διδασκαλίαν ὅλως *Hal.* — [6]) τῆς λιτρώσεως ἁγίῳ βαπτ. *Hal.*; τῆς ἀπολυτρώσεως ἁγίῳ βαπτ. *Bas*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρμέ'.[a])

Ὥστε τοῦ λοιποῦ μηδεμίαν ἄδειαν ἔχειν τὸν δοῦκα ἤτοι βιοκωλύτην κατὰ Φρυγίαν ἑκατέραν [1]) παραγίνεσθαι, ἢ τινας τῶν αὐτοῖς προσηκόντων στέλλειν, καὶ συνέχειν τινάς, ἀλλὰ μηδὲ τοὺς τῶν αὐτῶν ἐπαρχιῶν ἀπιέναι πρὸς τοὺς τὰς τοιαύτας ἀρχὰς ἔχοντας ἐπί τε Λυκαονίᾳ καὶ Λυδίᾳ, καί τινας παρ' αὐτοῖς ὑπὸ μέμψιν ποιεῖσθαι, τῶν πολιτικῶν ἀρχόντων ἱκανῶν καθεστώτων ταῖς ἀναφυομέναις ὑποθέσεσιν ἐπεξιέναι.

Ὁ αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Ἀρεοβίνδῳ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων, καὶ ἀπὸ ἐπάρχων τῆς εὐδαίμονος πόλεως, καὶ στρατηλάτῃ.

Προοίμιον.

Τοῖς ἀεὶ παρεμπίπτουσι τὴν προσήκουσαν ἑκάστοτε θεραπείαν εὑρίσκοντες, ἐπειδὰν τὰ τῆς χρείας παρέλθῃ, πάλιν τῆς προτέρας γινόμεθα τάξεως, μέχρι μόνου τοῦ πεπονηκότος τὴν ἰατρείαν ἱστῶντες. ὁποῖον δή τι καὶ ὁ παρὼν ἡμῶν θεῖος βούλεται νόμος. ὀλίγῳ γὰρ πρότερον τοῦτο μὲν ἀταξίας δημώδεις, τοῦτο δὲ λῃστῶν ἐπιδρομὰς κατὰ Φρυγίαν ἑκατέραν καὶ Πισιδίαν γίνεσθαι μαθόντες, ὡς πολιτικὴν διοίκησιν ἐκβαίνειν τὴν τοῦ πράγματος ἐπιμέλειαν, ταύταις τε καὶ πρός γε Λυκαονίᾳ καὶ Λυδίᾳ στρατιωτικὴν ἀρχὴν ἐπεστήσαμεν, δοῦκα ἤτοι βιοκωλύτην ὀνομάσαντες τὸν ἐπὶ τούτου τοῦ μέρους τεταγμένον. Ἀλλὰ καὶ νῦν προσῆλθον ἡμῖν οἱ Φρυγίαν ἑκατέραν καὶ Πισιδίαν οἰκοῦντες, τὰ μὲν πρώην ἁμαρτανόμενα κατ' αὐτὰς [2]) παύσασθαι λέγοντες, καὶ οὐδὲ λῃστήρια κατὰ τοὺς τόπους ἐκείνους συνεσιάναι, οὐδ' εἰς ἄνδρας ἐκτρέφεσθαι ταῖς ἐπαρχίαις [3]), τὸ δὲ βάρος οὐ φέρειν τῆς παρ' ἡμῶν ἐπινενοημένης ἀρχῆς, τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῇ συνεχῶς ἐπιφοιτώντων ταῖς ἐπαρχίαις, καὶ συλλαμβανόντων τινὰς καὶ ζημίαις ἐπιτριβόντων, καὶ στρατιωτικῶν θορύβων ἐμπεπλησμένων τῶν τόπων ἐκείνων, καὶ ὅλως ἀοικήτους αὐτοῖς τὰς ἐπαρχίας εἶναι. καίτοι γε καὶ αὐτῶν καθ' ἑαυτοὺς τῶν πολιτικῶν ἀρχόντων ἱκανῶν πρὸς τὴν τοῦ

Novella CXLV.

UT NULLAM IN POSTERUM LICENTIAM DUX SEU BIOCOLYTA HABEAT IN UTRAMQUE PHRYGIAM VENIENDI, VEL ALIQUOS EX IIS, QUI IPSIS OBEDIUNT, MITTENDI, ET QUOSDAM COMPREHENDENDI. SED NEC ILLI, QUI IN PROVINCIIS ILLIS SUNT, ACCEDANT AD EOS, QUI MAGISTRATUS TALES QUUM IN LYCAONIA TUM IN LYDIA GERUNT, ET QUOSDAM APUD EOS ACCUSENT, QUUM CIVILES MAGISTRATUS IDONEI SINT, QUI NEGOTIA EMERGENTIA EXSEQUANTUR.

Iustinianus Imperator Areobindo, Praefecto Praetorio, et Expraefecto felicis urbis, et Magistro militum.

Praefatio.

Cum illis, quae semper incidunt, competentem semper medicinam reperiamus, postquam necessitas praeteriit, rursus in priorem locum revertimur, illi solum, qui aegrotavit, medicinam adhibentes. Atque tale quid haec quoque sacra nostra lex vult. Nam quum paulo ante cum turbas civiles, tum vero etiam latronum incursiones in utraque Phrygia et Pisidia fieri cognovissemus, ita ut eius rei cura civilem administrationem excedat, his, ac praeterea Lycaoniae et Lydiae militarem magistratum praefecimus, ducem seu biocolytam eum nominantes, qui ad hanc rem constitutus est Sed et nunc adierunt nos utriusque Phrygiae et Pisidiae incolae, dicentes, cessare quidem iam ea, quae olim in illis commissa essent, nec latrocinia in illis locis committi, [neque seditiones nutriri in provinciis] onus autem excogitati a nobis magistratus se non ferre. quum ministri eius assidue provincias peragrent, et quosdam comprehendant damnisque conterant, et militares tumultus loca illa impleant, ac plane inhabitabiles sibi provincias esse, quamvis et ipsi civiles magistratus per se sufficiant ad rem illam emendandam, etenim multos etiam ex illis, qui provincias inhabitent, ex aliorum modestia lucrum facientes magistratus cingulo abuti, et innocentes comprehendere, atque ita quae iusta non sunt ipsis perpetrare. Cap. I.

Const. CXXIV.

UT DE CETERO NULLAM LICENTIAM HABEAT DUX AUT BIOCOLYTA LYDIAE ET LYCAONIAE IN PHRYGIAM UTRAMQUE ET PISIDIAM ADVENIRE.

Imperator Iustinianus Areobindo, gloriosissimo Pf. P.

Praefatio. His, quae semper incidunt, competentem singulis medicinam invenientes, postquam quae utilitatis sunt praeterierint, iterum prioris efficimur ordinis, usque ad solum dolentem medicinam sustinentes. Quod tale aliquid [4]) praesens nostra sacra vult lex. Modice enim prius aliud quidem [5]) indisciplinationes populares, aliud vero latronum incursus in Phrygiam atque Pisidiam fieri discentes, eo quod civilem gubernationem scindat rei sollicitudo tam his, quam Lycaoniae et Lydiae militarem administrationem praeposuimus, ducem seu biocolytam nominantes eum, qui super hanc ordinatus est partem. Sed nunc [6]) adiere nos, qui Phrygiam utramque et Pisidiam habitant, ut ea, quae pridem commissa sunt in eis, compescantur, dicentes, neque latrocinia in locis illis compescita, neque enim in hominibus enutriri provincias, onus [7]) vero non ferri [8]) a nobis inventi cinguli, quod ministrantes ei continuo invadant provincias, et comprehendant aliquos, et damnis afficiant, et quod turbis militaribus impleta sint loca illa; et omnino inhabitabiles esse eis provincias.

---

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Athan. IV.* 23. (*Heimb. Anecd. I. p.* 65.) — *Bas. VI.* 20. — *Versionem antiquam primus edidit Contius* (1571.).

[1]) καὶ *Πισιδίαν add. Bas.* (*ed. Heimb.*), (*Vet. Int.*); *Πισιδίαν add. Athan.* — [2]) καὶ ταῦτα *Hal.* — [3]) οὐδὲ ἄνδρας ἐκτρέφεσθαι ταῖς ἐπαρχίαις *Hal. Hunc locum corruptum esse puto nec sine novo Codd. mss. auxilio sanari posse, quare liceat interim coniectura ad verum propius accedere. In quo quidem opere illud ante omnia tenendum mihi videtur, cum supra dictum sit, magistratum militarem accepisse Phrygiam utramque et Pisidiam propter turbas civiles et propter latronum incursiones, earundem provinciarum incolas hoc loco dicere debere, se latrociniis liberatos esse et turbis civilibus, hoc ultimum igitur, non amplius vexari provincias seditionibus, significari his verbis, de quibus agitur. Hunc autem sensum fere consequi possumus facillima emendatione:* οὐδ' εἰς ἄνδρας ἐκστρέφεσθαι τὰς ἐπαρχίας, *sed magis credo vitium latere tantum in verbis* εἰς ἄνδρας *et aut excidisse quaedam aut synonymon quoddam vocabuli στάσεις vel ἀταξίαι δημώδεις obrutum hic esse ut* ἀνδροφονίας *vel simile quid.* — [4]) *Bk.*; aliud *Cont.* — [5]) *Bk.*; quiddam *Cont.* — [6]) Sed et nunc *Bk. ed. ster.* — [7]) bonus *Cont.* — [8]) ferre *Bk.*

τοῦ πράγματος ἐπανόρθωσιν ὄντων. καὶ γὰρ δὴ καὶ αὐτῶν τῶν τὰς ἐπαρχίας οἰκούντων πολλοὺς τὴν ἑτέρων ἐπιείκειαν εὕρημα ποιουμένους τῇ τῆς ἀρχῆς ταύτης ἀποχειρῆσθαι περιβολῇ, καὶ συνέχειν τοὺς ἀνευθύνους, καὶ ταύτῃ τὰ μὴ δίκαια σφίσιν αὐτοῖς καταπράττεσθαι.

Κεφ. α'.

Ταῦτα πολλάκις εἰπόντας αὐτοὺς ἐλεήσαντες ἐπὶ τὸν παρόντα θεῖον ἡμῶν ἦλθομεν νόμον, δι' οὗ θεσπίζομεν ἐξηρῆσθαι τοῦ λοιποῦ τὰς εἰρημένας ἡμῖν ἐπαρχίας (φαμὲν δὴ Φρυγίαν Σαλουταρίαν, καὶ Φρυγίαν Πακατιανήν, καὶ Πισιδίαν) τῆς ἀρχῆς ἐκείνης, ἣν αὐταῖς τε καὶ πρός γε τῇ Λυκαόνων καὶ τῇ Λυδῶν ἐπεστήσαμεν πρώην, καὶ μηδεμίαν ἄδειαν ἐκ τοῦ παρόντος εἶναι τοῖς ἐκείνην ἔχουσι τὴν ἀρχὴν ἢ ἐν αὐταῖς γίνεσθαι ταῖς ἐπαρχίαις, ὡς ἀρχικὴν ἔχουσί τινα πρὸς αὐτὰς μετουσίαν, ἢ στέλλειν τινὰ [1]) τῆς τάξεως τῆς αὐτῶν ἢ καὶ τῶν ἄλλως αὐτοῖς προσηκόντων, καὶ συνέχειν τινάς. ἀλλὰ μηδὲ αὐτοῖς ἄδειαν εἶναι τοῖς ἐκ τῶν ἐπαρχιῶν ἐκείνων τρέχειν πρὸς τοὺς ἑκάστοτε ταύτην ἔχοντας τὴν ἀρχήν, καὶ μέμψιν ἀποτίθεσθαι κατ' ἀλλήλων, εἴτε ὑπὲρ χρημάτων, εἴτε ὑπὲρ ἐγκλήματος τὸ κινούμενον εἴη, ποινὴν ὑφορωμένοις triginta librarum auri [2]), ὡς ἡμῶν πᾶσαν πάροδον πρὸς τὰς εἰρημένας ἡμῖν ἐπαρχίας ἀποκλειόντων τοῖς κατὰ καιρὸν ἔχουσι τὴν ἀρχήν, ἢ τοῖς ὅλως εἰς τὴν τάξιν τὴν αὐτῶν ἀναφερομένοις. ὥστε οὐδὲ προτάξεις ἐπ' ἐκείναις ταῖς ἐπαρχίαις ἢ τοῖς κατ' αὐτὰς οἰκοῦσι ποιήσονται, οὐδὲ ἄλλως οἰκειώσονταί τι τῶν εἰς αὐτὰς φερομένων, ἀλλ' ἀρκεσθήσονται τῇ τε Λυκαόνων τῇ τε Λυδῶν, κατ' αὐτὰς κελεύονιες μόνας, ὡς ἂν εἰ τὴν ἀρχὴν ταῖς δύο ταύταις ἐπαρχίαις περιεκλείσαμεν τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτῶν, οὐδεμίαν μετουσίαν εἰς Φρυγίαν ἑκατέραν ἢ Πισιδίαν δεδωκότες αὐτῇ. πάσης γὰρ ἐντεῦθεν δυσκολίας ἐλευθεροῦμεν τὰς ἐπαρχίας ἐκείνας, τῶν πολιτικῶν ἀρχόντων ἐπεξιόντων ἅπασι τοῖς τε εἰς χρήματα τοῖς τε εἰς ἐγκλήματα βλέπουσιν, εἰδότων αὐτῶν, ὡς εἴ τινος γενομένης ληστείας ἢ ἐφόδου κατ' αὐτοὺς τοὺς τόπους, ἢ ἁρπαγῆς πραγμάτων εἰ μὴ ἐπεξέλθοιεν, καὶ τὸ ἁφαιρεθὲν ἐκδικήσουσιν, ἐκ τῆς σφῶν αὐτῶν περιουσίας τὴν ἐντεῦθεν ζημίαν θεραπεύειν ἀναγκασθήσονται, τοῦτο μὲν ἔχοντες τὴν ἀρχήν, τοῦτο δὲ καὶ καταθέμενοι ταύτην [3]). ὥστε κἂν εἰ πειραθείη πρὸς τὸν ἔπειτα χρόνον ὁ τὴν ἐπὶ Λυκαονίας καὶ Λυδίας στρατιωτικὴν

Cap. I.

ἡμῖν ἀρχόντων. Τὸν ὅμοιόν τε τρόπον καὶ τοὺς ἄλλους ἅπανιας τοὺς λαβονιας τῶν ἡμετέρων συντελῶν χρυσίον ἢ ἕτερόν τι ἐκ τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἐπινεμήσεων, καὶ τοῦτο μὴ καταθέντας εἰς τὸ δημόσιον, εἰ καταθεῖναι προσῆκον ἦν, ἐξαιροῦμεν τῆς παρούσης ἡμῶν δωρεᾶς, ὥστε τοῦτο ἐπὶ τὸ δημόσιον ἢ καὶ οἷς ἂν ἀρμόζῃ τὰ τοιαῦτα καταβαλεῖν. τοὺς γὰρ ὑποτελεῖς ἐλεοῦντες τῆς παρούσης ἠξιώσαμεν φιλανθρωπίας, οὐ μὴν τοὺς παρ' αὐτῶν τὰ δημόσια προλαβόντας [1]) χρήματα, ἀποστερεῖν δὲ [2]) τὸ δημόσιον βουλομένους ἤγουν [3]) ἐκείνους, ὅπου ἂν ἐκπεταμένοι [4]) τύχοιεν ὄντες. Πρόδηλον δέ, ὡς εἴ τινες ταύτης ἡμῶν προαισθόμενοι τῆς φιλοτιμίας ὑπὲρ τῶν συγχωρουμένων ἐλλειμμάτων κατά τινα περίνοιαν ἐκ τῶν ὑποτελῶν ὁμολογίας ἢ ἀντιφωνήσεις εἰλήφασιν, ἢ καὶ εἰς ἰδιωτικὰ μεταπεθείκασι χρέα, ἢ ἄλλο τι πρὸς περιγραφὴν τοιοῦτον [5]) μελετήσαντες ἢ πράξαντες φανεῖεν, οὐδὲν ἐξ αὐτῶν ὄφελος ἕξουσιν, ἀναδώσουσι δὲ τὰς ὁμολογίας παρ' ὧν ἐκομίσαντο ταύτας. Ἅπαντες δὲ χάριτας θεῷ τε καὶ ἡμῖν ὁμολογήσουσιν, οἱ μὲν ὀφείλοντες τὰ ἐλλείμματα τῆς τούτων συγχωρήσεώς τε καὶ φιλανθρωπίας ἀξιωθέντες, οἱ δὲ οὐδὲν ὑπὲρ ἐλλειμμάτων ὀφείλοντες ἀπηλλαγμένοι φροντίδος τῆς τῶν ἀποδεξαμένων ἕνεκα παραφυλακῆς, ὡς μὴ τούτους παρεμπίπτει πολλάκις ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἐνοχλεῖσθαι χρόνων, πάλιν δὲ ζυγοκλεπτήσαντες παρίτωσαν ἄχρι τῆς ὀγδόης ἐπινεμήσεως, ἔχοντες τὸ ἀμέριμνον [6]), ὡς εἰς πάντας εἰκότως τὴν παροῦσαν ἡμῶν διανέμειν δωρεάν.

par erat, a praesente donatione nostra excipimus, ut illud fisco vel etiam quibus convenit solvant. Subditorum enim miserati hac eos humanitate dignamur, non autem eorum, qui ab ipsis publicas pecunias acceperunt, fiscum vero privare volunt sive illos, ubicunque sunt constituti. Manifestum autem est, si quidam hanc nostram liberalitatem praesentientes pro indultis reliquis fraude quadam a subditis nostris cautionem vel constituta acceperint, vel etiam ad privatos usus converterint, vel aliud quid eius generis ad circumscriptionem meditati esse vel fecisse videantur, nullam eos utilitatem ex iis habituros, sed cautiones illis reddituros esse, a quibus eas acceperunt. Omnes autem deo et nobis gratias agent, illi quidem, qui residua debent, quod horum remissione et clementia digni habiti sint, hi vero, qui residuorum nomine nihil debent, quod liberati sint cura custodiendi apochas, ne illi, quibus saepe accidit, ut pro iisdem temporibus molestia afficiantur, rursus vero ζυγοκλεπτησαντες usque ad octavam indictionem accedant, id habentes, ut sine cura sint, quo inter omnes merito hoc nostrum donum distribuatur.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου ἡμῶν πραγματικοῦ νόμου δηλούμενα ἡ σὴ ἐνδοξότης γράμμασι χρωμένη κατὰ τήνδε τὴν βασιλίδα πόλιν ἅπασι φανερὰ κατασήσει [7]).

Epilogus.

Quae igitur a nobis sancita et sacra hac pragmatica sanctione declarata sunt, illa gloria tua litteris utens in hac regia urbe omnibus manifesta faciat.

---

[1]) παραλαβόντες *Hal.* — [2]) *Hal.*; τε *Scrimg.* — [3]) ἦγε *Hal.* — [4]) *Hal.*; ἐκτεταμένοι *Scrimg.* — [5]) *Hal.*; τοιοῦτόν τι *Scrimg.* — [6]) ὡς μὴ τούτους παρεμπίπτειν, καὶ πολλάκις ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἐνοχλεῖσθαι χρόνων, πάλιν δὲ * ζυγοκλεπτήσαντες παρίτωσαν ἄχρι τῆς ὀγδόης ἐπιν. ἔχοντες τὸ ἀμ. *Hal.* *Locum corruptum sine Codd. mss. ope sanari posse vix credo. Homb. satis audacter verba πάλιν δὲ ζυγ. παρίτωσαν delere voluit.* — [7]) *Subscriptio nobis tradita non est. Biener l. c. p.* 528. *anni* 566. *vel* 567. *hanc Iustini const. esse dicit.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρμθ'.[a])

Novella CXLIX.

UT PRAESIDES PROVINCIARUM GRATIS FIANT EX SUPPLICATIONIBUS ET PIISSIMORUM EPISCOPORUM ET POSSESSORUM ET INCOLARUM PROVINCIARUM AD PIISSIMUM IMPERATOREM FACTIS, UT IS, QUI NOMINATUS EST, FISCO CAVEAT; SI VERO HOC FACERE DIFFERANT, UT NEMO IN PRAESIDEM EXSURGAT, SI QUIDQUAM CIRCA TRIBUTA FECERIT.

Περὶ τοῦ προῖκα τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας γίνεσθαι ἐκ δεήσεως τῶν τε θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, καὶ κτητόρων, καὶ οἰκητόρων τῶν ἐπαρχιῶν, πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, ἐφ' ᾧ τὸν ὀνομαζόμενον τὸ δημόσιον ἀσφαλίζεσθαι. εἰ δὲ ὑπέρθωνται τοῦτο πρᾶξαι, μηδενὶ προσιέναι κατὰ τοῦ ἄρχοντος ὁτιοῦν πράττοντος προφάσει τῶν δημοσίων.

Προοίμιον.

Τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ δεδομένης ἡμῖν πολιτείας κηδόμενοι, καὶ ἐν πάσῃ δικαιοσύνῃ ζῆν τοὺς ἡμετέρους σπουδάζοντες ὑπηκόους ἕνα σκοπὸν ἐξ ἀρχῆς τοῦτον εἴθέμεθα, ἅπαν εἴ τι πρώην ἀτελὲς ἦν καὶ συγκεχυμένον ὑπῆρχε, τοῦτο καὶ ἐπανορθῶσαι καὶ τέλειον ἀποφῆναι. Μεριμνήσαντες τοίνυν, ὅπως τό τε δημόσιον, τό τε ὑπήκοον ἀβλαβές τε καὶ ἀζήμιον διατελοίη, διενοηθημεν, ὅτι δὴ τοῦτο ῥᾳδίως ἕξομεν, εἰ τοὺς ἡγουμένους τῶν ἐπαρχιῶν προῖκα τὰς ἀρχὰς παραλαμβάνοντας καὶ τὸ δημόσιον ἀσφαλιζομένους ὀρθῶς

Praefatio.

Reipublicae a deo nobis traditae curam gerentes, operamque dantes, ut subditi nostri in omni iustitia vivant, unum hunc finem ab initio nobis proposuimus, ut omne, si quid antea imperfectum erat et confusum, id et emendaretur et perfectum redderetur. Quare quum cogitaremus, quomodo tam fiscus, quam subditi indemnes et illaesi constituerentur, id nos facile obtenturos intelleximus, si efficeremus, ut praesides provinciarum gratis magistratum suscipientes et fisco cautionem praestantes, recte et legitime omnibus uterentur,

---

[a]) *Novella Iustini. Deest ap. Hal., Scrimg. eam exhibet inter Novellas Iustini numero quartam; cf. Biener l. c. p.* 96 *sq.* 472 *sq.* — *Versio antiqua latina non extat.*

ὀρθῶς τε καὶ νομίμως ἅπασι χρῆσθαι παρασκευάζωμεν, παντὸς ἀπεχόμενοι [1]) τοῦτο μὲν ἀδικήματος, τοῦτο δὲ καὶ λήμματος αἰσχροῦ τε καὶ ἄλλως ἀπηγορευμένου.

Κεφ. α'.

"Ινα τοίνυν μὴ ξένοι τινὲς ἐπειςπηδῶντες ταῖς ἐπαρχίαις ἀδικοῖεν αὐτάς, ἡμεῖς τε συχναῖς ταῖς κατ' αὐτῶν ἐνοχλοίμεθα προσελεύσεσι, προτρέπομεν τοὺς ἑκάσης ἐπαρχίας ὁσιωτάτους ἐπισκόπους, κτητόρων τε καὶ οἰκητόρων τοὺς ἄγοντας τὰ πρωτεῖα, δι᾽ κοινῆς δεήσεως ἀναφέρειν ἐπὶ τὸ ἡμέτερον κράτος τοὺς αὐτοῖς ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς τὴν ἀρχὴν τῆς αὐτῶν ἐπαρχίας νομιζομένους. τούτοις γὰρ τὰ συμβολα τῆς ἀρχῆς δόσεως χωρὶς παρέξομεν, ἀσφαλιζομένης [2]) τὸν δημόσιον εἰςάγειν κανόνα, παρεγνωῦνιες αὐτοῖς τῶν νόμων ἐναντίον μηδὲν διαπράττεσθαι, ἢ μηδέ τινα βιάζεσθαι παρὰ τῶν ὑποτελῶν. * ἀρκουμένοι σιτήσεσιν [3]) ἐπαγρυπνεῖν τῇ τῶν δημοσίων φόρων εἰςπράξει, καὶ τοῖς μὲν περὶ τὰς εὐσεβεῖς εἰςφορὰς εὐγνωμονοῦσι πράως τε ἅμα καὶ πατρικῶς προσφέρεσθαι, τοὺς δὲ ἀγνωμονοῦντας εἰςπράττειν σφοδρότερον, μηδὲν ὑπὲρ τούτου κέρδος οἰκεῖον παντάπασιν ἀποφερομένους. Δεήσει δὲ αὐτοὺς οὐδὲν ἧττον καὶ τοῖς δικαζομένοις ἅπασι τὸν ἴσον τε καὶ δίκαιον νέμειν, σὺν τάχει τε τούτους ἀπαλλάττειν βλέποντας πρὸς τοὺς νόμους, ὡς μὴ καὶ δαπάναις καὶ χρόνοις μακροῖς αὐτοὺς ἐπιτρίβεσθαι. ἐπεξιέναι δὲ καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι, καὶ πρὸς τὸν νόμον ἐπάγειν τὰς τιμωρίας αὐτοῖς, καὶ πᾶσαν ἐπιδείκνυσθαι δικαιοσύνην.

Κεφ. β'.

Οὐ μόνον δὲ αὐτοῖς ταῦτα προαγορεύομεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀρχῆς ἑκάστης παρέδροις καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπηρετουμένοις αὐταῖς. εἰ γάρ τις αὐτῶν ἢ περὶ τὴν τῶν δημοσίων εἰςπραξιν ῥᾳθυμίᾳ χρήσηται, ἢ ζημίαις ἢ ἐπηρείαις περιβάλοι τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς, τῆς τε οὐσίας ἐκπεσεῖται, καὶ μεγίσταις ὑπαχθήσεται τιμωρίαις. ἡμῖν γὰρ ἡγουμένου θεοῦ μία τίς ἐστιν αὕτη σπουδὴ τὰς ἐπαρχίας εὐνομεῖσθαί τε καὶ ἀσιαλῶς οἰκεῖσθαι, καὶ τῆς τῶν ἀρχόντων ἀπολαύειν δικαιοσύνης, τούς τε δημοσίους ἀμέμπτως εἰςάγεσθαι φόρους. οὐ γὰρ ἄλλως ἐνέσται τὸ πολίτευμα διασώζεσθαι, μὴ τῶν εὐσεβῶν εἰςαγομένων τελεσμάτων, ἐξ ὧν τὸ μὲν στρατιωτικὸν τὰ τεταγμένα τούτῳ κομιζόμενον τοῖς τε πολεμίοις ἀντικαθίσταται, καὶ ἐκ τῆς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομῆς τε καὶ κακίας ἐξαιρεῖται τοὺς ὑποτελεῖς, φρουρεῖ δὲ καὶ τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰς πόλεις ἐκ τῆς τῶν λῃστῶν καὶ τῶν ἄλλως ἄτακτον βίον ἐπαγομένων ἐπηρείας τε καὶ ἐφόδου, ἀπολαύει δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ταγμάτων τῶν αὐτοῖς ἀπονεμηθέντων, τείχη τε καὶ πόλεις ἐπανορθοῦνται, δημοσίων τε βαλανείων ἐκπυρώσεις προῖασι, θεάτρων τε ἐπιμέλεια, καὶ τῶν ἄλλων, ὁπόσα πρὸς θεραπείαν τῶν ὑπηκόων ἐξεύρηται, ὥστε τὰ παρ' αὐτῶν συντελούμενα τὰ μὲν εἰς αὐτούς, τὰ δὲ καὶ δι' αὐτοὺς δαπανᾶσθαί τε καὶ ἐπιδίδοσθαι, ἡμῖν δὲ καθάπαξ οὐδὲν ἐντεῦθεν, ἢ τὰς ὑπὲρ τούτων ἔχειν συμβαίνει φροντίδας, πλὴν ἀλλ' οὐδὲ ταύτας ἀμίσθους, τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ μεγέθει τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας πολλοῖς ἡμᾶς καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἀγαθοῖς ἀμειβομένου.

Κεφ. γ'.

rentur, atque omni et iniustitia, et lucri turpis aliasque etiam prohibiti abstinerent.

Cap. I.

Ne igitur peregrini quidam provincias ingressi eas iniuria afficiant, nos vero propter frequentes interpellationes illorum causa factas, molestias sustineamus, hortamur cuiusque provinciae sanctissimos episcopos, atque eos, qui inter possessores et incolas principatum tenent, ut per communem supplicationem ad potentiam nostram eos deferant, quos ad administrationem provinciae suae idoneos existiment. His enim insignia magistratus gratis tradituri sumus, atque publicum canonem se illaturos caveant, significantes ipsis, ne quid faciant, quod legibus repugnet, nec quidquam vi a subditis extorqueant, sed contenti annonis suis, publicorum tributorum exactioni invigilent, illisque, qui in piis illationibus religiosi sunt, mansuete simul et paterne se praebeant, a contumacibus autem severius exigant, nullum omnino in hac privatum lucrum auferentes. Nihilo minus vero etiam omnibus litigantibus aequitatem et iustitiam eos tribuere, eosque celeriter dimittere oportet ad leges respicientes, ne et sumtibus et longinquitate temporis eos atterant; imminere vero etiam delinquentibus, et secundum leges poenas illis infligere, omnemque iustitiam ostendere.

Cap. II.

Non solum autem illis haec praecipimus, sed et cuiusque magistratus assessoribus, reliquisque, qui illis ministrant. Si quis enim eorum vel circa tributorum exactionem negligens sit, vel damnis, aut iniuriis subditos nostros afficiat, et facultatibus privabitur, e maximis suppliciis subiicietur. Nobis enim deo duce unum quoddam est studium, ut provinciae et bonis legibus utantur, et secure habitentur, atque praesidum iustitia fruantur, et publica tributa promte inferantur. Neque enim aliter respublica, nisi piis tributis illatis, servari potest, ex quibus exercitus quidem quae assignata ei sunt accipiens hostibus resistit, et a barbarorum incursione et improbitate subditos liberat, agros vero etiam et civitates a latronum aliasque inordinatam vitam sectantium iniuriis et invasione defendit, fruuntur vero etiam reliquae cohortes commodis iis deputatis, muri et urbes instaurantur, publicarum balnearum calefactiones procedunt, theatrorum etiam cura, et alia, quae ad subditorum utilitatem inventa sunt, ut ab illis collata partim in ipsos, partim etiam propter eos expendantur et erogentur, nobis vero omnino nihil, nisi illarum rerum curam exinde habere contingat, licet et hanc non sine mercede, quum magnus deus et servator noster Iesus Christus magnitudine clementiae suae multis nos bonis propter hoc etiam remuneretur.

Cap. III.

[1]) ἀπεχομένους *bene emend. Agyl.* — [2]) ἀσφαλιζομένοις *bene coni. Homb.* — [3]) *Hunc locum integrum non esse, in ed. Scrimg. asterisco indicatum est. Homb.* παρὰ *delendum et pro* ἀρκούμενοι *ponendum esse censet* ἀρκουμένους, *ita omnia sana esse. Cui minime assentior, nam* παρὰ *certe retinendum est atque ita fere restituam hunc locum:* διαπ., μηδέ τινα βιάζεσθαι παρὰ τῶν ὑποτελῶν, ἀλλ' ἀρκουμένους σιτήσεσιν *etc.*

Κεφ. γ'.

Ταῦτα μὲν οὖν ἡμεῖς τοῖς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἅπαντα προκηρύττοντες, καὶ ταύτῃ δεικνύντες, ὅση τις ἡμῖν ἐστὶ περὶ τοὺς ὑπηκόους φιλανθρωπία, πλεῖόν τε καὶ εὐμενῆ τὸν θεὸν μᾶλλον ἕξομεν, τῆς τῶν ὑποτελῶν ἀβλαβείας τοσαύτην τιθέμενοι πρόνοιαν. Εἰ δὲ ταύτης ἡμῶν τῆς καλοκἀγαθίας ἐπιτυχόντες ὑπὲρ τὴν τῶν ἀρχόντων αἵρεσιν διαμάρτοιεν, οὐδένα παντελῶς, ἢ σφᾶς αὐτοὺς αἰτιάσονται. Εἰ δὲ καὶ ἀναβάλλοιντο τούτους ἐπιλέγεσθαι καὶ εἰς ἡμᾶς ἀναφέρειν, οὐκ ἔτι δικαίως τοὺς ἐντεῦθεν ἐκπεμπομένους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις διὰ τὴν τῶν δημοσίων συλλογὴν ἅπανια πράττειν προαιρουμένους ἐπιμέμψοιντο, τοῦ λοιποῦ ἀνεξόμεθα προσιόντων αὐτῶν καὶ τούτους αἰτιωμένων. οἱ γὰρ τὴν ἐξουσίαν παρ' ἡμῶν λαβόντες τῆς τῶν ἀρχόντων ἐπιλογῆς, ἵνα τὰς ἀρχὰς προῖκα λαμβάνοντες τοὺς δημοσίους εἰσάγοιεν φόρους, αὐτοί τε παρ' αὐτῶν μηδαμῶς ἀδικοῖντο, ῥᾳθυμοῦντες οὗτοι περὶ τὴν τούτων ἐπιλογὴν ἀνεκτοὶ καθάπαξ οὐκ ἔσονται μεμφόμενοι τούτοις καὶ ταῖς κατ' αὐτῶν προσελεύσεσιν ἡμῖν ἐνοχλοῦντες. Ἀναβολῇ δὲ χρήσεται καθάπαξ οὐδεὶς, πρὸς τὴν τῶν ἐπικειμένων αὐτῷ δημοσίων φόρων καταβολήν, οὐ θεῖος οἶκος, οὐχὶ ἁγιωτάτη ἐκκλησία, οὐκ εὐαγὲς πτωχεῖον ἢ μοναστήριον, ἀλλ' οὐδὲ μεῖζον ἢ ἔλαττον πρόσωπον. οὔτε δὲ πολιτευομένους, οὐδὲ τοὺς λεγομένους ἐκλήπτορας, οὔτε μὴν τοὺς ἄλλους, οἷς ἐπίκειται ἡ τῶν δημοσίων φόρων φροντίς, ἐξαιροῦμεν τοῦ ἐντεῦθεν κινδύνου. τὰ γὰρ κοινῇ πᾶσι λυσιτελοῦντα προκρίνομεν τῆς ἀδίκου προαιρέσεως τῶν εἰς τὸ δημόσιον ἀγνωμονεῖν ἐθελούντων.

Ἔπίλογος.

Ὥστε δὲ τὰ καλῶς ἡμῖν παρασιάντα φανερὰ πᾶσι γενέσθαι, κελεύομεν τὴν σὴν ὑπεροχὴν κατά τε τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν, καὶ μὴν καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τὸ παρὸν θεῖον ἔδικτον προθεῖναι εἰς τοὺς περιφανεῖς ἑκάστης πόλεως τόπους, ὥστε μηδένα διαλαθεῖν τὴν ἐξηυρημένην πρόνοιαν τοῖς γαληνοτάτοις ἡμῖν ὑπέρ τε τοῦ δημοσίου καὶ τῆς τῶν ὑποτελῶν ἀβλαβείας. Dat. XV. Kal. Febr. Constantinop. imp. DN. Iustini PP. Aug. ann. IV., post cons. eiusdem ann. II. [569.]

Cap. III.

Nos igitur haec omnia illis, qui in provinciis sunt, praedicantes, et quae nostra erga subditos sit clementia hoc ipso ostendentes, magis propitium et benevolum deum habebimus, quum indemnitatis subditorum tantam curam agamus. Si vero hanc nostram benignitatem consecuti in magistratuum electione erraverint, neminem omnino, nisi se ipsos accusabunt. Quod si vero etiam differant illos eligere, et ad nos referre, non iuste amplius eos accusabunt, qui hinc in provinciis missi sunt, et propter tributorum collectiones omnia facere instituerunt, neque nos in posterum passuri sumus, ut illi nos adeant, eosve accusent. Qui enim potestatem a nobis eligendi praesidem acceperunt, ut magistratu gratis accepto publica tributa inferant, ipsique ab illis nulla iniuria afficiantur, hi, si circa eorum electionem negligentes sint, plane tolerandi non erunt, quando de iis conqueruntur, nobisque interpellationibus contra eos molesti sunt. Dilatione vero nemo plane in solvendis publicis tributis utetur, non sacra domus, non sanctissima ecclesia, non venerabile ptochium vel monasterium, sed nec maior aut minor quaedam persona. Neque vero curiales, neque eos, qui exceptores vocantur, neque reliquos, quibus publicorum tributorum cura incumbit, periculo exinde veniente eximimus. Quae enim in commune omnibus prosunt, haec illorum iniusto proposito, qui erga fiscum improbi esse volunt, praeferimus.

Epilogus.

Ut vero ea, quae recte nobis placuerunt, omnibus manifesta fiant, celsitudinem tuam quum in felici hac urbe, tum in provinciis sacrum hoc edictum in publicis cuiusque civitatis locis proponere iubemus, ut neminem providentia a serenitate nostra quum pro fisco, tum et pro subditorum indemnitate inventa fugiat.

Gl.

Novella CL.[a])

DE RAPTIS MULIERIBUS, QUAE RAPTORIBUS NUBUNT [1]).

(Auth. const. CXXXII. Coll. IX. tit. 13.)

Imperator Iustinianus Augustus Areobindo [2]), gloriosissimo Praetoriorum Praefecto, Expraefecto almae urbis et Exmagistro militum.

Legis interpretationem culmini tantum principali competere nemini venit in dubium, quum promulgandae quoque legis auctoritatem [3]) sibi vindicet eminentia. Meminimus itaque pro raptu mulierum, sive iam desponsatae fuerint vel maritis coniunctae, sive non, vel etiam si viduae sint, legem antea posuisse, et capitis subiecisse supplicio non tantum raptores, verum etiam comites eorum, nec non alios, qui eis auxilium tempore invasionis contulisse noscuntur, et non tantum parentibus mulierum, verum etiam consanguineis, et tutoribus, et curatoribus huiusmodi dedisse per eandem legem vindictam, et praesertim [4]) poenis locum dedisse, si iam nuptae vel desponsatae mulieres rapiantur, quum non solum raptus mulieris, verum etiam adulterium per huiusmodi temeritatem committitur. Et super alias poenas raptoris etiam, nec non aliorum, qui cum eo fuerint [5]), patrimonium raptae mulieri vindicari per eandem legem praecipimus, ut dotis etiam maritо legitimo dandae copia per raptoris ei ministretur substantiam. Illo quoque specialiter adiecto, ut nulla sit mulieri vel virgini raptae licentia raptoris eligere matrimonium, sed cui parentes voluerint (excepto raptore) legitimo matrimonio copulari, nullo modo, nullo tempore licentia mulieri raptae permissa raptoris se coniungere matrimonio. Sed parentes etiam, si tali consenserint matrimonio, deportari praecipimus. Sed mirati sumus, quod conati sunt aliqui dicere, raptam mulierem, sive volentem sive nolentem, etsi raptoris matrimonium

---

[a]) *Haec Nov. latina bis posita est in Corpore* 168 *Novellarum; cf. Nov.* 143. *not. a. Biener l. c. p.* 109. 473.

[1]) *Cod. Hamb., Trid., Port.*; De muliere raptum passa *Cont.* — [2]) *In Cod. ms. Ranconet. Iuliani et in Coll. Ans. ded.* Leoni (*praefecto Italiae*) *inscripta est Const.; cf. Biener l. c. p.* 26. 227. 532 *sq.* — [3]) *Cod. Hamb.*; fortunae *add. edd.* — [4]) *Cod. Hamb.*; praescriptis *edd.* — [5]) fuerant *Cod. Hamb.*

monium contra nostrae constitutionis tenorem amplexa sit, debere tamen eam raptoris habere substantiam vel quasi legis praemium, vel ex testamento forte, si hoc etiam factum esse contigerit. Qui enim talia dicere praesumserunt, hi praedictae legis seriem intelligere non potuerunt. Qui enim tale stare matrimonium etsi rapta voluerit, prohibuimus, et ob hoc parentes raptae mulieris deportationis subiecimus poenae, si huiusmodi consenserint matrimonio, quomodo raptas mulieres raptorum eligentes connubium praemiis honorassemus raptae datis mulieri? Superfluam igitur eorum dubitationem vel in posterum resecantes, priorem legem per praesentem [1]) interpretari censuimus. Sancimus itaque, si rapta mulier, cuiuscunque sit conditionis vel aetatis, raptoris nuptias eligendas esse censuerit, parentibus praesertim non consentientibus, nec ex beneficio legis, nec ex testamento raptoris hereditatem suscipere, vel quocunque modo substantiam vindicare, sed praemium, quod per legem nostram raptae mulieri datum est, ut raptoris, et eorum, qui ei auxilium tempore invasionis praebuerint, bona vindicet, hoc ad parentes, si ambo vel unus superit, qui nuptiis specialiter non probantur consensisse, ex tempore raptus ipso iure transferri, et patrimonium raptoris non raptam iam habere mulierem, quae coniugio se raptoris inquinare non piguit, sed in personas transferri, quas superius nominavimus, eius [2]) non consentientes coniugio. Nam nefarios huiusmodi coitus poenis corrigi, non praemiis honorari convenit. Quodsi parentes iam decesserunt, vel huiusmodi sceleri consenserunt, substantia raptoris, nec non et aliorum, qui facinoris fuerunt [3]) participes, fisci viribus [4]) vindicetur. Quam interpretationem non in futuris tantummodo casibus, verum in praeteritis etiam valere sancimus, tanquam si nostra lex ab initio cum interpretatione tali a nobis promulgata fuisset, pater [5]) carissime atque amantissime. Quae igitur per hanc legem nostra statuit aeternitas [6]), tua celsitudo effectui mancipari, observariqne praecipiat. Dat. XII. Kal. Inn. imp. DN. Instiniani ann. XXXVII., post Basilii V. C. cons. ann. XXII. [563.]

[1]) *Cod. Hamb.*; priorem per praesentem legem *edd.* — [2]) *Cod. Hamb., Trid.*; ei *Port., Cont.* — [3]) *Cod. Hamb.*; fuerint *edd.* — [4]) *Bk.*; iuribus *Trid., Port., Cont. Ex Cod. Hamb. nihil diiudicari potest.* — [5]) *Cod. Hamb., Port.*; ariobide pater clarissime *Trid.*; praefecte charissime *Cont.*; *cf. Cramer in Zeitschr. f. g. R. VIII. p.* 142 *sq.* — [6]) aequitas *Cod. Hamb.*

Διάταξις νοά.[a])

Περὶ τοῦ μὴ παρασταθῆναι ἢ διαχθῆναι βουλευτὴν ἢ ταξεώτην δίχα βασιλικῆς κελεύσεως ἐμφανιζομένης τοῖς ὑπάρχοις.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ πραιτωρίων [1]).

Προοίμιον.

Μήνυσις ἡμῖν ἐστάλη [2]) τῆς σῆς ὑπεροχῆς, λέγουσα μὴ χρῆναι ἐκ διαφόρων δικαστηρίων [3]) βουλευτὰς ἢ [4]) ταξεώτας ἢ πρὸς ταύτην ἄγεσθαι τὴν εὐδαίμονα πόλιν δικασομένους, ἢ εἰς ἑτέραν [5]) πέμπεσθαι, πολλάκις δὲ καὶ θείας ἡμῶν πορίζεσθαι κελεύσεις τοῦτο βουλομένας. καὶ ᾔτησας θείῳ πραγματικῷ τύπῳ τοῦτο κωλυθῆναι, ὥστε μηδένα μήτε ταξεώτην ἢ βουλευτὴν [6]) μήτε ἐξ ἑτέρας εἰς ἑτέραν ἄγεσθαι χώραν, μηδὲ εἰς ταύτην ἕλκεσθαι τὴν εὐδαίμονα πόλιν, εἰ δὲ θεῖαι γένωνται συλλαβαὶ περὶ τούτου, ταύτας ἐμφανεῖς γενέσθαι τῷ δικαστηρίῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς καὶ ψήφους ἀκολούθους [7]) λαμβάνειν.

Κεφ. α'.

Ἡμεῖς τοίνυν πᾶσαν μὲν ἀγωγὴν καὶ παράστασιν ἀποστρεφόμεθα, εἰ δὲ ἀνάγκη γένοιτο τοιοῦτό τι πραχθῆναι, οὐδενὶ τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων, πλὴν ἢ τῷ θρόνῳ τῷ σῷ, συγχωροῦμεν ταξεώτην ἢ βουλευτὴν [8]) εἰς ταύτην ἀγώγιμον ποιεῖν τὴν εὐδαίμονα πόλιν, πλὴν εἰ μὴ θεία κέλευσις ἐπιτρέπουσα τοῦτο ὁητῶς γένοιτο. ἣν προσήκει καὶ τὴν σὴν μανθάνειν ὑπεροχήν, καὶ μὴ παρὰ τὴν σὴν ψῆφον ἀγώγιμον γίνεσθαι αὐτὸν διὰ τὸ λυσιτελὲς τῷ δημοσίῳ, μήποτε ἐντεῦθεν οἱ τὰ δημόσια πράττοντες ἀφελκόμενοι ταύτην λάβοιεν ἀφορμὴν τῆς κατὰ τῶν δημοσίων ἐπηρείας.

Ἐπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ ἡμῶν δηλούμενα τύπου ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. XVII. . . . . [9]).

[a]) *Hal. et Scrimg.* — *Excepto epilogo haec Nov. est in Bas. VII. 3. 27.* — *Versio antiqua latina non extat.*

[1]) Ἀρεοβίνδῳ ὑπάρχῳ τῶν πραιτωρίων *Hal.* — [2]) ἀπεσταλη *Hal., Bas.* — [3]) εἰς διάφορα δικαστήρια *Hal.* — [4]) βουλευτὰς ἢ *om. Bas.* — [5]) ἑτέρας χώρας *Hal.* — [6]) ὥστε μηδένα ταξεώτην *Bas.* — [7]) ἀκολούθως *Hal.* — [8]) ἢ βουλευτὴν *om. Bas.* — [9]) *Meerm. III.*; *Scrimg. et Hal. non habent subscriptionis vestigium. Si verum est ad Areobindum datam esse hanc const., recte inde coniicere videtur Biener l. c. p.* 529. *inter annos* 551 — 563. *eam esse emissam.*

Novella CLI.

NE CURIALIS VEL COHORTALIS SINE IMPERIALI IUSSU PRAEFECTIS INSINUANDO SISTATUR AUT IN IUS VOCETUR.

Idem Imperator Ioanni, gloriosissimo Praefecto Praetorio.

Praefatio.

Suggestio nobis missa est excellentiae tuae, dicens, non debere curiales vel cohortales ex diversis iudiciis vel ad hanc felicem urbem duci litigaturos, vel ad aliam mitti, saepe vero etiam sacras nostras iussiones proferri, quae id velint; ac petiisti, ut sacra pragmatica sanctione illud prohiberetur, ne quisquam cohortalis vel curialis neque ex alia in aliam regionem ducatur, neque ad hanc felicem urbem trahatur, si vero sacrae hac de re fiant litterae, ut eae dicasterio excellentiae tuae insinuentur, et decreta consona accipiant.

Cap. I.

Nos igitur omnem quidem deductionem et exhibitionem aversamur, si vero aliquid tale fieri necesse sit, nulli ex magistratibus nostris, praeterquam throno tuo, permittimus cohortalem vel curialem ad felicem hanc urbem ducere, nisi id sacra iussione expresse permittente fiat; quam et excellentiam tuam scire, neque citra sententiam tuam illum in ius duci, propter publicam scilicet utilitatem convenit, ne forte inde qua publica gerunt evocati hanc reipublicae laedendae occasionem sumant.

Epilogus.

Excellentia igitur tua quae nobis placuerunt et sacra hac nostra sanctione declarata sunt effectui et fini dare studeat.

No-

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρνβ'.[a])

Περὶ τοῦ τοὺς ἐπὶ δημοσίοις προϊόντας θείους τύπους μὴ ἄλλως ἐρρῶσθαι, εἰ μὴ ἐγένοντο ἢ γένοιντο καταφανεῖς [1]) τοῖς τῶν πραιτωρίων ἐνδοξοτάτοις ὑπάρχοις, καὶ ἐκεῖθεν κυρωθεῖεν [2]).

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ πραιτωρίων.

Προοίμιον.

Σπουδάζοντες μετὰ τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας σὺν ἐπιμελείᾳ διοικεῖν τὰ τῆς ἐμπιστευθείσης ἡμῖν πολιτείας παρὰ τοῦ δεσπότου θεοῦ πράγματα, κελεύομεν μὴ ἄλλως ἰσχύειν τύπον περὶ δημοσίων γινόμενον πρὸς τὸν μεγαλοπρεπέστατον δοῦκα, ἢ καὶ αὐγουστάλιον, ἢ πρὸς τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν λαμπροτάτους ἄρχοντας, εἰ μὴ πρότερον ἐμφανισθῇ τῷ δικαστηρίῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς, τοὺς δὲ μὴ γενομένους καταφανεῖς μηδεμίαν ἰσχὺν ἔχειν. ἄτοπον γὰρ προφάσει δημοσίων γινόμενον θεῖον τύπον μὴ πρότερον τῷ θρόνῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἐμφανῆ τοῦτον καθίστασθαι, εἶτα οὕτω καταπέμπεσθαι πρὸς τὸν μεγαλοπρεπέστατον δοῦκα, ἢ αὐγουστάλιον, ἢ τοὺς λοιποὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας. δεῖ γὰρ ἐμφανεῖς γινομένους τοὺς τοιούτους θείους τύπους τῷ θρόνῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς οὕτως καταπέμπεσθαι εἰς τὰς ἐπαρχίας, καὶ πέραιτι παραδίδοσθαι [3]).

Κεφ. α'.

Εἴ τι τοίνυν [4]) πρὸς βλάβην τοῦ δημοσίου γέγονε, τοῦτο ἄκυρον εἶναι κελεύομεν, θεσπίζοντες, τοῦ λοιποῦ ἕκαστον θεῖον πραγματικὸν τύπον (εἴτε πρὸς τὸν αὐγουσιάλιον, εἴτε πρὸς τὸν δοῦκα, εἴτε πρὸς τοὺς λοιποὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας γένοιτο προφάσει δημοσίων, καθὰ εἴρηται) πάντως ἐμφανίζεσθαι τῷ δικαστηρίῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς, καὶ οὕτως εἰς τὰς ἐπαρχίας πέμπεσθαι, προταιτόμενον [5]) μετὰ προσταγμάτων, καθὰ εἴρηται, τῆς σῆς ὑπεροχῆς. Ὥστε ὅσοι μὲν μὴ πρὸς βλάβην γένοιντο τοῦ δημοσίου θεῖοι τύποι, τούτους καὶ δέχεσθαι, καὶ προτάττειν [6]) ἐπὶ προσταγμάτων, καὶ πέμπεσθαι παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς εἰς τὰς ἐπαρχίας, ἐφ' ᾧ τε πέρατι παραδίδοσθαι, ὅσοι δὲ πρὸς βλάβην τοῦ δημοσίου κατὰ συναρπαγὴν γίνονται, δέχεσθαι μὲν τὴν σὴν ὑπεροχὴν τοὺς τοιούτους θείους τύπους, μὴ πράττειν δὲ τὰ ἐν αὐτοῖς ἐγκείμενα, πρὶν ἢ [7]) πρότερον εἰς ἡμᾶς ἀνενέγκοι, ἵνα εἴ τι, ὡς εἰκός, πρὸς βλάβην τοῦ δημοσίου γέγονε, τοῦτο ἐπανορθωθῇ [8]). Οἱοσδήποτε τοίνυν [9]) θεῖος πραγματικὸς τύπος προφάσει δημοσίων γενόμενος μὴ [10]) ἐμφανὴς γένηται τῷ θρόνῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς, τοῦτον ἐν οὐδενὶ χρόνῳ κρατεῖν βουλόμεθα. Dat. Kal. Iun. Constantinop. DN. Iustiniano PP. Aug. . . . . [11]). *ΔΙΑ-*

Novella CLII.

NE SACRAE FORMAE DE PUBLICIS NEGOTIIS EDITAE ALITER VALEANT, NISI SI GLORIOSISSIMIS PRAEFECTIS PRAETORIO INSINUATAE FUERINT VEL INSINUENTUR, ET INDE CONFIRMENTUR.

Idem Imperator Ioanni, gloriosissimo Praefecto Praetorio.

Praefatio.

Quum operam demus, ut deo iuvante diligenter negotia reipublicae a domino deo nobis concreditae administremus, sanctionem de publicis rebus ad magnificentissimum ducem, vel etiam augustalem, vel ad clarissimos provinciarum praesides factum non aliter valere iubemus, nisi si prius iudicio excellentiae tuae insinuetur, quae vero insinuatae non sunt, nullam vim habere. Absurdum enim est, sacram sanctionem de publicis negotiis factam non prius throno excellentiae tuae insinuari, et ita deinde ad magnificentissimum ducem, vel augustalem, vel reliquos provinciarum praesides mitti. Sacras enim tales sanctiones throno excellentiae tuae insinuatas ita in provincias mitti et effectui dari oportet.

Cap. I.

Si quid igitur ad detrimentum publicum factum est, hoc irritum esse iubemus, sancientes, ut in posterum quaelibet sacra pragmatica sanctio (sive ad augustalem, sive ad ducem, sive ad reliquos provinciarum praesides de publicis negotiis, sicut dictum est, fiat), omnino iudicio excellentiae tuae insinuetur, atque ita in provincias mittatur, firmata per iussionem, ut dictum est, excellentiae tuae. Quaecunque igitur sacrae sanctiones non ad detrimentum publicum fiunt, illae suscipiantur, et per praecepta iniungantur, atque ab excellentia tua in provincias, ut effectui dentur, mittantur; quae autem ad detrimentum publicum per obreptionem fiunt, tales quidem sanctiones excellentia tua suscipiat, non vero quae in illis continentur faciat, antequam ad nos retulerit, ut, si quid forte ad detrimentum publicum factum est, id emendetur. Quaecunque igitur sacra pragmatica sanctio de publicis negotiis facta throno excellentiae tuae non insinuatur, illam nullo tempore valere volumus.

No-

---

[a]) *Hal. et Scrimg. — Versio antiqua latina non extat.*

[1]) ἐμφανεῖς *Hal.* — [2]) καὶ ἐντεῦθεν κυρωθείησαν *Hal.* — [3]) ἄτοπον γὰρ προφάσει δημοσίων γινόμενον θεῖον τύπον μὴ πρότερον τῷ θρόνῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἐμφανίζεσθαι, καὶ οὕτως καταπέμπεσθαι εἰς τὰς ἐπαρχίας, καὶ πέραιτι δίδοσθαι *Hal.* (*om. rell.*) — [4]) μέχρι τοῦ νῦν *add. Hal* — [5]) προταττόμενον *om. Hal.* — [6]) προστάττειν *Hal.* — [7]) εἰ *Hal.* — [8]) ἐπανορθώσαιμεν *Hal.* — [9]) Οἷος γὰρ δήποτε *Hal.* — [10]) εἰ μὴ *Hal.* — [11]) *Ex inscriptione concludit Biener l. c. p.* 529. *inter annos* 534 — 541 *datam esse const.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρνγ'. [a])

Περὶ τῶν χαμευρετῶν βρεφῶν.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Μήνᾳ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τοῦ Ἰλλυρικοῦ [1]).

Προοίμιον.

Ἔγκλημα τῆς ἀνθρωπίνης γνώμης ἀλλότριον καὶ οὔτε περὶ [2]) πάντων βαρβάρων ἀξιόπιστον Ἀνδρέας ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος καὶ ἀποκρισιάριος τῆς τῶν Θεσσαλονικέων ἁγιωτάτης ἐκκλησίας προσήγγειλεν [3]), ὡς τινες τὰ προϊόντα εὐθὺς ἐκ κοιλίας ἀποῤῥίπτονται βρέφη, καὶ ἐν ταῖς ἁγίαις αὐτὰ καταλιμπάνοντες [4]) ἐκκλησίαις, μετὰ [5]) τὸ ταῦτα παρὰ τῶν εὐσεβούντων ἀνθρώπων ἀναγωγῆς καὶ τροφῆς ἀξιωθῆναι ἐκδικοῦσι καὶ δούλους προσαγγέλλουσι, καὶ ἐπιθυμοῦσι τῇ οἰκείᾳ ὠμότητι τοῦτο προσθεῖναι, ὥστε οὓς ἐν αὐτοῖς τοῖς τῆς ζωῆς προοιμίοις θανάτῳ παραδεδώκασιν, αὐξήσαντας στερῆσαι τῆς ἐλευθερίας. Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ τοιοῦτον ἀτόπημα [6]) πολλὰ καὶ ταὐτὸν περιέχει ἐγκλήματα, φόνον τε καὶ συκοφαντίαν, καὶ ὅπα ἄν τις ἐν τῇ τοιαύτῃ πράξει εὐκόλως ἀπαριθμήσαιτο, ἔδει τοὺς τὰ τοιαῦτα διαπραξαμένους τὴν ἐκ τῶν νόμων μὴ διαφεύγειν ἐκδίκησιν, ἀλλ' ὥστε τοὺς ἄλλους σωφρονεστέρους γενέσθαι, ταῖς ἐσχάταις αὐτοὺς ὑποβληθῆναι ποιναῖς, οἷα ἐκ τῆς ἀναιδείας τῆς ἐναγωγῆς ἴδια ἐγκλήματα προσαγγείλαντας. ὅπερ τοῦ λοιποῦ φυλαχθῆναι θεσπίζομεν.

Κεφ. α'.

Ὅσοι τοίνυν οὕτως ἐν ἐκκλησίαις ἢ ῥύμαις ἢ ἄλλοις τόποις ἀποῤῥιφθέντες δειχθῶσι, τούτους πᾶσι τρόποις ἐλευθέρους εἶναι παρακελευόμεθα, κἂν εἰ ἀκριβής τις ἀπόδειξις ὑπάρχοι τῷ ἐνάγοντι εἰς τὸ δεῖξαι τὸ τοιοῦτον πρόσωπον τῇ αὐτοῦ διαφέρειν δεσποτείᾳ. εἰ γὰρ τοῖς ἡμετέροις προστέτακται νόμοις, ὥστε τοὺς νοσοῦντας οἰκείας παρὰ τῶν δεσποτῶν καταφρονηθέντας καὶ τῆς αὐτῶν ὑγιείας ἀπελπισθέντας ὡς ἐκ τῶν κεκτημένων ἐπιμελείας μὴ ἀξιουμένους [7]), πάντως εἰς ἐλευθερίαν ἀναρπάζεσθαι, πόσῳ μᾶλλον τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ τῆς ζωῆς ἀρχῇ τῇ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων καταλειφθέντας εὐσεβείᾳ καὶ παῤ αὐτῶν ἀναγραφέντας οὐκ [8]) ἀνεξόμεθα εἰς ἄδικον δουλείαν καθέλκεσθαι; Ἀλλὰ τούτοις τόν τε ὁσιώτατον ἀρχιεπίσκοπον τὸν Θεσσαλονικέων καὶ τὴν ὑπ' αὐτὸν ἁγίαν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν, καὶ τὴν σὴν ἐνδοξότητα βοηθεῖν, καὶ τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐκδικεῖν θεσπίζομεν, μήτε τὰς ἐκ τῶν ἡμετέρων νόμων τῶν ταῦτα πραττόντων διαφευγόνιον ποινάς, οἷα πάσης ἀπανθρωπίας καὶ ὠμότητος πεπληρωμένων, καὶ τοσοῦτον πάσης μιαιφονίας χείρονος [9]), ὅσον ταύτην τοῖς ἀθλιωτέροις ἐπάγουσι.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασιάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου [10]) δηλούμενα τύπου ἥ τε σὴ ἐνδοξότης, καὶ ὁ κατὰ καιρὸν τὴν αὐτὴν παραληψόμενος ἀρχήν, καὶ ἡ πειθομένη ὑμῖν [11]) τάξις ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι καὶ παραφυλαχθῆναι σπευσάτω. Καὶ ποινὴ γὰρ ἐπικείσεται ἑ χρυσίου λιτρῶν κατὰ τῶν ταῦτα παραβαίνειν ἐπιχειρούντων ἢ παραβαίνεσθαι συγχωρούντων. Dat. prid. Id. Decemb. Constantinop. DN. Iustiniano PP. Aug. Basilio V. C. Cons. [541.]

ΔΙΑ-

Novella CLIII.

DE INFANTIBUS EXPOSITIS.

Idem Imperator Mennae, gloriosissimo Praefecto Illyrici.

Praefatio.

Crimen a ratione humana alienum, et quod nec inter omnes barbaros commilti credibile est, Andreas dei amantissimus presbyter et sanctissimae Thessalonicensis ecclesiae apocrisiarius denunciavit nobis, quosdam ex utero materno prodeuntes infantes statim abiicere, eosque in sanctis ecclesiis relinquere, postea vero quam ii a piis hominibus educationem et alimenta consecuti sunt, eos vindicare et in servitutem adserere atque cupere eos suae crudelitati hoc addere, ut, quos in ipsis vitae primordiis morti tradiderint, eos, postquam adoleverint, libertate privent. Quoniam igitur eiusmodi delictum multa in se continet scelera, caedem et calumniam, et quanta quis in tali facto facile numeraverit, eos, qui talia committunt, vindictam legum non effugere, sed quo reliqui moderatiores fiant, extremis poenis subiici decet, ut qui per impudentiam actionis crimina sua detulerunt. Id in posterum custodiri iubemus.

Cap. I.

Quicunque igitur in ecclesiis, vel vicis, vel aliis locis expositi probantur, eos omnibus modis liberos esse iubemus, licet actori manifesta probatio suppetat, qua personam illam ad suum dominium pertinere ostendat. Si enim legibus nostris praeceptum est, ut servi aegrotantes, qui a dominis neglecti, quum de valetudine eorum desperarent, tanquam cura a dominis digni non habiti omnino in libertatem rapiantur, quanto magis eos, qui in ipso vitae initio aliorum hominum pietati relicti, et ab ipsis enutriti sunt, in iniustam servitutem trahi non paticmur? His igitur et sanctissimum Thessalonicensium archiepiscopum, et sanctam dei ecclesiam, quae sub illo constituta est, et gloriam tuam opem ferre, libertatemque illis adiudicare sancimus. Neque illi, qui haec faciunt, legum nostrarum poenas effugient, ut qui omni inhumanitate et crudelitate repleti sunt, omnique homicidio tanto deteriore, quanto miserioribus id afferunt.

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt gloria tua, et qui quovis tempore eundem magistratum suscepturus est, et cohors nobis obtemperans effectui et fini tradere atque custodire studeat. Quinque etenim librarum auri poena illis imminebit, qui haec violare audeant aut violari permittant.

No-

---

[a]) *Hal. et Scrimg. — Athan. XVIII. 7. (Heimb. Anecd. I. p. 167.) — Excepto prologo et epilogo Nov. est in Bas. XXXIII. 2. 4. — Versio antiqua latina non extat.*

[1]) *Apud Athan.* Eliae praefecto Illyrici *inscripta est const.* — [2]) παρὰ *Hal.* — [3]) προσήνεγκεν *Hal.* — [4]) καταλιμπάνονται *Hal.* — [5]) καὶ μετὰ *Hal.* — [6]) ἄτοπα *Hal.* — [7]) *Hal., Bas.*; ἀξιουμένης *Scrimg.* — [8]) *Hal.*; οὐκ *om. Scrimg.*; πῶς ἄρα γε — ἀνεξόμεθα *Bas.* — [9]) χειρόνων *Hal.* — [10]) ἡμῶν *add. Hal.* — [11]) *Hal.*; ἡμῖν *Scrimg.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρνδ'.[a])

Περὶ τῶν ἐν Ὀσροηνῇ ἀθεμίτως συναλλαττόντων.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Φλώρῳ, κόμητι τῶν θείων πριβάτων.

Προοίμιον.

Παράδοξός τις ἦλθεν εἰς ἡμᾶς λόγος, ὡς οἱ κατὰ τὴν μέσην[1]) τῶν ποταμῶν καὶ τὴν Ὀσροηνὴν ἐπαρχίας τολμῶσι γάμοις ἀθεμίτοις ὁμιλεῖν, καὶ τοὺς Ῥωμαϊκοὺς παραβαίνουσι νόμους, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς ἠπειλημένας ποινὰς τάς τε παλαιὰς καὶ νέας[2]), τοῖς μὲν ἐκ γειτόνων προσέχοντες εἰς ἀθεμίτους δὲ καὶ κεκωλυμένους ἐμπίπτοντες γάμους. Ἡμεῖς τοίνυν τούτων μὲν οὐδὲν παντελῶς ἐπιστεύσαμεν· οὐ γὰρ ἡγούμεθα ἀνθρώπους, μέρος ὄντας τῆς ἡμετέρας πολιτείας, τοιοῦτό τι πράττειν θαρρεῖν, καὶ τὴν γονὴν τὴν ἑαυτῶν καταισχύνειν, καὶ τὰ ὀνόματα συγχέειν.

Κεφ. α'.

Ὥστε καὶ ἐξερευνᾶν ταῦτα ἠβουλόμεθα, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ὅλως πέπραχται, τοὺς ἁμαρτάνοντας πρὸς ἐσχάτην ἄγειν τιμωρίαν. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ χρόνος ἐστὶ μακρός, καὶ οὐδὲ πιστεύομεν τοιοῦτό τι γεγενῆσθαι πλημμέλημα, εἰ ἄρα καὶ τοιοῦτό τι συμβέβηκε, τὸ μὲν παρῳχηκός, ὅπως δή ποτε ἂν ἔχοι, συγχωροῦμεν τοῖς τὴν Ὀσροηνὴν καὶ τὴν μέσην τῶν ποταμῶν τὰς ἐπαρχίας κατοικοῦσι, προφάσει τῶν ἐν αὐταῖς γενομένων διαφόρως[3]) ἐφόδων, καὶ μάλισια ἀγροικικοῦ πλήθους ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ὄντος τοῦ ταῦτα ἐξαμαρτεῖν λεγομένου, καὶ ἐπὶ τοῦ νῦν σχήματος ἐῶμεν εἶναι, οὐδὲν πολυπραγμονοῦντες τῶν ἄχρι τῆς νεαρᾶς ἡμῶν θείας διατάξεως περὶ τούτου, ὡς εἰκός, πλημμεληθέντων. ἀλλὰ βεσπίζοντες, πᾶσαν κωλυθῆναι περὶ τούτου ζήτησιν τοιαύτην κατὰ προσώπων ἢ πραγμάτων διαφερόντων τοῖς ἐν ταῖς αὐταῖς ἐπαρχίαις οἰκοῦσι. μετὰ δὲ τὸν ἡμέτερον νόμον τὸν ἐναγχος περὶ τούτου τεθέντα εἴ τις ἐτόλμησεν ἢ καὶ τολμήσειε τοιοῦτό τι πρᾶξαι, βουλόμεθα τοῦτον ὑπὸ ποινὰς ἐσχάτας καταστῆναι, εἰδότα ὡς οὐ μέχρι χρηματικῶν στησόμεθα ποινῶν, ἀλλ' αὐτόν τε καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας ἐξ ἀθεμίτων γενομένους γάμων μετὰ τὴν ἡμετέραν, ὡς εἴρηται, θείαν διάταξιν[4]) μετελευσόμεθα, καὶ τὸν εἰς κεφαλὴν κίνδυνον, καὶ τὴν εἰς περιουσίαν αὐτοῖς ποινὴν ἐπιστήσομεν, οὐδενὸς φειδόμενοι, οἵτε εἰ μείζονος οὔτε εἰ ἐλάττονος εἴη κατασιάσεως, ἢ τύχης, ἢ ἱερωσύνης (τοῦτο γὰρ ἔτι μᾶλλον ἐστι δυσκολώτερον), ἀλλὰ πᾶσιν ὁμοίως ἐπεξιόντες τὴν νενομισμένην καὶ τοῖς Ῥωμαίοις πρέπουσαν νόμοις φυλάξομεν εὐταξίαν, οὐ μέρος μόνον τῆς οὐσίας ἀφαιρούμενοι, ἀλλὰ καὶ τὴν οὐσίαν ὅλην, καὶ μέρος τοῦ σώματος, καὶ εἴπερ καὶ δυσκολωτέραν εὕρωμεν τὴν ἀθεμιτογαμίαν, καὶ αὐτὴν ἴσως τὴν ψυχήν, οὐδενὸς ἀποφυγεῖν δυναμένου ἐκ τοῦ τὰς ποινὰς τοῖς[5]) πλημμελήμασιν ἀκολουθεῖν. χρὴ γὰρ τὰ ὀρθά τε καὶ προσηκοντα φρονεῖν, καὶ τοὺς ἄλλους ἀνιστᾶν εἰς τὸν τοιοῦτον ζῆλον, ἀλλ' οὐκ αὐτοὺς πράττειν παράνομα, καὶ εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους καταφεύγειν μίμησιν. Ταῦτα τοίνυν φυλάττεσθαι βουλόμεθα ἐπὶ τῶν εἰρημένων ἐπαρχιῶν, τῶν τε πολιτικῶν τῶν τε στρατιωτικῶν ἀρχόντων τοῦτο φυλαττόντων, καὶ τὰς ποινὰς ἐπιτίθεσθαι τοῖς ἁμαρτάνουσι παρασκευαζόντων. τοῦτο δὲ αὐτὸ τοῖς τῆς χώρας[6]) κατὰ πρόσταξιν σὴν διὰ προγραμμάτων παρὰ τῶν οἰκείων ἀρχόντων γενέσθαι βουλόμεθα φανερόν,

Novella CLIV.

DE HIS, QUI IN OSROENA ILLICITAS NUPTIAS CONTRAHUNT.

Imperator Iustinianus Augustus Floro, Comiti sacrorum Privatorum

Praefatio.

Mirus quidam rumor ad nos venit, illos, qui Mesopotamiam et Osroënam provincias incolunt, audere illicitas nuptias contrahere, et romanas leges violare, et poenas in illis minitatas tam veteres quam novas, et dum ad vicinos suos respiciunt, in illicitas vero atque prohibitas nuptias incidunt. Nos igitur nihil quidem plane eorum credidimus; neque enim putamus, homines, qui reipublicae nostrae pars sunt, tale quid agere audere, et progeniem suam dehonestare, et nomina confundere.

Cap. I.

Quare et in ea inquirere, et si tale quid factum esset, delinquentes ad ultimum supplicium trahere voluimus. Verum quia et longum tempus est, neque eiusmodi delictum commissum esse credimus, si forte tale quid peccatum sit, praeteritum quidem, quomodocunque se habeat, remittimus illis, qui Osroënam et Mesopotamiam provincias inhabitant, propter invasiones, quae in illis varie factae sunt, et maxime propter agrestem multitudinem, quae ut plurimum talia peccare dicitur, idque in praesenti forma manere sinimus, nihil eorum curiose perscrutantes, quae usque ad novam nostram sacram constitutionem hac in re forte peccata sunt, sed sancimus, ut omnis eius rei quaestio de personis et rebus ad incolas illarum provinciarum pertinentibus prohibeatur. Post legem vero nostram hac de re nuper latam si quis tale quid facere ausus fuerit, vel etiam audeat, extremis eum suppliciis subiici volumus, ac sciat is, in pecuniariis poenis subsistere nos non velle, sed et ipsum, et uxorem, et liberos ex incestis nuptiis natos post nostram, ut dictum est, sacram constitutionem persecuturos esse, et capitis periculum et poenam pecuniariam illis inflicturos, nemini parcentes, nec si maioris, nec si minoris sit conditionis, aut fortunae, aut sacerdotii (hoc enim durius etiam est), sed in omnes aequaliter animadvertentes solitum et Romanis legibus decentem ordinem servabimus non solum substantiae partem ablaturi, sed et totam substantiam, et membrum corporis, et si minus ferendas esse illicitas nuptias inveniamus, ipsam etiam vitam forte, nec quisquam effugere poterit, quin poenae delictum sequantur. Recta enim et quae decent sapere oportet, ceterosque ad parem aemulationem excitare, nec vero ipsos quae contra leges sunt facere, et ad mutuam imitationem confugere. Haec igitur in dictis provinciis observari volumus, atque tam civiles quam militares magistratus hoc observent, efficiantque, ut poenae peccantibus imponantur. Hoc ipsum vero illis, qui in provincia sunt, iussu tuo a magistratibus illorum per programmata manifestum fieri volumus, nisi et ipsi ultimis poenis, et administrationis et substantiae amissione, si quid horum neglexerint, subiici velint.

Epi-

---

[a]) *Hal. et Scrimg. — Athan. XI.* 6. (*Heimb. Anecd. I. p.* 141 *sq.*) — *Versio antiqua latina non extat.*

[1]) *μέσων Hal. atque ita in seqq.* — [2]) *τάς τε νέας Hal.* — [3]) *διαφόρων Hal.* — [4]) *μετὰ τὴν ἡμετέραν διάταξιν Hal.* — [5]) *Emend. Homb.*; *ἐκ τοῦ τοῖς πέλας ἐν τοῖς Scrimg.*; *εἰς τὸ τὰς ποινὰς τοῖς Hal.* — [6]) *τοῦτο δὲ ἐπὶ τῆς χώρας Hal.*

φανερόν, εἰ μὴ βούλονται καὶ αὐτοὶ ταῖς ἐσχάταις ὑποβληθῆναι ποιναῖς, καὶ ταῖς ἐκπτώσεσι τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν οὐσιῶν, εἴ τινος τούτων ἀμελήσειαν.

Ἔ π ί λ ο γ ο ς.

Τὰ τοίνυν παρασιάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα πραγματικοῦ τύπου ἡ σὴ ἐνδοξότης ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω [1]).

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac pragmatica lege declarantur gloria tua effectui et fini dare studeat.

[1]) *Deest subscriptio; Bienerus l. c. p. 529. anno 535. vel 536. constitutionem emissam esse ex inscriptione coniecit.*

Δ Ι Α Τ Α Ξ Ι Σ ρνέ. [a])

Περὶ τοῦ δεῖν τὰς μητέρας ὑποκεῖσθαι ἐπιτροπικοῖς λογισμοῖς.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Βελισαρίῳ.

Π ρ ο ο ί μ ι ο ν.

Ἱκετηρίαν ἀνέτεινε Μάρθα ἡ λαμπροτάτη τῷ ἡμετέρῳ κράτει, περιέχουσαν, Σεργίου τοῦ τῆς μεγαλοπρεποῦς μνήμης τοῦ αὐτῆς γενομένου πατρὸς τετελευτηκότος καταλειφθῆναι μὲν αὐτὴν κομιδῇ νέαν τὴν ἡλικίαν, τὴν δὲ αὐτῆς κηδεμονίαν ὑπελθεῖν Αὐξεντίαν τὴν λαμπροτάτην αὐτῆς μητέρα, καταθεμένην μὲν ἐν ὑπομνήμασιν, ὡς οὐ προσομιλήσοι δευτέροις γάμοις, καὶ τὸν ὑπὲρ τούτου διωρισμένον τοῖς ἡμετέροις νόμοις ὅρκον παρασχομένην διοικῆσασθαι τὰ πράγματα, τούτων δὲ παρ' αὐτῆς πεπραγμένων, ὥσπερ οὐδέ τινος ὅρκου παρ' αὐτῆς δεδομένου, καὶ εὐκαιαφρονήτου τῆς καταλελειμμένης ὑπαρχούσης περιουσίας, κατὰ τὴν ὑπ' αὐτῆς γενομένην ἀπογραφὴν μέτριά τινα δηλωθῆναι. μετὰ δὲ ταῦτα γάμον ἐλέσθαι δεύτερον, κηδεμόνα Πέτρον αὐτῇ προβαλλομένην, καὶ ἐκ τοῦ δευτέρου συνοικεσίου δύο μὲν ἐσχηκέναι παῖδας, οὐχ ὑγιῶς δὲ πρὸς αὐτὴν ἐσχηκυῖαν τὸν μὲν καταστάντα παρ' αὐτῆς ἐπίτροπον τῆς διοικήσεως ἀποστῆσαι, τοῦ τρισκαιδεκάτου μόλις αὐτῆς ἐπιλαμβανομένης ἐνιαυτοῦ, πείθειν δὲ κηδεμόνα τῆς δευτέρας ἡλικίας αἰτῆσαι [1]), καὶ παραυτίκα πείθειν διαλύσεις συγγράψαι πρὸς αὐτήν, καὶ παντὶ λόγῳ δυναμένῳ κατὰ νόμους ἀμύττειν αὐτῇ προφάσει τῶν τῆς ἐπιτροπῆς λογισμῶν καὶ τὰς τοιαύτας ἀποταξασθαι διαλύσεις, ἐν κοιτῶνί τε οὖσαν ηνικαῦτα, καὶ τῶν πραττομένων οὐδὲν ἐπισταμένην. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἦν τὴν παρ' αὐτῇ καθεστῶσαν καὶ πρὸς οὐδένα εἰπεῖν τι δυναμένην περὶ τῶν κατ' αὐτῆς γινομένων, εἰ καὶ τῆς ἐπιγινομένης αὐτῇ βλάβης ἠσθάνετο, πρᾶξαί τι τῶν δυναμένων κωλῦσαι τὰ πρὸς τὴν αὐτῆς ἐπιβουλὴν μελετώμενα. τοῦ δὲ χρόνου παρασκευάσαντος αὐτὴν καὶ τὸ μελετηθὲν κατ' αὐτῆς αἰσθέσθαι [2]), πρὸς μὲν τὴν μητέρα τισὶ χρήσασθαι παρακλήσεσιν, ὥστε μηδενὶ τῶν κατ' αὐτῆς πραχθέντων ἀποχρήσασθαι, τὰ δὲ πρέποντα μητρὶ περὶ αὐτὴν ἐπιδείξασθαι, καὶ τὴν τῶν πατρῴων αὐτῇ πραγμάτων ἀποκατάστασιν ποιήσασθαι, καθὰ τῷ νόμῳ δοκεῖ, τὴν δὲ τοῖς ἐκ τοῦ δευτέρου γάμου γενομένοις παισὶν ἑαυτὴν ὕλην ἐκδοῦσαν οὐδὲ τοὺς τοιούτους προσίεσθαι [3]) λόγους, τοὐναντίον μὲν οὖν τὴν θείαν ἡμῶν προϊσχέσθαι νομοθεσίαν, περιέχουσαν μὴ δύνασθαι κατ' αὐτῆς τοῖς τῆς ἀποκαταστάσεως χρήσασθαι δικαίοις, οὐδὲν μὲν τοιοῦτον περὶ τῶν μητέρων τῶν ἀναδεξαμένων τὴν τῶν οἰκείων παίδων κηδεμονίαν καὶ δευτέρους ἀσπαζομένων γάμους θεσπίζουσαν, ἐπ' ἄλλοις δέ τισιν ὅροις τε καὶ τρόποις παρὰ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐκφωνηθεῖσαν [4]). καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἱκετηρίαν ἡμῖν ἀνέτεινεν, ἐφ' ᾧτε καὶ τὴν διάνοιαν τῆς θείας νομοθεσίας σαφῆ τε καὶ ἀναμφισβήτητον κατασταθῆναι,

Novella CLV.

UT MATRES RATIONIBUS TUTELAE SUBIACEANT.

Imperator Iustinianus Augustus Belisario

P r a e f a t i o.

Supplicationem clarissima Martha potentiae nostrae obtulit, qua continebatur, Sergium magnificae memoriae, patrem suum, quum moreretur, ipsam quidem in tenera aetate constitutam reliquisse, clarissimam vero matrem suam Auxentiam, quae apud acta dixisset, se ad secundas nuptias non venturam, tutelam suscepisse, et praestito iureiurando legibus nostris hac de re definito bona administrasse; his autem ab ipsa peractis, quasi nullum iusiurandum praestiterit et adspernabilis substantia relicta esset, pauca quaedam in inventario a se confecto designasse, postea vero secundas nuptias contraxisse, quum Petrum ipsi tutorem nominasset, et duos quidem ex secundo illo matrimonio habuisse liberos, quum vero non recte erga ipsam affecta esset, tutorem ab illa constitutum ab administratione destitisse, postquam vix decimum tertium annum ingressa esset, suasisse autem, ut curatorem secundae aetatis peteret, et statim suasisse, ut pro se pactionem conscriberet, omnique actioni, quae secundum leges propter tutelae rationes ipsi competere posset, tali transactione renunciaret, se autem, quum in cubiculo tum esset, plane ignaram fuisse eorum, quae gererentur. Neque enim fieri potuisse, cum apud illam esset, nec cuiquam de iis rebus, quae adversus ipsam gererentur, aliquid dicere posset, licet damnum sibi illatum sensisset, aliquid eorum facere, quibus impediret, quae ad ipsius insidias excogitata essent. Quum vero tempus efficeret, ut quae adversus se agitata essent, sentiret, se precibus quidem usam esse apud matrem, ne iis, quae contra se facta essent, abuteretur, sed ea sibi praestaret, quae matrem deceant, atque paterna bona, quemadmodum legi placeat, sibi restitueret, illam vero liberis secundi matrimonii totam se tradentem nullum sermonibus illis reliquisse locum, e contrario vero sacram nostram obiecisse legem, quae contineat, non posse se contra ipsam restitutionis iure uti, quum ea quidem nihil tale de matribus liberorum suorum tutelam suscipientibus et secundas nuptias amplectentibus sanciat, sed in aliis terminis et modis a pietate nostra publicata sit. Et propterea supplicavit nobis, ut et mentem sacrae legis manifestam atque indubitatam redderemus, nec mater ipsius Auxentia abutens iis, quae illa continentur, res a patre relictas in proprium lucrum converteret.

Cap. I.

[a]) *Hal. et Scrimg. — Athan. XIII. 3. (Heimb. Anecd. I. p. 145 sq.) — Incerti cuiusdam auctoris epitomen ed. Heimb. Anecd. I. p. 267. — Versio antiqua latina non extat.*

[1]) ζητῆσαι *Hal.* — [2]) αἰσθάνεσθαι *Hal.* — [3]) προΐεσθαι *Hal.* — [4]) ἐπ' ἄλλοις — ἐκφωνηθεῖσαν *om. Hal.*

στῆσαι, καὶ μὴ τοῖς αὐτῇ περιεχομένοις ἀποχρωμένην Αὐξεντίαν τὴν αὐτῆς μητέρα τὰ καταλειφθέντα ἐκ τοῦ παιρὸς πράγματα κέρδος οἰκεῖον ποιήσασθαι.

Κεφ. α'.

Ταῦτα τοίνυν τῆς ἱκετηρίας ἐχούσης, εἰκότως πρὸς τόνδε τὸν θεῖον πραγματικὸν εἴδομεν τύπον, δι' οὗ θεσπίζομεν, τῆς θείας ἡμῶν νομοθεσίας οὐδεμίαν ποιουμένης μνήμην περὶ τῶν ἀναδεξαμένων ἐπιτροπὴν τῶν οἰκείων παίδων καὶ δευτέρων ἀνελομένων γάμων, μὴ ἐξεῖναι Αὐξεντίᾳ τῇ λαμπροτάτῃ κεχρῆσθαι τῇ αὐτῇ θείᾳ ἡμῶν νομοθεσίᾳ διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας καὶ τὴν τῶν ὑπομνημάτων πρᾶξιν, καθ' ἣν τὴν ἐπιτροπὴν Μάρθας τῆς αὐτῆς θυγατρὸς ἀνεδέξατο. δεικνύναι τε [1]) τὸν τοῖς νόμοις διωρισμένον αὐτὴν παρασχεῖν ὅρκον, ὡς δευτέροις οὐχ ὁμιλήσει γάμοις, καὶ ὡς τῶν ὅρκων περιφρονήσασα συνῴκησε μὲν ἀνδρὶ δευτέρῳ, καὶ παῖδας ἐξ αὐτοῦ ποιησαμένη, διαλύσεις ὑπὲρ τῆς τῶν πραγμάτων ἀποκαταστάσεως παρεσκευάσεν εἰς ἑαυτὴν ἐκθέσθαι Μάρθαν τὴν λαμπροτάτην αὐτῆς θυγατέρα. Δύνασθαι δὴ πᾶσαν ἔχειν ἄδειαν θεσπίζομεν Μάρθαν τὴν λαμπροτάτην τῷ δικαίῳ τῆς ἀποκαταστάσεως χρήσασθαι, φάσκουσαν ἔτι καὶ νῦν οὔπω ἑαυτὴν ἐπιβῆναι τοῦ εἰκοσιοῦ [2]) τῆς ἡλικίας ἔτους, κατ' οὐδὲν ἀντικειμένης αὐτῇ τῆς θείας νομοθεσίας τῆς παρ' ἡμῶν μὲν τεθείσης, θεσπιζούσης δὲ τοὺς παῖδας μὴ δύνασθαι κατὰ τῶν οἰκείων γονέων τῷ τῆς ἀποκαταστάσεως χρήσασθαι δικαίῳ, μηδὲ τοὺς ἀπελευθέρους κατὰ τῶν οἰκείων παιρώνων, διὰ τὸ περὶ τῶν ἀναδεδεγμένων τὴν τῶν οἰκείων παίδων ἐπιτροπὴν τὸν νόμον μηδὲν διαλέγεσθαι, τοὐναντίον δὲ καὶ ἑτέραν θείαν ἡμῶν νομοθεσίαν μετὰ ταῦτα φοιτήσαι, θεσπίζουσαν τοὺς καθισταμένους ἐπιτρόπους μὴ ἄλλως τὰς τῶν νέων [3]) ἐπιτροπὰς ἀναδέχεσθαι, πρὶν ἂν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἑαυτῶν προβολῆς καταθοιντο, μὴ τοὺς νέους καταλιμπάνειν ἀδεφενδεύτους, καὶ εἰ συμβαίη καὶ μητέρα τῶν οἰκείων παίδων ἐπιτροπὴν ἀναδέξασθαι, καὶ αὐτὴν τοῦτο πράττειν, καὶ πᾶσιν ἐνέχεσθαι τοῖς ἐπιτροπικοῖς λόγοις, καὶ εἴπερ ἕτερον βουληθείη τοῖς ἑαυτῆς προβάλλεσθαι παισίν, οἰκείῳ κινδύνῳ καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῇ πραγμάτων τοῦτο ποιεῖν. Ὥστε κἀνταῦθα τρόποις ἅπασι προσήκειν Μάρθαν τὴν λαμπροτάτην, εἴπερ δείξει μὴ παρῳχηκέναι τοὺς χρόνους, ἐν οἷς οἱ περὶ τῆς ἀποκαταστάσεως ἀρμόττουσιν αὐτῇ λόγοι, καὶ τῇ ἀποκαταστάσει χρήσασθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἷς οἱ ἡμέτεροι νόμοι τοῖς ἐπ' ἀτελοῦς ἡλικίας οὖσι πᾶσι [4]) διδόασι παῤῥησίαν τε καὶ βοήθειαν. φυλάττεσθαι μὲν γὰρ καὶ τὸ ἡμέτερον θεσπίζει κράτος τὴν ὀφειλομένην τοῖς γονεῦσι παρὰ τῶν παίδων αἰδῶ, καὶ πᾶσαν τιμήν τε καὶ θεραπείαν, ἐν ᾧ μηδέμια βλάβη παρ' αὐτῶν κατ' ἐκείνων γένοιτο, τοὺς δὲ τῶν ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παίδων ὑπεροράν οὔτε ὅσιον εἶναι κρίνομεν, οὔτε ἄλλως προσήκειν τὰ ἐκ τῆς πατρῴας [5]) περιουσίας εἰς αὐτοὺς περιεχόμενα πράγματα τοὺς τοιούτους μητέρας δύνασθαι κέρδος οἰκεῖον, ἢ τῶν κατὰ δευτέραν τάξιν αὐταῖς συνοικησάντων, καὶ τῶν ἐκ τῶν τοιούτων γενομένων συνοικεσίων παίδων ποιεῖσθαι.

Ἐπι-

Cap. I.

Deo et iustitia nil maius est. Absque his enim nihil unquam eorum, quae oportet, praesertim in republica nostra fieret; hinc et recte imperare, et subditos ad rectam sententiam et omnem gratitudinem pertrahere licet. Quare quum nos quoque a deo et iustitia sceptrum acceperimus, licet multis curis obruamur, quo modo Romani quidem virtutibus augeantur, barbari vero victi succumbant, tamen curam nostram non effugit, ut in iis quoque, quae privatim utilia sunt, subditis competenter prospiciamus. Quum igitur multa ex iis, quae antea confusa erant, emendaverimus, id quoque, quod circa heredes maximam partem neglectum fuit, ad ordinem deo placentem reducendum esse putavimus. Comperimus enim, quosdam oberrantes defunctorum bona perturbare, sed neque permittere, ut testamenta valeant, nec ut successiones ab intestato locum habeant, mobilibus quidem rebus sigilla, immobilibus vero titulos imponentes, ut hac ratione illorum successione augeantur, et decentem (illis) ordinem accipiant. Quoniam vero fieri nequit, ut singula, quae de his rebus in tanta multitudine contingunt, accurate cognoscamus, haec generali lege definire nobis pulchrum visum est.

Cap. I.

Propterea sancimus, ut omnes sine invidia rebus suis et iuribus fruantur, eaque ad successores suos transmittant, nemo autem prorsus bona eorum invadat, aut successores eorum damnis implicet, aut titulos vel sigilla rebus imponat, contra quod legibus nostris placuit. Etenim successiones ab intestato harum successionibus confirmamus, ultimasque illorum legitime confectas voluntates non tollimus. Si enim semper vigilamus et solliciti sumus, ut subditi bonis legibus utantur atque ut sublevantur, magna nostrae potentiae cura exsistit, quidni etiam hac in parte ipsis provideamus, nostraque beneficia promte largiamur? Haec enim deo placere confidimus, et hanc iustitiam esse dicimus, atque imperium per haec nobis securum et imperturbatum futurum confidimus. Annumeretur ergo haec quoque lex nostra reliquis nostris praeclare gestis, et subditi a prioribus molestiis liberati tantaque providentia a potentia nostra dignati deo et post illum nobis gratias agunt, deum precibus rogantes, ut devictis hostibus multam ipsis aliam securitatem largiamur.

Epi-

---

a) *Novella secunda Tiberii II., cf. Biener l. c. p. 97 sq. 117 sq. 475. — Hal.*; *deest apud Scrimg. — Excepto prologo et epilogo Nov. est in Bas. XLV. 3. 9. Schol. h. (Theodori, cf. Heimb Anecd. I. p. 259.)*

1) *πεπιστεύκαμεν Bas.*

Ἔπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασταντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου νόμου δηλούμενα φυλαξάτωσαν οἵ τε ἐνδοξότατοι κουράτωρες τῶν θείων οἴκων, οἵ τε τὰς μεγίστας ἢ καὶ ἐλάττους ἀρχὰς ἰθύνειν ἐπιτεταγμένοι καιά τε τὴν εὐδαίμονα πόλιν ταύτην, καὶ μὴν καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, δήμευσίν τε καὶ κεφαλικὴν ὑφορώμενοι τιμωρίαν, εἰ παραβαῖεν τὰ παῦ ἡμῶν θεσπισθέντα. Εἰ δὴ τοίνυν ἐνδοξοτης τὸν παρόντα θεῖον ἡμῶν νόμον ἐν τοῖς ἐπισήμοις τόποις τῆς εὐδαίμονος ταυτης πόλεως προθήσει, στελεῖ δὲ καὶ κατὰ τὰς ἐπαρχίας ταῖς συνήθεσι χρωμένη περὶ τούτου προστάξεσι [1]).

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et sacra haec lege declarata sunt, quum gloriosissimi sacrarum domuum curatores observent, tum etiam illi, quibus maximos et minores magistratus gerere tam in felici hac civitate, quam in provinciis commissum est, et publicationem bonorum, et capitalem poenam metuentes, si a nobis sancita violent. Tua igitur gloria sacram hanc legem nostram in conspicuis locis felicis huius urbis proponat, in provincias etiam consuetis ad haec usa praeceptis transmittat.

[1]) *Subscriptio deest, sed cum Tiberii II. videatur esse const., inter annos 578 — 582. edita est.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρξε'.[a])

Γενικὸς τύπος περὶ ἀπόψεως θαλάσσης, γραφεὶς τῷ λομπνίκῳ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ [ὑπάρχῳ τῶν πραιτωρίων] [1]).

Ἐδίδαξεν ἡμᾶς ἡ μήτηρ κ. τ. λ. [2]) *Ἡ ἐπὶ θαλάσσης ἐντὸς ἑκατὸν ποδῶν οὖσα ἄποψις οὐ μόνον κατ' εὐθεῖαν, ἀλλὰ καὶ ἐκ πλαγίας ὀφείλει εἶναι ἀκαινοτομητος. Τοῦτο γὰρ προεῖδηκεν ὁ παρὼν τύπος, φυλαττων τὴν Ζήνωνος διάταξιν, καὶ τὴν νεαραν ἑρμηνεύων.*

Novella CLXV.

GENERALIS SANCTIO DE PROSPECTU IN MARE, SCRIPTA DOMINICO, GLORIOSISSIMO PRAEFECTO PRAETORIO.

Docuit nos mater etc. Prospectus in mare intra centum pedes, non solum ex directo, sed et per transversum novo opere impediri non decet. Hoc etenim addit haec forma, quae Zenonis constitutionem custodit et novellam interpretatur.

[a]) *Haec Novella integra nobis non mansit, sed epitomen solam eius praebent Bas. LVIII. 11. 14. et Hal. Krat autem Novella Eparchicum et forma quidem Praefecti Urbi, ut videtur Bienero l. c. p. 99 sqq., cf. eund. p. 118 sq. 476.*

[1]) *ὑπάρχῳ τῶν πραιτωρίων sine dubio addidit Hal., desunt enim haec verba in Cod. Bol.; cf. G. E. Heimbach in Zeitschr. f. g. R. VIII. p. 330.* — [2]) *Initium hoc est integrae constitutionis.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρξς'.[a])

Περὶ ἐπιβολῶν.

Φλάβιος Θεόδωρος Πέτρος Δημοσθένης, ὁ μεγαλοπρεπέστατος ὕπαρχος τῶν ἱερῶν πραιτωρίων, καὶ ἀπὸ ὑπάρχων τῆς βασιλίδος πόλεως, καὶ ἀπὸ ὑπάτων, Φλάβιος Φαῦστος καὶ Φλάβιος Στέφανος Φλαβίῳ Ὁρταλίνῳ, τῷ λαμπροτάτῳ ὑπατικῷ Λυδίας.

Ἐπειδὴ χρὴ τὰ τοῖς νόμοις καὶ τοῖς τύποις τῶν ἡμετέρων θρόνων διατεταγμένα καλῶς, εἴπου δεήσειεν, τοῖς ὑποτελέσιν ἀσφάλειαν κεκτῆσθαι βεβαίαν. πρὸς (τὸ) μηδεμίαν αὐτοῖς ἐγείρεσθαι ζήτησιν ἔν τε τοῖς ἄλλοις. ἔν τε ταῖς τῶν ἀπόρων ἐπιβολαῖς, τῶν μὲν τοῖς αὐτοῦ ἐκ τῆς περιουσίας εὔπορα κεκτημένων ἐγγυτέρους καὶ πρόσχωρα ταύτας ἐπιγνῶναι δικαίως, τῶν δὲ πρὸς τοὺς ἀνωτέρω καὶ παλαι τέρους ἀδούλους κτήσεις ἀνεβαινεν διαζωμένων, τῶν δὲ ἐξ ἁπάντως ἅμα τοῖς πρὸν κεκτημένοις ἀδιακρίτως γε οὐσῶν, ἐξ αὐτῶν ἡμεῖς κινηθέντες τῶν πραγμάτων ἐπὶ τὴν ὁρθὴν καὶ δικαίαν τούτων διάκρισιν ἐλθεῖν ἐβουλήθημεν. σαφῆ ταῦτα καὶ εὐδιάκριτα τοῖς ὑποτελέσιν [καθίστανιες.

Ei

Novella CLXVI.

DE ADIECTIONIBUS.

Flavius Theodorus Petrus Demosthenes, magnificentissimus Praefectus sacrorum Praetoriorum, et Expraefecto regiae urbis, et Exconsule, Flavius Faustus et Flavius Stephanus Flavio Ortalino, clarissimo consulari Lydiae.

Quum oporteat legibus et praeceptis nostrorum thronorum bene ordinata, si quando necesse sit, subditis clariora constituere, ne ulla quaestione vexentur tum in aliis, tum in sterilium adiectione, cum alii censeant eorum, qui ibi ex substantia fertilia possederint, propioribus et confinibus eas adiiciendas esse, alii vero ad superiores et antiquiores conservas possessiones redeundum esse urgeant, alii denique ad cunctos simul, qui ante possederint, sine discrimine redeant: ex ipsis nos rebus moti ad rectam et iustam eius rei dignoscendae rationem pervenire voluimus, clara haec ac bene discriminata subditis nostris [constituentes

Si

[a]) *Nov. 166. — 168. sunt formae Praefecti Praetorio. Desunt apud Hal. et Scrimg. In edd recentioribus adhuc erant epitomae e Bas. lib. LVI. compositae a Cuiacio. Integriores e Cod. Bol. eas edidit G. E. Heimbach in Zeitschr. f. g. R. VIII. p. 341 — 356, cf. Bienor l. c. 89. 98 sqq. 396 sq. 476 sq 563. Secuti sumus Heimbachium, quod iam fecit ante nos Bk.*

Εἴ ποτε τοίνυν τις κατά τινα τῷ νόμῳ γνώριμον αἰτίαν ἐκποιήσειεν] [1]) *ἀγρόν, ἢ χωρίον, ἢ γῆδια, ἢ σύγκτησιν ὅλην, εἶτα τελευτήσας ὕστερον παραπέμψειε τὴν αὐτοῦ* [2]) *περιουσίαν εἰς ἐξωτικοὺς ἢ παῖδας, κἀκεῖνοι τὸν ἴσον τρόπον ἐκποιήσειαν τὰς περιουσίας, ἧς διεδέξαντο, χωρία, ἢ γῆδια, ἢ ἀγρόν, ἢ συγκτησίν τινα, καὶ τὸ παρὰ διαδόχων ἐκποιηθὲν εἰς ἀπορίαν ἐλάσῃ* [3]), *ὥστε χώραν γενέσθαι τῇ τῶν ἀπόρων ἐπιβολῇ, οὔτε ἅμα πᾶσι τοῖς προκτησαμένοις, οὔτε παρὰ τὴν τῆς διαδοχῆς τάξιν ἐπάγεσθαι τὸ βάρος τῆς τῶν ὁμοδούλων ἀπορίας κελεύομεν, ἀλλὰ πρότερον μὲν τὸν παρὰ* [4]) *τῶν ἐκείνου παίδων ἢ διαδόχων ἐξωτικῶν τοῦτο κτησάμενον, ὃ νῦν εἰς ἀπορίαν ἦλασε, καὶ τὴν ἀκίνητον αὐτοῦ περιουσίαν τὴν ἐπιβολὴν δέχεσθαι, ἀπόρου δὲ τούτου φανέντος, καὶ τῆς οὐσίας αὐτῷ κτήσεως ἐπὶ τοὺς εἰς αὐτὸν παραπέμψαντας φερούσης τὸ βάρος. εἰ δὲ μήτε αἱ τούτων κτήσεις πρὸς τὴν ἐπιφορὰν τῆς συντελείας ἀρκέσουσι, τότε ταύτην ἐπὶ τὸν πρῶτον κύριον τὸν εἰς τοὺς παῖδας ἢ τοὺς ἐξωτικοὺς τοῦτο παραπέμψαντα τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ἀκίνητον κτῆσιν. εἰ τοῦτο ἔχοιτο ἡ ἐκείνου περιουσία, ἐπανέναι, οὕτω τε ἐκ τῆς τῶν ἀπάντων ἀπορίας εἰς τὸν παρὰ τοῦ πρώτου δεσπότου τὸ χωρίον, ἢ τὸν ἀγρόν, ἢ τὰ γῆδια ωνησάμενον τὴν ἀρχὴν ἢ καθ' ὁιονδήποτε νόμιμον αἰτίαν παρειληφότα. Ταὐτὸν δὲ ἂν εἴη λέγειν, κἂν εἰ πολλαὶ μεταξὺ τυγχάνοιεν διαδοχαὶ οὖσαι. ἕως γὰρ ἂν ὁ προεχέστερος εὔπορος εἴη, οὐδὲν ἐνοχλεῖσθαι τοὺς ἐν πρεσβυτέροις χρόνοις τὰς κτήσεις ἐσχηκότας ἢ τὰς ἐκείνων οὐσίας προσήκει. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως διαιτάσθω. Τὰς δέ γε τῶν ἀπόρων ἐπιβολάς, τοῖς ὅλως ἐπαχθεῖσι* [5]) *πολλοῖς οὖσι, καὶ τὴν αὐτὴν ἐπέχουσι τάξιν, ἢ καὶ ὀλίγοις ἀναλόγως τῆς οὔσης παρ' αὐτοῖς ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας εὐπόρου κτήσεως καθ' οἱονδήποτε τρόπον γίνεσθαι, καὶ ηνικαῦτα τὸ τῶν συντελειῶν βάρος ὑπὲρ τούτων αὐτοῖς ἐπάγεσθαι, ἡνίκα καὶ τὴν ἄπορον αὐτοῖς κτῆσιν ἀναλόγως παραδοθῆναι συμβαίη, ἢ ὅτε πρὸς τὸ παραλαβεῖν ταύτην αὐτοὺς ἀπαγορεύσειαν. Πρὸς τοῦτο* [6]) *οὐδὲ δίκαιόν ἐστί τινα ταῖς ὑπὲρ τούτων συντελείαις βαρύνεσθαι. Ὥστε πρόνοιαν τὴν σὴν λαμπρότητα ποιήσασθαι δεῖ ταῦτα καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἐξετάζεσθαί τε καὶ προϊέναι. εἰ γὰρ μὴ ταῦτα παραφυλαχθείη, καθὰ διωρίσαμεν, ἴσθι ποινὴν ἅμα τῇ πειθομένῃ σοὶ τάξει ἀνὰ δέκα χρυσίου λιτρῶν καιαθήσων, ἢ* [7]) *ἑτέρᾳ, ὡς εἰκός, ἐπιτιμήσει μείζονι περιπεσούμενος, οὐδὲν ἧττον τῶν παρ' ἡμῶν* [8]) *διωρισμένων καὶ οὕτως κρατεῖν ὀφειλόντων. ταύτης γὰρ ἕνεκα τῆς αἰτίας καὶ Νικομήδης ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀπέσταλται τάξεως* [9]). *ΑΙΑ-*

Si quis igitur aliquando ex causa legibus cognita alienaverit] *agrum, vel praedium, vel terram, vel complexum possessionum totum alienaverit, deinde moriens postea substantiam suam ad extraneos vel liberos transmiserit, illique pari modo ex substantia, in quam successerunt, praedia, vel terras, vel agrum, vel complexum possessionum quendam alienaverint, et sterile factum sit id, quod a successoribus alienatum est, ita ut sterilium adiectioni locus sit, neque simul omnibus, qui ante possederunt, neque secundum ordinem successionis sterilitatis onus conservorum praediorum imponi iubemus, sed prius quidem eum, qui id, quod nunc ad sterilitatem redactum est, ab illius liberis vel extraneis successoribus acquisierat, et immobilem eius substantiam adiectionem suscipere; si vero is non idoneus appareat et quae ei est possessio, tunc onus ad eos transferri, qui id ad eum transmiserant; si vero nec horum possessiones inlationi contributionis sufficiant, tunc ea ad primum dominum, qui id ab initio ad liberos vel extraneos transmiserat, et immobilem possessionem, si eam substantia eius contineat, redire, et sic denique in omnium inopia ad eum, qui a primo domino praedium, vel agrum, vel terras ab initio emit vel quacunque legitima de causa accepit. Idem vero dicendum erit, etiamsi multae intercedant successiones. Quamdiu enim proximior locuples est, illi, qui anterioribus temporibus possessiones habuerunt vel illorum bona, nulla molestia afficiantur. Atque haec quidem ita sint disposita. Adiectiones certe quidem sterilium, quando multi sunt, quibus omnino imponi debent, eundemque ordinem obtinent, vel si pauci sunt, pro portione fertilis illius possessionis, quae apud eos ex eadem substantia est, omnimodo fieri oportet atque ex eo tempore iis tributorum onus pro illis imponi, ex quo et sterilem possessionem iis secundum proportionem tradi contigerit, aut cum se eam accepturos negaverint. Praeterea iustum non est, quemquam tributis pro illis pendendis gravari. Quare provideri tuam claritatem decet, ut illa hoc modo examinentur et procedant. Si enim haec non secundum ea, quae definivimus, observentur, scito, te simul cum cohorte, quae tibi paret, decem auri librarum poenam soluturum, vel aliam fortasse maiorem poenam subiturum esse, ita ut quae a nobis definita sunt nihilominus etiam sic valere debeant. Ob hanc enim causam et Nicomedes ex cohorte nostra missus est.*

No-

---

[1]) *Quae uncis inclusa sunt, supplevit Heimb. In Cod. Bol. lacuna indicata non est, attamen deesse quaedam nemo non videt.* — [2]) *Bk.*; αὐτῶν *Cod. Bol.*; αὐτοῦ *Heimb.* — [3]) *Cui.*; ἐλάσει *Cod. Bol.* — [4]) *Heimb.*; τὸν περὶ *Cod. Bol.*; τοῦ παρὰ *Cui.*; τὸ παρὰ *Bk.* — [5]) ἐπαχθέσι *Cod. Bol.*; ἐπιβ. οἷς — ὑπαχθεῖεν *Cui.* — [6]) *Cui.*; πρὸς τοῦτῳ *Heimb.* — [7]) καὶ *add. Cui.* — [8]) *Cui.*; ἡμῖν *Cod. Bol.* — [9]) *Subscriptio deest; Heimb. l. c. p.* 345. *coniecit, anm* 521. *p. Chr. esse const.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρξζ'. *)

Γενικὸς μέγιστος τύπος περὶ τοῦ πῶς δεῖ στέλλεσθαι ἐπὶ νομῆς, Βάσσου τοῦ ἐνδοξοτάτου ὑπάρχου.

Φλάβιος Κομίτας, Θεόδωρος, Βάσσος, οἱ μεγαλοπρεπέστατοι ἔπαρχοι τῶν ἱερῶν πραιτωρίων, λέγουσιν. Τὰ μὲν ἄλλα, ὅσα διετυπώθη παρὰ τῶν ἡμετέρων θρόνων, καὶ ἐν κοινοῖς δοκοῦντα γράμμασιν, ἢ καὶ ἄλλοις γενικοῖς τύποις τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς ἢ περὶ τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων καὶ τάξεων καὶ ὅλως ἀπαιτητῶν διαλεγομένοις, καθ' ὃν αὐτοὺς δέοι τρόπον τοῖς ὑπηκόοις προσφέρεσθαι, ἢ περὶ τῆς τῶν ὑπηκόων αὐτῶν ἐν τοῖς συναλλάγμασιν ὀρθότητος, καὶ τῆς περὶ τὰς εὐσεβεῖς εἰσφορὰς εὐγνωμοσύνης, τὴν ἑαυτῶν ἔχειν ἰσχὺν βουλόμεθα καὶ ἐκ τῆς παρούσης ἡμῶν προστάξεως, ἐκεῖνο δὲ σαφέστερον ἔτι προσδιορίσασθαι δεῖν ἔγνωμεν.

Εἰ γάρ τις ἀκινήτου τινὸς ἀντιλαβέσθαι σπουδάζων ἀρχικὰς ψήφους πορίσοιτο, ἐπὶ μὲν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως ἀρκέσει τυχὸν ἡ τάξις τὴν σχολὴν μαρτυροῦσα τῆς τῶν πραγμάτων τούτων νομῆς, ἢ καὶ τῶν γειτόνων ἡ αὐτὴ τάξις λέγουσα [1]) μαθεῖν, ὡς οὐδεὶς τῶν πραγμάτων τούτων ἐπιλέλειπται [2]). ἐπὶ δὲ τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κειμένων ὑπὸ τοῖς τῶν τόπων ἐκδίκοις ὑπομνήματα, ἃ παραπλησίως ταὐτὸ τοῦτο πράττοντα, δεήσει συνίστασθαι, μαρτυρίας μὲν ἔχοντα τῶν γειτόνων. τηνικαῦτα δὲ ἄδειαν παρέχομεν τὰς ψήφους ἠτηκόσι τὰ πράγματα κατασχεῖν. Καὶ τοῖς μέλλουσι δὲ ἐκ συναλλαγμάτων τινῶν πρᾶγμα λαμβάνειν, καὶ νομὴν τοιαύτην ἢ δεσποτείαν ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν ποιεῖσθαι κατοχὴν ἀναγκαίας τὰς τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μαρτυρίας νομίζομεν, ὥστε ὑπομνημάτων συνισταμένων ὑπ' αὐτοῖς δηλοῦσθαι τὴν παράδοσιν, εἴτε ἐπισάλματα τύχοι γράμματα φροντιστῶν [3]), εἴτε ἐπισαλμάτων χωρὶς ἡ παράδοσις μέλλοι γίνεσθαι, προϊόντος ἐνταῦθα τοῦ καὶ τοὺς γεωργοὺς ἢ [4]) φροντιστὰς χρῆναι συνομολογεῖν ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων, ὡς τὸν ἕτερον [5]) εἰδοῖεν νομέα καὶ δεσπότην, καὶ τῇ τοῦ παραδόντος ἀκολουθήσαιαν γνώμῃ τοῦτο αὐτοῖς [6]) ἐπιτρέψαντος. Ἔνθα δὲ ἂν ἔκδικος μὴ παρῇ, τὸν λαμπρότατον τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντα τὰ τοιαῦτα συνιστᾶν ὑπομνήματα προστάττομεν, ἢ τὸν ὁσιώτατον τῆς πόλεως ἱερέα, ὑφ' ἣν ἡ κτῆσις ἐστίν, ὑπὲρ ἧς τὰ τοιαῦτα πράττεται, εἰ πολλῷ τυχὸν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενος ἀπολίποιτο τῶν τόπων, ἐν οἷς ἡ παράδοσις γίνεται. Ἔν τε [7]) τῇ βασιλίδι ταύτῃ πόλει καὶ τοὺς καλουμένους ἐκβιβασμοὺς καὶ τὰ ὑπὲρ τῶν παραδόσεων [8]) συνιστάμενα ἐκμαρτύρια ῥοπὴν ἱκανὴν διδόναι τοῖς παρειληφόσιν ἡγούμεθα. Προστάττομεν τοίνυν τῇ σῇ μεγαλοπρεπείᾳ, καὶ τῇ πειθομένῃ σοι τάξει, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν ἰθυνομένην ὑπὸ σοῦ χώραν διαιτωμένοις πανίων ἐφεξῆς ἐπιμελήσασθαι τῶν παρεγγυησαμένων ὁμοίως.

ΔΙΑ-

Novella CLXVII.

GENERALIS FORMA, QUOMODO DEBEAT MITTI IN POSSESSIONEM BASSI GLORIOSISSIMI PRAEFECTI.

Flavius Comitas, Theodorus, Bassus, magnificentissimi praefecti sacrorum praetoriorum, haec edicunt.

Cetera quidem, quaecunque statuta sunt a nostris thronis, et publicis litteris manifestata, vel etiam aliis generalibus formis nostri imperii, quae vel de magistratibus provincialibus, et officiis, et omnino exactoribus tractant, quemadmodum eos oporteat cum subditis agere, vel de recta ratione ab ipsis subditis in contractibus servanda, et in sacris illationibus probitate, vim suam habere volumus etiam ex praesente nostra constitutione, illud vero iam clarius definiri oportere cognovimus.

Si quis enim immobilem quandam rem apprehendere cupiens decreta iudicis acceperit, in hac quidem felici civitate cohors fortasse sufficit, quae res illas possessione vacuas esse testetur, vel si eadem cohors dicat ex vicinis se cognovisse, neminem earum rerum possessionem desiderasse; in illis vero, quae in provinciis sitae sunt, auctoritate defensorum locorum acta debebunt confici, quae similiter idem illud continent, testimoniis quidem vicinorum munita. Tunc vero licentiam illis concedimus, qui decreta petierunt, ut res detineant. Atque etiam iis, qui ex contractibus quibusdam res accepturi, et talem possessionem vel dominium sui iuris facturi sunt, necessaria esse defensorum in provinciis testimonia putamus, ut actis eorum auctoritate confectis declaretur, traditionem fieri, sive adsint epistolae scriptae a curatoribus, sive sine litteris traditio sit facienda, addito ibi hoc, ut et agricolae curatoresve una apud acta confiteantur, se scire alterum et possessorem et dominum esse, sententiaeque eius, qui tradiderit, obtemperaturos, cum id ipsis manduverit. Ubi vero defensor non adest, clarissimum praesidem provinciae eiusmodi acta conficere iubemus, vel sanctissimum eius urbis sacerdotem, sub qua possessio est, propter quam talia fiunt, si fort: praeses provinciae longe absit ab illis locis, in quibus traditio fit. Atque in hac regia urbe et exhibasmous, qui vocantur, et testimonia pro traditione confecta illis, qui acceperunt, idoneam auctoritatem dare putamus. Iubemus igitur, tuam magnificentiam, et obedientem tibi cohortem, et omnes, qui in provincia, quae a te regitur, commorantur, omnium deinceps, qui rerum traditiones fecerint, simili modo curam habere.

No-

---

*) *vid. Nov.* 166. *not. a.*

1) *λέγει Cui.* — 2) *τῶν πραγμάτων ἐπιλέλειπται Cui.* — 3) *Heimb.; γράμματα φροντιστεῖν Cod. Bol.; γραφέντα φροντισταῖς Cui.* — 4) *ἤτοι Cui.* — 5) *τὸν νεώτερον Cui.* — 6) *ἀκολουθήσαιεν — αὐτῷ Cui.* — 7) *δὲ Cui.* — 8) *τῆς παραδώσεως Cui.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρξή'.[a])

Περὶ ἐπιβολῶν [1]).

Τὰς τῶν ὁμοδούλων ἐπιφορὰς ὁ νόμος οἶδε καὶ τῶν ὁμοκήνσων, καὶ τίς ἐστιν ἡ τούτου ἀρχή, πολλάκις ἐν τοῖς δικαστηρίοις δεδήλωται, καὶ περὶ πραγμάτων ἃ γίνεται ἐν τοῖς κοινοῖς τὰς ἀπογραφὰς ἐχόντων, οὐ μόνον τῶν ἀπογεγραμμένων ἢ ἀναγεγράφθαι δυναμένων. Ἐπειδή τοίνυν τινὲς κατὰ διαφόρους χρόνους παρέβησαν τοῦτο ἀλλοιοτρόποις τρόποις, καὶ τοὺς ὑποτελεῖς ἐβάρυνον, ἡμεῖς οὐ παρωλισθήσαμεν οὐδὲ τὸ δοκοῦν τῷ νόμῳ παρελύσαμεν [2]).

Προστάττομεν κήνσῳ ὄγουν ἀπογραφῇ χωρία φέρεσθαι μόνον, οὐ μὲν οἰκίας ἢ ἄλλα πράγματα. ἡ δὲ ἐπιφορὰ ὁμοκήνσοις γίνεται. φυλαξει δὲ τοῦτο ὁ τοῦ ἔθνους ἡγούμενος, καὶ ἡ πειθομένη αὐτῷ τάξις, καὶ οἱ πράκτορες τῶν δημοσίων εἰσφορῶν, ἀνὰ τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν ὑφορώμενοι ποινήν. Ταύτῃ τῇ ψήφῳ καὶ νῦν ἀκολουθοῦντες γενικοὺς ποιούμεθα τύπους, ὥστε μηδένα διδόναι ἐπὲρ ὁμοδούλων ἢ ὁμοκήνσων ἐπιβολὴν ἐπὶ οἰκίαις, ἢ ἄρτοις πολιτικοῖς, ἢ ἑτέρῳ τινὶ μὴ ἐγγεγραμμένῳ τῷ κήνσῳ. Ταῦτα φυλαττέσθω, ταῦτα πέρατι παραδιδόσθω, τῶν παραβαινόντων αὐτὰ ποινὴν δέκα χρυσίου λιτρῶν καταιτθέντων, καὶ κατὰ τῆς ἑαυτῶν οὐσίας οὐ μετρίαν ἐπιτρεπόντων ζημίαν. οἱ γὰρ διὰ ταῦτα ἀδικούμενοι ἔξουσι κατὰ τῶν παραβαινόντων καὶ τῶν ἐκείνους κληρονομούντων καὶ πραγμάτων αὐτῶν ἀγωγήν, ὑπὲρ τοῦ παρὰ τὸν νόμον ὑπομεῖναι ζημίαν. Τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων, καὶ τῶν ὑπηρετούντων αὐτοῖς τάξεων, καὶ τῶν ἀπανταχοῦ γῆς ἐκδίκων τὰ παρ' ἡμῶν γενικῶς διατεταγμένα φυλαττόντων, καὶ ὑφορωμένων τὰ ὡρισμένα κατὰ ταὐτὸν ἐπιτίμια.

Novella CLXVIII.

DE ADIECTIONIBUS.

Conservorum adiectiones praediorum et contributariorum lex agnovit, quodque sit eius principium, saepe in iudiciis manifestatum est, et de rebus quae fiant in commune descriptiones habentibus, non modo eis, quae censitae sunt aut censitae esse possunt. Quum igitur quidam diversis temporibus hoc neglexissent variis modis, subditosque aggravarent, nos id non praetermisimus, neque quod legi placuit, iacere sivimus.

Praecipimus, ut in censum seu descriptionem praedia solum, non autem domus vel aliae res referantur. Adiectio vero fit praediis contributariis. Servabit autem hoc rector gentis, ipsique obtemperans cohors, et publicarum illationum exsecutores, triginta librarum quisque auri poenam metuentes. Hoc decretum etiam nunc secuti generales facimus formas, ut nemo conservorum vel contributariorum nomine domui, vel panibus civilibus, vel alii cuidam rei, quae in censum relata non est, adiectionem imponat. Haec observentur, haec effectui tradantur, eorum violatoribus poenam decem librarum auri solvturis, et substantiae suae non modicum damnum subituris. Qui enim ea re laesi sunt, contra violatores et heredes illorumque bona actionem eo nomine habebunt, quod contra legem damnum passi sunt. Clarissimi autem praesides, ipsisque obtemperantes cohortes, et defensores ubique terrarum quae a nobis generaliter sancita sunt observent, poenasque propter id ipsum definitas metuant.

---

[a]) *vid. Nov.* 166. *not. a.*

[1]) *Γενικὸς τύπος περὶ ὁμοδούλων Cui.* — [2]) *Hoc principium solum habet Cod. Bal., quae sequuntur sunt ex constitutione Cuiacii.*

FINIS NOVELLARUM D. IUSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS

IUSTINIANI IMPERATORIS

EDICTA.

ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΔΙΚΤΑ.

ΕΔΙΚΤΟΝ α'.*)

Εδικτον γραφὲν τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις καὶ ὁσιωτάτοις πατριάρχαις.

IMP. IUSTINIANI A. EDICTA.

Edictum I.

UT MAGISTRATUS ABSQUE ULLO SUFFRAGIO FIANT.

Amantissimis in omni terra archiepiscopis et sanctissimis patriarchis.

*) *De his XIII Edictis disserit Biener l. c. p.* 115 *sqq.* 478 *sqq. Tradita nobis ea sunt in Cod. Veneto Novellarum indeque edita a Scrimgero. Interpretationem latinam adiecimus Agylaei passim mutatam. — Hoc Edictum I. iam dedimus in Corpore* 168 *Novellarum post Nov.* 8. (*vide p.* 72 *sq.*), *quare noluimus h. l. repetere.*

ΕΔΙΚΤΟΝ β'.*)

Περὶ τοῦ μὴ παρέχειν τοὺς ἄρχοντας ἀσυλίας λόγον ἐπὶ δημοσίαις προφάσεσιν.

Ὁ αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίῳ.

Προοίμιον.

Ἐκ τῶν ἀνενεχθέντων ἡμῖν ἀγράφως παρὰ τῆς σῆς ἐνδοξότητος ἔγνωμεν, οὐ μικρὰν πεποιηκέναι δυσκολίαν τῇ τῶν δημοσίων φόρων εἰσκομιδῇ τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας, οἷς ἂν ἐθέλοιεν λόγον ἀσυλίας παρέχοντας. τὴν ἐξ αὐτοῦ γὰρ τοὺς ὑποδεχομένους τοὺς δημοσίους φόρους προβαλλομένους ἀσφάλειαν, μὴ ἐκπέμπειν τὸ ἐπ' αὐτοὺς καταβαλλόμενον χρυσίον, πλείστην δὲ μοῖραν αὐτοὺς παρακατέχειν, καὶ ἐπειδὰν ὀφλήσειαν χρυσίον, ἀποκεχρῆσθαι τῷ κακῶς αὐτοῖς τῆς ἀσυλίας παρεχομένῳ λόγῳ. §. α'. Θεσπίζομεν τοίνυν, τῷδε τῷ θείῳ πραγματικῷ χρώμενοι τύπῳ πρὸς τὴν σὴν ὑπεροχήν, διὰ προσταγμάτων οἰκείων ἁπαγορεῦσαι πᾶσι τοῖς λαμπροτάτοις τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχουσι λόγον ἀσυλίας παρέχειν ἐπὶ δημοσίαις αἰτίαις, ὑπὲρ δὲ τῶν ἰδιωτικῶν μόνων προφάσεων ἐξεῖναι αὐτοῖς, τοῖς ὑπομένουσι παρέχειν τὸν τῆς ἀσυλίας λόγον, καὶ ἐπὶ ᾧτινι χρόνῳ, οὐ δυναμένοις διηνεκῶς αὐτόν, περαιουμένης τῆς προθεσμίας, αὖθις ἀνανεοῦν. Εἰδότων ἁπάντων, ὡς οὐδὲν ὠφεληθήσονται τον τοιοῦτον παρ' αὐτῶν λαμβάνοντες λόγον, ἀλλ' ἄδεια ἔσται παντὶ συνέχειν αὐτοὺς προσταττομένῳ τοὺς ἐποφειλομένους παρ' αὐτῶν δημοσίους φόρους κατατιθέναι, τοῦ διδομένου κατὰ χώραν αὐτοῖς λόγου πρὸς οὐδὲν αὐτοῖς συνοίσοντος, ἐκείνων δὲ μόνων ἐχόντων ἀσφάλειαν, τῶν κατὰ θείαν ἡμῶν κέλευσιν λόγον ἀσυλίας κομιζομένων ἢ κατὰ προστάξεις τῆς σῆς ὑπεροχῆς. Κεφ. α'

*) *Scrimg.*

Edictum II.

NE PRAESIDES IN FISCALIBUS CAUSIS ASYLI IUS DENT.

Imperator Iustinianus Ioanni, Praefecto Praetorio.

Praefatio.

Ex iis, quae a gloria tua sine scripto ad nos relata sunt, cognovimus, non exiguam publicorum tributorum illationi difficultatem attulisse provinciarum praesides, dum quibuslibet ius asyli dant. Eos enim, qui tributa publica suscipiunt, inde sibi securitatem praetendentes, non transmittere aurum ipsis delatum, sibique maximam partem retinere, et quum aurum debeant, male ipsis dato asyli iure abuti.

§. 1. *Missa igitur ad excellentiam tuam hac sacra pragmatica forma, statuimus, ut per edicta sua omnibus clarissimis provinciarum praesidibus interdicat, ne in fiscalibus causis ius asyli dent; in privatis autem solis causis liceat ipsis iis, qui id desiderant, asyli ius dare, atque ad certum tempus, ita ut non in perpetuum possint elapso termino eam denuo renovare Sciant vero omnes, ubi tale ius ab illis acceperint nullam inde utilitatem se esse habituros, sed liceo cuicunque comprehendere eos, cui hoc iniunctum est, ut ab illis debita publica tributa solvat, ita ut in provincia illis datum ius in nulla re ipsis utile sit, ille vero soli securitatem habeant, qui ad sacram nostram iussionem aut ad excellentiae tuae mandata ius asyli abstulerint.*

Cap.

Κεφ. α'.

Ἐπειδὴ δὲ παρὰ τῆς σῆς ἐνδοξότητος ἐδιδάχθημεν, ὡς τινες ἐπὶ ζητήσει κατελθόντες ἐν διαφόροις ἐπαρχίαις τῶν ἑαυτοὺς τῇ τῶν αἱρετικῶν ἐκδεδωκότων πλάνῃ, καὶ πολλοὺς ὑπὲρ τῆς ἰδιαύτης αἰτίας τῶν ὑποτελῶν συσχόντες, λόγῳ σπορτούλων πλεῖστον παρ' αὐτῶν χρυσίον εἰλήφασι, θεσπίζομεν, τοὺς τοιοῦτό τι τετολμηκότας καὶ συσχεθῆναι καὶ προσαχθῆναι τοῖς λαμπροτάτοις τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχουσι, καὶ μετ' ἐλέγχους τὸ ληφθὲν καταθεῖναι. καὶ τὸ μὲν simplum τοῖς ζημιωθεῖσιν αὐτοῖς ἀναδοῦναι, τὸ δὲ duplum εἰσκομισθῆναι τῷ δημοσίῳ. §. α'. Τοὺς δὲ τεταγμένους εἰς τὴν βικαριανὴν ταξιν, τὴν ὑπηρετουμένην τῷ περιβλέπτῳ βικαρίῳ τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως, κινδύνῳ οἰκείῳ καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς πραγμάτων τὴν εἰσκομιδὴν τῶν δημοσίων ποιεῖσθαι φόρων, ἐκλελοιπότων μὲν [καθάπερ ἡ σὴ ὑπεροχὴ καὶ τοῦτο εἰς τὴν ἡμετέραν ἀνήγαγεν εὐσέβειαν] των εἰς τὴν ἐπιχώριον ἀναφερομένων τάξιν, καὶ εἰς ὀλίγους σφόδρα περιστάντων αὐτῶν, ἐκ πολλῶν δὲ χρόνων τοῦ βικαρίου καὶ τὴν τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος τοῦ Φρυγῶν Πακατιανῶν ἐθνους παρειληφότος ἀρχήν. ἀδείας οὔσης τοῖς εἰς τὴν βικαριανὴν ἀναφερομένοις τάξιν κατὰ πρόσταξιν τοῦ νῦν τε καὶ κατὰ καιρὸν βικαρίου τὰς δημοσίας εἰσπράττειν συντελείας, καὶ παρασκευάζειν αὐτὰς εἰσφέρεσθαι τῷ δημοσίῳ. §. β'. Τοὺς δὲ ὄντας ἐθνικοὺς ἀποδέκτας καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν θεσπίζομεν ἐν ταῖς παρ' αὐτῶν γινομέναις ἀποδείξεσι διακεκριμένως τὸ ἐπ' αὐτοὺς καταβαλλόμενον χρυσίον ἐγγράφειν, καὶ διακρίνειν τήν τε καταβαλλομένην ἐπ' αὐτοὺς ποσότητα προφάσει τῶν ἀνηκόντων τῇ τῆς σῆς ὑπεροχῆς τραπέζῃ, καὶ τὴν ἀνηκουσαν ταῖς θείαις ἡμῶν λαργιτίωσι, καὶ διὰ τῶν τοιούτων ἀποδείξεων δηλοῦν τὴν καταβαλλομένην ποσότητα, καὶ μὴ τὰ ἐξ ἑτέρων τίτλων ἄδειαν ἔχειν τινὰς εἰς ἑτέρους μετατιθέναι.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασταθέντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ εἰς ἔργον ἀχθῆναι προσταξάτω [1]).

Cap. I.

Et quoniam a gloria tua edocti sumus, nonnullos in diversis provinciis profectos esse ad inquisitionem in eos, qui se haereticorum erroribus dedidissent, et multos subditos hanc ob causam comprehendentes, sportularum ratione plurimum auri ab ipsis cepisse, sancimus, ut qui tale quid ausi sunt, et comprehendantur, et ad clarissimos provinciarum praesides adducantur, et post probationes quod ceperint [in triplum] solvant, ut simplum iis ipsis, qui damno affecti sunt, reddatur, duplum vero fisco inferatur.

§. 1. *Et qui in vicariana cohorte, quae spectabili Asianae dioeceseos vicario apparet, constituti sunt, suo bonorumque suorum periculo publicorum tributorum illationi incumbant, cessantibus quidem (quemadmodum etiam hoc ad nostram pietatem excellentia tua retulit) iis, qui in provincialem cohortem relati sint, et ad paucos admodum ipsis redactis, dum a longo tempore vicarius etiam clarissimi provinciae praesidis, Phrygum Pacatianorum gentis magistratum assumserit; licentia data iis, qui in vicarianam cohortem relati sunt, ut ex vicarii, qui nunc est, et pro tempore futuri iussu publicas contributiones exigant, illasque fisco inferri curent.*

§. 2. *Sancimus vero, ut provinciales susceptores in quacunque provincia constitutos in apochis, quas exponunt, solutum ipsis aurum distincte describant, et discernant illatam ipsis quantitatem occasione eorum, quae excellentiae tuae mensae, quaeque sacris nostris largitionibus competunt, et persolutam quantitatem per huiusmodi securitates manifestent, nec ex aliis titulis in alios transponendi licentiam habeant.*

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασταθέντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ εἰς ἔργον ἀχθῆναι προσταξάτω [1]).

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram pragmaticam declarantur legem, ea excellentia tua ad effectum perduci praecipiat.

[1]) *Subscriptio deest. Ex inscriptione concludit Biener l. c. p. 529. emissam esse hanc constitutionem inter annos 535 — 541., initio autem anni 535. eam vindicat R. Schneider in annotatione interpretationi germanicae subiecta.*

ΕΔΙΚΤΟΝ γ'. [a])

Περὶ τῆς τῶν Ἀρμενίων διαδοχῆς.

Προοίμιον.

Καὶ Ἀρμενίους βουλόμεθα τῆς προτέρας ἀπαλλάξαντες ἀδικίας ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους διὰ πάντων ἀγαγεῖν νόμους, καὶ δοῦναι αὐτοῖς ἰσότητα τὴν πρέπουσαν.

Κεφ. α'.

Καὶ ἐπειδὴ μεμαθήκαμεν ἔναγχος βαρβαρικόν τινα καὶ θρασὺν εἶναι παρ' αὐτοῖς νόμον, οὐ Ῥωμαίοις, οὐδὲ τῇ δικαιοσύνῃ τῆς ἡμετέρας πρέπονια πολιτείας, ὅπως ἂν ἄῤῥενες μὲν κληρονομεῖν τῶν γονέων, θήλειαι δὲ μηκέτι, διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, τῷ παρόντι θείῳ χρώμενοι νόμῳ πρὸς τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν, ὁμοίας εἶναι τὰς διαδοχάς, καὶ ὅσα τοῖς Ῥωμαίων διατέτακται νόμοις ἐπί τε ἀνδρῶν ἔτι τε γυναικῶν, ταῦτα καὶ ἐν Ἀρμενίᾳ κρατεῖν. Διὰ

[a]) *Scrimg. — Iulian. Const. 29.*

Edictum III.

DE ARMENIORUM SUCCESSIONE.

Praefatio.

Etiam Armenios volumus pristina iniustitia liberatos ad nostras per omnia leges deducere, et decora aequabilitate eos donare.

Cap. I.

Et quoniam nuper cognovimus barbaricam quandam insolentemque esse apud eos legem, quae neque Romanos, neque nostrae reipublicae institiam deceat, ut nempe masculi in parentum hereditatem succedant, feminae vero non, propterea sancimus, emissa praesente ad magnificentiam tuam sacra lege, aequales esse successiones, et quae tam de viris, quam de mulieribus Romanorum legibus constituta sunt, haec etiam in Armenia obtinere. Idcirco enim illuc nostras etiam leges

διὰ τοῦτο γὰρ δὴ καὶ τοὺς ἡμετέρους ἐκεῖσε κατεπέμψαμεν νόμους, ἵνα εἰς αὐτοὺς ἀφορῶντες, οὕτω πολιτεύοινιο. §. α'. Ἐπειδὴ δὲ τὰ ἤδη προειλημμένα ἅπαντα ἀνακινεῖν τῶν ἀτοπωτάτων ἐστί, διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, τόνδε τὸν νόμον κρατεῖν ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν βασιλείας, ὥστε τὰς τῶν ἐξ ἐκείνου τελευτησάντων μέχρι νῦν διαδοχὰς καὶ τοῦτον πολιτεύεσθαι τὸν τρόπον, πλὴν εἰ μή ἔτυχον διαλυσάμενοι, ἢ ἄλλως πρὸς ἀλλήλους ἀπαλλαγέντες. εἰ γάρ τι τοιοῦτον γέγονε, τοῦτο ἐπὶ τῆς οἰκείας μένειν ἰσχύος, καὶ μηδαμῶς ἀνακινεῖσθαι θεσπίζομεν. §. β'. Μετέχειν δὲ αὐτὰς καὶ τῶν καλουμένων γενεαρχικῶν χωρίων ἀπὸ τοῦ εἰρημένου χρόνου βουλόμεθα. Εἰ μέντοι συμβαίη τινὰς εὑρεθῆναι, οἵπερ καίτοι μὴ καλουμένας τὰς θυγατέρας εἰς τὴν ἐξέτασιν ἀδιαθέτου διαδοχὴν [1]) ἔγραψαν ὅμως κληρονόμους, μετεῖναι κἀκείναις καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν γενομένοις τῆς τῶν γενεαρχικῶν πραγμάτων διαδοχῆς.

leges transmisimus, ut in eas oculos convertentes, secundum eas vivant.

§. 1. *Quoniam vero quae praecesserunt omnia commovere absurdissimum esset, propterea statuimus, hanc legem valere inde ab initio pii nostri imperii, ut ab eo tempore huc usque defunctorum successiones hunc ad modum fiant, praeterquam si qui iam transegerint, aliove modo inter se pacti fuerint. Si enim tale quidpiam factum sit, id in suo robore permanere, nulloque modo commoveri iubemus.*

§. 2. *Participes vero ipsas etiam praediorum, quae genearchica vocantur, a praedicto tempore esse volumus. Si tamen inveniri nonnullos contingat, qui filias, quanquam non vocarentur ab intestato ad successionem, heredes tamen scripserint, illae et qui ex illis nati fuerint in res genearchicas successionis participes sint.*

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασιάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ καὶ παραφυλάξαι, καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω, ὥστε τοὺς ἡμετέρους νόμους διὰ πάντων κρατεῖν καὶ εἶναι κυρίους, ἀρχομένου μὲν τοῦ παρόντος νόμου, καθάπερ εἰπόντες ἔρρήθημεν, ἐκ τῶν προοιμίων τῆς ἡμετέρας βασιλείας, τῷ πανὶ δὲ συμπαραταθησομένου χρόνῳ [2]), καὶ εἰς τὸ λοιπὸν ἅπασι πολιτευομένου τρόποις, καὶ παρὰ πάντων φυλαχθησομένου. Dat. X. Kal. Aug. Belisario V. C. Cons. [535.]

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram declarantur legem, excellentia tua et custodire, et fini tradere studeat, ut leges nostrae per omnia obtineant auctoritatemque habeant, praesente quidem lege ab initio imperii nostri, ut iam diximus, incipiente, in omne vero tempus extensa, et in posterum omnibus modis in republica vim habente, atque ab omnibus observanda. Dat. X. Kal. August. Belisario V. C. Cons. [535.]

[1]) *Patet aut esse recipiendam Agylaei emendationem εἰς την ἐξ ἀδιαθέτου διαδοχὴν aut alio modo locum corruptum esse, nam Iulian. praebet: „quamvis ab intestato parentibus suis secundum pristinam Armeniorum consuetudinem non succedebant.“ —*

[2]) *Emend. Agyl.;* χρόνου *Scrimg.*

ΕΔΙΚΤΟΝ δ'.*)

Περὶ ἀρχῆς τῆς Φοινίκης Λιβανησίας.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Προοίμιον.

Ἀμείνους μὲν χρῆναι γίνεσθαι τὰς ἀρχὰς ἤδη νόμος ἡμέτερος λέγει, ὃν δὴ καὶ κύριον εἶναι διὰ παντὸς τίθεμεν.

Κεφ. α'.

Ἐπειδὴ δὲ πάντα περισκοπούμενοι πρός τε τὴν τῶν ὑποτελῶν εὐχρηστοσύνην, πρός τε τὴν τῶν τόπων φυλακήν, τὰς ἀρχὰς τὰς μὲν συνήψαμεν, τὰς δὲ διείλομεν, τὰς δὲ εἰς ἄλλο καὶ ἄλλο μετεστήσαμεν σχῆμα, τινὰς ἐξ αὐτῶν ὑψηλοτέρας τε ἅμα ποιήσαντες, καὶ ὀνόμασι μείζοσι τῶν νῦν ὄντων κατακοσμήσαντες, καὶ πραίτωράς τε, καὶ ἀνθυπάτους, καὶ μοδεράτωρας, καὶ κόμητας παρὰ τὸ πάλαι κεκρατηκὸς εἰς τὴν πολιτείαν εἰσαγαγόντες, καὶ πάντα ἐπ' ὠφελείᾳ ταύτης πράξαντες, διὰ τοῦτο ᾠήθημεν χρῆναι καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς πρὸς τῷ Λιβάνῳ Φοινίκης ἐκ τῶν ἡγεμονικῶν εἰς σπεκταβιλίαν ἐνεγκεῖν, καὶ τὸ τοῦ μοδεράτωρος αὐτῇ δοῦναι σχῆμα, καὶ σιτήσεις αὐτῇ ἄχρι δέκα λιτρῶν ἀφορίσαι χρυσίου, αὐτοῦ μὲν μηδὲν τῷ δημοσίῳ παρέχειν ὀφείλοντος προφάσει τῆς τοιαύτης προσαγωγῆς, τοῦ δὲ τὸ Φοινίκης σκρίνιον τρακτεύοντος δέκα μόνας χρυσίου λίτρας ἐτησίας διδόντος ἀπὸ τοῦ κανόνος τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας τῷ κατὰ καιρὸν λαμπροτάτῳ πριμικηρίῳ τῶν περιβλέπτων τριβούνων νοταρίων ὑπὲρ τῆς πρώην αἰτῷ

Edictum IV.

DE MAGISTRATU PHOENICIAE LIBANICAE.

Idem Imperator Ioanni, gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.

Praefatio.

Magistratus creari oportere gratuito, iam lex nostra praecipit, quam sane et auctoritatem per omnia obtinere volumus.

Cap. I.

Quoniam vero omnia circumspicientes tam ad subditorum utilitatem, quam ad locorum custodiam, alios magistratus coniunximus, alios divisimus, alios in aliam atque aliam formam mutavimus, et nonnullos eorum sublimiores simul fecimus, nominibusque maioribus, quam quae nunc essent, decoravimus, et praetores, et proconsules, et moderatores, et comites praeter pristinam consuetudinem in rempublicam introduximus, omniaque ad ipsius utilitatem fecimus, propterea putavimus, oportere etiam magistratum Phoeniciae ad Libanum ex ducalibus in spectabilem transferre, et moderatoris formam ei dare, et annonas ei ad usque decem auri libras assignare, ita ut ipse quidem istius profectus occasione fisco nihil praebere debeat, sed apud Phoenices scrinii tractator ex canone eiusdem provinciae clarissimo pro tempore spectabilium tribunorum notariorum primicerio pro munere nuper ei attributo decem tantum auri libras annuas det, quod et beneficium nuncupatur, et illis solis contentus sit. Moderator autem a muneribus omnibus purum se conservet,

*) *Scrimg.*

αὐτῷ δεδομένης δωρεᾶς, ὅπερ καὶ βενεφίκιον ὀνομάζεται, καὶ ταύταις δὴ καὶ μόναις ἀρκεῖσθαι αὐτόν. Τοῦ μοδεράτωρος καθαρὰ δόσεως πάσης [1]) φυλαττομένου, καὶ ἔχοντος μὲν καὶ τὴν τῶν ἄλλων στρατιωτῶν ὑπουργίαν, καθ' ὅσον αὐτῷ δίδωσιν ἡ θεία ἡμῶν διάταξις.

servet, et quatenus ipsi sacra nostra constitutio permittit, etiam aliorum militum ministerio utatur.

Κεφ. β'.

Πλὴν ἀλλ' ἐξαίρετον αὐτῷ δίδομεν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀνδρειοτάτων τερτιοδελμάτων, ὡς [2]) ἐπὶ τῆς Φοινίκων χώρας ἐστίν, ὥστε αὐτοῦ κατακούειν, ἕπεσθαί τε αὐτῷ, καὶ ταῖς αὐτοῦ πείθεσθαι κελεύσεσιν, ὁπόσαι προΐοιεν ἐπί τε ταῖς τῶν δημοσίων εἰσπράξεσι, ἐπί τε ταῖς τῶν δημοσίων καταστάσεσιν, ἐπί τε ταῖς τῶν πόλεων ἀπαθείαις. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα θεσπίζομεν τὴν σὴν ὑπεροχὴν ἐπισταμένην, διότι καὶ σύμβολα παρ' ἡμῶν γίνεσθαι προσετάχθη πρὸς τὸν τῆς ἀρχῆς ταύτης ἡγούμενον, τὰς decem librarum auri τὰς ὑπὲρ σιτήσεων ἐκ τῶν τῆς ἐπαρχίας φόρων ἐκτάττειν, οὐδὲν ἐλαττουμένων τῶν διατετυπωμένων δίδοσθαι ἔτους ἑκάστου τῷ περιβλέπτῳ πριμικηρίῳ τῶν λαμπροτάτων τριβούνων νοταρίων παρὰ τοῦ τοῖς δημοσίοις ἐφεστῶτος λογισμοῖς, ἀλλ' οὐδὲ πλείονός τινος γινομένης προσθήκης αὐτῷ. §. α'. Ἔχειν δὲ αὐτὸν προτέραν μὲν σπουδὴν τὴν περὶ τὸ δημόσιον εὔνοιαν, δευτέραν δὲ τὴν περὶ τῆς εὐταξίας τῶν πόλεων, καὶ τρίτην τὴν πρὸς τοὺς ἰδιώτας δικαιοσύνην, πάντων, ὡς εἴρηται, τῶν γεγραμμένων παρ' ἡμῶν ἐν τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει προφάσει τῆς καταστάσεως τῶν μοδερατώρων καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχόντων, καὶ ἐπ' αὐτῷ χώραν λαμβανόντων. §. β'. Εἰ μέντοι γε ὁ ῥηθεὶς ἀριθμὸς τῶν καθωσιωμένων τερτιοδελμάτων κατὰ κέλευσιν ἡμετέραν εἰς ἑτέρους μετασταλῇ τόπους, φροντιοῦμεν ἡμεῖς ἕτερον αὐτῷ ἀντικαταστῆσαι, ὥστε μηδὲν αὐτῷ παντελῶς ἐλλείπειν τῆς νενομισμένης τε καὶ ἀρκούσης βοηθείας. Τοῦ περιβλέπτου δουκὸς πρὸς τὸν εἰρημένον λόγον οὐδεμίαν ἔχοντος μετουσίαν. οὐδὲ γὰρ ἐπικοινωνῆσαι αὐτὸν βουλόμεθα οὐδὲ τοῖς ῥητῶς δεδομένοις στρατιώταις τῷ περιβλέπτῳ μοδεράτωρι, οὐδὲ ἰδιωτῶν οὐδενί, οὐδὲ ταῖς ἐκείνων δίκαις, ὅταν ἔχοιεν πρὸς ἀλλήλους, οὐτε εἴ τῶν ἰδιωτῶν τις ἐνάγοιτο, πρὸς οὓς οὐδεμίαν δεδώκαμεν αὐτῷ μετουσίαν, ἐπεὶ πολὺ τὸ μέσον ἐστὶ στρατιωτικῆς τε φροντίδος καὶ πολιτικῆς διοικήσεως, καὶ δεῖ διακρίσθαι ταῦτα, καθάπερ οἱ πατέρες τῆς πολιτείας ἡμῖν ἔταξάν τε καὶ κατεστήσαντο. Εἰδόσιν τῶν περιβλέπτων δουκῶν, ὡς εἶπερ ἐμβαλεῖν ἑαυτοὺς θαρρήσαιεν πράγμασι πολιτικοῖς, οὐδὲ τῶν στρατιωτικῶν ἀντιλήψονται, καὶ ὑπὸ τὴν ἀρχὴν ταύτην τεταξόνται. βουλόμεθα γὰρ κατὰ μηδὲν ἐλάττονα τὴν ἀρχὴν ταύτην τῆς τοῦ δουκὸς ἀρχῆς καθεστάναι, ἀλλ ἀντέχεσθαι μέν, ὡς εἴρηται, τῆς τῶν δημοσίων εἰσπράξεως σὺν σπουδῇ πάσῃ, ἀντέχεσθαι δὲ καὶ τῆς τῶν ἰδιωτῶν ἀπαθείας, καὶ μὴ συγχωρεῖν μηδὲ τοῖς περιβλέπτοις δουξὶ, μηδὲ τοῖς λαμπροτάτοις ἡγεμόσι, μηδὲ τινι τῶν δυνατῶν οἴκων, ἀλλὰ μήτε τῷ θείῳ ἡμῶν παιδιμωνίῳ, ἢ τοῖς θείοις ἡμῶν πριβάτοις, ἢ τῷ θείῳ ἡμῶν οἴκῳ τὴν οἱανοῦν ἐπαγαγεῖν τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι ζημίαν, οὐδὲ κατακλίνεσθαι, οὐδὲ τρέμειν, ἀλλ' ἀνδρικῶς τῶν ὑπηκόων ἡγεῖσθαι, καὶ πάντα πράττειν, ὁπόσα ἐπὶ τοῖς ἄλλοις μοδεράτωσι νενόμισται. Καὶ οὕτω τὰ περὶ τῶν ὅλων αὐτῷ διοικεῖσθαι.

Cap. II.

Veruntamen eximium illi fortissimorum Tertiodelmatorum numerum, ut in Phoenicum regione est, assignamus, qui ei obediant, et ipsum sequantur, et iussis ipsius, quaecunque aut de vectigalium exactionibus, aut de reipublicae statu, aut de civitatum incolumitate procedent, parent. Haec igitur omnia excellentiam tuam scientem, quoniam et praecepta a nobis facere iussa est ad huius magistratus praefectum, sancimus decem illas libras auri pro annonis ex provinciae tributis constituere, ita ut nec quae dari constituta sunt quotannis a publicarum rationum procuratore spectabili clarissimo tribunorum notariorum primicerio, imminuantur, neque praeterea quidquam amplius ei imponatur.

§. 1. *Primum autem moderatori quidem studium sit, ut fiscus valeat, alterum, ut disciplina in civitatibus conservetur, tertium, ut iustitiam inter privatos exerceat; omnibus ut dictum est, quae scripta sunt a nobis de moderatorum reliquorumque magistratuum statu in sacra nostra constitutione, etiam in illo locum habentibus.*

§. 2. *Si tamen dictus devotorum Tertiodelmatorum numerus nostro iussu in alia transferatur loca, alterum illi in eius locum surrogari curabimus, ut nihil ei omnino ex statuto et sufficiente auxilio desit. In his iam dictis rebus spectabilis dux nihil communionis habebit. Nolumus enim quidquam illi commercii esse neque cum militibus spectabili moderatori expresse assignatis, neque cum privatorum quoquam neque cum illorum controversiis, quando eas inter se habuerint, nec si quis privatorum conveniatur, in quos illi nullum ius concessimus, propterea quod inter rei militaris curam et civilem administrationem multum interest, ac discerni haec oporteat, quemadmodum patres reipublicae id nobis ordinarunt et constituerunt. Ac sciant spectabiles duces, quod, si rebus civilibus se ingerere audeant, nec militaria retinebunt, et huic magistratui subiiciendi erunt; in nulla namque re inferiorem hunc magistratum ducis magistratu esse volumus, sed incumbere quidem, sicut dictum est, cum omni vehementia fiscalium exactioni, incumbere vero etiam privatorum incolumitati, et nec permittere spectabilibus ducibus, neque clarissimis tribunis, neque cuiquam potentium domuum, immo nec sacro nostro patrimonio, aut sacris nostris privatis, aut sacrae nostrae domui qualecunque tributariis nostris damnum inferre, nec inclinari nec tremere, sed viriliter subditis praesse, omniaque facere, quaecunque in aliis moderatoribus praecepta sunt. Atque ita quidem rerum summa ab ipso administretur.*

Κεφ. γ'.

Cap. III.

[1]) πάντα *emend. Agyl.* — [2]) *Fort. leg.* ὅς.

Κεφ. γ'.

Ἐκεῖνο μέντοι γίνεσθαί τε καὶ κρατεῖν βουλόμεθα, τὸ τὰς σιτήσεις τῶν περιβλέπτων δουκῶν ἐκεῖθεν αὐτοὺς κομίζεσθαι, ὁπόθεν ἂν ὁ περίβλεπτος τῆς ἐπαρχίας μοδεράτωρ ἐκτάξειε, πρόδηλον ὄν, ὡς οὐ μετὰ τοσαύτης ἀδρανίας προσέξουσι τοῖς πράγμασιν, ὡς μηδὲ τὰς οἰκείας αἰτήσεις ἰσχύειν ἀπαιτῆσαι, εἰδότες, ὡς εἰ παρὰ ταῦτά τι πραξειαν, ποινὴν viginti librarum auri καταθήσουσι.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασιάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλοίμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω [1]).

Cap. III.

Illud sane etiam fieri et obtinere volumus, ut spectabiles duces inde annonas percipiant, unde spectabilis provinciae moderator constituerit, quum manifestum sit, eos non tam socorditer ad res animum adversuros esse, ut quae sibi competant petere non possint, sciturl, quod, si praeter haec quidpiam fecerint, viginti librarum auri mulctam persolvant.

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram declarantur legem, excellentia tua effectui et fini tradere studeat.

[1]) *Subscriptio deest; Biener l. c. p.* 530. *coniecit anni* 536. *vel* 537. *esse hanc constitutionem.*

ΕΔΙΚΤΟΝ ε'.[a])

Περὶ τοῦ χρόνου τῶν ἁρμοζουσῶν ἀγωγῶν τοῖς εὐαγέσι τόποις.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Θεοδότῳ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων [1]).

Προοίμιον.

Ὅπερ τὰ φάρμακα ταῖς νόσοις, τοῦτο παρέχουσι τὰ νόμιμα τοῖς πράγμασιν. ὅθεν ἀκόλουθόν ἐστι γινώσκειν, ὅτι πολλάκις τὰ δοκιμασθέντα παρά τινος ἐναντίον ἔσχε τὸ ἀποτέλεσμα· καὶ ὅπερ ἕκασιον στοχασμὸς [2]) ἐνόμισεν ἐπωφελὲς [3]) εἶναι, ἐξ αὐτῆς της πείρας εὑρέθη ἄχρηστον [4]). Δείκνυει τοῦτο καὶ ἡ τῆς παρούσης νομοθεσίας ἀνάγκη, ἐφ' ἧς τὸ πρὸ βραχέος χρόνου προνόμιον τὸ παρασχεθὲν ἐναγχος ἐξ εὐσεβοῦς σκοποῦ ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς μοναστηρίοις, καὶ τοῖς ἄλλοις σεβασμίοις τοποις ἐκ της ἡμετέρας διατάξιως, ἀναγκαίᾳ τινὶ διορθώσει διασφαλίζομεν [5])· εἰ γὰρ καὶ ἤδη πάλαι ἐκκεκλεύκειμεν ἐπὶ ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς τοῖς σεβασμίοις τόποις τους τῆς παραγραφῆς δρόμους ἐπικτείνεσθαι, καθ' ἣν ἀδεία τῆς τοιαυτης νομοθεσίας πολλαὶ μὲν ἤδη κεκίνηνται ὑποθέσεις, καὶ ὥςπερ ἀρχαίων τραυμάτων αἱ ἐπικαλυφθεῖσαι ὠτειλαὶ πάλιν ἠπλώθησαν, καὶ ἡ τούτων θεραπεία προσελθεῖν οὐκ ἠδυνήθη, δηλαδὴ ταῖς δυσκολίαις τῶν ἀποδείξεων ἐμποδισθεῖσα. ἐπειδὴ δὲ διὰ τοσούτου διαστήματος τοῦ αἰῶνος μᾶλλον, ἤπερ τοῦ χρόνου, οὔτε ἡ ἀκεραιότης τῶν ἀποδείξεων, οὔτε ἡ πίστις τῶν πεπραγμένων, οὐδὲ ἡ ἡλικία ἰσχύει βοηθῆσαι τοῖς μάρτυσιν —

Κεφ. α'.

ὅθεν ἐπειδὴ τῇ ἡμετέρᾳ φιλοτιμίᾳ οὐ συνέδραμεν ἡ τῶν ὑποθέσεων στενότης, μετὰ λογισμοῦ ἅμα δὲ καὶ ὁσιότητος τρακταίζοντες τὸ εἰρημένον προνόμιον μέχρι τοῦ δυνατοῦ μέτρου ἀγαγεῖν ἐκ τῆς πείρας αὐτῆς εἰλκύσαμεν, καὶ κελεύομεν, ὥςτε ἐπὶ τῶν ὑποθέσεων, ἃς πρὸ τούτου ἡ τῶν τριάκοντα ἐνιαυτῶν ἀπεκίνει παραγραφή, νῦν ταῖς ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ μοναστηρίοις, καὶ ξενῶσιν, ἔτι γε μὴν

[a]) *Haec const. graeco et latino sermone edita est, et in Coll.* 168 *Novellarum quidem latina sola erat const., scil. Nov.* 111., *graecam inter Edicta exhibuit Scrimg.*; *cf. Biener l. c. p.* 19. 68. 91. 115. 462. 479. *et supra Nov.* 111. *not. a.*

[1]) *Inscriptio apud Scrimg. deest, sed cf. Nov.* 111. *not.* 1. — [2]) *Coni. Homb.* (*Agyl.*); ἑκάστου στόματος *Scrimg.* — [3]) *Agyl., Homb.*; ἐπωφελὴς *Scrimg.* — [4]) *Agyl., Homb.*; ἄχρηστος *Scrimg.* — [5]) *Homb*; διασφαλιζομένου *Scrimg.*

Edictum V

DE TEMPORE ACTIONUM, QUAE SACRIS LOCIS COMPETUNT.

Praefatio.

Quod medicamenta morbis, id leges praestant negotiis. Unde facile intelligitur, saepe ea, quae ab aliquo probata fuerint, contrarium habuisse effectum, et quodcunque coniectura crederetur utile esse, ex ipsa experientia inutile inventum esse. Ostendit hoc praesentis quoque legis necessitas, in qua privilegium, quod ante exiguum tempus ex pia intentione sanctissimis ecclesiis et monasteriis aliisque venerandis locis constitutione nostra nuper datum est, necessaria quadam emendatione confirmamus; si enim iam olim ad centum usque annos cursum praescriptionis venerabilibus locis extendi iussimus, iuxta quam huius legis concessione multa negotia mota, et quasi antiquorum vulnerum obductae cicatrices rursus patuerunt, neque sanari, difficultate scilicet probationum impediente, potuerunt. Postquam vero per tantum saeculi magis quam temporis spatium nec integritas probationum, nec fides actorum, nec aetas testibus auxilio esse potest —

Cap. I.

itaque quia liberalitati nostrae causarum augustia non convenit, cum ratione simul et sanctitate dictum privilegium tractantes, ut ad commodum modum id redigeremus, ex ipsa experientia traximus, et iubemus, ut causae, quas antea triginta annorum exceptio removit, nunc ad quadraginta annos ecclesiis, monasteriis, et xenonibus, nec non orphanotrophiis, brephotrophiis et ptochiis producantur, salva scilicet manente vi

μὴν καὶ ὀρφανοτροφείοις, καὶ βρεφοτροφείοις, καὶ πτωχείοις ἢ τῶν τεσσαράκοντα ἐνιαυτῶν ἐπέκτασις ἐπαγέσθω, ὑγιοῖς δηλαδὴ περὶ τὰ ἄλλα πρόσωπά τε καὶ πράγματα τῆς ἰσχύος μενούσης, ἥνπερ δὴ ἡ τῶν τριάκοντα ἐνιαυτῶν ἐξέδικησε παραγραφή, ἐπειδὴ ταύτην τὴν τῶν δέκα ἐνιαυτῶν προσῆκεν μόνοις, ὡς εἴρηται, τοῖς σεβασμίοις τόποις καὶ τῷ δικαίῳ αὐτῶν καὶ τοῖς συναλλάγμασι χαρίζεσθαι, ἵνα σχολάσαντος τοῦ χρονικοῦ τούτου διαστήματος τοῦτο μὲν αἱ περσοναλίαι, τοῦτο δὲ καὶ αἱ ὑποθηκάριαι ἀγωγαὶ εἰς τὸ ὀπισθενὲς ἐφησυχάσωσιν. οὐδὲν παντελῶς τῶν ἄλλων παραγραφῶν ἀπομειοῦντες, ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῇ ἐνιαυσιαίᾳ, καὶ τῇ τῆς τριετίας παραγραφῇ, καὶ ταῖς ἄλλαις, αἵτινες εἰς μείζονας ἢ ἐλάττονας ἔλκονται χρόνους, τὴν ἰδίαν δύναμιν καὶ τὸ κράτος ἐχόντων. καὶ γάρ, ὡς εἴρηται, ἐν μοναις ταῖς ὑποθέσεσι τῶν σεπτῶν τόπων τὰ θεῖα συναλλάγματα τῷ μνημονευθέντι προνομίῳ τῶν μ' ἐνιαυτῶν βουλόμεθα ἐναπολαύειν. ἐφ' οἷς αὐτοῖς τὸ τῶν ρ' ἐνιαυτῶν προνόμιον ἢ διάταξις ἡμῖν ἐδίδου. Ὁμολογηθέντος οὖν, εἴ τινας ὑποθέσεις πρὸ ταύτης ἡμῶν τῆς διατάξεως ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἱερῶν τόπων ὁπουδήποτε κινηθείσας δικαστικὴ ψῆφος ἢ ὁμολογία διαλύσεως ἐπεραίωσεν, οὐ βουλόμεθα ἀνακαινίζεσθαι, ἀλλ' εἰς τὸν ὑπόλοιπον χρόνον αὐταῖς ταύτην ἐπιτίθεσθαι τὴν νομοθεσίαν, ἅστινας πρὸ τούτου παυθείσας τῇ σιωπῇ τῶν ὀκτὼ πενταετηρίδων κινηθῆναι μέχρι τοῦ νῦν ἢ κινηθείσας περαιωθῆναι οὐ συνέβη.

vi illa circa reliquas personas et res, quam triginta annorum praescriptio sibi vindicavit, quoniam hanc decem annorum adiectionem solis, ut dictum est, locis venerabilibus eorumque iuri et contractibus largimur, ut cessante hoc temporis spatio tam personales quam hypothecariae actiones in perpetuum quiescant; reliquis exceptionibus nullo modo deminutis, sed annali et triennii praescriptione, ceterisque, quae ad maiora vel minora tempora extenduntur, vim suam et robur retinentibus. Nam, ut dictum est, in solis causis sacrorum locorum sacros contractus dicto privilegio quadraginta annorum frui volumus, in quibus ipsis centum annorum privilegium constitutio nostra dederat. Quum igitur in confesso sit, quasdam causas ante hanc constitutionem nostram ab ecclesiis ceterisque sacris locis ubicunque motas iudiciali sententia vel transactione decisas esse, eas non renovari, sed in reliquum tempus hanc legem iis imponi volumus, quas antehac silentio octo lustrorum sopitas hucusque moveri vel motas finiri non contigit.

Ἐπίλογος.

Ἡ ἔνδοξος τοίνυν καὶ μεγαλοπρεπής σου αὐθεντία ἅπινα διὰ τούτου τοῦ γενικοῦ νόμου ὥρισεν ἡ ἡμετέρα γαληνότης ἐδίκιων προτεθέντων εἰς τὴν πάντων γνῶσιν ἐλθεῖν ποιησάτω. Dat. Kal. Iun. Constantinop. imp. DN. Instiniani A. ann. XV., Basilio V. C. Cons. [541.] [1])

Epilogus.

Illustris igitur et magnifica auctoritas tua quae generali hac lege serenitas nostra definivit edictis propositis ad omnium notitiam venire curet.

[1]) *Subscriptionem non habet Scrimg.; cf. Nov.* 111. *et Biener l. c. p.* 522.

ΕΔΙΚΤΟΝ ς'.[a])

Ἔδικτον τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότου Ἰουστινιανοῦ [περὶ διατυπώσεως τῶν τεχνιτῶν]

Edictum VI.

EDICTUM PIENTISSIMI DOMINI NOSTRI IUSTINIANI DE CONSTITUTIONE ARTIFICUM.

[a]) *Hoc Edictum est Nov.* 122. *in Coll.* 168 *Novellarum.*

ΕΔΙΚΤΟΝ ζ'.[a])

Τύπος πραγματικὸς περὶ ἀργυροπρατικῶν συναλλαγμάτων.

Ἐν ὀνόματι τοῦ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Ἰουστινιανός, Ἀλαμανικός, Γοτθικός, Φραγγικός, Γερμανικός, Ἀντικός, Ἀλανικός, Οὐανδαλικός, Ἀφρικός, εὐσεβής, εὐτυχής, ἔνδοξος, νικητής, τροπαιοῦχος, ἀεισέβαστος, αὔγουστος, [Ἰουλιανός[1])].

Προοίμιον.

Ὥσπερ ἀεὶ ἡ τῆς ἀρετῆς δύναμις ἐν τοῖς ἐναντίοις διαφαίνεται, οὕτω καὶ ἡ βασιλικὴ πρόνοιά τε καὶ διοίκησις ἐν ταῖς τῶν ὑπηκόων ἐνστάσεσι φανεροῦται. Καὶ εὐχταῖον μὲν ἡμῖν μηδέν ποτε τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ ἐναντίον τι συμβαίνειν, εἰ δὲ ἡ τῶν

Edictum VII.

FORMA PRAGMATICA DE ARGENTARIORUM CONTRACTIBUS.

In nomine Domini Iesu Christi Dei nostri, Imp. Caesar Flavius Iustinianus, Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, triumphator, omni aevo adorabilis, augustus.

Praefatio.

Quemadmodum semper virtutis vis in rebus adversis elucet, ita etiam imperatoria providentia et gubernatio in subditorum difficultatibus manifestatur. Et optandum quidem nobis est, ne quid unquam reipublicae nostrae adversi eveniat, verum si aut rerum humanarum

[a]) *Scrimg.*

[1]) *Hoc Iuliano vitio scriptum esse iam vidit Agyl. Iuliano Praefecto Praetorio inscriptam fuisse hanc const. coniecit Alemannus ad Procopii Anecd. p.* 58, *sed verisimilius est, scribendum esse* Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πόλεως. *nam Edict.* 9., *quod eiusdem est argumenti, datum invenimus ad Praefectum Urbi, cf. Biener l. c. p.* 533.

τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων εἰμετάβλητον, ἢ ἡ τοῦ θεοῦ [illegible]εις κίνησις τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐνσκήπτει [illegible]σεις, ἡ ἐπαγομένη ἄνωθεν μετὰ φιλανθρωπίας παίδεια τῆς βασιλικῆς προνοίας τε καὶ φιλανθρωπίας ὑπόθεσις γίνεται. Ὅπερ καὶ ἐν τῷ παρόντι συμβέβηκε χρόνῳ, οὐ δεόμενον διηγήματος. ἡ γὰρ εἰς πάντας τοὺς τόπους διελθοῦσα τοῦ θανάτου περίστασις οὐδενὶ ἀναγκαῖον εἶναι ποιεῖ ἐκεῖνο ἀκούειν, ὅπερ ἕκαστος ὑπέμεινεν. Πολλῶν τοίνυν οἷα ἐξ ἀπροόπτου γενομένων, ἅπερ δυσκόλως ἂν ἄλλος ἐπηγαγε χρόνος, οἱ ἐν τῷ τῶν ἀργυροπρατῶν σωματείῳ καταλειπόμενοι προσῆλθον ἡμῖν, φάσκοντες τινὰς κληρονόμους καὶ διαδόχους τινῶν ἀγράφως παρὰ τῶν ἀργυροπρατῶν χρυσίον ἢ καὶ ἄργυρον, ἢ καὶ ἕτερα εἴδη κομισαμένων, εἰς ἀγνωμοσύνην ὁρᾶν, οἷα μηδὲ τῶν λαβόντων περιόντων, μηδὲ αὐτῶν τῶν κληρονόμων ἢ διαδόχων δυναμένων ἐξ ἀγράφων ἐλέγχεσθαι.

Κεφ. α'.

Τοῦτο τοίνυν θεραπεῦσαι σπουδάζοντες θεσπίζομεν, τοὺς κατὰ τοῦτον εὐθυνομένους τὸν τρόπον, πρό γε πάντων πρὸς τὸ ὀρθὸν συνειδὸς ἀποβλέποντας, ἀνενδοιάστως ὁμολογεῖν τὰ δοθέντα παρὰ τῶν ἀργυροπρατῶν ἐκείνοις, ὧν αὐτοὶ ὑπῆλθον τὰ δίκαια, ταὐτὸ δὲ τοῦτο καί τινας περιόντας περὶ τοὺς ἐκ τοῦ κατ' αὐτοὺς συστήματος πράττειν. Ὅπερ καὶ παρὰ τῶν οἰκείων εὐθυνομένων παρὰ τῶν αὐτῶν διαδίκων γίνεσθαι προστάττομεν. Εἰδότος ἑκατέρου μέρους, ὡς εἰ ἐλεγχθείη ἢ διὰ τῆς τῶν ὑπουργησάντων φωνῆς, ἢ διὰ τῆς τῶν ἡμερησίων καταγραφῶν μεθ' ὅρκου γινομένης προαγωγῆς, ἢ δι' ἄλλης τινὸς ἱκανῆς ἀποδείξεως, ἐν διπλῷ οἱ ἀγνωμονοῦντες καταθήσουσιν, ἅπερ δολίως καὶ κατὰ ἀγνωμοσύνην ἠρνοῦντο, ἢ κρύψαντες ἢ γνῶναι τὸ τοῦ πράγματος ἀληθὲς ἀμελήσαντες.

Κεφ. β'.

Δεύτερον ἡμῖν παρὰ τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ τῶν ἀργυροπρατῶν σωματείου ἀνηνέχθη κεφάλαιον, ὥστε μὴ ἀναγκάζεσθαι αὐτοὺς ταῖς προσφερομέναις παρ' αὐτῶν συναλλακτῶν ὁμολογίαις, ἢ πιττακίοις, ἢ λογοθεσίοις, ἢ ἐκείνων καταγραφεῖσι χειρί, εἶτα ἀμφιβαλλομένοις, διὰ τῆς τῶν ἀγοραίων συμβολαίων συγκρίσεως τὴν πίστιν ἐπιτιθέναι, διὰ τὸ τὸ κατ' αὐτοὺς σύστημα πολλοῖς μέν, μάλιστα δὲ τοῖς εὐγενέσιν ἀνθρώποις πιστεύειν, μὴ ἀνεχομένοις τὰ ἑαυτῶν δημοσιεύεσθαι συναλλάγματα, ἢ τὴν τῶν οἰκείων περιουσιῶν φανεροῦσθαι κατάστασιν, καὶ βουλομένοις, ὡς εἰκός, τοῖς ἔξωθεν μείζονας ἢ ἐλάττονας φαίνεσθαι, ἀλλὰ χρῆναι τὰ γενόμενα εἰς αὐτὰ ἰδιόχειρα, καθὰ εἴρηται, γράμματα τὴν ἴσην τῶν ἀγοραίων συμβολαίων δύναμιν ἔχειν. §. α'. Καὶ ἐν τούτῳ τοίνυν ἡμεῖς ὁδόν τινα μέσην βαδίζοντες, ἥπερ καὶ τοὺς ἀργυροπράτας κατὰ τῶν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις κεφαλαίοις διαδίκων, καὶ αὖθις ἐκείνους κατ' αὐτῶν βουλόμεθα χρήσασθαι, θεσπίζομεν, εἰ τοιαῦτα προφέρουσιν ἰδιόχειρα τῶν συναλλαξάντων γράμματα, ἅπερ ἢ αὐτός, οὗτινος εἶναι λέγεται, ἢ οἱ αὐτοῦ κληρονόμοι τε καὶ διάδοχοι οὐ δύνανται μεθ' ὅρκου δύσεως ἀπαρνήσασθαι, οἷα παρ' ἐκείνου γεγράφθαι, οὗπερ ὄνομα φέρουσι, τὴν ἀναργυρίαν μὴ προβαλλόμενοι. ἀλλὰ κἂν δυνηθείη πρὸς τούτοις ὁ ἀργυροπράτης ἐξ ἀγοραίου γραμματείου τὸ ἄγραφον [1]) πιστώσασθαι, ἢ αὐτὸς μὲν τούτου κατολιγωγήσει, ὁ δὲ ἀντίδικος μὴ δυνηθείη ἐκ τῆς ἄλλου ἀγοραίου συγκρίσεως ἐλέγξαι τὸ ψεῦδος, τηνικαῦτα ἐκ τῶν ὡμολογημένων καὶ ἀναμφιβόλων καὶ τῇ τῶν μαρτύρων ὑπογραφῇ βεβαίων ἰδιοχείρων συμβολαίων πρὸς τὰ παρὰ τῶν ἀργυροπρατῶν ἢ κατ' αὐτῶν προφερόμενα τῶν συναλλαξάντων ἰδιόχειρα

manarum mutabilitas, aut divinae voluntatis commotio humanis malis instat, desuper benigne inducta castigatio imperatoriae providentiae et benignitatis occasio fit. Quod etiam hoc tempore ita evidenter accidit, ut opus expositione non sit. Mortis enim periculum per omnia loca propagatum non necessarium reddit illud audire, quod quisque sustinuit. Quum itaque multa quasi ex improviso inciderunt, quae non facile tempus aliud induxisset, qui in collegio argentariorum recensentur, nos adierunt, dicentes, heredes nonnullos ac successores quorundam, qui sine scriptura ab argentariis aurum, aut argentum etiam, aut etiam alias species accepissent, in ingratitudinem spectare, quod videlicet neque qui ceperint superessent, neque ipsi heredes vel successores ex non scripto convinci possint.

Cap. I.

Huic igitur rei mederi studentes sancimus, ut qui ad hunc modum in iudicium vocati sunt, prae omnibus ad rectam conscientiam spectantes, indubitanter confiteantur data ab argentariis illis, in quorum iura successerunt, atque id ipsum etiam si qui superstites sunt circa collegium, quod contra eos est, faciant. Quod etiam a servis, qui ab iisdem adversariis examinantur, fieri iubemus. Sciat vero utraque pars, si aut ministrorum testimonio, aut scriptorum diariorum productione sub iureiurando facta, aut alia quadam apta probatione res convincetur, improbos duplum eius, quod fraudulenter et per improbitatem negaverint, soluturos esse, sive rei veritatem occultaverint, sive eam cognoscere neglexerint.

Cap. II.

Alterum ad nos ab eodem argentariorum corpore relatum est caput, ut ne teneantur ipsi, prolatis a se contractuum confessionibus, aut tabulis, aut ratiociniis illorum manu conscriptis, deinde in dubium vocatis, per publicorum instrumentorum collationem fidem imponere, propterea quod ipsorum collegium multis, et praecipue nobilibus hominibus credat, qui contractus suos publicari, aut statum rerum suarum manifestum fieri non sustineant, malintque, ut consentaneum est, extraneis maiores quam minores videri, sed ut propria manu, ut dictum est, in se conceptae litterae eandem cum publicis instrumentis vim obtineant.

§. 1. *Et in hoc igitur mediam nos quandam viam ingressi, qua et argentarios adversus eos, qui de talibus capitulis litem movebunt, et rursus illos adversus hos uti volumus, sancimus, si istiusmodi autographae contrahentium litterae proferantur, quas aut ipse, cuius esse dicuntur, aut ipsius heredes successoresve non possunt cum iureiurando abnegare, tanquam ab illo, cuius prae se nomen ferunt, scriptae sint, non numeratae pecuniae exceptionem opponi non posse. Insuper etiam si argentarius ex publico instrumento propriae manus scripturam confirmare possit, aut ipse quidem id negligat, adversarius vero ex alterius publici scripti comparatione scripturam illam ut falsam redarguere nequeat, tunc ex certis et indubiis et testium subscriptione firmatis autographis documentis, ad ea scripta, quae ab argentariis, aut contra proferuntur contrahentium autographa, comparatio fiat, et firma haec sint, nec minorem, quam publica instrumenta, vim et auctoritatem habeant, non ex securitate*

[1]) *Necessarium videtur cum Agylaco scribere ἰδιόγραφον vel ἰδιόχειρον*

χειρα γράμματα τὴν σύγκρισιν γίνεσθαι, καὶ εἶναι αὐτὰ βέβαια, οὐκ ἐλάττονα τῶν ἀγοραίων συμβολαίων ἔχοντα δύναμιν, οἷα οὐκ ἀσφαλείας αὐτοῖς ἐνούσης, ἀλλὰ μόνου τοῦ σχήματος. Οὐδενὸς τοῖς ἱκετεύουσι γινομένου προκρίματος ἐκ τοῦ μὴ ἐγκεῖσθαι ὑποθήκας, ἢ κληρονόμων ἢ διαδόχων ὄνομα τοῖς παρ' αὐτῶν συναλλαξάντων εἰς αὐτοὺς ἐγγράφοις γενομένοις.

curitate, quae illis insit, sed ex sola forma. Nec praeiudicium supplicantibus inde fiat, quod in scriptis a contrahentibus in eos expositis hypothecae aut heredum successorumve nomen non inveniatur

Κεφ. γ'.

Ἔξουσι δὲ οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τῶν ἀργυροπρατῶν σωματείου, ἐξ ἴσου δὲ καὶ οἱ συναλλάκται τὰς ὁμοίας κατ' αὐτῶν ἀγωγὰς κινοῦντες ἄδειαν, εἴπερ τινὲς τῶν τετελευτηκότων δι' ἀπορίαν κληρονόμους μὲν οὐκ ἔσχον, χρεώστας δὲ κατέλιπον, ἢ καὶ πράγματά τινα ἐκείνοις διενεγκόντα ἐν παραθήκῃ ἢ ὑποθήκῃ παρά τισιν εὑρίσκεται, κινεῖν κατ' ἐκείνων τὰς ἁρμοζούσας αὐτοῖς ἀγωγάς, καὶ τὸ ἱκανὸν ἐξ αὐτῶν ἑαυτοῖς περιποιεῖν. τὰ ὅμοια δὲ αὐτοῖς φυλαχθήσεται καὶ ἐπὶ ταῖς τῶν ζώντων συναλλακτῶν καὶ χρεωστούντων αὐτοῖς, ὥστε ἐξεῖναι τοῖς ἐνάγουσιν ἢ καὶ ἐναγομένοις βουλομένοις, κἂν μὴ τοῖς συμβολαίοις ὑποθήκης ἐμφέρεται μνήμη, ὑποθηκαρίας ὅμως κινεῖν ἀγωγάς, ὡς φύσει τοῖς τῶν ἀργυροπρατῶν καὶ τῶν συμβαλλόντων αὐτοῖς συναλλάγμασιν ἑπομένας, καὶ ἔχειν κατὰ τῶν ὑστέρων τῷ χρόνῳ δηλονότι δανειστῶν τὴν προτίμησιν. ἄδικον γὰρ τυγχάνει καὶ τῆς τῶν ἡμετέρων χρόνων δικαιοσύνης ἀλλότριον, τοὺς μὲν εὐεργέτας τῶν ἰδίων στερεῖσθαι πραγμάτων, τοὺς δὲ χρεωστοῦντας τοῖς ἀλλοτρίοις ἐντρυφᾶν.

Cap. III.

Habeant vero ex eodem argentariorum corpore, aeque etiam qui cum illis contrahunt, quando similes adversus illos actiones movent, facultatem, si quidam defunctorum propter inopiam heredes quidem non habuerint, debitores vero reliquerint, aut res aliquae apud illos depositae vel suppositae a quibusdam inveniantur, adversus illos competentes actiones movendi, et ex illis satisfactionem sibi parandi. Eadem ipsis servabuntur etiam in bonis eorum qui in vita sunt contrahentium, et debitorum, ut liceat ipsis, sive actores, sive etiam rei sint, si velint, etsi in instrumentis hypothecae nulla mentio insit, hypothecarias tamen actiones movere, quasi eae naturaliter argentariorum et cum ipsis contrahentium, contractus sequantur, et habere quoad posteriores tempore creditores praerogativam. Iniustum enim est, et a nostrorum temporum iustitia alienum, creditores quidem rebus suis privari, debitores vero alienis gloriari.

Κεφ. δ'.

Κἀκεῖνο δὲ τῇ ἡμετέρᾳ περὶ αὐτοὺς ἐπικουρίᾳ προστίθεμεν. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς παρ' αὐτῶν γενομένοις συναλλάγμασι σφόδρα ὁ νεαρὸς ἡμῶν νόμος ἀνθίσταται, ὁ παρακελευόμενος τοὺς εὐεργέτας μὴ χωρεῖν κατὰ τῶν πριαμένων τινὰ παρὰ τῶν χρεωστούντων, πρὶν ἂν οἱ πρωτότυποι χρεώσται ἄποροι διὰ τῆς ἐκστάσεως ἀποδειχθῶσιν (ὅπερ αὐτοῖς πάνυ καθέστηκε φορτικόν, διὰ τὸ τοὺς ἀγοράζοντας ὡς ἔκ τινος ἔθους καὶ βεβαιωτὰς ζητεῖν, καὶ τὴν ἄλλην ἑαυτοῖς ἀσφάλειαν περιποιεῖσθαι, αὐτοῖς δὲ τοῦτο μήτε ἔθος μήτε τὴν ταχεῖαν τῶν συναλλαγμάτων ἔκβασιν συγχωρεῖν), θεσπίζομεν διὰ τοῦ παρόντος θείου πραγματικοῦ τύπου, κατ' ἰδικὴν αὐτοῖς διδομένου φιλοτιμίαν, μὴ δυναμένην ἑτέρῳ προσώπῳ, ἢ μεθοδίῳ, ἢ σωματείῳ, ἢ ἐπιτηδεύματι παντελῶς ἁρμόζειν, τοιαύτης αὐτούς τε καὶ τοὺς αὐτῶν συναλλάκτας, ἡνίκα κατ' αὐτῶν ἀγωγὰς κινοῦσι, προνομίας ἀπολαύειν ἐν τῷ ἐπιζητεῖν τε καὶ διώκειν τὰ πράγματα, ἐφ' οἷς αὐτοῖς ὁ χρόνος παρέχει προτίμησιν, ὁποῖα πρὸ τῆς ἡμετέρας ἔσχον νομοθεσίας, ὥστε αὐτοὺς μὴ βαρουμένους τῇ ἀποδείξει τῆς τῶν χρεωστούντων ἐκστάσεως, εἴπερ μὴ δυνηθῶσι παρὰ τοῦ πρωτοτύπου τὸ ἱκανὸν ὑπομεῖναι, χωρεῖν κατὰ τῶν ἐκποιηθέντων ὑπ' ἐκείνων πραγμάτων, καὶ ἐξ ἰδικῆς ἢ γενικῆς ὑποθήκης αὐτοῖς ὑποκειμένων, ἐφ' ὧν, καθὰ εἴρηται, προγενέστερα τῶν ἄλλων δανειστῶν ἔχουσι δίκαια. οἰόμεθα γὰρ τὰ τῷ προειρημένῳ σωματείῳ καὶ τοῖς αὐτῶν συναλλάκταις παρεχόμενα εἰς τὴν κοινὴν συντείνειν εὐεργεσίαν, οἷα αὐτῶν οὐκ ὀλίγοις τισίν, ἀλλὰ τοῖς ἐν πάσῃ σχεδὸν τῇ πολιτείᾳ γινομένοις συναλλάγμασιν ὑπουργούντων.

Cap. IV.

Illud vero etiam praesidio, quod iis largimur, addimus. Quoniam enim factis ab ipsis contractibus vehementer novella nostra lex repugnat, quae iubet, ne creditores adversus eos, qui aliquid a debitoribus emerint, prius agant, quam principales debitores per cessionem bonorum non solvendo esse constet (quod omnino illis molestum fuit, propterea quod ementes velut ex consuetudine et fideiussores quaerant, et aliam sibi securitatem parent, ipsis vero id neque consuetudo, neque in conficiendis contractibus celeritas permittat), sancimus per praesentem sacram pragmaticam formam, ex speciali ipsis datam munificentia, quae alteri personae, vel collegio, vel corpori, vel officio nullo modo competere potest, et ipsos, et qui cum ipsis contrahunt, quando adversus ipsos actiones instituunt, eo privilegio uti in inquirendis persequendisque rebus, in quibus ipsis tempus praerogativam praebet, quale ante legis nostrae lationem habuerunt, ut probatione bonorum cessionis a debitoribus factae non gravati, si quidem satisfactionem a principalibus consequi nequeant, veniant adversus res ab illis alienatas, et ex speciali vel generali hypotheca ipsis obnoxias, in quibus, ut dictum est, antiquius, quam ceteri creditores, ius habent, actionem movere possint. Existimamus enim, ea quae praedicto argentariorum corpori et qui cum ipsis contrahunt conceduntur, in communem se beneficentiam extendere, ideo quod illi non paucis quibusdam, sed omnibus fere in universa republica factis contractibus ministerium praestant.

Κεφ. ε'.

Cap. V

Περ. ε'.

Κεῖται δὲ αὐτοῖς παρασχεῖν αἰτοῦσι συνέδουλευ, ὥστε ἡνίκα ἂν τισιν ἐπάγωσι δίκας, καὶ εἰς τὴν τῆς δεκατημοιρίας ὁμολογίαν συνελαύνωνται, μὴ ἀπαιτεῖσθαι ἐγγύας, ἀλλὰ ἀρκεῖν τὴν αἰτῶν ἐπὶ τούτῳ γινομένην κατάθεσιν, οἷα ἀξίων ὄντων ὑπὲρ ἑαυτῶν πιστεύεσθαι, ὧν ἡ πίστις καὶ ὑπὲρ ἑτέρων ἀρκεῖν νομίζεται. Ἡρόδηλον ὄν, ὡς εἰ τῷ νόμῳ ἀποπεσοῦνται, οὐδὲν αὐτοὺς ὠφελήσει τὸ ἐγγυητὴν μὴ παρασχεῖν, ἀλλὰ καὶ οὕτως κατασήσουσι τὴν τῆς δεκατημοιρίας ποινήν, ὥσπερ καὶ οἱ ἐναγόντες αὐτοῖς, καὶ πρός γε οἱ παρ' αὐτῶν ἐναγόμενοι ταῖς ὁμοίαις ὑποτεθήσονται ποιναῖς. ταύτης καὶ μόνης τῆς διαφορᾶς ἐπὶ τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ οὔσης, ὥστε, καθάπερ ἐμποσθεν εἴρηται, τοῖς ἐκ τοῦ συσήματος τῶν ἀργυροπραιῶν ἐνάγουσι τὴν τῶν ἐγγυητῶν δόσιν ἐπὶ τῇ δεκατημοιρίᾳ κατ' ἰδικήν ἡμῶν τινα φιλοτιμίαν συγχεχωρῆσθαι.

Κεφ. ς'.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸ εἰς διάφορα τοὺς ἱκέτας ἕλκεσθαι δικαστήρια (καὶ μάλιστα πλείστους ὄντας συναλλάκτας, καὶ οἷα συμβαίνει ὀλίγους εὐγνώμονας) οὐ μόνον αὐτοῖς βλάβην, ἀλλὰ καὶ τοῖς κοινοῖς πράγμασιν ἐμπόδισμα φέρειν συμβαίνει, καὶ ἐν τούτῳ τῷ μέρει τὴν προτέραν ἡμῶν περὶ αὐτοὺς μιμούμεθα προμήθειαν, καὶ παρασκευάζομεν αὐτοὺς εἶναι ἰδικοὺς δικασάς, εἴτε ἐνάγουσιν, εἴτε ἐνάγονται, τήν τε σὴν λογιότητα, καὶ Ἱλάριον τὸν ἐνδοξότατον κόμητα τῶν θείων ἡμῶν λαγγιτιώνων, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρίκιον, ὥστε παρὰ θατέρῳ τούτων τὰς κινηθησομένας μεταξὺ αὐτῶν τε καὶ ἑτέρων εἴασον δίκας. ἢ καὶ ἤδη παρὰ τοῖς πρώτοις αὐτοῖς παρ' ἡμῶν διδομένοις δικασταῖς, εἶτα ἀποβιώσασιν, ἐναγθείσας, ἀκουσθῆναι, καὶ αὐτομάτου καὶ τοῖς ἡμετέροις νόμοις συμβαίνον δέχεσθαι πέρας, καὶ τοὺς ἱκέτας τῆς τῶν πραιτωρίων τριβῆς ἀπαλλαττομένους σχολάζειν τῷ οἰκείῳ ἐπιτηδεύματι, τοσοῦτόν τε εὐγνωμονέστερον φέρεσθαι περὶ τὰ τῶν ὑπηκόων συναλλάγματα, ὅσον οἱ αὐτοὶ ἥττονος ἀγνωμοσύνης πειρῶνται, ἢ ἀγνωμονεῖν ἐπιχειροῦνιες οὐ συγχωροῦνται ἀδίκους αὐτοῖς ἐπιφέρειν βλάβας.

Κεφ. ζ'.

Ἀλλ' ἐπείπερ ἡμῖν καὶ ἄλλον τινὰ τῶν δολερῶν ἀνθρώπων ἐμανέρωσαν δόλον ἀπαγγέλλοντες, ὡς τινες μὲν δανεισάμενοι ἢ δανειζόμενοι παρὰ τῶν ἐξ τοῦ εἰρημένου συστήματος χρήματα ἠγόρασαν ἢ ἀγοράζουσι κτῆσιν ἀκίνητον ὀνόματι τῶν οἰκείων γαμετῶν ἢ ἄλλων τινῶν περὶ αὐτοὺς ὄντων πρὸς περιγραφὴν τῆς γενικῆς ὑποθήκης τῶν ὄντων αὐτοῖς καὶ ἐσομένων πραγμάτων, τινὲς δὲ τὰ ἑαυτοῖς κεχρεωστημένα παρὰ τῶν ὑπευθύνων ἀναλαμβάνοντες ἢ ἐν χρήμασιν, ἢ ἐν ἀκινήτοις προσόλου τοῖς πράγμασιν οὐκ εἰς ἴδιον πρόχωσιν, ἀλλὰ καθὰ εἴρηται ἢ εἰς τὸ τῶν συμβιουσῶν ἢ συγγενῶν τὴν τοιαύτην καταβολήν, ἢ ἐχχώρησιν, ἢ πρᾶσιν γίνεσθαι παρὰ τῶν ἐποφειλομένων [1]) παρασκευάζουσιν, ὥστε διὰ τῆς τοιαύτης μεθόδου ἐκείνους μὲν ἀπορίαν προΐσχεσθαι, αὐτοὺς δὲ ἐκ τοῦ εἰρημένου τῶν ἀργυροπραιῶν σωματείου εὐεργεσίας τυγχάνοντας μὴ δύνασθαι ἐκείνοις ἐνάγειν, πρὸς οὓς οὐ δοκοῦσι πεποιηκέναι συναλλαγμα, καὶ ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ ἴσην φιλοτιμίαν τοῖς τε ἀργυροπράταις, τοῖς τε καὶ αὐτῶν ὁμοίας ὑποθέσεις κινοῦσι παυέχοντες κελεύομεν, ὥστε, εἰ διαφθείη τῶν ἐποφειλόντων τις δόλῳ τὸ μὴ νέμεσθαι τὰ αὐτῷ προσήκοντα ποιησάμενος, καὶ εἰς ἕτερον σωματηρῶς τὰ οἰκεῖα μεταγαγὼν δίκαια, ἐξεῖναι τοῖς ἐνάγουσι διὰ τῆς in rem ἢ δι' ἄλλης

Cap. V.

Hoc vero etiam illis petentibus concedere providimus, ut, quando litem aliquibus inferunt, et ad confessionem decimae partis conveniunt, ab illis fideiussiones non exigantur, sed sufficiat ipsorum hac de re facta promissio, quum digni sint, quibus per se credatur, quorum fides etiam pro aliis sufficere censetur. Manifestum autem est, si legi succubuerint, nihil illis prodesse, quod fideiussorem non dederint, sed etiam decimae eos partis poenam soluturos esse, quemadmodum et qui litem ipsis inferunt, et insuper qui ab illis in ius vocantur, similibus poenis subiicientur, hoc solo discrimine in hoc capite servato, quod, sicut iam dictum est, actoribus e collegio argentariorum fideiussorum datio in decimam partem per speciale quaddam nostrum beneficium remissa est.

Cap. VI.

Quoniam vero etiam quod supplices ad diversa tribunalia protrahuntur, quando plurimi sunt cum ipsis contrahentes, et quod fit pauci probi, non solum ipsis damnum, verum etiam communibus rebus impedimentum inferre compertum est, etiam in hac parte priorem nostram circa illos providentiam imitamur, ac iubemus, speciales illis iudices esse, sive agant, sive conveniantur, tuam autem prudentiam, et Petrum gloriosissimum sacrarum nostrarum largitionum comitem, exconsule et patricium, apud alterutrum horum movenda inter ipsos et alios qualescunque lites, aut etiam apud iudices antehac a nobis illis datos deinde defunctos, iam motae examinentur, et brevem, nostrisque legibus convenientem finem accipere, et supplices praetoriorum vexatione liberatos domesticis rebus vacare, tantoque liberalius circa subditorum contractus versari, quanto minorem improbitatem experientur, aut qui improbi esse conantur, iniqua illis damna inferre non sinentur

Cap. VII.

Sed quoniam et alium quendam nobis dolosorum hominum dolum manifestarunt, denuntiantes, nonnullos a dicti collegii personis pecunias mutuatos aut mutuantes emisse aut emere possessiones immobiles suarum uxorum aliorumve quorundam, qui circa eos sunt, nomine, ad circumscriptionem generalis ab ipsis, acquisitorum et acquirendorum bonorum oppignerationis, nonnullos vero ipsis debita a debitoribus aut in pecuniis, aut omino in immobilibus rebus recipientes, non in suam personam, sed, ut dictum est, aut in uxorum, aut cognatorum nomen istiusmodi solutionem, aut cessionem, aut venditionem fieri a debitoribus curare, ita ut per talem modum illi quidem inopiam praetendant, ipsi vero, qui ex dicto argentariorum corpore benigne iis crediderunt, hos, quibuscum contractum iniisse non videantur, in ius vocare nequeant, in hoc quoque capite parem munificentiam tam argentariis, quam qui adversus ipsos similes controversias movent exhibentes, iubemus, ut, si quis debitorum dolo fecisse, quominus res suas possideat, et ius suum clam in alium transtulisse demonstretur, liceat actoribus per in rem, aliamve legitimam actionem et factum demonstrare, et adversus dictas res, quasi debitoris sint, procedere, et undique machinatione pulsa, indemnitati suae et in debito, et in factis propter hoc expensis consulere.

Scimus

[1]) ἐποφειλόντων bene coni. B. Schneider.

ἄλλης νομίμου ἀγωγῆς καὶ ἐλέγχειν τὸ γινόμενον, καὶ χωρεῖν κατὰ τῶν εἰρημένων πραγμάτων, ὡς τοῦ χρεωστου τυγχανόντων, καὶ πανταχόθεν τῆς μηχανῆς ἀπελαυνομένης, τὸ αἰτημα αὐτοῖς ἐπί τε τῷ χρέει, ἐπί τε τοῖς ἐπὶ τούτῳ γινομένοις δαπανήμασι περιποιεῖν. Ἴσμεν γὰρ τὴν τῆς σῆς λογιότητος καὶ τοῦ μνημονευθέντος ἐνδοξοτατου ἀνδρὸς ἀκρίβειαν τοιαύτην ὑπάρχειν, ὥστε οὔτω τὰς κινηθείσας, καὶ οὔπω πέρας δεξαμένας, ἢ καὶ ὕστερον κινηθησομένας ὑποθέσεις διαθέσθαι, ἐφ' ᾧ τε μηδὲ τοῖς ἐκείνας ἐκ τῆς τῶν χρεωστῶν ἀγνωμοσύνης ἢ ῥᾳδιουργίας ἄδικον ὑπομένειν βλάβην, μήτε δὲ τοὺς ἀθώους διὰ τῶν ἀδίκων στρεβλώσεων ἀκαίρους ὑποστῆναι διαστροφάς, ἀλλὰ καὶ τὰ πρώην τοῖς δεηθεῖσι παρασχεθέντα κύρια καὶ ἀσάλευτα μένειν, καὶ τὰ διὰ τοῦ παρόντος θείου ἡμῶν φιλοτιμηθέντα πραγματικοῦ τύπου κατὰ τὸν ἡμέτερον ἐκτελεσθῆναι σκοπόν, οἷπερ ἀπουδάζομεν τοὺς ὑπηκόους ἅπαντας ὀρθῶς καὶ ἀῤῥαδιουργήτως τοῖς πράγμασι προσιέναι, καὶ τοὺς ὀφειλοντας [1]) διὰ τὸ τοῖς τῆς πολιτείας πράγμασιν ὑπουργεῖν ἡσύχου ἀπολαύειν βίου, μὴ διὰ τὰς τῶν ἀγνωμονούντων μηχανὰς δικαστηρίοις καὶ ταῖς ἐξ αὐτῶν προσομιλεῖν δυσχερείαις τε καὶ ζημίαις.

Κεφ. η'.

Ὅπερ δὲ ἐν ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων κεφαλαίων ἰδικῶς ἐθήκαμεν, τοῦτο γενικῶς ἐν τῷ τοῦ λόγου ἐπισφραγίσματι θεῖναι συνείδομεν, ἐφ' ᾧ τε ἐν ἅπασι τοῖς προλεχθεῖσιν ἴσα προνόμια τοῖς ἐν τῷ προειρημένῳ τῶν ἀργυροπρατῶν σωματείῳ καταλεγομένοις, καὶ τοῖς τούτων κληρονόμοις καὶ διαδόχοις, * [2]) ἐφ' οἷς κατὰ τῶν ἀργυροπρατῶν κινοῦσιν, ὑπάρχειν. πρέπει γὰρ ἑκείνην ἑκατερον μέρος τὴν ἀκεραιότητα ἐν τοῖς οἰκείοις συναλλάγμασί τε καὶ πράγμασι διαφυλάττειν, ἣν ἑαυτῷ ζητεῖ παρὰ τοῦ ἑτέρου φυλάττεσθαι. §. α'. Ταῦτα τοίνυν διὰ τοῦ παρόντος θείου ἡμῶν πραγματικοῦ τύπου κελεύοντες, καὶ τοῦτο προστίθεμεν, ὥστε τὴν σὴν λογιότητα καὶ ἅπαντας τοὺς μεγάλους ἄρχοντας συνελθεῖν τοῖς ἐν τῷ προειρημένῳ συστήματι καταλεγομένοις, ὥστε εἴτε διὰ προσταγμάτων, εἴτε διὰ γραμμάτων, εἴτε δι' ἑτέρου οἱουδήποτε συνήθους τρόπου μετὰ τῆς τοῦ νόμου ἀκολουθίας τυχεῖν αὐτοὺς τῆς δεούσης ἐπικουρίας, καὶ δυνηθῆναι κατὰ τῶν ἀγνωμονούντων βοηθηθῆναι, καὶ μὴ ἀναγκασθῆναι καὶ αὐτοὺς ἀγνώμονας ἑτέροις φαίνεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ἐνδείξασθαι τὸ εὐγνωμονικὸν καὶ εὔγνωμον πρὸς τοὺς ἑαυτῶν συναλλάκτας, οἷα τούτου [3]) καὶ τῇ τῶν ἡμετέρων χρόνων ἀγαθότητι, καὶ τοῖς ἁπάσης τῆς πολιτείας συναλλάγμασι πρέποντος, ὧν τὰ μέγιστα καὶ ἀναγκαιότατα διὰ τοῦ προειρημένου ἀεὶ συστήματος γίνεται.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ δηλούμενα τύπου ἡ σὴ λογιότης καὶ πᾶς ἕτερος δικαστὴς τῆς ἡμετέρας πολιτείας βέβαια φυλαξάτω, ἀδείας οὔσης τοῖς ἱκέταις ἐν παντὶ δικαστηρίῳ, μείζονί τε καὶ ἐλάττονι, ἐμφανίζειν τόνδε τὸν θεῖον πραγματικὸν τύπον, καὶ τοῦτον ἀναλαμβάνειν, καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ τυγχάνειν βοηθείας, τοσαύτην ἐν τῇ παρούσῃ ὑποθέσει καὶ τοῖς προειρημένοις κεφαλαίοις δύναμιν ἔχοντος, ὅσης ἐπὶ τοῖς ἄλλοις πράγμασιν οἱ γενικοὶ ἡμῶν ἔχουσι νόμοι. Dat. V. Kal. Mart. Constant. imp. DN. Instiniani PP Aug. ann. XV., post Basilii V. C. cons. [542.]

Ἐδόθη.

Cap. VIII.

Quod autem in quoque dictorum capitum specialiter posuimus, id in orationis confirmatione generaliter ponere visum est, ut in omnibus propositis his, qui in praedicto argentariorum corpore recensentur, eorumque heredibus et successoribus [tum etiam illis, qui cum ipsis contrahunt, atque eorum heredibus et successoribus], in quibus rebus adversus argentarios actiones movent, aequalia privilegia sint. Convenit enim, ut utraque pars eam simplicitatem in contractibus ac negotiis suis servet, quam sibi ab altera servari velit.

§. 1. *Haec igitur per praesentem sacram nostrum pragmaticam formam iubentes, etiam hoc addimus, ut prudentia tua omnesque magni magistratus eos, qui in praedicto collegio recensentur, iuvent, ut sive per edicta, sive per litteras, sive per alium quemcunque consuetum modum servato iuris ordine competens subsidium consequantur, possitque illis adversus improbos succurri, neque cogantur et ipsi adversus alios improbi esse, sed potius aequos atque bonos se illis, qui cum ipsis contrahunt, exhibeant, quippe quum id nostrorum temporum bonitati universaeque reipublicae contractibus, quorum praecipui et maxime necessarii semper per praedictum collegium fiunt, conveniat.*

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram pragmaticam declarantur formam, prudentia tua et quilibet alius reipublicae nostrae iudex, firma servet, licentia data supplicibus hanc sacram pragmaticam formam in omni iudicio, et maiore et minore, producendi, illamque recipiendi, et inde subsidium consequendi, utpote quae tantam in praesente casu et in praedictis capitibus vim habet, quantam in aliis negotiis generales nostrae leges obtinent. Dat. V. Kal. Mart. Constant. imp. DN. Instiniani PP. Aug. anno XV., post Basil. V. C. cons. [542.]

Edi-

---

[1]) ὀφειλομένους *scribendum est vidit Agyl.* — [2]) *Apparet hic excidisse quaedam, quae Agyl. in versione supplevit. Videtur librarius quidam propter repetitum* διαδόχοις *in vitium incidisse.* — [3]) *Agyl.*; τοῦ σοῦ *Scrimg.*

ΈΔΙΚΤΟΝ η'. [a])

Περὶ τοῦ βικαρίου τῆς Ποντικῆς.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Βάσσῳ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων.

Προοίμιον.

Ἡμεῖς μὲν ἀρχεῖν τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς ταῖς κατὰ τὴν Ποντικὴν διοίκησιν ἐπαρχίαις νομίσαντες, τὸν ἄνωθεν ἐπινενοημένον καὶ ἐκείνους τοῖς τόποις βικάριον κατὰ τὸν ἐν μέσῳ τοῦτον ἐπέσχομεν χρόνον, οὐδὲν τῶν ὕστερον γενομένων παρ' αὐτῶν ἀμαθήσεσθαι προσδοκήσαντες, ἀλλ' ἐπείπερ ἐξ αὐτῶν ἐγνωμεν τῶν πραγμάτων, ὡς ἄνδρες οἰκοῦσι τὰς ἐπαρχίας ταύτας ληστείας τε καὶ φόνοις ἐνιεθυμημένοι, καὶ ἄνδρας ὁπλοφοροῦντας ἀεὶ ἀθροίζοντες καὶ κατ' ἀλλήλων χρώμενοι καὶ τούτοις, διαφεύγουσί τε [1]) τὰς ὑπὲρ τούτων ποινάς, τῷ τὰς ἐπαρχίας ἀμείβειν, ἐν αἷς ἁμαρτήσουσιν, οὐδενὸς τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων τὴν ἐπιδιδομένην χώραν ἐκβαίνειν τολμῶντος, ὡς πολλάκις μὲν ἡμᾶς ἄνδρας ἐκπέμψαι καὶ κατὰ τὴν χώραν, καὶ βαρῦναι μισθοῖς τὸ δημόσιον, πρᾶξαι δὲ πλέον οὐδέν, μὴ παρούσης ἀρχῆς τῆς ἐξ ἑτοίμου βοηθούσης, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἁμαρτημάτων ἀνασειλλούσης,

Κεφ. α'.

Συνείδομεν ἀναλαβεῖν τὴν τοῦ βικαρίου πάλιν ἀρχήν, καὶ τὸν μὲν τῆς Γαλατίας πρώτης ἄρχοντα μηδὲν ἕτερον ἢ πολιτικὸν ἄρχοντα, καθὰ πρότερον ἦν, πρὶν ἡμεῖς τὴν τοῦ βικαρίου περιελόντες ἀρχήν, ἀξίᾳ τε καὶ τιμῇ μείζονι τῶν ἐπὶ τῆς πρώτης Γαλατίας ἐτιμήσαμεν ἄρχοντα· τὸν βικάριον δὲ πάλιν ἐπιστῆσαι πάσαις ταῖς τῆς Ποντικῆς διοικήσεως ἐπαρχίαις, ὥστε αὐτὸν μὴ τὸν τόπον πληροῦν τῆς ἐπαρχότητος μόνης, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου μαγίστρου τῶν θείων ἡμῶν ὀφφικίων, καὶ πρός γε τῶν ἐνδοξοτάτων στρατηγῶν· ἔτι γε καὶ τῶν μεγα-

Edictum VIII.

DE PONTICI TRACTUS VICARIO.

Idem Imperator Basso, gloriosissimo Praefecto Praetorio.

Praefatio.

Nos sufficere quidem civiles magistratus Ponticae dioecesis provinciis existimantes, olim excogitatum illis locis vicarium in medio hoc tempore inhibuimus, nihil eorum, quae postea ab iis facta sunt, commissum iri exspectantes. Sed quandoquidem ex ipsis rebus cognovimus, viros incolere illas provincias latrociniis et caedibus innutritos et qui viros semper congregent armiferos iisque etiam utantur adversus se quique defugiant poenas de his constitutas, quum deserunt provincias, in quibus deliquerint, provincialium magistratuum nullo ex tradita sibi provincia egredi audente, ita ut nos saepe viros in provinciam emiserimus, et fiscum expensis gravaverimus, effecerimus vero amplius nihil, quod ad manum non esset magistratus, qui auxilium ferre et istiusmodi flagitia reprimere posset,

Cap. I.

Visum est revocare iterum vicarii magistratum et Galatiae primae praeside ad pristinum statum redacto, ut non nisi civilis sit, sicut ante erat, quam nos cum sublato vicarii magistratu, dignitate annonaque maiore decoravimus, vicarium denuo omnibus Ponticae dioecesis provinciis praeficere, ita ut non solius praefecti locum adimpleat, sed et gloriosissimi magistri sacrorum nostrorum officiorum atque gloriosissimorum etiam ducum, magnificentissimorum denique eorum magistratuum, qui sacro nostro patrimonio nec non thesauro et praeterea qui domesticis et protectoribus

Const. CXXII.

DE PONTICI TRACTUS VICARIO.

Idem Augustus Eugenio Pf. P.

Praefatio. Nos quidem sufficienter [2]) civiles ordinationes circa Ponticam [3]) dioecesin provinciis constituentes [4]), desuper [excogitatum [5])] per ipsa [6]) loca vicarium in medio hoc consensimus [7]) tempore, nemini [8]) eorum quae postea facta sunt derelinquere [9]) sperantes. Sed mox ut ab ipsis cognovimus rerum [10]), quod viri habitant provincias a [11]) latrociniis et homicidiis dediti, et viros armis utentes semper colligentes ad adversarios invicem utentibus [12]) his, defugiuntque [quae [13])] pro his sunt poenas, ut provincias mutent [14]), in quibus delinquunt [15]), nemine [16]) provincialium traditam sibi provinciam exire praesumente, ut multoties quidem [17]) nos viros destinemus a provincia [18]) et gravare [19]) expensis publicum, [efficeremus [20])] vero [21]) plus nihil, non praesente ordinatione de praeparato invante et huiusmodi illicita auferente,

Cap. I. Praevidimus revocare vicarii iterum dignitatem, et eum quidem, qui primae Galatiae princeps est, nihil aliud nisi civilem tantummodo iudicem esse, secundum quod pridem erat, priusquam nos vicarii auferemus administrationem, digna et [22]) annonis plurimis illo [23]), qui primae Galatiae honoratus est index, vica-

---

[a]) *Scrimg. — Huius constitutionis veterem versionem latinam ex Cod. Vindob. primus edidit Bk.*

[1]) *Ex restitutione Beckii, sed paulo aliter distinguimus, καὶ τούτοις cum antecedentibus connectentes;* ἄνδρας * φοροῦντας ἀεὶ * θροίζοντας καὶ * λων χρώμενοι, ** καὶ τούτοις, διαφεύγουσί τε *Scrimg.* — [2]) sufficientes *Bk.* — [3]) *Bk.*; pontificam *Cod.* — [4]) existimantes *Bk.* — [5]) *Bk.*; excogitatum *om. Cod.* — [6]) illa *Bk.* — [7]) contemsimus *Bk.* — [8]) nihil *Bk.* — [9]) sunt ab eis delinqui *Bk.* — [10]) rebus *Bk.* — [11]) has *Bk.* — [12]) utentes *Bk.* — [13]) *Bk.*; quae *om. Cod.* — [14]) *Bk.*; mittent *Cod.* — [15]) delinquent *Bk.* — [16]) *Bk.*; neminem *Cod.* — [17]) *Bk.*; quod *Cod.* — [18]) ad provinciam *Bk.* — [19]) gravaremur (*!*) *Bk.* — [20]) *Bk.*; efficeremus *om. Cod.* — [21]) *Bk.*; viro *Cod.* — [22]) dignitate vero et *Bk.* — [23]) ille *Bk.*

μεγαλοπρεπεστάτων ἀρχόντων, οἳ τῷ θείῳ ἡμῶν πατριμωνίῳ, καὶ τῷ ταμιείῳ γεμήν, καὶ πρός γε δομεστίκους καὶ προτίκτωρσιν ἐφεστῶσι· καὶ τοιαύτην ἔχειν ἄδειάν τε καὶ ἐξουσίαν, ὁποίαν αὐτοὺς τοὺς ἄρχοντας δι' ἑαυτῶν γινομένους ἐπὶ τῶν τόπων ἔχειν συνέβαινεν· ὥστε μηδὲ ἀξίᾳ, μηδὲ ἱερωσύνῃ, μηδὲ ζώνῃ, μηδὲ στρατείᾳ, μηδέ τινι τῶν πάντων ἑτέρῳ τῆς δικαιοδοσίας ταύτης ἐξηρῆσθαι τινά. ἀλλὰ πάντας ὑποκεῖσθαι καὶ τὸν ὅμοιον τρόπον, εἴτε ἐν ἰδιώταις τελοῖεν, εἴτε τινὰ περιβέβληνται ζωνην, ἢ ἀξίαν, ἢ στρατηγίαν, ἢ καὶ ἱερωσύνην. καὶ οὐκ ἐπὶ μόνοις ἐγκλήμασιν [οὐ γὰρ μόνον στρατιωτικὸν τὸν ἄρχοντα τοῦτον ποιοῦμεν], ἀλλὰ καὶ εἴ τις ὑπὲρ χρημάτων ἐθελήσοι μέμψασθαι. κοινὴν γὰρ τὴν ἀρχὴν ταύτην πᾶσί τε προσώποις καὶ παντοίοις πράγμασι ποιοῦμεν. §. α'. Ἀποδίδομεν δὲ αὐτῇ καὶ ὃ πρώην εἶχε θεῖον ἀκροατήριον, ὥστε τὰς ἄχρι πενταχοσίων χρυσῶν ὑποθέσεις ἀναρτωμένας ἐκκλήτῳ κατά τινα τῆς Ποντικῆς διοικήσεως ἐπαρχίαν, μὴ κατὰ ταύτην ἄγεσθαι τὴν εὐδαίμονα πόλιν, ἀλλὰ παρ' αὐτῷ κατὰ τὸ τῶν σάκρων ἐξετάζεσθαι σχῆμα, εἴτε ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν πολιτικῶν ἀρχόντων ἐκιτήησαν δικαιολογίας, εἴτε ἐκ ψήφων τινὸς τῶν ἐπὶ ταύτης τῆς μεγάλης πόλεως ἀρχόντων, ἢ καὶ ἐξ ἡμετέρας κελεύσεως· οὐδενὶ παρρησίαν διδόντες, ἑκατὸν ἐκκληθεῖσα δίκη κινοῖτο, ἐφέσει δευτέρᾳ κεχρῆσθαι. εἰ μέντοι γε δίκη παρ' αὐτῷ κινηθείη πρωτότυπος, ἐφέσις τε καὶ ταύτης ἐπιδοθείη, προβήσεται τὰ τῶν ἐφέσεων, καθὰ πρότερον πολὺν ἡμᾶς ἐνῶσαι τὴν ἀρχήν, ὡς μηδενὸς ἐν μέσῳ γεγονότος καινοῦ. τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τῷ Γαλατίας ἡγουμένῳ κελεύομεν, ὃν γε ἁπλῶν ἀποδεδώκαμεν ἄρχοντα, ὡς δή μηδενὸς ἐπ' αὐτῷ καινισθέντος ἐν μέσῳ.

bus praesunt; atque talem licentiam habeat et potestatem, qualem ipsi praesides per se in locis habere solent, ut neque quis propter dignitatem, neque propter sacerdotium neque cingulum neque militiam neque propter aliud quidquam ex eius iurisdictione eximatur, sed omnes ei subsint eodem modo sive privati sunt, sive cingulo vel dignitate vel militia vel etiam sacerdotio decorati, idque non in criminibus solum (non enim militarem tantum hunc magistratum facimus), verum etiam si quis de pecuniis litem instituere velit. Communem enim hunc magistratum omnibus hominibus omnibusque rebus facimus.

§. 1. Reddimus vero ei etiam quod ante habuit, sacrum auditorium, ut lites usque ad quingentos aureos appellatione suspensae in aliqua Ponticae dioecesis provincia, non ad hanc felicem deducantur urbem, sed apud eum ad sacrarum formam examinentur, sive ex ipsa civilium magistratuum iurisdictione provenerint, sive ex sententiis cuiuspiam magnae huius urbis magistratuum vel etiam ex nostra iussione. Nemini vero licentiam damus, ut quando appellatione suspensa controversia mota fuerit, altera appellatione utatur. Attamen si qua controversia principaliter apud eum mota sit, procedet appellatio, quemadmodum solebat, antequam nos magistratum univimus, tanquam si nihil medio tempore novi factum esset. Quod sane et in Galatiae praeside iubemus, quem simplicem denuo magistratum facimus, quasi in eo nihil medio tempore innovatum esset.

Κεφ. β'.

Ἄδειαν τε τῷ βικαρίῳ τούτῳ παρέχομεν, καθ' ἣν ἂν ἐπαρχίαν ἐθέλοι τῆς Ποντικῆς διοικήσεως νίνεσθαι, ἀπὸ τῆς γείτονος ταύτης ἀρξάμενον Βιθυνίας, μέχρις Ἀρμενίων αὐτῶν, καὶ Τραπεζοῦντος, καὶ τῆς ἡμετέρας πολιτείας πρὸς Πέρσας ὁρίων, ὥστε αὐτὸν πρωτοτύπως μὲν τὰ μέχρι νῦν ἡμαρτημένα ταῖς προσηκούσαις μετελθεῖν τιμωρίαις [καὶ γὰρ

Cap. II.

Licentiam etiam huic vicario damus, ut in quam cunque velit provinciam Ponticae dioecesis proficiscatur, incipiens a vicina hac Bithynia usque ad Armenios ipsos et Trapezunta et nostrae reipublicae ad Persas fines, ut principaliter quae adhuc commissa sunt poenis persequatur (nam etiam gladii ius ei concedimus), praecipue vero milites coërceat, si qui eorum desertis

vicarium vero iterum instituere omnibus Ponticae [1]) dioeceseos provinciis, ut ipsum [2]) locum [impleat [3])] non praefecturae solius, sed etiam gloriosissimi magistri sacrorum nostrorum officiorum, sed [4]) et gloriosissimorum magistrorum militum, adhuc vero etiam [magnificentissimorum iudicum, qui divino nostro patrimonio et tamiaco [5])], insuper domesticis et protectoribus praesunt et [6]) talem habere licentiam et potestatem, qualem [7]) ipsos iudices per se factos in locis habere contigerit, ut [neque dignitas [8])] neque sacerdotium, neque cingulum, neque militia neque quidam ex omnibus alteri iurisdictionis huius exceptari [9]) aliquem, sed omnes subiacere secundum similem modum, sive privati sint [10]), sive quodam circumdati sint cingulo, aut dignitate aut militia aut sacerdotio, [et non [11])] in solis criminalibus, (non enim solum militarem iudicem hunc facimus), sed et si quis super civilibus volnerit agere. Commune [enim [12])] cingulum hunc [13]) omnibus personis et omnibus rebus facimus. § 1. Reddimus [vero [14])] ei quod [15]) pridem habuit, sacrum auditorium, ut [16]) usque ad quingentorum aureorum cognitiones comprehensas [17]) appellatione per aliquam Ponticae dioeceseos provinciam non ad hanc adduci felicissimam civitatem, sed apud eum secundum sacram discuti figuram, sive ex ipsa civilium iudicum motae sunt iurisdictione, sive ex sententiis alicuius eorum, qui in hac magna civitate sunt iudices, vel ex nostra iussione; nemini fiduciam dantes mox quam [18]) lis de appellatione apud eum moveatur, appellatione secunda [uti [19])]. Si tamen haec [20]) apud eum mota sit principaliter, et appellatio adversus causam detur, procedat ad appellationem secundum quod pridem, priusquam nos ista donassemus administratione [21]), ac si nulla in medio facta novatio sed [22]) hoc enim quod [23]) in Galatiae iudice videri-mus [24]), quem simplicem reddidimus iudicem, tanquam [25]) nihil in medio de eo innovatum [26]) esset.

Cap. II. Licentiam etiam [27]) vicario huic praebemus, ad quam [28]) provinciam volnerit Ponticae dioe

---

[1]) *Bk.*; pontificis *Cod.* — [2]) ipse *Bk.* — [3]) *Bk.*; impleat *om. Cod.* — [4]) insuper *Bk.* — [5]) *Bk.*; magnificentissimo — tamiaco *om. Cod.* — [6]) *Bk.*; hec *Cod.* — [7]) *Bk.*; pot. et equaliter *Cod.* — [8]) *Bk.*; neque dignitas *om. Cod.* — [9]) exceptari *Cod.*; neque quoddam ex omnibus alterum. iurisdictione hac excipere *Bk.* — [10]) *Bk.*; sunt *Cod.* — [11]) *Bk.*; et non *om. Cod.* — [12]) *Bk.*; enim *om. Cod.* — [13]) hoc *Bk.* — [14]) *Bk.*; vero *om. Cod.* — [15]) *Bk.*; que *Cod.* — [16]) *Bk.*; et *Cod.* — [17]) *Bk.*; comprehensos *Cod.* — [18]) *Bk.*; que *Cod.* — [19]) *Bk.*; uti *om. Cod.* — [20]) lis *Bk.* — [21]) aministratione *Cod.*; istam univissemus administrationem *Bk.* — [22]) *Videtur scribendum esse:* ac si nulla in medio facta nova essent; *Bk. ita correxit:* ac si nullo in medio facto novo. Hoc *etc.* — [23]) enim et *Bk.*; *melius* enim quoquo. — [24]) iussimus *Bk.*; *melius* iubemus. — [25]) *Bk.*; nullo *add. Cod., in quo latet fortasse* vero. — [26]) *Bk.*; innovatus *Cod.* — [27]) *Bk.*; his *Cod.* — [28]) *Bk.*; sed quoniam *Cod.*

γὰρ δὴ καὶ ξίφους αὐτῷ παρέχομεν ἄδειαν] μάλιστα δὲ τοὺς στρατιωτικὰς ἐπεξελθεῖν, εἴ τινες αὐτῶν τοὺς ὀφειλομένους κωλελοιπότες τόπους, τοῖς τοιούτοις ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασιν ἀσυνήθειαν. εἴ τινα δὲ ἂν ἐγκλήμασιν ὑποκείμενον εὕροι, τοῦτον γυμνώσει τῆς ζώνης, ὁποίαν περ ἂν ἔχων τυγχάνοι· οὐκ ἀναμένων τοῦτο δῆλον ποιῆσαι τῇ ἐφεστώσῃ ταῖς τοιαύταις στρατείαις ἀρχῇ, ὡς ἅπαξ καὶ τὸν ἐκείνης τόπον πληρῶν, καὶ κατὰ πάντων ἐφεξῆς ἄδειαν ἔχων. Ἐφίστασθαί τε αὐτῷ παρέχομεν ἄδειαν πᾶσι τόποις τε καὶ χωρίοις, εἴτε ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ἢ καὶ εὐαγῶν εἴεν μοναστηρίων, ἢ τῶν θείων ἡμῶν πριβάτων, ἢ καὶ τοῦ θείου πατριμωνίου, ἢ καὶ τῆς ἡμετέρας οἰκίας· καί, ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐδένα τόπον τῆς αὐτοῦ δικαιοδοσίας καταλιμπάνων [1]).

Κεφ. γ'.

Ἐποπτεύσει δὲ καὶ τὰς στρατιωτικὰς παρόδους, εἰ μετὰ τῆς προσηκούσης εὐταξίας προέρχοιτο· καὶ εἴ τι κατ' αὐτὰς ἁμαρτανόμενον εὕροι, τοῦτο ἐπανορθώσει, τούς τε στρατιώτας σωφρονίζων αὐτούς, τοῖς τε ἡμετέροις ὑποτελέσι τὸ ἱκανὸν ἐφ' οἷς ἂν ἠδικημένοι τύχοιεν παρασκευάζων γενέσθαι. Ἱκβρήσειν τε αὐτῷ παρέχομεν, καὶ ὅπλων γυμνοῦν τοὺς μὴ διά τινα στρατείας ἀνάγκην ταῦτα κεκτημένους, καὶ πάντα [2]) εἰσάγειν ταῖς δημοσίαις τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως ὁπλοθήκαις. §. α'. Ἀνακόψει τε μοιχείας καὶ ἀνδροφονίας καὶ λῃστείας, μάλιστα πάντων γυναικῶν ἁρπαγάς, καὶ πραγμάτων ἀφαιρέσεις, ἐφόδους τε καὶ βίας, καὶ πάντα τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων καὶ ὁλογον, ὡς τοῦτο μάλιστα τῆς δεδομένης αὐτῷ παρ' ἡμῶν ἀρχῆς κεφάλαιον. Ἀναστελεῖ καὶ τοὺς ἀδικοῦντας, εἴτε ἱερεῖς, εἴτε ἄρχοντες εἶεν, εἴτε καὶ κτήτορες, ἢ καὶ ἰδιῶται τυχόν· καὶ οὐδενὶ συγχωρήσει πρᾶξαί τι τοῖς ἡμετέροις μὴ γνωσιζόμενον νόμοις. §. β'. Ἐφέξει δὲ καὶ τὰς τῶν δικῶν ἐξετάσεις τε καὶ κρίσεις. ἔξει δὲ ἴδιαν μὲν τάξιν, ἀνδρῶν μὲν βικαρίων septuaginta, στρατευσαμένων διὰ θείων ἡμῶν προβατορίων [3]), ἐξ ἐκείνου τοῦ σκρινίου παρεχομένων ἐξ οὗ καὶ πρότερον ὅτε βικάριος ἦν. Ἀποδίδομεν δὲ καὶ τὰς ἡμιόνους, ὅσας πρότερον τῷ βικαρίῳ δεδομένας, νῦν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενος ἔλαβε πρὸς τὴν αὐτοῦ ὑπηρεσίαν· ἐπεί γε ἐκείνῳ μὲν οὐδὲν ἕτερον ἢ ἀρχοντι

desertis stationibus suis istiusmodi flagitiis se dediderint. Si quem vero criminibus obnoxium invenerit, hunc cingulo privet, qualecunque habeat, non exspectans donec magistratum qui eiusmodi militiis praeest, ea de re certiorem fecerit, ut qui semel et illius locum adimplet et in omnes omnino ius et potestatem habet. Atque licentiam ei damus omnibus locis et vicis praeesse, sive ad sanctissimas ecclesias aut ad religiosa pertineant ministeria aut ad sacra nostra privata, aut etiam ad sacrum patrimonium aut ad nostram domum et, ut simpliciter dicamus, nullum omnino locum ex eius iurisdictione eximimus.

Cap. III.

Inspiciet vero etiam militares transitus, an satis ordinatim procedant et si quid in iis commissum invenerit, hoc corriget tum milites ipsos castigando, tum etiam subditis nostris, in quibus iniuria affecti fuerint, satisfactionem curando. Potestatemque ei concedimus, ut armis privet, qui non propter aliquam militiae necessitatem ea habent, omniaque inferat in publica huius magnae urbis armamentaria.

§. 1. *Inhibebit etiam adulteria et homicidia et latrocinia, praecipue autem mulierum raptus, rerum creptiones, infestationes et vim, denique universum istiusmodi delictorum cumulum, ut quod potissimum magistratus a nobis ei dati caput est. Refrenabit quoque iniuriosos, sive sacerdotes sive magistratus sint sive possessores sive plebeii, nec cuiquam permittet facere quid quod leges nostrae non probent.*

§. 2. *Sustinebit vero et controversiarum examinationes et diiudicationes, atque habebit propriam cohortem virorum vicarianorum septuaginta, qui per sacra nostra probatoria stipendia facient, quae ex illo scrinio praebebuntur, ex quo et olim solebant praeberi, cum vicarius esset. Reddimus etiam mulas, quot quondam vicario assignatas nunc provinciae praeses accepit in suum ministerium; quoniam illi, qui nihil aliud nisi civilis sit magistratus, superfluus est*

dioeceseos fieri a vicina hac incipiente [4]) Bithynia usque ad Armenios ipsos [et [5])] Trapezunta, et eorum nostraeque reipublicae ad Persas fines [6]), ut ipse principaliter quidem quae hactenus delicta commissa sunt competentibus emendet [7]) suppliciis ([etenim [8])] et gladii ei [9]) concedimus [10]) licentiam), praecipue autem milites coërcere [11]), si qui relinquentes [12]) loca in stationibus se talibus tradiderunt [13]) illicitis. Si quem autem crimini obnoxium invenerit, hunc exspolies [14]) cingulo, quem [15]) habet, non exspectans [16]) enim manifestum facere praepositae huiusmodi [militiae [17])] dignitati, quemadmodum semel et illius locum impleveris [18]) et in omnibus de cetero licentiam habens. Superesse [19]) concedimus timorem [20]) omnibus locis et vicis, sive sanctissimarum ecclesiarum, sive sacratissimorum sint monasteriorum, vel sacrorum nostrorum privatorum, aut sacri patrimonii, aut nostrae domus, et generaliter dicere, nullum locum foras eius iurisdictione relinquentibus [21]).

Cap. III. Perspectabit [22]) vero et expeditiones viaticas, si competente [23]) disciplina procedunt, et si quid ab eis culpabile invenerit, hoc emendabit [24]), tam milites emendans ipsos, quam [25]) nostris subiectis in his, in quibus laesi sunt, praeparans [26]) satisfactionem. Fiduciam autem ei concedimus et armis nudare eos, qui non propter aliquam militiae necessitatem possident ea, et omnia inferre publicis huius magnae civitatis armamentis. §. 1. Resecabit autem adulteria, et homicidia et latrocinia et praecipue omnium mulierum raptus [27]) et rerum abalienationes [28]), invasiones autem et violentias, et omnem talium delictorum enumerationem, utpote hoc quam maxime datae ei a nobis potestatis capitulare habens. Compescet autem iniuste agentes, sive sacerdotes, sive iudices sint, sive etiam possessores, sive etiam [29]) privati forte, et nulli, qui nescit [30]) agere [31]) nostris non cognitum legibus. §. 2. Habebit vero et litium examinationes et quaestiones. Habebit

---

[1]) καταλιμπάνομεν ἄμοιρον *emend. Agyl.*; καταλιμπάνοιεν *Bk*; *scriptum erat fortasse* οὐδένα τοπον χωρὶς τῆς αὐτοῦ δικ. καταλιμπάνουεν. — [2]) *Agyl.*; πάντας *Scrimg.* — [3]) *Vulg.*, *Agyl.*; πριβατορίων *Scrimg.* — [4]) incipienti *Bk.* — [5]) *Bk.*; et *om. Cod.* — [6]) *Bk.*; aspersas finum *Cod. Scripsit fort. stupidus interpres* ad Persas finium. — [7]) *Bk.*; comp. ei non dent *Cod.* — [8]) *Bk.*; etenim *om. Cod.* — [9]) *Bk.*; eius *Cod.* — [10]) *Bk. ed. ster.*; cedimus *Cod.* — [11]) cohercere *Cod.*; coërceat *Bk.* — [12]) *Bk.*; coerc. Nam si qui relintes *Cod.* — [13]) *Bk.*; tal. in statucntibus tarditer *Cod.* — [14]) exspoliet *Bk.* — [15]) quod *Bk.* — [16]) *Bk.*; exspectante *Cod* — [17]) *Bk.*; militiae *om. Cod.* — [18]) implens *Bk.* — [19]) autem *add. Bk.* — [20]) licentiam *Bk.* — [21]) relinquimus *Bk.* — [22]) *Bk. ed. ster.*; Peraequabit *Cod.* — [23]) si cum comp. *Bk.* — [24]) *Bk.*; enim dare *Cod.* — [25]) *Bk.*; quando *Cod.* — [26]) *Bk.*; preperans *Cod.* — [27]) *Bk.*; raptus *Cod.* — [28]) *Bk.*; abalienatione *Cod.*; ablationes *Bk. ed. ster.* — [29]) poss. sint *Cod.*; poss. sive *Bk.* — [30]) nulli permittet *Bk.* — [31]) aliquid *add. Bk.*

χονει μόνον ὄντι πολιτικῷ, περιτιθ τῶν τοιούτων ἡ χρεία, τῷ δὲ περιβλέπτῳ βικαρίῳ, περινοστεῖν ἀναγκαζομένῳ, ἀναγκαῖα τὰ τῆς ἐντεῦθεν ὑπηρεσίας ἔστιν. §. γ'. Ὑπακούσεται δὲ αὐτῷ πᾶσα στρατεία ὑπ' ἐκείνους οὖσα τοὺς τοπους, καὶ ὑπουργήσουσι τοῖς παρ' αὐτοῦ λεγομένοις δομέστικοί τε καὶ προτίκτωρες, σχολάριοί τε καὶ στρατιῶται· οὐ δεόμενοι προστάξεως ἀρχικῆς, ἢ κελεύσεως ἡμετέρας, ἀλλ' αὐτῷ τῷ τῆς ἀρχῆς ὑπουργοῦντες δικαίῳ. ὑπουργήσουσι δὲ καθ' οὓς ἕκασοι διάγουσι τόπους, πλὴν εἰ μή τις δικαία καὶ ἀπαραίτητος χρεία, μείζονος βοηθείας δεομένη, πρὸς ἀνάγκην αὐτὸν καταστήσει τοῦ καὶ ἐξ ἑτέρων τόπων εἰς ἑτέρους τόπους μεταγαγεῖν. §. δ'. Χρήσεται δὲ κήρυκος φωνῇ, καὶ λαμπάσι quatuor, ὡς καὶ δαπάνης παρ' ἡμῶν ὑπὲρ τούτου ὁρισθείσης, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπισήμοις ὅσα πολιτικῆς τε καὶ στρατιωτικῆς ἐστὶν ἀρχῆς. ὅθεν καὶ ad responsum αὐτῷ κελεύομεν ὑπουργεῖν κατὰ μίμησιν τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν στρατηγῶν, δι' οὗ καὶ σωφρονιεῖ στρατιώτας, εἴπου καλέσει καιρός, καὶ συνέξει πρὸς τὰς ἀναγκαίας τοῦ πράγματος ὑπουργίας. Ὅσας δὲ σιτήσεις ἀφωρίσαμεν αὐτῷ τε, καὶ παρέδρῳ, καὶ τῇ ὑπ' αὐτὸν τάξει, καὶ ὅσας δεῖ τοῦ λοιποῦ τὸν τῆς πρώτης Γαλατίας ἡγούμενον ἔχειν ὑπὲρ αὐτοῦ τε, καὶ παρέδρου, καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ τάξεως, ὅσα τε αὐτὸν ὑπὲρ τῶν τῆς ἀρχῆς συμβόλων προσήκει παρέχειν ἢ ἐν τῷ θείῳ ἡμῶν παλατίῳ, ἢ ἐν τῷ πραιτωρίῳ τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων, διὰ τῆς ὑποτεταγμένης ἀπογραφῆς πᾶσι γενήσεται δῆλα. Ταύτην ἡμεῖς τὴν ἀρχὴν τοῖς τόποις ἐκείνοις ἀποδεδώκαμεν, ὥσιε τοῖς ἀδικουμένοις ἐκ προχείρου τὴν βοήθειαν εἶναι, καὶ πάντας τοὺς κατ' ἐκείνους οἰκοῦντας τοὺς τόπους, ἀπηλλάχθαι μὲν τῶν ἄχρι νῦν κατεχόντων αὐτοὺς δυσχερῶν, ἡσυχίας δὲ καὶ εὐνομίας ἀπολαύειν ἀπὸ πάσης ἀρχῆς, τοῖς τόποις ἐπισταμένων ἡμῶν πρὸς πᾶσαν ἐφεξῆς ἀδικίαν τε καὶ προνομίαν δυναμένην ἀρκεῖν.

est talium usus. spectabili vero vicario, ut qui hac illac circumcursare debeat. necessarium earum ministerium est.

§. 3. *Obediet vero ipsi universus in illis locis constitutus exercitus, dictoque illi obedientes erunt domestici et protectores, scholares et milites, ita ut praesidali mandato nostrove iussu non indigeant, sed ipso magistratus iure ministerium praebeant. Praebebunt autem ministeria quo loco degunt, praeterquam si qua iusta et inevitabilis necessitas, quae maioris auxilii indigeat, inducat eum, ut ex uno loco in alterum transferre ipsos necesse habeat.*

§. 4. *Utetur etiam praeconis voce, et quatuor facibus, quippe quum in hanc rem sumptus a nobis constitutus sit, atque ceteris omnibus, quaecunque civilis simul et militaris magistratus sunt, insignis. Unde etiam ad responsum ministrare ei iubemus ad imitationem gloriosissimorum nostrorum ducum, per quem et coërcebit milites, si quando ita tempus postulabit, et in necessariis rerum ministeriis continebit. Quantas vero annonas assignaverimus ei et assessori et cohorti ei subiectae, et quantas debeat de cetero primae Galatiae praeses habere pro se et assessore et obediente ei cohorte, item quantum ipsum aut in sacro nostro palatio aut in gloriosissimorum praefectorum praetorio pro magistratus codicillis dare conveniat, per subiectam descriptionem omnibus fiet manifestum. Hunc autem nos magistratum illis locis reddidimus, ut qui iniuria afficiantur, in promptu auxilium habeant, omnesque, qui in illis locis habitent, quibus hactenus pressi sunt difficultatibus liberarentur, et vero quiete atque recta legum moderatione fruerentur ab omni magistratu, quem illis locis praefecimus, ut ad omnem iniuriam et latrocinium reprimendum sufficere queat.*

Ἐπί-

Epi-

Habebit quidem [1]) et primum [2]) quidem officium hominum vicarianorum septuaginta, militantes [3]) per divinas nostras probatorias de illo scrinio praestitas, de quo et prius quando vicarius erat. Reddimus vero ei et mulos [4]), quantos vicario pridem declaramus [5]) nunc provinciae iudex habet accipientem [6]) ad suum ministerium. Illi [7]) videlicet ad nihil aliud, nisi iudici tantummodo constituto [8]) civili, superfluum [9]) eorum est opus [10]), viro spectabili vero vicario, circumlustrare necessitatem habenti [11]) provincias, necessarium huiusmodi ministerium est. §. 3. Obediet [12]) vero ei omnis militia in illis constituta locis, et obedient [13]) his, quae dicuntur ab eo domestici et protectores, et scholarii et milites, non egentes praeceptis iudicialibus aut iussionibus nostris, sed hoc ipso iurisdictionis [14]) [ministrantes iure [15])]. Administrabunt vero ea [16]) quae singul. habitant loca, nisi quaedam iusta et irrecusabilis occasio, auxilio maiore egens [17]), necesse enim constituat [18]) ex aliis locis in alios istos transferre [19]). §. 4. Utetur vero praeconis [20]) voce et lampadibus quatuor et expensa pro hoc a nobis definita et in [21]) aliis insignibus, quae civilis militarisque sunt dignitatis. Unde et [22]) ad responsum iubemus ei ministrare [23]) ad imitationem gloriosissimorum nostrorum magistrorum militum, per quod [24]) et disciplinam dabit militibus, si quando vocaverit tempus et congregat [25]) ad necessaria rerum ministeria. Quantas vero annonas [26]) delegavimus ei [27]) et consiliario et eius officio et quantas oportet de cetero eum, qui primae Galatiae iudex est [28]), habere pro se et consiliario et obedienti [29]) ei officio, quod vero ipsum pro dignitatis codicillis [30]) oportet praebere aut in divino nostro palatio, aut in praetorio gloriosissimorum praefectorum, per subiectam descriptionem omnibus fiet manifestum. Hanc nos dignitatem locis illis reddimus, ut laesis promtius [31]) adiutorium sit, et omnes in his habitantes locis liberemus his, quae hactenus apprehenderunt eos difficultatibus, quiete vero [32]) et tranquillitate perfrui [33]) universa administratio, locis [34]) praeponentes ad omnium [35]) de cetero iniquitatem et iniustitiam valentem sufficere.

Epi-

[1]) vero *Bk.* — [2]) proprium *Bk.* — [3]) militantium *Bk.* — [4]) *Bk.*; multos *Cod.* — [5]) datos *Bk.* — [6]) accipiens *Bk.* — [7]) Illo *Bk.* — [8]) iudici termino constituunt *Cod.*; iudice tantummodo constituto *Bk.* — [9]) superfluus *Bk.* — [10]) et opus *Cod.*; est usus *Bk.* — [11]) *Bk.*; habent *Cod.* — [12]) *Bk.*; obedire *Cod.* — [13]) *Bk.*; obediunt *Cod.* — [14]) *Bk. ed. ster.*; iurisdictione *Cod.* — [15]) ministrantes iure *om. Cod.*; ministrantes iuri *habet Bk.* — [16]) Ministrabunt vero ad *Bk.* — [17]) *Bk.*; auxilium maiores eget *Cod.* — [18]) *Leg. videtur* et. — [19]) transferat *Bk.* — [20]) *Bk.*; praetoris *Cod.* — [21]) in *om. Bk.* — [22]) *Bk.*; et *om. Cod.* — [23]) *Bk.*; ministrari *Cod.* — [24]) quem *Bk.* — [25]) congregabit *Bk.* — [26]) *Bk.*; annos *Cod.* — [27]) *Bk.*; eo *Cod.* — [28]) *Bk.*; et *Cod.* — [29]) obediente *Bk.* — [30]) *Bk.*; eo die illis *Cod.* — [31]) *Bk. ed. ster.*; provintiis *Cod.* — [32]) *Bk.*; quietiores *Cod.* — [33]) perfruatur *Bk.* — [34]) *Bk.*: est *Cod.* — [35]) omnem *Bk. ed ster.*

Ἐπίλογος.

Ταῦτα τοίνυν δῆλα τῇ σῇ ἐνδοξότητι καταστῆσαι συνείδομεν, ὥστε αὐτὴν γινώσκουσαν τὰ περὶ τούτου νῦν ἡμῖν παρασταντα, παραφυλάττειν εἰς τὸν ἑπειτα χρόνον, καὶ τὰς σιτήσεις αὐτῷ χορηγεῖν, καθὰ τῇ ὑποταγείσῃ παῤ ἡμῶν ἀπογραφῇ περιέχεται. Dat. XV. Kal. Oct. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XXI. [1]), post Basil. V. C. cons. anno VI. [547.]

Epilogus.

Haec igitur manifesta tuae gloriae facere visum est, ut cognoscens quae hac de re nunc nobis placuerint, observet in deinceps tempus, et annonas ei praebeat, quemadmodum in subiecta a nobis descriptione comprehenditur. Dat. XV. Kal. Oct. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XXI., post Basilii V. C. cons. ann. VI. [547.]

Epilogus. Haec igitur manifesta tuae gloriae constitnere praevidimus [2]), ut ea cognoscens, quae de hoc [3]) nunc nobis placuerunt, observare in deinceps tempus, et annonas ei ministrare, secundum quod [4]) quae subiecta est a nobis descriptio praebebit. Dat. XV. Kal. Oct. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XXI., post Basilii V. C. cons. ann. VI. [547.]

[1]) *Spang., Biener l. c. p.* 530.; XXV. *Scrimg.* — [2]) providimus *Bk.* — [3]) *Bk.*; quidem hec *Cod.* — [4]) *Bk.*; quod *om. Cod.* (*l*)

ΕΔΙΚΤΟΝ Θ'.[1])

Περὶ ἀργυροπρατικῶν συναλλαγμάτων.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Τριβουνιανῷ, ἐπάρχῳ πόλεως.

Προοίμιον.

Τὸ κοινὸν τοῦ συστήματος τῶν ἀργυροπρατῶν τῶν ἐπὶ ταύτης τῆς μεγάλης πόλεως ὄντων ἱκέτευσε τὸ ἡμέτερον κράτος, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἷς αὐτοῖς πεφιλοτιμήμεθα, καὶ νῦν καθ' ἕτερον αὐτοῖς βοηθῆσαι τρόπον. ἐδίδαξαν γάρ, τινὰς ἐποφλήσαντας ἢ καὶ ἐποφείλοντας καὶ ἀπαιτουμένους χρυσίον ἢ πράγματα, καὶ οὐκ ἔχοντας, ὅθεν τοῦτο διαλύσειαν, αἰτεῖν αὐτοὺς καθαρὰς ἀντιφωνήσεις ὑπὲρ αὐτῶν ὑπεισιέναι, καὶ ποτὲ μὲν αὐτὸ τοῦτο ἐν ὁμολογίαις συγγράφειν, ποτὲ δὲ διὰ τὴν ἐκ τοῦ συμβάλλοντος πίστιν καὶ ἀγράφως αὐτοῖς ἐντέλλασθαι τοῦτο ποιεῖν, ἑαυτοὺς δὲ ταῖς ἐκείνων αἰτήσεων ἐνδιδόντας ὁρίζειν χρόνον ῥητὸν πρὸς τοὺς ἐνοχλοῦντας αὐτοῖς, ὥσιε εἶσω τούτου πάντως τὸν ἀντιφωνητὴν καταθεῖναι τὸ ὀφλημα, ἑαυτοὺς [1]) δὲ ἐκείνοις ἀντιφωνεῖν, εἶτα τῆς προθεσμίας ἐνστάσης, ἁπραγμόνως ποιεῖν τὸ ἱκανὸν τοῖς τὰς ἀντιφωνήσεις δεχομένοις, ἀναλαμβανόντων τῶν ὑπευθύνων ἴσως καὶ τὰς δανειακὰς συγγραφάς, καὶ τὰς ὁμολογίας τὰς αὐτῶν, ἢ καὶ διαλύσεις λαμβανόντων, ὡς τὸ ἀσφαλὲς διὰ τῆς ἀντιφωνήσεως πεποιηκότων. πολλοὺς δὲ καὶ ἐπιτυχεῖν τινος βουληθέντας ἢ καὶ βουλομένους πράγματος ἐντέλλασθαι αὐτοῖς ὑπὲρ αὐτῶν ἀντιφωνῆσαι χρημάτων τινῶν ἢ πραγμάτων δόσεις, καὶ τοῖς μὲν κατορθοῦσθαι τὸ σπουδαζόμενον, αὐτοὺς δὲ ἀμελητὶ κατατιθέναι τὸ χρυσίον ἢ τὰ πράγματα, καὶ ἁπλῶς οὕτω γίνεσθαι τὰς ἀντιφωνήσεις, [οὐκ [2])] ἐντελλομένων αὐτῶν, καὶ μὴ ἄλλως τὸ χρυσίον ἢ τὰ πράγματα καταβάλλειν, πρὶν ἂν ὁ τὴν ἀντιφώνησιν λαμβάνων ἀπόδειξιν τῶν χρημάτων ἢ τῶν πραγμάτων ποιήσοιτο, ἢ κατάθοιτο ταῦτα εἰληφέναι. καὶ αὐτοὺς μὲν παρέχειν τὸ χρυσίον ἢ τὰ πράγματα, ὕστερον δὲ ἀμφισβήτησιν ἔχειν, ἐκείνων ἀποδείξεις ζητοῦντων τοῦ τὸ χρυσίον ἢ τὰ πράγματα δεδόσθαι. πρᾶγμα παντοίως ἀμήχανον καὶ φοβερὸν αὐτοῖς ὑπάρχον, ὁμοίως μὲν τὸ παρωχηκός, ὁμοίως δὲ τὸ ἐλπιζόμενον, ὅπερ τῶν ἀδυνάτων ἐστί. τίς γὰρ ἂν τῶν τὸ χρυσίον ἢ πράγματα ἀντιφωνηθέντων ἢ ἀντιφωνουμένων μὴ ἐπὶ τὸ ποιῆσασθαι

Edictum IX.

DE ARGENTARIORUM CONTRACTIBUS.

Imp. Iustinianus Aug. Triboniano, Praefecto Urbis.

Praefatio.

Commune collegii argentariorum, qui in hac magna urbe sunt, supplicavit potentiam nostram, ut praeter alia omnia, quae ipsis largiti sumus, alio nunc etiam modo sibi opitulari velimus. Docuerunt enim, quosdam, qui debuerint aut etiam debeant, quando pecuniae aut res ab ipsis repetuntur, et non habeant, unde hoc solvant, ab ipsis petere, ut pura constituta pro ipsis subeant, et alios quidem hoc ipsum in obligatoriis schedulis conscribere, alios vero propter contrahentis fidem et sine scripto ut hoc faciant ipsis mandare, ipsos autem, illorum petitionibus cedentes, iis, qui illis molesti sunt, certum tempus constituere, intra quod constituens omnino debitum solvat, se vero illis spondere, deinde dilatione finita iis, qui constituta susceperunt, satisfacere, ita ut debitores forte et mutui syngraphas, et confessiones suas recipiant, aut etiam apochas capiant, quasi securitate per constitutum facta; multos vero, quum parare sibi rem alicuius voluerint aut velint, ipsis mandare, ut pro ipsis pecuniam aut rem aliquam se daturos constituant, et illis quidem quod quaesierint obtingere, ipsos vero promte pecunias aut res praebere, et omnino ita mandantibus illis constituta fieri, et non aliter pecunias aut res solvere velle, priusquam qui constitutum accepit, probationem pecuniae aut rei fecerit, aut eas se accepisse demonstraverit; et se quidem dare pecunias aut res, postea autem quaestionem ipsis moveri, illis probationem datae pecuniae vel rei exigentibus. Quae res sane quam difficilis et formidabilis illis est, tum quod ad praeterita, tum quod ad futura, ut quae fieri nequit. Quis enim eorum, quibus pecuniae aut res constitutae fuerint vel constituantur, non ad faciendam probationem datorum, vel depositionem in actis, se haec accepisse, ad id velit venire? Saepe vero ipsos defatigatos etiam aliis cedere actiones, neque haec sibi actionem inferentibus opponi solum, verum etiam iis, quibus actiones cessae sint aut cedantur. Et petierunt, ut ab hac difficultate liberentur et si omnino purum mandatum factum sit aut fiat, ut pecunias aut res intra certum tempus solvant, electione

[1]) *Scrimg.*

[1]) *Agyl.*; ἑαυτὸν *Scrimg.* — [2]) οὐκ *bene eiecit Agyl.*

σασθαι τῶν διδομένων ἀπόδειξιν, ἢ κατάθεσιν ἐν ὑπομνήμασιν, ὡς ταῦτα εἴη λαβών, ἔλοιτο ἂν πρὸς τοῦτο ἐλθεῖν; πολλάκις δὲ αὐτοὺς παλαιπωρουμένους καὶ ἐκχωρεῖν ἑτέροις τὰς ἀγωγάς, καὶ ἀντιτίθεσθαι ταῦτα οὐκ αὐτοῖς μόνοις ἐνάγουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὰς ἀγωγὰς ἐκχωρηθεῖσιν ἢ ἐκχωρουμένοις. Καὶ ἤισαν ταύτης ἀπαλλαγήναι τῆς δυσκολίας, καί, εἴπερ ὅλως καθαρὰ γέγονεν ἢ γενήσεται ἡ ἐντολή, ὡς τὸ χρυσίον ἢ τὰ πράγματα ῥητῆς ἔσω προθεσμίας καταβάλλειν, αἱρέσεως οὐδεμιᾶς προκειμένης, ἅμα τῷ παρελθεῖν τὴν προθεσμίαν, ἐνοχον τὸν ἐντειλάμενον καθεστάναι τῇ τοῦ χρέους ἐκτίσει αὐτοῖς τε καὶ τοῖς παρ' αὐτῶν ἐκχωρηθεῖσιν ἢ καὶ ἐκχωρουμένοις, μὴ μόνον εἰ τοῦτο ἐγγράφως ἐντειλάμενοι τύχοιεν, ἀλλὰ καὶ εἰ ἀγράφως ἅπαν τὸ πρᾶγμα πραχθείη.

ctione nulla proposita, simulatque praefinitum tempus elapsum sit, obnoxius mandator existat debiti solutioni et ipsis, et quibus a se actiones cessae sint, aut etiam cedantur, nec solum, si hoc intervenient scriptura mandaverit, verum etiam si sine scripto totum negotium confectum sit

Κεφ. α'.

Ἡμεῖς τοίνυν βοηθῆσαι τῷ πράγματι βουλόμενοι (μετὰ μέντοι πάσης ἰσότητος καὶ δικαιοσύνης, καὶ ὥστε τοῦ λοιποῦ πᾶσι τρόποις ἀσφαλῶς προϊέναι ταῦτα) θεσπίζομεν, μὴ ἄλλως αὐτοὺς αἱρεῖσθαι τὰς ἀντιφωνήσεις ὑπεισιέναι, πρὶν ἂν ἔγγραφος αὐτοῖς περὶ τούτων γένηται ἐντολή, ἅπαν τὸ πρᾶγμα, ὅπως ποτὲ πραχθῆναι δέοι, σαφῶς διορίζουσα, μηδὲ ἐκ τῶν καλῶν τούτων πίστεων εἰς ὄλεθρον προφανῆ καθαρῶς ἐμπίπτειν. Εἰ δέ γε κατά τινα τρόπον ἔγγραφον μὲν μὴ γένοιτο, χρόνος δὲ ὁρισθείη, καὶ σιωπήσειεν ἐφ' ἅπασι τὸν χρόνον ἐκεῖνος, ὑπὲρ οὗ τὰ τῆς ἀντιφωνήσεως γένοιτο, καὶ μὴ μέμψοιτο, διαδράμοι δὲ καὶ ὁ χρόνος, εἶτα μηδὲ καιὰ ἄλλην δίμηνον αὐτὸ τοῦτο ἐν μέμψει ποιήσεται, πάντως τὸν ἐντειλάμενον καταβαλεῖν τῷ ἀντιφωνήσαντι τὸ χρέος, ὅπερ ἂν ἀποδειχθείη καιὰ γνώμην αὐτοῦ παρά τινος τῶν ἀργύρου τραπέζης προεστώτων ἀντιπεφωνημένον, καὶ μὴ δύνασθαι μηδὲ αὐτοῖς, μηδὲ τοῖς αὐτῶν κληρονόμοις, ἢ τοῖς παρ' αὐτῶν ἐκχωρηθεῖσιν ἢ ἐκχωρουμένοις τὸν τοιοῦτον ἀντιτίθεσθαι λόγον, ἀλλ' ἐκεῖνο κρατεῖν, ὅπερ ἂν ἡ τῶν ἐντολῶν δείξειε πίστις, εἰ μὲν ἐν γράμμασιν αὕτη προέλθοιεν, τοῦ δικάζοντος τοῖς γράμμασιν ἀκολουθοῦντος, εἰ δὲ ἄγραφον εἴη τὸ σύμφωνον, ταῖς ἐπὶ τούτῳ διδομέναις καιὰ τὸν νόμον ἀποδείξεσιν ἑπομένου. τούτων κρατούντων ἔπί τε τῶν ἤδη γενομένων καιὰ τοῦτον τὸν τρόπον, ἔπί τε τῶν ἐσομένων ἀντιφωνήσεων.

Cap. I.

Nos igitur succurrere rei volentes (cum omni aequitate tamen et iustitia, atque ut in posterum omni modo valide haec procedant), sancimus, non aliter eos eligere constituta subire, nisi scriptum de his mandatum ipsis detur, omnem rem quomodo fieri oporteat, luculenter definiens, nec ex hac bona fide in evidens exitium manifeste incidere. Si vero aliquo modo scriptum quidem mandatum factum non sit, tempus autem determinatum sit, et tacuerit per omne tempus ille, pro quo constitutum factum est, neque querelam moverit, decurrat vero etiam constitutum tempus, deinde neque intra alios duos menses hoc ipsum in querelam deduxerit, omnibus modis mandatorem solvere constituenti debitum, quod ex ipsius voluntate ab aliquo eorum, qui argentariae mensae praepositi sunt, constitutum esse probetur, et neque ipsis, neque ipsorum heredibus, aut quibus cessae ab ipsis sunt vel cedantur actiones, istiusmodi quiddam opponere posse, sed illud obtinere, quod mandati ostenderit tenor, si quidem in litteris illud processerit, litteras iudice sequente, si vero non scriptus contractus sit, probationibus ea de re secundum leges prolatis inhaerente. Atque haec quidem teneant et in iam factis ad hunc modum, et in futuris constitutis.

Κεφ. β'.

Εἰ δὲ καὶ τις αὐτοῖς ὑπεσχέθη ἢ ὑποσχεθείη θεραπεία διὰ γραμμάτων ἢ καὶ γραμμάτων χωρίς, ἀπόδειξις δὲ αὐτάρκης καὶ νόμιμος δοθείη ἢ διὰ τῆς τῶν γραμμάτων ἀναγνώσεως, ἢ διὰ τῆς ἐκ τῶν μαρτύρων πίστεως, καὶ ταύτην ἔχειν τὴν οἰκείαν ἰσχὺν βουλόμεθα, καὶ ἀπαιτεῖσθαι τὸ συμπεφωνημένον, πανταχῶς μηδενὸς ἀντικειμένου νόμου, ὡς ἔχρῆν πρόσκα ταῦτα, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ δόσει [1]) τινί, διὰ τὸ τὸν πάντα βίον αὐτῶν ἐκ τούτου συνίστασθαι, καὶ τόκους αὐτοὺς τελεῖν, καὶ συγγονόμια διδόναι, καὶ τῆς κοινῆς λυσιτελείας προβεβλῆσθαι, οὐχ ἵνα ζημιοῦντο, οὐδ' ἵνα πανταχοῦ ἄπορροι μένοιεν, ἀλλ' ἵνα ταύτην ἔχοιεν τῶν οἰκείων πόνων παραμυθίαν.

§. α'. Εἰ μέντοι γε λογισμούς, ἢ ἀντισυγγράφους, ἢ αὐτογράφους πεποίηνται ἢ ποιήσοιντο ἢ αὐτοὶ πρός τινας τῶν αὐτοῖς συμβαλόντων, ἢ ἐκεῖνοι πρὸς αὐτούς, ἐν οἷς ἡ εἰσκομιδὴ τῶν χρημάτων καὶ δαπάνη καταγέγραπται, καὶ γράμματα ἑτέροι αὐτοῦ τοῦ τῆς τραπέζης προεστηκότος, τοῦ γε ὑπογραφεως αὐτοῦ, οὓς Σαμαρείτας καλοῦσι, καὶ αὐθις τῶν συμβαλόντων πρὸς αὐτούς, ἢ διὰ παντὸς ὑπὸ τῆς τοῦ συμβαλόντος χειρὸς γεγραμμένους, ἢ ὑπογραφὴν ἔχοντας, μὴ δύνασθαι τοὺς συμβαλλοντας τὴν μὲν εἰσκομιδὴν τῶν χρημάτων, ἣν οἱ ἀργυροπράται καιὰ-

Cap. II.

Si quod vero etiam ipsis in scriptis aut sine scriptis auxilium promissum fuerit aut promittatur, probatio vero sufficiens et legitima aut ex scripturae aut ex testium fide recognitione conficiatur, etiam hunc suam vim habere volumus, ut quod pacto convenerit, exigi possit, nulla prorsus lege obsistente, quasi id gratis et non pro mercede quadam fieri oporteat, propterea quod omnis eorum vita hoc consistat, et usuras iis pendant, et mercedem pro habitatione dent, et communi utilitati prospiciant, non ut damnum sentiant, neque ut omnino alimonia destituantur, sed ut hoc habeant suorum laborum solatium.

§. 1. *Attamen si vel rationes, vel syngraphas vel autographa exponant aut exposuerint aut ipsi illis, qui cum ipsis contrahunt, aut illi ipsis, in quibus pecuniarum acceptum et expensa conscripta sunt, et scripturam praeferant ipsius mensae praepositi et scribae eius, quos Samaritos vocant, et rursum eorum, qui cum ipsis contraxerunt aut per omnia contrahentis manu scripta sunt, vel subscriptionem habent, non poterunt contrahentes pecuniarum quidem acceptum, quod argentarii in subscriptis vel autographis brevibus descripserunt, agnoscere, atque inde eos exigere, expensae vero*

[1]) *Agyl.*; ἐπιδόσει *Scrimg.*

καταγράφουσιν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις ἢ αὐτογράφοις βρεβίοις, δέχεσθαι, κἀντεῦθεν αὐτοὺς ἀπαιτεῖν, πρὸς δὲ τὴν τῆς ἐξόδου καταγραφὴν ἀντιλέγειν, ὡς οὐ γενομένην, μηδὲ αὖθις τοὺς ἀργυροτραπέζης προεστῶτας τὴν μὲν δαπάνην ἀπαιτεῖν, τὴν δὲ εἰςκομιδὴν μὴ δέχεσθαι. §. β'. Ἀλλ' εἴπερ ἐκ τῶν ἑκατέρωθεν προκομιζομένων ἀντισυγγράφων ἢ λογοθεσίων ἢ αὐτογράφων μαρτυρηθείη ἥ τε τῆς εἰςκομιδῆς, ἥ τε τῆς δαπάνης τῶν γραμμάτων πίστις, πάντως ἑκάτερον εἶναι πιστόν, καὶ μὴ τὸ μὲν κατ' αὐτῶν κρατεῖν, τὸ δὲ ὑπὲρ αὐτῶν ἄκυρον εἶναι, ἀλλὰ ἀπαιτεῖσθαι, ὅσα τὰ λογοθέσια δείξειε, πλὴν εἰ μὴ θάτερον ἢ ἑκάτερον μέρος πλάνην ψήφου ἢ περὶ τόκον βλάβην ὑπομεμενηκέναι δείξειε. εἰ γάρ τι τοιοῦτο προφανῶς δειχθείη, τῆς κατὰ νόμον διορθώσεως τοῦτο ἀξιοῦσθαι θεσπίζομεν, ὥςτε ἕκαστον τοῦ δικαίου καὶ τῆς ἰσότητος ἀπολαύειν.

Κεφ. γ'.

Καὶ τοῦτο δὲ ἐδίδαξαν, ὥς τινες ἐξ αὐτῶν ὁμολογίας παρὰ πλειόνων κομισάμενοι, καὶ ταύτας ἀλληλεγγύως ἢ κατὰ μανδάτον, εἶτα τὸ πλεῖστον τοῦ χρέους εἰληφότες, καὶ ὀλίγου τινὸς ὄντος τοῦ ὑπολελειμμένου, ἐπὶ τῷ τοῦ χρέους ἐλλείμματι ἔξωθεν παρ' ἑνὸς αὐτῶν ἢ δύο λαβόντες ὁμολογίας, ὡς εἴσω ῥητοῦ χρόνου ταῦτα καταθήσουσιν, διαλύσεις τυχὸν ἢ ὁμολογίας ἔθεντο πρὸς ἅπαντας, συμβέβηκε δὲ ἢ τὸν ἕνα ἢ καὶ πλείονας τῶν πεποιηκότων τὴν τῆς λοιπάδος ὁμολογίαν, τελευτῆσαι, καὶ τοὺς κληρονόμους μὴ αἱρεῖσθαι τὸ παρ' αὐτοῦ ἢ αὐτῶν διομολογηθὲν χρυσίον δοῦναι. Θεσπίζομεν οὖν, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, τὸ ταῖς ὁμολογίαις περιεχόμενον χρυσίον, καὶ παρὰ τοῦ τελευτήσαντος ἢ τῶν τελευτησάντων διομολογηθὲν ἐν γράμμασι τοὺς αὐτῶν εἰςπράττεσθαι κληρονόμους μετὰ τοῦ συμπεφωνημένου τόκου.

Κεφ. δ'.

Εἰ δέ τινες ἐδανείσαντο ἢ δανείσοιντο παρ' αὐτῶν ἐνέχυρα δόντες, εἶτα ἐν ταῖς δανειακαῖς συγγραφαῖς ἐπέτρεψαν ἢ ἐπιτρέψαιεν τῆς ἐκ διαπράσεως τῶν ἐνεχύρων πίστει αὐτῶν γινομένης τὸ τούτων τίμημα εἰς τὸ χρέος λογίζεσθαι, οἱ δὲ τοῦτο πράξαιεν, μὴ πολυπραγμονεῖσθαι αὐτούς, μηδὲ πράγματα ὑπὲρ τούτων ἔχειν, ἀλλ' ὀμνύντας, ὁπόσης τιμῆς τὰ ἐνέχυρα πεπράκασι, πιστεύεσθαι, καὶ ἀρκεῖν τοῦτο αὐτοῖς πρὸς πᾶσαν ἀγνωμοσύνης ἀναίρεσιν. Εἰ δέ τις ἀγράφως δανειζόμενος ἐνέχυρα δοίη, ἢ σφραγίσας αὐτά, ἢ καὶ σφραγίδων χωρίς, ἀνάγκην ἔχειν τὸν δανεισάμενον ἢ λαμβάνειν τὰ ἐνέχυρα, ἐπιγινώσκοντα τὰς σφραγῖδας, ἢ καὶ αὐτὰ μὴ σφραγισθέντα [1]), καὶ ἀποπληροῦν τό τε κεφάλαιον, τόν τε συμφωνηθέντα τόκον, ἢ εἴπερ οὐκ ἔχει χρυσίον ὁ ὀφειλέτης, εἰς τὴν ἀξίαν διατίμησιν ταῦτα καταλιμπάνειν, καὶ τὸ ὑπόλοιπον πληροῦν, οὐ δυνάμενον λέγειν, ὡς δεῖ αὐτὸν ἀρκεσθῆναι τοῖς ἐνεχύροις, κἂν εἰ ἐλάττονος εἶεν ποσότητος, ἀλλ' ἐκ τρόπου παντὸς πληροῦν πᾶν τὸ χρέος, ὅσον ἂν μετὰ τοῦ συμφωνηθέντος λογισθείη τόκου. Εἰ δὲ καὶ ὁρισθείη χρόνος ἐπὶ τῷ δανείσματι, ἐνεχύρων ἅπαξ δεδομένων, ἢ ἐσφραγισμένων ἢ ἀσφραγίστων, εἴσω δὲ τοῦ χρόνου μὴ γένηται τὸ ἱκανόν, ἄλλος δὲ τοσοῦτος παρέλθῃ χρόνος, ἐξεῖναι αὐτούς, ἀκριβοῦς διατιμήσεως γινομένης, παρόντων καὶ ταβουλαρίων, καὶ τῶν θείων προκειμένων λογίων, καὶ διατιμητῶν παραλαμβανομένων, διατιμᾶσθαι ταῦτα, καὶ ἑαυτοῖς λογίζεσθαι, εἴτε ἐξαρκεῖ εἰς τὸ χρέος, εἴτε καὶ εἰς μέρος τοῦ χρέους.

Κεφ. ε'.

[1]) Agyl.; ῥᾳδιουργηθέντα Scrimg.

vero scripturae contradicere, tanquam non factae, neque rursus argentariae mensae praepositi expensam quidem exigere, acceptum vero non agnoscere.

§. 2. *Verum si ex antisyngraphis, vel rationibus, vel autographis ab alterutra parte prolatis probetur, et tam de acceptis, quam de expensis litterarum veritas, utrumque omnino ratum sit, neque alterum quidem contra ipsos valebit, alterum vero pro ipsis irritum erit, sed exigatur, quantum rationes monstrent, nisi alterutra aut utraque pars errorem calculi, aut laesionem in usuris demonstraverit. Si enim tale quiddam evidenter commonstretur, id secundum legem emendatione dignum censemus, ut quisque iustitia et aequitate fruatur.*

Cap. III.

Hoc vero etiam nos docuerunt, quosdam ex iis, postquam a pluribus confessiones acceperunt, easque ex mutua fideiussione aut ex mandato, deinde plurima debiti parte percepta, et exigua quadam reliqua, propter debiti reliquum extrinsecus ab uno aut duobus illorum confessione accepta, se intra certum tempus ista persoluturos esse, apochas forte aut confessiones pro omnibus edere, contigisse vero aut unum aut plures eorum, qui reliquorum obligationem subiissent, mori, et heredes pecuniam ab illo aut illis professam exsolvere nolle. Sancimus igitur, si haec ita se habeant, pecuniam in confessionibus comprehensam, et a defuncto aut defunctis in scripto professam ab heredibus cum stipulatis usuris exigi.

Cap. IV.

Quodsi vero aliqui datis pignoribus ab illis mutuati fuerint aut mutuentur, deinde in mutui syngraphis permiserint aut permittant, ut venditione pignorum sub ipsorum fide facta, eorum pretium in debitum imputetur, illi vero hoc fecerint, non molestentur illi, neque propter hoc negotia sustineant, sed iurantibus, quanti pretii pignora vendiderint, credatur, idque ipsis ad omnis improbitatis abolitionem suppeditet. Si quis vero sine scripto mutuatus pignora det, aut obsignans ea, aut etiam sine sigillo, necesse habebit, qui mutuatus est, aut pignora recipere, agnoscens sigilla, vel etiam ipsa levius tractata, et adimplere et sortem, et stipulatas usuras, aut si pecuniam non habeat debitor, ad iustam aestimationem illa dimittere, et reliquum supplere, neque dicere poterit, illum pignoribus, quanquam minoris aestimationis sint, contentum esse oportere, sed omni modo omne debitum explere, quantum cum pactis usuris in rationem deductum fuerit. Si vero etiam tempus praefinitum sit in mutuo, datis omnino pignoribus sive obsignatis, sive non obsignatis, intra id tempus vero satisfactio non processerit, tantum vero aliud elabatur tempus, liceat ipsis, accurata aestimatione facta, praesentibus et tabulariis, et sacris eloquiis propositis, et aestimatoribus adhibitis, ea aestimare, et illis imputare, sive ad plenum debitum sufficiant, sive etiam ad partem debiti.

Cap. V

Κεφ. ε'.

Καὶ τοῦτο μέντοι ἰάσασθαι ἤτουν, ὥστε, διὰ τὸ τὸν βίον αὐτοῖς ἐν τῷ δανείζειν καὶ δανείζεσθαι καθεστάναι, καὶ ἀντιφωνεῖν ὑπὲρ ἑτέρων, καὶ τόκους τελεῖν, μὴ ἀντιτίθεσθαι αὐτοῖς τὴν ἡμετέραν διάταξιν ἐν τοῖς δανείσμασιν, ἣν ἐγράψαμεν, μηδενὶ συγχωροῦντες ὑπὲρ τὸ διπλάσιον κομίζεσθαί τι, εἴπερ τοσαύτην καταβάλοι ποσότητα, ὅσην τό τε ἀρχαῖον, οἵ τε τόκοι πληροῦσιν. Ἡμεῖς τοίνυν τὴν μὲν διάταξιν εἰς τὸ ἑξῆς παραβαθῆναι παντελῶς οὐ βουλόμεθα, τὸ δὲ παρελθόν, ὅπερ οὐκέτι δέχεται παντελῶς ἐπιβουλὴν οὐδεμίαν, τοῦτο αὐτοῖς θεραπεύοντες θεσπίζομεν, ἐπὶ τῶν ταῖς ἀληθείαις ἀργυροπρατικῶν συναλλαγμάτων τῶν μέχρι τήμερον πραχθέντων ἄδειαν αὐτοῖς εἶναι, καὶ εἰ τύχοιεν τόκοι ὑπὲρ τὸ διπλάσιον ἐπὶ τούτοις τοῖς χρέεσι δεδομένοι, εἰσπράττειν αὐτοὺς τὰ ὀφειλόμενα μετὰ τοῦ ὡρισμένου τόκου, οὐκ ἀναγκαζομένων ὑπολογίζεσθαι οὔτε εἰς ἀρχαῖον ὄφλημα τὰ ἤδη ὑπὲρ τὸ κεφάλαιον καταβεβλημένα, καὶ μὴ ἀντικεῖσθαι αὐτοῖς ἐπὶ τούτῳ καὶ μόνῳ τὴν ἡμετέραν διάταξιν τὴν τοῦ διπλασίονος, ἀλλὰ κατὰ τὴν φύσιν τῶν συμβολαίων ταῦτα αὐτοὺς ἀπαιτεῖν, ἀλλ' οὐδὲ αὐτῶν ἀποχρῆσθαι δυναμένων πρὸς τοὺς ἤδη συμβεβληκότας αὐτοῖς τῇ παρ' ἡμῶν τεθείσῃ διατάξει, οὐδὲ δυναμένων λογίζεσθαι τοὺς ἤδη καταβεβλημένους τόκους ἢ εἰς τὸ διπλοῦν τοῦ τόκου, ἢ εἰς τὸ ἀρχαῖον ὄφλημα.

Cap. V.

Et huic porro medicinam adhiberi cupierunt, ut, quoniam mutuo et dando et accipiendo, et pro aliis constituendo, et usuras pendendo vitam tolerent, ipsis in mutuationibus nostra non opponatur constitutio, quam scripsimus qua nemini ultra duplum accipere quidquam permittimus, si tanta quantitas solvatur, quantam tam sors quam usurae efficiant. Nos igitur in posterum quidem eam legem omnino violari nolumus, quod vero praecessit, quia non recipit omnino machinationem, huic ipsis medentes sancimus, ut in veris contractibus argentariorum ad hunc diem factis, facultas ipsis sit, etsi usurae supra duplum pro iis debitis datae sint, exigant ipsi debita cum constitutis usuris, ita ut neque in usuras, neque in antiquum debitum, quae supra sortem iam soluta sunt, imputare compellantur, nec ipsis in hoc et solo nostra de duplo constitutio obstet, sed secundum contractuum naturam ea exigant; verum neque ipsi adversus eos, qui cum ipsis iam contraxerunt, nostra constitutione abutantur, neque imputare possint solutas iam usuras aut in duplum usurarum, aut in antiquum debitum.

Κεφ. ς'.

Ἐπειδὴ δὲ συνεχωρησαμεν χωρὶς ἐνόπλου στρατείας τοῖς ἀργύρου τραπέζης προεστῶσιν ἐπὶ ταύτης τῆς εὐδαίμονος πόλεως τὰς ἄλλας πάσας μετιέναι στρατείας, εἶτα ἐκεῖνοι δανείσματα πράξαντες ἢ καὶ πράττοντες τόκον ἐπερώτησαν τὸν ἐκ διμοίρου μέρους, ὁποῖον τοῖς ἀργυροπράταις ἐφήκαμεν, οἱ δὲ ἀγνώμονες ταῦτα πάντα ἀντιτίθεῖεν αὐτοῖς τὰς στρατείας [1]), λέγοντες, προσήκειν αὐτοὺς οὐ τὸν ἀργυροπράταις ἀλλὰ τὸν στρατευομένοις πρέποντα τόκον κομίζεσθαι, ταύτην αὐτῶν τὴν ἄλογον καὶ ἀγνωμονεστάτην ἀντίθεσιν παντελῶς σχολάζειν θεσπίζομεν, καὶ τὰ συμπεφωνημένα ἢ καὶ συμφωνούμενα κρατεῖν. §. α'. Ἀλλ' οὐδὲ ἡμῖν ἀρέσκει περὶ τῶν ἀργυροπρατικῶν συναλλαγμάτων αἰτεῖν τινας ἢ παντελῶς μὴ διδόναι κεφάλαια ἢ τόκους, ἢ τὸ ἔτι τούτων χεῖρον λόγῳ, ὥστε νομίμων τόκων διδομένων εἰς τὸ ἀρχαῖον λογίζεσθαι. Καὶ τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν συναλλαγμάτων τῶν πρὸς ἀργυροπράτας γενομένων ἢ γινομένων κρατεῖν βουλόμεθα.

Cap. VI.

Quoniam vero permisimus argentariae mensae praepositis, excepta urbana militia, cum omnibus aliis militiis in hac alma urbe commercium instituere, deinde illi, quum mutuum dedissent aut etiam darent, bessilcs usuras, quantas argentariis concessimus, stipulati sint, hi vero omnimodo iniqui opponant ipsis militias, licentes aequum esse eos non quae argentariis, sed quae militantibus conveniant, usuras capere, hanc eorum iniquam et improbissimam obiectionem vacare omnino iubemus, et quae pacto convenerint aut etiam conveniant obtinere.

§. 1. *Neque vero id nobis placet, quod de argentariorum contractibus nonnulli petunt, ut omnino non dentur aut sortes aut usurae, vel, quod iis etium peius est, ut quae legitimae usurae dantur, sorti imputentur. Etenim hoc in contractibus, qui cum argentariis initi sunt aut ineuntur, obtinere volumus.*

Κεφ. ζ.

Ἓν δὲ δὴ καὶ τοῦτο τῶν αἰτουμένων ἐστὶ παρ' αὐτῶν, ὅτιπερ πολλάκις τινὲς τῶν ὑπευθύνων αὐτοῖς καθεστώτων, εἶτα ἑτέρους ἔχοντες ὑπευθύνους, οὐχ ἑαυτοὺς ἐκεῖθεν πληροῦσιν, ἀλλὰ παρασκευάζουσι ταῖς αὐτῶν γαμεταῖς προφάσει προικός, ἢ παραφέρνων, ἢ χρεῶν δήθεν ἄλλων τοῦτο καταβάλλειν, καὶ διαλύσεις παρ' αὐτῶν ἤγουν ἀποδείξεις κομίζεσθαι, ἐκείνων δὲ εἰς ἐλάττωσιν ἐλθόντων ἢ ἐρχομένων, ἢ καὶ τελευτησάντων, ἢ καὶ μετὰ ταῦτα τελευτώντων, εἶτα αὐτῶν βουλομένων τὸ χρέος ἀπολαμβάνειν τοῦτο, τῶν γαμετῶν ἐκεῖνα μὲν λελῃθότως κομισαμένων ἢ καὶ μετὰ ταῦτα κομιζομένων, ὁλόκληρα δὲ ἀντιτιθεισῶν αὐτοῖς τὰ ὀφλήματα, ὥστε ἐντεῦθεν αὐτοῖς διαπίπτειν τὰ τῆς ἐλπίδος. Καὶ ἤτησαν, εἴ τι τοιοῦτο γέγονεν ἢ μετὰ ταῦτα ὡς εἰκὸς γενήσεται, ἀνάγκην ἔχειν τοὺς τὰς διαλύσεις παρὰ τῶν γυναικῶν κομιζομένους, ἢ τὰς ἀπαλλαγάς, ἢ εἴ τι συμβόλαιον γέγονεν ἢ γενήσεται ὅλως, τοῦτο

Cap. VII.

Unum vero etiam hoc inter petita eorum est, quod persaepe nonnulli, qui ipsis obnoxii sunt, deinde, quum alios obnoxios habeant, ab istis sibi non satisfaciant, sed id suis uxoribus solvendum praetextu dotis, vel paraphernorum, vel aliorum debitorum, et ab iis apochas sive solutionis probationes ferendas procurent, illi vero, quum ad inopiam devenerint aut deveniant, vel mortui sint etiam aut postmodum moriantur, deinde ipsi debitum hoc accipere velint, uxores, licet latenter illa acceperint aut postea accepturae sint, integra tamen ipsis debita opponant, ut inde ipsorum spes concidat. Et petierunt, ut, si quid istiusmodi factum sit aut posthac forte fiat, necesse habeant, qui apochas a mulieribus acceperint, aut liberationes, aut si quod documentum factum sit aut omnino fiat id proferre heredibus ad probationem eorum, quae gesta sunt, ne uxores, quibus nihil debetur, emolumentum sentiant, ipsi vero, quibus debetur, defrau-

[1]) *Agyl. expungere voluit πάντα et τὰς στρατείας, sed praestat fortasse emendare καὶ τὰ πάντα.*

τοῦτο προκομίζειν, καὶ κληρονόμων αὐτῶν εἰς ἔλεγχον τῶν γενομένων, ὥστε μὴ τὰς μὲν γαμετὰς καὶ μὴ ὀφειλομένας λαβεῖν, καὶ αὐτοὺς δὲ καὶ ὀφειλομένους ἀποστερηθῆναι. Θεσπίζομεν, εἴ τι τοιοῦτον γέγονεν ἢ γενήσεται, ἀναγκην μὲν ἔχειν αὐτοὺς προκομίζειν τὰ συμβόλαια, βλάβης μέντοι πάσης χωρίς, καὶ οὐ δυναμένων αὐτῶν ἐκ τῆς προκομιδῆς οὐδεμίαν ὑπομένειν ζημίαν (μεμνήμεθα γὰρ τῆς ἡμετέρας διατάξεως, ἥπερ τὰς ἠναγκασμένας τῶν δικαιωμάτων προκομιδὰς ἀβλαβεῖς βούλεται γίνεσθαι τοῖς προκομίζουσιν), ἀλλ' ἐκείνους μὲν τὰ συμβόλαια προκομίζειν καὶ αὖθις ἀντιλαμβάνειν, εἴ δέ τινα ἐντεῦθεν ὄνησιν ἔχειν δυνηθεῖεν οἱ τὴν προκομιδὴν ἀναγκάσαντες γενέσθαι πρὸς τὰς γυναῖκας, ταύτην παρ' αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον εὑρίσκειν, οὐδὲν παντελῶς τῶν προκομισάντων βλαβῆναι διὰ τὴν προκομιδὴν συγχωρουμένων. §. α'. Εἰ δὲ ἀντισυγγράφους ἔθεντο πρός τινα ὁμολογίας, ἢ διαλύσεις, ἢ καὶ ὁλαοῦν συνθήκας, ἢ καὶ μετὰ ταῦτα ποιήσαιεν, καὶ αἱ παρ' αὐτοῖς κείμεναι κατὰ διαφόρους τρόπους ἀπώλοντο, ἀναγκάζεσθαι τοὺς ἔχοντας τὰ ἀντισύγγραφα προκομίζειν, ἢ ὅρκον παρέχειν, ὡς οὐδὲν τοιοῦτον ἔχουσιν, οὔτε προκομίσαι δυναιοὶ καθεστήκασιν. Εἰ γὰρ τοῦτον τὸν ὅρκον ἐν ὑπομνήμασι παράσχοιεν, αὐτοὺς οὐ χρὴ περαιτέρω πολυπραγμονεῖσθαι. Οὐδεὶς δὲ ὑπερβήσεται τὸ μέτρον τῆς ἡμετέρας διατάξεως προιφάσει σπορτούλων ἢ δικαστικῶν δαπανημάτων, τὴν ποινὴν εὐλαβούμενος τὴν ἐπικειμένην τοῖς τὰ τοιαῦτα πράττουσιν.

fraudentur. Sancimus igitur, ut, si tale quid factum sit aut fiet, necessitatem illos quidem habere instrumenta proferendi, attamen absque omni damno, et ut nullam laesionem ex prolatione sustineant (meminimus enim nostrae constitutionis, quae coactas documentorum productiones innoxias iis, qui proferunt, esse vult), sed proferre illos quidem instrumenta, et rursus recipere; et si vero inde aliquam utilitatem, qui mulieribus productionem facere coacti sint, habere possint hanc secundum legem ex ipsis sentiant, nulloque prorsus damno, qui protulerint, ob prolationem afficiantur.

§. 1. *Si vero antisyngraphas ad aliquem confessiones, vel liberationes, vel etiam qualescunque conventiones exposuerint aut posthac etiam exponant, et quae apud ipsos manserint modo aliquo perierint, volumus, ut qui adversarias syngraphas habent, eas proferre, aut se nihil istiusmodi habere vel proferre posse, iusiurandum dare cogantur. Si enim hoc iusiurandum apud acta monumentorum praestitum fuerit, non ulterius illos molestia affici oportet. Nemo vero sub praetextu sportularum, vel iudicialium expensarum nostrae constitutionis modum transcendere audeat, poenam, quae talia committentibus imminet, reveritus.*

Κεφ. η'.

Ἐπεὶ δὲ ἀρχόμενοι τῶν δεήσεων ἤτησαν, ὥστε καὶ τὴν σὴν ὑπεροχὴν προνοεῖν αὐτῶν, καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν ὑποθέσεων τῶν ἐπαγομένων αὐτοῖς, καὶ εἴ τινας ἐνόχους ἔχουσιν, ἢ ἕτεροι πρὸς [1]) αὐτούς, τούτων ἀκούειν κατὰ τὸ τοῦ ἰδικοῦ δικαστοῦ σχῆμα, διὰ τὴν περὶ τοὺς νόμους ἀκρίβειαν, καὶ τὴν τοῦ δικαίου τήρησιν, καὶ τὸ τρόπους ἐξευρίσκειν ῥᾳδίως, δι' ὧν ἔξεστι καὶ τὰ σφόδρα δοκοῦντα δύσκολά τε καὶ ἑτέροις οὐκ ἐφικτὰ διαλύειν, θεσπίζομεν, κατὰ τὰ παρ' ἡμῶν θεσπισθέντα καὶ ἀκροᾶσθαι αὐτῶν κατὰ τὸ τοῦ ἰδικοῦ δικαστοῦ σχῆμα, ἐναγόντων τε καὶ ἐναγομένων, καὶ τὰ παρῳχηκότα διαθεῖναι κατὰ τόνδε τὸν νόμον, καὶ καθάπερ ἂν ὀρθῶς ἔχειν συνίδοις, καὶ τοῦ μέλλοντος προνοεῖν, ὥστε νενομισμένην τινὰ καὶ πρέπουσαν βοήθειαν παρ' ἡμῶν [2]) αὐτοῖς ἐπιδοθῆναι. Δεῖ γὰρ τοὺς ἐνόχους γινομένους ὑπὲρ ἁπάντων καὶ χρησίμους ἑκάστῳ φαίνεσθαι σπεύδοντας, καὶ ἐξαιρέτου τινὸς ἀπολαῦσαι βοηθείας. πάντων δηλαδὴ τῶν τε νῦν [3]) τε προὼην πεπορισμένων αὐτοῖς ἢ ἐξ ἡμετέρων νόμων, ἢ ἐκ θείων πραγματικῶν τύπων, ἀκεραίων φυλαττομένων, καὶ χώραν ἐχόντων ἔπί τε τῶν προγεγενημένων φάκτων, ἔπί τε τῶν μετὰ ταῦτα γενησομένων.

Cap. VIII.

Quoniam vero supplicationem instituentes petierunt, ut etiam tua excellentia curam ipsorum suscipiat, et lites ipsis illatis audiat, et si quos obligatos habeant, aut alii ipsos, his secundum modum peculiaris iudicis audientiam praebeat, propter exactam circa leges curam et iuris custodiam, et facilem rationis inventionem, qua quae valde difficilia videntur, et ab aliis vix assequenda dissolvi queant, sancimus, ut secundum ea, quae a nobis constituta sunt, et ipsos, sive actores sive reos, in peculiaris iudicis modum audias, et praeterita secundum hanc legem componas, et quemadmodum aequum tibi videbitur, et futuris curam adhibeas, ut legitimum quoddam ipsis ac decens a nobis accedat auxilium. Convenit enim, ut qui pro omnibus se obstringunt, ac cuique utiles se exhibere student, eximio etiam aliquo fruantur auxilio; omnibus videlicet, quae et hoc tempore et olim aut nostris legibus, aut sacris pragmaticis formis concessa ipsis sunt, illaesis servandis, et in iis, quae iam antea facta sunt et quae posthac fient.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασταντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ δηλούμενα νόμου ἥ τε σὴ ἐνδοξότης καὶ πᾶς δικαστὴς ἕτερος τῆς ἡμετέρας πολιτείας βέβαια φυλαξάτω [4]). ΕΛ.

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt ac per hanc sacram pragmaticam declarantur legem, ea gloria tua et quilibet alius reipublicae nostrae iudex firma servet.

Ed.

[1]) *Agyl. recte censet* πρὸς *delendum esse.* — [2]) *Agyl. mavult* ὑμῶν. — [3]) *Agyl.*; τε ναυτῶν *Scrimg.* — [4]) *Subscriptio deest, quia autem ad Tribonianum data est const., non post annum* 545. *p. Chr. eam scriptam esse censet Biener l. c p.* 530.

ΕΔΙΚΤΟΝ ι'.[a])

Περὶ ταξεωτῶν.

Προοίμιον.

Τὴν τῶν ἐπιχωρίων βουλευτῶν [1]) ἐπιβουλήν, ἣν περὶ τὸ δημόσιον ἔχουσιν, ἐξ αὐτῶν πολλάκις ἔγνωμεν τῶν πραγμάτων

Κεφ. α'.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἐδιδάχθημεν καὶ τοῦτο ἓν εἶναι τῆς αὐτῶν θρασύτητος, τὸ τὰ δημόσια μὲν ἐν χερσὶ λαμβάνειν, ἔσω δὲ τῶν ἱερῶν χωρίων ἑαυτοὺς καταχρύπτειν, καὶ οἴεσθαι ταύτῃ διαδιδράσκειν τὰς ἐφ' αἷς εὐθυνθῆναι δίκαιοι καθεστᾶσι ποινάς, θεσπίζομεν τὴν σὴν ὑπεροχήν (τοῦτο ὅπερ δὴ καὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις τῶν ἐπαρχιῶν ἐπισκόποις ἐγράψαμεν), ὥστε εἴ τινες αὐτῶν προσφύγοιεν εἰς τοὺς θείους περιβόλους, ἄδειαν εἶναι τῇ σῇ ὑπεροχῇ τούτους προστάττειν ἔξω γίνεσθαι τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης, εἶναί τε ἐν ᾧπερ ἂν βουληθείης τόπῳ. τούτου δὲ προσταχθέντος, ἀνάγκην ἔχειν τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἔξω καθιστᾶν αὐτοὺς τῶν ἱερῶν χωρίων, τὸν καλούμενον λαμβάνοντας λόγον, ὅτι περ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, ἐν [2]) οἷς ἀπελθεῖν αὐτοὺς τοὺς δημοσιεύοντας ἄγειν ἐπὶ τοὺς εἰρημένους τόπους χωρὶς τῆς οἱασοῦν δυσκολίας. Καὶ τοῦτο τοίνυν ἡ σὴ ὑπεροχὴ ταῖς καιὰ τῶν ταξεωτῶν χρήσθω προσιάξεσι. κἀκεῖνο γὰρ ἠπείληται τοῖς τε θεοφιλεστάτοις [3]) αὐτῶν κληρικοῖς, ὡς εἴπερ μὴ βουληθεῖεν αὐτοὺς μετὰ τοῦ καλουμένου λόγου τῆς ἐπαρχίας ἐκβαλεῖν, καὶ εἰς τοὺς τόπους, εἰς οὓς ἀπεσιάλησαν, ἄγειν μετὰ τῆς τοῦ λόγου πίστεως, καὶ [4]) τῷ ἴσῳ τῶν ἱερῶν χωρίων ἐκεῖσε διαιρίβειν, ὁἰκοθεν, ἀλλ' οὐχὶ ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πόρων, οὗτοι τὸ ἀζήμιον τοῖς δημοσίοις περιποιήσουσιν, οὐδὲ αὐτοῦ τοῦ περὶ τὴν ἱερωσύνην ἐξῃρημένοι κινδύνου.

Ἐπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παρασταντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ δηλοίμενα νόμου ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω.

ΕΔ.

Edictum X.

DE APPARITORIBUS PRAESIDUM.

Praefatio.

Provincialium apparitorum dolum, quem circa fiscum habent, saepe ex ipsis rebus didicimus.

Cap. I.

Quoniam autem etiam hoc unum ipsorum audaciae caput esse edocti sumus, quod fiscalia quidem in manus accipiunt, deinde vero in sacris locis se occultant, et hac ratione poenas, quibus subiici merentur, effugere existimant, sancimus, (id quod et dei amantissimis provinciarum episcopis scripsimus), ut, si qui illorum in sacra septa confugiant, in potestate tuae excellentiae sit, hos relinquere iubere illam provinciam, et in quocunque velis loco esse; quod vero cum iussum fuerit, dei amantissimis episcopis necessitas incumbat illos ex sacris locis producendi, postquam acceperunt fidem quae dicitur, tutos se fore in illis locis, in quos discedere iussi sint et ministros publicos ipsos ducturos esse in illos locos sine ulla difficultate. Ad hunc igitur modum in cohortales excellentia tua imperio utatur. Illud enim etiam dei amantissimis episcopis et ipsorum clericis interminati sumus, nisi velint eos cum fide quae dicitur ex provincia eiicere, et in loca, in quae directi sunt, cum fide eos ducere, ob sacrorum autem fortasse locorum privilegium eos illic morari sinant, ipsos de suo, minime vero de ecclesiasticis proventibus, fisco indemnitatem praestituros, neque a sacerdotii ademtione liberos futuros esse.

Epilogus.

Tua igitur excellentia quae nobis placuerunt et per hanc sacrum pragmaticam manifestantur formam operi et effectui tradere studeat.

Ed.

---

[a]) *Scrimg.*

[1]) *Bene emend. Agyl.* ταξεωτῶν. — [2]) *Hunc locum depravatum esse nemo non videt. Agylaeus aliique hoc et quod antecedit ἓν mutare voluerunt in ἐξ, certe ex Agylaei interpretatione latina id videtur apparere; equidem magis credo post* ἀπελθεῖν *vel potius post* αὐτοὺς *excidisse quaedam, ut in versione latina significavi.* — [3]) *Addendum videtur* ἐπισκόποις καὶ τοῖς, *ut vidit Agyl.* — [4]) *Etiam huius loci pravitati Agyl. in interpretatione latina mederi studuit.*

ΕΛΙΚΤΟΝ ια'.[a])

Ὡςτε μηδεμίαν ἄδειαν ἔχειν τοὺς παρ' Αἰγυπτίοις ζυγοστάτας τε καὶ χρυσῶνας τοῦ λοιποῦ ὑπὲρ ὀβρύζης τι ἀπαιτεῖν, ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως τὸ χαραττόμενον ἐκεῖσε χρυσίον γίνεσθαι, τὰς δὲ σφραγῖδας ἐνιδρύεσθαι αὐτοὺς κατὰ τὸν σωζόμενον ἐν τῷ χαράγματι σταθμόν.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Πέτρῳ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν ἱερῶν πραιτωρίων τὸ ϐ΄ εὐτέρον, καὶ ἀπὸ κομήτων τῶν θείων λαργιτιώνων τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὸ ὑπάτων.

Προοίμιον.

Τὴν παρ' Αἰγυπτίοις λεγομένην ὄβρυζαν τοῖς ἄνωθεν μὲν χρόνοις οὐκ ἐγνωσμένην, ὀλίγῳ δὲ πρόσω ἐναρξαμένην τοῖς ἐπ' Αἰγύπτου συναλλάγμασιν ἐνοχλεῖν, καὶ εἰς τοσοῦτον ἀτοπίας ἐκβᾶσαν, ὡς ἑννέα χρυσοῦς ἐφ' ἑκάστῃ παρέχεσθαι λίτρᾳ, πρὸς τὸ λοιπὸν ἀναστεῖλαι καὶ παῦσαι δεῖν ἡγησάμεθα, εἰς ἃν μὴ μέλλῃ καὶ τῷ δημοσίῳ λυμαίνεσθαι, καὶ τοῖς τῶν ὑποτελῶν παρενοχλεῖν συναλλάγμασι, μάλιστα ὅτι καὶ τὸ πλεῖσιον, ὡς ἔγνωμεν, ἐπ' αὐτῆς μόνης τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων ἐξετάθη τὸ τοῦ πράγματος ἄτοπον, οὐχ οὕτω κατ' Αἴγυπτον ἢ τὰς ἄλλας πόλεις τῆς διοικήσεως ἐκείνης τῆς ἐπαρχίας πολιτευόμενον.

Κεφ. α'.

Θεσπίζομεν τοίνυν, κατὰ τὸ παλαι πολιτευσάμενον, κἂν εἰ παρὰ τοὺς ἐν μέσῳ παρέφθαρται χρόνους ἐν τῷ παρὰ Ἀλεξανδρεῦσιν ἀπολύτῳ καλουμένῳ χαράγματι τὸ κατὰ τὴν Αἰγυπτιακὴν διοίκησιν πολιτεύεσθαι χρυσίον, οὐ δυναμένου τινὸς ὑπὲρ τῆς κακῶς ἐπινενοημένης ὀβρύζης ἀπαίτησιν ποιεῖσθαι τινά. §. α'. Ἀλλὰ καὶ τὸ κατ' Αἴγυπτον πολιτευόμενον χρυσίον οὕτως ἐν τοῖς συναλλάγμασι συλλογίζεσθαι, ὡς τὸ κατὰ ταύτην τὴν μεγάλην χαραττόμενον πόλιν. παραφυλαττομένου τουτου κινδύνῳ τοῦ τε κατὰ καιρὸν παρὰ Ἀλεξανδρεῦσιν αὐγουσταλίου, καὶ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ τάξεων.

Κεφ. β'.

Ἐπειδὴ δὲ κεφάλαιον τοῦ κακουργήματος οἵ τε ζυγοστάται καὶ οἱ χρυσῶνες τυγχάνουσιν, ἐπετρέψαμεν τῷ νῦν ἐκείνας ἔχοντι τὰς ἀρχὰς ὑπὸ τὴν προσηκουσαν αὐτοὺς ἀσφάλειαν καταστήσασθαι, ὡς δι' ἀπολύτου χαράγματος ὑπουργήσωσι τοῖς συναλλάγμασι, καὶ εἴ γε καὶ σφραγῖσαι δέοι ποτέ, τοσοῦτον ἐπιγράψωσι μόνον, ὅσον ταῖς ἀληθείαις ἐστὶν ὁ τοῦ ταῖς σφραγῖσιν ἐμβληθέντος χρυσίου σταθμός, οὐ δυναμένου πλέον τοῦ ταῖς ἀληθείαις ἐμβεβλημένου σταθμοῦ ταῖς σφραγῖσιν ἐγγράφειν, κατὰ τοῦτο δὴ τὸ κακῶς ἄχρι τοῦδε πολιτευσάμενον. Εἰ γάρ τι τοιοῦτο τολμήσουσι, καὶ δημοσίας αὐτῶν τὰς οὐσίας ποιοῦμεν, καὶ ταῖς εἰς σῶμα ποιναῖς ὑποτίθεμεν ὡς μηδὲ κατὰ κέλευσιν ἡμετέραν τῆς συνηθους αὐτοῖς κακουργίας ἐκστάντας. Ἀλλὰ καὶ ἀνάγκην ἔξουσιν πᾶσαν χορηγεῖν χρυσίον, τοῦτο μὲν τῷ τε παρὰ Ἀλεξανδρεῦσιν αὐγουσταλίῳ καὶ τοῖς κατὰ καιρὸν ἔχουσι τὴν ἀρχὴν ἐπὶ ταῖς συνειθισμέναις ἐκπομπαῖς, τοῦτο δὲ τῷ τε νῦν κατὰ καιρὸν ἀλαβάρχῃ, τῷ τε πραιποσίτῳ τῶν θείων ἡμῶν θησαυρῶν, οὐδὲν διάφορον ὑπὲρ ὀβρύζης παντελῶς κομιζόμενοι.

Κεφ. γ'.

Edictum XI.

UT NULLAM LICENTIAM HABEANT PONDERATORES ET MONETARII APUD AEGYPTIOS DE RELIQUO QUIDQUAM PRO OBRYZO EXIGENDI, SED AD INSTAR MAGNAE HUIUS URBIS ILLIC SIGNATUM AURUM AESTIMETUR, SIGNA VERO ILLI IMPONANT PONDERI IN SIGNATURA SERVATO.

Idem Imperator Petro, gloriosissimo sacrorum Orientalium Praetoriorum iterum praefecto, et iterum sacrarum largitionum Comiti, et Exconsuli.

Praefatio.

Apud Aegyptios dictum obryzum, quod antiquioribus quidem temporibus incognitum fuit, non multum vero ante in Aegypto contractus turbare coepit, et ad tantam absurditatem processit, ut in unamquamque libram novem aurei dentur, in posterum reprimi ac tolli oportere putavimus, ne et rempublicam laedat, et subditorum contractus turbet, praecipue vero quod huius absurditatis longe maxima pars, ut cognovimus, in ipsa Alexandria solum consederit, neque similiter per Aegyptum aut illius tractus alias civitates in publicum usum pervenerit.

Cap. I.

Sancimus itaque, secundum id, quod olim obtinuit, tametsi mediis temporibus in signatura, quae apud Alexandrinos absoluta dicitur, vitiatum sit, in Aegyptiaco tractu aurum publice haberi, ita ut nemo possit quemquam pro male excogitato obryzo quidquam exigere.

§. 1. *Sed et aurum per Aegyptum usitatum sic in contractibus computari, ut illud, quod in hac magna signatum est urbe; idque periculo pro tempore praefecti apud Alexandrinos augustalis, et quae ipsi parent cohortium, servetur.*

Cap. II.

Quoniam vero fraudis tam ponderatores quam monetarii auctores sunt, iniunximus illi, qui eos magistratus nunc obtinet, ut sub competente cautione ipsos constituat, quo per absolutam signaturam contractibus ministrent, et, si quando signare oporteat, tantum solummodo inscribant, quantum revera est signati auri pondus, nec liceat pro more perperam hactenus observato illis amplius quam revera signati auri pondus sit, signaturae inscribere. Si enim tale quidpiam ausi fuerint, et bona illorum publicamus, et corporalibus poenis ipsos subiicimus, ut qui secundum iussa nostra a consueto illis scelere non destiterint. Sed et necesse habebunt omne aurum inferre, tum praefecto apud Alexandrinos augustali, quique pro tempore cum magistratum habebunt, in consuetis emissionibus, tum alabarchae, qui nunc est pro tempore, et sacrorum nostrorum thesaurorum praeposito, nullo prorsus accepto lucro pro obryzo.

Cap. III

[a]) Spring.

Κεφ. γ'.

Οὕτω δὲ αὐτὸν ἐπιτρέψαμεν τοῦ πράγματος προνοεῖν, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν τὴν ἀρχὴν παραληψομένους, καὶ τὰς πειθομένας αὐτοῖς τάξεις, ὡς εἰδότας, ὅτι περ εἴ τι φανεῖεν ὑπὲρ ὀβρύζης ἀπαιτηθέντες ἢ οἱ τῶν θείων ἡμῶν λαργιτιώνων πραιπόσιτος, οἴκοθεν καταθήσουσι, τοῦτο μὲν ἐκ τῶν χορηγουμένων αὐτοῖς τε καὶ τάξεσιν ἀννόνων, τοῦτο δὲ τῶν οὐσῶν αὐτοῖς περιουσιῶν, οὐ μόνον ἐφ' ὅσον ἔχονται τῶν ἀρχῶν, ἀλλὰ κἂν εἰς ταύτας καταθέμενοι τύχωσι, καὶ εἴτε γράψαντες ὁμολογίας τούτου τοῦ μέρους ἀντελάβοντο τῆς ἀρχῆς, εἴτε καὶ τοιοῦτο μηδὲν ὡμολογηκότες, ἐπεί γε μάλιστα μηδὲ ἀρχαῖον τὸ τῆς ὀβρύζης ἐστίν, ἀλλ' ἐκ νεωτέρων ἀρξάμενον χρόνων. §. α'. Καὶ τοῖς ἄλλοις δέ, ὅσοι τὰς ἐμπορίας ποιοῦνται, καὶ μέχρι νῦν λαμβάνειν τι διάφορον εἰθισαν, προαγορεύσεις ὁμοίως, ὡς εἴ τι φανεῖεν ἐν τοῖς συναλλάγμασιν ὑπὲρ ὀβρύζης λαμβάνοντες ἢ ὑπολογιζόμενοι, καὶ οὐσίας ἔκπιωσιν, καὶ τὰς εἰς σῶμα ποινὰς ὑποστήσονται. Πρᾶγμα κακῶς ἀρξάμενον, εἰς τοσοῦτον δὲ προελθέν [1]), καὶ ὅλῳ τῷ πολιτεύματι λυμαινόμενον ἀνασταλῆναι πρὸς τὸν ἔπειτα χρόνον διὰ τοῦ παρόντος ἡμῶν κελεύομεν νόμου, καὶ μὴ παρενοχλεῖν λοιπὸν τοῖς συναλλάγμασιν, ἀλλ' οὕτως αὐτὸ παραφυλαχθῆναι κινδύνῳ τοῦ παρὰ Ἀλεξανδρεῦσιν αὐγουσταλίου, καὶ τῶν κατὰ καιρὸν τὴν αὐτὴν διοικησόντων ἀρχήν, καὶ τάξεων ἑκατέρων, ὥστε καὶ αὐτὴν αὐτοῦ τὴν μνήμην ἀναιρεθῆναι, καὶ ζημίας τοσαύτης ἐλεύθερα εἶναι τὰ κατὰ τὴν Αἰγυπτιακὴν διοίκησιν συναλλάγματα.

Ἐπίλογος.

Τὰ τοίνυν παρασταντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλουμενα νόμου ἡ σὴ ἐνδοξότης ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοθῆναι καὶ παραφυλαχθῆναι προστάξάτω. Dat. VI. Kal. Ian. Constant. imp. DN. Instiniani PP. Aug. ann. XXXIII. [2]), post Basilii V. C. cons. ann. XVIII. [559.]

Cap. III.

Ita vero illi huius rei curam iniunximus, iisque qui magistratum post ipsum suscepturi sunt, et cohortibus, quae ipsis parent, ut sciant, si pro obryzo aut sacrarum nostrarum alabarchiarum praefectos, aut sacrarum nostrarum largitionum praepositum quidquam exegisse manifestum fiat, de suis pendendum esse, tam ex deputatis ipsis et cohortibus annonis, quam ex facultatibus suis, idque non solum donec in magistratu fuerint, verum etiam postquam magistratum deposuerint, et sive scribentes confessiones particípes istius lucri fuerint ab initio, sive etiam nihil istiusmodi pacti sint, quoniam nec vetustum illud de obryzo est, sed ex recentioribus incipiens.

§. 1. *Sed et ceteris, quicunque mercaturam faciunt, et hactenus id quod interest capere consueverunt, denuntiamus similiter, si quid in contractibus capere pro obryzo aut in computationem deducere comperiantur, et bona se amissuros, et corporales poenas subituros esse. Rem perverse coeptam, in tantum vero progressam et universam rempublicam dispendiis involventem per praesentem legem in reliquum tempus tolli iubemus, nec de cetero contractus turbare, sed ita id observari periculo praefecti apud Alexandrinos augustalis, quique pro tempore eundem magistratum gesturi sunt, et utrorumque cohortium, ut vel eius memoriam aboleri velimus, et a tanto damno per Aegyptiacum tractum contractus liberos esse.*

Epilogus.

Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram manifestata sunt legem, gloria tua operi et effectui tradere et observari praecipiat.

[1]) *Agyl.*; προελθεῖν *Scrimg.* — [2]) *Spang., Biener l. c. p.* 530.; XVII. *Scrimg.*

ΕΔΙΚΤΟΝ ιβ'. [a])

Περὶ Ἑλλησπόντου.

Προοίμιον.

Ἐδιδάχθη τὸ ἡμέτερον κράτος, Ἰωάννην σκρινιάριον κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον, ὡς δή τινους τινὰς ἐγχειρισμένον προφάσει λογοθεσίων πολιτικῶν πόρων ἤτοι τῶν καλουμένων σολεμνίων, καὶ ὡς ἐν τῇ χώρᾳ γενόμενος οὐδενὸς ἀπέσχετο παντελῶς τῶν εἰς ἁρπαγὴν ἐσχάτην ἡκόντων, τάς τε πόλεις λῃσάμενος, καὶ ἐπανελθὼν εἰς ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν, αὐτὸς μὲν χρυσίου μεστός, τῇ δὲ Ἑλλησποντίων χώρᾳ πᾶσαν ἀπολιπὼν πενίαν. τὰ μὲν οὖν καθ' ἑκεῖνον ὁποῖον προσήκει διατεθῆναι τρόπον, καὶ θεραπευθῆναι τοὺς ἠδικημένους διώρισται παρ' ἡμῶν.

Κεφ. α'.

Ἐπειδὴ δὲ ᾠήθημεν χρῆναι διὰ τὴν τῶν τὰ τοιαῦτα ἐγχειριζομένων ἀπλησίαν τύπῳ γενικῷ τὸ πᾶν θεραπεῦσαι, θεσπίζομεν, εἴ τις γένηται κατὰ τὴν χώραν προφάσει τοιαύτης τινὸς ζητήσεως ἢ ἐπὶ

Edictum XII.

DE HELLESPONTO.

Praefatio.

Edocta nostra est potentia, Ioannem scriniarium per Hellespontum, ut cui nomine ratiociniorum civilium sive, ut vocantur, solennium proventuum commissae formae essent, quum in regionem illam venisset, a nulla re, quae ad summam depraedationem spectaret, abstinuisse, civitates spoliantem, et reversum in almam hanc urbem ipsum quidem auro fuisse abundantem, Hellespontiorum vero regioni summam paupertatem eum reliquisse. Et quantum quidem ad illum, quemadmodum debeat tractari, et iniuria affectis resarciri damnum, a nobis definitum est.

Cap. I.

Quoniam vero propter eorum, quibus istiusmodi demandantur, insatiabilem avaritiam generali forma universa rei mederi nos debere putavimus, sancimus, ut, si quis istiusmodi rei causa in provinciam quampiam, sive Hellespontiorum, sive aliam quamlibet veniat, si quidem praesidale

[a]) *Scrimg.*

ἐπὶ τῆς Ἑλλησποντίων, ἢ ἐφ' ἑτέρας οἱασδήποτε χώρας, εἰ μὲν ἀρχικὴν ἔχοι πρόσταξιν, μηδένα παντελῶς αὐτῷ προσέχειν, ἀλλ' ἀκινδύνως ἀποσείεσθαι τὸν ἐκβιβασμὸν τὸν παρ' αὐτοῦ, εἰ δὲ μετὰ θείου πραγματικοῦ γένηται τύπου, εἰ μὲν κομμονιτόριον εἴη τὸ δεικνύμενον, ἢ γράμματα περὶ τούτου γενόμενα, μηδὲ τούτοις προσέχειν, οἷα κατὰ συναρπαγὴν καὶ παρὰ γνώμην ἡμετέραν προελθοῦσιν, εἰ δὲ πραγματικὸς εἴη τὸ δεικνύμενον τύπος, μηδὲ οὕτως ἐξ αὐτοῦ τι πράττεσθαι προχείρως, τὸν δὲ τοιοῦτον πραγματικὸν τύπον λαμβάνειν, καὶ μηνύειν τὸν τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενον εἰς ἡμᾶς τὰ περὶ τούτου, καὶ ἀναμένειν ἡμῶν δευτέραν κέλευσιν, ὥστε εἰ μὲν ἐπιγνοίημεν αὐτὸν καὶ τὸν ἐγχειρισθέντα τὸν τοιοῦτον τύπον, δεύτερον ἡμῶν γενέσθαι πραγματικὸν τύπον, ἐπιτρέποντα γενέσθαι τὴν ζήτησιν, εἰ δὲ ἀποδοκιμάσαιμεν ἢ τὸ πρᾶγμα ἢ τὸ πρόσωπον, μηδὲν ἐντεῦθεν γίνεσθαι, ἀλλ' ἀναπέμπεσθαι τὸν θεῖον τύπον παρὰ τοῦ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος, γινώσκοντος, ὡς εἰ ῥᾳθυμήσειε τούτου, καί τις ἐπισπῇ τοῖς ὑπηκόοις τοῖς ἡμετέροις ἐντεῦθεν ζημία, ταύτην αὐτὸς οἴκοθεν ἐπιγνόσεται.

sidale praeceptum habeat. nemo prorsus illi obtemperet sed sine periculo ipsius exactio propulsetur, si vero cui sacra pragmatica forma venerit, si quidem quod profertur commonitorium sit, aut litterae de hoc conceptae, neque iis obtemperetur, ut quae ad depraedationem e praeter nostram voluntatem prodierint, si vero quod ostenditur pragmatica forma sit, ne sic quidem ex e confestim aliquid fiat, sed talem pragmaticam formam provinciae praeses apprehendat, de eaque ad nos referat, et alteram a nobis iussionem exspectet, ut si quidem eam, et cui talis forma commissa est, agnoscamus, altera nostra pragmatica forma, quae exactionem fieri demandet, procedat, si vero aut rem aut personam reprobemus, nihil istine fiat, sed sacra forma a provinciae praeside remittatur, sciente, si hanc rem neglexerit, indeque damnum aliquod subditis nostris proveniat, fore ut istud ipse de suo resarciat.

Κεφ. β'.

Ἄδειαν δὲ δίδομεν καὶ τοῖς ἐπισκόποις, εἰ ῥᾳθυμήσειεν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενος, καὶ μὴ τὸν πραγματικὸν ἐπισχοίη τύπον, ἀλλ' ἐνδοίη τῷ τοῦτον μεταχειριζομένῳ, αὐτοὺς ταῦτα μηνύειν εἰς ἡμᾶς. εἰ γε ταῦτα μάθοιμεν, ὡς κοινωνὸν τῆς αἰτίας καταστάντα καὶ τῆς ἀρχῆς παραλύσομεν, καὶ τῆς ζώνης αὐτὸν καὶ τῆς οὐσίας στερήσομεν, καὶ τοῖς καθ' οἱανοῦν ἠδικημένοις αἰτίαν τὸ ἀβλαβὲς περιποιήσομεν.

CAP. II.

Facultatem vero etiam episcopis damus, ut, si provinciae praeses negligens sit, et pragmaticam formam non inhibeat, sed ei, qui illam producit, conniveat, ipsi eam rem nobis significent. Ac si hoc didicerimus, illum tanquam criminis socium et de magistratu deiiciemus et cingulo eum atque facultatibus privabimus, et eos, qui quacunque in re iniuriam passi fuerint, indemnes praestabimus.

Ἐπίλογος.

Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦ παρόντος θείου μανθάνουσα [1]) πραγματικοῦ τύπου ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. XV. Kal. Sept. Constant. Belisario V. C. Cons. [535.]

Epilogus.

Tua igitur excellentia quae nobis placuerunt, et ex praesente sacra pragmatica forma cognoscens, operi et effectui ea tradere studeat.

[1]) *δηλούμενα Bk.*

ΕΔΙΚΤΟΝ ιγ'.[a])

Νόμος περὶ τῶν Ἀλεξανδρέων καὶ τῶν Αἰγυπτιακῶν ἐπαρχιῶν.

Edictum XIII.

LEX DE ALEXANDRINIS ET AEGYPTIACIS PROVINCIIS.

Προοίμιον.

Εἰ καὶ τὰ σμικρότατα τῶν πραγμάτων τῆς ἑαυτῶν ἀξιοῦμεν προνοίας, πολλῷ μᾶλλον τὰ μέγιστά τε καὶ συνέχοντα τὴν ἡμετέραν πολιτείαν οὐκ ἐγκαταλείψομεν, οὐδὲ ἀπρονόητα οὐδὲ τοῦ προσήκοντος χρηεύοντα κόσμου ἐάσομεν, καὶ μάλιστα τῆς σῆς ἡμῖν ὑπουργούσης ὑπεροχῆς, ἥπερ μέλει τῆς τε ἡμετέρας διὰ πάντων θεραπείας, τῆς τε αὐξήσεως τῶν δημοσίων, τῆς τε τῶν ὑποτελῶν τῶν ἡμετέρων φροντίδος. Ἐννοήσαντες τοίνυν, ὡς ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν χρόνων, εἰ καὶ τὰ ἄλλα τῶν δημοσίων εἰςπράξεων ἐδόκει πως τετάχθαι, ἀλλ' οὖν κατὰ τὴν Αἰγυπτιακὴν διοίκησιν οὕτως ἦν συγκεχυμένα, ὥστε μηδὲ ὅ τι πράττεται κατὰ χώραν ἐνταῦθα γινώσκεσθαι, καὶ ἐθαυμάσαμεν τὴν μέχρι νῦν τοῦ πράγματος ἀταξίαν, ἀλλ' ἔδωκεν ὁ θεὸς καὶ τοῦτο τοῖς ἡμετέροις φυλαχθῆναι καιροῖς καὶ ταῖς σαῖς ὑπουργίαις. Ὥσπερ γὰρ ἡμῖν τὸν σῖτον τὸν ἐκεῖθεν

Praefatio.

Si vel minima rerum nostra cura dignamur, certe multo magis quae maxima et quae rempublicam nostram continent non relinquemus, neque neglecta et competente ornatu vidua sinemus, praesertim quum tua excellentia ministerio nobis sit, cui per omnia et nostra incolumitas, et rerum publicarum incrementum et subditorum nostrorum curae est. Considerantes itaque, quomodo superioribus temporibus, licet aliis locis publicae exactiones satis constitutae viderentur, in Aegyptiaco tamen tractu adeo confusae fuerint, ut nec quid in provincia ageretur, hic cognosci posset, et eius rei conturbatum ordinem, qui hucusque duravit, mirati sumus. Sed deus etiam hoc temporibus nostris tuoque officio servari voluit. Ut enim nobis frumentum inde adiiciebant, sic nihil aliud contribuere volebant, sed subditi quidem omnia plene a se exigi omnino affirmabant, pagorum autem praefecti, et rei publicae admi-

[a]) *Scrimg.*

ἐκεῖθεν προσρίπτοντες [1]), οὕτως οὐδὲν ἕτερον ἠξίουν εἰσφέρειν, ἀλλ' οἱ μὲν συντελεῖς καθάπαξ ἰσχυρίζοντο πάντα εἰς ὁλόκληρον ἀπαιτεῖσθαι, οἱ πάγαρχοι δὲ καὶ οἱ πολιτευόμενοι, καὶ οἱ πράκτορες τῶν δημοσίων, καὶ διαφερόντως κατὰ καιρὸν ἄρχοντες οὕτω τὸ πρᾶγμα μέχρι νῦν διετίθεσαν, ὡς μηδενὶ δύνασθαι γενέσθαι γνώριμον, αὐτοῖς δὲ μόνοις ἐπικερδές. Ἐπειδὴ τοίνυν, εἴπερ καταλίποιμεν ἑνομάδας [2]) τὸ πρᾶγμα διοικούμενον, οὐκ ἂν ποτε ἰσχύσαιμεν αὐτὸ διακαθᾶραι καὶ τάξαι προσηκόντως, διὰ τοῦτο συνείδομεν τὴν ἀρχήν, ἥπερ ἐφέσηκεν τοῖς Αἰγύπτου πραγμασιν (φαμὲν δὲ τὴν τῶν αὐγουσταλίων), μετριωτέραις ἐπισῆσαι φρονίσιν. οὐ γὰρ ἂν δύναιτο ῥᾳδίως εἰς ἀνθρώπου νοῦς τοσαύταις ἀρκέσαι μερίμναις, καὶ τὸ πρᾶγμα οὕτως διαθεῖναι, ὥστε αἴσθησιν ἡμῖν ἀγαθὴν ἐν αὐτῷ κατασῆσαι.

administratores, et fiscalium exactores, et praecipue pro tempore praesides hactenus eam rem ita administrarunt, ut nemini cognita esse posset, ipsis vero solis lucrosa. Quoniam igitur, si rem promiscue administrari sinamus, haud facile illam purgare et decenter constituere possimus, ideo magistratum, qui Aegypti rebus praeest (augustalium dicimus), moderatioribus curis praeficere visum est. Non facile enim unius hominis industria tantis curis sufficere queat, nec ita rem administrare, ut inde cuiuspiam boni sensus ad nos resultet.

Κεφ. α'.

Διὰ τοῦτο τοίνυν θεσπίζομεν τὴν σὴν ὑπεροχὴν τόνδε ἡμῶν τὸν ἐπὶ τουτῳ νόμον παραλαμβανουσαν οὕτως αὐτὸν διαθεῖναι, ὡς ἄξιόν ἐστιν ἡμᾶς μὲν θεσπίσαι, τὴν δὲ σὴν ὑπεροχὴν ὑπουργῆσαι. Τέως οὖν τὸν περίβλεπτον αὐγουσταλίον βουλόμεθα αὐτῆς τε Ἀλεξανδρείας ἄρχειν, καὶ ἁπάντων τῶν κατ' αὐτὴν φροντίζειν, καὶ πρός γε δύο Αἰγυπτων καὶ μόνων, ἐξῃρημένου τοῦ λεγομένου Μενελαΐτου τῆς πόλεως, ἥτις ἐστὶ πρὸ τῆς Αἰγύπτου, καὶ πρός γε τοῦ Μαρεώτου. ἐπ' ἐκείνοις γὰρ τὰ εἰκότα διατυπώσομεν. §. α'. *Βουλόμεθα δὲ αὐτόν, ὡς εἴρηται, μὴ μόνης Ἀλεξανδρείας, ἀλλὰ καὶ τῶν δύο Αἰγύπτων, μετὰ τὴν εἰρημένην ἐξαίρεσιν τοῦ τε Μαρεώτου καὶ τοῦ Μενελαΐτου, ἄρχοντα καθεστάναι, ὥστε τὸν ἄρχοντα τὸν ἐπιχώριον τῶν εἰρημένων δύο ἐπαρχιῶν ἐπ' αὐτῷ τετάχθαι καὶ μόνῳ, καθάπερ καὶ μέχρι νῦν σχήματος ἔχει, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν, τὸν περίβλεπτον αὐγουσταλίον, διὰ τὸ τῆς εἰρημένης μεγίστης πόλεως πολυάνθρωπον, ἔχειν τὰ δίκαια καὶ τῆς στρατιωτικῆς ἀρχῆς, οὐ διηρημένου τοῦ πράγματος, οὐδὲ εἰς ἄρχοντας δύο καθεστῶτος (τοῦτο γὰρ ἡγούμεθα τῷ παντὶ οὐ [3]) συμφέρειν), ἀλλ' ὥστε ἕνα μὲν ἄνδρα προεστάναι τοῦ εἰρημένου ἡρόνου, ἔχειν δὲ ἐξουσίαν κατὰ πάντων τῶν ἐκεῖσε στρατιωτῶν, τῶν ἱδρυμένων εἴτε ἐπ' αὐτῆς τῆς Ἀλεξανδρέων μεγάλης πόλεως, εἴτε ἐπὶ τῶν δύο Αἰγύπτιων, καθαπερ εἴρηται.*

Cap. I.

Propterea igitur statuimus, ut excellentia tua hanc nostram ea de re legem ad se receptam sic ordinet, ut illam nos tulisse, tuam vero excellentiam ministerium habuisse dignum sit. In primis autem spectabilem praefectum augustalem ipsi Alexandriae praeesse, et omnium eius rerum curam habere volumus, et insuper duabus Aegyptis, ac iis solis, excepto oppido Menelaita dicto, quod Aegypto praetacet, et praeterea Mareotide. De illis enim, quae videbuntur, constituemus.

Imperii signum et deo placens et hominibus cognatum esse rati, in supplices beneficum esse, maleficia exstirpare, et quaecunque subditis utilia sunt, ea et meditari et facere, per totam fere diem nostrum nihil antiquius earum rerum studio habuimus, ex quo deus nobis reipublicae imperium dedit. Hinc quum permulti varie ad nos accederent partim ex inclyta hac urbe habitantium, partim ex omnibus fere subiectis provinciis, qui prope possessiones domusve quasdam imperatorias sua haberent, aliis vero rebus et litibus involuti essent, et variis iniuriarum modis a procuratoribus, et chartulariis, et conductoribus, et qui alioqui ad imperatorias domus attinent, in se peccari denuntiarent, et quae ferri possint res, atque etiam possessiones, et agros, et agricolas sibi ereptos lamentarentur, et commoda circa se quaeri, dum aliena praedia et agros sine ratione potentiam sibi vindicarent, et titulos imperatorios vel signa imponerent, et ut uno verbo dicamus quae ad ipsos non pertinent, suo dominio subiicerent, et aliorum adversus alios irrationales lites susciperent, et agere volentes nec rebus ipsis debitis potiri sinerent, et reis citra iudicium indictaque causa debiti exactionem vi inducerent, atque etiam compararent, qui fraude rerum debiturum syngraphas in ipsas divinas domus conficerent, alienisque emtionum aut fortasse donationum contractibus in eorum,

[a]) *In Codicis Veneti Appendice videntur quinque Tiberii II. fuisse Novellae, e quibus primam exhibet Scrimg., secunda, tertia et quinta reperiuntur in Corp. 168 Novellarum, quarta plane deest, cf. Biener l. c. p. 97 sq. 117 sq. 480.*

[1]) *Fort. leg. εὐγενές.* — [2]) *ἐπαρχιῶν περὶ κτήσεις — τὰς ἑαυτῶν οὐσίας correxit Agyl.*

τήσεις ἐπαγόντων ἀκρίτως, τινας δὲ καὶ χρεῶν συγγραφὰς εἰς τὰς αὐτὰς θείας οἰκίας συνθεῖναι στρεβλουμένους παρασκευαζόντων, συμβολαίοις τε ἀλλοτρίοις ὠνῶν ἢ δωρεῶν, εἰ τύχοι, παρεμβαλλόντων εἰς τὴν τῶν ἑτέροις ὀφειλομένων περιγραφήν, τὰ μέν, ὅσα εἰς ἡμετέρας ἦλθεν ἀκοάς, εὖ διατεθείκαμεν, τοῖς μὲν ἀποδοῦναι τὰ ἀμφισβητούμενα κελεύσαντες, τὰς τε ἀλόγους προσιασίας εἴρξαντες, τοῖς δὲ τὰς εὐθύνας ἀφέντες, καὶ τὰ γραμματεῖα τῶν χρεῶν ἄκυρα κατασήσαντες, τάς τε ἐπὶ τοῖς συναλλάγμασι γινομένας περιοίας κεκωλυκότες, τοῖς νόμοις καὶ τῷ δικαίῳ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας σκοπῷ, καὶ τοὺς τῶν βασιλικῶν οἴκων προνοητὰς ἀκολουθῆσαι προστεταχότες. Ἐπειδὴ δὲ οὐχ οἷόν τε ἦν καὶ τοὺς ἔξω καὶ πόρρωθεν ἅπαντας εἰς ταὐτὸν ἐνθάδε συνελθεῖν, ἡμῖν τε ἕκαστα ἁπανταχοῦ καὶ τοῦτον πεπραγμένα τὸν τρόπον φανερὰ καταστῆσαι, νόμῳ σαφεῖ τὰ περὶ τούτων διορίσαι συνείδομεν, ὡς μὴ μόνον τοῖς ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐς ὕστερον ἀνθρώποις τὰ τῆς ἡμετέρας δικαιοσύνης γενέσθαι κατάδηλα, καὶ ὡς οὐδὲ τῶν βασιλικῶν ἡμῶν οἴκων ἢ τῶν τούτοις ἐφεσιαίων, εἴ τί περ ἁδικοῖεν, φειδόμεθα, εὐπορίαν τε καὶ εὐδαιμονίαν ἡμετέραν ἡγούμεθα τὴν τῶν ὑπηκόων εὐπάθειαν, οὐδέν τε τὰς αὐτῶν περιουσίας, ὅσα γε εἰς πρόνοιαν, τῶν βασιλικῶν διεστάναι, ἐπεὶ μηδὲ τὰ τῶν θείων οἴκων πράγματα μόνοις [1]) ἡμῖν, κοινὰ δὲ τοῦ καθ' ἡμᾶς πολιτεύματος ἐννοεῖσθαι προσήκει.

Κεφ. α'.

Θεσπίζομεν τοίνυν, μηδένα τῶν ἐνδοξοτάτων ἢ μεγαλοπρεπεστάτων κουρατώρων τῶν θείων ἡμῶν ἢ τῆς εὐσεβεστάτης βασιλίδος οἴκων, οἷς συναριθμητέον τήν τε πατριμωναλικὴν, τήν τε τῶν νέων ἐκκλησιῶν πρωτεύουσαν βασιλικὴν οἰκίαν, ἢ χαρτουλαρίων αὐτῶν, ἢ προνοητῶν, ἢ μισθωτῶν, ἢ ἄλλων τῶν τοῖς θείαις αὐταῖς προσηκόντων οἰκίαις θαρρεῖν τοῦ λοιποῦ σανίδας τὴν ἡμετέραν προσηγορίαν φερούσας, ἢ εἰκόνας, ἢ χαρακτῆρας βασιλικοὺς ἀλλοτρίοις οἴκοις ἢ χωρίοις ἐπιτιθέναι, ἢ σήμαντρα κινητοὺς πράγμασι τελευτώντων ἢ περιόντων, ἢ γεωργοὺς ἑτέρων ὑποδέχεσθαι, ἢ καταθέσεις τινὰς παρασκευάζειν ποιεῖσθαι εἰς τὴν βασιλικὴν οἰκίαν, αὐτοὺς ἢ καὶ τὰς αὐτῶν προσόδους μεταιρεφούσας, μηδὲ εἰ μοῖράν τινα συμβαίη τῶν αὐτῶν οἰκήσεων, ἢ χωρίων, ἢ πραγμάτων, ἢ γεωργῶν, τοῖς τῶν θείων οἴκων προσήκειν δικαίοις, ὡς ἂν μὴ ταύτην ἔχοιεν τῆς καιὰ τῶν συγκεκτημένων ἐπηρείας τὴν πρόφασιν.

Κεφ. β'.

Ἀλλὰ καὶ εἴ τινας γεωργοὺς ὑπὸ τὴν ἑτέρων τυγχάνοντας νομὴν νῦν ἔχοντες φανεῖεν, ἢ καταθέσεις, οἷας ἐφάμεν, εἰληφότες, καὶ αὐτοὺς ἀποδοθῆναι τοῖς γεωργοῖς, καὶ τὰς καταθέσεις αὐτῶν [2]) ἀκύρους κατασταθῆναι κελεύομεν. Εἰ δὲ περὶ τούτων ἢ καί τινων συμβολαίων πρὸς ἑτέρους ἐναγωγὴν ἔχειν λέγοιεν, μηδαμῶς τὸν ἐναγόμενον παρ' αὐτοῖς ἕλκειν, δικασταί τε ἐν τοῖς οἰκείοις ὑποθέσεων καθεδεῖσθαι (τοῦτο ὅπερ ἐν τοῖς ἀτοπωτάτοις τε καὶ παρανομωτάτοις ἡγούμεθα), ἐξῆ δὲ αὐτοῖς ὑπὸ τῷ προσφόρῳ δικαστῇ, ὑφ' ὃν ἂν οἱ τὰς εὐθύνας ὑφιστάμενοι τελοῖεν, ἢν δίκην κινεῖν, καὶ τῶν δικαίων τυγχάνειν. Εἰ δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐνδοξοτάτους καὶ μεγαλοπρεπεστάτους κουράτωρας ὀνόματι τῶν παρ' αὐτῶν προνοουμένων θείων οἴκων ὑφ' ἑτέρων ἐναγεσθαι συμβαίη, εἰ μὲν ἐνθάδε τὰ τῆς ἐναγωγῆς κινοῖτο, κοινῇ γνώμῃ τοῦ τε ἐγκαλοῦντος καὶ τοῦ τῆς θείας οἰκίας κουράτωρος ἕνα τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ἀρχόντων ἐπιλεγῆναι πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ἐξέτασίν τε καὶ κρίσιν, καὶ ἀμφισβητήσεως οἷα εἰκὸς

eorum, qui aliis debent, circumscriptionem immiscerent, ea quidem, quaecunque ad nostras aures pervenerunt, recte composuimus, aliis quidem restitui ablata iubentes, et incompetentem potentiam interdicentes, alios vero a iudiciis liberantes, et debitorum syngraphas irritas iudicantes, et fraudes in contractibus fieri solitas prohibentes, et imperatoriarum quoque domuum procuratores leges iustumque, pietatis nostrae propositum, sequi iubentes. Verum quoniam fieri non poterat, ut extranei, quique procul hinc habitant, omnes huc convenirent, et nobis singulatim omnia, quae ubique hunc ad modum fiant, manifesta facerent, clara lege quae ad haec pertinent explicare visum est, ut non solum nostrae aetatis, verum etiam futuri temporis hominibus nostrum acquitatis iustitiaeque studium innotescat, atque ut sciant, nos neque imperatoriis nostris domibus vel earum praesulibus, si quid delinquant, parcere, atque opulentiam et felicitatem subditorum nostram nos existimare beatitudinem, et nihil eorum facultates, quantum ad curam, ab imperatoriis differre, quia nec divinarum domuum res nostras solas, sed communes nostrae reipublicae ducere convenit.

Cap. I.

Sancimus igitur, ut nemo gloriosissimorum vel magnificentissimorum curatorum divinarum nostrarum aut pientissimae Augustae domuum, quibus et patrimonialis, et regia domus ante novas ecclesias sita annumeranda est, aut chartulariorum, aut provisorum, aut conductorum, aut aliorum ad easdem divinas domus pertinentium, in posterum audeat tabulas nostram appellationem continentes, vel imagines, vel insignia imperatoria alienis aedibus aut praediis imponere, vel signacula mobilibus defunctorum aut superstitum rebus, vel aliorum colonos suscipere, vel solutiones aliquas, quae ipsos aut etiam ipsorum proventus transferant, in regiam domum faciendas curare, neque si partem quandam earundem domuum, vel praediorum, vel rerum, vel colonorum ad divinarum domuum iura pertinere contingat, ne hanc adversus eos, qui una cum ipsis possident, fraudis occasionem capiant.

Cap. II.

Sed et si quos rusticos ad aliorum possessionem pertinentes in praesenti ipsos habere, aut quales diximus solutiones accepisse videantur, et ipsos rusticos restitui, et ipsas solutiones irritas esse iubemus. Si vero de his aut etiam de aliquibus contractibus actionem se habere adversus alios dicant, nequaquam reum ad se trahant, neque iudices suarum controversiarum sedeant, id quod absurdissimum et iniquissimum putamus, liceat autem ipsis ut coram competente iudice, sub quo sunt, qui actiones sustineant, litem moveant, et ius suum obtineant. Si vero ipsos gloriosissimos et magnificentissimos curatores divinarum domuum, quarum curam gerunt, nomine ab aliis in ius vocari contingat, si quidem hic actio instituatur, communi et actoris et divinae domus curatoris consensu unus ex gloriosissimis nostris praefectis ad rei examen et iudicium eligatur, et si forte dubitatio inde oriatur, Imperatore egeat, et datus ab ipso iudex suscipiatur, si vero in provincia, eius praeses controversiam audiendam accipiat. Si vero rerum regiarum praetextu char-

[1]) μόνον *Agyl.* — [2]) αὐτὰς *Agyl.*

εἰκὸς εἰς τοῦτο γινομένης, τῆς βασιλείας δεῖσθαι, καὶ τὸν ἐκεῖθεν διδόμενον προσδέχεσθαι δικαστήν, εἰ δὲ ἐπὶ χώρας, τὸν ταύτης ἡγούμενον τὴν τῆς ὑποθέσεως παραλαμβάνειν ἀκρόασιν. Εἰ δέ γε τῇ τῶν βασιλικῶν πραγμάτων προφάσει τῶν χαρτουλαρίων τις, ἢ ἐμφυτευτῶν, ἢ μισθωτῶν, ἢ καὶ γεωργὸς ἐνάγοιτο, ἄδειαν ἔχειν τὸν ἐγκαλοῦντα, εἴ γε βούλοιτο, ὑπ' αὐτῷ τῷ τῆς θείας οἰκίας κουράτωρι, ἢ εἴπερ ὑπόπτως ἔχει πρὸς αὐτόν, ἐν γοῦν ἑτέρῳ δικαστηρίῳ τῷ κοινῇ δοκοῦντι, ἢ καὶ τῷ θείᾳ κελεύσει αὐτῶν καινιεῖσθαι κρατούντων. εἴπερ ἐν ἐπαρχίαις τὰ τῶν ἀμφισβητήσεων τούτων κινοῖτο, τῆς κατὰ χώραν ἀρχῆς τὴν ἀκρόασιν παραλαμβανούσης. Τῶν ἤδη πεπορισμένων ταῖς αὐταῖς θείαις οἰκίαις προνομίων οὐκ ἐπὶ τούτοις, ἐπὶ δέ γε τοῖς τῶν δικῶν δαπανήμασι φυλαττομένων, ὑπέρ τε τῶν λεγομένων ἐνδυκέντων ἀναγνωσίμων τε ἐκδοσίμων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ τὰς δίκας δαπανημάτων, ὡς μηδένα θαῤῥεῖν τὸ τεταγμένον τούτων ὑπερβαίνειν μέτρον, ἀρκεῖσθαι δὲ τοιῷ τοὺς τῶν δικαστηρίων ὑπηρέτας. ἀδείας οὔσης καὶ τοῖς τὰς δίκας πρὸς τὰς αὐτὰς θείας οἰκίας, ἢ τοὺς αὐτῶν κουράτωρας, ἢ προνοητάς, ἢ μισθωτάς, ἢ χαρτουλαρίους, ἢ γεωργοὺς λέγουσι, ταῖς αὐταῖς προνομίαις χρῆσθαι, ὡς μηδὲ εἰς τοῦτο γοῦν πλεονεκτούμενοι φαίνοιντο, κατὰ τοῦτο δὴ τὸ τοῖς ἡμετέροις διωρισμένον νόμοις.

chartularius aliquis, aut emphyteuta, aut conductor, aut colonus in ius vocetur, facultas actori, si velit, coram ipso divinae domus curatore, aut si suspectum illum habeat, in alio iudicio communi consensu electo, aut etiam quod ex imperiali iussu ipsi hic nacti fuerint, actionem instituat. Si vero istiusmodi controversiae in provinciis moveantur, provinciae praeses audientiam suscipiat. Sane quae iisdem divinis domibus privilegia iam concessa sunt, ea non in his, sed in litium sumtibus observentur, pro inducendis nempe, quae vocantur, legendis et edendis, atque in aliis quae circa lites fiunt expensis, ut nemo constitutum horum modum transgredi audeat, et iudiciorum ministri eo contenti esse debeant. Illis vero etiam, qui adversus ipsas divinas domus, aut earum curatores, aut provisores, aut conductores, aut chartularios, aut colonos actionem dictant, iisdem uti privilegiis liceat, ne vel in hoc laesi videantur ratione illius, quod legibus nostris constitutum est.

Κεφ. γ'.

Ἐπειδὴ δὲ ἴσμεν καί τινας ἀποστερεῖν τῶν οἰκείων ὀφλημάτων βουλομένους πραγμάτων οἰκείων τοῖς χρεώσταις ὑποκειμένων ὠνάς, ἢ δωρεάς, ἢ ἕτερα συμβόλαια πρὸς ἑνίας τῶν ἡμετέρων οἰκιῶν ποιουμένους, καὶ διὰ μέσων αὐτῶν εἰς ἑτέρους τῶν συγγενῶν ἢ συνήθων παρασκευάζοντας κατά τινα συναλλάγματος μεταφέρεσθαι τρόπον, ὡς ταύτῃ τὰς ὑποθήκας ἐλεεινῶς τοῖς τὰ οἰκεῖα προϊεμένοις χρήματα σχεδὸν ἀναιρεῖσθαι, μηδὲ τοῦ προεσιῶτος τῆς θείας οἰκίας, δι' οὗ ταῦτα πεπρᾶχθαι λέγεται, διὰ τὴν οὖσαν αὐτῷ δύναμιν τὴν ὑπὲρ τούτων ἐναγωγὴν ὑποδεχομένου, καὶ τοῦ τὸ πρᾶγμα εἰληφότος τὸ πρὸς θείαν οἰκίαν συνάλλαγμα προτεινομένου, καὶ κατὰ τὴν δεδομένην αὐτῇ προνοίαν ἐγκαλεῖσθαι παρ' οὐδενὸς ἀξιοῦντος, τινὰς δὲ οἴκους, ἢ τόπους, ἢ καὶ ἐργαστήρια μιᾶς τῶν θείων οἰκιῶν ἐπὶ μέλζονι ἢ καὶ τῷ τυχόντι μισθῷ παραλαμβάνοντας, τῇ ἐκείθέν τε ἰσχύϊ χρωμένους, τοῖς χρησταῖς ἢ καὶ τοῖς τὰς εὐθύνας αὐτοῖς ἐπάγουσιν ἐπηρεάζειν εἰργοντας, καὶ ταύτῃ κελεύομεν, μηδένα τοῦ λοιποῦ τῇ κατὰ τῶν οἰκείων δανειστῶν περιοπῇ χρῆσθαι τολμᾶν, καὶ διὰ μέσης θείας οἰκίας πρὸς ἕτερον δωρεὰν ἢ συναλλαγμα πράττειν, ὡς οὐδὲν τῆς οἰκείας πονηρίας ὠφεληθησόμενον, τοῦ πράγματος ἔνθα ἂν τύχοι καθεστῶτος, εἴτε παρὰ τῇ θείᾳ οἰκίᾳ, εἴτε παρ' ἑτέρῳ τινί, οὐδὲν ἧττον ἐκδικουμένου, πάντων τε ἐπ' ἀκεραίῳ τῷ τὰς εὐθύνας ἢ καὶ ὑποθήκας ἔχοντι φυλαττομένων, ὡς οὐδενὸς ἐπ' αὐτῷ μειαξὺ προεληλυθότος. πρὸς τῷ καὶ εἴ τι ταύτης ἕνεκα τῆς περινοίας τῇ αὐτῇ θείᾳ οἰκίᾳ ἢ τῷ ταύτης προνοοῦντι θεραπείας τρόπῳ δεδόσθαι συμβαίη, ἐκπεσεῖν τοῦτου τὸν δόντα, καὶ τῆς παρανομίας ταύτην, εἰ καὶ τῆς ἀξίας ἥττονα, λαβεῖν ἀμοιβήν.

Cap. III.

Quia vero scimus, quosdam, dum creditores suos debitis fraudare volunt, rerum suarum illis oppignoratorum venditiones, vel donationes, vel alios contractus in aliquam nostrarum domuum facere, et per illas medias in alios cognatos vel necessarios aliquo contractus modo transferendas curare, ut hac ratione hypothecae ius miserum in modum iis, qui pecunias suas mutuo dederunt, auferatur, dum nec divinae domus praefectus, per quem haec facta esse dicuntur, propter potestatem, quam habet, movendam de his rebus actionem suscipit, et qui rem percepit, contractum cum divina domo initum praetendit, et per datum illi privilegium a nemine conveniri sustinet, quosdam autem domus, aut loca, aut officinas unius divinarum domuum maiore aut quacunque mercede acceptis, illarum auctoritate utentes, creditores, aut etiam qui ipsis actiones intentant, laedere studere, etiam hac in re iubemus, ne quis de reliquo subdolis commentis adversus creditores suos uti audeat, neque per divinam domum mediam cum alio donationem aut contractum instituat, tanquam qui nullum fructum ex versutia percepturus est, quum res alienata ubicumque fuerit, sive penes divinam domum, sive penes alium quempiam, nihilominus vindicari possit, et omnia ei, qui actiones aut etiam hypothecae ius habet, integra servanda sint, perinde ac si nihil intervenisset. Ad hoc etiam, si quid huius commenti causa ipsi divinae domui eiusve procuratori captandae benevolentiae ratione datum esse contingat, eo qui dedit excidet, et hanc iniuriae, quamquam iusta minorem, remunerationem feret.

Κεφ. δ'.

Ἀλλ' οὐδ' ἐνοίκους τῶν ταῖς βασιλικαῖς οἰκίαις προσηκόντων οἰκημάτων, οὐδὲ γεωργοὺς ἀλλοτρίους, ἢ ἕτερόν τινα τῶν πάντων ἐνεργολαβεῖν τοὺς τῶν θείων οἴκων προεστῶτας, καὶ προστασίαν αὐτοῖς ἀπονέμειν, ἢ τὸ λεγόμενον πατρωνίκιον ἀπὸ χωρίων τινῶν ἐλευθερικῶν, ἢ ἐξακτωρικῶν, ἢ βουλευτικῶν, ἢ ἑτέροις ὅλως προσηκόντων, λαμβάνειν, ἀποσήναι δὲ τούτων ἁπάντων. Καὶ εἴ τινες ἤδη σανίδες ἢ χαρακτῆρες βασιλικοὶ τοιούτοις ἐπιτέθεινται χωρίοις,

Cap. IV.

Sed neque per possessores habitationum ad imperatorias domus pertinentium, neque per alienos colonos, aut alium quempiam omnium, divinarum aedium praefecti lucrum faciant, neque patrocinium tribuant, aut quod πατρωνίκιον dicitur ex praediis liberis aliquibus, vel exactionibus obnoxiis, vel decurionum, vel quae in universum ad alios pertinent, capiant, sed ab his omnibus desistant. Et si qui tabulas aut insignia imperatoria istiusmodi praediis, aut domibus, aut officinis,

ALIAE ALIQUOT

CONSTITUTIONES

IMP. IUSTINIANI, IUSTINI ET TIBERII A.

EX DIVERSIS FONTIBUS COLLECTAE,

ATQUE NOV. V. ET NOV. CXXIII. ANTIQUAE VERSIONES
A VERSIONE VULGATA DIVERSAE.

ALIAE ALIQUOT CONSTITUTIONES

IMP IUSTINIANI, IUSTINI ET TIBERII A.

EX DIVERSIS FONTIBUS COLLECTAE

CONST. I.*)

PRAGMATICA SANCTIO IUSTINIANI IMP. COMPLECTENS VARIA CAPITULA.

Imp. Iustinianus Aug.

I. *Ut omnia firma sint, quae Amalasiunta, vel Atalaricus, vel Theodatus concesserunt.*

Pro petitione Vigilii, venerabilis antiquioris Romae episcopi, quaedam disponenda esse censuimus ad utilitatem omnium pertinentia, qui per occidentales partes habitare noscuntur. In primis itaque iubemus, ut omnia, quae Atalaricus, vel Amalasiunta, regia mater eius, vel etiam Theodatus Romanis vel senatu poscente concesserunt [1]), inviolabiliter conserventur. Sed et ea, quae a nobis vel a piae memoriae Theodora Augusta quondam coniuge nostra collata sunt, volumus illibata servare, nulla cuicunque danda licentia contra ea venire, quae a praedictis personis pro quibuscunque rebus vel titulis data vel concessa esse noscuntur; excepta videlicet donatione a Theodato in Maximum pro rebus habita [2]) Marciani, ex quibus dimidiam portionem Liberio viro gloriosissimo dedisse meminimus, reliquam dimidiam Maximo viro magnifico relictam, quas apud utrumque firmiter manere censuimus.

II. *Ut per Totilanem factae donationes irritae sint.*

Si quid a Totilane tyranno factum vel donatum esse invenitur cuicunque Romano seu cuique alii, servare vel in sua firmitate manere nullo modo concedimus, sed res ablatas ab huiusmodi detentatoribus antiquis dominis reformari praecipimus. Quod enim per illum tyrannidis eius tempore factum esse invenitur, hoc legitima nostra notare tempora non concedimus.

III. *Nemini noceat in captivitate gentium amissio instrumentorum.*

Licet enim generali lege prospectum est, ne instrumentorum amissio dominis, pro quibus instrumenta conscripta sunt, quodcunque praeiudicium rerum possit inferre [3]), tamen specialiter etiam per illa loca hoc renovare censuimus, quum sciamus, per diversas calamitates et hostiles pervasiones tam in ipsa civitate Romana, quam in aliis locis hominibus instrumenta perisse. Neqnaquam igitur ex hoc quicunque patiantur calumniam aut aliquod sustineant detrimentum, sancimus, ut [3]) instrumentorum quidem amissionem vel corruptionem nullum praeiudicium pro dominio, vel possessione, pro [5]) credito dominis rerum, vel possessoribus, aut creditoribus, pro quibus instrumenta conscripta fuisse [6]), inferre pragmatum.

IV.

Sed et si quis res absentis vel etiam capti, forsitan greges, per suam aut cuiuslibet auctoritatem invasit, vel petendo eas tenuit, reverso eo vel liberato sine ulla dilatione iubemus restitui ipsi vel etiam heredibus eius. Et si forte ille fatale munus subiit, etiam heredibus eius restituatur [7]), legis auctoritas suggerit. V.

---

*) *Haec pragmatica Iustiniani Imp. sanctio in Cod. Ranconet. Iuliani servata, a Contio* (1571.) *inter ceteras constitutiones in calce edit. Novell. edita est indeque in recentiores edd. transiit. Erat autem iam antea in Miraei ed. Iuliani nec non in ed. P. Pithoei exhibita est; cf. Biener l. c. p.* 482 *sq.*

[1]) *Iulian. Pith.*; concessa sunt *Iulian. Mir.*, *om. Bk.* — [2]) *Iulian. Mir.*; abita *Cont.*, *Iulian. Pith.* — [3]) *Iulian. Pith.*; inferr *Iulian. Mir.*, *Cont.* — [4]) ut — [5]) vel pro *Bk.* — [6]) fuerunt *Bk.* — [7]) restitui *Bk.*

V. *Non praesumat quis alienum.*

Quia autem verisimile putamus diversos [1]) tyrannidis tempore res suas per metum alienasse hominibus vel officium quodcunque gerentibus, vel aliam a Totila commissam actionem vel potentiam vel gratiam apud eum habentibus sive venditione [2]), sive aliis quibuscunque contracti tituli [3]), modo vero quod factum est prius rescindi desiderare, utpote per violentiam vel per metum tyrannici temporis factum, sancimus, omnibus esse licentiam sui recipiendi sive vindicandi, vel possessionis a iudice adipiscendae, pretiis [4]) tantummodo videlicet restitutis, quae [5]) tamen, eo, qui se dedisse perhibet, approbante, veraciter constiterit [6]) exsoluta, nec aliquo postea modo vel fraude subtracta, vel ab eo recepta, quum non absque ratione esse putamus, multa tunc tempore per metum vel violentiam facta esse, quae nostris temporibus rescindi exposcit iustitia; poena videlicet instrumentis inserta propter praedictas sanctiones modis omnibus quiescente.

VI. *De tempore postliminii, id est post captivitatem.*

Quum autem deo propitio nostro imperio sint omnes restituti, sancimus pro nostrarum legum auctoritate triginta nec non et quadraginta annorum praescriptionem, alias insuper, legibus locum habere, et suam tenere per omnia firmitatem, his duntaxat temporibus, quae ab adventu tyrannorum bellica confusio comprehendit, nullatenus in praescriptionum curriculis imputandis.

VII. *Ut instrumenta irrita revocentur* [7]).

Cognovimus, dum hostilis ferocitas Romanam civitatem vel alias obsideret, diversos contractus esse factos inter Romanos, qui obsidebantur, vel etiam instrumenta conscripta, in praesenti vero quosdam praedictos contractus rescindere vel etiam instrumenta irrita revocare, sancimus, etsi postea per hostilem incursionem [8]) huiusmodi documenta perierunt, nullam esse licentiam quae facta sunt infirmandi, sed omnes contractus obsidionis tempore factos in sua firmitate durare, instrumenti etiam competentem vim habituri, sed nullum per eorum amissionem dominis praeiudicium generandum. Quod enim rite perfectum est, per fortuitos belli casus verti, subtilitatis non patitur ratio.

VIII. *De rebus mobilibus vel immobilibus.*

Aes insuper mobiles vel immobiles seseque moventes, quas a Theodorici regis temporibus usque ad nefandissimi Totilae superventum quocunque iure vel titulo Romani possedisse noscuntur per se, vel usufructuarias, vel alias personas, per quas unumquemque praecepit possidere, in posterum sine aliqua concussione apud eos servamus, eo videlicet ordine, quo per praedicta tempora easdem res possedisse noscuntur.

IX. *Pro immunitate tributorum.*

Ne autem tributorum exactionis intuitu habitatores patiantur molestias quarumcunque provinciarum, sancimus, nullius maioris dignitatis officia pro exigendis [9]) functionibus dirigi, sed per provinciarum iudices et eorum officia quodcunque damnum collatores sustinere pro tributorum videantur exactione [10]), licentia non deneganda maioribus iudicibus et eorum officiis, si minus illatae fuerint functiones, ipsos iudices et eorum officia convenire, et quod minus est illatum exigere, et [11]) tam publicae [12]) rationes, quam collatoris utilitas procuretur. *Dat. anno, die et Cons. SS.*

X. *De confirmatione absolutionis tributorum.*

Ipsarum enim functionum solutionem per consueta loca vel tempora solenniter praecipimus fieri, nulla innovatione per hostilem adventum solutioni tributorum penitus inferenda, sed pro sua consuetudine vel nostrorum beneficiorum tenore sive ad arcam sive in provincia unumquemque solutionem in posterum etiam celebrare.

XI. *Ut leges imperatorum per provincias ipsorum dilatentur.*

Iura insuper vel leges Codicibus nostris insertas, quas iam sub edictali programmate in Italiam dudum misimus, obtinere sancimus. Sed et eas, quas postea promulgavimus constitutiones, iubemus sub edictali propositione vulgari, et [13]) ex eo tempore, quo sub edictali programmate evulgatae fuerint, etiam per partes Italiae obtinere, ut una deo volente facta republica, legum etiam nostrarum ubique prolatetur auctoritas.

XII. *De suffragio collatorum.*

Provinciarum etiam indices ab episcopis et primatibus uniuscuiusque regionis idoneos eligendos et sufficientes ad locorum administrationem ex ipsis videlicet iubemus fieri provinciis, quas administraturi sunt, sine suffragio, litis etiam codicillis per competentem iudicem eis praestandis, ita videlicet, ut, si aliquam collatoribus laesionem intulisse inveniantur, aut supra statuta tributa aliquid exegisse, vel in coëmptionibus, mensuris enormibus, aliisque praeiudiciis vel gravaminibus, aut iniquis solidorum ponderibus possessores damnificasse, ex suis satisfaciant facultatibus. Quod etiam, si quis de administratoribus aut actionariis de praeteritorum nefandorum tyrannorum tempore fecisse invenitur, ex suis facultatibus ei, a quo abstulit, restituere iubemus, quum nos indemnitatem subiectorum undique volumus procurari.

XIII. *Ut proprietas unicuique restituatur.*

Quum autem cognovimus, inimicis deo propitio diversis expulsis provinciis quosdam greges invenientes ab illis relictas, et suo vindicare eas dominio, licet ad alios antea pertinebant, sancimus, causa discussa, quantum

---

[1]) *Iulian. Pith.*; diverso *Iulian. Mir.*, *Cont.* — [2]) *Iulian. Pith.*; venditiones *Iulian. Mir.*, *Cont.* — [3]) *Iulian. Pith.*; vend. vel cui quibuscunque contracti titulos *Iulian. Mir.*, *Cont.* — [4]) *Iulian. Pith.*; praediis *Iulian. Mir.*, *Cont.* — [5]) *Iulian. Pith.*; qui *Iulian. Mir.*, *Cont.* — [6]) *Videtur leg.* constiterint. — [7]) *Videtur in hac rubrica negatio deesse.* — [8]) *Iulian. Pith.*; incussionem *Iulian. Mir.*, *Cont.* — [9]) exerendis *Iulian. Mir. et Cont. in marg.*; exercendis *coni. Spang.* — [10]) *Videtur excidisse* restitui. — [11]) *Melius* ut. — [12]) rei publicae *Bk.* — [13]) *Iulian. Pith.*; et *om Iulian. Mir.*, *Cont.*

quantum quidem ad eos pertinet, eis praestari. Si quid vero ab aliis agnoscetur, dominus sua recipere, quod vero excepto [1]) domino non cognoscitur, inter illos distribui, qui per eandem provinciam greges amisisse inveniuntur, divisione pro rata portione scilicet facienda.

XIV. *De eo, cui aliquid ablatum est, ut restituatur.*

Si quid etiam collatorum per occasionem tributorum exactionis [2]), vel cuiuslibet oneris praetextu, aut alio irrationabili modo a quibusdam in auro vel in speciebus laesi esse noscuntur, hoc etiam competenter ei, cui ablatum est, iubemus sine ambiguitate restitui, ut undique provinciarum habitatores legitime sua recipiant, et nostri temporis possint felicitatem sentire.

XV. *De servis, qui tyrannorum tempore liberas duxerunt uxores.*

Illud etiam praeteritis capitulis inserendum esse censuimus, ut, si qui per Gothicae ferocitatis nefandissima tempora servi constituti liberas uxores inveniantur duxisse, vel etiam liberis hominibus ancillae conjunctae, licentiam quidem liberae personae discedendi per praesentes nostros mereantur affectus [3]), ancilla videlicet vel servo in dominorum suorum iura [4]) remanentibus, nullo praeiudicio dominis servorum vel ancillarum ex praeterito tempore generando. Si vero in posterum etiam coniugia tenenda esse putaverint, nullum praeiudicium circa libertatem propriam patiantur, filii vero maternam conditionem sequantur. Quod etiam in illis, qui ex tali coniugio nati sunt, obtinere iubemus.

XVI. *De servis et c[illegible]onis ab alio detentis.*

Servos etiam vel colonos, quos ab aliquo contigit [5]) detineri, suis restitui dominis una cum medii temporis prole iubemus.

XVII. *De deo dicatis virginibus.*

Quum autem tyrannicae ferocitatis praesumtionem res etiam illicitas quasi permissas egisse sine dubio sit, sancimus, ut, si qui mulieres deo sacratas vel habitum religiosum habentes sibi coniunxisse inveniantur, nullam eis tenendi, vel dotes forte conscriptas iterum [6]) monasteriis, vel ecclesiis, aut sancto proposito, cui dedicatae sunt, restituantur.

XVIII. *Ne pro comparatione specierum collatores graventur.*

Ne vero per coëmtiones etiam quodcunque collatores detrimentum sustinere inveniantur [7]), sancimus, per unamquamque provinciam illarum fieri specierum coëmtionem, quae per eandem provinciam abundare noscuntur. Neque enim eius, quod ibi non abunde nascitur, coëmtionem non [8]) fieri patimur, pretiis videlicet pro specierum venalitate, quae tunc temporis in foro rerum venalium obtinere noscuntur, statuendis, ipsis tamen pretiis specierum unicuique collatorum in tributorum imputandis exactionem, commerciis videlicet navium nullo modo prohibendis, ut et noster felicissimus exercitus possit nutriri, et collatores aurarias functiones ex abundantium specierum commercio infundere valeant; distributione coëmtionis pro arbitrio tam locorum antistitis, quam primatum uniuscuiusque celebranda, ne collatores ex officiorum avaritia per quemcunque modum opprimi videantur.

XIX. *De mensuris et ponderibus.*

Ut autem nulla fraudis vel laesionis provinciarum nascatur occasio, iubemus, in illis mensuris vel ponderibus species vel pecunias dari vel suscipi, quae beatissimo Papae vel amplissimo senatui nostra pietas in praesenti contradidit.

XX. *De mutatione solidorum, id est monetae.*

Quum autem scimus, veterum Romanorum principum solidos per illa loca facile inveniri, comperimus autem, negotiatores vel alios quosdam propter mutationem solidorum dispendium aliquod collatoribus nostris inferre, sancimus, solidos Romanorum principum forma signatos sine permutationis dispendio per omnes provincias ambulare, et per eos celebrari contractus; enim, qui dispendium aliquod permutationi solidorum inferre praesumserit, pro unoquoque solido alterum tantum ei, cum quo contraxerit, inferat.

XXI. *Ut pretium satisfaciat et quod tulit quis.*

Si quis etiam de rebus immobilibus ad alium pertinentibus aliquem ornatum vel materiam abstulisse inveniatur, modis omnibus restituere, vel si iam alicui iuncti sint aedificio, pretio satisfacere coarctetur, ut undique nostrarum legum conservetur auctoritas. Instrumenta etiam, quae ad alios pertinentia forte ab aliis detinentur, prioribus dominis iubemus restitui, ut omnes undique nostrarum legum adiutorio potiantur. Si vero instrumentum periisse inveniatur, cuius exemplar apud alterum invenitur, utpote duobus scriptis authenticis, prout in contractis solitum est, ex eo, quod apud partem alteram invenitur, aliud conscribi iubemus, et parti dari, cuius iam instrumenta perierunt, ut competentem possit habere cautelam. Sed et si quis instrumentum alienum sive ipse tollendo, sive quocunque casu inveniendum malignitate vel incendit, vel abscondit, aut corrupit, aut quocunque modo habere desierit, tunc quanti interest eius, ad cuius iura instrumenta pertinebunt [9]), is, qui dolum fecit, satisfacere compellitur. *Dat. die, anno et Cons. SS.*

XXII.

---

[1]) a certo domino *coniecit H. Schneider.* — [2]) *Iulian. Pith.*; exactiones *Iulian. Mir., Cont.* — [3]) „*Forsan leg.* affatus, *quo nomine Rescripta plerumque veniunt.*“ *Cr.* — [4]) *Aut leg. videtur* iure, *aut retento* iura *scribendum* remeantibus. — [5]) contigerit *Spang.* — *) *Locus corruptus ita fere sanari possit:* nullam licentiam habeant eas tenendi, vel — conscriptas, sed iterum *etc.* — [7]) *Iulian. Mir.*; inveniatur *Iulian. Pith., Cont.* — [8]) non *videtur delendum esse.* — [9]) *Fortasse melius* pertinebant.

XXII. *Ut annona ministretur medicis et diversis.*

Annonam etiam, quam et Theodoricus dare solitus erat, et nos etiam Romanis indulsimus, in posterum etiam dari praecipimus, sicut etiam annonas, quae grammaticis, ac oratoribus, vel etiam medicis, vel iurisperitis antea dari solitum erat, et in posterum suam professionem scilicet exercentibus erogari praecipimus, quatenus iuvenes liberalibus studiis eruditi per nostram rempublicam floreant.

XXIII. *Ut civiliter inter se causas audiant.*

Lites etiam inter duos procedentes Romanos, vel ubi Romana persona pulsatur, per civiles iudices exercere [1]) iubemus, quum talibus negotiis vel causis iudices militares immiscere se ordo non patitur.

XXIV. *Ut mutationes in suo statu stent.*

Reipublicae permutationes etiam vel comparationes sive competitiones [2]) cum publico factas usque ad adventum sceleratae memoriae Totilae in sua firmitate firmamus, si tamen nulli aliquid alio possidente competit.

XXV. *Ut fabricae publicae serventur.*

Consuetudines etiam et privilegia Romanae civitatis vel publicarum fabricarum reparationi, vel alveo Tiberino, vel foro aut portui Romano, sive reparationi formarum concessa servari praecipimus, ita videlicet, ut ex iisdem tantummodo titulis, ex quibus delegata fuerunt, praestentur.

XXVI. *Ut per negotiatores coëmtiones fiant.*

Super haec cognovimus, Calabriae vel Apuliae provinciae possessoribus pro coëmtionibus non inferendis superindictitium titulum impositum esse pro unaquaque millena, unde coëmtiones per negotiatores annis singulis exerceri, in praesenti vero negotiatores [3]) speciemm coëmtiones recusare tentantes tam superindictitium titulum, quam coëmtionis onus provinciae possessoribus imminere; quum abunde mercatores sint, per quos possit exerceri coëmtio, sancimus, magnitudinem tuam haec examinantem, si possibile sit per negotiatores species comparatas inferri, collatores provinciae nullatenus praegravari, quum superindictitio titulo semel eis imposito, coëmtionis etiam onus inferre sit impossibile. *Dat. die, anno, Cons. SS.*

XXVII. *Ut qui voluerit ad praesentiam Imperatoris navigare, non impediatur.*

Viros etiam gloriosissimos ac magnificos senatores ad nostrum accedere comitatum volentes [4]) sine quocunque impedimento venire concedimus, nemine prohibendi eos habituro licentiam, ne senatoribus nostris vel collatoribus debitus introitus quodammodo videatur exclusi. Sed etiam ad Italiam provinciam eundi eis, et ibi quantum voluerint tempus commorandi pro reparandis possessionibus aperimus licentiam, quum dominis absentibus recreari possessiones aut competentem mereri culturam difficile sit.

Quae igitur per hanc divinam pragmaticam sanctionem nostra statuit aeternitas, magnitudo tua modis omnibus effectui mancipare observareque procuret, poena decem librarum auri imminente contra temeratores nostrarum iussionum. *Pragmatica dat. Idib. August. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XXVIII., post cons. Basilii V. C. anno XIII., Narsi viro ill. praeposito sacri cubiculi, Antiocho viro magnifico praefecto per Italiam.* [554.]

[1]) exerceri *Bk.* — [2]) condictiones *mavult Gothofr.* — tantibus. — [4]) *Bk.*; volentibus *Iulian. Mir. et Pith.*, [3]) *Iulian. Pith.*; negotiatoribus *Iulian. Mir.*, *Cont.*, *Cont. quod melius fortasse retinetur*, tentantes *mutato in* ten-

Const. II.[*])

DE ADSCRIPTICIIS ET COLONIS.

Imp. Iustinianus Aug. Dominico, praefecto Pr Illyrici [1]).

Docuerunt nostram serenitatem Lugdunensium [2]) habitatores, et hoc nos docuerunt, quia ante propositum legem, per quam iussimus adscripticios vel colonos commiscentibus se liberis mulieribus procreare filios ad similitudinem liberorum, et ex hoc detrimentari fundos et eorum functiones, recedentibus agricolis, velut ex utero libero procedentes; et hoc [3]) corrigentes sancimus, secundum veterem legem de adscripticiis et colonis constitutis agricolis, quod nascitur adscripticium et colonum fieri. Sed si sola fuerit mulier libera constituta, quum procreaverit filios, tunc ergo nullo modo patimur laedi ex hoc penitus liberum uterum, utque talis mulier tali viro sociata fuerit, neque adscripticio, neque colono, in hoc tantummodo casu obtinente lege. Sancimus ergo generalem legem, ut, qui ex adscripticio et colono natus est, patris naturam sequatur. Sic ergo et indemnitas fisco collatoribus erit, parens carissime. In hoc ergo medentes, praesentem dispositionem disposuimus, quam observare tuam celsitudinem sancimus in omnibus Illyricianis partibus, ut non exinde deminutio aliqua dominis inferatur.

Tua

---

[*]) *Haec Constitutio ex Cod. Iuliani Ranconet. a Miraeo primum in appendice Novellarum Iuliani edita est nec non in ed. P. Pithoei extat. Iam antea nota erat Cuiacio, vid. Observv. IV.* 28. *Inde a Contio in Corp. iur. civ. recepta est; cf. Biener l. c. p.* 482 *sq.*

[1]) *Iulian. Mir. et Cont. in marg.*, *Iulian. Pith.*; Dominico Praefecto *Iulian. Mir. et Cont.* — [2]) Ligdinensium *Iulian. Pith. et haec nominis forma videtur esse in Cod. Ranconet. secundum Miraei notam margin.*; Lygdunensium *Iulian. Mir.*, *Cont.* — [3]) *Iulian. Mir. et Cont. in marg.*, *Iulian. Pith.*; ex hoc *Iulian. Mir.*, *Cont.*

Tua igitur gloria quae nobis visa sunt per hanc legem divinam significantem [1]) effectui mancipare festinet, mulcta imminente decem librarum auri, qui eam violaverit aut concesserit violandam. *Dat. Sub. Id. April. Constant. imp. DN. Iustiniani Aug. anno XIV. Iustino Cons.* [540.]

[1]) significata *Iulian. Mir. et Cont. in marg.*

Const. III.[*])

CONSTITUTIO IUSTINI IMP. DE FILIIS LIBERARUM, IN AFRICAM DIRECTA.

mp. Caesar Flavius Iustinus, fidelis in Christo, mansuetus, maximus benefactor, Alemannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, Theodoro.

Die noctuque pro utilitate reipublicae subtiliter cogitantes, ille properamus renovare, quanta [1]) in locis opportunis sunt necessaria, et maxime pro tributis atque reditibus, sine quibus impossibile est aliquid agere prosperum. Suggessit autem tua magnitudo, maximam partem possessorum Africanae provinciae precibus suis intimare desolatos agros remansisse, quum divina lex promulgata fuisset, constituens creatos ex libera matre et adscripticio marito liberos esse. Quod contrarium est legibus antiquis, quum illae manifeste decreverunt, talem sobolem adscripticiam esse. Ex hac enim licentia filii adscripticiorum praedia, in quibus nati sunt, dimittentes, et in aliis habitantes locis, tam fiscum, quam dominos praediorum minuere, et haec dicentes supplicaverunt corrigere hoc capitulum apud illam provinciam, sicut et pater noster praedictae legis lator in Illyricianam provinciam fecit, constituens filios, qui nascuntur ex libera matre atque adscripticio patre, liberos esse cum suis rebus, sed tamen colonos, ut non liceat terrulas, ubi nati sunt, relinquere, et alienas colere.

His igitur nostrae serenitati suggestione tua relatis, necessarium esse perspeximus possessores subiectos nostros atque functiones publicas adiuvare. Unde sancimus, in Africana provincia filios ex libera matre et adscripticio patre productos liberos quidem esse, et res proprias habere, in ordine tamen colonorum esse, et non posse eos dimittere praedia, in quibus nati sunt, et excolere aliena, sed vicos ipsos, in quibus orti sunt, cum libertate colere; sic etenim nec fiscus, nec possessor laeditur, neque praedicti minuuntur [2]), terras, ubi nati sunt, excolentes, Theodore parens carissime atque amantissime. Quae igitur per hanc divinam pragmaticam sanctionem nostra sanxit aeternitas, tam tua magnitudo, quam qui post te eandem administrationem adepti fuerint, una cum officio suo effectui mancipare observareque procurent. *Dat. Kal. Mart. Constant. imp. DN. PP. Aug. Iustini anno V. Indict. III. Et subscriptio imperialis: Vale Theodore parens carissime atque amantissime; et Quaestor legi. Dat. Kal. Mart. Const. imp. DN. Iustini PP. August. anno V. post cons. eiusdem DN. anno IV.* [3]) [570.]

[*]) *Haec Const. primum edita est a Cuiacio in Observv. IV.* 28. *ex Cod., ut videtur, Iuliani Ranconet., deinde a Miraeo et P. Pithoeo. A Contio in Corp. iur. civ. transiit, cf. Biener l. c. p.* 482 *sq.*

[1]) *Iulian. Mir., Pith., Cont.:* quae *Cuiac.* — [2]) *Cuiac., Iulian. Mir. et Pith.;* imminuuntur *Const.* — [3]) *De subscriptione cf. Biener l. c. p.* 483.

Const. IV.[*])

SACRUM PRAGMATICUM TIBERII AUGUSTI DE CONFIRMATIONE CONSTITUTIONUM IUSTINI IMP. DE FILIIS COLONORUM ET LIBERARUM.

In nomine domini Iesu Christi. Imperator Caesar Flavius Tiberius Constantinus, in Christo mansuetus, maximus, benefactor, et Flavius Nob. Tiberius Mauritius, felicissimus Caesar, Alemannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Aug Theodoro.

Consuetum et peculiare nostrae mansuetudinis remedium necessitatibus subiectorum nostrorum imponere cupientes, suggestionem viri beatissimi Publiani, antistitis Carthaginensium civitatis et possessorum eiusdem Africanae proconsularis provinciae libenter suscepimus, per quas [1]) pragmaticam sanctionem Iustini divae memoriae patris nostri pro conditione sobolis ab adscripticio patre et ingenua matre ad Theodorum tunc praefecturam tuam agentem ante tempus emissam firmam illibatamque nostris etiam affatibus constitui supplicaverunt, ut cultura terrarum permaneat, nulla lege vel machinatione et [2]) ab ea separari valitura. Consulentes itaque collatoribus Africani tractus sancimus, eandem pragmaticam sanctionem et eius dispositionem omnibus modis ex quo data est suas vires habere, et incertam [3]) ei auctoritatem universis dominis terrarum opitulari, ut liberi procreati a matre ingenua et patre adscripticio vel colono rusticitatem paternam cognoscant, et operibus suis consuetos reditus his, quibus supposuti sunt, subministrent, deterioris quidem conditionis alieni

[*]) *Extat haec Tiberii II. const. in App. Iuliani ed. Miraei et P. Pithoei, et a Contio edita est, cf. Cuiac. Observv. IV.* 28. *Biener l. c. p.* 482 *sq.*

[1]) *Iulian. Mir., Cont.;* quam *Iulian. Pith.* — [2]) et *videtur delendum esse* — [3]) *Leg.* insertam

alieni, ipsius autem cespitis, ubi nati sunt, recedere, et in aliis quibuscunque locis degere non permissuri, Theodore parens carissime atque amantissime. Illustris igitur et magnifica auctoritas tua hanc pragmaticam sanctionem in aeternum valituram edictis propositis omnibus habitatoribus Africanarum partium innotescat, ut omnibus pateat, qualem pro utilitate eorum providentiam gerimus.

Subscriptio Imperialis.

Divinitas te servet per multos annos, parens carissime atque amantissime. Quaestor legi. Dat. III. Id. Aug. Constant. imp. DN. Tiberii Constantini PP. Aug. anno VIII. et post cons. eius anno III. et Nob. Tiberii Mauritii, felicissimi Caesaris anno I. [582.]

Const. V. [a])

IMP. IUSTINIANI A. CONSTITUTIO, QUAE DATA EST PRO DEBITORIBUS IN ITALIA ET SICILIA.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Imperator Caesar Flavius Iustinianus, Alanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac [1]) triumphator, augustus Narsi Panfronio et Senatui.

Quum semper decursio barbarici temporis in novarum rerum et veteribus legibus occasionem praebeant promulgandis, generalibus hominum difficultatibus communi remedio subvenire necesse est. Universae quidem Italiae nos oblatae [2]) preces generaliter commoverunt pecuniis reddendis aliquod iam remuere, postulantes, remedium, ne per communes calamitates et reditum propriis fraudetur, et debiti impossibili solutionem succumbat. Talibus itaque precibus annuentes praesentem [3]) legem sancimus, ut per universam Italiam atque Siciliam pro mutuis pecuniis, quae usque ad nuper factam incursionem Francorum datae [4]) noscuntur, post redditam perfectam pacem Italiae, expleto quinquennio, tunc aut media pars creditae sortis creditoribus offeratur, aut medietatis [5]) suae substantiae. Si hoc elegerit debitor, offerat creditori usuras, videlicet audiet crediti usque ad completum quinquennium, istis contractibus omnimodo cessantem. Si quae autem [6]) pignora pro debito data per clades Italiae perierunt, rei communem eventum tam debitor quam creditor sentiat, ut nec creditor pro mutuis pecuniis conveniri, nec debitor possit actiones exercere pignoraticias. Si vero pignora exstant, debitae etiam sortis pro integris pignoribus solutio [7]) celebretur. Quodsi pars pignorum salva inveniatur, pro rata portione [8]) sortis etiam pars [9]) creditorem sequatur. Si quis vero actorum pignorum magnitudinem occasionem barbarici lucri causa supprimere aut celare voluerit, et hoc a debitore comprobari [10]) potuerit, amisso debito pignora reddere compellatur. Hi vero, qui necessitatem debiti facientem beneficia vel usuras [11]) in capite debiti redigunt, quod etiam bonis temporibus fieri leges minime patiuntur, per hanc sanctionem huiusmodi fraudentur augmento [12]), ita videlicet, ut, quidquid etiam de usuris et beneficiis confert . . . [13]).

---

[a]) *Ex Cod. Ms. Vindob. Novellarum Iuliani edita est haec const. Iustiniani, adhuc ignota, a Bienero in Zeitschr. f. g. R. V. p.* 352 *sqq.*

[1]) *Bk.*; inclytus hac *Cod.* — [2]) *Bk.*; oblata *Cod.* — [3]) connuentes per praesentem *Bk.* — [4]) *Bk.*; data *Cod.* — [5]) medietas *Bk.* — [6]) *Bk.*; Si qua utrum *Cod.* — [7]) *Bk.*; solatio *Cod.* — [8]) *Bk.*; ratam portionem *Cod.* — [9]) *Bk.*; partem *Cod.* — [10]) *Bk.* comprobare *Cod.* — [11]) *Bk.*; usura *Cod.* — [12]) *Bk.*; augmentum *Cod.* — [13]) *Subscriptio deest, post annum autem* 555. *editam eam esse, concludit Bienер ex rebus in ea commemoratis.*

Const. VI. [a])

IMP. IUSTINIANI A. PRIVILEGIUM PRO TITIONIBUS.

Flavius Iustinianus Caes. Imp. Alamanicus, Gothicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, semper Augustus, Narseti, Patricio in Italia S.

Mira animi aegritudine percepimus, urbem nostram Romam superioribus temporibus exinanitam, desertam ac fere desolatam diutius perstitisse, ex eaque ad diversa orbis climata infinitas paene illustres familias migrasse, Gothorum Vandalarumque diram crudelitatem ac feram rabiem fugientes. Inter quos honestissima ac pernobilis Titionum familia, relicta urbe, in qua permulta ante saecula in glorioso equestri ordine feliciter floruerat, ad exteras nationes fugere compulsa est. Ex ea enim familia super centum et XX. capita ad Vindelicos Rhaetiosque migrarunt, malentes dura fortiter pati exsilia, quam in patria cum hostibus Romani imperii propriis fruendo bonis turpem ac inhonestam servire servitutem. Volentes nos igitur tot calamitatibus et miseriis occurrere, gloriosissimum Belisarium patricium contra Gothos in Italiam expedivimus, ut per eum a tanta servitute, captivitate et strage ipsam urbem, ipsam Italiam liberaremus. In eo autem conflictu, quem apud

---

[a]) *Hoc privilegium editum est in Cuiac. Obss. lib. X. cap.* 12., *sed ex quo fonte desumtum sit, non indicatur, nisi quod Cuiacius a P. Galesio Hispano se id accepisse dicat. Non sine ratione addidit Bk., qui in App. Corporis iuris civ. hanc constitutionem recepit, an genuina sit, dubio non carere.*

apud Ravennam Belisarius cum Victige, Gothorum rege, [habuit [1])], et in quo capto eodem rege vivo victor exstitit, strennus, fortis ac nobilis L. Galbinus Titio, tribunus militum, agens fortiter dimicando gloriose occubuit, tribus post se relictis filiis superstitibus, Aulo Andnatio, C. Tuberone et L. Reiciardo, qui omnes sub ducatu tuo in Italia pro nobis a romano imperio contra hostes nostros honestis stipendiis summa fide militant. Quapropter quum nil clementius, nil decentius, nil gloriosius in principe exoptari possit, quam eorum habere rationem, ac iustis eos et gratis prosequi favoribus, quorum parentes viriliter dimicando pro imperio ac patria sanctissime cecidernnt, quumque hi fratres ac eorum progenitores ab impiis romani imperii hostibus spoliati sint omni amplo eorum censu, quem in urbe et in Cenomanis, maxime Insubribus, Vercellen. Taurinis ac Liguribus per longa temporum spatia possidere soliti erant, volumus, mandamus ac iubemus, in quantum gratiam nostram caripendis ac nostrum zelus honorem, ut diligente inquisitione facta eos in censu suo ac gentiliciis bonis instaures, nulla eorum habita ratione, per quosvis occupentur, eosdemque fratres urbi, honoribus, dignitatibus et equestri potissimum, in qua ab atavis proavisque summa cum laude claruerunt, restituas, in aedibusque suis, quovis remoto detentare, per te integrentur. Omnes enim, qui ab initio per vim possidendo iniqua faciunt fundamenta per usum temporis non aequam acquirunt possessionem, nec et hi, qui ab eis actionem habent, nolumusque eosdem occupatores ulla praescriptione invari, quamvis longissimi temporis, cui omnino derogamus ac plenitudine potestatis nostrae derogatum esse volumus, ut iidem fratres ea fide et virtute, quam a felicissimo parente traxerunt, nobis ac romano imperio deserviant.

Hanc igitur nostram voluntatem, ac potius iustam ac meritam instaurationem inviolabiliter observari volumus sub poena librarum C auri, imperialique sigillo nostro muniri iussimus.

Ex urbe nostra Constant. Id. Feb. imp nostri anno XXXVI., a natali christiano 565.

[1]) *Bk.*; habuit *om. Cuiac.*

Const. VII et VIII.[*])

IMP. IUSTINIANI A. CONSTITUTIONES DE CONFUGIENTIBUS AD ECCLESIAM.

1. *Εἴ τις ἐλεύθερος δούλωσιν ὑφιστάμενος τῇ ἐκκλησίᾳ προσδράμῃ, μεταξὺ καλείσθω δὶς ὁ ἐγκαλούμενος, καὶ εἰ μὴ ἔλθοι, ἡ τρίτη ἀποστολὴ διὰ τριῶν τῆς ἐκκλησίας γινέσθω πρεσβυτέρων ἢ διακόνων εἰς μαρτύριον τῶν γινομένων, καὶ εἰ μὴ ἔλθοι, ἐλευθερίας ἀξιούσθω ὁ φυγάς.*

Si quis liber servitutem passus ad ecclesiam confugerit, actor bis citetur, et si non venerit, tertia citatio fiat per tres ecclesiae presbyteros vel diaconos ad testimonium factorum, et si non veniat, libertatem obtineat fugitivus.

Εἴ τις τῶν οἰκετῶν λιμῷ καὶ γυμνότητι πιεζόμενος γνώμῃ δεσπότου τῇ ἐκκλησίᾳ προσδράμῃ, εἰ μὴ κατὰ τὸ δυνατὸν αὐτῷ ἀμφότερα διορθοῦται, πιπρασκέσθω ὁ δοῦλος ἄλλῳ δεσπότῃ, ἵνα μὴ ὑπεροψίᾳ διαφθείροιτο.

Si quis servorum, fame et nuditate pressus scienter domino, ad ecclesiam confugerit, nisi, in quantum fieri potest, utrumque corrigatur, vendatur servus alii domino, ne ob negligentiam domini depereat.

Εἴ τις τῶν πρεσβυτέρων ἢ διακόνων ἔξει δίκην μετά τινος, προσκαλείσθω οὗτος, καὶ μὴ ὑπείκων, καταδικαζέσθω.

Si quis presbyterorum vel diaconorum cum aliquo litem habeat, ille citetur, et si non obtemperet, condemnetur.

Δοῦλος μάτην τῇ ἐκκλησίᾳ προσχωρήσας ἀξίως παιδευέτω καὶ τῷ ἰδίῳ διδόσθω δεσπότῃ.

Servus, qui temere ad ecclesiam confugerit, competenter castigetur et domino suo reddatur.

Εἴ ποτε δοῦλος φυγὰς αὐτὸν ἐλθεῖν τὸν κύριον ἀπονοίᾳ ἐπιζητοίη, ὁ δὲ τῶν θεραπόντων αὐτοῦ τὸν πιστότατον ἀποστέλοι, μὴ ἀναγκαζέσθω αὐτὸς σκύλλεσθαι, μάλισια παραθέμενος τὸν ἀντ' αὐτοῦ ἀπεσταλμένον, ᾧ καὶ παραδίδοσθαι τὸν δοῦλον ἔξεστω.

Si quando servus fugitivus ipsum venire dominum dementer postulaverit, is autem famulorum suorum fidissimum mittat, non oportet ipsum dominum fatigari, praesertim si mandatum illi dederit, quem pro se mittat, cui etiam tradere licet servum.

Διὰ παντὸς οἱ πρόσφυγες ἀνερευνάσθωσαν καὶ ἂν ἂν ὦσι μηνυέσθωσαν οἱ κύριοι αὐτῶν ἐπανελέσθαι αὐτούς. Ἐπιμένοντες γὰρ καὶ πληθυνόμενοι καὶ τὰ τῆς περιβολῆς ἀναλίσκουσι πάντα, καὶ τοὺς παρατυγχάνοντας ἐνεδρεύοντες βλάπτουσι, καὶ τοῖς δεσπόζουσιν ἐπανισταμενοι ὕβρεις κατ' αὐτῶν ἀφιᾶσι τὸν χαλεπώτατον, ἐφ' ᾧ καὶ κατ' ἀξίαν αὐτοὺς παιδευέσθαι ἄμεινον.

Per omnia fugitivi investigentur, et quorum sunt dominis indicentur, ut eos retrahere possint. Dum enim restant et numerosi fiunt, et omnia, quae sunt intra septum (ecclesiae), consumunt, et accedentes insidiis suis laedunt, et in dominos exsurgentes, contumeliis eos afficiunt gravissimis, unde etiam eos competenter castigari praestat.

2. *Εἴ τις τῶν ἐκ θεοῦ τετιμημένων τῇ μεγάλῃ τῆς ἀρχιερωσύνης τιμῇ προδῶ τινα τῶν προσφυγόντων τῇ κατ' αὐτὸν ἐκκλησίᾳ. κἂν τῶν ἀλλοτρίων ἐστίν, ἢ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ προδήλως, ἢ τῇ τούτου ὑποβολῇ ἄλλος ἀντ' αὐτοῦ, ὁ τοιοῦτος, οἷος ἂν καὶ εἴη, κακώσεσιν ὑποβαλλέσθω, οἷς καὶ ὁ πρόσφυξ ὑπε-*

2. *Si quis eorum, qui divinitus ornati sunt magno pontificatus honore, tradiderit aliquem confugientium ad ecclesiam suam, licet extraneus sit, vel manifeste per se, aut ipsius consilio alius pro eo, talis, qualiscunque sit, suppliciis subiiciatur, quas confugiens a domino senserit, suo prius pontificatu spoliatus. Si quis*

[*]) *Hae duae constitutiones vel potius constitutionum epitomae editae sunt in Leunclavii Iure Graeco-Romano T. I. p. 72 sq. Non constat, ex quo fonte sint erutae; cf. Biener l. c. p.* 483 *sq.*

ὑπεβλήθη παρὰ τοῦ καβούνιος αὐτόν, τῆς ἰδίας πρότερον στερουμένος ἀρχιερωσύνης. Καὶ εἴ τις δὲ τῶν μεγάλα δυναμένων [1]) καὶ ἀρχικὴν ὑπενδυομένων ἐξουσίαν τολμήσειεν ἀποσπάσαι βίᾳ ἀπὸ τῆς ἀρχιερατικῆς χειρὸς τὸν αὐτῆς πρόσφυγα, καὶ τῶν ἀδύτων ἐξελκῦσαι τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ προσέφυγεν ὁ αὐτός, δι' ἑαυτοῦ ἢ διὰ τῶν ὑποχείρα, καὶ οὗτος τὴν ζώνην τῆς ἰδίας ἀρχῆς ἀφαιρούμενος καὶ μαστιγούσθω, καὶ κακούσθω, καὶ δημευέσθω πᾶσα ἡ οὐσία αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ἀνεχόμεθα τοιοῦτόν τι κατατολμᾶσθαι τὸ συνόλον ἐν πάσῃ τῇ ὑπὸ Ῥωμαίους ἀρχῇ καὶ τῇ χριστιανικωτάτῃ κατασιάσει. τοῦτο γὰρ τῶν ἐθνικῶν μόνον ἐστί, καὶ τῶν ἔξω νόμου ὄντων, καὶ μηδὲ τὴν οἰκίαν φύσιν αἰδουμένων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν δὴ τῶν αἱμοβόρων θηρίων θηριωδεστέρων πάντως καὶ ἀπιθανοτέρων τυγχανόντων, καὶ χαιρόντων καταφαγεῖν τὸ ὁμόφυλον σῶμα τῆς θείας διαπλάσεως, καὶ βεβηλοτέρων ἀποδεικνυμένων καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ μισητοῦ Ἰούδα, τοῦ προδότου καὶ βδελυκτοῦ.

quis vero etiam maiorum potestatum et praesidis gerens facultatem vi eripere ausus fuerit a manu pontificis confugientem ad eam, et ex adytis ecclesiae extrahere, ad quam ille profugit, vel per se, vel per famulum, etiam hic cingulo privatus et flagellis caedatur, et suppliciis subiiciatur, et publicetur omnis substantia eius. Non enim patimur tale al quid tentari prorsus in omni Romanis subiecto imperio et in christianissimo reipublicae statu. Hoc enim paganorum tantum est, et qui extra legem sunt, nec propriam naturam reverentur, sed eorum, qui sanguinariis bestiis immaniores et magis indomiti sunt, et devorare cognatum corpus divinae formae lactantur, et profaniores se declarant ipso exsecrabili Iuda, proditore et monstro.

[1]) μεγάλων δυνάμεων *bene emend. Bk.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ Θ'. [a])

Περὶ τοῦ μηδένα μητεύεσθαι ἐπὶ ἰδιωτικαῖς ἢ δημοσίαις προφάσεσιν.

Μηδεὶς τῶν ἀρχόντων ἢ τῶν λογοθετῶν ἢ τῶν ἄλλων τῶν τὰ δημόσια πραττόντων μητευέτω οἶκον τινὸς προφάσει δημοσίων ὀφλημάτων. ἀλλ' εἰ περιτύχῃ [1]) τοὺς ὑπευθύνους ἔνδον τῶν οἴκων κρύπτεσθαι, δημοσίοις κεχρῆσθω προσώποις πρὸς τὴν τούτων ἀναζήτησιν· καὶ εἴπερ εὕρον αὐτούς, δημοσίᾳ παραγέτω καὶ τὴν εἴσπραξιν ποιείσθω, μηδαμῶς τοῖς οἴκοις παρενοχλῶν· εἰ δὲ καὶ στρατιωτικῆς δεηθείη βοηθείας πρὸς τὴν ἐξάνυσιν τῶν δημοσίων, μὴ κεχρήσθω νεολέκτοις στρατιώταις πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ τοῖς ἐν πράγμασιν τετριμμένοις καὶ τὴν πολιτικὴν τάξιν ἐπισταμένοις καὶ τὴν εἴσπραξιν οὐκ ἐν τοῖς οἴκοις, ἀλλὰ δημοσίᾳ ποιουμένοις μετὰ τῆς πρεπούσης καθισιώσεως. καθόλου δὲ πᾶσιν προαγορεύει ἡ διάταξις ἐπὶ προφάσεσιν ἰδιωτικαῖς στρατιώταις μὴ κεχρῆσθαι ἢ τὴν οἱανοῦν δι' αὐτῶν ἐπαγαγεῖν μεθοδείαν τισίν, εἰδόσιν τῶν τοιοῦτό τι πράττειν ἐπιχειρούντων, ὡς καὶ πάσης ἀγωγῆς ἢ ἀνανεώσεως, ἃς ὁ νόμος αὐτοῖς ἐδίδου κατὰ τῶν εὐθυνομένων, ἐκπεσοῦνται δι' αὐτὴν καὶ μόνην τὴν ἐγχείρησιν. τοὺς δὲ ἀφοριζομένους στρατιώτας εἰς ἐξάνυσιν δημοσίων παρακελεύεται πάσης σπουδὴν ἀπέχεσθαι λήψεως καὶ μηδὲν καθόλου παρά τινος λαμβάνειν, ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις ἀρκεῖσθαι σιτήσεσιν. τὴν δὲ τῶν εἰρημένων πάντων παραφυλακὴν τοῖς κατὰ τόπον ἐπισκόποις τε καὶ ἄρχουσιν ἐπιτρέπει. πρὸς τούτοις ἀπαγορεύει τοῖς ἄρχουσιν καὶ παντὶ ἑτέρῳ οἶκον τινὸς μὴ καταλύειν προφάσει τοῦ ἀνανεῆσαι κατὰ τοῦ δεσπότου τοῦ οἴκου, δίχα μέντοι καινοτομίας· καθ' ἑτέρου [2]) γενομένου τῷ τοῦτο πράξαντι τὴν κατὰ τὸ διπλάσιον ἔκτισιν τῆς ζημίας τῆς γενομένης τῷ δεσπότῃ τοῦ οἴκου καὶ ποινὴν δέκα χρυσίου λιτρῶν [ἐπάγει [3])] καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν, τούτων παραφυλαττομένων ὑπό τε τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν τὰ δημόσια πραττόντων.

Constitutio IX.

UT NEMINI PRIVATARUM AUT PUBLICARUM CAUSARUM PRAETEXTU METATORUM ONUS INIUNGATUR.

Nullus ex magistratibus aut logothetis aut reliquis, qui publica tributa tractant, domui cuiusquam publicorum debitorum praetextu metatorum onus imponito, sed, si acciderit, ut debitores in domibus latitent, publicis utitor personis ad horum investigationem; atque si eos invenerit, publice producito et exactionem facito, domibus tamen nihil oneris imponat; sin autem etiam militari auxilio egeat ad tributorum exactionem, militibus nuper in numeros relatis ad eam rem ne utitor, verum iis, qui rerum usu callent et civilem statum noverunt et exactionem non in domibus verum publice cum conveniente devotione faciunt. Generaliter autem omnibus praecipit constitutio, ut in causis privatis militum usus ne sit, neque qualicunque modo per eos quosquam conveniant, scientibus iis, qui tale quid facere tentent, omni actione et novatione, quam lex ipsis concessit contra eos, qui actione pulsantur, sese privatum iri propter hunc et solum conatum. Milites vero, qui ad tributorum exactionem adhibentur, iubet ab omni sportularum capione abstinere nec quicquam omnino a quoquam accipere, sed annonis contentos esse suis. Horum autem omnium, quae dicta sunt, observationem episcopis cuiusque loci et magistratibus committit. Ad haec sancit, ut magistratus aut quivis alius cuiusquam domum ne diruat praetextu operis novi contra domini eius domus voluntatem, absque operis novi tamen nunciatione. Ac si contra factum sit, ei, qui hoc fecit, in duplum restitutionem damni, domino domus dati, iniungit, ac poenam decem librarum auri et imperatoris indignationem minatur, his et a magistratibus et ab iis, qui publica tributa tractant, observandis.

VER-

[a]) *Ignotae huius adhuc Novellae Iustiniani Imp. epitomen dedimus ex Athan. XX. 5. (Heimb. Anecd. I. p. 176 sq.). Initium integrae constitutionis erat secundum Athanasium:* Τὸ στρατιωτικὸν ἡμῖν (ἡμῖν) ἡ πολιτεία διὰ τοῦτο τρέφει.

[1]) *Heimb.*; περὶ τόται *Cod.*; ἀλλ' εἴπερ τύχῃ *coniectura Heimbachii in annot. subscripta.* — [2]) *Cod.* (καθ ἑτέρου); καὶ ἑτέρου *coni. Heimb.* — [3]) *Heimb.*; ἐπάγει *om. Cod.*

VERSIO ANTIQUA *Nov. V. DE MONACHIS* a).

Imp. Iustinianus A. Epiphanio, sanctissimo Archiepiscopo regiae huius civitatis et universali patriarchae.

Cap. 205. Vita [1]) singularis haec est honesta, haec reconciliare novit deo homines ad hoc ipsum venientes, ut omnem humanam maculam ab his ablnat, et mundos constituat et aptos naturali rationi, eorumque capaces, quae humanas curas exsuperant. Quisquis ergo desiderat vere esse monachus, debet et divinae scripturae doctrinam non ignorare, et continentiam diligere, ut dignum se tali faciat conversatione. Necessarium ergo duximus et nos exponere, quid agere debeant, et eos verissimos Inctatores eius viae, quae ad divinitatem perducit, constituere. Et haec est intentio praesentis legis, ut constitutis his, quae ad venerabiles episcopos vel ad reverendissimos clericos pertinebant, ad monachos provisionem nostram convertere.

Illud igitur in primis dicendum est, ut omni tempore, et in omni terra, quae nostro imperio gubernatur, si quis monasterium fabricare voluerit, non ante ei esse licentiam hoc faciendi, quam venerabilem eiusdem loci episcopum advocaverit, et is manum in caelum tetenderit, et orationibus eundem locum consecraverit deo, figens scilicet in eo nostrae salutis signum (dicimus autem honorabilem adorabilemque crucem), et ita demum incipiat fabricari, posita ut dixi cruce pro fortissimo fundamento. Hoc sit ergo principium piae monasteriorum constitutionis.

Hinc nobis singulorum monachorum cura subeunda est, quomodo eos fieri oporteat, utrumne liberos tantum, an et servos, propter [2]) quod omnes similiter indiscrete divina gratia suscipit, aperte praedicans, quia in dei cultura non est masculus neque femina, non liber neque servus; omnes enim [3]) in Christo unum putari. Sancimus igitur [4]) secundum divinas regulas eos, qui singularem vitam affectant, non temere continuo a [5]) reverendissimis abbatibus sanctorum monasteriorum habitum [6]) accipere monachorum, sed triennio toto, sive liberi sive servi fuerint, sustinere, nec dum eodem habitu dignos habitos, sed et tonsuram et vestem habeant eorum, qui Christo laici appellantur, et doceantur ea, quae dei sunt; et venerabiles abbates requirere ab his, utrum liberi an servi sint, et unde eos vitae singularis amor ingressus est. Et quum didicerint ab his, quod non maligna occasione ad hoc venerunt, habeant eos inter illos, qui adhuc docentur et in consolatione sint constituti, et experimentum capiant tolerantiae probitatisque eorum; neque enim facilis est vitae conversio, quae fit sine animi fortitudine. Et si quidem totum triennium permanserint, optimos se ipsos et tolerantes [7]) aliis monachis vel abbatibus ostendentes, tunc demum digni habeantur tonsura simul et veste monachis congrua [8]), et sive liberi fuerint [9]), nullum habeant timorem, sive servi, nullam patiantur inquietudinem, transeuntes ad communem omnium dominum, et capiant libertatem. Nam si multis casibus et lex hoc facere consuevit et libertatem pulcherrimis dare, qualiter non valeat [10]) divina gratia a vinculis eos servitutis absolvere? Quodsi intra triennii metas aliquis veniat, et quendam eorum, qui singularem vitam affectant, in servitutem trahere cupiat, asserens enim dominio [11]), — quod nuper nobis ex Nicaea [12]) nuntiavit reverentissimus Zosimus, vir opinatissimus in continentia, et gerens centesimum et vigesimum prope annum aetatis, virens [13]) tamen et animi virtutibus, et corporis [14]) ministerio, tanta est in eo divina gratia, — si quis ergo, sicuti diximus, intra triennium venerit, dicens, ad se pertinere quemquam illorum, qui monachorum se congregationi sociare desiderat [15]) et in monasterio positorum, affirmans sibi aliquid ab eo furtim [16]) subtractum, et ob hoc ad monasterium confugisse sanctissimum, non facilius hoc ei permitti, sed primum probare debere quod et servus eius est [17]), vel pro furto aliquo, vel mala conscientia et culpa saevissima monasterium appetivit. Quibus probatis, continuo eum recipiat, licet forte biennium retro cucurrerit, ex quo [18]) monasterium non amore conscientiae, sed vitiis trahentibus introivit. Is autem, qui se dominum probavit, iuret, nullum se dolorem aut perniciem in eum, qui restituitur, exhibiturum, et sic eum in domum suam secum reducat. Sin autem qui se dominum dicit nihil tale probaverit, et appareat his fortiori me non vincitur [19]), ex eadem continentia probis honestisque moribus constitutus, accedente forsitan extrinsecus aliorum testimonio, quod hoc tempore, quo sub manu domini fuerat, honestatis fuerit dilector, tunc, licet necdum tempus triennale transierit, maneat tamen in reverentissimo monasterio, ab omni asperitate retrahentis domini absolutus. Triennio autem fluente [20]) nulli penitus concedimus vocandi in servitutem quemquam ex his, qui monachorum societate digni sunt indicati, sed sive servi, sive liberi fuerint, in eadem, quam desideraverunt, continentia sine aliqua formidine perseverent, et nihil de eorum vita praeterita, licet forte culpabiles fuerint, requirantur (nam humana vita semper prona est ad peccatum), sed sufficiat ad correctionem delinquentium triennii testificatio. Ea vero, quae vere subtracta probantur, si exstant, post triennium revocentur. Ac [21]) si servitutis necessitatem fugiens monasterium quidem tentet relinquere, sequi autem alterius vitae habitum, licentiam habeant domini servili eum repraesentari [22]) fortunae. Qua enim ei iniuriosum videbitur in veram se trahi servitutem, qui dei culturam non dubitavit respuere? Et haec quidem de conditione eorum censuimus, qui se monachorum consortio devovent.

Cap. 206. Nunc autem videamus, quemadmodum eos habitantes monachilis [23]) philosophiae certatores dignissimos ostendamus. Volumus enim nullum monasterium in toto nostro imperio constitutum, sive multorum sit hominum, sive pancorum, separatos habere monachos et propriis uti habitationibus. Sed communiter eos sedere praecipimus, somnum autem capere omnes in singulis segregatis cubilibus sub uno duntaxat tecto, aut

---

a) *Hanc versionem antiquam plenam ex Anselmi Lucensis Coll. canon. lib. VII. cap.* 205 — 210. (*Cod. ms. S. Germani Paris.*) *edidit Savigny in: Zeitschr. f. g. R. Tom. II. p.* 128 *sqq., cf. Biener l. c. p.* 439. *Eiusdem versionis initium usque ad verba: Sin autem qui se dominum dicit, nihil tale probaverit et appareat legitur in Pithoei Obss. ad Cod. et Nov. p.* 693 *sqq. ex Cod. ms. canonum eccl. Bellovacens.*

[1]) *Bk.*; vitae *Cod. Par.* — [2]) propterea *Bk.* — [3]) *Pith.*; enim *om. Cod. Par.* — [4]) *Pith.*; putari sanximus. Igitur *Cod. Par.* — [5]) *Pith.*; a *om. Cod. Par.* — [6]) *Pith.*; habitu *Cod. Par.* — [7]) tolerandos *Bk.* — [8]) *Bk.*; tonsuram simul et vestem monachis congruam *Cod. Par.* — [9]) sint *Pith.* — [10]) *Pith.*; voleat *Cod. Par.* — [11]) *Pith.*; cum domino *Cod. Par.* — [12]) Lycia *Pith.* — [13]) *Fort. leg.* vigens. — [14]) episcopali *Pith.* — [15]) *Leg. videtur* desiderant. — [16]) furtim *om. Pith.* — [17]) sanctissimum — est *om. Pith.* — [18]) *Pith.*; ex eo quod *Cod. Par.* — [19]) appareat is, fortiore iure non victus *Bk.* — [20]) effluente *Bk.* — [21]) At *Bk.* — [22]) repraesentare *Bk.* — [23]) *Bk.*; monachiles *Cod Par*

aut si unum tectum non sufficiat plurimis, in duobus aut pluribus, non tamen, ut diximus, separatos, sed in unum, ut invicem sibi testimonium bonae conversationis exhibeant, ut nec ipsum somnum negligenter capiant, sed Christi ornamentum etiam dormientes excogitent pro his, a quibus se videri non nesciunt. Sed a praesente huius legis articulo excipiamus [1]) eos, qui perfectionem secuti et spiritualem omnino vitam adepti a communi se usu subducunt, et segregatum sibi habitaculum quaerunt, quos anachoritas, id est successores sive quietos, vocamus. Hi enim communionem pro meliore vita relinquere dignoscuntur, ceteros autem omnes, quibus abstinentia inter plurimos est, in dictis coenobiis [2]) esse volumus. Sic enim zelus eos provocat ad virtutes, et maxime novellos, si cum senioribus misceantur; fit enim antiquorum conversatio adolescentiae paedagoga. Ita vero in memoratis coenobiis habitent, ut suis abbatibus sine aliqua protervia libenter obediant, et traditam sibi abstinentiam sine querela custodiant.

Cap. 207. Quodsi quis eorum, postquam se deo dicavit, et habitum sumsit [3]), velit recedere de monasterio et privatam vitam eligere, ipse quidem sciat, quas sibi excusationes apud deum inveniat, res vero omnes, quas habuit tempore, quo monasterium ingressus est, dominio eiusdem monasterii deputentur, et nihil ex his habere permittatur [4]).

Cap. 208. Illud etiam definimus, ut, si quis monasterio se tradere voluerit, prinsquam ingrediatur, licentiam habeat res suas qualiter voluerit ordinare. Semel enim ingressum universa eius bona sequuntur, quamvis non specialiter hoc ipsum expresserit, nec res suas monasterio conferre dixerit, nec ultra ad eum res pertineant. Quodsi filios habuerit, si quidem iam eis aliquanta donaverit sive per ante [5]) nuptias donationem, sive dotis occasione, et haec ipsa faciunt Falcidiam [6]), nullum sibi ius in reliquis rebus filii exigant; sin autem aut nihil eis donasse aut minus reperiatur [7]), tunc demum, licet monachorum iam sit pater societati coniunctus, nihilominus Falcidia memoratis [8]) filiis debeatur, sive ut compleatur, ubi aliquid est donatum, sive ut tota detur, ubi nihil acceperant [9]). Sed si uxorem habens et eam relinquens ad monasterium recurrat, dos mulieri reservetur, et id, quod ex casu mortis in pactum devenerat, quod iam et in alia nostra constitutione decrevimus. His omnibus, quae de monachis diximus, et in personis mulierum eandem vitam appetentium locum habentibus.

Si vero relicto monasterio ad aliquam partem [10]) migret militiam aut in alterum vitae habitum et occasum, substantia eius, sicut iam diximus, ad monasterium pertineat, ipse autem inter officiales viri clarissimi praesidis [11]) provinciae habeatur [12]), et hunc habeant suae immutationis fructum, et quod divinum officium contemserunt, humilioris [13]) iudicii sustineant servitutem.

Si vero monasterium relinquens, in quo agebat, ad alterum transeat monasterium, maneat simul eius substantia et defendatur a primo monasterio. Oportet autem reverentissimos abbates haec cavere, nec [14]) eos, qui primum relinquunt, in suo suscipere. Captatoria est enim haec vita et ab abstinentia monachorum omnimodis aliena et errabunda [15]) nunc ista, nunc illa desiderans. Quapropter hoc quoque prohibeant sanctissimi episcopi, vel hi, qui vocantur archimandritae, probitatem aptam monachis secundum divinas regulas reservantes.

Quodsi contigerit quendam monachorum clericum ordinari, permaneat eandem custodiens abstinentiam, nam in monasterio habuit. Nam si clericali licentia abusus ad nuptias venire tentaverit, in eodem scilicet gradu constitutus, qui clericos [16]) nuptias agnoscere non denegat (dicimus autem cantorum lectorumque) ceteris igitur [17]) omnibus nuptias secundum divinas regulas denegamus, ut nuptias quidem non ineant [18]), sed si [19]) concubinam habere tentaverit, vel turpitudini vitam suam dedat, eliminetur omnimodo a numero clericorum et inter privatos versetur, nullo modo audens aut ad militiam, aut ad quamcunque aliam professionem venire, nisi voluerit ante a nobis criminatis [20]) suppliciis subiacere.

Cap. 209. Abbatum autem ordinationem, si quando opus fuerit, hoc modo volumus celebrari, ut non secundum gradum reverentissimorum [21]) monachorum, id est non is, qui secundus invenitur ab eo, qui recessit, ordinetur, quod et altera nostra lex imperat, sed debet sanctissimus eorundem locorum episcopus [22]) consuli, singulorum merita scrutari (neque enim omnimodo tempus est honorandum, neque gradus sequendus est), sed [23]) quem invenerit inter monachos optimum et dignum tali honore, ipsum eis primatem eligi oportet, quia humana natura talis est, ut non omnes summi, non omnes ultimi reperiantur, sed procedat quidem secundum gradum diligens scrutatio abbatis futuri, et si is, qui [24]) primus est gradu, primus inveniatur et meritis, primatum suscipiet monachorum, patrocinante sibi tempore pariter et virtutibus. Quodsi [25]) is minus idoneus reperitur, in alteros eligentis intentio dirigatur.

Cap. 210. Quaecunque autem a nobis sive antea, sive modo constituta sunt vel de clericis, vel de monachis aut monasteriis, communia [26]) esse volumus omnium monasteriorum, sive masculorum, sive feminarum, vel eorum, quae asceteria [27]) dicuntur, nec aliquam differentiam sexus in hac re introducimus, propter [28]) quod superius diximus, omnia in Christo unum esse.

Haec igitur omnia iustissimi patriarchae sanctissimis metropolitanis [29]), qui sub eis sunt, certa faciant, ipsi autem metropolitae sub se positis singulorum locorum sanctissimis episcopis innotescant, et illi similiter, quae sub eorum manu sunt, insinuent, qualiter per omnia domini dei voluntas custodiatur incorrupta. Supererunt enim magnae poenae de his, qui ista non servant, poenas autem dicimus caelestes, quae solent rectam viam dei contemnentibus imminere. Sed in [30]) nostrae reipublicae cautelam iudices praebeant, et studeant

a,

---

[1]) excipimus *Bk.* — [2]) *Bk.*; est hinc in nobis *Cod. Par.* — [3]) *Bk.*; habitum, si *Cod. Par.* — [4]) *Bk.*; permittantur *Cod. Par.* — [5]) *Bk.*; parente *Cod. Par.* — [6]) *Bk.*; Falcidia *Cod. Par.* — [7]) *Bk.*; reperiat *Cod. Par.* — [8]) *Bk.*; Falcidiam memorati *Cod. Par.* — [9]) *Bk.*; acceperat *Cod. Par.* — [10]) partem *om. Bk. et correxit* militiae. *Videtur leg.* ad aliquam partam migret militiam. — [11]) *Bk.*; officiales viros civiles vel praesides *Cod. Par.* — [12]) habeantur *Cod. Par.* — [13]) *Bk.*; humiliores *Cod. Par.* — [14]) *Bk.*; ne *Cod. Par.* — [15]) *Bk.*; aliena terrabunda *Cod. Par* — [16]) clericis *Bk.* — [17]) enim *Bk.* — [18]) *Verba* ut nuptias quidem non ineant *ab explicatoris addita videntur.* — [19]) sed et si *Bk.* — [20]) *Videtur leg.* minatis *vel* interminatis. — [21]) *Bk.*; reverentissimum *Cod. Par.* — [22]) sanctissimos — episcopos *Cod. Par.* — [23]) et *Bk.* — [24]) *Bk.*; qui *om. Cod. Par.* — [25]) *Bk.*; quo *Cod. Par.* — [26]) *Bk.*; commune *Cod. Par.* — [27]) *Bk.*; sciteria *Cod. Par.* — [28]) propterea *Bk.* — [29]) *Bk.*; sanctissimus metropolitanus *Cod. Par* — [30]) Sed et *Bk.*

ea, quae divinis regulis continentur, quas et nostra lex sequitur, in opus deducere. Quod si contemserint, mulctari se non ignorent. Oportet ergo tuam sanctitatem reverentissimis [1]) metropolitanis, qui sub te sunt, haec insinuare. *Dat. XVIII. Kal. April. Consule Belisario, viro clarissimo* [2]). [535.]

[1]) *Bk.*; reverentissime *Cod. Par.* — [2]) *Bk.*; Velisario Vicario *Cod. Par.*

VERSIO ANTIQUA *Nov CXXIII.* DE SANCTISSIMIS EPISCOPIS, ET DEO AMABILIBUS ET REVERENDISSIMIS CLERICIS, ET MONACHIS [a]).

Imp Iustinianus A. Petro.

De dispositione, et privilegiis, et aliis diversis capitulis ad sanctas ecclesias et ad alias venerabiles domus pertinentibus iam quidem disposuimus. In praesentia autem de sanctissimis episcopis, et clericis, et monachis prius in diversis constitutionibus sancita cum competente emendatione hac comprehendere lege perspicimus.

Cetera desunt

[a]) *Hoc antiquae versionis initium ex Cod. Canonum vet. Ecclesiae Romanae excriptum legitur in Pithoei Obss. ad Cod. et Nov. p.* 693.

IMP. LEONIS AUGUSTI

NOVELLAE CONSTITUTIONES.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΛΕΟΝΤΟΣ ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ ΝΕΑΡΑΙ ΔΙΑΤΑΞΕΙΣ, Η ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΕΠΑΝΟΡΘΩΤΙΚΑΙ ΚΑΘΑΡΣΕΙΣ. [a])

IMP. LEONIS AUGUSTI NOVELLAE CONSTITUTIONES, AUT CORRECTORIAE LEGUM REPURGATIONES

Προοίμιον.

Τὸ ποικίλον τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων καὶ το πολύτροπον τῆς τοῦ βίου κατασιάσεως πολλοῖς καὶ παντοδαποῖς νόμοις παρέσχε λαρεῖν γενεσιν, οἳ τῷ πλήθει τοῖς πράγμασι συνεπεκτεινόμενοι, τῇ πρὸς ἑαυτοὺς παραθέσει πᾶν, ὅ τί τε καλῶς ἔχει, καὶ ὃ μή, διακρίνουσιν. Εἰσὶ τοιγαροῦν ὥςπερ τινὲς φύλακες τῆς ζωῆς ἡμῶν καὶ ἰατροί, ἃ μὲν κωλύοντες πανιελῶς εἰς τὸν βίον ἐλθεῖν τῶν κακῶν, ὧν δὲ λαθόντων καὶ παρεισδεδυκότων τὴν βλάβην ἐπανορθούμενοι, καὶ οἷον ῥιζοτομοῦντες τὴν κακίαν, καὶ οὐκ ἐῶντες ταύτην χραισύνεσθαι. Ἀλλὰ γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φορὰ καὶ παλίρροια ἄνω τε καὶ κατω πάντα στρέφουσά τε καὶ μεταφέρουσα, καὶ πολλὰ μὲν εὖ κείμενα κακῶς μετατιθεῖσα, πολλῶν δὲ λήθην κατασκευάζουσα, ὥςτε εἰ μηδὲ τὴν ἀρχην ὤφθησαν λαχόντα γένεσιν καὶ ἐπίγνωστα εἶναι, οὐ μικρὰ τούτους ἐλυμήνατο, οὓς μὲν σιγῇ κρύψασα βαθείᾳ, οὓς δὲ ἀλλήλοις ἀντιφθέγγεσθαι παρασκευάσασα, τοῦτο μὲν αὐτῶν ἐκείνων τῶν ἐκτεθεικότων αὐτους ου μεινάντων ἐπὶ ταῖς πρότερον διανοίαις, ἀλλὰ σφίσιν αὐτοῖς ἀντειπόντων, τοῦτο δὲ καὶ τῶν μεταγενεστέρων ὅπου μὲν ἔθει, ὅπου δὲ δόγματι τούτοις ἐναντιωθέντων. καὶ [1]) ἐντεῦθεν συμβῆναι μὲν πολλὴν τοῖς νόμοις τὴν σύγχυσιν, οὐκ ὀλίγον δὲ βλάβος τοῖς πράγμασιν, ἄλλων πρὸς ἄλλας [2]) μετατιθέντων καὶ κατὰ κύβους πειτευόντων. Τοιγαροῦν οὐκ ἄξιον παριδεῖν κρίναντες ἐν τοσαύτῃ συγχύσει καὶ ταραχῇ φέρεσθαι, ὧν ἡ γαλήνη καὶ ἀταραξία τῆς πολιτείας ἐξήρτηται, ἐπισκέψεώς τε ὡς ἔνι μάλιστα ἐπιμελεστάτης τοὺς νόμους ἠξιώσαμεν, καὶ ὧν λυσιτελὲς ὑπάρχειν τὸ κράτος κατενοήσαμεν, τούτων ἐκλογὴν ποιησάμενοι δόγματι ἐγγράφῳ τῆς βασιλείας ἡμῶν τὴν εἰς τὴν πολιτείαν αὐτοῖς παρρησίαν

Prooemium.

Rerum humanarum varietas et vitae multiformis status multis ac diversis legibus originem praebuit, quae multitudine sua rebus accommodatae dispositione sua omne, quod recte se habet et quod non, discernunt. Sunt itaque tanquam custodes quidam vitae nostrae et medici, dum partim mala in vitam incedere prorsus prohibent, partim occultorum et quae insinuanter irrepserunt noxam corrigunt, ac velut radicitus vitium evellunt, idque non sinunt corroborari. Verum enim humana importunitas et inconstantia, dum sursum deorsum omnia vertit et mutat, et multa recte constituta in peius commutat, multa autem oblivioni tradit, ut perinde, ac si in rerum natura visa nunquam essent, incognita sint, non mediocrem illis labem intulit, has profundo silentio tegendo, illas vero contrarias sibi efficiendo, partim dum illi ipsi, qui eas tulerunt, in priore sententia non persistunt, verum sibi ipsi contradicunt, partim dum posteriores modo consuetudine, modo sententia illis contraria sustinent. Atque hinc quidem multa haec legibus confusio, nec vero exiguum rebus inferri detrimentum contingit, aliis cum aliis transformatis et ad talorum instar temere circumvolutis. Igitur indignum rati supervisu, in tanta confusione et perturbatione iacere ea, ex quibus tranquillitas et integritas reipublicae pendet, quam accuratissima leges inspectione dignati sumus, et quarum utilem auctoritatem fore intelleximus, eas delectu facto scripto imperatoriae nostrae maiestatis decreto rebus superesse censuimus, quas vero inutiles iudicavimus, harum nonnullas quidem eodem decreto et ipsas a legum honore atque ordine exsulare iussimus, perpetuo silentio traditas, quarum autem nullam prorsus mentionem fecimus, has ipsas per silentium similiter ut illas exterminavimus.

---

[a]) *Leonis Imp. Novellas ex Cod. Veneto edidit Serimg., ita tamen ut passim H. Stephani emendationes in textum reciperet, nec non adiecit in calce libri Stephani in eas Novellas castigationes. Ex eodem Cod. Veneto descripta sunt, quae in ed. Corporis Iuris Gotting. in usum vocavit exemplaria Spangenberg (Meerm. III. et Zuich.), cf. Biener Gesch. der Nov. p.* 103. *not.* 33. — *Interpretationem latinam adiecimus Henr. Agylaei, multis locis a Beckio et nobis ipsis correctam. Agylaei textus emendationes leguntur in margine ed. Contianae* (1571.).

[1]) ἐναντιωθέντων, ὥςτε καὶ *Steph.* — [2]) ἄλλους *coniecit Agyl., magis credo* ἄλλα *scribendum esse.*

ρησίαν ἐβεβαιώσαμεν, καὶ τοῖς πράγμασι διαιτᾶν ἐπιψηφισάμεθα· οὓς δὲ ἔγνωμεν ἀσυμφόρους, τούτων δὲ ἅρα ἐνίους μὲν καὶ αὐτοὶ δύγμασι τῆς τῶν νόμων τιμῆς καὶ τάξεως ἐξωστρακίσαμεν, εἰς σιγὴν διηνεκῆ συνελάσαντες, ὧν δὲ οὐδ' εἰς μνήμην ὕλως κατέσημεν, διὰ τῆς ἀμνησίας καὶ αὐτοὺς παραπλησίως ἐκείνοις συνεξωστρακίσαμεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν ταῖς κρατούσαις συνηθείαις ἐφανησάν τινες οὐ παράλογοι, οὐδὲ τοιαῦται, οἵας ἂν νοῖς συνετὸς ἀτιμάσειε, καὶ ταύτας νόμου προνομίῳ τετιμηκότες, ἀνὰ δὲ συνηθείας ἀλόγου εἰς νόμου πρόσταξιν καὶ τιμὴν ἀνηγάγομεν. Τούτων ἡμῖν οὕτως διῳκημένων, ἴστω πᾶς τις, ὡς ὅσοι μὲν διὰ τοῦ ἐγγράφου τῆς βασιλείας ἡμῶν δύγματος ἔλαβον κῦρος νόμοι, ἢ τετίμηνται ἀξιώματι νομου συνηθεῖαι, οὗτοι καὶ πολιτεύσονται, καὶ εἰς ἑαυτοὺς ἀνηρτημένα τὰ πράγματα ἕξουσιν, ὅσοι δὲ πρὸς ἐναντίωσιν αὐτοῖς ἀποφερόμενοι ἢ μνήμης τὴν ἀφωνίαν αὐτοῖς αὖθιν ἐπιβαλοῦσης ἠξίωνται, ἢ καὶ χωρὶς ταύτης ὡς ὁμότιμοι τῶν ἠτιμωμένων συνητίμωνται, οὗτοι δὴ καὶ ἀπόβλητοι ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ τοῦ πολιτεύματος εἰσὶν ὑπερόριοι.

nanimus. Quoniam vero etiam inter receptas consuetudines nonnullae apparebant ratione non destitui, nec tales, quales prudens animus contemnat, has quoque legis praerogativa honestantes, ex inscriptae consuetudinis statu ad legis auctoritatem atque honorem eveximus. Quae quum ita a nobis comparata sint, sciat quisque, quae leges per scriptum imperatoriae nostrae maiestatis decretum auctoritatem nactae, aut quae consuetudines legis dignitate honoratae fuerint, fore ut hae etiam in republica obtineant, et controversias in se suspensas habeant; eae autem, quibus propter repugnantiam sublatis, aut expressa mentione perpetuum silentium iniunctum est, vel etiam quae citra hunc, utpote cum despectis eiusdem conditionis, eodem despectu dignae habitae sunt, hae dehinc etiam reiectae et a republica exsules erunt.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ α'.

Οτι χρὴ πάντα τὸν κρίνειν λαβόντα προνόμιον καθὼς ἡ ἐγκεκριμένη τῶν νομίμων κεφαλαίων ὑφ' ἡμῶν ἐκλογὴ διατέταχται διαλύειν τὰ ἀμφίβολα, ἃ δὲ τῆς ἀποκρίτου τάξεως ἠξίωται, κατὰ ταῦτα μηδεμίαν διοικεῖσθαι δίκης ἀμφιβολίαν.

Ἐν ὀνόματι τοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις νομοθετήσαντος τὰ σωτήρια Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν, Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Λέων, εὐσεβής, εὐτυχής, ἔνδοξος, νικητής, τροπαιοῦχος, ἀεισέβαστος, αὔγουστος, πιστὸς βασιλεὺς Σιυλιανῷ, τῷ περιφανεστάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων ἡμῶν.

Ὁ μὲν δὴ περιώνυμος ἐν βασιλεῦσιν Ἰουστινιανος, ἀρίστης καὶ λυσιτελεστάτης τῇ πολιτείᾳ γνώμης γενόμενος, ὥστερ τινὰ ὕλην λαβὼν τὰς ἐξ αρχῆς καὶ μέχρις ἐκείνου κατὰ διαφόρους χρόνους τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐπικρατείᾳ διατάξεις ἐθεσπισμένας, οἰκείαις φροντίσιν καὶ πόνοις ἔργον ἀξιυθαύμαστον, τὴν τῶν νόμων ὅλην σωματοποίαν, εἰς εὐεργεσίαν τῶν ὑπηκόων ἐμιλοτιμήσατο κατασκευάσασθαι, καὶ εἴ τι μὲν ὑπεναντίον καὶ ἀνάρμοστον διεφαίνετο, ἀναχαθάρας, δι' ὧν δὲ τὴν εὐαρμοστίαν ἐμπολιτευομένην ἔγνω, ταῦτα εἰς ἓν συνυφηνάμενος καὶ στοιχειώσας, καὶ ὥσπερ εἰς στάθμην δίκης μίαν καταστησάμενος, ὑφ' ἧς τό τε δίκαιον καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον ὂν διεκρίνετο. Ἀλλὰ γὰρ ὡς ἔοικε πανιαχοῦ κάλλιστον τὸ μηδὲν ἄγαν. καὶ γὰρ οὕτω καλῶς εἰς ἓν σῶμά τε ποιησάμενος [1]) τὴν κατεμμερισμένην τῶν νόμων ὑπόστασιν, καὶ τά, ἐξ ὧν τὸ ἐναρμόνιον τῆς νομικῆς οἰκονομίας πολλάκις παρεκνεῖτο, ἐξεισωσάμενος καὶ πρὸς μίαν συμφωνίαν, ἐκ τοῦ πρὸς ἐκεῖνα μόνα τὴν πάντων ἀπευθύνεσθαι ψῆφον τοὺς δικάζοντας καταστήσας, καὶ ἀμάχως κρίνειν συμβιβάσας τῇ εἰρηνικῇ καὶ ἀμάχῳ τῶν νομίμων κεφαλαίων καταστάσει, οὐ σιέρξας ἐπὶ τούτοις, ἀλλά ἀμεινόν τι διανοηθεὶς τῇ πολιτείᾳ μετὰ ταῦτα χαρίζεσθαι, ἔλαθεν οἷς ὕστερον ἐνομοθέτησε καὶ τῷ πρώτῳ λυμηνάμενος ἔργῳ, καὶ τὸ δεύτερον οὐκ ἐργασάμενος ἄμεμπτον, ἀντιλογίας καὶ ἔριδος, ἐκ τῆς ὕστερον αὐτῷ πεπραγμένης ὑποθέσεως οὐκ ὀλίγης πρὸς τὴν προτέραν ἀνακινηθείσης. Τῷ μὲν οὖν οἰκείῳ καμάτῳ οὕτως αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ὁ Ἰουστινιανὸς ἐλωβήσατο. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μέχρι τοῦ

Constitutio I.

QUOD UNUMQUEMQUE, QUI IUDICANDI PRAEROGATIVAM ACCEPERIT, QUEMADMODUM LEGALIUM CAPITULORUM A NOBIS HABITUS DELECTUS STATUERIT, DIRIMERE CONTROVERSIAS OPORTEAT, QUAE VERO INTER REPROBATA HABITA SUNT, UT EX ILLIS NULLA LITIS AMBIGUITAS DIIUDICETUR.

In nomine eius, qui universo humano generi salutis legem tulit, Christi, veri dei nostri, Imperator Caesar Flavius Leo, pius, felix, inclytus, victor, triumphator, omni aevo venerabilis, Augustus, fidelis Rex, Styliano, illustrissimo sacrorum nostrorum officiorum magistro.

Celeberrimus inter Imperatores Iustinianus quum animo esset erga rempublicam optimo et utilitatum studiosissimo, velut silvam quandam constitutiones in Romano imperio inde ab initio usque ad ipsum diversis temporibus editas accipiens, curis et laboribus suis opus admirandum, universum legum incorporationem, in utilitatem subditorum confici curavit, et si quid contrarium et inconveniens appareret, repurgavit, ex quibus vero bene compositum reipublicae statum exstiturum crederet, haec in unum contexuit, atque composuit, et quasi in unam iustitiae libram posuit, per quam tam iustum quam iniustum discerneretur. Sed enim fere ubique est pulcherrimum, ne quid nimis. Etenim quum ita divisam legum substantiam in unum corpus optime collegisset et ea, quibus legalis oeconomiae ordo saepe labefactatur, in concordiam redegisset, atque ita, dum ad haec sola omnes sententiae ferendae essent, in unum consensum iudices compulisset, eosque ad pacifice iudicandum, legalibus capitulis in tranquillo et ab omni contentione libero statu constitutis, inter se conciliasset, non subsistens in his, sed aliquid praestantius in reipublicae gratiam postmodum conficere cogitans, imprudens iis, quae postea statuit, primum opus evertit, neque alterum vituperatione non obnoxium fecit, quum ex posteriore ipsius instituto non paucae adversus prius suscitatae sint controversiae. Suo igitur labore ita ipse per se Iustinianus se contaminavit. Verumtamen quum hucusque inde ex illo tempore nunc ex recentioribus sanctionibus, nunc ex inscriptis, et non aliunde, quam quod multitudini placeant, auctoritatem prae se ferentibus consuetudinibus permulta

[1]) εἰς ἓν σωματοποιησάμενος coni. Steph. et Agyl.; εἰς ἓν σωμά τι ποιησάμενος Spang.

τοῦ νῦν ἐξ ἐκείνου του καιροῦ ἄρτι μὲν ὑπὸ νεωτέρων θεσπισμάτων, ἄρτι δὲ ὑπὸ συνηθειῶν ἀθεσπίστων καὶ μόνην προβαλλομένων ἰσχὺν τὴν τῶν ὄχλων ἀρέσκειαν πολλῆς ἐπιγενομένης καινοτομίας, μικροῦ τὰ τῶν νόμων συγκέχυται. καὶ ἄνω καὶ κάτω πεπτευόμενα τὰ πράγματα φέρεται. Διὰ τοῦτο, εἴπερ τι ἄλλο [1]), καὶ τοῦτου ἡμῖν τῶν ἀναγκαιοτάτων εἰς τὸ προνοίας ἀντιλαμβανούσης τυχεῖν ἀξίου ** πραγματείαν. ἔτι δὲ καὶ τὰς εἰς τὴν τῶν πραγμάτων διοίκησιν παρελθούσας συνηθείας ἐπισκεψάμενοι τῶν μὲν νόμων τὴν ἀντιλογίαν ἀπεσκευασάμεθα, πᾶν ἀντίπαλον καὶ πρὸς τὴν φέρουσαν ἀγωγὴν τῶν πραγμάτων ἀθέμιτον τῆς νομικῆς ἀξίας ἀποχειροτονήσαντες, τὰς δ' ὅσαι συνηθειαι οὐ ψαύλως ἐδόκουν οὐδ' ἐπιβλαβῶς ῥυθμίζειν τὰ πράγματα, ταύτας μηκέτι συνηθείας ἀλόγους εἶναι καταλιπόντες, ἀλλ' εἰς ἐξουσίαν θεσπίσματος καταστήσαντες, ἔστι δ' ὅπου καὶ πρὸς τὸ ἀπηνὲς καὶ ἀποιομώτερον ὁρῶντα τὸν νόμον καὶ ὥσπερ ἐξισάμενον τῆς δίκης εἰς τὸ οἰκεῖον καὶ πρέπον συστέλλαντες σχῆμα. καὶ τῇ ὁριτομένῃ τοῖς νόμοις δικαιοσύνῃ. Τοιτων οὖν ἡμῖν οὕτω διῳκημένων, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν ἑπειτα ἅπαντα χρονον ἅπασιν, εἰς οὓς ἀνήρηται τὰ τῆς δίκης ζυγά, ἄρχουσι καὶ δικασταῖς ἐντελλόμεθα, τοὺς μέν, ὅσοι νόμοι παρὰ τῆς βασιλείας ἡμῶν τοῦ νομίμου ἐδάφους τὴν ἀπαλλοτρίωσιν κατεψηφίσησαν, τούτους ἀχρήστους ἡγουμένους ἐᾶν ἐρρῖφθαι, κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς ἐγγράφους τοὺς ἀρχαίους [2]), καὶ τοὺς μικρῷ μὲν πρόσθεν παρὰ τοῦ ἀειμνήστου πατρὸς ἡμῶν, νῦν δὲ παρ' ἡμῶν ἐγκεκριμένους ἢ τεθεσπισμένους ταῖς δίκαις βραβεύειν τὰς διαλύσεις, οὐδενὸς συγχωρουμένου ἔτι πρός τινα τῶν ἐπιφορῶν τῆς νομικῆς ἀξίας κεφαλαίων ἀπονεύειν, ἀλλ' οὐδ' εἰς συνηθειαν ἀποιρέχειν, ἥτις οὐχὶ παρὰ τοῦ ἡμετέρου κράτους λαβοῦσα τὸ ἐκκριτον ἀντὶ τοῦ συνήθεια εἶναι καὶ λέγεσθαι πρὸς νόμου δόξαν καὶ τιμὴν ἀνηνέχθη.

*permulta innovata sint, parum abest, quin res legalis prorsus turbata sit, et res sursum deorsum vacillent. Quapropter, si quid aliud, quum etiam hoc maxime dignum sit, quod nostra cura potiuntur, ** tractatum. Insuper vero etiam consuetudinibus, quae ad rerum gubernationem devenerunt, diligenter excussis, legum quidem repugnantiam sustulimus, quidquid adversarium et ad praesentem rerum rationem illicitum est, legalem auctoritatem abrogantes, quaecunque vero consuetudines non male neque noxie de rebus constituere viderentur, has non amplius inscriptas consuetudines reliquimus, sed ad legis potestatem extulimus, alicui autem etiam legem saeviorem et asperiorem visam, ac veluti iustitiae incognitam ad proprium et decentem formam et legibus debitam aequabilitatem contraximus. His igitur ita a nobis dispositis, et nunc et in omne futurum tempus omnibus, quibus iustitiae trutinae commissae sunt, magistratibus et iudicibus mandamus, ut eas quidem leges, quaecunque ab imperatoria nostra maiestate a legali solo exsulare iussae sunt, has inutiles iudicantes reiici sinant, secundum reliquas vero scriptas veteres, et quae haud ita pridem a sempiternae memoriae patre nostro, nunc vero a nobis selectae aut latae sunt, controversiis diiudicationes suppeditent, neminique posthac liceat ad aliquam a legali auctoritate exterminatam iuris speciem declinare, sed neque ad consuetudinem aliquam recurrere, quae a nostra potentia non probata pro eo, quod consuetudo esset ac diceretur, legis maiestatem et honorem non obtinuit.*

[1]) τινος ἄλλου *Steph.* — [2]) τούς τε ἀρχαίους *vod. Meerm. III., Zuich.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ β'.

Περὶ τοῦ κατὰ τοὺς ἱεροὺς καὶ θείους κανόνας τὸν ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος μαρτυρούμενον ἄξιον τῇ ἄλλῃ τοῦ βίου ὀρθῇ μηδὲν εἰς τὴν τιμὴν ἐμποδίζεσθαι ἕνεκα τῶν ἐκ νομίμου γάμου παίδων συναφείας, εἰ παῖδες παρεισιν αὐτῷ.

Ὁ αὐτος Βασιλεὺς Στεφάνῳ, τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, τῶν τε ἄλλων, καὶ ὅσοι περί τε ἱερωσύνης καὶ χειροτονίας ἐπισκόπων ἐθέσπισαν, εἰς τὸ ἄριστόν τε καὶ ἀκριβέστατον ἐκπεφωνημένων (πως δ' οὐκ ἔμελλον ἀκριβῶς ἐκπεφωνῆσθαι, θείας ἐπιπνοίας ἐν τοῖς ψηφιζομένοις ἐνεργούσης;), θαυμάζειν ἔπεισί μοι, πῶς οὐκ εὐλαβήθησαν τινές, ὥσπερ ἐνδεῶς ἐκείνων ἐχόντων τολμᾶν ἑτέρων ἐκθέσει νόμων τοὺς ἱεροὺς καὶ θείους ἀθετεῖν νομους. Καὶ γαρ ἐν οἷς τὰ περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων διατάττουσι, τῶν ἱερῶν θεσπιζόντων κανόνων, τὸν, ὃς ἐκ νομίμου γάμου παῖδας ἔχει, εἴ γε ἡ ἄλλη τοῦ βίου ἀρετὴ ἐμποδὼν οὐχ ἵσταται, εἰς ἀρχιερωσύνην προάγεσθαι, οἱ τοι ἀντιθεσπίζοντες φασί, μὴ εἶναι πρὸς ἐπισκόπου ἀξίωμα τοῖς ἔχουσι παῖδας, κἂν δῶρον ὡσι γάμου νομίμου, ἀναβαίνειν ἀκώλυτον. Ἴσως μὲν (τί γὰρ ἄν τις ἄλλο εἴποι;) ἐκεῖνο ἐπὶ νοῦν λαβόντες, ὡς τῇ πρὸς τέκνα διαθέσει ταῖς ἱεραῖς ὑπάρξεσι λυμανεῖται ὁ χειροτονούμενος. Πλὴν οὐκ ἔχει καλῶς ἡ αἰτία. οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἀδελφῶν ἢ συγγενῶν ἑτέρων προσόντων οὐχ ἕξει τις χώραν πρὸς ἐπισκόπου χειροτονίαν. ἡ γὰρ

Constitutio II.

UT QUI CETERA SECUNDUM SACROS DIVINOSQUE CANONES EPISCOPALI DIGNITATE DIGNUS ESSE PROBATUR, SI LIBERI EX LEGITIMO MATRIMONIO EI SINT, OB ILLOS IN CONSEQUENDO HONORE NULLUM IMPEDIMENTUM SENTIAT.

Idem Imperator Stephano, sanctissimo Constantinopolitano Archiepiscopo et Patriarchae universali.

Quum sacrosancti et divini canones, et quicunque alii de sacerdotio et episcoporum creatione statuerunt, in optimum et absolutissimum editi sint modum (quomodo vero illi non exacte editi sint, quum divina inspiratio in auctoribus efficaciter operata sit!), mirari subit, quomodo non veriti nonnulli sint, sacras divinasque leges, tanquam illae absolutae non essent, promulgatis aliis legibus abrogare. Etenim quum sacri canones, quibus loca de episcoporum creatione praescribunt, statuant, eum, qui ex legitimo matrimonio liberos habeat, si modo reliquae vitae virtus non obstet, ad presbyterium promoveri posse, hi contrarium statuentes aiunt, non esse iis, qui liberos habent, tametsi legitimi coniugii munus sint, ad episcopalem dignitatem aditum liberum, ubi illud fortasse in animum induxerunt, in istiusmodi affectione erga liberos (quid enim quis aliud dicat?) creatum sacra officia laesurum esse. Verum non recte sese illa ratio habet; sic enim nec fratribus aliisve cognatis superstitibus accessum quis ad episcopatum haberet, nam etiam ad hos propinquitatis affectio respicit. Quin et hoc praevidentes divini canones fecerunt episcopis potestatem,

γὰρ συγγενὴς διάθεσις καὶ πρὸς τούτους ὀρῷ. ἀλλὰ προειδότες τοῦτο οἱ θεῖοι κανόνες, ἔδοσαν τοῖς ἐπισκόποις ἐξουσίαν, εἰ συγγενεῖς εἶεν ἄποροι, ἐκ τῆς ἱερᾶς ὑπαρξεως τούτων παραμυθεῖσθαι τὴν ἀπορίαν. Ἡ οὖν ἐκ θεοῦ βασιλεία ἡμῶν τοῦτο ἑρμοδιώτερον κατανοοῦσα τοῖς θείοις ἑπεσθαι ἐνιάλμασι, σύμφωνον ἐκείνοις ἐκφέρει νόμον, ὥσπερ αὐτοῖς δοκεῖ τὸ πρὸς ἀρχιερωσύνην ἀνάγεσθαι τὸν ἄξιον τῆς τιμῆς, κἂν ὦσι γονεῖς νόμῳ τετιμημένοι, οὕτως ὁρίζουσα, τὸν ἀντιφθέγγεσθαι θρασυθέντα νόμον δίκην τῆς θρασύτητος τὴν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον διηνεκῆ ἀφωνίαν εἰσπράττεσθαι.

testatem, ut, si ipsis pauperes cognati essent, illorum inopiam ex sacris facultatibus sublevarent. Nostra igitur imperatoria, quae ex deo est, maiestas, praestare intelligens, si praeceptis divinis obediatur, consonam illis profert legem, quemadmodum ipsis videtur ad presbyterium promoveri posse eum, qui illo honore dignus sit, tametsi liberi ipsi lege honorati sint, ita sensens, ut a lege, quae contradicere ausa fuit, in audaciae poenam perpetuum in futurum exigatur silentium.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ γ'.

Περὶ τοῦ κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας θεσμὸν τοὺς μέλλοντας παραγγέλλειν εἰς ἱερέας ἢ διὰ βίου τὴν ἀγαμίαν ἐπαγγείλασθαι, ἢ εἰ βούλοιντο γάμῳ προσομιλεῖν, πρότερον ἁρμόζεσθαι, καὶ οὕτω τῇ χειροθεσίᾳ προσέρχεσθαι.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στεφάνῳ, τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ

Καλῶς ἐξ ἀρχῆς τὰ περὶ τῶν ἱεράσθαι ἀξίων θεῷ τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως ὁρισαμένης, οὐκ ὀρθῶς κατά γε ἐμὲ τῇ νῦν κρατούσῃ ἑπόμενοι συνηθείᾳ ἐνίοτε κατολιγωροῦσι τοῦ ἱεραικοῦ παραγγέλματος. Καὶ γαρ ἐκείνου προστάσσοντος τοῖς μέλλουσι παραγγέλλειν εἰς ἱερέας, εἴτε διὰ βίου παντός, εἰ τεθαρρήκασι τὴν ἐπαγγελίαν μὴ ψεύσασθαι, ἀγαμίαν ἐπαγγείλασθαι, ἢ, εἰ μὴ τοῦτο δυναιὸν αὐτοῖς φαίνεται, νομίμοις γάμοις ἁρμοζεσθαι, καὶ οὕτω τῆς θείας λειτουργίας ἀντιλαμβάνεσθαι, ἡ ἐπὶ τοῦ παρόντος κρατοῦσα συνήθεια, τοῖς πρὸς γάμον συναπτεσθαι λογισμὸν ἔχουσι δίδωσιν εἰς ἱερέας πρὸ τῆς μνηστείας τελεῖν, εἶτα μέχρις ἐτῶν δύο τῷ βουλομένῳ γήμασθαι περαίνειν ὁρίζει τὸ βοήλημα. Τοῦτο τοίνυν ἐπεὶ μὴ πρέπον ὁρῶμεν, κελεύομεν κατὰ τὸ ἄνωθεν καὶ ἀρχαῖον τῆς ἐκκλησίας διάταγμα τὰς χειροτονίας προβαίνειν. οὐδὲ γὰρ ἄξιον, τοὺς μετὰ τὸ ἀνυψωθῆναι τῆς σωματικῆς ταπεινώσεως ὑπὸ της πνευματικῆς ἀναβάσεως, τούτους πάλιν ἐπὶ τὴν σαρκικὴν ταπεινότητα καταπίπτειν, τοὐναντίον δὲ μᾶλλον χρὴ ὡς εἰς ἀνάβασιν ὑψηλὴν τὴν θείαν λειτουργίαν ἐκ τῆς σωματικῆς ταπεινότητος ἀναβαίνειν.

ΔΙΑ-

Constitutio III.

UT QUI SACERDOTES CREANDI SUNT, SECUNDUM ECCLESIAE RITUS EA LEGE CREENTUR, UT AUT OMNEM DEINCEPS VITAM CAELIBEM AGANT, AUT SI MATRIMONIUM CONTRAHERE VELINT, PRIUS ID FACIANT AC DEINDE AD CREATIONEM PROCEDANT.

Idem Imperator Stephano, sanctissimo Constantinopolis Archiepiscopo et Patriarchae universali.

Quum recte inde ab initio de iis, qui faciendis deo sacris digni essent, ecclesiasticus ordo constitutus fuerit, non recte, meo quidem iudicio, qui praesentis temporis consuetudinem sequuntur, interdum ecclesiasticum praeceptum contemnunt. Nam ubi illud mandat, ut qui creari sacerdotes cupiant, aut per omnem vitam, si promissum non falsum fore fidant, caelibatum profiteantur, aut, si hoc impossibile ipsis videatur, legitime matrimonium ineant, ac deinde divinum ministerium suscipiant, consuetudo, quae in praesenti obtinet, iis, quibus matrimonio coniungi in animo est, concedit, ut ante, quam uxorem duxerint, sacerdotes fiant, et deinde biennium ad perficiendum voluntatem iungi matrimonio volenti praestituit. Id igitur quia indecorum esse videmus, iubemus, ad vetus ecclesiae et antiquitus traditum praescriptum creationes procedere. Neque enim dignum est, ut qui spirituali adscensu supra corporis humilitatem evecti sunt, hi rursum ad carnis sordes delabantur, sed e diverso oportet potius divinum ministerium ex corporis sordibus tanquam in altum aliquem gradum adscendere.

Const.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ δ'.

Περὶ τοῦ δεῖν μὴ μόνον τοὺς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἱερεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν ἑκάστῃ οἰκίᾳ διαφέροντας ἱερέων, ὑφ' ἑτέρων δέ, οὗ τῷ οἴκῳ προσανήκειναι, καὶ ἰδιαζούσης ἰσχύουσι βίου κατασκευῆς, μήτε λειτουργίαν, μήτε τινὰ ἱερατείαν ἐπιτελεῖσθαι. Τοῦτο δ' ἔοικεν, ἕνεκα γε τῆς περὶ τὴν πίστιν ἀσφαλείας εἰς ἐνθύμιον αὐτοῖς ἐπελθεῖν ἀποδεσπίσαι, ὡς ἂν μή, ὡς εἰκός, τινῶν ἐπιχρυπτόντων ἀποστασίας ὁλεθρον ἐν τῷ τῆς ἱερωσύνης σχήματι συμβαίνοι ἀντὶ τοῦ ἁγιάζεσθαι μᾶλλον πλεῖον βεβηλοῦσθαι τοὺς τῆς ἐκείνου μετέχοντας ἀνέρου τελετῆς. Ὁ μὲν οὖν σκοπὸς τῶν ἐπὶ νοῦν βαλομένων [1]) τὴν τοιαύτην ἀσφάλειαν ἐπαινούμενός τε καὶ ἀποδοχῆς ἄξιος κατὰ τοῦτο, ὅτι τὸ ἀσφαλὲς τῆς εὐσεβοῦς προὐνόησαν πίστεως, πλὴν οὐ καὶ ὅσον ἐνόμισαν παρασχεῖν τὴν ἀσφάλειαν, ἐπὶ ἰσοῦτόν ἐστιν ἰδεῖν ἐκ τοῦ νόμου περιγινομένην αὐτὴν καὶ ἐκτεινομένην. τοὐναντίον δέ ἐστιν ὅτε καὶ τοῖς εὐσεβέσι καὶ περὶ τὰς θείας λειτουργίας σπουδὴν κεκτημένοις ἐναντιούμενος ὁ νόμος ὁρᾶται τὸ μὲν γὰρ τὸν ἀνίερον ἱερέα μὴ γνώριμον καθιστάμενον μεταδοῦναί τινι ποιᾶς ἑαυτοῦ ἀνέρου βεβηλώσεως, εἰκὸς συμβαίνειν ἂν ἴσως, πλὴν οὐχ οὕτως, ὥσιε τρόπῳ παντὶ τὴν τοιαύτην γίνεσθαι σύμβασιν. τίς γὰρ οὕτως εὔκολος τὴν γνώμην καὶ ἀδιάφορος, ὡς ἱεροῦσθαι προσκαλεῖν, ὃν οὐκ οἶδεν ἱερέα, καὶ οὗ τοῦ σεβάσματος καὶ τῆς πολιτείας καθέστηκεν ἀμαθής; Πάλιν δὲ καὶ οἱ τὴν ἀποστασίαν θηλτονίες καὶ ἀνέρως ἱερατεύονιες οὐκ ἂν μὴ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς δυσσεβείας βουλήσονται συνελθεῖν, ὥστε ὃ μὲν ἀσφαλίζεσθαι ὁ νόμος δοκεῖ, οὐ καλῶς ἔδοξεν ἀσφαλίζεται. Ἄλλως δὲ τοῖς εὐσεβέσι πολλῆς ὠφελείας εὑρίσκεται γινομένης ἐμποδών. Θεᾷ γὰρ χάριτι μικροῦ καιὰ πάντα οἶκον, οὐ μόνον τῶν περιφανεστέρων, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐτελεστέρων, εὐκτηρίων οἴκων ἀνεγηγερμένων θεῷ, τῆς δὲ περὶ τοὺς ἱερεῖς χορηγίας καὶ θεραπείας οὐχ ὁμοίως παρὰ πάντων οἷας τε οὔσης γίνεσθαι συμβαίνει διὰ τὸν νόμον τοὺς, ὥσπερ εἶπον, ἀπορωτέρους πρὸς ἰδιάζουσαν ἱερέων ἀνάληψιν, ἀμετόχους μὲν αὐτοὺς πλεισιάκις διαμένειν τῶν θείων μυστηρίων, ἀποστερεῖσθαι δὲ καὶ τὰ ἱερὰ τεμενίσματα τῶν ἐπ' αὐτοῖς ὀφειλόντων ἁγιασμῶν ἐπιτελεῖσθαι. οὐ μὴν ἀλλ εἰκὸς, καὶ μνείας ἐφισταμένης ἐνίοτε κεκοιμημένων ἀπορίᾳ ἱερέως τὴν παρουσίαν τῆς μνήμης παραδραμεῖν ἀνέρειον, ὡς ἐκ τούτου οὐ μικρὰν τοῖς τε βιοῦσιν ἐνταῦθα καὶ τοῖς, οὓς ὁ ἐκεῖθεν ἔχει βίος, συμβαίνειν ζημίαν. Ὁρίζομεν οὖν, οὐ μόνον τοὺς ἑκάστης καθολικῆς ἐκκλησίας ἱερεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς οἰκείους τῶν ἱερέων ἑκάστης οἰκίας ἄδειαν ἔχειν ἐν πάσαις ταῖς οἰκίαις ἱερᾶσθαί τε καὶ μυσταγωγεῖν, οὓς ἂν προσκαλεῖν αἱροῖτο ὁ ἑκάστης δεσπόζων οἰκίας, καὶ διδόναι τὴν ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐκτηρίοις πάροδον καὶ ἱερατείαν. ΔΙΑ-

Constitutio IV.

UT NON MODO UNIVERSALIS ECCLESIAE SACERDOTES, VERUM ETIAM QUI AD QUAMLIBET SACRAM AEDEM PERTINENT, SI VOCENTUR, LICITE SACRA MYSTERIA ET DIVINUM CULTUM CELEBRARE DOMI POSSINT.

Idem Imperator Stephano, sanctissimo Constantinopolis Archiepiscopo et Patriarchae universali.

Placuit veteribus domestica sacrificia et communiones ab illis solis perfici sacerdotibus, qui ad universales ecclesias pertinent, a ceteris vero, qui domui deserviunt, et in privatae vitae statu sunt, nullam neque liturgiam neque consecrationem peragi. Atque hoc quidem ut statuerent, religionis conservandae causa in mentem illis venisse videtur, ne forte, dum nonnulli sacerdotii praetextu letale defectionis malum tegunt, accidat, ut, qui profanati sacrificii participes fuerint, longe magis contaminentur, quam expientur. Igitur finis quidem eorum, qui eius confirmationem sibi proposuerunt, hoc ipso nomine, quod sacrosanctae fidei stabilimentum adinvenerint, et laudabilis, et commendatione dignus est, nec tamen quatenus se confirmationem allaturos existimarunt, eatenus illum ex lege promanasse atque se extendisse videri potest. E diverso vero subinde illam ipsam legem divinis ministeriis operam navantibus etiam adversari conspicitur. Etenim pollutum sacerdotem, qui notus non est, aliquando pollutae suae inquinationis aliquem participem facere, fortasse interdum eveniet, verum non ita, ut omnimodo talis accidat casus. Quis enim animo tam facilis est et indifferens, ut, quem non norit sacerdotem, neque cuius religionis et quibus moribus sit, hunc ad officium sacerdotis advocet? Rursus vero etiam qui defectionem moliuntur et sacra profane faciunt, vix ille cum alienis ab impietate convenire velint, ita ut, unde stabiliri lex videtur, inde non, quemadmodum visum est, stabiliatur. Aliter vero religiosis in consequendis multis utilitatibus impedimento esse comperitur. Quum enim divina gratia in omnibus fere domibus, non modo potentiorum, sed etiam tenuiorum, sacraria deo erecta sint, sumtus vero et reliqua sustentatio sacerdotibus ab omnibus similiter suppeditari non possint, accidit propter legem, eos, quos dixi, tenuiores ad receptionem privatam sacerdotum, saepe quidem divinorum mysteriorum expertes manere, sacra vero etiam delubra sacris, quae in illis fieri debent, defraudari; quin verisimile est, nonnunquam defunctorum memoria instante, ob defectum sacerdotis praesentem memoriae diem sine sacris procedere, ut inde et viventibus, et quos altera vita tenet, non exiguum damnum obveniat. Statuimus igitur, ut non solum cuiusque generalis ecclesiae sacerdotes, sed etiam proprii sacerdotes cuiusque domus licentiam habeant in omnibus domibus sacra et mysteria, quos cuiusque domus dominus advocare voluerit, et in sacris oratoriis consuetum processum et sacra faciendi.

[1]) *βαλλομένων Cod. Meerm. III., Zuich.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ε'.

Περὶ τοῦ τοὺς μετὰ τὸ ὑπελθεῖν τὴν μοναδικὴν πολιτείαν πραγμάτων εὐπορησάντας μὴ καθόλου ἀπείργεσθαι περὶ αὐτῶν διατίθεσθαι, ἀλλ' εἰ μέν τι προκαταβεβλημένοι τῷ μοναστηρίῳ καιρὸν, ὅτε τούτῳ προσῆρχοντο, εἶναι αὐτοὺς περὶ τῶν ὕστερον προσεκτημένων κυρίους, καθὼς προαιροῦνται πάντα διοικεῖν, εἰ δ' οὐδὲν προκαταβάλοντο, αὐτοὺς μὲν περὶ τοῦ διαμείρου ἔχειν ὁρίζειν ἄδειαν, τὸ μοναστήριον δὲ τὸ ἄλλο μέρος ἤτοι τὸ ἡμίτομον ἀναλαμβάνεσθαι.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στεφάνῳ, τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

*Ἐπειδὴ περὶ μοναζόντων ὑπάρξεως, οἳ μετὰ τὸν μοναδικὸν βίον περιουσίαν ἠθροίσαντο, πολλάκις ἡμῖν σὺν τοῖς ὑπὸ σε θεοφιλεσιάτοις ἀρχιερεῦσιν, ὦ θεῖον φῶς, καὶ καταπυρσεύειν τὸν κόσμον ὑπὸ τοῦ πρώτου φωτὸς ἐν τῷ μεγάλῳ τῆς ἐκκλησίας στερεώματι τεθειμένου, ἀπορεῖν ἔμοιγε, οἷα δὴ τέφρας τῆς ἐκεῖθεν ἀμφιβαλούσης τὴν ἀκτῖνα τοῦ λογισμοῦ πρὸς τὸ τρανὴν ἔχειν διάκρισιν, εἴτε δεήσαι τῆς τοιαύτης περιουσίας κυρίους εἶναι τοὺς μοναστὰς ποιεῖσθαι διαίταξιν, εἴτε κωλύειν ἄξιον αὐτοῖς τῆς ἐπ' αὐτῇ κυριότητος — ἐπεὶ οὖν περὶ τούτου [1]) ἀμφιβάλλοντες διαγόρους ἡμᾶς ἐξαιτήσασι πρὸς τὴν ἐπίσκεψιν συναναλαμβάνειν προὐτρέψασθε, τιμῶντες ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτω καινιεῦσθαι τὴν ὑμῶν ἱερότητα πρὸς τὴν ἐκπλήρωσιν καθιστάμεθα τοῦ αἰτήματος. Ἐκεῖνα δὲ πρῶτον εἰρήσθω ἡμῖν, ὅσα γε τοῖς πάλαι διώρισται περὶ τῶν ἄρτι βουληθέντων πρὸς τὴν μονήρη μεταπάξασθαι πολιτείαν, φημὶ δὴ περὶ τοῦ προτέρου αὐτοὺς τὰ οἰκεῖα πράγματα διατίθεσθαι, οὕτω τε πρὸς τὴν ἐπιθυμουμένην προσιέναι πολιτείαν, ἀλλὰ μὴ προλαμβάνειν τὴν μεταβολὴν τοῦ βίου τὴν περὶ τῶν πραγμάτων διαίταξιν, ὡς εἴ γε τοῦτο οὕτω συμβαῖνον ὑφεῖλε, οὐκέτι ἀποχειραμένοις αὐτοῖς ἐπιτραπήσεται ἡ διαίταξις, ἀλλὰ χωρήσει πᾶσα ἡ ὕπαρξις εἰς τὸν, ἐν ᾧ ἀπεκείραντο, ἐκκλησίαν. Ταῦτα δὴ τὰ περὶ τῶν ἄρτι προσιόντων τῷ μοναδικῷ βίῳ διωρισμένα (εἰ μὴ παῖδες πάρεισι τὴν κληρονομίαν καλοῦντες) ἄρτιά τε καὶ ὡς οἷόν τε φαίη ἄμεινον διαίτασθαι, καὶ οὐτε τι προσθεῖναι τούτοις, οὔτ' ἀφελεῖν ἂν αὐτῶν ἔοικεν. Καὶ γὰρ ὁ πρὸ τοῦ διαιτᾶσθαι τὴν πολιτείαν ἐν τῇ ἐκείνου γνώμῃ κειμένην ἔχων τὴν τῶν ὑπαρχόντων διοίκησιν, τοῦτο μὴ βουληθεὶς διαπράξασθαι, ἑκόντως μετὰ ταῦτα ἀπείργεται τῆς ἐπὶ οἷς, αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς τοῦτο καταστήσας. Οἷ ὧν γὰρ οὐκ ἐβουλήθη ἔξον αὐτῷ προδιφκηκέναι τὰ πράγματα, τὴν μετὰ ταῦτα τῆς ἐξουσίας ἀφαίρεσιν ἑαυτοῦ καταψηφιζομένην εὐλόγως φέρει. Ἄλλως τε δὲ καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον, τὸν ἀπεταξάμενον ταῖς τοῦ βίου φροντίσιν ἔτι τὸ τῶν φροντίδων φέρειν φορτίον, καὶ τῷ ἐκεῖθεν βάρει πιέζεσθαι; Ἀπαιδος μὲν οὖν, ὥσπερ ἔφην, ὄντος τοῦ πρὸς μοναχοὺς μεταταξαμένου, αὐτὴ ἡ ψῆφος οὐκ ἂν ὑπεκπαιδη ψήφῳ ἑτέρᾳ. εἰ δὲ πάρεισι παῖδες (τάχε γὰρ οἵχ ὅσιον ζημιοῦν ἐκείνους διὰ τὴν τοῦ γονέως αἰγήν) οὐ κωλύσει παντελῶς τὴν διάταξιν τὸ μοναδικὸν σχῆμα, ἀλλὰ δῆλον, ὡς διαιτᾶξεται μὲν περὶ τῶν μερῶν, ἃ τοῖς παισὶν ἔοικε καὶ νομίμῳ διανομῇ ὑποκληρωθήσεται, τοῦ δὲ μέρους τοῦ πρὸς ἐκεῖνον ὁρῶντος ἀποσπάσεται ἡ διαταξις, ὡς ὁλοκλήρως αὐτοῦ τῷ μοναστηρίῳ ἀνήκοντος. Ἀλλὰ καὶ εἰ θάνατος (οἷα πολλὰ τὰ

[1]) *περὶ τοῦτο Cod. Meerm. III., Zuich.*

Constitutio V.

UT HI, QUIBUS, POSTQUAM MONASTICAM REMPUBLICAM INGRESSI SUNT, FACULTATES SUPPETUNT, NON PLANE DE ILLIS TESTARI PROHIBEANTUR, SED SI QUIDEM ALIQUID MONASTERIO INTULISSE VIDEANTUR EO TEMPORE, QUO ILLUD ADIERUNT, FACULTATEM HABEANT DE POSTEA ACQUISITIS QUEMADMODUM VELINT DISPONENDI, SI VERO NIHIL INTULERINT, IPSIS QUIDEM DE BESSE STATUENDI POTESTAS SIT, MONASTERIUM AUTEM ALTERAM PARTEM SIVE TRIENTEM ACCIPIAT.

diget. Talem enim mulierem incredulam et reformatione destitutam decedere, et pro eo, quod inter servatos collocaretur, in perditorum locum reiici sub tali praetextu quomodo iustum, quomodo deo, qui per fidem in ipsum, et in aqua et spiritu regenerationis salutem donat, non acerbum est? Tantam igitur perversitatem dehinc in futurum tempus exterminantes, de mulieribus, quae recens pepererunt, et quae naturali expurgationi succumbunt, statuimus, ut, si quidem alia quacunque affectione morbida ipsarum vita non tentetur, nondum quidem initiatae baptismi, ad sacra vero adductae sacrosanctorum mysteriorum perceptionis, usque ad quadraginta dierum terminum participes non fiant, si quis vero ipsis morbus, qui vitae finem minitetur, superveniat et incumbat, ipsae sacrorum omnimodo compotes fiant. Etenim si illis, qui propter enormia flagitia multis annis a vivifica communione arcentur, mors imminens terminum solvit, nec quisquam hos sacrorum participatione prohibere sustinet, qua ratione hae propter naturales carnis sordes prohibebuntur? Et profecto haec puto et antiqua lege prohibita et traditionis gratia recepta non tam propter muliebrem hanc immunditiem, quam ob alias causas in intima legis ratione reconditas. Existimo enim, sacram legem id praescripsisse, quo protervam eorum, qui intemperanter viverent, concupiscentiam castigaret, quemadmodum et alia multa per alia praecepta ordinantur, ut per ea indomitus quorundam in mulieres stimulus retundatur. Quin et haec providentiae, quae legem constituit, voluntas est, ut partus a depravatione liberi sint. Quia enim quidquid naturae superfluum est, idem damnosum et inutile est, superfluus autem etiam hic sanguis est, quae eum ferunt in immunditie ad illud tempus vivere lex iubet, quo ipso etiam nominis sono lasciva concupiscentia ad temperantiam redigatur, nec ex inutili et corrupte materia animal originem capiat. Et de infantibus eundem ad modum constituimus, ut, si quidem non inquietentur, et inimicos naturae casus superent, ad baptismum quadragesimus dies exspectetur. Consentaneum enim est, ut, quemadmodum foetus per omnes quadraginta dies in naturae et materno receptaculo plene informantur, sic in aequali dierum numero in divinae gloriae aeternique omnium patris domum nati procedant. Si vero etiam octavo a partu die baptizare aliquis volet, neque id absurdum fuerit; dominus enim noster Christus octavo die circumcisus, finem imponens circumcisioni, pro hac vivifico baptismate initiari concessit. Verum haec quidem, si nulla necessitas, mortem minitans, exsistat; si vero periculum aliquod emergens vim vitae inferat, omni diligentia et studio id agi debet, etiam intra octavum diem ne non baptizatus, neque sacri lavacri atque summi boni expers partus decedat.

Const. XVIII.

[1]) τὸν *Cod. Meerm. III., Zuich.* — [2]) καὶ περὶ τῶν ὅσαι *Cod. Meerm. III., Zuich.* — [3]) *Steph.* ἅπερ *Scrimg., Cod. Meerm. III., Zuich.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ιή'.

Περὶ τοῦ ἀπαιτεῖσθαι τὸ γαμικὸν πρόστιμον.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ ὑπερφυεσιάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων.

Τὴν τοῦ κρείττονος ἐκλογὴν ἐν πᾶσι καὶ πράγμασι καὶ λόγοις ποιεῖσθαι οὐ νεμεσητόν, καὶ τότε μὴ πρὸς τοὺς πραγματευομένους ἢ λέγοντας, πρὸς δὲ τὴν τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων κατάστασιν ἢ ἔπεσθαι, ἢ τὴν ἔγκλισιν προστιμᾶν. Διὸ τοῦτο καὶ ἃ τῇ συνηθείᾳ ἤρεσεν, ἐν ταῖς τῶν μνηστειῶν ἀθετήσεσιν ἐπικεῖσθαι προστιμήματα τοῖς ὁρμῶσι πρὸς τὴν ἀθέτησιν, καὶ ταῦτα εἰς νόμου καθιστῶμεν τιμήν. Οἶμαι γὰρ τοῦ ἐπὶ ταῖς τοιαύταις πράξεσι κειμένου νόμου μὴ χεῖρον ἔχειν τὸ δεδογμένον τῇ συνηθείᾳ, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἄμεινον ἀναφέρειν τὰ πράγματα. τοῦ γὰρ νόμου ἐν μόνῃ τῇ τοῦ ἀρραβῶνος ἀπωλείᾳ ἢ διπλῇ ἀποδόσει κολάζοντος τὴν προπέτειαν, αὕτη δητήν τινα καὶ συμπεφωνημένην βούλεται γίνεσθαι τὴν ἐπὶ τῇ ἀναρμοστίᾳ τῆς μνηστείας ζημίαν. καὶ δοκεῖ μοι, ὥσπερ εἶπον, τοῦτο πλεῖον ἔχειν ἰσχὺν εἰς τὸ μὴ ὡς ἔτυχε πεττεύεσθαι τὰ μνηστεύματα. ἡ μὲν γὰρ τοῦ ἀρραβῶνος ἀπώλεια, ὥσπερ ἐπὶ τῷ δόντι, εἶτα μὴ σιέργοντι τὴν μνηστείαν ὥρισται, καὶ ἡ διπλῆ δὲ ἀπότισις, ἣν ὁ τὸν ἀρραβῶνα λαβών, εἶτα μὴ ἐπιμένων, οἷς ὡμολόγησεν, ὑπέχει ζημίαν, τάχα διὰ τὸ κουφότερον προπετέστερον δίδωσι τοῖς βουλομένοις εἰς τὴν ἀθέτησιν ὁρμᾶν τῶν ὁμολογιῶν, ὑπὸ δὲ τῆς συμφωνίας δητῆς εἰσπράξεως βαρυτέραν ἁπάντωσαν κύτῳ τὴν ζημίαν ὁρῶν ὁ ἀβέβαιος, πάντως ὀκνηρότερος πρὸς τὸ διασπᾶσαι τὴν μνηστείαν γενήσεται. Οπερ καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες τοῖς γαμηλίοις συναλλάγμασι μᾶλλον συμφέρειν, εἰς νομίμην διάταξιν τὸ ἀπο συνηθείας πραττόμενον καθιστῶμεν. Ἐκ μὲν γὰρ τῆς τοῦ ἀρραβῶνος ἀπωλείας ῥᾳδίας ὁρῶ τῶν μνηστειῶν τὰς ἀνατροπάς, ἐκ δὲ τῆς τοῦ προστίμου καταβολῆς οὐκ ἔτι. τὸ γὰρ βαρύτερον τῆς ζημίας (βαρύτερον δὲ πάντως τοῦ ἀρραβῶνος τὸ πρόστιμον) καὶ ἄκοντα ἐπέχον τὸ τῆς γνώμης παλίμβολον σιέργειν ἀναγκάσει τὰ περὶ τῶν μνηστευσάντων προδεδογμένα. Οὕτως οὖν καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν κελεύσμαι νόμου τὸ ἀπὸ τῆς συνηθείας βεβαιωθὲν καὶ κρατείτω καὶ διαιτάω. καθάπερ ἄχρι τοῦ παρόντος, καὶ προστίμου εἰσπράξει ὁ τὴν μνηστείαν ἀνατρέπων ζημιούσθω

ΔΙΑ-

Constitutio XVIII.

UT IN SPONSALIBUS CONSTITUTA POENA EXIGATUR.

Idem Imperator Styliano, excellentissimo sacrorum Officiorum Magistro.

Praestantioris electionem in omnibus et rebus et dictis instituere reprehendendum non est, et tunc non ad eos, qui agunt aut dicunt, sed ad eorum, quae acta vel dicta sunt, statum aestimatio facienda est. Ideirco etiam quod consuetudini placuit, ut in sponsaliorum repudiis poenae imminerent iis, qui repudiare instituerent, etiam hoc ad legis auctoritatem evehimus. Arbitror enim, consuetudini placitum lege de huiusmodi negotiis lata peius non esse, sed etiam in melius res adducere. Nam quum lex sola arrhae amissione aut in duplum restitutione temeritatem puniat, haec definitum pactoque constitutum in sponsaliorum rescissione subiri damnum vult. Et videtur mihi, quemadmodum dixi, hoc maiorem vim habere, ne sponsalia, ut fieri solet, ludantur. Arrhae enim amissio, quae in eum, qui dedit, deinde sponsalibus non acquiescit, constituta est, et duplae restitutio, quam is, qui arrham accepit, deinde pacto, in quod convenit, non stetit, sustinet, celerius, quoniam levius est, volentes ad recedendum a pactis invitat, at ex pacto definitae poenae gravius damnum sibi obvenire videns inconstans, tardior omnino ad divellenda sponsalia fiet. Quod nos etiam nuptialibus contractibus magis conducturum animadvertentes, quod ex consuetudine fieri solet, in legitimam constitutionem traducimus. Ex arrhae siquidem amissione faciles sponsaliorum eversiones video, ex poenae vero persolutione non item. Gravior enim poena (gravior enim omnino arrhae amissione est pacto constituta poena) etiam invitum inhibens, animi inconstantiam acquiescere illis, quae antea de sponsalibus placuerunt, compellet. Sic igitur ex nunc etiam legis iussu id, quod ex consuetudine confirmatum est, quemadmodum usque ad hanc legem, et obtineat, et causas diiudicet, et mulctae exactione sponsalium eversor puniatur.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ιθ'.

Περὶ συμφώνου πατρῴου τοῦ ἐπ' ἴσης κληρονομεῖν τὸν παῖδα.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ ὑπερφυεστάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων.

Ὅπερ καὶ πρόσθεν ἡμῖν εἴρηται, οὐ φαυλίζειν ἑτέρους προαιρούμενοι, εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν νόμων κατέσημεν, οὐδ' ἵνα δόξαν ἑαυτοῖς περιποιησωμεθα, ἀλλ' ἵνα τὸ ἀσύμφορον ἐκ τοῦ τῶν ὑποχειρίων [1]) ἐφ' ὅσον δυνατὸν ἀποσκευασώμεθα βίου, ἐκεῖνο εἰδότες, ὡς πάντων προτιμότερον εἰς κατάστασιν τῆς πολιτείας ἡ τῶν νόμων κατάστασις. ὀφθαλμοὺς γάρ τις εἰπὼν πολιτείας τοὺς νόμους, οὐκ ἂν οἶμαι καλοίη ἔξω τοῦ πρέποντος φάμενος. ὥσπερ γὰρ ζῴῳ ἀναγκαιότατόν ἐστι μάλιστα ὀφθαλμὸς οὐ σφαλλόμενος, οὕτω καὶ πολιτείᾳ νόμων εὐθύτης. Διὸ τῆς τούτων εὐθύτητος ποιούμενοι πρόνοιαν, ἐπείπερ ἔγνωμεν ἐν τῇ τοῦ κωδικος ἐκλογῇ κείμενον νόμον, ὃς διὰ τὸ προφανὲς τῆς αἰσχίας οὐδαμῶς εὗρε [2]) ἀποδοχῆς χώραν ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων προαιρέσει, οὔκουν οὐδὲ τὸ ἐνεργὸν καὶ ἔμπρακτον ἔχει (βούλεται μὲν ἐναντία τῆς φυσικῆς παρὰ γονέων τέκνοις ὀφειλομένης ἰσονομίας, ἀδικίας δὲ θύραν ἀνοίγει κατὰ τοῦ παιδὸς τῷ πατρί, οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκείνῳ ὑπαχθέντα πεισθῆναι γονέα ψεύδους καὶ ἀπάτης ἐνοχῇ περιβάλλει), ἀλλὰ γὰρ ἐπεὶ τοιοῦτόν τινα κατενοήσαμεν, εἰ καὶ πρὸ τοῦ ἡμετέρου θεσπίσματος ἀπέκλεισεν αὐτῷ τὴν παραδοχὴν καὶ αὐτὴ τῶν ἀνθρώπων ἡ προαίρεσις, ὅμως καὶ ἡμεῖς δόγματι εἰς παντελῆ αὐτὸν [3]) ἀπραξίαν περιϊσῶμεν. Τί γὰρ φησί; κἂν συμφωνήσῃ πατὴρ ἐκδιδοὺς πρὸς γάμον παῖδα, ὥστε μετὰ τὴν ἑαυτοῦ ἐξ ἀνθρώπων ἀναχώρησιν ἰσομοιρίᾳ μετὰ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν τὴν πατρικὴν διακληροῦσθαι περιουσίαν, κυριός ἔστι βουληθεὶς τὸ τοιοῦτον σύμφωνον ἀτιμάζειν, καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις τῶν παίδων νεῖμαι τὸ πλέον, ἐκείνῳ δέ, ᾧ τὸ ἴσον κληροῦσθαι ἐδίδου τὸ σύμφωνον, ἐλάττω ποιῆσαι τὴν μοῖραν. Τούτων μὲν οὖν, ὥσπερ ἔφημεν, καὶ ἄλλως οὐ πολιτευομένων, καὶ ἡμετέρῳ ἐξοσιρακίζοντες δόγματι, παντάπασιν αὐτῷ τὴν εἰς τὴν πολιτείαν κωλύομεν πάροδον, θεσπίζομεν δὲ μηδένα τῶν γονέων ἐπιχειρεῖν τὰ δίκαια τῶν παίδων καινοτομεῖν, ὅσοις ἂν ἐν τοῖς γαμηλίοις καθωμολόγησαν [4]) συμβολαίοις τὸ ἴσον διατηρηθῆναι τοῦ κλήρου πρὸς τοὺς λοιποὺς τῶν παίδων, ὡς εἴ τις ὀφθείη τῶν ἰδίων συνθηκῶν ἀλογήσας, καὶ παρασπῶν πρὸς τὸ ἔλαττον ἐκείνου τὴν μερίδα, ᾧ καθωμολόγησεν εἰς τὸ ἴσον τοῖς ἄλλοις τῶν ἀδελφῶν ἕξειν, ἴστω, ὡς ἄκυρος αὐτῷ καὶ ματαία ἡ ἐκ μεταμελείας βούλησις. ἔν ἴσῳ γὰρ ὁ παῖς τοῖς ἄλλοις ἀδελφοῖς κατὰ τὸ προλαβὸν σύμφωνον τὴν περιουσίαν διακληρώσεται. οὐ γὰρ δὴ προτιμότερον τῆς ἀληθείας ποιεῖσθαι εὔλογον τὸ ψεῦδος, οὐδ' ἔννομον, οὐδ' ἁρμόζον λογικῷ ζῴῳ ταῖς ἰδίαις τῶν λόγων ὁμολογίαις δι' ἀθετήσεως κιβδηλεύειν. ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο, τοῦτο πρέπον ἀνθρώπῳ, φυλάττειν λόγου ἀλήθειαν, εἴ γε μὴ μέλλοι ἐν τῷ διαφθείρειν ψευδεῖ τὸ ἀληθές, ἔρημος λόγου γινόμενος, ἀπὸ λογικῆς ἐκπεσεῖν τάξεως. οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο εἰκός, τὸ περὶ τοὺς ἴσως ἐκφύντας μὴ ἴσην τοὺς γονέας δείκνυσθαι πρόνοιαν, μηδὲ περὶ τῆς ἐκείνων ζωῆς ὁμοίως φροντίζειν, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐθέλειν εὐπορώτερον ἔχειν βίον, τῶν δὲ μὴ φείδεσθαι μηδ' οἰκτείρειν, εἰ ἀπορώτερον διακείμενοι μέλλοιεν ἐν ταλαιπωρίᾳ βιώσειν. ἀλλὰ δίκαιον, ὥσπερ πᾶσι τοῖς παισὶν ἐπίσης μετέδοσαν βίου, οὕτω καὶ τῆς πρὸς τὸν εὐπορίας μεταδιδόναι, καὶ μή, ὥσπερ ἀνίσῳ πλάστιγγι, τοῖς μὲν κουφοτέραν, τοῖς δὲ βαρυτέραν τῷ ἀνίσῳ τῆς γνώμη τὴν τῶν προσόντων ποιεῖσθαι διανομήν. ΔΙΑ-

Constitutio XIX.

DE PACTO PATERNO, EX AEQUO HEREDEM FUTURUM FILIUM.

Idem Imperator Styliano, excellentissimo sacrorum Officiorum Magistro.

Quod etiam antea a nobis dictum est, non contemnere alios studentes, neque ut gloriam nobis paremus, ad legum correctionem processimus, sed ut id, quod utile non est, quantum fieri potest, a subditorum consortio removeamus, id scientes, ad constitutionem reipublicae legum constitutionem omnium esse praestantissimam. Nam si quis leges reipublicae oculos esse dixerit, eum non puto praeter id, quod decet, locutum esse. Quemadmodum enim res maxime necessaria est animali oculus non fallax, ita et reipublicae legum rectus status. Harum igitur rectae constitutionis curam gerentes, quoniam in codicis ecloga legem positam esse cognovimus, quae propter evidentem absurditatem in hominum animis neutiquam locum invenit receptioni, nec igitur vim aliquam et efficaciam habet (contraria quidem statuit naturali, quae a parentibus liberis debetur, aequalitati, iniustitiae vero adversus filium patri ianuam aperit, nec hoc solum, sed et parentem ut illi morem gerat obstrictum, mendacio doloque obnoxium facit), quoniam igitur talem quandam esse legem animadvertimus, etsi ante nostram sanctionem ei receptionem denegavit ipsa hominum voluntas, simul et nos omnem omnino illi usum decreto adimimus. Quid enim dicit? Etiamsi pactus fuerit pater, quum in matrimonium collocaret filium, illum post decessum suum ex aequa parte cum aliis fratribus paternorum bonorum heredem fore, in potestate tamen illius erit, si velit, ut pactum eiusmodi negligere, et aliis quidem liberis amplius tribuere, illi vero, cui aequum portionem in hereditate pactum concedebat, minorem partem assignare. His igitur quidem, ut diximus, alias quoque in republica non usitatis, nostro etiam decreto relegantes omnibus modis ad rempublicam aditum interdicimus, sancimus vero, ne quis parentum iura filiorum, quibuscunque cum reliquis liberis aequalem hereditatis portionem servatum iri in nuptialibus contractibus spoponderit, innovare tentet, ita ut, si quis visus fuerit pactiones suas spernere, et illius, cui tantundem, quantum alii fratres habituri sunt, promiserit, partem minuere, sciat, invalidam atque vanam habendam esse mutatam ex poenitentia voluntatem. Ex aequo enim cum aliis fratribus secundum initum pactum filius in bona succedet. Neque vero mendacium veritati praeferri rationis est, neque iustum, neque rationabili animali conveniens, pacta conventa per improbationem adulterari; sed si quid aliud, hoc hominem decet, ut verbis suis fidem praestet, nisi mendaciis veritatem corrumpendo, destitutus ratione, ex ordine eorum, qui ratione praediti sunt, excidere velit. Quin immo nec illud consentaneum est, ut parentes iis, qui pariter ex ipsis nati sunt, non parem curam exhibeant, neque aequaliter ipsorum vitae prospiciant, sed alios quidem uberiores facultates habere, aliis vero nihil parcere, neque illorum misereri, si inopes in miseria victuri sint, velint; sed iustum est, ut, quemadmodum omnibus liberis ex aequo vitam impertiti sunt, ita etiam facultatibus eos instruant, neque, velut ancipiti libra, his leviorem quandam, illis vero graviorem iniquo animo distributionem facultatum faciant.

[1]) *Steph. et Agyl.* ὑποχωρίων *Scrimg.* — [2]) *Agyl.*; εὗγε *Scrimg., Cod. Meerm. III., Zuich.* — [3]) εἰς παντελὲς αὐτοὶ *conl Spang.* — [4]) καθωμολόγησεν *Cod Meerm. III., Zuich.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ κ'.

Περὶ τοῦ μὴ λαμβάνειν τὸν ἄνδρα, ὥσπερ τὴν γυναῖκα, εἰς τὰ παρὰ τοῦ ὑποβόλου ἐκ προτελευτῆς θατέρου μέρους.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ ὑπερφυεστάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων.

*Τοῖς πάλαι περὶ συμφώνων γαμηλίων διορίζουσι νόμοις τὸ ἴσον ἀνδρί τε καὶ γυναικὶ ἔν τε τῇ ἐξ ἀρχῆς τοῦ γάμου συστάσει δεδογμένου ἀπονέμειν καὶ ἐν τῇ διαλύσει, ἢν θάνατος ἐπάγων ἑνὶ τῶν προσώπων ποιεῖ, οὐκ οἶδα τί παθόντες οἱ μετὰ ταῦτα νομοθετεῖν προηρημένοι ἀνίσοις διατάξεσι τούτους ὑπέβαλον. οἱ μὲν γὰρ ἀρχαιότεροι νόμοι αὐτίκα καὶ ἐν τῇ τοῦ γάμου συστάσει ἴσους εἶναι τὰς συνεισφορὰς, τήν τε γυναικείαν καὶ τὴν ἀνδρῴαν, διέταξαν, καὶ θατέρῳ [1]) τὸν βίον λιπόντος, ἀτεκνίας μεσιτευούσης, καὶ συμφώνου μὴ παρόντος, ἐν ᾧ τι περὶ κέρδους ὑποσημαίνεται, ἐπίσης ἑκάσῳ ἀναστρέφεσθαι τὰ οἰκεῖα, συμφώνου δὲ προελθόντος, ὥστε ὁποτέρου μέρους ἐξ ἀνθρώπων ἀπιόντος τὸ ὑπολειφθὲν ἐπὶ τῇ τῶν ἰδίων ἀνακομίσει καὶ ἕτερόν τι [2]) κερδαίνειν, ὁμοίως ἐπ' ἀμφοῖν τηρεῖσθαι τοῦ κέρδους τὸ ἴσον. καὶ ἀνδρὸς μὲν προαποφθαρέντος ἀνεκομίζετο ἡ γυνὴ τὴν προῖκα, καὶ τοῦ καλουμένου ὑποβόλου εἴτε τι μέρος, εἴτε τὸ ὅλον [3]), εἰ οὕτω συμπεφώνητο, γυναικὸς δὲ τῷ θανάτῳ προσυναντώσης, τῷ ἀνδρὶ τὸ ὑπόβολον συνετηρεῖτο, καὶ κέρδος αὐτῷ [4]) ἠκολούθει εἴθ' ὅλη ἡ προῖξ, εἴτε μέρος αὐτῆς, ὡς τὰ συμφωνηθέντα αὐτοῖς ἐβούλετο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τοῖς ἀρχαιοτέροις δόξαντα τοῖς μεταγενεστέροις ἀπήρεσεν. τοιγαροῦν καὶ ἀνισομοιρίαν τοῦσιν, οὐκ ὀρθῶς ποιοῦντες, καὶ αὐτίκα καὶ ἐν τῇ τοῦ γάμου συνόδῳ ἀνίσας ὁρίζουσι προέρχεσθαι τὰς συνεισφοράς, καὶ εἶναι μὲν ἐπὶ πλέον τὴν προῖκα, ὑπ' ἔλαττον [5]) δὲ τὸ ὑπόβολον, καὶ τούτου κυρίαν καθίστασθαι τὴν γαμετὴν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ἣ συνήρμοσε τὸν γάμον, κἂν ὡς εἰκὸς γνῷ ἕτεραν ὁμιλίαν ἀνδρός, καὶ τοῦ γάμου δὲ θανάτῳ διασπασθέντος, ἀνίσως διαιτῶντες, τῇ μὲν τῷ κέρδει παραμυθοῦνται τὸ ἄλγος, τῷ δὲ ἐπὶ τῇ ἀποβολῇ τῆς γυναικὸς τῇ ζημίᾳ τῶν ἰδίων πραγμάτων τὸ ἄλγος ἐπαύξουσι. κελεύουσι γὰρ τὴν γυναῖκα ἐπιβιοῦσαν μετὰ τῆς ἰδίας προικὸς καὶ τὸ σύμπαν ὑπόβολον κομίζεσθαι, καὶ πρὸς τούτοις ἐκ τῆς λοιπῆς τοῦ ἀνδρὸς ὑποστάσεως κληρονομεῖν τοσοῦτον, ὅσον τῆς τε προικὸς καὶ τοῦ ὑποβόλου εἰς ἓν συγκεφαλαιουμένων [6]) ἀριθμεῖται τὸ τέταρτον, προφθανούσης δὲ τὸν γαμέτην τῆς γυναικὸς, τοὺς ἐκείνης κληρονόμους κερδαίνειν σὺν τῇ προικὶ τὸ ὑπόβολον, τὸν δὲ ἄνδρα μηδὲν ἔχειν ἕτερον, ἀλλ' ἢ ὅσον τῆς τε προικὸς καὶ τοῦ ὑποβόλου τὸ τεταρτημόριον, καὶ προβαίνειν οὕτω τὸ πρᾶγμα, ἄν τε παρῇ συμφωνον, ἄν τε μηδὲν ὦσι τοιοῦτον συντεθεικότες. Ταῦτα μὲν πῶς οὐκ ἄδικα; πῶς δ' ἀντὶ τοῦ νόμος εἶναι οὐκ ἐσχάτη παρανομία ἐστίν; ἃ μὲν γὰρ προαποφθαρέντος τοῦ ἀνδρὸς ἡ γυνὴ λαμβάνει, ἴσως ἔχει τινὰ λόγον, ἃ δὲ ταύτης προκαταλυούσης τὸν βίον εἰς τοὺς κληρονόμους ἔρχεται, πῶς οὐ παντελῶς ἔκδικά τε καὶ ἄθεσμα; Διὰ τοῦτο λίαν πρεπόντως καὶ σοφῶς συνιδὼν ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀείμνηστος, καὶ ὁ μετ' ἐκεῖνον τῆς οἰκείας ἀναβλαστήσας ὀσφύος ἐδικαίωσε τοῖς μὲν ἀρχαίοις νόμοις τὴν τιμὴν ἀνασώσασθαι, τοὺς δὲ φαύλως ἀντιθεσπίζοντας ἐξοστρακισθῆναι τοῦ πολιτεύματος. Ἀλλὰ γὰρ φιλόνεικον ἡ συνήθεια καὶ πολλάκις τῇ μακρᾷ ὁμιλίᾳ ὡς πῆξιν λαβὸν ἐν ταῖς ἀνθρώπων γνώμαις ἄτοπον δόγμα, καὶ μάλιστα ὅσοις μὴ ὀρθῷ κριτηρίῳ ἐπι-

Constitutio XX.

UT NE MARITUS, QUEMADMODUM UXOR, ALTERA PARTE PRAEMORTUA, PRAETER HYPOBOLUM QUIDQUAM CAPIAT.

Idem Imperator Styliano, excellentissimo sacrorum Officiorum Magistro.

Quum vetustis legibus, quae de pactis dotalibus tractant, definitum sit, eandem maritum et uxorem, quae in contrahendo matrimonio statuta est, capere partem etiam in dissolutione, quam mors in alterum coniugum irruens efficit, nescio, qua re moti ii, quibus postmodum leges condere studio fuit, diversis constitutionibus haec subiecerint. Etenim vetustiores quidem leges mox a coniugii initio aequales esse illationes, quum muliebrem, tum virilem, statuernnt et altero vita defuncto, liberis non superstitibus, nec pacto existente, in quo aliquid de lucro significetur, subesset, ex aequo ad utrumque sua reverti; si vero de lucro pactum initum esset, ut alterutra parte ex hominibus erepta, superstes praeter suarum rerum receptionem insuper aliud quid lucraretur, similiter in ambobus lucri aequalitatem servari; et viro quidem praemortuo accipiebat mulier dotem, et dicti hypoboli sive partem aliquam, sive totum, si ita convenisset, mulieres vero morte praecedente, viro hypobolum servabatur, et lucrum illum sequebatur sive dos tota, sive eius pars, prout pacta vellent. Sed haec quidem vetustioribus placita posterioribus displicuerunt. Quapropter et contra statuunt, non recte facientes, matrimonii, et statim etiam ab initio inaequales disponunt procedere illationes, et maiorem quidem dotem esse, hypobolum vero minus, eiusque uxorem ab eo die, quo matrimonium contraxit, dominam fieri, quanquam fortasse secundum viri consortium eligat. Et matrimonio morte soluto inique facientes, illius quidem moestitiam lucro consolantur, huius vero supra amissionem uxoris dispendio rerum suarum moerorem adaugent. Iubent enim, mulierem superstitem cum sua dote universum quoque hypobolum auferre, et praeterea ex reliqua mariti substantia tantum heredis iure capere, quantum dotis et hypoboli in unum computatorum quadrans conficit, mortua autem muliere ante maritum, illius heredes una cum dote hypobolum lucruri, maritum vero nihil aliud habere, quam quantum dotis et hypoboli quadrans faciat, et hoc modo rem procedere, sive subsit pactum, sive nihil huiusmodi inter ipsos convenerit. Verum haec quomodo non iniqua? quomodo pro iure haec non extrema iniuria est? Etenim quae quidem praemortuo marito mulier accipit, in his fortasse aliqua ratio sit, quae vero illa praemortua ad eius heredes devolvuntur, haec quomodo non omnino iniusta et enormia? Eapropter admodum decenter et sapienter perpetuo ille memorandus inter Imperatores, et post eum ex ipsius lumbis natus iudicarunt, veteribus quidem legibus auctoritatem conservandam, perversa autem contraria statuta e republica releganda esse. At enim refractaria consuetudo est, ac frequenter longa conversatione quasi infixa hominum animis absurda opinio, eorum praesertim, quibus recto iudicio illam expendere curae non est, haud facile exstirpari potest, quum praeiudicatam opinionem, quamvis inepta sit, amplectantur, et sequi meliora nolint, ita ut etiam nunc sempiternae memoriae patris nostri constitutio, quae ad veteres leges pactorum dotalium causam reduci, absurdam constitutionem mutare non potuit, sed quorum exsilium decreverat, ea etiamnum in publico usu sint. Quid nos igitur dicemus? Postquam semel praevalere visum est, ne in

[1]) *Agyl.*; θανάτῳ *Scrimg.* — [2]) *Cod Meerm. III.*, *Zuich.*; καὶ στερόν τι *Scrimg.* — [3]) *Steph.*; εἴτε τὶ ὅλον *Scrimg.*, *Cod. Meerm. III.*, *Zuich.* — [4]) *Agyl.*; κέρδος ὑπ' αὐτῷ *Scrimg.*; κέρδος ἐπ' αὐτῷ *coni. Steph.* — [5]) ἐπ' ἔλαττον *coni. Spang.* — [6]) *Steph.*; ἓν *om. Scrimg.*; εἰς ἓν κεφαλαιουμένων *maluit Spang*

ἐπιμέλεια τόδε συνορᾶν, οὐκ ἐθέλει ῥᾳδίως ἐκμοχλεύεσθαι, τὴν φθάσασαν πρόληψιν, κἂν ἄτοπος ᾖ, ἀγαπῶντων, καὶ μὴ βουλομένων ἀκολουθεῖν τοῖς ἀμείνοσιν, ὡς καὶ νῦν ἡ τοῦ ἀειμνήστου πατρὸς ἡμῶν διάταξις, ὡς τοὺς πάλαι νόμους τῶν γαμικῶν συμφώνων τὴν κατάστασιν ἀναφέρουσα, οὐκ ἔπεισε τῆς ἀτόπου μεθεῖναι διατάξεως, ἀλλ' ὧν κατεψηφίσαιο ἐξοστρακισμόν, τούτοις ἔτι καὶ νῦν πολιτεύονται. Τί οὖν ἡμεῖς ἄμεν; ἐπειδήπερ ἅπαξ κρατεῖν ἔδοξε μὴ ἐξ ἴσου τὰς ἐν τῇ συστάσει τῶν γάμων γίνεσθαι συντελείας, ἀλλ' εἶναι τοῦ ὑποβόλου ἐπιπλέον τὴν προῖκα, τοῦτο ἔστω πολιτευόμενον. τοῦ θανάτου δὲ φέροντος λύσιν τῷ γάμῳ, εἰ μὲν ὁ ἀνὴρ ἄτεκνος ἀπῇοι, καὶ σύμφωνον μὴ παρῇ, ἀνακομιζέτω ἡ γυνὴ τήν τε προῖκα καὶ τὸ ὑπόβολον, καὶ μηδὲν ἔτι πλέον, εἰ δὲ τὴν γυναῖκα ὁ θάνατος διασπᾷ, τῆς μὲν οἱ κληρονόμοι τὴν προῖκα λαμβανέτωσαν, τῷ ἀνδρὶ δὲ μὴ γινέσθω τῶν ἰδίων ἡ στέρησις, μηδὲ τὰ ἐκείνου ἕτεροι, ἀλλ' αὐτὸς ἐχέτω. Πῶς γὰρ οὐκ ἄδικον, τοὺς μὲν ἀλλοτρίους ἐκ τῶν ἐκείνου πραγμάτων κερδαίνειν, αὐτὸν δὲ πρὸς τῇ ἀποστερήσει τῆς συζύγου καὶ τῶν οἰκείων ἤτοι τοῦ ὑποβόλου ἀποστερεῖσθαι;

in matrimonii coniunctione ex aequo illationes fiant, sed ut hypobolo maior dos sit, hoc in republica obtineat; si vero mors matrimonio solutionem afferat, siquidem maritus sine liberis decedat, et pactum non appareat, uxor dotem et hypobolum, et nihil amplius auferat, si vero mulierem mors abripiat, dotem quidem heredes eius capiant, maritus autem suis rebus non privetur, neque quae ipsius sunt alii, sed ipse habeat. Quomodo enim iniquum non est, extraneos quidem ex illius rebus lucrum sentire, ipsum vero supra amissionem coniugis bonis etiam suis sive hypobolo privari?

ΔΙΑΤΑΞΙΣ κα'.

Περὶ τοῦ φυλάττεσθαι τὴν ἐπαγγελίαν τῆς προικὸς ἢ ἐκ πατρῴας ἢ μητρῴας περιουσίας.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ ὑπερφυεστάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων.

Ὡσπερ ἐπὶ τῶν πλαστίγγων ὁρῶμεν, ὅταν οὐδὲ κατὰ βραχὺ τυγχάνωσιν ἑτερορρεπεῖς, τότε πρὸς τὴν τῶν σταθμωμένων διάκρισιν ἐπιτηδείους οὔσας παραλαμβάνεσθαι, οὕτω καὶ νόμον, ὅτε μηδὲ βραχὺ παρατρέπει τὸ δίκαιον, τότε πρὸς διαίτησιν τῶν πραγμάτων ὄντα προέρχεσθαι ἄξιον. αἱ μὲν γὰρ τὸ ἴσον, ὁ δὲ τὸ δίκαιον ἀῤῥεπὲς ὀφείλουσι διασώζειν. Τί τοῦτο ἔφην; ἐν τοῖς κωδιξὶ διάταξις ἀναγέγραπται, ἥ τοὺς πρὸς γάμον συνάπτοντας τέκνα γονέας τὰς ὑποσχέσεις, ὅσαι προικὸς ἢ πρὸ γάμου δωρεᾶς ἐκτελεῖν ουσιν ἀπαιτοῦσα [1]), οὐκ οἶδ', ὃν τινα τρόπον φύρει τὸ δίκαιον. Βούλεται γὰρ κατεσχημένον [2]) παιδίον προῖκα ἢ πρὸ γάμου δωρεὰν τὸν πατέρα, ἀδιορίστως μὲν ταύτην πεποιημένον, πᾶσαν ἐκ τῶν οἰκείων πληροῦν τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ μόνης περιουσίας ὅλην αὐτὴν καταβάλλεσθαι, διορισάμενον δέ, καὶ οὕτως εἰπόντα, ὡς ἔκ τε τῶν ἐμῶν καὶ τῶν τοῦ παιδὸς τὰ ὑποσχεθέντα παρέξω, ἀπορίας μὲν αὐτὸν κατεχούσης μηδὲν ἐκεῖνον εἰς τὴν ὑπόσχεσιν συντελεῖν, τοῦ δὲ παιδὸς μόνην τὴν ὕπαρξιν ἐκπληροῦν, ἃ ὑπέσχετο κοινῇ συμπληρώσειν ὁ γονεύς, εὐπόρου τοῦ πατρὸς ὄντος τὸ ἀνάπαλιν γίνεσθαι, μόνου αὐτοῦ ἐκ τῶν οἰκείων ἃ ὑπέσχετο πληροῦντος, καὶ τοῦ παιδὸς οὐ κοινωνοῦντος, κἂν μὴ μόνος, ἀλλὰ σὺν τῷ παιδὶ τὴν ὑπόσχεσιν ἐκπληρώσειν ἐπηγγείλατο, οὐκ ἄξιον οἴεται τὸν παῖδα παρέχειν, διὰ τὸ μὴ καὶ αὐτὸν ὑποσχέσθαι. Τοῦτο οὖν ἡμῖν παραπροπή τις εἶναι τοῦ δικαίου νενόμισται. οὔτε γάρ, ὁποίᾳ ἂν καὶ περισχεθῇ ὁ γονεὺς ἀπορίᾳ, μόνον τὸν παῖδα καταβάλλειν τὰ ὑπεσχημένα ἐκ τῶν οἰκείων δικαιοσύνη νόμου, οὔτε πάλιν οὔσης εὐπορίας ἔξω δεῖ τὸν παῖδα παντελῶς εἶναι τῆς συνεισφορᾶς, χορηγουμένης ἐκ τῶν τοῦ γονέως τῆς ὅλης ὑποσχέσεως. Διὸ καὶ θεσπίζομεν, κατὰ τοὺς τοῦ γονέως λόγους οὕτω προβαίνειν καὶ τὴν τῶν λόγων ἐκπλήρωσιν,

Constitutio XXI.

UT DOTIS PROMISSIO AUT EX PATERNIS AUT MATERNIS BONIS FACTA PRAESTETUR.

Idem Imperator Stylianо, excellentissimo sacrorum Officiorum Magistro.

Quemadmodum in lancibus videmus, quando nec ad minimum in alterutram partem inclinant, tunc eas ad earum, quae ponderantur, diiudicationem idoneas constitutas desumi. ita quoque lex, quum ne tantillum quidem ius depravat, digna est, quae ad rerum ordinationem procedat. Etenim illae quidem aequabilitatem, haec autem ius stabile conservare debet. At quorsum haec? In Codicibus scripta constitutio est, quae dum a parentibus liberos suos in matrimonium collocantibus promissa dotis vel donationis propter nuptias nomine facta exigit, haud scio, quomodo ius commisceat. Vult enim, patrem, qui pro liberis dotem vel donationem propter nuptias promiserit, si indistincte quidem promissionem fecerit, totam de suo explere promissionem et ex suis solis bonis persolvere, sin vero distinxerit, et hunc ad modum locutus sit: ex meis filiique bonis promissa exhibebo, tum, si inopia eum premat, nihil in promissum contribuat, sed filii sola substantia expleat, quae communiter se daturos esse pater promisit, sed si dives sit, contrarium statui, ipso solo de suo quae pollicitus est implente, et filio non contribuente, quamvis non se solum, sed cum filio promissum expleturum promiserit quod filium, quoniam ipse non promisit, dare indignum putetur. Hoc itaque iuris subversionem esse rati sumus. Neque enim, quantacunque inopia teneatur parens, filium solum de suo promissa solvere iustitia legis apparet, neque rursus, dives quum est, filium contributione omnino esse liberum decet, omni promissione ex bonis parentis expleta. Propterea etiam sancimus, secundum parentis verba ita quoque promissorum solutionem procedere, et ab ipso quidem solo exigi promissum, cum filio vero, quando se solum daturum pollicitus est, quando cum filio, sive aequales partes acceptae sunt, quando non etiam illae definitae sunt, sive inaequaliter, quum utrique certae partes diverse

[1]) *Ita Cod. Meerm. III. et Zuich. pro* ἀπαιτοῦσαι, *quod habet Scrimg., sed ne sic quidem locus sanus est, rerum excidisse quaedam verba credam. Steph. ita locum restituere voluit:* ἐκτελεῖς εἶσιν ἀπαιτουσα, *neque tamen ut certam hanc correctionem protulit.* — [2]) ὑπεσχημένον *Steph.*; ὑπεσχημένον ὑπὲρ παιδίων *Agyl.*

ρωσιν, καὶ μόνον μὲν ἀπαιτεῖσθαι τὴν ὑπόσχεσιν, ἐπειδὰν μόνος ὑπόσχηται παρασχεῖν, σὺν τῷ παιδὶ δέ, ἐπειδὰν ἐκείνῳ εἴτε δι' ἴσου τῶν μερῶν λαμβανομένων, ὅτε μὴ καὶ ταῦτα προσδιορισθῇ, εἴτε ἀνίσως, ὅτε μὴ ἀπροσδιόριστα ᾖ α τὴν ὑπόσχεσιν μέρη ἀποπληροῖ. Τοῦτο γὰρ οὔτε δικαίου παραιροπή, καὶ πρός γε τοῖς παισὶ τὸ συμφέρον ὁρᾷ. ὅπερ ἡ ἐν τοῖς κώδιξιν ἐκτεθειμένη διάταξις οὐ ποιεῖται περὶ πολλοῦ. πῶς; πολλάκις [1]) ἰὴν ζημίαν ὑφορώμενος ὁ γονεὺς καὶ μένων ἐκεῖνον τὸν χρόνον εἰς τὸ τὰ γαμήλια συναλλάγματα προελθεῖν, ὃς τὸν παῖδα κύριον τοῦ ὑποσχέσθαι ποιεῖ, ἀπόλλυσι τῷ παιδὶ τὸ λυσιτελές, ἵν' οὖν πρὸς ἀμφοτέρους δεξιῶς τὸ γινόμενον ἔχῃ, καὶ μήτε τὸ δίκαιον παρακρίνοιτο, μήτε τὸ συμφέρον τοῖς παισὶ παραβλάπτοιτο, τὸ μὲν τοῦ κώδικος ἀργείτω δόγμα, τοῦτο δὲ πολιτευέσθω καὶ ὑπὸ τῆς συνηθείας γνωριζόμενον. ἤδη γαρ προτετίμηται τῆς ἐν τοῖς κώδιξιν ὑπ' αὐτοῦ διατάξεως καὶ [2]) πρὸ δόγματος νόμου πολιτευόμενον.

diverse assignatae sunt. In hoc enim nulla iusti eversio est, et insuper id ad liberorum utilitatem spectat, quam in Codicibus edita constitutio non magnopere curat. Quid enim? Saepenumero parens, quum ad dispendium respicit, ideoque illud tempus, quod filio efficaciter promittendi potestatem facit, ineundo nuptiali contractui exspectat, quod utile filio sit, perdit. Ut igitur ea res ambobus commoda sit, neque iustum iuxta aestimetur, nec liberorum utilitati noceatur, Codicis quidem decretum quiescat, hoc vero quod etiam consuetudini cognitum est, in republica obtineat. Iam enim pro decreto legis in republica habitum praelatum est constitutioni, quae in Codicibus est.

[1]) *Steph., Agyl.*; ποιεῖ τι περὶ πολλοῦ. πῶς πολλάκις *Scrimg.* — [2]) ιπ αὐτοῦ *et* καὶ *recte supervacanea iudicat Agyl.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ κβ'.

Περὶ τοῦ μὴ δευτερογαμήσασαν γυναῖκα λαμβάνειν παιδὸς μοῖραν κατὰ δεσποτείαν, ὁμοίως καὶ πατέρα.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ ὑπερφυεστάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων.

Ὥσπερ καὶ ἐπ' ἄλλων πλείστων, οὐδενὸς ἀτόπου συμβαίνοντος, οὐδὲ τοῖς πράγμασι βλάβης [1]), εἴξαμεν τῇ συνηθείᾳ, μᾶλλον δὲ προνόμιον αὐτῇ νόμου παρέσχομεν, ἤδη τοῦ πλήθους οἰκείως πρὸς αὐτὴν ἐχοντος, καὶ ταύτης ἀπουσπᾶσθαι οὐκ ἀνεχομένου, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ μέρους τῆς δωρεᾶς, ἣν παίδων οὖσα μήτηρ γυνὴ λαμβάνει, καὶ μὴ δευτέροις γάμοις ἀναγομένη τὴν νυμφικὴν συμφορεῖ κοίτην, ποιεῖν ἐγνώκαμεν. Ἀρχαιοτέρου γὰρ νόμου τὴν τοιαύτην δωρεὰν ὁριζομένου, ὡς δοθέντος τοῦ ὑποβόλου εἰς χρῆσιν τῇ γυναικὶ μοῖραν παιδὸς ἑνὸς ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὑποβόλου κατὰ δεσποτείαν ἰδίαν μετὰ τῆς ἄλλης χρήσεως τὴν γυναῖκα λαμβάνειν, εἶτα δὴ μεταγενεστέρου νόμου πάλιν ταύτην δὴ τὴν ἑνὸς παιδὸς μοῖραν οὐκ ἐκ τοῦ ὑποβόλου τῆς γυναικὸς τὸ κέρδος, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ἄλλην ἀνδρῶαν περιουσίαν ταύτην χωρεῖν. τούτων γὰρ ὑπὸ τῶν νόμων διατεταγμένων, ἡ συνήθεια μηδενὶ τῶν νόμων ὀρθῶς ἑπομένη, ἀλλ' ἐν μέρει μὲν τούτῳ, ἐν μέρει δὲ ἐκείνῳ, οὔτε ἐκ μόνου τοῦ ὑποβόλου τὴν παιδικὴν μοῖραν ἀξιοῖ διδόναι τῇ γυναικί, οὔτε τῆς ἔξω κειμένης τοῦ ὑποβόλου ἄλλως [2]) ὑπάρξεως τοῦ ἀνδρός, ἀλλ' ὁμοῦ πάσης αὐτοῦ τῆς περιουσίας ἐκείνην ἀντιαλλαξαμένη [3]) τὴν μοῖραν χαρίζεται. Ταύτην οὖν τὴν συνήθειαν, ἐπείπερ οὐ λυπηρὰν ὁρῶμεν τοῖς πράγμασιν, ὥσπερ ἐπ' ἄλλων ἐδικαιώσαμεν, νόμου τιμῶμεν ἀξιώματι, καὶ ἔστω γε ἀπὸ τοῦ νῦν νόμου ἰσχύν, ἀλλ' οὐ συνηθείας κεκτημένη. Εἰ μέντοι γε μόνῳ τῷ ὑποβόλῳ ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀριθμεῖται ὑπόστασις πᾶσα, μετὰ τῶν παίδων τούτου συνδιακειμένη ἡ μήτηρ τὴν μὲν διαφέρουσαν αὐτῇ μοῖραν εἰς ὁλόκληρον ἀπολήψεται δεσποτείαν, τοῦ δ' ἄλλου τὴν χρῆσιν ἕξει. εἰ δὲ μὴ ἐξαρκεῖ πρὸς σύστασιν τοῦ ὑποβόλου ἡ περιουσία, τὴν μοῖραν ἡ γυνὴ λήψεται οὐ κατὰ τὴν εὑρισκομένην τοῦ μειωθέντος ὑποβόλου ποσότητα, ἀλλὰ τοσοῦτον ἔχουσαν, ὅσον ἂν ἔσχεν, εἰ μηδὲν ἠλαττωμένον, ἀλλὰ πλῆρες ὂν τὸ ὑπόβολον ἐγνωρίζετο.

Constitutio XXII.

UT MULIER, QUAE MATRIMONIUM NON ITERAT, UNIUS LIBERORUM PORTIONEM PROPRIETATIS IURE CAPIAT, SIMILITER ET PATER.

Idem Imperator Styliano, excellentissimo sacrorum Officiorum Magistro.

Sicut etiam in plerisque aliis, quando absurdi nihil incideret, neque rebus noxium, consuetudini cessimus, quin et legis praerogativam illi dedimus, quum iam plebs assuefacta illi esset, nec ab illa se avelli sineret, ita etiam in parte donationis, quam mulier liberos habens, nec ad secundas nuptias adducta genialem torum commiscens accipit, faciendum putavimus. Quum enim antiquior lex eam donationem ita circumscribat, ut hypobolo mulieri in usumfructum dato, praeter reliquum usumfructum, ex eodem hypobolo unius liberorum portionem proprietatis iure mulier capiat, deinde posterior lex rursus hanc unius liberorum portionem non ex hypobolo lucrum mulieri adferre, sed in alia etiam mariti bona cedere illam voluit. His enim ita per leges constitutis, consuetudo neutram legem directe secuta, sed partim hanc, partim illam, neque ex solo hypobolo, neque ex aliis extra hypobolum consistentibus mariti facultatibus unius liberorum portionem mulieri dari dignum putat, verum immutata omnium simul ipsius bonorum illi partem largitur. Hanc igitur consuetudinem, quoniam perniciosam esse rebus non videmus, ut in aliis iustum putavimus, legis dignitate honestamus, et habeat dehinc vim legis, non autem consuetudinis. Ac si quidem omnes mariti facultates in solo hypobolo numerentur, cum huius liberis coniuncta mater portionem quidem ipsi competentem pleno dominio accipiet, residui vero usumfructum habebit. Si vero ad constitutionem hypoboli facultates non sufficiant, non secundum inventam quantitatem imminuti hypoboli portionem mulier accipiet, sed quae tantum habeat, quantum haberet, si non imminutum et plenum hypobolum esse cognosceretur. Huiusmodi igitur portione mulieri data, reliqua ad liberos pertineant, si vero nihil superfuerit, tanquam hereditatem inopiam auferant. Sed haec quidem de uxore. Vir autem, si quidem liberos non habeat, quo modo alibi correctum et constitutum est, nihil neque accipiet, neque

[1]) γινομένης *add. Cod. Meerm. III., Zuich.* — [2]) *Melius fort.* ἄλλης. — [3]) ἀναλεξαμένη *Cod. Meerm. III., Zuich.*

ζετο. Τοιαύτης οὖν διδομένης τῇ γυναικὶ μερίδος τὰ περιλειπόμενα ἔσται τῶν παίδων, εἰ δὲ μηδὲν ὑπολείποιτο, ὡς κλῆρον τὴν ἀκληρίαν ἀποίσονται. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ γυναικός. Ὁ ἀνὴρ δὲ ἅπαις μὲν ὢν (καθάπερ ἐν ἄλλοις διώρθωται καὶ διατέτακται) οὐδὲν οὔτε λήψεται, οὔτε ζημιωθήσεται, παίδων δὲ πατὴρ γεγονὼς, καὶ μὴ δευτέροις γάμοις τὸν πρὸς τὴν γυναῖκα πόθον μαράνας, καὶ αὐτὸς λήψεται μοῖραν παιδὸς τεκνοτροφίας τε ἕνεκα καὶ τῆς διασεσωσμένης αὐτῷ πρὸς τὸν πρῶτον γάμον καὶ αἰδοῦς καὶ τιμῆς.

neque perdet, liberorum autem pater factus, neque secundis nuptiis uxoris desiderium explens, ipse quoque portionem filii accipiet propter liberorum educationem et exhibitam priori matrimonio reverentiam atque honorem.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ κγ΄.

Περὶ τοῦ μὴ μνηστείας ποιεῖν ἰδίᾳ τοὺς κατὰ τὸν τόπον ἄρχοντας.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς τῷ αὐτῷ Στυλιανῷ.

Ἦν μὲν οὖν ἄξιον καὶ ἀνθρωπίνης διανοίας καὶ ἀρχικῆς ἀρετῆς τοὺς εἰς ἀρχὴν προβαλλομένους, ἀνθ' ὧν ὑπὲρ πολλοὺς τοὺς ἄλλους δόξης ἀπέλαυσαν καὶ τιμῆς, εὐλαβεῖς εἶναι περὶ τὴν συνιήρησιν καὶ φυλακὴν τῶν τοῦ θεοῦ προσταγμάτων, καὶ προνοητικῶς περιέπειν τὸ ὑποχείριον, ἀλλὰ μὴ συνθλίβειν αὐτοὺς χειρὶ βαρείᾳ. ἐπεὶ δ' ἔστιν οὓς ἡ βίαιος καὶ ἄδικος γνώμη τῆς εὐθείας ἐκφέρουσα τρίβου τῶν ἐντολῶν ἄγει εἰς τὴν διεστραμμένην καὶ τυραννικὴν πλεονεξίαν, καὶ ἀντὶ προνοίας ἀρχικῆς ἐπιδείκνυσθαι παρασκευάζει τὴν βιαίαν προαίρεσιν, ὥσπερ ἀναχαιτίζων παλαιὸς ἐθέσπιζε νόμος, τοὺς ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ ἡγεμονεύοντας μὴ ἔχειν ἄδειαν συναλλάγματα καὶ μνηστείας ποιεῖν, καὶ τὴν ἀκρίβειαν ταύτην ἐπὶ υἱῶν καὶ ἐγγόνων καὶ τῶν ἄλλων ὁρισάμενος ἀῤῥένων συγγενῶν, θυγατέρων ἔκδοσιν οὐκ ἐκώλυσε. Τοῦτο οὖν ὡς ἔλλειπον τῇ ἀρίστῃ νομοθεσίᾳ προστιθέντες ἡμεῖς θεσπίζομεν, ὥσπερ τοὺς υἱοὺς καὶ τοὺς ἄλλους ἄῤῥενας συγγενεῖς καὶ οἰκείους, οὕτω καὶ θυγατέρας καὶ τὰ ἄλλα τοῦ θήλεος μέρους πρόσωπα τῶν ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ διαλαχόντων ἄρχειν εἰς μνηστείαν διδόναι κωλύεσθαι. διὰ τί γὰρ υἱὸς μὲν καὶ εἴ τις ἕτερος τῶν ἀῤῥένων προσώπων ὑποκείσεται τῷ ψηφίσματι, θυγάτηρ δὲ τοῦ νόμου κρείττων διαμενεῖ; καίτοι πολλάκις τοῦ ἄῤῥενος μέρους πολλοῖς καὶ τρόποις καὶ ἐπιτηδεύμασιν ἑαυτῷ τε καὶ τῇ μεμνηστευμένῃ καὶ τοῖς ἄλλοις, οὓς ἡ κηδεία συνῆψε, δυναμένου χρησίμου γενέσθαι. τάχα γὰρ ἢ ἀξιώματος ἐπιβατεύσας, ἢ ἐμπορίαν τινὰ μετιών, ἢ ἄλλως τοῦ οἰκείου βίου ἐπιμέλειαν ἀναλαβών, ὥσπερ ἔφην, οὔθ' ἑαυτῷ, οὔτε τοῖς ἄλλοις οἰκείοις ἀχρήσιμός ἐστιν, ὧν οὐδὲν τὸ θῆλυ μετέρχεσθαι γένος ὡς τὰ πολλὰ ἐπιτηδείως ἔχει.

ΔΙΑ

Constitutio XXIII.

NE PRAESIDES IN PROVINCIIS SUIS DOMESTICA SPONSALIA CONTRAHANT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Dignum profecto erat humano ingenio et magistratuum virtute, eos, qui in magistratum assumti sint, quoniam supra multos alios gloria et honore fruantur, religiosos esse circa observationem et custodiam dei praeceptorum, et providenter subditorum res curare, nec vero illos gravi manu opprimere. At quia sunt, quos ferox et iniquus animus e recta praeceptorum semita deflectens in perversam atque tyrannicam cupiditatem ducit, et pro magistratus cura violentum propositum exhibere facit, tanquam illos refrenatura lex vetus statuit, ne praesides in suis provinciis contractus et sponsalia ineundi licentiam haberent, et hanc subtilitatem quum in filiis, et nepotibus, et aliis virilibus cognatis constituisset, filiarum elocationem non prohibuit. Hoc igitur nos tanquam in optima lege omissum adiicientes, sancimus, quemadmodum filios aliosque virilis sexus cognatos et domesticos, ita quoque filias aliasque feminini sexus personas cuiusque provinciae praesides in matrimonium collocare prohiberi. Cur enim filius et si quis alius virilis sexus est, decreto obnoxius sit, filia vero lege superior permaneat? quum tamen virilis sexus saepenumero multis et modis et exercitiis sibi, et coniugi, et aliis, quos affinitas coniunxit, utilis esse possit. Fortasse enim dignitates consecutus, aut mercaturam aliquam instituens, aut aliam sustentandae vitae curam suscipiens neque sibi, ut dixi, neque aliis propinquis inutilis fuerit, quae ut muliebris sexus subeat non fere idoneus est.

Const. XXIV

ΔΙΑΤΑΞΙΣ κδ'.

Περὶ τοῦ μὴ γαμεῖν τὰ τέκνα τὰ φυσικὰ τα θετά.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς τῷ αὐτῷ Στυλιανῷ.

Πολλοὶ τὸν πρεσβύτερον χρόνον ἀποσεμνύνοντες, βούλονται πρεσβεῖα νέμειν αὐτῷ τῆς τῶν πραγμάτων τάξεώς τε καὶ καταστάσεως. ἐγὼ δὲ οἶδα μὲν αὐτὸν τοῦ νεωτέρου χρόνου κρατεῖν ἐν πλείστοις, οὐ μὴν ἀλλὰ ἐλαττούμενον ἐν τισι καθορῶ. Ονιων δὲ οὐκ ὀλίγων, ἐν οἷς ὑπὸ τοῦ νεωτέρου παρευδοκιμεῖται χρόνου, μάλιστα ἐν τῷ μέρει τῶν υἱοθεσιῶν τοῦτο πάσχων ὁρᾶται, ἃς παντάπασι μὴ καιὰ πρέποντα κόσμον ποιεῖ, ἄνευ τελετῆς θείας καὶ ἱερῶν ᾠδῶν [1]) ταύτας ποιούμενος, ἀλλ' ἁπλῶς τοῖς βουλομένοις υἱοθετεῖσθαι μόνον διδόντος τοῦ νόμου. Ἐξ οὗ συμβαίνει πολλάκις τὴν ἀδελφὴν κλῆσιν εἰς γαμικὸν μεταπίπτειν σχῆμα, καὶ ἡ τέως ἐκ θυγατρὸς οὖσα κόρη εἰς τὴν νυμφικὴν μετεῖτο, ἢ υἱὸς ἀντὶ τοῦ εἶναι τοῦ γαμβροῦ ἐγνωρίζετο, γαμικαῖς ὁμιλίαις ἁρμοζομένων τοῦ τε φύσει παιδός, καὶ ὃν ἡ υἱοθεσία εἰς τὴν τῶν παίδων ἵστη τάξιν, οὐδὲν ὑπολογιζομένης τῆς πράξεως, διὰ τὸ μὴ τελετῆς ἱερᾶς μεσολαβούσης ἐκεῖθέν τινα κώλυσιν ἁπαντᾶν πρὸς τὸ γαμικὸν συνοικέσιον. Ἀλλὰ πάλαι μὲν κατὰ λόγον μὴ υἱοθετουμένων προεῖχον τα, εἰ καὶ ὁ γάμος ἔχει ἢ τὸ [2]) ἄδοξον, ὅμως οὐχὶ καὶ παρανομίας ἀνέχεται, νῦν δὲ κατὰ θεσμὰ γινομένης καὶ πρέποντα καὶ δίκαια τῆς υἱοθετήσεως, καὶ διὰ τελετῆς ἱερᾶς τῶν μὲν εἰς γονέων τάξιν καθισταμένων, τῶν δὲ εἰς τὰ τῶν παίδων, οὐκ ἔτι περιλείπεται λόγος εἰς γάμον συνάπτεσθαι τοῖς κατὰ φύσιν τοῖς υἱοποιησαμένοις παισὶ τοὺς εἰσποιητοὺς παῖδας. Τοιγαροῦν καὶ θεσπίζομεν, μηδαμῶς ἐξεῖναι τοὺς οὕτως ὑποβεβηκότας τὸ τῶν ἀδελφῶν ὄνομα πρὸς τὸ τῆς συζυγίας ἀντὶ τῆς ἀδελφότητος μεθαρμόζεσθαι.

Constitutio XXIV.

NE FILII NATURALES CUM ADOPTIVIS MATRIMONIUM CONTRAHANT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Multi, dum prisca tempora laudibus celebrant, primas illis in ordinandis constituendisque rebus tribuere volunt, ego vero scio quidem illud in plerisque recentiora vincere, veruntamen in nonnullis vinci. Quum vero non pauca sint, in quibus a recentioribus temporibus superentur, maxime in adoptionibus id fieri conspicitur, quas neutiquam cum competente ornatu faciebant, dum sine divinis ritibus et sacris cantibus eas faciebant, et qui adoptari vellent, id illis simpliciter fieri lex permittebat. Unde saepius evenit, ut sororis appellatio in uxoriam transiret, et quae puella paulo ante filia dicta esset, nurus nomine insigniretur, aut qui filius esset, pro eo gener agnosceretur, coniunctis nuptiali vinculo naturali filio et quem adoptio in filiorum ordinem collocaverat, nec damnaretur res, quoniam, quum sacrum ministerium non intervenisset, nullum inde ad matrimonialem consuetudinem exsisteret obstaculum. Sed olim quidem, quum decente ratione non adoptaretur, quanquam matrimonium improbatum quoddam complecteretur, non tamen etiam nefarium continebat, nunc vero, quum adoptio secundum ritus et decoros et iustos fiat, et per sacrosanctum sacrificium hi quidem in parentum locum, illi vero in filiorum ius subeunt, nulla amplius reliqua ratio est, ut filii adoptivi cum naturaliter genitis in matrimonium connectantur. Quocirca etiam sancimus, nullo modo licere eos, qui ita fratrum nomen subierint, mutato fraternitatis iure in matrimonium iungere.

[1]) *Steph., Agyl.*; ᾠδινῶν *Scrimg.* — [2]) *Pro* ἢ τὸ *Agyl. bene* τὶ.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ κε'.

Περὶ λύσεως ὑπεξουσιότητος καὶ ἀναδόσεως προικός.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς τῷ αὐτῷ Στυλιανῷ.

Ἃ τοῖς ἀρχαιοτέροις τῶν αὐτοκρατόρων περὶ λύσεως ὑπεξουσιῶν νενομοθέτηται, καλά γε ὄντα καὶ ἄξια καινοτομίας ἀνώτερα συντηρεῖσθαι, οὐκ οἶδ' ὅπως οὐκ ἔτυχε τῆς προσηκούσης αἰδοῦς, ἀλλ' ὁρᾶται, εἰ καὶ μὴ παντὶ μέρει, ἀλλ' οὖν ἀτιμαζόμενα. Οὐκ ὀρθῶς. δούλοις μὲν γὰρ ἐλευθερίας ἠξιωμένοις μὴ καθάπαξ ὁριζόντων ἀναφαίρετον εἶναι τὸ δώρημα, ἀλλ' εἰ γνώμῃ [1]) πονηρίας ἀλοίη τις μιᾷ τῶν ἀπηγορευμένων αἰτιῶν, ἢ τὸ τῆς ἐλευθερίας ἄξιωμα ἰσχὺν ἔχει πρὸς σχῆμα δουλείας μεταποιεῖν, πάλιν εἰς τῶν δούλων τὴν χώραν ἄγεσθαι, ἀκούουσιν εὐλαβῶς καὶ τιμῶσι τὸ νομοθέτημα, παῖδας δὲ ἅπαξ τοῖς γονεῖς [2]) ἀπολελυμένους ἐξουσίας ἐπιτρεπόντων τῷ αὐτεξουσίῳ τῆς γνώμης διὰ παντὸς ἀποχρῆσθαι, οὐχ ὁμοίως ἔδοξεν [3]) ἀκούειν, οὐδ' ὡς ἀθεσίας κρείττω θεσπιζόντων στέργειν τὸ δόγμα, ἀλλ' ὁρᾶται σήμερον, οὐδενὶ λόγῳ (οὐδὲ γὰρ

Constitutio XXV.

DE EMANCIPATIONE ET DOTIS RESTITUTIONE

Idem Imperator eidem Styliano.

Quae a veteribus Imperatoribus de emancipatione constituta sunt, eximia illa quidem et digna, quae ab innovatione libera conserventur, haud scio quomodo non decentem reverentiam obtinuerint, sed, tametsi non omnino, at certe despici tamen cernantur. Non recte sane. Quod enim statuerunt, servis libertate donatis non prorsus non auferri donum posse, sed si quis in unam aliquam vetitarum causarum, quae libertatis dignitatem in servitutis habitum transformare possunt, malo animo commisisse deprehenderetur, eum tum rursus in servorum locum deduci, religiose omnes audiunt, et venerantur legem; quod vero liberis patris potestate semel liberatis libera animi voluntate per omnia plene uti permittunt, non similiter visum est audiendum, neque quasi illi improbanda statuissent decreto acquiescendum, sed manifestum nunc est, nulla id ratione (neque enim lege noviter lata reprobatum est) auctoritate

[1]) *Steph.*; ἀλλ' ἡ γνώμη *Scrimg.* — [2]) τῆς γονῆς *Cod. Mosqu. III., Zuich.*: *Steph.* τοῖς γονεῦσιν *aut* τῆς γονέων *legendum censet, Agyl.* τῆς τῶν γονέων; *facillimum videtur emendare* τῆς γονέως. — [3]) ἔδοξαν *Steph.*

νὰρ νόμῳ κεχαινοποιημένῳ ἠθέτηται) τὸ κῦρος ἀφῃρημένον [1]). ἔδοξε γάρ τισι τῶν κρίνειν λαχόντων (καὶ θαυμάζω πῶς ἔδοξε), μὴ τοὺς καταστάντας αὐτεξουσίους τῶν παίδων ἁπλῶς ἔχειν ἣν ἔλαβον ἐξουσίαν, ἀλλ' εἰ μὴ παίδων ὠφέλειαν πατέρες, ἀποχειροτονεῖσθαι τὸ αὐτεξούσιον, καὶ πάλιν ὑπὸ τὴν τοῦ γονέως ἐπιτροπὴν καθίστασθαι. οὐ τοσοῦτον δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ κἂν σποράς ἑαυτοῦ ἀνθήσασάν τις ἴδοι γονήν, θάνατος δ' αὐτὴν ἐπείδε [2]) δριμεῖ ὀφθαλμῷ, καὶ εἰς ἀπαιδίαν περιέσισησεν, ἀποβάλλειν μετὰ τῶν παίδων καὶ τῆς γνώμης τὸ αὐτεξούσιον, καὶ μήτε γράφειν διαθήκας, μήτε διοικεῖν ὡς ἂν δοκῇ τὰ παρὰ τῶν γονέων δεδωρημένα συγκεχωρῆσθαι. τοῦτό τισιν εἰς δόξαν ἦλθον καὶ ῥᾳθίως παραδεχθὲν τοῖς ὕστερον μέχρι τοῦ νῦν ὁρᾶται πολιτευόμενον, τῆς παλαιᾶς ἀτιμαζομένης νομοθεσίας. Ἀνανεούμενοι οὖν τὴν πάλαι περὶ τούτου κυριότητα τῶν νόμων, οὐδένα θεσπίζομεν τῶν περὶ προικὸς ἀναδόσεως διαλαμβανόντων ἀθετούμενον, ἄπρακτον εἶναι. τί οὖν ἐκεῖνοι φασίν; ἀπαιδίας περιστοιχιζούσης τὸν παῖδα τὴν μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς ἠκουσαν αὐτῷ δωρεὰν ἀνασπρέφεσθαι πρὸς τὸν διδωκότα, μηκέτι δὲ κἀκείνην, ἣ τῷ παιδὶ πρόσεστιν ἢ παρὰ τῆς μητρὸς δεδομένη, ἢ παρά τινος τῶν ἔξω, εἰ μὴ ἄρα οὕτω παρὰ τῶν διδόντων συμπεφώνηται, ὥστε αὐτὴν ἀνασπρέφεσθαι. ἀλλα καὶ ἃ τοῖς παισὶν οἱ πατέρες διδόασιν ἅμα τῷ ἀφεῖσθαι τῆς ἐξουσίας, καὶ ταῦτα τοῖς λαβοῦσιν ἀναφαίρετα μένειν παρακελεύονται, καὶ συντίσασθαι ἐπ' αὐτοῖς διαθήκας, εἰ μὴ συμφάνου κώλυμα παρῇ, ἐν τῷ δωρεῖσθαι τὸν πατέρα γιγενημένου. Τούτοις οὖν καὶ ἡμεῖς ὁμογνωμονοῦντες εἰδέναι πάντας παρεγγυώμεθα, ὡς εἰ ταῖς πρὸς αὐτεξουσιότητα ἀφειμένος ἄτεκνος ὢν διάθηται, ἐκεῖνα μόνα λήψονται οἱ γονεῖς, ἃ παρὰ τὸν νόμον δηλαδὴ τὸν φαλκίδιον εἰς αὐτοὺς ἔρχεται, ὑπερ μὴ σύμφωνον φάσαι προγεγονός, ὥσπερ ἔμπροσθεν εἴρηται, οἱ δὲ λοιποὶ συγγενεῖς οὐδὲν παντελῶς, εἰ καὶ ἀδιαθέτους καλοῖντο [3]), ὡς τὰ περὶ τῆς ἀναδόσεως καταπεφρονηκότες. Καὶ τοῦτο δὲ ἄξιον ἐπισημήνασθαι, ὡς μόνῳ ἄῤῥενι προσώπῳ ὑπεξούσιος χρηματίζει ὁ παῖς. ἐπειδὴ δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις τρόποις καὶ οὗτος ἐδείκνυ τὸν παῖδα αὐτεξούσιον, εἴ γε καὶ ὁ τὴν ἐπιτροπὴν ἐγκεχειρισμένος (εἴτε παὴρ εἴη, εἴτε προπάτωρ) τὸ ἀπόλυτον αὐτῷ οἰκείῳ στόματι ἐδωρεῖτο, ἡμεῖς καὶ τοῦτο προσεπισυνάπτομεν, ὡς εἰ πρὸς διαγωγὴν ἰδιογνωμονοῦσαν ὀφθείη μόνον ὁ παῖς κατασιάς (ἄν τε γλώσσῃ τοῦτο ὡμολόγηται, οὗ ὑπ' ἐξουσίαν ἐτέλει, εἴτε [4]) γλῶσσα μὲν οὐ παρέσχε τοῦτο, ἄλλως γὰρ [5]) γνώμη σιωπῶσα, καὶ ἰδίως ῥυθμιζομένῳ τῷ παιδὶ οὐκ ἐναντιουμένη, ἀλλὰ παραχωρήσασα καθ' ἑαυτὸν διάγειν), κἂν ἡ γαμικῆς ὁμιλίας ἔξω, εἶναι αὐτῷ κεχυρωμένον τὸ αὐτεξούσιον. Εἰ [6]) γὰρ δοῦλοι ἅπαξ ἀφειμένοι ζυγοῦ, μὴ πονηροὶ ὀφθέντες, οὐχὶ πάλιν ἔλκειν αὐτὸν ἀναγκάζονται, πῶς οὐκ ἄτοπον, ἀπολελυμένους τοὺς παῖδας πάλιν ἄγειν ὑπὸ ζυγόν, καὶ μὴ μετεῖναι αὐτοῖς ἀϊδίου ἐλευθερίας, ἧς ὥσπερ ἔφημι καὶ δοῦλοι ἀπολαύουσιν; ΔΙΑ-

ritate privatum esse. Quidam enim iudex censuit (et miror quo pacto censuerit), ne, qui liberi sui iuris facti essent, simpliciter potestatem, quam cepissent, haberent, sed nisi ipsi liberorum patres cernerentur, liberum arbitrium abrogaretur, et rursus patriae potestati subiicerentur; neque vero hoc solum, sed etiam ut, si quis ex semine suo efflorescentem foetum viderit, mors vero hunc torvis oculis adspexerit, et ad liberorum orbitatem redactus sit, ille cum liberis etiam liberam voluntatem amitteret, et neque testamenti factionem haberet, neque donata a parentibus pro arbitrio administrare permitteretur. Haec nonnullis placita, et facile a posterioribus suscepta, despecta veteri lege, in hunc usque diem in republica valere conspicitur. Nos itaque pristinam legum hac de re auctoritatem renovantes, nullam sancimus earum legum, quae de dotis restitutione exponunt, abrogari invalidamque esse. At quid aiunt illae leges? si filius liberis orbetur, donationem quidem, a patre venientem ad donatorem reverti, non item vero eam quae aut a matre aut ab extraneo quopiam data filio competat, nisi ita a donatoribus pactum fuerit, ut revertatur; sed etiam quae filiis patres simul atque eos potestate dimiserint deferant, etiam haec apud eos, qui acceperunt, irrevocabiliter permanere iubent et stare de illis testamenta, nisi pacti cuiuspiam, quum pater donaret, initi obstaculum subsit. His itaque etiam nos adstipulantes, scire omnes iubemus, ut, si filius sui iuris factus nullosque liberos habens testetur, parentes illa duntaxat, quae ex lege Falcidia ad ipsos manant, percepturi sint, nisi pactum, ut supra dictum est, intercesserit, reliqui vero cognati, licet ab intestato vocentur. omnino nihil, ut qui de restitutione pactum interponere neglexerint. Illud vero etiam monendum est, solius virilis personae in potestate esse filium dici; quoniam vero praeter alios modos hic quoque sui iuris filium esse ostendebat, si is qui ipsum in potestate habebat, sive is pater, sive avus esset, libertate ipsum suo ore donasset, nos etiam hoc annectimus, ut, si ad vitam tantum suo arbitrio regendam constitutus filius videatur (sive id verbis eius, cuius sub potestate degit, concessum fuerit, sive verbis quidem factum non sit, sed consensu tacito et filio vitae rationes separatim instituenti non adversante, verum ipsum suo modo seorsum vivere permittente), tametsi a coniugii commercio liber sit, ius tamen liberi arbitrii ratum illi sit. Etenim si servi semel iugo emissi, dum mali non apparent, iterum illud ferre non coguntur, quomodo indignum non est, filios patria potestate liberatos denuo sub iugum mittere, ipsosque perpetua libertate, qua ut dixi vel servi fruuntur, expertes esse?

Const. XXVI.

[1]) *Ita Steph. locum distinxit;* δόγμα. ἀλλ' ὁρᾶται σήμερον, οὐδενὶ λόγῳ. οὐδὲ γαρ νόμῳ κεκ. ἠθέτηται τὸ κῦρος ἀφῃρημένον. *Scrimg.;* οὐδὲ γαρ νόμῳ κεχαινοποιημένῳ ἠθέτησαν *coni. Agyl.* — [2]) ὑπεῖδε *Cod. Meerm. III., Zuich* — [3]) *et* καὶ ἐξ ἀδιαθέτου *Steph., Agyl.; facilior est emendatio* ἀδιαθέτως καλοῖντο. — [4]) ἅ τε *Cod. Meerm. III.;* ἄν τε *Cod. Zuich.* — [5]) ἀλλ ὥσπερ *Steph.;* ἀλλὰ γὰρ *Agyl.* — [6]) οἱ *Cod. Meerm. III., Zuich.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ κς'.

Περὶ τοῦ υἱοποιεῖσθαι εὐνούχους [καὶ γυναῖκας [1])].

Ο αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ ὑπερφυεστάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων.

Μέγα καὶ τίμιον ἀνθρώποις παρὰ τοῦ πλάσαντος θεοῦ δῶρον ὁ γάμος. οὐ γὰρ μόνον δαπανωμένῃ θανάτῳ βοηθεῖ τῇ φύσει, καὶ τὴν διαμονὴν [2]) τῷ γένει χαρίζεται, οὐκ ἐῶν ὑπ' ἐκείνου κατανεμόμενον πανιελῶς διαρρυῆναι, ἀλλὰ καὶ ἄλλως διὰ τῆς παιδοποιΐας μεγάλα τῷ ἀνθρωπίνῳ χαριζόμενος βίῳ. τί γὰρ ἡδύτερον εἰς θυμηδίαν ἀνθρώπων, τῆς ἐκ παίδων εὐφροσύνης; τί δ' ὠφελιμώτερον ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον πράγμασι, τοῖς τε ἄλλοις, καὶ ἃ πρὸς γῆρας ἡμῖν συνανιᾷ; τῇ γὰρ τῶν παίδων ἐπικουρίᾳ κουφότερον τὸ βαρῦνον τοῦ γήρως ὁρᾶται. Ἀλλὰ γὰρ ταύτης τῆς ὠφελείας ἐπὶ μὴ πᾶσιν ἐστὶ μεταλαχεῖν διὰ τῆς τοῦ γάμου ὁμιλίας, ἐβουλήθη νόμος, καὶ καλῶς ἐβουλήθη, οἰκείᾳ φιλανθρωπίᾳ τοὺς μὴ παρὰ τῆς φύσεως λαβόντας τὸ δῶρον εὐεργετῆσαι. Πλὴν οὐκ εἰς πάντας ἐφύλαξε τὴν προαίρεσιν, ἀνελλιπῆ τὴν εὐεργεσίαν πεποιημένος. τοῖς μὲν γὰρ παρέσχεν ἐξουσίαν καὶ δίχα γάμου ποιεῖσθαι παῖδας, τοὺς δὲ ἀμετόχους τῆς χάριτος εἴασε, καίτοι γε τὸν ἅπαξ εἰς τοῦτο καιασάντα νόμον, ἐφ' ᾧ λῦσαι τὴν ἀπαιδίαν τοῖς στερουμένοις, δι' ἑαυτοῦ δεικνύντα πατέρας, οἷς ἐκ τοῦ γάμου τοῦτο εἶναι οὐ γέγονεν, εἰς πάντας ἔχρην διαβιβάσαι τὴν φιλοτιμίαν. Ἀλλ' οἰχ οὕτω βούλεται, ἀποπέμπεται δὲ τούτους, οὗ τὰ καιριώτατα ἐζημίωνται, καὶ οὓς ἦν εἰκὸς ἠδικημένους καὶ τῆς παιδοποιοῦ ἀφῃρημένους δυνάμεως οἰκτείρειν. καὶ ἡ αἰτία τῆς ἀποπέμψεως, ὅτι φησὶν οὓς ἡ φύσις οὐκ οἶδε γονῆς κληρονόμους, τούτοις οὐδ' ὁ νόμος τοιαύτης μεταδώσει κληρονομίας. τοὺς δὲ ἄρα οὐχὶ ἡ φύσις, ἀλλὰ ἀνθρώπων ἀδικία τὴν κληρονομίαν ἀφείλετο. Οὓς ἡ βασιλεία ἡμῶν εὖ ἔχειν ὑπολαμβάνουσα μὴ πρὸς τῇ ζημίᾳ, ἣν ἐξ ἀνθρώπων ὑπέσησαν, δευτέραν ὑπέχειν διὰ τοῦ νόμου ζημίαν, θεσπίζει, βουλομένους υἱοποιεῖσθαι ἀκώλυτον ἔχειν τὴν βούλησιν. Οἶμαι γὰρ ἐκεῖ μᾶλλον ἀναγκαίαν ὁρᾶσθαι τὴν εὐεργεσίαν, οὐ τὸ ἐξ αὐτῆς ὠφέλιμον χρειωδέστερον πέφυκεν. εὐνούχοις δὲ μάλιστα ἡ ἐκ τοῦ νόμου παιδοποιΐα τοσοῦτον χρειωδεστάτη, ὅσον καὶ μόνον τούτῳ λαμβάνουσι τῷ τρόπῳ τὸ εἶναι πατέρες, καὶ τῆς παρὰ υἱῶν θεραπείας οὕτως αὐτοῖς ἀπολαύσειν ὑπάρξει, ἧς οὐκ ἔστι φιλάνθρωπον, ὅτι τῶν γονίμων ἀπεστέρηνται μορίων συναποστερεῖσθαι. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ φωνῆς ἀποτετμημένος οὐ κεκώλυται τὰ τῆς γλώττης ἀναπληροῦν διὰ τῆς χειρός, οὐδ' ὃς ἀπορεῖ λόγον διὰ χειλέων ἐρεύξασθαι, τοῦτον διὰ τῆς γραφῆς εἰς τὴν περὶ τῶν οἰκείων διάταξιν προάγειν ἀποτρέπειαι, οὕτω προσήκει [3]) καὶ τοὺς ἀφαιρέσει τῶν παιδοποιῶν μελῶν τε καὶ μορίων γονῆς ἀπορροῦντας μὴ κωλύειν ἑτέρῳ τρόπῳ παραμυθεῖσθαι τὴν ἀπορίαν. ΔΙΑ-

Constitutio XXVI.

UT EUNUCHI ADOPTARE POSSINT.

Idem Imperator Styliano, excellentissimo sacrorum Officiorum Magistro.

Magnum et excellens hominibus donum dei creatoris est matrimonium. Non modo enim naturae, quae morte consumitur, opem fert, et humano generi perpetuitatem largitur, id dum ab illa depascitur, non omnino deperire sinens, verum etiam aliter per liberorum procreationem permagna hominum vitae praestat. Quid enim suavius ad hominum oblectationem, quam quae ex liberis percipitur voluptas? quid vero utilius in humanis negotiis, tam aliis, quam quae senectus nobis offert? Levari enim senectutis molestias liberorum ministerio videmus. Verum quoniam eam utilitatem per matrimonii commercium consequi non omnes valent, voluit lex, et recte voluit, in eos, qui id donum a natura non accepissent, sua benignitate beneficium conferre. At id propositum non ita erga omnes servavit, ut omni defectu vacuum beneficium daret. Etenim aliis quidem extra matrimonium acquirendi liberos potestatem fecit, alios huius beneficentiae exsortes reliquit, quanquam eius legis, quae in hoc semel edita esset, ut liberorum orbitate eos, qui nullos haberent, liberaret, ac sua ope patres, quibus ex matrimonio id esse non contigisset, efficeret, pertinere ad omnes beneficentiam conveniebat. Sed ita non vult, reiicit vero illos, qui letalia vulnera passi sunt, quorum tamen, quod iniuria affecti et generandi facultate privati sint, misereri par erat. Et repulsae causam dicunt, quod quos natura seminis participes non noverit, his neque lex tale beneficium concedat; at vero non natura, sed hominum iniuria his generandi vim ademit. Qui, quum nostra maiestas recte se habere statuit, ne praeter iniuriam, quam ab hominibus sustinuerunt, alteram per legem iniuriam subirent, iubes, eos si adoptare velint, liberam potestatem habere. Existimo enim illic beneficium magis apparere necessarium, ubi commodum, quod inde provenit, utilius est. Eunuchis autem praecipue liberorum ex lege productio in tantum est maxime necessaria, in quantum una hac ratione patres esse possunt, et ita liberorum ministerio ipsis frui contingat, quo inhumanum esset, quoniam genitalibus privati sunt, eos privari. Sed quemadmodum is, cui vocis usus ademtus est, quae linguae munia sunt per manum adimplere, et qui sermonem labris fundere nequit, per scripturam ad ordinandas res suas procedere non impeditur, ita neque eos, qui membris genitalibus privati sunt, prohibere decet, quo minus defectum alio modo compensent.

[1]) *De mulieribus const. nihil tradit, quare καὶ γυναῖκας uncis inclusimus.* — [2]) *Agyl.*; διανομὴν *Scrimg.* — [3]) *Steph., Agyl.*; ἀποτρέπεται τὸ προσήκειν *Scrimg.*; τὸ προσήκει *Cod. Meerm. III.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ κζ'.

Περὶ τοῦ ἐπίσης πάντας υἱοθετεῖσθαι.

Ὁ αὐτὸς Βασιλευς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Καὶ καλῶς [1]) πρέπον ὑπάρχει τὴν ὠφέλειαν ἐν κοινῷ καταιδέσθαι τοὺς ὄφελός τι ἐξευρεῖν τῷ βίῳ σπουδαῖς οἰκείαις προθυμηθέντας, ἢ τὸ βουλεσθαι μέχρις ἐνίων προσώπων περιορίζειν, τοὺς δ' ἄλλους ἀμετόχους ταύτης ἐᾶν, πολὺ δὲ πλέον προσῆκε τὴν ἐκ τῶν νόμων εὐεργεσίαν εἶναι κοινήν. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ ἀρχοντος, ἀρετῆς, οὕτω καὶ ἐπὶ νόμων ὀφείλομεν κοινῇ τοῦ ἐκείθεν ἀπολαυειν καλοῦ ἅπαν τὸ ἀρχόμενόν τε καὶ ὑποκείμενον. Τί τοῦτο λέγει τὸ προοίμιον; ὅτι τοῖς ἀτυχοῦσιν ἀπαιδίαν λύειν βουλόμενος τὸ δυστύχημα νόμος ἐν τῷ υἱοθετεῖσθαι προσιτάσσειν καὶ γνώμῃ ἐκείνο κτᾶσθαι, ὃ μὴ εὔπορον λαβεῖν παρὰ τῆς φύσεως, οὐ πρὸς πάντας ὁμοίως διέσωσε τὴν προαίρεσιν, ἀλλ' ἀνδράσι μέν, καὶ γυναιξίν, ἃς ἐγνώρισε μεν ἡ φυσις μητέρας, εἰς ἀπαιδίαν δὲ ἀφαιρέσει τῆς γονῆς περιέστησε [2]), τὸ υἱοθέτημα ἐδωρήσατο, εὐνούχους δέ, καὶ γύναια, ὧν οὔπω τῶν κόλπων ὁ τοῦ γένους ἤνθησε στάχυς, οὐκ ἀξίους ἔκρινε τοῦ εὐεργετηματος, οὐχ ὁρῶ ἵνα τρόπον οὕτω μικρολογούμενος. Οὐ γὰρ ὅτι ἐζημίωνται τὸ εἶναι φύσει πατέρες εὐνοῦχοι, διὰ τοῦτο νόμῳ τὴν ζημίαν ἐπιτεῖνειν χρή, ἀλλὰ τοὐναντίον μᾶλλον τὸ ἐκεῖθεν ἐνδεὲς ἑτέρῳ τρόπῳ μὴ κωλύειν πορίζεσθαι, καθὼς ἐν ταῖς ἄλλαις κολοβώσεσι τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν, οἷον ἐπὶ χειρῶν καὶ ποδῶν, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀπεστέρηνται ἄνθρωποι, οὐ κωλύονται τὸν δυνατὸν τρόπον παραμυθεῖσθαι τὴν κολόβωσιν. Καὶ μὴν οὐδὲ γυναῖκας, διότι μὴ ὤφθησαν μητέρες, εὔλογόν ἐστιν ἀποτρέπειν υἱοθετεῖσθαι. τίς γὰρ ὁ λόγος τοῦ τὰς μέν, ὅτι ἀφῃρέθησαν τῶν παίδων, φιλοτιμεῖσθαι πάλιν κτήσει τῶν παίδων, τὰς δέ, ὅτι παντελῶς ἄποροι τοιούτου γεγόνασι κτήματος, διὰ βίου ταύτῃ τῇ ἀπορίᾳ βούλεσθαι ταύτας συζῆν; εἰ γὰρ τοῦτο μάλιστα τὸ ἀπὸ τῶν παίδων χρήσιμον, λέγω δὴ γηροτροφία, πῶς οἷόν τε καὶ ταύταις κἀκείναις ἐξ ἴσου μετέχειν τῆς εὐεργεσίας ἔπρεπε παρασχεῖν; οὕτω γὰρ ἂν καὶ ὅσαις ὁ βίος πένης καὶ ἄπορος, κουφοτέρα ὑπῆρξεν ἡ πενία τοῖς παισὶ βοηθουμέναις, καὶ ὅσαι τὸν βίον ἐν ἀφθονίᾳ καὶ πλούτῳ φερόμενον ἔχουσι, καὶ ταύταις υἱοθεσία συμφέρουσα. ὁ γὰρ εἰς τάξιν υἱοῦ προφερόμενος εἰς ἐκείνα, καὶ ὑπηρετούμενος τῇ μητρί, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς σπουδάζων, ἅπερ ἐστὶν εἰκὸς παῖδα φρονεῖν, τήν τε περιουσίαν εἰς τὸ ἀκαινοτόμητον οἰκονομήσει, καὶ τὸ βάρος τῶν φροντίδων συμμεριζόμενος τῇ μητρὶ εὐθυμότερον αὐτὴν βιῶναι παρασκευάσει. Τοιγαροῦν ἡ ἡμετέρα βασιλεία τοὺς μὴ ἐπιτρέποντας νόμους υἱοθετεῖσθαι ἅπερ ἔφημεν πρόσωπα τῆς ἐπιτροπῆς ἀποχειροτονοῦσα, πᾶσιν ἐκτίθεται νόμον τοῖς βουλομένοις υἱοποιεῖσθαι, ἂν τέ τις τὰ ἀῤῥένων ἀφῇρηται, ἂν τέ τινα οὔπω ἥλιος εἶδε μητέρα, ἄδειαν παρεχόμενον, οὐ μόνον δι' ἅπερ εἶπον καλὰ ἐκ τῆς υἱοθεσίας γινόμενα, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸ τῆς παρθενίας σεμνὸν καὶ ἐκ τούτου τιμώμενον καθορῶ. Αἱ γάρ [3]), ὅσαι μᾶλλον γαμικῆς ὁμιλίας τιμῶσι μὲν τὴν παρθενίαν, προτιμῶσαι [4]) δὲ ὅμως παίδων ἔρωτι νύττονται, τοῦτο καὶ γαμικῆς ὁμιλίας ἐκτὸς προσγινόμενον αἰτιᾶς ὁρᾶσαι, τὸ σεμνὸν τῆς παρθενίας οὐ περιόψονται. οὐ γὰρ δὴ ἄξιον, διότι θῆλυ πρόσωπον ὑπεξουσίους ἔχειν παῖδας οὐκ ἐφεῖται, διὰ τοῦτο μὴ ἐξεῖναι υἱοθετεῖσθαι. πρῶτον μέν, ὅτι εἴ τις τοῦτο συγχωρήσοι, οὐ μόνον τὰς ἀτόκους τῶν γυναικῶν τῆς υἱοθεσίας ἀπείργει, ἀλλὰ καὶ τας ὀφθείσας μητέρας. Θῆλυ γάρ, ὡς φησι, πρόσωπον ὑπεξουσίους

Constitutio XXVII.

UT PARITER OMNIBUS ADOPTARE LICEAT.

Idem Imperator eidem Styliano

Recte quidem decet eos, qui sua industria rem aliquam humanae vitae utilem adinvenire student, in commune illam proponere, quam certis personis circumscribere, alios vero eius expertes relinquere, longe vero magis legum beneficium commune esse convenit Num sicut in magistratu virtute, sic etiam in legibus, quotquot illis paremus atque subditi sumus, inde manante beneficio in commune frui debemus. At quid sibi vult hoc proocmium? Quod lex, quae liberis orbos exsistentes liberare infortunio voluit, dum adoptando etiam voluntate comparari iussit, quod a natura accipi non facile posset, non erga omnes similiter servavit propositum, sed viros quidem, et mulieres, quas natura matres quidem novit, ademtio vero sobolis ad liberorum orbitatem redegit, adoptandi iure donavit, eunuchos vero, et mulieres, e quarum sinu nondum ullus foetus effloruit, beneficio indignos censuit, tam viliter nescio quomodo ratiocinata. Non enim quia hoc incommodo, ut natura patres esse nequeant, eunuchi affecti sunt, propterea incommodum lege augeri oportet, sed potius non prohibere eos, quominus hunc defectum alio modo compensent, quemadmodum aliis membris, quae ad actiones naturales requiruntur, ut manibus et pedibus mutilatis, aut si quo alio membro privati sint homines, non prohibentur quocunque modo possint mutilationem compensare. Neque vero etiam mulieres, quia matres non fuerint, in adoptando coërcere rationi consentaneum est. Quae enim ratio est, ut illis, quae liberis orbatae sint, denuo acquirendorum liberorum ius concedatur, has vero, quae istiusmodi possessionis prorsus inopes fuerint, per omnem vitam in illa inopia vivere velit? Etenim si haec praecipua ex liberis utilitas est, ut parentes in senio sustentent, cur non et has, et illas ex aequo beneficii participes esse concedere decebat? Sic enim et iis, quibus tenues arctaeque facultates sunt, filiorum ope et auxilio levior paupertas est, et quibus abundantia et divitiae suppetunt, etiam his adoptio conducit. Nam qui in filii locum assumtus est, is et inserviens matri, et pro illa quae par est filium facere sedulo exsequens, bona illius in suo statu manere procurabit, et cum matre curarum onus partitus, illam tranquillius laetiusque vivere efficiet. Nostra itaque imperatoria maiestas, iis legibus, quae adoptare his, quos diximus, non permittunt, vim suam abrogans, evulgat legem, quae omnibus, qui adoptare velint, sive quae viro orbata sit, sive aliquam necdum matrem sol viderit, eius faciendi potestatem facit, non solum ob commoda, quae ex adoptione manare dixi, sed etiam quod inde virginitatis decus cohonestari animadvertam. Eae enim, quae coniugali consuetudini virginitatem quidem anteponunt, interim vero liberorum desiderio punguntur, quum id extra matrimonii consuetudinem consequi se posse videbunt, virginitatis honestatem non negligent Neque enim decet, quia mulieri liberos in potestate habere permissum non est, propterea illi adoptare non licere. Primum quidem, quia si quis hoc admittat, non modo mulieres, quae nunquam peperierunt, verum etiam quae matres exstiterunt, ab adoptione arcet; femina enim, ut dicit, habere in potestate liberos non potest. Deinde vero quae hoc sancit lex loquitur de illis, qui a matribus recedentes, scorsum suo arbitratu vivere malunt, non item vero de iis, qui materna imperia libenter tolerant, et ipsarum praescriptis per omnem

[1]) καὶ ἄλλως *bene emend. Steph.*; καὶ μᾶλλον *Agyl.* — [2]) *Cod. Meerm., Zuich.*; παρέστησε *Scrimg.* — [3]) καὶ γὰρ *Steph., Agyl.* — [4]) *Cod, Meerm. III., Zuich.*; προτιμῶσι *Scrimg.*

ουσίους οὐ δίναται ἔχειν παῖδας. ἔπειτα δὲ ὁ τοῦτο θεσπίζων νόμος περὶ ἐκείνων λέγει, ὅσοι προκρίνουσι τῶν μητέρων διασπάντες ἰδίως ῥυθμιζόμενον ἔχειν βίον, ἀλλ' οὐ περὶ τούτων, ὅσοι τὴν μητρικὴν ἐξουσίαν ἡδέως φέρουσι, καὶ διὰ βίου τὴν ὑποταγὴν αὐταῖς σῴζειν ἐγνώκασιν. Οὔκουν ὁ νόμος τὴν ἀπὸ γνώμης ὑποταγὴν καὶ οἰκείωσιν, ὅπερ καὶ καθα [1]) συμβαίνει, ἀπαγορεύει, ἀλλ' ἐκεῖ τὸ θῆλυ πρόσωπον ἀφαιρεῖται τὴν ἐξουσίαν, οὗ γνώμῃ πλησιάσῃ εἰς ὑποταγὴν οὐ συνέρχεται [2]). ἐπεὶ εἰ τοῦτο, πῶς πολλαὶ τῶν μητέρων κεχηρωμέναι παῖδάς τε συμβιοῦνιας καὶ ὑποπιπτομένους μέχρι τῆς ἐσχάτης ἔχουσιν ἡμέρας, καὶ ἐν χερσὶν αὐτῶν τὴν ζωὴν καταλύουσαι, τῆς τε μητρικῆς εὐλογίας καὶ τῶν προσόντων καταλιμπάνουσι κληρονόμους; Καὶ τοῦτο δὲ ἡ βασιλεία ἡμῶν τὸ ὑποχείριον [3]) φιλοτιμεῖται, ὥστε μὴ μόνον παρὰ βασιλέως (καθὼς οἱ πρόσθεν ἐπείρεπον νόμοι) τὸν υἱοθετεῖσθαι βουλόμενον, ἀλλὰ καὶ παρὰ παντὸς τοῦ καθ' ἑκάστην χώραν τὸ ἄρχειν καὶ διέπειν λαχόντος τὴν ἐξουσίαν λαμβάνειν.

omnem vitam parere proposuerunt. Non igitur obedientiam et famulatum voluntarium, qui et quomodo fit, lex prohibet, sed illic femina potestate privatur, ubi voluntatis assensus ad obedientiam non coit. Nam si hoc ita esset, quomodo multae matres viduae liberos secum una viventes et subditos ad extremum usque diem habent, et animam in illorum manibus exspirantes maternae benedictionis suarumque facultatum illos relinquunt heredes? Illud vero etiam imperatoria nostra maiestas benigne subditis largitur, ut non modo ab Imperatore quemadmodum vetustiores leges praecepere), sed etiam a quocunque, cui cuiuscunque loci rectio iuncta erit, qui adoptare volet id faciendi facultatem accipere possit.

[1]) ὅπερ καὶ καθαρὰ συμβαίνει *coni. Steph.*; ὅπερ καὶ ἐνταῦθα συμβαίνει *Cuiac. Obss. XVII. 32.* — [2]) οὐ γνώμης ἑκουσιάτης εἰς ὑποταγὴν συνέρχεται *Cuiac. l. c., sed certe negationem non bene omisit.* — [3]) τούτῳ — τὸ ὑποχείριον *bene emend Steph.*; τοῦτο — τῷ ὑποχειρίῳ *Agyl.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ κη'.

[Περὶ τοῦ καιροῦ καθ' ὃν δεῖ τοὺς παῖδας τὴν τῶν οἰκείων διοίκησιν ἐγχειρίζεσθαι, καὶ παρὰ τίνος [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ ὑπερφυεστάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων.

Ἐπειδὴ καὶ τοῦτο καλῶς τοῖς νομοθέταις ἔδοξε, τὸ παισὶν ὠρφανισμένοις ἐγκαθιστᾶν ἐπιτρόπους, ἵν' ἡ τῶν πατέρων ἀναπληρουμένη αὐτοῖς πρόνοια, δι' ἐπιμελείας μὲν τὸ τῆς ἡλικίας ποιεῖται ἀπαλόν, τὰ ὑπάρχοντα δὲ ταῖς δεούσαις φρονίσεσιν ἀβλαβῆ συνηροῖ, τῷ καλῶς διακειμένῳ τῆς νομοθεσίας συνεῖδομεν ὃ λείπει παρ' ἑαυτῶν προσθεῖναι. Τί οὖν τὸ ἐλλεῖπον ἦν; τὸ βούλεσθαι παρὰ μόνου βασιλέως κελεύοντος ἐξίστασθαι τοὺς κουράτωρας τῆς τῶν πραγμάτων διοικήσεως ἐγχειρίζεσθαι δὲ τοὺς παῖδας αὐτήν, ἀπολαβόντας τῆς ἡλικίας τὸ μέτρον, ὃ τοῖς μὲν ἄρρεσιν ὁ εἰκοστὸς ἀπονέμει χρόνος, ταῖς δὲ θηλείαις ὁ ὄγδοος καὶ δέκατος, ὡς εἰς ὥραν ἐλθούσας φρονήσεως καὶ τοῦ τὰ οἰκεῖα δύνασθαι καλῶς καὶ συμφερόντως οἰκονομεῖν ἐπὶ τῆς δεσποτείας καθίστασθαι. Ἀλλ' ἐπεὶ οὐχ ὁμοίως πᾶσι τὸ φρονεῖν παραγίνεται, ἔδει μὴ ἁπλῶς οὕτω θεσπίζειν, μηδὲ πάντας ὁμοῦ ὑπὸ μόνου τοῦ καιροῦ εἰς τὴν τῶν οἰκείων ἐξουσίαν προάγεσθαι, ἀλλὰ καθ' ὃν ἀπαιτεῖται καιρὸν τῶν τὴν δεσποτείαν προχειριζομένων κατάστασις. τί γὰρ εἰ ὁ μὲν καὶ ὑπερελάσας τὸν χρόνον οὔπω εἰς τὸ φρονεῖν ἀφῖκται, τοῦ δεσπόζειν χρῄζειν ἄξιος, ὁ δὲ εἰ τοῦ [2]) καιροῦ ἧττον ἔχων, οὐκ ἐλαττοῦται φρονήσεως καὶ τοῦ ὀρθῶς τὰ πράγματα μεταχειρίζεσθαι, ἀπειρχθήσεται τῆς διοικήσεως; Ἐπεὶ οὖν οὐχ ἧττον καὶ ἀνὴρ νοῦν ἢ τὸ σῶμα διαφέρουσιν ἄνθρωποι, καὶ οἱ μὲν εὐσταθέστεροι τὸν λογισμὸν καὶ πρὸ τοῦ νενομισμένου καιροῦ, οἱ δὲ καὶ ὑπερβάλλοντες αὐτὸν ἐν εὐσταθεῖ τὴν διάνοιαν οὐ πεπήγασι, τῷ δὴ ταῦτα βούλεσθαι ἐλλιπῶς ἔχειν τὴν νομοθεσίαν ἐποίει. Καὶ ἄλλως δέ πως, πρῶτον μέν, ὅτι μὴ ῥᾴδιον, μᾶλλον δὲ παντελῶς ἀδύνατον πρὸς πάντας διαβαίνειν τοῦ νομοθέτου τὸ βούλημα. πᾶς γὰρ οἱ γῆς καὶ θαλάσσης

Constitutio XXVIII.

[QUO TEMPORE ET A QUIBUS RERUM SUARUM ADMINISTRATIO ADULTIS CONCEDI DEBEAT.]

Idem Imperator Styliano, excellentissimo sacrorum Officiorum Magistro.

Quoniam etiam hoc legislatoribus recte placuit, ut orbatis minoribus tutores praeficerentur, qui parentum de illis curam supplerent, dum aetatis quidem imbecillitatem curae haberent, bona vero conveniente sollicitudine illaesa conservarent, quod legislationi recte se habenti deest, ex nobis addendum putavimus. Igitur quis ille defectus est? Quod vult solo Imperatore iubente recedere curatores rerum administratione, tradi vero eam minoribus, postquam aetatis terminum attigerint, quem maribus vicesimus, feminis vero decimus octavus annus tribuit, et tanquam ad hanc aetatem, qua sapere et recte atque utiliter res suas administrare possunt, pervenerint, in plenam rerum suarum potestatem collocari. Verum quoniam ut sapiant omnibus non similiter contingit, non ita simpliciter statui, neque ex sola aetate ad rerum suarum gubernationem pariter omnes produci oportebat, sed quo tempore petitur, eorum qui rerum suarum administrationem suscepturi essent, statum requirere. Quid enim? si hic quidem, postquam etiam eam aetatem egressus sit, nondum satis sapere coeperit, administratione dignus iudicabitur, ille vero, quanquam infra eam aetatem sit, si prudentia non destituatur, ut recte res suas administrandas suscipere possit, ab administratione arcendus erit? Quoniam igitur non minus animo quam corpore inter sese homines differunt, et aliis etiam ante legitimum tempus rationem bene constitutam habent, aliis vero etiam id supergressis mens nondum stabilita est, quod lex haec ita vellet, ut defectuosa eadem esset, factum est. Quin et alia incommoda sunt; primum quidem, quod facile non est, immo plane fieri nequit, ut ad omnes legislatoris voluntas pertingat. Quomodo namque qui longis terrae marisque distinentur intervallis (ut alias vitae difficultates,

[1]) *Hunc titulum composuit Steph.* — [2]) ος μὲν — ὃς δὲ εἰ καὶ *Steph.*

λύσσης μακροῖς διειργόμενοι διασιήμασιν, ἵνα τὰ ἄλλα δυσχερῆ τοῦ βίου ἐάσω, νόσους, καὶ φόβους ἐξ ἐπιβουλῆς ἐχθρῶν, καὶ μελῶν πηρώσεις, ὃ [1]) πολλάκις οὐδ' ἐπὶ χώρας δίδωσι προϊέναι, μὴ ὅτι γε ὑπερορίους στέλλεσθαι πορείας, πῶς οὐ κωλυόμενοι τούτοις καὶ μυρίοις ἑτέροις, ἃ τὴν ἀνθρωπίνην συνέχει ζωήν, παρὰ μόνης τῆς βασιλικῆς καταινεύσεως τῶν οἰκείων πραγμάτων ἀξιωθήσονται τῆς ἐπιτροπῆς; Ὅπερ οὖν, καθὼς ἔμπροσθεν ἔφημεν, ἐνέδει τῇ νομοθεσίᾳ, προσαναπληροῦντες τοῦτο κελεύομεν τοῖς ἤδη διαβεβηκόσι τῶν παίδων τὸν ἀτελῆ τῆς ἡλικίας καιρόν, τουτέστι τοῖς μὲν ἀνδράσι τὸν εἰκοστόν, ταῖς θηλείαις δὲ τὸν ὀκτωκαιδέκατον, καὶ γνώμης κατασιάσει ῥυθμιζομένοις, καὶ φρονήσιν συλλεξαμένοις, ὑφ' ἧς τὸ δεσπόζον ἡνιοχούμενον οὐ λυμανεῖται τοῖς πράγμασιν, οὐδ' ἐπιβλαβῶς αὐτοῖς τὸ δεσπόζειν ὀφθείη παρασχεθέν, τὴν τῶν οἰκείων ἐπιτροπὴν δίδοσθαι. Τοίνυν οὗτοι καὶ λαβέτωσαν, καὶ δεσποζέτωσαν. οἱ δ' ἔτι λογισμοῦ τοῦ κυβερνήσοντος ἐνδεεῖς, καὶ διὰ τοῦτο μέλλοντες (ἀντὶ τοῦ δεσπόζειν, αὐτοὶ ὑπὸ ἀνοίας δεσποζόμενοι) ἐπιζήμιοι ἑαυτοῖς ὑπάρξειν, κἂν πέρα τοῦ καιροῦ ἥκοντες ὁρῶνται, οὐ λήψονται. Εἰ γὰρ ὅπερ ἦν σκοπός, τὸ τὰ προσήκοντα καλῶς οἰκονομεῖσθαι, τοῦτο ἔτι οὐκ ἔστιν ἐπίδημον, πῶς, κἂν ἐπίδημος ἡ ἡλικία, ἐπισφαλῶς αὐτοῖς ἐμπισευθείη, ἃ τῇ ἀνεύνης ἐπισιασίᾳ οὐ καλῶς διοικηθήσεται; Οὕτω δὲ ἄρα καὶ δυνατοὶ ὄντες πράγμασιν ἐπισιατεῖν, κἂν μὴ πρὸς τὸν καιρὸν ἔφθασαν τῆς ἐπισιασίας, οὐ κωλυθήσονται. Ἓν γὰρ τὸ ζητούμενον, τὸ μὴ λυμήνασθαι τοῖς ὑπάρχουσιν, οὗ παρασιάντος, περιττόν ἐστι τὸ καιρὸν ἀναμένειν. Καὶ μὴ μόνον δὲ βασιλέα [2]) τὴν τῶν οἰκείων πραγμάτων ἐπιτροπὴν καὶ διοίκησιν ἐγχειρίζειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν ἑκάστῳ ἄρχειν λαχόντας τόπῳ, καὶ κρίνειν τὸ ἀκώλυτον ἔχοντας. οὕτω γὰρ καὶ ἡ τοῦ νομοθέτου πρόνοια πάντας ὀνήσει τοὺς χρῄζοντας, καὶ ὁ νόμος μᾶλλον τὸ οἰκεῖον ἐνεργήσει.

tates, morbos, et insidiarum hostilium metus, et membrorum mutilationes omittam, quae saepe ne ex ipso quidem domicilii loco prodire, nedum longinquam profectionem suscipere permittunt), quomodo igitur his et sexcentis aliis, quae mortalium vitam allidunt, adolescentes impediti rerum suarum administrationem ab unius Imperatoris nutu accipient? Quod ergo, sicut superius diximus, legislationi deerat, id adimplentes iubemus, ut qui puberes imperfectae aetatis tempus iam superarunt, id est mares quidem annum vicesimum, feminae vero decimum octavum, et animum ad res gerendas idoneum habent, et prudentiam sufficientem, per quam administratio refrenata rebus non officiat, nec illa nocenter concessa videatur, his rerum suarum auctoritas detur. Accipiant itaque tales, et sua gubernent. At quibus rerum recte gerendarum iudicium adhuc deest, ideoque sibi ipsis (utpote qui quum gubernare debeant, imprudentiae imperio regantur) damnosi futuri sint, etiamsi id tempus praetergressi fuerint, non percipient. Etenim si qui propositus finis erat, ut bona recte administrarentur, is necdum praesens est, qua ratione, quamquam aetas advenit, secure ipsis committentur, quae sub ipsius procuratione non recte administrabuntur? Ita vero etiam rebus suis praeesse idonei constituti, licet ad administrationis tempus nondum pervenerint, non prohibebuntur. Unum est enim quod requiritur, ne bona labefactentur, quod quum adsit, supervacaneum est aetatem exspectare. Et non tantum imperium rerum suarum procurationem administrationemque concedet, verum etiam quibus in unoquoque loco magistratus obtigerit, et iudicare libere licet. Ita enim et legislatoris providentia omnibus, qui indigent, utilis erit, atque lex vim suam magis exseret.

[1]) ἃ *Steph., Agyl.* — [2]) *Cod. Meerm. III., Zuich.*; βασιλεύειν *Scrimg.*, *quod ex* βασιλείαν *potius quam ex* βασιλέα *corruptum videtur.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ κθ'.

[Περὶ τοῦ δεῖν, τεκούσης θεραπαίνης μὴ παρὰ τῷ οἰκείῳ δεσπότῃ, ἀλλὰ παρ' ἑτέρῳ, τὸν τόκον ἅμα τῇ τεκούσῃ πρὸς τὸν οἰκεῖον δεσπότην ἀπέρχεσθαι [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ὡσπερ ἀληθῆ καὶ ὀρθὸν λόγον ἴσμεν τὸν ψεύδους διασροφὴν οὐκ ἐμφαίνοντα, οὕτω καὶ ἀληθῆ νόμον, ὃς μὴ ἐλέγχεται τῷ ἀδίκῳ παρατρεπόμενος, ὡς εἴ γέ τις τοῦτο οὐ διασώζει, οὐκ ἂν εἴη νόμος, κἂν τῆς τοιαύτης προσηγορίας ἠξίωται. εἰ γὰρ τοῦτο νόμου τὸ νέμειν, ὅπερ ἑκάστῳ ἁρμόδιον, πῶς ὁ μὴ τοῦτο ποιῶν νόμος ἔσται; πεφώρανται μὲν δὴ καὶ ἕτεροι καλούμενοι νόμοι τοῦτο παθόντες, οὐχ ἧττον δ' ἐκεῖνος [2]), ὁ τὴν γονὴν τῆς μὴ παρὰ τῷ οἰκείῳ δεσπότῃ, ἀλλὰ παρ' ἑτέρῳ ἢ συλήσεως τρόπῳ ἢ ἑτέρῳ τινὶ τὰς ὠδῖνας ἀπολυσαμένης θεραπαίνης, ἐπειδὰν τὸ κακούργημα εἰς γνῶσιν ἔλθῃ, παρακελευόμενος μὴ σὺν τῇ μητρὶ πρὸς τὸν οἰκεῖον δεσπότην ἀπέρχεσθαι, ἀλλὰ παρακαιέχεσθαι ὑπὸ τούτου, ὃς ἀλλοτρίου κτήματος ὤφθη δεσπότης. Τοῦτο οὖν ἐπεὶ μὴ καλῶς ἔχειν δοκεῖ, τῆς προσηκούσης θεραπείας ἀξιοῦντες ἡμεῖς παρακελευόμεθα τῇ τεκούσῃ τὸν ἴδιον τόκον ἀκολουθεῖν. οὐ γὰρ ὅτι ὁ κλέπτης ὑπέχει, ἃ διορίζει ὁ νόμος αὐτὸν καταβάλλειν τῷ δεσπότῃ, διὰ τοῦτο ἀποστερήσει μὲν αὐτὸς τὸν τόκον τῆς οἰκείας θεραπαίνης,

Constitutio XXIX.

[UT ANCILLAM PARTUS APUD ALIUM EDITUS AD IPSIUS DOMINUM SEQUATUR.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Quemadmodum eum sermonem, qui nullam prae se fert mendacii perversitatem, verum esse atque rectum scimus, ita etiam veram legem, quae iniquitate perverti non deprehenditur, ut si qua id non observet, ea lex non est, quamvis ea appellatione digna habita sit. Si enim hoc legis est, ut suum cuique tribuat, quomodo quae hoc non praestat, lex erit? Videntur quidem aliae etiam leges dictae in id committere, non minus vero illa, quae partum ancillae, quae non apud dominum, sed furto aliove modo subducta, apud alium quempiam peperit, postquam facinus innotuit, non cum matre ad suum dominum venire, sed ab hoc, quem alieni mancipii dominum fuisse constat, detineri iubet. Hoc itaque, quia non recte se habere visum est, conveniente medela nos dignati iubemus, ut matrem suus partus sequatur. Non enim quia fur sustinet, quae lex domino persolvi debere decernit, idcirco etiam ille ancillae quidem suae partu privari, eum vero alius lucrari debet. Ad lucrum enim huic sufficit, quod illa ad ministerium usus est. At dicunt: Sed si pretio pro ea soluto sic eam acquisiverit, oportet et

[1]) *Titulum composuit Steph.* — [2]) δὲ κἀκεῖνος *Cod. Meerm. III., Zuich.*

νης, κερδήσει δὲ τοῦτον ἄλλος. ἀρκεῖ γὰρ τούτῳ πρὸς κέρδος, ὅσα εἰς ὑπηρεσίαν αὐτῇ ἀπεχρήσατο. Καί [1]) φησιν, ἀλλ' εἰ τιμὴν [2]) ὑπὲρ αὐτῆς καταιτιάσθαι τὸν τιμήσαντα, δεῖ τι καὶ τοῦτον [3]) κερδαίνειν ἐκ τοῦ τιμήματος, καὶ διὰ τοῦτο τὸ τεχθὲν οὐκ ἄτοπον παρ' αὐτῷ διαμένειν. Ἀλλ' εἰ τοῦτό τις εὔλογον εἶναι νομίζει εἰς κατάσχεσιν τοῦ κυήματος, πῶς οὐκ εὐλογώτερον εἰς τὸ ἔπεσθαι ἡ τοῦ πρώην δεσπότου τοῦ τιμήματος προλαβοῦσα καταβολή; πῶς δ' οὐκ ἔστιν ἁρμοδιώτερον, τὸν ὑποστάντα τὴν ἀπώλειαν καὶ ταῖς ἐκεῖθεν ἀλγηδόσι βεβλημένον τὴν καρδίαν τῷ κέρδει θεραπεύεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἐκεῖνον τοῦτο ἔχειν, ὃς πρὸς τῷ μηδὲν ἀπολωλεκέναι (ἔξεστι γὰρ αὐτῷ ἀναλαμβάνειν τὸ τίμημα, παρ' οὗ κλαπεῖσα ἡ θεράπαινα ἀπημπόληται), καὶ τὰ ὅσα ὑπηρετήσαιο κερδήσας ὁρᾷαι; Οὐδαμῶς οὖν ἐν κατοχῇ ἔσται, καθὼς ἔφημεν, τὸ τεχθέν, ἀλλ' ὥσπερ τὴν μητέρα, οὕτω καὶ τὸ τέκνον ὁ πρότερος ἕξει δεσπότης. ἂν τε γὰρ ὁ τὴν κλοπὴν ἐργασάμενος τῶν εὐπόρων ᾖ, ἀποδιδόντος αὐτοῦ [4]) ἥνπερ κακῶς ἔλαβε τιμὴν, οὐδὲν πλέον πολυπραγμονεῖν ὀφείλει, ἄν τε θανών, ἢ ζῶν μέν, ἀπορῶν δὲ εἰς ἔκτισιν, ἃ τοὺς κλέπτοντας ὁ νόμος εἰςπράττεται, καὶ οὕτως δικαιότερον τὸν ἀπολωλεκότα τὴν θεράπαιναν τῇ τοῦ παιδὸς σὺν τῇ μητρὶ ἀναλήψει παραμυθήσασθαι τὴν ἀπώλειαν.

et quid lucrari cum ex pretio, idcoque absurdum non est, partum apud ipsum permanere. Sed si quis hoc ad detinendum foetum rectum putat, quomodo non rectius, ut sequi debeat, a priore domino prius solutum pretium praetendatur? Quin quomodo convenientius non est cum, qui iacturam fecit, indeque dolores in corde pertulit, ex accessione delinimentum sentire, quam illum eam habere, qui, praeterquam quod nihil amisit (ab illo enim, qui furto subductam ancillam ipsi vendidit, pretium recuperare licet), quanta ei ministeria praestitit, ea lucratus est? Neutiquam ergo, ut diximus, retineatur partus, sed quemadmodum matrem, sic etiam filium prior dominus habeat. Sive autem qui furtum commisit, dives sit, dum iste pretium, quod male accepit, reddit, nihil amplius negotii restet, sive mortuus, aut vivus quidem, inops vero, quantum ad solutionem eius, quod lex a furibus exigit, etiam sic iustius est, ei, qui ancillam amisit, eius iacturam filii cum matre restitutione sanari.

[1]) ναὶ *Steph.* — [2]) *Cod. Meerm. III., Zuich.*; εἴ τι μην *Scrimg.* — [3]) δεῖ καὶ τοῦτο αὐτὸν *Agyl.* — [4]) *Cod. Meerm. III., Zuich.*; αὐτῷ *Scrimg.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ λ'.

Περὶ γάμου ζῶντος τοῦ προτέρου ἀνδρός.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ὥσπερ τῶν πεφωραμένων νόμων μὴ λυσιτελῶς ἔχειν τῇ πολιτείᾳ ἀναγκαίαν ἐποίει τὴν ἐπὶ τὸ ἄμεινον μετασκευὴν ἡ δικαία τῆς πολιτείας πρόνοια, οὕτω καὶ τοὺς ὀρθῶς ἔχοντας τῶν νόμων καὶ μηδὲν τοῖς πειθομένους παραλυποῦντας τῶν μὴ οὕτως ἐχόντων μηδ' εἰς τὸ ἄλυπον τοὺς ὑπηκόους περιϊστάντων τῆς αὐτῆς ἂν εἴη προνοίας ἔργον ἐκλέγεσθαι καὶ προκρίνειν, ἐπειδὰν περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος δύο ἀλλήλοις μαχόμενοι ὁρίζουσι νόμοι. Πῶς γὰρ ἂν εἴη λόγον ἔχον, στρατηγοὺς μὲν καὶ ἄρχοντας τῶν χειρόνων ἐκλέγεσθαι τοὺς ἀμείνους, καὶ προκρίνειν τούτους, ὧν ἡ ἀρχὴ πρὸς τὸ συμφέρον διαθήσει τὸν βίον τῶν ἀρχομένων (καίτοι γε οὐκ ἀεὶ μέλλουσιν ἄρχειν) νόμων δέ, οἷς μέχρις ἂν ἡ πολιτεία συνίσταται, τὸ ἄρχειν δίδοται, μὴ τοὺς βελτίστους ἀξιοῦν εἰσάγειν εἰς τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ τοὺς τῆς χείρονος μοίρας, καὶ οὓς καλὸν ἦν μηδὲ τὸ πρῶτον εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν; Τί δήποτε ταῦθ' ἡμῖν εἴρηται, Ἰουστινιανὸς ἐκεῖνος, οὗ μετὰ τῆς εὐσεβείας καὶ ἡ περὶ τὸ ὑπήκοον φρονιὶς ἐσέμνυνε τὸ διάδημα, πρότερον περὶ διαλύσεως γάμων θέσπισμα θέμενος, ὡς εἴπερ γυνὴ ἔτι τοῦ ἀνδρὸς ἐν ζῶσιν ὄντος περὶ γάμων αὐτῆς ἑτέρῳ διαλεγομένη ὀφθείη, μηκέτι ἐξεῖναι αὐτὴν τῷ ἀνδρὶ συνηρμόσθαι ὡς οἰκεῖον μέλος, ἀλλ' ὡς ἐπίβουλον διαῤῥηγνυσθαι, ὕστερον αὐτὸς ἑαυτῷ ἀντιλέγων, οὐκ ἐπιτρέπει διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν διασπᾶν τὸν γάμον. Ἡμεῖς οὖν μᾶλλον τὴν πρότερον τοῦ ἀνδρὸς γνώμην λυσιτελοῦσαν ὁρῶντες τῷ βίῳ, ὡς δι' ἣν παρακελεύεται ἀσφαλιζομένην καὶ προανακόπτουσαν τὰς κατὰ τῶν γάμων ἐπιβουλάς, ταύτην δὲ ἄρα πολιτεύεσθαι νόμον ἐκφέροντες, ὃν [1]) ἐπιτηρεῖται φέρουσαν παλινῳδίαν ὁ ἀνὴρ ἦσεν, εἰς τὸ τῆς πολιτείας ἡμῶν θέατρον

Constitutio XXX.

DE MULIERE, QUAE VIVO MARITO CUM ALIO VIRO MATRIMONIUM CONTRAHAT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quemadmodum si leges reipublicae non utiles deprehenduntur, necessario illas iusta reipublicae providentia in melius transformat, ita quoque eiusdem providentiae munus est, ut leges recte constitutas et nihil subditos contristantes a male constitutis subditosque contristantibus separet, atque illas praeferat, quando eadem de re duae inter se pugnantes leges statuunt. Quomodo enim rationis esset, duces quidem atque praefecti ex peioribus praestantiores eligi, et qui in gubernatione ad subditorum utilitatem omnia facturi putantur, praeponi, etsi hi non in perpetuum gubernabunt, ex legibus vero, quibus, donec respublica consistet, gubernatio datur, non praestantissimas, sed peioris notae, et quas neque a principio innotuisse decebat, ad gubernacula deduci? At quorsum haec a nobis dicta sunt? Iustinianus ille, cuius diadema praeter pietatem etiam subditorum cura decoravit, quum prius de solutione matrimoniorum sanctionem edidisset, ut, si mulier marito superstite de matrimonio cum altero agat, non amplius illam ut ipsius membrum ipsi iungi liceat, sed ceu insidiatrix ab ipso avellatur, postmodum sibi ipse contradicens, ob hanc causam dirimi non permisit matrimonium. Nos itaque priorem viri voluntatem, ut quae his ipsis, quae statuit, roboretur, et adversus matrimonia insidias praecidat, humanae vitae utiliorem esse intelligentes, eam lege lata in republica observari iubemus, quam vero cantata palinodia invulgavit, eam in reipublicae nostrae theatro locum invenire non permittimus. Si quae igitur marito adhuc vivo cum alio de matrimonio communicasse deprehendatur, ut quae se ipsa nefario proposito separaverit, et matrimonii solutione ab illo separetur, et profecto etiam pecuniariis poenis subiicietur,

[1]) ἣν *Steph.*; ὃν ἐπιτηρεῖτε φέρουσαν παλι ῳδί ἣν ὁ ἀνὴρ ἦσεν *proposuit Spane sed cursor, ut ite· scripserit Leo.*

θέατρον χώραν εὑρίσκειν οὐκ ἐπιτρέπομεν. Εἴ τις οὖν ἔτι τοῦ ἀνδρὸς περιόντος [1]) πρὸς γάμους ἑτέρῳ κοινολογουμένη ὑφ' ἡδονῇ, ὅια δὴ αὐτὴ ἑαυτὴν μιαρῷ φρονήματι ἀπορρηγνῦσα, καὶ τῇ τοῦ γάμου διαλύσει τούτου ἀπορραγήσεται, ναὶ δὴ [2]) καὶ χρηματικαῖς ὑποβληθήσεται ποιναῖς, αἷς ἐνέχονται, αἱ διὰ τοὺς ἄλλους τρόπους ἐκ τῶν ἀνδρῶν διασπώμεναι. ἡ γὰρ διὰ τῆς γαμικῆς ἁρμονίας εἰς μίαν μὲν σάρκα τῷ ἀνδρὶ χρηματίσασα, οὐ στέργουσα δέ, ἀλλ' ὁμοῦ μὲν ἐν τῷ πρὸς ἕτερον βλέπειν, τὸν συναρμόσαντα πλάσιην ὑβρίζουσα, ὁμοῦ δὲ καὶ τῷ συζύγῳ ἐχθρὸν φρόνημα φέρουσα, πῶς οὐ δικαίως αὐτὴ ἑαυτὴν προαποιεμοῦσα παντελῶς τῆς ἑνώσεως ἀποκοπήσεται; τί γὰρ ἂν ἔτι ὑφ' ἡδονῇ ἐχέγγυον τοῦ ἐχθρὰ φρονεῖν τῷ ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα, ὁπότε αὐτὸ μέλος τοῦ οἰκείου μέλους τὸν ὑφ' ἁλμὸν ἀποσπέφουσα ἀλλοιρίῳ ἐνατενίζειν ἔρωτα φέρει;

cietur, quibus tenentur, quae aliis modis a maritis avelluntur. Quae enim matrimonii compage in unam quidem carnem cum marito coiit, non acquiescit autem, sed simul ad alium respiciendo, creatorem, qui illum coniunxit, contumelia afficit, simul in maritum hostili animo est, quomodo non iuste haec, quum prius se ipsa a coniunctione prorsus separaverit, demittatur? Et sane quando mulier proterva proposito oculum a membro suo avertens, in alienum respicere gestit, quae certiora signa hostilis eius in maritum animi videantur?

[1]) *Cod. Meerm. III., Zuich.*; παρόντος *Scrimg.* — [2]) καὶ δὴ *Cod. Zuich.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ λα'.

[Περὶ τοῦ τὸν ἄνδρα χωρίζεσθαι τῆς ἑαυτοῦ γυναικός, ὅταν δι' ἀπέχθειαν τὴν πρὸς αὐτὸν ἀμβλώσκουσα φωραθῇ [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Σιυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ὁ πλάσας ἄνθρωπον ἀπὸ γῆς [2]) ἐξ οἰκείων μελῶν βοηθὸν αὐτῷ συνάπτει, τὴν πλευρὰν εἰς γυναῖκα διαπλάσας, ἵνα τὴν ἑαυτῆς ἐπισταμένη τῆς πλάσεως αἰτίαν καὶ ἐντεῦθεν παιδεύηται, οἷόν τινι νόμῳ τὸ πρὸς τὸν ὁμόζυγον εὔνουν, καὶ σώζῃ αὐτῷ τὸ φίλτρον ἀνόθευτον. Εἰ μὲν οὖν οὕτω φρονοῦσα, καὶ γνώμην οἰκείαν τῷ ἀνδρὶ ἡροῖσα, βοηθός τέ ἐστιν ἀληθῶς, καὶ τὴν τοῦ πλάσαντος οἱ ψευδομένη ὑπόσχεσιν, ἡ δ' ἐναντίον φρόνημα κτησαμένη οὐκ ἔτι οὔτε τοῦτο γνωρίζεται, οὔτε σαὼξ ἐκ τῆς σαρκὸς ἢ μέλος ἐκείνου καθίσταται, κἂν ἡ συνάφεια πρὸς ἓν ἄγαγεῖν ἔσπευσε. Διὰ τοῦτο περὶ γυναικὸς δύο κειμένων νόμων, ἢ δι' ἀπέχθειαν τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα τῷ ἐκείνου τῆς σπορᾶς καρπῷ λυμαίνεται ἀμβλώσκουσα, καὶ πρὸς βίου ὡς οὐκ ἄγονα τὴν γονὴν ἐκοῦσα, καὶ τοῦ μὲν χωρίζεσθαι τὸν ἀδικούμενον κελεύοντος, τοῦ δὲ οὐκ ἐπιτρέποντος, ἡμεῖς ὡς λυσιτελεστέρῳ καὶ πολὺ προτιθέμενοι τῷ χωρίζοντι, ἐκείνῳ τὸ κῦρος προσνέμομεν. Ἄτοπον γάρ μοι φαίνεται καὶ παντελῶς ἄδικον, τὴν οὕτω προφανῶς τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα δυσμένειαν ἐπανιχνιεμένην, δι' ὧν τῷ ἐκείνου λωβᾶται σπέρματι (ἀρίηλι γὰρ ὅτι καὶ τῆς κοινῆς ἐπίβουλος φύσεως), συγκατοικίζειν αὐτῷ. εἰ γὰρ τοὺς εἴς τι ἕτερον ἔργον βλαβὴν ποιουμένους ὡς ἐχθροὺς ἀποστρεφόμεθα, πῶς ἂν ἡμῖν εἰς τὸ πάντων ἀναγκαιότατον καὶ παιδώτατον τῆς παιδοποιΐας ἔργον ἂν οὐ τὴν [3]) ζημίαν φέρουσαν ὡς οἰκείαν ἕξει ὁ ζημιούμενος παρ' ἑαυτῷ, ἀλλ' οὐκ ἀποπέμψεται ὡς ἐπίβουλον καὶ πολεμίαν; τί γὰρ ἂν ἐναργέστερον σημεῖον ἐπιζητήσει ἔτι, ὥστε ἰδεῖν ὅτι δίγνους ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί; πῶς δ' οἰχὶ φανερόν, ὅτι ἐν τῷ κατ' ἐκείνου φρονεῖν τῆς πρὸς τὸ ζῆν παρόδου [4]) ἀποστερεῖ τὴν γονήν; Ὥσπερ οἶν εὕρηται, ὁ διϊσιῶν αὐτοὺς κραιείτω νόμος. καὶ ἄδειαν ὁ γαμέτης ἐχέτω χωρίζεσθαι τῆς ἐπὶ τοιούτῳ τολμήματι πεφωραμένης γυναικός. Εἰ γὰρ καὶ μόνον ἔξω μείνασαν τῆς οἰκίας, ἢ συμποσίου μετασχοῦσαν προσώποις, οἷς οὐ νενόμισται, τῆς γαμικῆς συναφείας ὁ νόμος αὐτὴν διΐστᾳ (καίτοι γε ἐνταῦθα οἰχ οὕτω περιφανὲς ὁρᾶται μαρτύριον τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα δυσμενείας,

Constitutio XXXI.

[UT QUAE MULIER MARITI ODIO ABORTAT REPUDIARI AB ILLO POSSIT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Qui hominem e terra creavit, costa ipsius in mulierem transformata adiutricem illi ex ipsius membris coniunxit, quo videlicet suae creationis causam illa cognoscens, et hinc discat, qua lege erga coniugem benevolentiam atque amorem incontaminatum conservet. Quae igitur ita animata est, et benevolentiam suam marito servat, revera illa adiutrix est, neque creatoris promissum fallit, quae vero diverso animo est, non amplius neque illud esse cognoscitur, neque caro ex carne vel membrum eius est, quanquam contagium in unum illam cum marito cogere annisum fuerit. Propterea quum de muliere, quae propter inimicitias, quas cum marito habet, de industria abortando, neque in vitae lucem foetum producendo seminis ipsius fructum opprimit, duae leges latae sint, quarum una repudiare iniuria affectum maritum iubeat, altera vero non permittat, nos legi divortium suadenti assentientes, utpote multo utiliori, illi auctoritatem tribuimus. Absurdum enim mihi et prorsus iniustum videtur, eam, quae tam apertum in maritum odium suscepit, ut ipsius semen disperdat (omitto enim, quod communi naturae insidiata sit), ipsi cohabitare. Nam si eos, qui aliud aliquod opus damno afficiunt, tanquam inimicos aversamur, quomodo eam, quae procreandorum liberorum operi maxime necessario et praestantissimo [gravissimam] noxam fecit, ipse laesus ut suam apud se habere poterit, nec ut insidiatricem et hostem dimittet? quod insuper evidentius signum requiras, ut mulierem marito inimicam esse cognoscas? quomodo vero manifestum non est, quod dum contra illum sentit, in vitam progressu foetum privat? Quemadmodum igitur dictum est, lex, quae ipsos separat, obtineat, atque maritus discedendi a muliere in hoc facinore deprehensa facultatem habeat. Nam si etiam eam, quae solum extra aedes mansit, aut cum hominibus, cum quibus non decet, convivata est, lex a nexu matrimoniali separat (quum tamen hic in maritum odii nullum tam evidens testimonium sit, et accidisse id illi citra matrimonii iniuriam videri possit), quam rationem habeat, eam, quae tantum quidem odium concepit, ita vero iniuste in maritum et

[1]) *Rubricam composuit Steph.* — [2]) ἀπ' ἀρχῆς *coni. Spang.* — [3]) *Recte vidit Steph. in his tribus vocula, quae sensu careat, latere adiectivum nomen et ἀκριβείᾳ proposuit.* — [4]) προόδου *Agyl.*

νείας, συνενεχθῆναι[1]) τοῦτο αὐτῇ τοιοῦτον εἰκὸς καὶ μηδενὸς ἀδικήματος τῷ γάμῳ συμβαίνοντος), τίνα λόγον ἕξει, τὴν εἰς τοσοῦτον μὲν ἐλάσασαν μίσους, οὕτω δὲ ἄδικον καὶ περὶ τὸν ἄνδρα καὶ περὶ τὴν φύσιν μὴ διαζευγνύειν, εἰ τοῦτο δοκεῖ τῷ ἀνδρί, ἀλλ' ἐπιτρέπειν σύνοικον ἔχειν, ἢ ἐφεδρεύει τῇ ἐκείνου ζωῇ;

et naturam egerit, non disiungere, si ita marito videatur, et iubere ipsum uxorem habere, quae ipsius vitae insidietur?

[1]) ἐπεὶ συνενεχθῆναι vel συνενεχθῆναι γὰρ coni. Steph.; καὶ συνενεχθῆναι Agyl.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ λβ'.

Περὶ τοῦ ἐπαυτοφώρῳ ἁλόντος μοιχοῦ, ἢ μοιχαλίδος.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Τὸ τῆς μοιχείας ἄγος, εἴπερ τι ἄλλο τῶν ἀνοσιουργημάτων, βαρεῖαν καὶ φοβερὰν ἀπαιτεῖ τὴν ποινήν, καὶ οἶμαι μὴ ἀνδροφονίας ἐλαττουμένην. ὁ μὲν γὰρ τῆς μιαιφονίας ἐργάτης ἑνός τινος πολλάκις τῇ μιαιφόνῳ χειρὶ ἀνατρέπει τὸν βίον, ὁ δὲ μιαρὸς τῆς μοιχείας ἐργάτης πλείστων ὅσων ἀνέτρεψε βίους, ἀνδρός, παίδων, συγγενῶν, ἄλλων, μιᾷ πληγῇ πάντας τῇ τῶν γάμων ἀνατρέπων διασπαράξει. Πλὴν ἀλλ' ἐπεὶ πάλαι φόνῳ τιμωμένης τῆς ἀνοσιουργίας ἔδοξε τοῖς μετὰ ταῦτα φιλανθρωποτέραν ἐκφέρειν ψῆφον, ἀεὶ δέ πως ἡμᾶς ἡ φιλανθρωποτέρα ἐφέλκεται γνώμη, ἣν ἐκεῖνοι ὥρισαν τιμωρίαν (φημὶ δὴ τῆς ῥινὸς ἐκτομῇ ἀμφοτέρους τοὺς ἐναγεῖς ὑποβάλλεσθαι), τοῦτο καὶ ἡμεῖς ὁρίζομεν. Ἀλλὰ τοῦ μὲν ἀνοσιουργήματος ἔστω τοῦτο ποινή. ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸν ἄνδρα χρὴ ἀντὶ τῆς τοσαύτης ἀδικίας μὴ ἀπαραμύθητον ἔχειν, ἐχέτω παραμύθιον ἐκ τοῦ τὴν προῖκα λαμβάνειν τῆς ὀφθείσης ἀδίκου περὶ τὰ γαμικὰ δίκαια γυναικός. αὐτὴν δὲ μηδαμῶς ἀφίεσθαι τῶν γάμων κατορχεῖσθαι, μηδ' ὥσπερ ἆθλον λαμβάνειν[1]) ἐν τῇ τῶν ῥινῶν ἐκτομῇ, ἀδεῶς τὸ λοιπὸν τοῖς ἀκολάστοις συμπλέκεσθαι, ἀλλ' ἐν μοναστηρίῳ περιορίζεσθαι, ὑπὲρ ἧς παρανομίας τετόλμηκεν, ἐν συντριβῇ τῆς ψυχῆς εὐμενεστέραν ἑαυτῇ τὴν ἐκεῖθεν καθιστῶσα δίκην· καὶ πρὸς ἔρωτα μὲν τοῦ μονήρους βίου καταστάσης αὐτῆς καὶ τοῦτον ἐπανελομένης τὴν περιουσίαν. ὅση κεχώρισται τῆς προικός, τούς τε παῖδας καὶ τὸ μοναστήριον συνδιανείμασθαι, εἰ δὲ μὴ παῖδες παρεῖεν[2]), ἀντ' ἐκείνων εἰς τὴν διανομὴν ἐσάγεσθαι τοὺς γονέας, εἰ δὲ καὶ τούτων ἔρημος εἴη, τοὺς ἄλλους τῶν συγγενῶν. ἐν λαϊκῷ δὲ τῷ σχήματι ἀφανισθείσης τοῦ βίου, πάντως κυρίας οὔσης διατίθεσθαι, καὶ κατὰ τὴν ἐκείνης διάταξιν τὰ προσόντα οἰκονομηθήσεται ἤτοι τὰ ἐξώπροικα.

ΔΙΑ-

Constitutio XXXII.

DE ADULTERIS MANIFESTO DEPREHENSIS.

Idem Imperator eidem Styliano.

Adulterii scelus, si quod aliud, gravem horrendamque poenam exigit, et puto non minorem quam homicidii. Homicida enim persaepe unius tantum sanguinaria manu vitam evertit, scelestus vero adulterii perpetrator plurimorum vitam tollit, mariti, liberorum, cognatorum, aliorumque, dum uno vulnere dilacerato matrimonio omnes prosternit. Veruntamen quia, quum olim id facinus morte puniretur, visum est posterioribus mitiorem proferre sententiam, ac vero nos semper fere ad benigniora trahimur, quam illi constituerunt poenam, ut nempe nasus detestandis illis ambobus abscindatur, hanc et nos statuimus. Sed haec quidem istius sceleris sit poena. Quoniam vero etiam maritum [illegible] tanta iniuria sine consolatione relinqui non oportet, solatium habeat in retinendo dotem mulieris, quae iniuste iura matrimonii violavit. Insuper mulieri ad alteras nuptias prosultare, neque quasi in nasi abscissione praemium acceperit, libere in posterum se cum libidinosis commiscere, nequaquam permittatur, sed ob scelus commissum in monasterium detrudatur, ubi in contritione animae leviorem sibi inde poenam faciat; et si quidem monasticae vitae desiderio correpta illam susceperit, quaecunque ipsius bona a dote separata sunt, ea liberi et monasterium inter se dividant, si vero liberi non supersint, pro illis parentes ad divisionem procedant, si vero vel his destituta sit, reliqui cognati. Quodsi in profano habitu e vita excedat, quum testamenti factionem omnino habeat, prout illa constituerit, facultates sive bona extra dotem constituta dispensabuntur.

Const XXXIII

[1]) λαμβάνουσαν Agyl. — [2]) περιεῖεν Steph., Agyl.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ λγ'.

Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι τὰς τῶν αἰχμαλώτων γαμετὰς ἑτέροις συνάπτεσθαι.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Εἰ μὲν τοὺς πάλαι περὶ νόμων διαλαβόντας τοῦτο φρονεῖν ὑπελάμβανον, μηδαμῶς βουλεσθαι τὰ οἰκεῖα ἐπανορθοῦσθαι, κἂν τι ἐν αὐτοῖς τοιοῦτον, οἷον προσδεῖσθαι διορθωσεως, ἴσως οὐκ ἂν ἐπὶ ταύτην ἦλθον τὴν γνώμην, φημὶ δὴ τοῦ πειρᾶσθαι τοὺς μὴ τῶν νόμων ὑγιῶς ἐχοντας ἐπανορθοῦν. εἰ γὰρ καὶ οὕτως ἡ περὶ τὸ ὑπήκοον ἀναγκαία φροντὶς, τοῦτο πῶς ἂν [1]) εὖ πολιτεύοιτο, ἀναγκαίως ἐπέτρεπε τὴν διόρθωσιν, ἀλλ' οὖν ἵνα μὴ δυξωμεν τοὺς ἐξ ἀρχῆς νομοθέτας λυπεῖν, καὶ ἐπέχωμεν τὴν ἐπὶ τοῦτῳ ὁρμήν. ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτοὶς ἐκείνοις, εἴπερ ἔτι ἐν ἀνθρώποις ἐσιμέφροντο, οὐκ ἂν οἶμαι τὴν προαίρεσιν ἀπαρέσκειν τῶν διορθοῦν ἐπιχειρούντων, ἀλλὰ καὶ χαρὶν ὁμολογῆσαι τοῖς οὕτω διεγνωκόσιν (οὐ γὰρ φιλοτιμίας ἕνεκεν, τὸ δὲ συμφέρον τῇ πολιτείᾳ προνοούμενοι, τὴν τῶν νόμων ἐκθεσιν ἐποιησαντο), φέρε δὴ καὶ τῇ πολιτείᾳ συμφέροντα καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις τοῖς πάλαι νομοθέταις οὐκ ἄπο γνώμης ποιοῦντες, καθάπερ τινὶ παιωνίῳ φαρμάκῳ τῇ ἀκριβεστέρᾳ διασκέψει τὴν τῶν νόμων ἀρρωστίαν ἐν θεῷ ἐξιώμεθα. Ἐπὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς περὶ τῶν αἰχμαλώτων νενομοθετήκασι, κἀκεῖνο τὸ μέρος, ἐν ᾧ περὶ της γάμων διαλύσεως ὡρίσαντο, πάνυ δοκεῖ ἀτόπως ἔχειν. φασὶ δὲ οὕτως ἐπ' αὐτοῖς ῥήμασι. Εἴτε ἀνδρὶ συμβαίη τὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἀτύχημα, τῆς γυναικὸς ἐν τῇ πολιτείᾳ μενουσης, εἴτε αὖθις γυνὴ μὲν εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπίοι, μένοι δὲ ὁ ἀνὴρ ἐν τῇ πολιτείᾳ, ὁ μὲν ἀκριβὴς καὶ λεπτὸς λόγος διαλύει τὸν γάμον. δουλείας γὰρ ἅπαξ ἐπιγενομένης θατέρῳ, ἡ τῆς τύχης ἀνισότης τὴν ἐκ τοῦ γαμου ἰσοτητα [2]) μένειν οὐ συγχωρεῖ. Ἴλιγγ ἀλλὰ φιλανθρωπότερον τὰ τοιαῦτα θεωροῦντες, ἕως μέν ἐστι [3]) μενειν ἢ τὸν ἄνδρα περιεῖναι, ἢ τὴν γαμετὴν, μένειν ἅλυτα τὰ συνοικέσια συγχωροῦμεν, καὶ οὐκ ἐλεύσονται πρὸς δευτέρους γαμους οὔτε γυναῖκες, οὔτε ἄνδρες, εἰ μὴ βούλοιντο δοκεῖν καιὰ προπέτειαν τοῦτο πραξαι, καὶ ὑποπεσεῖν ταῖς ποιναῖς, ὁ μὲν τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς τῇ ἐκτίσει, ἡ δὲ τῆς προικός. Οἱ μὲν οὖν προηθάσαντες τοιαύτην περὶ τοῦ γαμου τῶν αἰχμαλώτων ἐξέμηναν γνώμην. ἡμῖν δὲ οὐδ' ἡ αἰτία εὔλογος, ἣν ὁ ἀκριβὴς, ὡς αὐτοί φασι, καὶ λεπτὸς λόγος διδωσιν, οὔτε ἡ φιλανθρωπία ἐστὶ καθαρά, ἡ ἄδειαν λελύσθαι παρεχομένη τον γάμον, ἐν τῷ ὑποβαλεῖν αὐτοὺς τῇ ζημίᾳ. Εἰ γάρ, ὥσπερ λέγουσι, τῆς τύχης ἡ ἀνισότης οὐ συγχωρεῖ μένειν τὸν γάμον, πῶς, εἰ πρὸς ἐλευθερίαν ἐπανακληθείη ὁ αἰχμάλωτος, μετὰ τὴν τοῦ γάμου διάλυσιν προς τὸ ἴσον ἐπανελθούσης τῆς τύχης, καὶ ἀμφοτέρων ἐλευθερίως βιούντων, οὐκ εἰς τὸ ἴσον ὁ γάμος πάλιν ἐπανελεύσεται; ποῦ δὲ τὸ φιλανθρωπον καθαρόν, ζημιοῦν μὲν τῇ τῶν οἰκειοτάτων μελῶν ἀφαιρέσει, πειρᾶσθαι δὲ τὴν ζημίαν [4]) παραμυθεῖσθαι ἀντεισαγωγῇ τῶν ἄλλων κτημάτων; πῶς δὲ μέχρι καὶ τῶν φαυλοτάτων αὐτῆς περιουσίας τῶν αἰχμαλώτων [5]) λογίζεται, φυλαττομένων αὐτοῖς τῶν δικαίων, οὐχὶ πάνδεινον [6]) τῷ μείζονι μέρει (φημὶ δὴ τῇ τοῦ οἰκείου μέλους συντηρήσει) κινδυνεύειν αὐτοὺς μὴ ὁμοίως ἀξιοῦσθαι των δικαίων, ἀλλ' εἶναι ἀνεπίσχετον τὴν ζημίαν, εἰ τοῦτο ἐπὶ γνώμην ἦκοι θατέρῳ μέρει, ἀλογῆσαι τοῦ οἰκείου μέλους; Τί οὖν φημὶ ἐγώ; Ἐάν

[1]) φροντὶς τοῦ ὅπως ἂν *Steph.*, *sed facilius est emendare* φροντὶς τοῦτο ὅπως ἄν. — [2]) *Steph., Agyl., cf. Nov. XXII., c. 7.*; ἀνισότητα *Scrimg.* — [3]) *Cod. Meerm. III., Zuich., cf. Nov. XXII. c. 7.*; ἔστι *om. Scrimg.* — [4]) *Cod. Meerm., Zuich.*; ἀφαιρέσει πειρᾶσθαι, τὴν ζημίαν δὲ *Scrimg.* — [5]) πῶς δέ, εἰ μέχρι καὶ τῶν φαυλοτάτων αὐτῆς ἡ ωεριουσία τῶν αἰχμαλώτων *Steph.*; εἰ καὶ μέχρι τῶν — η περιουσία *Agyl.* — [6]) πάνδηλον *Agyl.*

Constitutio XXXIII.

NE CAPTIVORUM UXORIBUS ALIIS NUBERE LICEAT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Si quidem illos, qui olim leges tractarunt, eo fuisse animo suspicatus essem, ut prorsus sua corrigi nollent, quamquam inter illa esset, quod correctione indigeret, fortasse non hoc consilium cepissem, ut leges, quae se recte non haberent, corrigere tentarem. Etenim licet ita necessaria circa subditos cura, quo recte hi gubernentur, necessario correctionem iniungebat, attamen ne primos legislatores contristare videremur, ad hoc impetum inhibuissemus. Quoniam vero illis quoque ipsis, si etiamnum in vivis essent, non modo illorum institutum, qui corrigere conantur, non displiciturum, sed eos etiam, qui ita faciendum censerent, gratias acturos arbitror (non enim gloriae causa, sed reipublicae commoda curae habentes, leges edidere) age, quae et reipublicae conducant, et nec illis ipsis veteribus legislatoribus displicuant facientes, quasi medicamento quodam Paeonio exactiore inspectione legum morbos cum deo curemus. Inter cetera, ubi de captivis sanxerunt, hoc caput, in quo de matrimonii dissolutione statuerunt, plane ineptum se habere videtur. Sic autem et in haec verba aiunt: „Sive marito captivitatis infortunium accidat, uxore in civitate manente, sive rursus uxor in captivitatem perveniat, maritus autem in civitate maneat, stricta quidem et subtilis ratio solvit matrimonium. Semel enim servitute alteri superveniente, conditionis inaequalitas aequalitatem, quae in nuptiis spectatur, permanere non patitur. Nos tamen humanius talia contemplantes, quamdiu certum est, superesse vel maritum, vel uxorem, intacta matrimonia manere sinimus, neque ad secundas veniant nuptias nec mariti, nec uxores, nisi praepropere id egisse videri velint, et in poenas incidere, ille quidem exactionis donationis ante nuptias, haec vero dotis.“ Hi ergo istiusmodi de captivorum matrimonio pronuntiarunt sententiam. Nobis autem neque causa, quam stricta, ut ipsi loquuntur, subtilisque ratio suppeditat, rationi esse consentanea, neque humanitas, quae dirimendi matrimonii facultatem praebet, dum ipsos damno subiicit, sincera videtur. Si enim, quemadmodum inquiunt, durare matrimonium fortunae non permittit inaequalitas, quomodo, si ad libertatem revocetur captivus, quum post matrimonii dissolutionem ad aequabilitatem fortuna redeat, et ambo in libertate vivant, ad aequalitatem matrimonium non redibit? Quae vero illa sincera humanitas, quae amicissimorum quidem membrorum subtractione damnum inferre, aliorum vero bonorum substitutione damnum sarcire conatur? Quomodo autem, si usque ad vilissima ipsa captivorum substantia, iure ipsorum integro, taxetur, non acerbissimum est, illos de praestantiore parte (sui nempe membri conservatione) atque rerum suarum iure periclitari, sed immensum damnum fore, si alteri parti membrum suum negligere in mentem veniat? Quid igitur ego dicam? Si altera parte in captivitate constituta, altera, quae a captivitate libera mansit, ad alterius coniugium respexerit, revertatur vero quae in captivitate detenta fuit, liceat illi, si velit, suum membrum recipere, ac nequaquam, quoniam alteri coniunctum fuerit, prius matrimonium innovetur. Si enim coniugium cum altero postea initum videatur aliquibus dissolvi non oportere,

Ἐάν περ τοῦ ἑνὸς μέρους ἐν αἰχμαλωσίᾳ ὄντος, τὸ ἀπείρατον διαμεμενηκὸς τῆς αἰχμαλωσίας ἑτέρου πρὸς συνάφειαν ἴδοι, ἐπανέλθοι δὲ τῆς αἰχμαλωσίας τὸ ἐν ταύτῃ καιεσχημένον, ἄδειαν εἶναι αὐτῇ [1]) τὸ οἰκεῖον, εἰ βούλοιτο, ἐπαναλαμβάνειν μέλος, καὶ μηδαμῶς, διότι ἑτέρῳ συνήφθη, τοὺς ἐξ ἀρχῆς καινοτομεῖσθαι γάμους. εἰ γὰρ ἡ γενομένη πρὸς ἕτερον ὕστερον συνάφεια δόξει τισὶν ἀδιάλυτος ἂν διαμεῖναι, πῶς οὐ δικαιότερον ὁ ἀρχῆθεν τῶν γάμων συνάφεια πρὸς τὴν οἰκείαν κατάστασιν ἐπανελεύσεται; καὶ εἰ, διότι ἀλλοτρίῳ μέρει συνῆπται, οὐκ ἐπιτρέπει τις διασπᾶν, πῶς οὐκ εὔλογον, διότι τοῦ οἰκείου ἀπερράγη μέρους, τοῦτο πρὸς τὴν ἰδίαν οἰκειότητα συναρμόζειν; καὶ [2]) φησίν, ἀλλὰ κέρδος γίνεται τῶν αἰχμαλώτων ἐκ τῆς κατὰ προπέτειαν τῶν δευτέρων γάμων ὁμιλίας ἡ ἀντεισαγωγὴ τῆς ἐκτίσεως. ἀλλ' οὗτος ὁ λόγος ἄμεινον ἦν μὴ ὅτι γε χειλέων προελθεῖν, ἀλλὰ μηδ' ἐπὶ διάνοιαν τῶν ταῦτα περφρονηκότων ἀναβιβηκέναι. πῶς γὰρ οὐκ ἔσχατως εἰς ῥέθρα δυστυχῆς καὶ ἄπορος, ὃς τοῦ οἰκείου μέλους ἀλλάττεται χρήματα; Θεσπίζομεν οὖν, μηδαμῶς ἔτι πρὸς συνάφειαν ἑτέρου τὸν ἀπείρατον μεμενηκότα τῆς αἰχμαλωσίας ἔρχεσθαι, ἀλλ' ὅσοις ἂν ὑπὸτε χρόνοις ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἦν [3]) τὸ ἐκεῖ ταλαιπωρούμενον, περιμένειν τὸ ἕτερον, κἂν μήτε ἔγγραφος δήλωσις μήτε ἄγραφος ἐκεῖθε καταλαμβάνῃ. Εἰ δὲ παρὰ τόνδε τὸν νόμον βουληθεῖέν τινες τῇ πρὸς δευτέρους γάμους ὁπλίᾳ τῶν προτέρων διαῤῥήγνυσθαι, καὶ οὐχὶ ναιὰ τὴν παραίρησιν τὴν ἐν τῇ ριζ νεαρᾷ περὶ τῶν γυναικῶν τῶν ἐν ἐξπεδίτοις ὄντων κειμένην, ἴσισαν, ὡς ταῖς ποιναῖς ὑποκείσονται ταῖς ἐν τῇ ῥηθείσῃ διατάξει τεταγμέναις. δηλονότι ἀδείας ὕσης, ὡς ἔφαμεν, εἰ ἀναῤῥυσθείη τῆς αἰχμαλωσίας τὸ ἐκεῖ ταλαιπωρούμενον, τὸ οἰκεῖον, εἰ βούλοιτο, ἐπαναλαμβάνειν μέλος.

oportere, quomodo non aequius fuerit, si primus matrimonii nexus in suum statum revertatur? et si eo, quod alienae parti coniunctum sit, id quispiam avelli non permittat, quomodo quod a sua parte abruptum est, id in suum locum restitui, rationi non fuerit consentaneum? At dicunt: Sed in lucrum captivis cedit, quae propter temeritatem in contrahendis secundis nuptiis compensatio exactionis introducta est. Verum hunc sermonem melius erat nec labris excedere, sed ne in mentem quidem auctoribus eius venire. Nam quomodo ille, qui membrum suum pecuniis commutat, non extrema mentis infelicitate et penuria laborat? Sancimus itaque, nequaquam amplius eam partem, quae a captivitate intacta mansit, ad alterius coniugium procedere, sed quocunque tempore altera in captivitatis miseria detinebitur, tametsi inde nullam neque scriptam, neque citra scriptum significationem accipiat, illam exspectet. Si vero contra hanc legem ad alterius matrimonii vinculum a priore abrumpi aliqui velint, idque non secundum observationem in Novella centesima decima septima de uxoribus eorum, qui in expeditione sunt, relatam fiat, sciant, fore ut positis in dicta constitutione poenis subiaceant, scilicet facultate concessa, quemadmodum diximus, si captivitatis aerumnis oppressus liberetur, suum, si velit, membrum recipiendi.

[1]) αὐτῷ *Cod. Mscrm. III., Zuich.* — [2]) ναὶ *Steph.* — [3]) ἡ *Steph.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ λδ'.

Περὶ ἐπιτρόπου φθείροντος τὴν ἐπιτροπευομένην παῖδα

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Δεινὸν μὲν τούς, ὅσοι χρησιοὶ προσδοκηθέντες εἶσεσθαι ὑπὸ τῶν προσδοκησάντων πίστεως ἠξιωμένοι τινός, ἀντὶ τοῦ ἀγαθοὺς καὶ πιστοὺς ὀφθῆναι ἐχθροὺς ἀποφανθῆναι καὶ ἀπίστους. Τοσοῦτον δὲ ὑπερβάλλον τὸ κακὸν ἐπὶ τῶν λαχόντων ὀρφανικῶν παίδων ἐπιτροπήν, ἀντὶ [1]) τοῦ σωτήριον πρόνοιαν τῶν ἐπιτροπευομένων σχεῖν αὐτοὺς ὀφθῆναι τούτων λυμαντικούς, ὅσῳ καὶ μείζονος ἠξιώθησαν πίστεως παρὰ τῶν εἰς τοῦτο κατασησαντων αὐτούς. Δῆλον γάρ, ὡς πεπεισμένος ὁ γονεὺς οὓς καταλείπει παῖδας ὀρφανικοὺς παιρικῆς ἀπολαύσειν προσασίας παρὰ τοῦ τὴν ἐπιτροπὴν ἐγχειριζομένου, δήλωσι ταυτην αὐτῷ. Καλῶς οὖν οἱ πρὸ ἡμῶν, τιμωροῦμενοι τον ἀντὶ πατρός, ἀντὶ σωτῆρος παιδὸς ὀρφανικῆς δεδειγμένον ἡ θορβα. ἐξορίᾳ γὰρ τοῦτον ὑποβάλλουσι, καὶ τῶν προσόντων ζημιοῦσι τῇ ἁιρεσει. Οὐκ ἐφύλαξαν δὲ ἐπὶ καλοῦ σχήματος τὸ καλόν, οὐδ' ἦν τινα πρὸ τοῦ ἐβρισμένου καὶ δεινα παθόντος γυναίου, ὑπὲρ τοῦ μὴ βοηθεῖν [2]) τῇ ταύτης δυστυχίᾳ λαμβάνοντες ὀρωναι πούνοιαν, ἐν ᾧ διορίζεσθαι τὴν τοῦ ἡθορεως ὕπαξιν πρὸς τὸ δημόσιον ἄγεσθαι, οὐ συνιδόντες, ὡς ἐκ τούτου γίνεται αὐτοῖς νομίζειν [3]) ἀδικίαν ἀμύνασθαι, μη μενιοι σαζειν

Constitutio XXXIV.

DE TUTORE, QUI PUPILLAM SUAM VITIAT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Grave est, si illi, qui probi futuri esse credebantur, iam ab illis, qui talem de ipsis opinionem conceperant, aliqua fide digni habiti, pro bonis atque fidis inimici et perfidi videantur. Tanto autem gravius est delictum eorum, quibus pupillorum obvenit cura, si, quum pupillorum saluti prospicere debeant, ipsorum eversores exsistant, quanto maior fides iis habita est ab illis, qui eos ad hoc constituerunt. Constat enim, parentem persuasum fore, ut, quos pupillaris aetatis reliquit liberos, ab eo, cui tutela committitur, paternum patrocinium sentiant, hanc ei demandasse. Recte igitur superiores nostri fecerunt, qui pro patre et conservatore pupillae deprehensum vitiatorem punierunt; deportationi enim hunc subiiciunt, ac bonorum privatione mulctant. Verum in decora specie decorum non servarunt, neque pro puella iniuria affecta graviaque passa, ut illius infortunio succurrerent, iustam suscepisse curam videntur, dum vitiatoris bona in fiscum statuerunt inferri, non animadvertentes hinc fieri, ut ulcisci quidem iniuriam velle, sed propositum non obtinere existimarentur. Ubi enim iniuriae ultio, quando iniuria affecto damnum iniuria datum non resarcitur, neque qua tenetur

[1]) εἰτα ἀντὶ *Cod. Mscrm. III., Zuich.* — [2]) *Bene adscripsit Steph., post ἦν τινα addendum esse προῆχε vel simile verbum et μη ante βοηθεῖν delendum videri.* — [3]) αὐτοὺς νομίζεσθαι *Agyl.*

σώζειν τὸ βούλημα. ποῦ γὰρ ἀδικίας ἄμυνα, μὴ τοῦ ἀδικηθέντος ἀπολαμβάνοντος τὸ ἀδίκημα, μηδὲ τὴν καταιγοῦσαν αὐτὸν συμφορὰν διὰ τῆς τοῦ νόμου ἐπικουρίας ἀποφυγόντος; ποία δ' ἀποφυγὴ τῷ γυναίῳ τῆς συμφορᾶς, ὅτε οὐ μόνον παραμύθιον εὑρίσκει τῆς δυστυχίας, ἀλλὰ καὶ πορίζόμενον ὕστερον ἔτεσιν κέρδος ὁρᾷ ἐκ τῆς ἰδίας ἕβριος καὶ αἰσχύνης; Ἵνα οὖν ὥσπερ κηλίδα μώμῳ τινὰ τῷ νόμῳ προστριβομένην καθαρώμεν, τὸ προσφέρεσθαι τῷ δημοσίῳ τὴν ὕπαρξιν τοῦ φθορέως ἀποθεσπίζομεν, κελεύομεν δὲ ἐκ ταύτην ἀπιέναι, οὗ τὴν ἀδικίαν καὶ τὸ δυσώχημα ὁ τῆς ὑπάρξεως κύριος καταβαλέτω.

tur calamitatem legis auxilio effugit? Quale autem calamitatis puellae est effugium, quando non modo infortunii compensationem non invenit, sed lucrum etiam progressu aetatis ex suo dedecore atque infamia paratum esse videt? Ut igitur reprehensionem, quasi limum, legi illatam purgemus, abrogamus, ut vitiatoris bona in fiscum deferantur, iubemus autem, ut eo concedant, quo ipsorum dominus iniuriam et infortunium proiecerit.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ λέ.

[Περὶ τῆς τοῦ κοριοῦ ἅρπαγος τιμωρίας, καὶ τῶν αὐτῷ συνεπειλημμένων, ἢ συνειδόιων [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Οὔτε πρὸς τὸν ἐκκλησιαστικὸν ἀπαυθαδιαζόμενοι νόμον, οὔτε τον τῆς πολιτείας ἁπλῶς συγχροτοῦντες τὴν περὶ του κοριοῦ ἅρπαγος γνώμην ἐκφέρομεν, ἀλλ' οἷον ὁδόν τινα τοῦ βίου τοῖς πράγμασι τὴν συμφέρουσαν καταναοήσαντες, ἐπείπερ εἴδομεν τῇ τοῦ ἱεροῦ συμπαθείᾳ νόμου ὧσπερ ἀναιδευόμενον τὸ κακόν, τῇ δὲ τοῦ πολιτικοῦ νόμου αὐστηρᾷ καταστελλόμενον, διὰ τοῦτο τῆς μᾶλλον ἐπαμυνούσης τῇ καταστάσει τῶν πραγμάτων ἐγνομέθα προνοίας. Βούλεται μὲν γὰρ ὁ πολιτικὸς νόμος οὐ μόνον τον δι' ἁρπαγῆς καὶ βίας φθορέα γεγονοτα κύρης θανάτῳ ὑπαγορευθῆναι [2]), ἔτι δὲ καὶ πρὸς τῇ τοῦ θανάτου δίκῃ καὶ τὴν ὕπαρξιν ἀφαιρεῖσθαι, ὅταν εὐγενεῖς ὦσιν αἱ φθειρόμεναι, ἀλλὰ κἀκείνους, οἳ συναναιλήπτορες ὤφθησαν τοῦ ἀνοσιουργήματος, τὴν αὐτὴν ὑφίστασθαι ποινὴν καὶ ζημίαν, καὶ τοῦτο γενέσθαι οὕτως, κἂν ἑαυτὴν ἐκοῦσα ἡ γυνὴ τῷ ἅρπαγι ἐνεχείρισεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τον ταύτης παιέρα, ἐν συνειδήσει καταστάντα τῆς πράξεως, ὑπερορᾷ κολάζει, καὶ οὐ τοσοῦτον μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰ μὴ παρὰ τὸν καιρόν, καθ' ὃν ἡ ἁρπαγὴ τετολμηται, συνειδώς [3]) ἐλέγχεται, ὅμως δὲ ὀλιγωρίᾳ δίδοῖς τὴν τοῦ θυγαιρίου διαφθοράν, καὶ ἀμελεῖς τῆς δίκης τον ἐνοχον, ἢ τὸν τοιοῦτον γάμον ἀποδεχόμενος, ποινὴν ὑπέχει τῆς ὀλιγωρίας ψυγὴν [4]) ὑπερόριον. Ταῦτα μὲν ἔδοκει τοῖς πάλαι. Ὁ δ' ἀείμνηστος ἡμῶν παιηρ οὐκ εἰς μόνην τὴν ἁρπαγὴν τοῦ γυναίου ἀποσκοπήσας, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα παρακολουθήματα, πρὸς ἐκεῖνα τὴν ψῆφον ἐναρμόζεται, καὶ θεσπίζει, μετὰ μὲν ὅπλων, ἤτοι ξιφῶν, ἢ ἄλλων τινῶν ἄνευ ξίφους ἀναιρετικῶν τῆς ἁρπαγῆς γεγενημένης, ξίφει τιμωρεῖσθαι τὸν βιασάμενον, ὡς δι' ὧν μεθ' ὅπλων ἐπὶ την πρᾶξιν ἐχωρησεν, οὐκ ὄντος αὐτοῦ καὶ μιαιφονίας ἄθωου, τοὺς δὲ συνεπειλημμένους, ἢ συνειδότας, ἢ συνείσοντας ἀγαγόντας σπουδὴν ῥινὸς ἐκτομῇ καὶ μάστιξι καὶ κουρᾷ τῇ ἐν χρῷ τιμωρεῖσθαι, ὅπλων δὲ μὴ συμπαρόντων τῇ βίᾳ, μὴ μέχρι φόνου τὴν δίκην ὁρᾶν, ὡς οὐδὲ τῆς μιαιφονίας χώραν ἐχούσης, ἀλλα τὸν μὲν αὐθέντην τῆ: ἁρπαγῆς εἰς χειρὸς κινδυνεύειν ἀποκοπήν, τοὺς δὲ συνυπουργησαμένους ἢ κοινωνήσαντας ἀλλως μάστιξι καὶ κουρᾷ καὶ ὑπερορᾷ τὴν δίκην εἰσπράττεσθαι. Περὶ μὲν οὖν τῆς εἰς το σῶμα ζημίας οὗτος ὅρος. ἃ δ' εἰς χρήματα ἀφορᾷ, ταῦτα τὸ ἀμεταποίητον καὶ ἐνεργὸν συγχεχώρηται φέρειν

Constitutio XXXV.

[DE RAPTORIS VIRGINIS, EORUMQUE, QUI IN RAPTU ADFUERUNT, POENA.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Neque ut ecclesiasticam legem subvertamus, neque ut civilem simpliciter collidamus, hanc de virginis raptu sententiam proferimus, sed postcaquam, velut via quadam rebus humanis conducibili investigata, commiseratione sacrae legis id malum quasi insolescere, civilis vero legis austeritate supprimi cognovimus, propterea in eam sententiam, unde rerum status plus subsidii esset, inclinavimus. Etenim vult quidem civilis lex, ut non solum is, qui per raptum et vim virginem ingenuam stupravit, morti addicatur, insuper verum etiam praeter capitis poenam bonis privetur quando ingenuae vitiatae sunt, sed etiam illi, qui in scelere adiumento fuerunt, eandem poenam et mulctam sustineant, idque ita fiat, etsi ve ens ipsa se mulier raptori dedidit. Quin et eius patrem, si facti conscius fuerit, deportatione punit, neque tu c solum, sed etiam, si quo tempore raptus committebatur, eius rei conscius non fuit, filiolae vero vitiationem postmodum parvi pendat, et reo iudicium remittat, aut istiusmodi matrimonium approbet, in incuriae poenam deportationem sustinet. Atque haec quidem veteribus placuere. Verum sempiternae memoriae pater noster non tantum in mulieris raptum, verum etiam in alia, quae inde sequuntur, oculos dirigens, ad ea sententium accommodavit, ac sancivit, ut, si cum armis, vel gladiis, vel aliis nonnullis praeter gladium letalibus raptus commissus sit, raptor gladio puniatur, utpote qui eo, quod cum armis ad id factum processit, neque ab homicidio alienus sit, qui vero suppetias tulerint, vel conscii fuerint, vel facti perpetratores susceperint, nasi abscissione, et verberibus, et tonsione ad cutem puniantur; quando autem arma violentiae adhibita non sint, mortem sententia non spectet, quod nempe tunc homicidium locum non habuerit, sed raptus quidem auctor manus abscissionem timeat, qui vero ministerium praebuerint, vel alias communicaverint, verberibus et tonsura et deportatione poenas pendant. Ac sane corporalis poenae haec est descriptio, quod vero ad pecuniariam attinet. ne a primitiva legislatione mutetur eiusque effectum retineat, permittitur. Atque haec quidem pater noster sancit; quorum et nos approbatricem sententiam suscipientes, legislationem illam et in praesens et in futurum auctoritate et effectu obsignavimus.

Const. XXXVI.

[1]) *Rubricam composuit Steph.* — [2]) υπάγεσθαι *Cod. Meerm. III., Zuich.* — [3]) συνειδότος *Cod. Meerm. III., Zuich., idemque se in exemplari inveniise dicit Steph.* — [4]) φυγῶν *Cod. Meerm. III., Zuich.*

φέρειν τῆς ἀρχῆθεν νομοθεσίας. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ ἡμέτερος ἀποθεσπίζει πατήρ, οἷς σύμψηφον γνώμην καὶ ἡμεῖς ἀναδεχόμενοι τήν τε ἐν τῷ παρόντι καιρῷ καὶ τῷ εἰς ἔπειτα τιμήν τε καὶ ἐνέργειαν τῇ νομοθεσίᾳ ἐπισφραγιζόμεθα.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ λϛ'.

Περὶ τοῦ κληρονομεῖν τὸν τοῖ αἰχμαλώτου παῖδα.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Εἰ τῆς πολιτείας ἐρείσματα καὶ κρηπῖδες οἱ νόμοι, εἴ γε μέλλοι αὐτὴ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ εἶναι, τοὺς νόμους χρὴ τὸ ὑγιὲς διασώζειν. νόμου δὲ ὑγείαν τί ἄν τις ἄλλο ἢ τὸ δίκαιον φαίη; Περὶ τούτου [1]) οὖν, ὥστε δικαίως διακεῖσθαι τοὺς οἳ τὴν ἡμετέραν ἄγουσι πολιτείαν νόμους, ἀεὶ στρέφοντες τὴν διάνοιαν, καὶ τὸν νόμον ἐκεῖνον, ὃς βούλεται τὸν ἐκ δύο αἰχμαλωσίαν [2]) μηδὲ κληρονομεῖν τῶν διαφερόντων τοῦ ἐν τοῖς πολεμίοις μεμενηκότος, τοῦτων οὖν κατανοήσαντες κινδυνεύοντα τῆς τῶν νόμων ὑγείας, ἥπερ ἐστὶ τὸ δίκαιον, ἀποστρέφεσθαι, μεταskευάζειν αὐτὸν πρὸς τὸ ὑγιὲς προεθυμήθημεν. Οὐι γαρ οὐκ ἐνδίκως ταῦτα ὁρίζει, οὐ χαλεπὸν συνιδεῖν. τίνα γὰρ ἰσχὺν ἡ τῶν τόπων ἰδιότης ἔχει ὁρίζειν τῷ παιδὶ τὴν κληρονομίαν; Οὐ γαρ δὴ ἐκεῖνό τις ἀνθυποφέρει, ὡς δούλου χρηματίζοντος τοῦ γονέως, διὰ τὸ δουλικὸν σχῆμα ὁ παῖς ἀπόκληρος ἔσται. πῶς γαρ ὁ νόμος τῆς πολιτείας, ὃς, εἰ τῷ αἰχμαλώτῳ λύσις ἐγεγόνει τῆς αἰχμαλωσίας, ἐλεύθερον τοῦτον ἐγνώριζεν, οὐ συγχωρήσει τῷ ἐξ ἐκείνου φύντι ἐλευθέρῳ κληρονομεῖν, ἀλλὰ τῇ ἐν τοῖς πολέμοις [3]) δουλείᾳ τὴν περὶ τούτων ἐπιροπὴν ὥσει; τίνι δὲ καὶ διαφέρειν οἰήσειαί τις τὰ τοῦ αἰχμαλώτου; τοῖς συγγενέσι; καὶ πῶς οὐκ ἀπαυτῶσα ἡ δουλεία τούτοις εἰς τὴν κληρονομίαν τὴν εἴσοδον ἀποκλείει; ἢ πῶς οὐ πολὺ πρότερον ἐξέσται κληρονομεῖν [4]) συγκεχάρηται; ἀλλὰ τῷ δημοσίῳ δοθήσεται; καὶ πῶς οὐ περιφανὲς τὸ [5]) ἀδίκημα; εἰ γαρ ἐκ τοῦ δημοσίου ὕλογόν ἐσιι τοὺς αἰχμαλώτων ἐκφύντας βοηθείας τυγχάνειν, πῶς οὐχὶ περιφανὴς ἀδικία, τὸν τοῦ αἰχμαλώτου μὲν παῖδα τῆς περιουσίας ἀποστερεῖν, προσνέμειν δὲ ταύτην τῷ δημοσίῳ; Εἰ δὲ καὶ πολλάκις ἐνίων γονέων πονηρῶς ἀποχρησαμένων συνειδότι, καὶ διὰ τοῦτο τιμωρίαις ὑποβεβλημένων, καὶ πικρῶς ἐξ ἀνθρώπων ἠφανισμένων, οἱ παῖδες οὐ κωλύονται νόμῳ κύριοι τῆς περιουσίας καθίστασθαι, ἵνα λόγον ἔχει, διότι προαίρεσις εὐσεβὴς σεμνύνει τοὺς γονέας (πολλάκις δὲ καὶ μαρτυρίου αἷμα τὸ λαμπρὸν τοῦ φρονήματος αὐτῶν καὶ ἐν αὐτοῖς θαυμασιωθῆναι τοῖς ἀσεβέσι πεποίηκε) μὴ συγχωρεῖν τοῖς ἐξ ἐκείνων φυεῖσι, κυρίους εἶναι τῶν ὑπαρχόντων; Οὐδαμῶς οὖν τῷ ἡμετέρῳ κρατεῖ ὑγιῶς ἔχουσα ἡ διάταξις φαίνεται. Διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, ἀπὸ τοῦ νῦν, ἄν τε τοῦ τῆς αἰχμαλωσίας ζόφου περιεχυμένου τοῖς γονεῦσι πρὸς αὐγὰς ἥλιου ἦλθεν ὁ παῖς, ἄν τε ὑπὸ φωτὶ ἐλευθερίας τὰς ὠδῖνας ἀπέλυσε, τὰ τῶν γονέων κληρονομείτω, κἂν τε ἀμφοτέροις τοῖς γονεῦσι τῶν τῆς αἰχμαλωσίας δεσμῶν ἡ λυσις περιέσται, ἢ μή, κἂν τε ἑνὸς τετυχηκότος τῆς

Constitutio XXXVI.

UT CAPTIVI FILIUS HERES SIT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Si reipublicae adminicula atque fundamenta sunt leges, siquidem illa in tuto esse velit, sanitatem leges conservent oportet. Legis autem sanitatem quid aliud nisi aequitatem quis dicat? Ad hanc itaque, ut leges, quae rempublicam nostram gubernant, iuste sese habeant, semper cogitationes nostras obvertentes, etiam legem illam, quae eum, qui ex duobus captivis natus est, heredem bonorum eius parentis, qui apud hostes mansit, fieri non vult, hanc igitur, ne legum sanitate, quae aequitas est, privetur, periclitari animadvertentes, illam ad sanitatem transformare voluimus. Nam quod non iuste istud statuat, non difficile cognitu est. Quam enim vim locorum natura ad adscribendam filio hereditatem habet? Neque enim hoc quisquam obiiciat, quod quum parens servus sit, propter servilem conditionem filius exheres erit. Quomodo enim civilis lex, quae, si captivum liberari contigisset, illum liberum agnosceret, ex eo natum libero heredem esse non permittet, sed qui apud hostes est servo bonorum administrationem dabit? Cuinam vero captivi bona aliquis deferri putabit? An cognatis? At quomodo servitus obsistens his ad hereditatem introitum non praecludit? aut quomodo, quibus permissum est, non longe prius heredes esse licebit? At fisco dabuntur? Verum quomodo manifesta illa iniuria non est? Si enim rationi consonum est, ut captivorum liberi e publico subsidium sentiant, quomodo non evidens iniuria est, captivi filium bonis privari, illa vero fisco attribui? Si vero etiam saepenumero, quum nonnulli parentes graviter conscientia abusi, atque ideo poenis subiecti, et acerbe e vivis sublati sunt, liberi eorum substantiae domini esse lege non prohibentur, quae ratio est, quam ob rem, quando pium propositum parentes decorat (saepe vero etiam in fidei testimonium effusus sanguis, ut eximius ipsorum animus ipsis etiam impiis miraculo esset, effecit), liberi facultatum ipsorum domini esse non permittantur? Nequaquam itaque constitutio illa sana esse nostrae potentiae videtur. Propterea sancimus, ut deinceps, sive quum captivitatis caligine circumfusi parentes essent, in lucem prodiit filius, sive etiam in libertatis splendore ipsum mater peperit, parentum substantiae heres sit, sive ambobus parentibus e captivitatis vinculis liberari contingat, sive non, sive quum unus eorum libertatem nactus sit, alter in calamitatis vinculis vitam finiat, sive uterque parens in captivitate moriatur, nisi mortem testamento condendo praeveniant. Tunc enim illi, quos testator voluerit, heredes erunt, conservato filio trientis legitimo subsidio.

Const. XXXVII.

---

[1]) τοῦτο *Steph.* — [2]) ἐκ δύο αἰχμαλωσίας *Cod. Meerm. III., Zuich.*; *patet aut excidisse unum vel aliquot verba post* αἰχμαλωσίαν *aut scribendum esse* αἰχμαλώτων (*scil.* γεγονότα *vel* φύντα), *quod proposuit Spang.* — [3]) πολεμίοις *Steph.* — [4]) *Post* κληρονομεῖν *Steph. putat* οἷς *deesse, sed opinor plura excidisse, nam filiorum expressam mentionem desidero.* — [5]) *Cod. Meerm. III., Zuich.*; καὶ *Scrimg.*

τῆς λύσεως θάτερος ἐν τοῖς δεσμοῖς τῆς συμφορᾶς καταστρέψει τὸν βίον, κἂν τε ἀμφότεροι οἱ γονεῖς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ τελευτήσωσιν, εἰ μὴ ἄρα γε τὴν τελευτὴν προφθάσῃ διαθέμενος. τότε γαρ ἐκεῖνα κληρονομήσει, ἃ ἐν τῇ βουλῇ τοῦ διαθεμένου γονέως κεῖται, φυλαττομένης τῷ παιδὶ τῆς ἐκ τοῦ νόμου τετραουγκίου βοηθείας.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ λζ.

[Περὶ τοῦ τὸν ἐλευθερωθέντα δοῦλον οὐ μόνον κατὰ τὰ ἄλλα διάγειν ἐλευθέρως, ἀλλα καὶ περὶ οἰκείων ἐπ' ἀδείας ἔχειν διατίθεσθαι [1]).]

Ο αὐτὸς Βασιλευς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Καὶ τῷ παρόντι νόμῳ ἐλλείποντι πρὸς τελείαν κατάσιασιν ὅπερ ἐνδεῖ τούτου τῇ προσθήκῃ τὸ πρέπον αὐτῷ ἀποδιδόαμεν σχῆμα. Φησὶ τοίνυν περὶ οἰκέτου ἐν δεσποτικῇ αὐτοῦ διατυπώσει ὁρισθέντος ἐλευθερίας ἀξιωθῆναι, ἀγνοοῦντος δὲ τὸ διάταγμα, καὶ διὰ τοῦτο λογισμοῖς ἀμφιβόλοις ἐλευθερίας ἀντεχομένου, τέως μὲν μηδαμῶς αὐτὸν διὰ τὴν ἄγνοιαν τῆς ἐλευθερίας ἀποστερεῖσθαι, ἀλλὰ διάγειν αυτὸν ἐλευθέρως, διατίθεσθαι δὲ αὐτὸν ὡς ἐλεύθερον ἐπ' ἀδείας μη ἔχειν, οἷον μεταγνοὶς μέχρι τέλους ἦν δίδωσιν ἐλευθεριαν αὐτῷ παρεῖναι. μὴ γαρ οὔσης ἐξουσίας ὡς ἐλευθέρῳ διατίθεσθαι τὰ οἰκεῖα, πῶς οὐχὶ παλιν πρὸς τὴν προτέραν ἐπανηξει δουλείαν; Ἡμεῖς οὖν φαμέν, ἐπειδήπερ ταξιν καὶ διαγωγὴν ἐλευθέραν παρέσχεν ὁ νόμος, καὶ τὰ ἄλλα παρέξειν, α τῇ ἐλευθερίᾳ συνέπεται. εἰ γὰρ κωλύειν αὐτὸν ἔδει τὰ τῶν ἐλευθέρων πράττειν, τί τὴν ἐλευθεριαν οὐκ ἐκώλυσεν; ἀλλ' εἰ ταυτης ἄξιον ἔκρινε [2]), πῶς οὐχὶ κἀκείνων ἀξιώσει τῶν πραγμάτων, α ποιεῖν κυρίως [3]) ἔχει το τῆς ἐλευθερίας ἀξίωμα; Ἔστω τοιγαροῦν ὁ ἠλευθερωμένος ἀληθῶς ἐλεύθερος, καὶ διατιθέσθω περὶ τῶν οἰκείων, ὅσα δεσποτικῇ γνώμῃ ἔδωκεν αὐτῷ ἀναιρέτα, ὡς ἂν βούλοιτο διατίθεσθαι. Οὐ γὰρ πρέπον ἐν τῷ φανερῷ τιμὴν τῆς ἐλευθερίας λαβόντα δι' ὑπόληψιν ἄδηλον ἀτιμάζεσθαι, καὶ τοῦ διατιθέναι ἀπείργεσθαι.

ΔΙΑ-

Constitutio XXXVII.

[UT DOMINI TESTAMENTO MANUMISSUS, SI ILLUM DECESSISSE ADITAMQUE EIUS HE REDITATEM ESSE IGNORET, TESTARI POSSIT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Praesenti etiam legi plena absolutione deficienti, eius, quod deest, additione decoram formam imponimus. Iam vero de servo, qui, quum domini sui testamento liber esse iussus sit, id vero ignorat, ideoque incertis rationibus libertatem obtinet, interea quidem nequaquam eum propter ignorantiam libertate privari, sed in libertate vivere, ut autem tanquam liber testetur, ipsum potestatem non habere, quasi videlicet eam poeniteat, quam libertatem dedit, hanc ipsi perpetuo competere. Quum enim illi ut libero de rebus suis testandi facultas non sit, nonne redit ad pristinam servitutem? Nos itaque dicimus, posteaquam gradum statumque vitae liberum praebuit lex, illam etiam alia, quae libertatem comitantur, praebituram. Nam si ipsum facere, quae hominibus liberis licent, prohibere oportebat, quid libertatem non prohibuit? sed dignum illum his iudicans, quare item istis actionibus, quae proprie libertatis dignitati competunt, illum non dignabitur? Sit igitur libertate donatus revera liber, et testetur de rebus quascunque illi domini voluntas certas dedit, quomodocunque ei visum sit testari. Non decet enim, ut qui libertatis dignitatem manifeste accepit, ob incertam suspicionem ignominia afficiatur, atque a testando arceatur.

Const. XXXVIII.

---

[1]) *Titulum composuit Steph.* — [2]) *Spang. opo Codd. Meerm. III. et Zuich. ita locum sanavit*; πραττειν. οὐκ ἐκωλυσεν, ἀλλὰ τουτων ἄξιον κρίνειν *Scrimg.* — [3]) κύρος *Cod. Meerm. III., Zuich.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ λη'.

[Περὶ τοῦ τοὺς βασιλέως οἰκέτας περὶ ὧν οἰκείων ὡς ἂν βούλωνται ὁρίζειν, ζώνιας τε καὶ τὸν βίον καταλύοντας [1].]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἐμοὶ δοκεῖ καὶ τοῦτο πλεονεξία τις εἶναι, εἰ καὶ τὸ πρᾶγμα σχῆμα εὐπρόσωπον ἐπιδείκνυται, τὴν ἐκ τοῦ νόμου διάταξιν. λέγω δὴ τὸ μὴ τοῖς οἰκέταις παραχωρεῖν περὶ τῶν οἰκείων πραγμάτων διατίθεσθαι. ἀλλὰ τῶν καμάτων αὐτῶν καὶ τῶν [2]), ὡς εἰκός, πολυπόνων μόχθων τὴν κτῆσιν ἑκάστου δεσποτικὴν χεῖρα συλλέγειν. καὶ θαυμάζω τον ἐξ ἀρχῆς ὑμνούμενον τὸν νόμον, πῶς οὐδέν τι μέτριον καὶ ἐπιεικὲς τούτῳ προσένειμε. Ἴλιγγι ἀλλ' οὖ τε πατέρες τοῦ τοιούτου νόμου καὶ ὁ νόμος ἐχέτωσαν παρὰ τοῖς ἄλλοις τὸ ἀποδεκτόν, ὡς ἡ ἑκάστου ἥρει γνώμη, ἐγὼ δὲ τούτοις οὐδαμῶς ἀπονέμω χώραν ἀποδοχῆς, οὐδ' ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς οἰκείας συγχωρήσω κεῖσθαι τὸ δόγμα, πᾶσαν ἄδειαν παρεχόμενον περὶ τῆς τῶν πραγμάτων διοικήσεως τούτοις παρέχομαι [3]). Τοιγαροῦν ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ πρὸς τὸν μετέπειτα βίον ἔσωσαν οἱ βασιλέως οἰκέται τὰ οἰκεῖα πράγματα ἀληθῶς οἰκεῖα κεκτημένοι, ἐν τῷ μὴ τὴν ἐξουσίαν ἀφαιρεῖσθαι ὡς ἂν βούλωνται περὶ αὐτῶν ὁρίζειν, ἂν τε πρὸς ἡλίου αὐγὰς περιστέφωνται, ἂν τε τὸν βίον ὦσι καταλύοντες, μηδ' ἔνεκα τῆς δουλείας ὧν ὑπῆρχον κύριοι πραγμάτων ἐξωθουμένοι τῆς κυριότητος. Περὶ μὲν οὖν βασιλέως οἰκετῶν οὕτως κεκαινίσθω καὶ κρατείτω νόμος, τοῖς δ' ἄρχουσι καὶ τῷ ἄλλῳ τῆς πολιτείας πληρώματι, εἴ γε μὴ βούλοιντο πρὸς τὴν ἡμετέραν γνώμην ἀφορᾶν, ἐξεῖναι πρὸς τὸν ἀρχαῖον περὶ τῶν δουλικῶν πραγμάτων νόμον ὁρᾶν.

Constitutio XXXVIII.

[UT IMPERATORIS SERVI DE REBUS SUIS QUOMODO VELINT STATUERE POSSINT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Illud quoque, quamquam pulchram prae se ferat speciem, legalem nempe ordinationem, invidiae plenum mihi esse videtur; dico autem, quod servis de rebus suis testari non permittitur, sed quae laboribus suis et forte arduis molestiis quaesierint, ea cuiusque domini manus colligunt. Ac sane miror ab initio tatam legem, quomodo nihil moderationis neque aequitatis huic rei attribuerit. Verumtamen genitores huius legis, atque lex ipsa ab aliis, ut cuiusque voluntas ferat, approbentur, ego vero nequaquam illis locum dabo, neque illud placitum in servis meis obtinere sinam, sed plenam ipsis administrandarum rerum suarum potestatem facio. Ex hoc itaque tempore et in omnem deinceps vitam Imperatoris servi rerum suarum revera domini sint, ut libertate de rebus suis quomodocunque voluerint disponendi non priventur, sive sub solis luce versentur, sive vitam relicturi sint, neque servitutis nomine rerum, quarum domini exstiterunt, dominia nudati. Igitur de Imperatoris quidem servis haec lex innovata sit et valeat, magistratibus autem et reliquo civitatis populo, si huic nostro placito voluntatem suam accommodare nolint, ad veterem de servilibus bonis legem respicere liceat.

[1]) *Rubricam composuit Steph.* — [2]) *Meerm III., Zuich.*; καὶ τῶν *om. Scrimg.* — [3]) *Bene Steph.* παρεχόμενον *delendum et pro* παρέχομαι *scribendum esse censet* παρεχόμενος; *minus bene Spang. ita locum refinxit:* πᾶσαν ἄδειαν παρεχομένης περὶ τῆς τῶν πραγμάτων διοικήσεως τούτοις παρέχομαι

ΔΙΑΤΑΞΙΣ λθ'.

Περὶ τοῦ τὸν ἄσωτον τὰ συμφέροντα διοικεῖν.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Οὐδεὶς ἐν ἀνθρώποις οὕτως εἰς ἄκρον κατήντησε τελειότητος, ὡς μηδέποτε ἀσύμφορόν τε ἑαυτῷ πραγματεύσασθαι, καὶ οὐδεὶς οὕτως, οἶμαι, δυστυχὴς ἄκρως εἰς φρένας, ὡς μὴ πολλάκις ἑαυτῷ χρήσιμος γενέσθαι. οὔτε γὰρ τὸν πάντη τῇ ἑαυτοῦ συνέσει θαῤῥοῦντα πάντα πράττειν ἀνεμέσητος ἐᾷ τὸ θεῖον, οὔτε τὸν ἐνδεᾶ συνέσεως (πλάσπις ὢν καὶ τοῦ ἰδίου πλάσματος κηδεμών) διὰ παντὸς ἀφίησι τῇ ἀσυνεσίᾳ σφάλλεσθαι. Τοῦτο ἐπρομιασάμην δι' ἐκεῖνον τον νόμον, ὃς παντάπασιν ἀποκωλύει τὸν ἄσωτον περὶ τῶν οἰκείων ἢ βουλεύσασθαί τι ἢ διατίθεσθαι, καίτοι γε ἐχρῆν, ἐνορῶντα εἰς τὰ οἰκονομούμενα, πρὸς τὴν ἐκείνων θεσπίζειν καταστασιν, ἀλλὰ μὴ οὕτως ἁπλῶς, καὶ εἰ μὲν [1]) ἀσύμφορόν τι διῳκονόμηται, μὴ δέχεσθαι, εἰ δὲ λυσιτελές, καταδέχεσθαι. νῦν δὲ οὐδὲν τοιοῦτον διορίζει, ἀλλὰ καθάπαξ ἀποκλείει τῷ ἀσώτῳ τὴν περὶ τῶν οἰκείων βουλήν. Τοῦτο ἡμεῖς ὀρθῇ ψήφῳ μὴ προσήκειν ὑπολαμβάνοντες, διαπεπειλάμενοι θεσπίζομεν, ἃ μὲν χρίσις ἐσφαλμένη καὶ τὸν ἄσωτον χαρακτηρίζουσα λέγει, μήτε ἀποδοχῆς, μήτε κυρώσεως

Constitutio XXXIX.

UT PRODIGUS QUAE EX RE IPSIUS SINT FACERE POSSIT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Mortalium nemo ad eam perfectionem pervenit, ut nunquam incongrue res suas gerat, neque quisquam puto tam infelici est animo, quin crebro sibi utilis esse possit. Neque enim cum, qui in omnibus prudentiae suae fidit, omnia irreprehensibiliter facere sinit deus, neque idem, quum creator et creaturae suae curator sit, mentis inopem per omnia falli ex imprudentia sinit. Praefatus hoc sum propter illam legem, quae prodigum de rebus suis quidquam aut velle aut statuere omnibus modis prohibet, quamquam debebat gestis ipsis oculos advertens, pro illarum ratione, non autem ita simpliciter sancire, et si quidem aliquid inutiliter gestum esset, non admittere, si vero utiliter, suscipere; nunc vero nihil tale praescribit, sed in universum prodigo de rebus suis consultandi potestatem adimit. Id nos recto iudicio non convenire opinantes, legem illam dividentes statuimus, ut quae iudicium erroneum, et prodigum designans dictet, neque approbatione, neque confirmatione digna habeantur, quae vero ad utilitatem respiciant, suscipiantur, nec reprobentur. Quid enim, si prodigus hereditatem suis relin-

[1]) *Steph.*; ἁπλῶς καὶ μὴ *Scrimg.*; κἂν μὴ *Cod. Meerm. III., Zuich.*

σεως ἀξιούσθωσαν, α δὲ πρὸς τὸ λυσιτελὲς ὁρᾷ, μηδαμῶς ἀναποδεκτα τυγχάνειν, μηδ' ἀθετεῖσθαι. τί γάρ, εἰ ὁ ἄσωτος κληρον τοῖς οἰκείοις ἐβουλήθη καταλιπεῖν, ἢ πένησι τὰ ἑαυτοῦ διανεῖμαι, ἢ οἰκετῶν τὸν βαρυν τῆς δουλείας απαυχενίσαι κλοιόν; ἆρ' ὅτι ἄσωτος, διὰ τοῦτο μὴ ἐξεῖναι[1]) αὐτῷ τοιαῦτα βούλεσθαι; τί δέ, εἰ χωρίον ἔχων ἑαυτῷ ἐπιζήμιον, ἄλλος δέ τις τῶν δυναμένων θεραπεῦσαι τὴν ζημίαν, βουληθεὶς αὐτοῦ ἐν κτήσει γενέσθαι, πλέον ἢ ὅσου αξιον τὸ χωρίον ἀντιδιδοὺς ἐκείνῳ τὴν ζημίαν κουφίζει; ἆρ' ἡ ἀσωτεία τὴν ἐκείνῳ συμφέρουσαν καὶ βουλὴν καὶ πραγματείαν κωλύει; ἀλλ' οὐχ ὁρῶ τὸν τρόπον. Ὅπερ οὖν ἔφην, τῶν πραγμάτων τηρείσθωσαν αἱ καταστάσεις, κἂν μὲν ἐκεῖναι οὐδέν τι τοῦ ἀσώτου τρόπου ὀφθείησαν ἔχουσαι, εἶναι βεβαίους τὰς διατάξεις. εἰ δ' ἁμαρτάνουσαι τοῦ σώφρονος λογισμοῦ φαίνοιντο, μήτ' ἀποδοχῆς, μήτε βεβαιώσεως ἀξιούσθωσαν.

relinquere, aut pauperibus sua distribuere, aut grave servitutis onus servorum cervicibus adimere velit? an ideo, quod prodigus est, id illi non velle liceat? Quid vero, si quum ipse praedium damnosum habeat, alter vero quispiam, qui damno mederi possit, et illius possessionem quaerat, maiore pretio, quam quanti praedium sit, reddito ipsi damnum levare velit? an prodigalitas, quo minus ille sibi consulat, et utiliter negotietur, impediet? At rationem non video. Quod igitur dixi, rerum gestarum conditio observetur, et si quidem in ea prodigi mores non conspiciantur, gesta rata sint, si vero a prudenti rerum gestione aberratum esse appareat, neque approbatione, neque confirmatione digna habeantur.

---

[1]) *ἐξῆν proposuit Steph.; Agyl. hoc infinitivo servato post βουλεσθαι inserit λεκτέον; διὰ τοῦτο μὴ ἐξέσται αὐτῷ τοιαῦτα βούλεσθαι coni. Spang.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ μ'.

Περὶ τοῦ μη εἰςκομίζεσθαι τοὺς οἰκέτας τῶν ἀδιαθέτων καὶ τῶν κληρονομησάντων τελευτώντων.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Οἱ πάλαι τῆς τῶν νόμων ἐκθέσεως πεποιημένοι τὴν πρόνοιαν πολλὰ τῶν τοῦ βίου πρὸς κατάστασιν ἀγαγόντες καὶ μαρτύριον ἱκανὸν τῆς αὐτῶν φιλανθρώπου γνώμης, τοὺς νόμους, καθ' οὓς ἡ πολιτεία διευθετεῖται, καταλελοιπότες, οὐκ οἶδα ὅπως τὸ περὶ τῶν αἰχμαλώτων μέρος, οἷς οὐ διδόασι κυριότητα περὶ τῶν ἰδίων πραγμάτων διατίθεσθαι, οὐχ ὁμοίως τῇ ἄλλῃ τούτων ὁμολογεῖν πεποιήκασι φιλανθρωπίᾳ. Ἃ μὲν γὰρ περὶ διαθηκῶν αὐτοῖς ἡ νομοθεσία περιέχει, λίαν φιλανθρώπως νενομοθέτηται. τὸ γὰρ ἐνίοτε μαρτύρων καταλαμβανούσης ἀπορίας ὁρίσαι, καὶ ἀριθμῷ ἐλάττονι μαρτύρων ἐπισφραγίζεσθαι τὰ διατετυπωμένα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἁμαρτύρους πολλάκις οὔσας κυροῦσθαι τὰς διατάξεις (ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐν παρατάξει πιπτόντων ὡρίσατο), μεγάλη τῆς φιλανθρωπίας ἀπόδειξις. ἡ δὲ περὶ τῶν αἰχμαλώτων νομοθεσία οὐκ ἐπιάδελφη οὖσα τῶν εἰρημένων ὁρᾶται, οὐδὲ τῆς αὐτῆς ἀποκυηθεῖσα φιλανθρωπίας. οἷς γὰρ οὐ παραχωροῦσιν αὐτοῖς περὶ τῶν οἰκείων διατάττεσθαι, οὐ μόνον οὐχὶ φιλάνθρωπόν τι περὶ αὐτῶν ἐγνώκασιν, ἀλλὰ καὶ τρόπον ἕτερον τὴν αἰχμαλωσίαν ἐπιτείνουσι. πῶς γὰρ οὐχὶ τούτους πάλιν αἰχμαλωτίζουσιν; ἢ πως οὐκ αὔξεται τὸ δεινὸν καὶ ἄλγος ἀπαραμύθητον, καὶ τοῦ θανάτου κέντρον ἐπωδυνότερον κατὰ τῆς καρδίας αἰχμάλωτος φέρων ἄπεισι τῶν ἀνθρωπίνων, ὅταν οὐ μόνον ἐν αἰχμαλωσίᾳ καταστρέφῃ τὸν βίον, ἀλλὰ καὶ εἴ τινα ἐν τοῖς ὁμοφύλοις οἶδεν ἑαυτῷ προσοῦσαν ὕπαρξιν, περὶ ταύτης οὐκ ἔστι βουλεύεσθαι κύριος[1]). ἀλλ' ἐξωθεῖται τῶν οἰκείων ὡς ἀλλοτρίων, καὶ τῶν πόνοις οἰκείοις κτηθέντων τῆς οἰκονομίας ἐκβάλλεται, ὧν ἐκεῖνος προκινδυνεύων εἰς τὰ τῶν δορυλήπτων κατέστη δεινά. πως δέ, εἴ τινές εἰσι τῷ αἰχμαλώτῳ κατὰ γένος διαφέροντες ἢ τέκνα, ἢ γυνή, ἢ ἀδελφή, ἢ ἕτεροι, οὓς ἐπικλήρους οἶδεν ὁ νόμος, οὐχὶ πάντες ὁμοίως πρὸς τὴν ἐξ ἀδιαθέτου ἐρχομένην αὐτοῖς κληρονομίαν ἀποβλέψαντες, τῇ ταύτης ἐλπίδι τὴν περὶ τοῦ συγγενοῦς αἰχμαλώτου τῆς ἐλευθερίας παρήσουσιν ἐπιμέλειαν; ἴσμεν γὰρ τὸ ἀνθρώπινον, ὡς εὐαρίθμητοι λίαν φίλτρον

Constitutio XL.

UT CAPTIVI TESTAMENTI FACTIONEM HABEANT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Qui olim edendis legibus operam adhibuerunt, quum multa ad res humanas recte moderandas in medium protulerint, et sufficiens humanitatis suae testimonium, leges nempe, secundum quas respublica bene ordinatur, reliquerint, haud scio qua ratione de captivis tractatus, quibus de rebus suis statuendi potestatem non faciunt, reliquae ipsorum humanitati non similiter responderet. Etenim quae quidem de testamentis ipsorum legislatio complectitur, admodum humane constituta sunt. Nam quod statuerunt, ut interdum, quando inopia testium esset, a minore etiam testium numero testamentum obsignaretur, quin et nullis adhibitis testibus saepe testamenta rata haberentur, quemadmodum de iis, qui in acie occumbunt, constitutum est, magnum sane humanitatis est documentum; at vero de captivis legislatio dictis non congrua, neque ex eadem humanitate nata videtur. Quod enim de rebus suis constituere illis non permittunt, non solum non benignum aliquid de ipsis decreverunt, verum etiam ipsam captivitatem alio modo intendunt. Quomodo enim rursus illos in captivitatem non ducunt? aut quomodo malum et tristitia solatio carens non augetur, et morte acerbiorem in corde captivus non circumferens aculeum rebus excedit humanis, quando non modo in captivitate vitam finit, verum etiam si qua apud contribules bona sibi esse scit, de his constituendi potestatem non habet, sed suis rebus tanquam alienis expellitur, et quae suis laboribus quaesivit, et pro quibus suscepto periculo in captivorum infortunium incidit, ab horum dispensatione eiicitur? quomodo vero, si quos necessarios captivus habet, aut liberos, aut uxorem, aut sororem, aut alios, quos ad ipsius hereditatem lex vocat, non similiter omnes conversis in hereditatem ab intestato ad se devolvendam oculis, hac spe curam liberandi cognatum ipsis captivum non omittent? Novimus enim res humanas, ut pauci admodum verum amorem conservent, eiusque unius gratia ad opitulandum calamitate implicitis paucorum animus excitetur, plurimi vero spe nanciscendae cuiusdam remunerationis ad feren-

---

[1]) *Meerm. III., Zuich.; κυρίως Scrimg.*

φίλτρον ἀληθινὸν διασώζουσι, καὶ τούτου μόνον ἕνεκα πρὸς βοήθειαν τῶν ἀλγεινοῖς περισοιχιζομένων ἡ γνώμη αὐτοῖς ἐπεγείρεται, οἱ πλείστοι δὲ προσδοκίᾳ τοῦ τυχεῖν τινος χάριτος ἐπὶ βοήθειαν χωροῦσι τῶν χρηζόντων τῆς βοηθείας. πόθεν οὖν ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων ἢ τῶν συγγενῶν τις ἢ ἑταῖρος [1]) ἀναλάβοι φροντίδα; εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐπ' ἀδείας αὐτοῖς περὶ τῶν οἰκείων βουλεύσασθαι, ἔμελλον τινές, ἀναλογιζόμενοι ὡς οὐκ ἀκερδὴς αὐτοῖς ἔσται ὁ πόνος, μὴ ῥᾳθύμως αὐτὸν ἀναδέχεσθαι. ἐνενόουν γὰρ ὡς εἰκός, ὡς ἢ τῆς σπουδῆς αὐτῶν εἰς πέρας διεξελθούσης, καὶ τῶν αἰχμαλώτων ἐλευθερίας τυχόντων [2]), ἕξουσί τινα χάριν ὑπὲρ ὧν διεσπούδασαν, ἢ, κἂν τὴν ἐκείνων σπουδὴν ὁ θάνατος προφθάσας ἐν δεσμοῖς ὄντα λάβοι τὸν ἄνθρωπον, ἐν τῇ περὶ τῶν οἰκείων διατάξει ἔσται τινὸς πλείονος ἀξίων μερίδος τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ πεφροντικότα τῶν ἄλλως ἠμεληκότων. οὐ γὰρ ἀμνημονήσειν αὐτὸν καὶ παρὰ φαῦλον τοὺς πόνους ποιήσεσθαι ὑπελάμβανον. τούτοις οὖν, ὥσπερ ἔφην, τοῖς λογισμοῖς ἔμελλον τινὲς οὐ ῥᾳθύμως εἰς τὴν ὑπὲρ ἐλευθερίας τῶν αἰχμαλώτων σπουδὴν διανίσιασθαι, νῦν δέ, τῶν μὲν κωλυομένων διατάττεσθαι, τῶν δὲ ἐξ ἀδιαθέτου κληρονόμων εἰς τὴν ὕπαρξιν ἐμβαινόντων, οὐκ οἶδα εἴ τις ευρεθείη τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀναῤῥύσεως πόνους ἀναδεξόμενος. ἢ τε γὰρ ἐλπὶς τῆς ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομίας, καὶ ἡ ἐνθύμησις τοῦ μὴ ποτε διακενῆς κάμοι, τας εἰς ἑαυτοῦ [3]) σπουδὰς τοῦ θανάτου προλαβόντος, καὶ τὸν αἰχμάλωτον ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίσαντος, ὀκνηρότερον (ἵνα μὴ λέγω πανιελῶς ἀπρόθυμον) ποιεῖ πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν. ὅπερ οὐκ ἔτι ὁμοίως συνέβαινεν, εἰ μὴ ἄκυρον αὐτοῖς ἡ νομοθεσία εἰργάζετο τὴν διάταξιν. εἰ δὲ γαρ λύτρον ψυχῆς ἡ ἰδία κτῆσις, πῶς οὐχὶ καὶ καὶ τοῦτο ἀδικίαν ἀκροτάτην ὑπομένουσιν οἱ αἰχμάλωτοι, οὐκ ἐῶμενοι παρὰ τοῦ νόμου περὶ τῶν προσόντων ὁρίζειν, ἂν τοῦτο βούλωνται, ὑπὲρ ψυχῆς αὐτῶν τινα διανενεμῆσθαι τῶν πραγμάτων; ἔτι γε μὴν καὶ τὰ περὶ ἐλευθερίας ἀτόπως ἐκ τούτου διακείμενα, καὶ τὸ μᾶλλον ἀτοπώτατον, ὅτι μὴ δίδομένης ἀδείας τοῖς αἰχμαλώτοις διαθέσθαι, ἀνακύπτουσι πολλάκις τῆς ὑπάρξεως κτήσεις, οἷς ἡ τῶν ἐχθίστων εἶχε μοῖρα, καὶ οὐδ' ἑνορᾶν αὐτους ἐν ζωᾶιν ὄντες ἠείχοντο, οἵ τί ἂν εἴη φαυλότερον; Τοῦτο οὖν οὕτως ἔχον οὐκ ἔδοξε τῇ βασιλείᾳ ἡμῶν δίκαιον παριδεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις κατὰ δύναμιν τὴν παρὰ τοῦ χρείττονος διδομένην, ὥσιε τὴν ἡμετέραν πολιτείαν εὖ διοικονομεῖσθαι πεφροντίκαμεν, οὕτω πρὸς τὸ ἄμεινον καὶ τὰ περὶ τῶν αἰχμαλώτων ἐπανορθοῦν διεγνώκαμεν. Θεσπίζομεν τοίνυν, ἀπὸ τοῦ παρόντος μηδαμῶς τοὺς ἐν αἰχμαλωσίᾳ τῷ ἀπείροντι αὐτοὺς διατίθεσθαι νόμῳ, ὥσπερ καὶ τὸ πρότερον, ὑποκεῖσθαι, ἀλλ' ἐξεῖναι τούτοις, εἰ μὲν οἷόν τε, παρουσίᾳ πέντε μαρτύρων, εἰ δὲ μή, τριῶν, εἴ τε γραφῇ παραδοῦναι τὴν βούλησιν, εἴ τε ἀγράφῳ διατάξει ἐκτίθεσθαι, δηλονότι ὅρκῳ βεβαιοῦντων τῶν εἰς τὴν μαρτυρίαν παραληφθέντων τὸ ἀπαραπόδιστον τῆ τοῦ τελευτήσαντος διαιυπώσει, ἄν τε παίδων ὄντων ἐκείνους καταλείποιτο τῆς περιουσίας κυρίους, ἄν τε μὴ παῖδας ἔχων, ἑτέρους εἰς τὸν κλῆρον εἰσάγῃ. οὐ γὰρ δίκαιον ἡγούμεθα, τοὺς ἐπίσης μετέχοντας τοῦ κοινοῦ τῆς πολιτείας ὀνόματος μὴ ἴσῃ μοίρᾳ τῶν τοῦ νόμου δικαίων τιμᾶσθαι, καθ' οὓς τὸ ὁμοφυλὸν πολιτεύεται, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀπειράτους αἰχμαλωσίας ἔχειν ἐξουσίαν ὡς αὐτοῖς δοκεῖ περὶ τῶν ἰδίων βουλεύεσθαι, τοὺς δὲ μή, ὥσπερ ἔγκλημα ἔχοντας. ὅτι προπολεμοῦντες τῶν ὁμοφύλων εἰς πεῖραν ἀλκῆς ἦλθον. Εἰ μένοι γέ τις τῶν δορυαλώτων ἢ ἐλευθερίας, ἢ ὑφ' ὧν καιέχειαι βίαν ὑπομενων, ἐπὶ ταύτην

ferendum indigentibus auxilium procedant. Quare itaque cognatus aliquis vel amicus captivorum suscipiant curam? Etenim si quidem statuendi facultas de rebus suis ipsis esset, nonnulli laborem non sine lucro sibi non fore reputantes, non segniter illum susceperi essent. Cogitarent enim fortasse, si aut conatus ipsorum ad finem deduceretur, et captivi libertatem consequerentur, se munus ali quod esse pro opera sua accepturos, aut etsi conatus finem mors praeveniens captivum de medio tolleret, illum in testamento suo eum, qui ipsius curam habuisset, maiore portione, quam illos, qui ipsum neglexissent, dignaturum. Non enim immemorem fore ipsum, neque labores nihili facturum esse arbitrarentur. Hac igitur ratione, quemadmodum dixi, futurum esset, ut aliqui non indiligenter ad liberandorum captivorum curam sese erigerent. Nunc vero, quum hi quidem testari prohibeantur, illi autem ab intestato heredes in bona concedant, haud scio, an quis inveniatur, qui pro liberatione labores suscipiat. Successionis enim ab intestato spes, et metus ne frustra laboretur, si forte liberationem mors praevertat, et captivum rebus humanis eximat, homines tardiores (ne prorsus animo alienos dicam) ad id aggrediendum facit. Quod sane non amplius contingeret, si lex illorum testamenta irrita non faceret. Iam vero si redimendae animae pretium propriae facultate sunt, quomodo non in hoc etiam captivi iniuriam longe maximam sustinent, quod dum non sinuntur a lege de rebus suis statuere, si hoc velint, pro animabus suis nihil rerum suarum erogare possint? Ad haec porro ea, quae ad libertatem spectant, absurde hinc disposita sunt, et multo absurdissimum est, quod, dum testandi facultas captivis non datur, frequenter illi, qui inimicissimi fuerunt, quosque ipsi, si viverent, ne adspicere quidem sustinerent, illorum facultatem domini exsistunt, quo quid possit esse turpius? Hoc igitur, quum hunc ad modum sese habeat, non negligi debere maiestati nostrae visum est, sed quemadmodum in aliis pro viribus divinitus nobis datis, ut recte respublica nostra gubernetur, sollicite egimus, sic et de captivis tractatum in melius corrigere decrevimus. Sancimus igitur, dehinc captivos, quae ipsos a testando arcet legi neutiquam obnoxios esse, sed licere ipsis, si fieri possit, quinque, sin minus, tribus testibus praesentibus, extremam voluntatem, sive litteris commendare, sive sine scripto pronunciare, ita ut ad testimonium assumti revera illam defuncti voluntatem esse iureiurando affirment, sive liberis existentibus, illos bonorum suorum heredes relinquat, sive quum liberos non habeat, alios in hereditatem introducat. Aequum enim non putamus, ut qui communis reipublicae nominis aequaliter participes sunt, non aequali ex lege iure honorentur, secundum quod eiusdem gentis censentur, sed ii quidem, qui liberi a servitute sunt, statuendi de rebus suis, ut iis visum est, potestatem habeant, illi vero non, quasi culpam commiserint, quod pro gentilibus pugnando in captivitatis necessitatem devenerint. Si tamen captivorum quispiam aut sua sponte, aut eorum, quorum in potestate est, vi adactus hoc in animum inducat, ut res suas ad hostes venire testamento iubeat, nequaquam tunc placitum ipsius ratum sit, sed tanquam non factum sit ita ut decet reipublicae Christianae, in irritum concidat testamentum. Atque haec quidem de iis, qui vitae finem testamento anteverterunt, sancita sint. Si vero ultimus vitae dies illi supervenerit, atque intestatus de medio sublatus sit, existentibus quidem nonnullis, ad quos hereditas pertinet, ascendentibus vel descendentibus, ad hos bona venient, si vero nulli supersint, ad quos bonorum defuncti captivi

---

[1]) *Scrimg., emendatio autem haec est Stephani, qui in exempl. se reperisse dicit ἕτερος, quod etiam habent Cod. Meerm. III. et Zuich.* — [2]) καὶ τοῦ αἰχμαλώτου ἐλευθερίας τυχόντος *Cod. Meerm. III., Zuich.* — [3]) τὰς ἑαυτοῦ *vel potius* τὰς εἰς αὐτὸν *coni. Steph.*

ταύτην ἔλθοι τὴν γνώμην, ὥστε τὰ αὐτοῦ πράγματα εἰς τοὺς πολεμίους χωρεῖν διατυπῶσαι, τότε οὐδαμῶς τὰ δεδομένα βέβαια ἔσται, ἀλλ', ὡς μὴ καὶ τὸν πρέποντα [1]) Χριστιανῷ πολιτεύμαι γεγενημένῃ, ἐκπεσεῖται ἡ διάθεσις [2]). Ταῦτα μὲν διωρισάμην περὶ τὴν διαθήκην τὸ τῆς ζωῆς τέλος προφθάσει διανοηθέντων [3]). Εἰ δ' ἡ τέλειος ἐπιστᾶσα τοῦ βίου ἡμέρα ἐξ ἀνθρώπων ἀδιάθετον ἀφανίσοι τὸν ἄνθρωπον, παρόντων [4]) μέν τινων, οἷς ὁ κλῆρος διαφέρει, ἀνιόντων ἢ κατιόντων, πρὸς αὐτοὺς ἡ περιουσία πορεύσεται, μὴ ὄντων δέ τινων προσώπων, πρὸς οὓς ἡ κληρονομία ὁρᾷ τῶν τοῦ ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντος αἰχμαλώτου πραγμάτων (φημὶ δὴ μήτε οὓς ἀνιόντας, μήτε οὓς κατιόντας οἰκειοῦται τὸ τοῦ τεθνηκότος γένος), πρότερον σκοπεῖν μὲν κελεύομεν, εἰ τισιν ὑπόχρεως ἦν, καὶ τῶν χρεῶν ὑπεξαιρουμένων τὰ περιλειπόμενα πράγματα διχῇ διαιρεῖσθαι, εἷς τε τρίτον καὶ δίμοιρον, καὶ τὸ μὲν τρίτον εἰς τὴν ὑπὲρ ψυχῆς διανομὴν ἀφορίζειν, τοῦ δὲ ἑτέρου μέρους ἐν τοῖς βασιλείοις ταμείοις γίνεσθαι τὴν ἀναλῆψιν, ἄνευ μέντοι γε τῶν οἰκετῶν. ταῦτα γάρ, εἰ μὴ τῶν χρεῶν ἡ ἐκπλήρωσις ἐκποδὼν σιαίη, πάντα ἐλευθερίᾳ τετιμῆσθαι βουλόμεθα. τὸν αὐτὸν δὲ τύπον τηρεῖσθαι τῆς τῶν πραγμάτων διοικήσεως, καὶ ἐφ' ὧν οὐ πάρεισι χρέα, ὅταν, ὡς εἴρηται, κληρονόμων ἄπορος ἀπίοι τοῦ βίου ὁ τῇ αἰχμαλωσίᾳ κάτοχος. Ἡ μὲν οὖν εἰς ἐπίνοιαν ἡμῶν ἥκουσα περὶ τῆς νομοθεσίας, ἢ τοὺς αἰχμαλώτους ἐλύπει, διόρθωσις, διὰ τοῦδε τοῦ θείου ἡμῶν νόμου ἐκτέθειται. Ἡ δὲ σὴ μεγαλοπρέπεια τὸ θέσπισμα τοῖς ὑπὸ χεῖρα ἐγνωσμένον καταστησάτω, ὡς ἂν δήλου πᾶσι γεγονότος, ἅπαντες περὶ τῶν οἰκείων, καὶ οὓς ἡ αἰχμαλωσία ἔχει, ὡς ἂν ἐθέλωσι διορίζωνται.

ptivi successio spectet (dico vero quos neque ascendentes, neque descendentes defuncti familia agnoscit), primum considerari iubemus, an aliquibus debebat, et deducto aere alieno reliqua bifariam, in trientem et bessem, dividi, ac trientem quidem in erogationem pro anima faciendam separari, reliquam autem partem regio fisco deputari, sine servis tamen; hos enim, nisi aes alienum exsolvi non possit, omnes libertate honorari volumus. Eandem vero rerum disponendarum formam custodiri volumus, quando nihil aeris alieni fuerit, et captivitate detentus, quemadmodum dictum est, sine heredibus decesserit. Quae itaque nobis eius legislationis, quae captivos contristabat, in mentem correctio venit, per sacram hanc exposita est legem. Tua autem magnificentia sanctionem subditis notam faciat, ut, quum innotuerit, omnes de rebus suis, etiam quos captivitas detinet, quocunque modo velint, statuant.

[1]) *De hoc loco ita existimat Steph., aut legendum esse τὰ πρέποντα aut excidisse substantivum verbum, quod cum πρέποντα iungatur; sed cum Cuiacius in Obss. XVII. 32. dixerit in veteri libro reperiri καὶ τὸ πρέπον, non est quod dubitemus, quin ita scripserit Leo.* — [2]) διάταξις *Cod. Meerm. III., Zuich.* — [3]) περὶ τὴν διαθήκην τὸ τῆς ζωῆς τέλος προφθάσει, διανοηθέντων *Meerm. III., Zuich.; Steph. ita corruptelam tollere censuit:* περὶ τῶν τῇ διαθήκῃ τὸ τῆς ζωῆς τέλος προφθάσαι διανοηθέντων. — [4]) περιόντων *Steph.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ μα'.

[Περὶ τοῦ ἐν μὲν ταῖς πόλεσι διὰ πέντε μαρτύρων κυροῦσθαι τὰς διαθήκας, ἐν ὁδοιπορείαις δὲ καὶ ἀγροῖς εὐαποδεκτον εἶναι καὶ τὴν διὰ τριῶν κύρωσιν [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἐν πᾶσι μὲν τοῖς καὶὰ τὸν βίον πράγμασιν, ὅσα τὴν διὰ μαρτύρων ἀπαιτεῖ πίστιν, ὀφειλομένον ἐστὶ προσεῖναι τὴν διὰ τοῦτο βεβαίωσιν, μᾶλλσια δὲ χρῄζουσι διατάξεων, αἳ γίνονται πρὸς τὴν τελείαν ἡμῶν τῆς ζωῆς ἡμέραν ἀπουβλεπόντων, τῆς τοιαύτης βεβαιώσεως. Οὐ γὰρ ἔστι περιλειπόμενος τρόπος, ὃς ὀρθῶς αὐτὰς διαιτήσει, εἰ μὴ τὸ ἐκ τῶν μαρτύρων πρόσεστιν ἀσφαλές. ἔδει οὖν, ὅσον ἀναγκαῖον τυγχάνει βεβαίας εἶναι τὰς ἀπο [2]) τῶν ἐκ τοῦ ζῆν ἀπιόντων ἀνθρώπων πραγματευομένων [3]) διαιτυπώσεις, τοσοῦτον αὐτὸς ἀσφαλίσασθαι διὰ τῆς μαρτυρίας. Ἀλλ' ἐπεὶ ὁρῶμεν πολλάκις ὑπὸ τῆς ἀπορίας τῆς ἣν ἐπιζητεῖ ἀκριβείας τὰ πράγματα πρὸς τὴν ἐνδεχομένην κατάστασιν καθισταμένα (μὴ γὰρ παρόντος χρῆσθαι τῇ ἀκριβείᾳ, ἀνάγκη χρῆσθαι καθὼς ἂν τις εὔπορος ᾖ), οὐκ ἔξω προνοίας ἡμῖν

Constitutio XLI.

UT IN CIVITATIBUS QUINQUE, IN ITINERIBUS VERO ET AGRIS TRES TESTES AD TESTAMENTORUM FIDEM SUFFICIANT.

Idem Imperator eidem Styliano.

In omnibus quidem humanae vitae negotiis, quotquot testium fidem requirunt, inde robur adesse oportet, maxime vero dispositiones, quae ultimi vitae nostrae diei contemplatione fiunt, tali corroboratione indigent. Nullus enim reliquus modus est, qui recte ipsis ius dictet, nisi ipsis a testibus praesidium adsit. Oportebat itaque, quo magis necesse est gestorum confectiones hominum e vita decedentium firmas esse, eo magis eadem per testimonia stabiliri. Verum quoniam frequenter res propter eorum, quae strictius requiruntur penuriam, ad receptum modum reduci videmus (non enim cum subtilitate agendi facultate data, ut fieri potest, agi debet), de testium etiam numero, quot testamentis adesse debeant, statuere non alienum a providentia nobis visum est. Atque hoc quidem etiam sempiternae memoriae patri nostro decernere in mentem

[1]) *Rubricam composuit Steph.* — [2]) ὑπὸ *Cod. Meerm. III., Zuich.* — [3]) πραγματευομένων *em. Agyl.*

ἡμῖν ἐμάνη καὶ περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ταῖς διαθήκαις ὑπειλόντων μαρτύρων παρεῖναι διορίσασθαι. Τοῦτο μὲν οὖν εἰς νοῦν ἦλθε καὶ τῷ ἀειμνήστῳ ἡμῶν πατρὶ διαιτῆσαι, πλὴν ἔοικεν οὐ πάνυ τι ἀκριβῶς ἔχειν τὸ διορισθέν. τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ νομοθετῶν οὐ μὲν ἑπτὰ παραλαμβάνεσθαι [1]) μάρτυρας, οὐ δὲ πέντε γνωμην ἐξενηνοχότων (ἑπτὰ μὲν ἐν πόλεσιν, ἃς εἰκὸς πολυανδρουμένας μὴ ἀπαχωρεῖν [2]), πέντε δὲ ἐν τοῖς ἀγροῖς καὶ ὁδοιπορίαις, διὰ τὴν πολλάκις φθάνουσαν τῶν εἰς πίστιν ἀξίων περιτυγχανόντων ὀλιγότητα), τοιῶν οὕτως ἐπ' ἐκείνων διακριθέντων, καὶ ὁ ἡμέτερος πατὴρ τὸν ὑπερέχοντα ἀριθμὸν παιδιὰν ἐν τε πόλεσιν ὁμοίως καὶ ἀγροῖς καὶ ὁδοιπορίαις ἀπένειμε τὴν διὰ πέντε μαρτύρων ταῖς διαθήκαις βεβαίωσιν, πρὸς τὴν νῦν καταισχοῦσαν τον βίον ἐνδειαν τῆς ἀρετῆς, ὡς ἐμοί γε δοκεῖ, ἀπιδών. ὅμως, ὅπερ εἴρηται, οὐ πάνυ τις ἀκριβεία τῷ δόγματι προσκείσθω. τάχα γάρ τις ἐρεῖ, ὡς οὐκ ἴσον ἔχρῆν ἀπονέμειν τὸν ἀριθμον, ἀλλ' εἰς τὸ βραχύτερον συντείλαι τὴν ἐν ἀγροῖς καὶ ὁδοιπορίαις γενομένην [3]) μαρτυρίαν. Ὃ οὖν ἐκεῖνος παρεῖδεν, τοῦτο ἡμεῖς οὐ παιδεύοντες, ἀσπιζόμεθα, ἐν μὲν ταῖς πόλεσι τὴν διὰ πέντε μαρτύρων χορηγουμένην ταῖς διατάξεσι κύρωσιν τυγχάνειν ἀποδοχῆς, ἐν ὁδοιπορίαις δὲ καὶ ἀγροῖς καὶ ταῖς ἄλλαις ὀλιγανθρώποις χώραις εὐαπόδεκτον εἶναι καὶ τὴν διὰ τριῶν.

mentem venit, verum quod statuit, non omnino exacte se habere videbatur. Quum enim superiorum legislatorum alius septem, alius vero quinque assumendos esse testes censuisset (septem quidem in civitatibus, quippe ubi propter hominum multitudinem testes certe defuturi non sunt, in agris vero et itineribus quinque, quod illic plerumque hominum fide dignorum paucitas sit), quum hoc ita de illis constitutum esset, et pater noster exsuperantem numerum despiciens, similiter in civitatibus, et agris, et itineribus per quinque testes testamentis vigorem attribuit, idque ideo (meo quidem sententia) dum quanta nunc virtutis inopia humanam vitam occupet, consideravit, tamen (id quod dictum est) non admodum exacta ratione placitum illud nititur. Dicat enim fortasse aliquis, aequalem numerum attribui non oportuisse, sed testimonium, quod in agris et itineribus adhibetur, arctius contrahendum fuisse. Nos igitur quod ille neglexit, non negligendum putantes, sancimus, in civitatibus quidem quinque testibus stabilitum testamentum approbari, in itineribus vero, et agris, et aliis inhabitatis locis, trium etiam testium confirmationem suscipi posse.

[1]) *Cod. Meerm. III., Zuich.*; περιλαμβάνεσθαι *Scrimg.* — [2]) ἀπορεῖν *vel* ἀποχώρειν *coni. Spang.* — [3]) γινομένην *Steph.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ μβ'.

Περὶ ἀγράφου διατυπωσεως, ἢ τῆς ἤδη γραφείσης.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Σιυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἔοικεν ἡ πολλάκις ἐν τοῖς λόγοις ἐπικαθημένη ἀσάφεια δεινή τις εἶναι σφάλλειν τὰ πράγματα, ὥσπερ τις ἀχλὺς ἐμπεπλωμένη καὶ τὸ νοερὸν συμπέρουσα τῆς ψυχῆς, καὶ τῆς ὀρθῆς τῶν πραγμάτων παραπιέφουσα διοικήσεως. Ταύτην οὖν τὴν τῆς ἀσαφείας ἀχλὺν ἐπεὶ καταχεχυμένην ἐγνώκαμεν τῶν διαταξεων ἐκείνων, αἳ τὰ περὶ διαθηκῶν ὁρίζουσι, καὶ βλαβὴν οὐ τὴν τυχοῦσαν τοῖς πράγμασι φέρουσι [1]), καλως ἔχειν ὑπελάβομεν τοῦτο ἀνακαθᾶραι, καὶ ὅπως δεῖ κυροῦσθαι διαθήκας ἢ μὴ ἀναμφιρρήτῳ διορίσαι νόμῳ, καὶ μὴ ἀντιλαβας ἑκατέρωθεν ἔχοντι. Ἤδη γὰρ οἱ πρὸ ἡμων περὶ διαθηκῶν [2]) διαλαβόντες διχῆ τὰ περὶ τούτων διεῖλον. καὶ ἃς μὲν ἐγγράφως γίνεσθαι, ἃς δὲ ἀγράφως ὡρίσαντο, καὶ τρόπον ὑποθέμενοι, δι' οὗ ἂν ἑκαστη κυροῖτο τῶν διαθηκῶν [3]), ἥ τε ἐγγραφος φημὶ καὶ ἡ ἄγραφος. καὶ ἡ μὲν τῆς ἐγγράφου κύρωσις ἐν τῷ τὴν διατύπωσιν ἀπαρτισθῆναι καὶ ταῖς μαρτύρων ὑπογραφαῖς, καὶ τοῖς σφραγίσμασιν, ἔτι παρόντος ἐν ἀνθρώποις τοῦ διαθεμένου, ἡ δὲ τῆς ἀγράφου ἐν τῷ πέντε [4]) μαρτυρας εἰς ἀξιοπιστίαν οὐκ ἀμφιβόλους συνομολογῆσαι λαβεῖν ἀκοαῖς τὰ διατειαγμένα αὐτὰ ἐκείνου τῇ τοῦ διαιτωμένου γλώσσῃ. Τοίων δὲ οὕτως ἐχόντων προστάττουσι τὴν ἔγγραφον διαθήκην, εἰ μὴ πάντα ὁμοῦ συνέλθοι εἰς τελείωσιν τῆς γραφῆς [5]), ἢ μηνύει τὴν βούλησιν τοῦ διαθεμένου, καὶ μαρτύρων ὑπογραφαὶ ταύτῃ μαρτυροῦσαι τὸ γνήσιον, καὶ σφραγῖδες ἀξιοπιστίαν παρεχόμεναι ταῖς ὑπογραφαῖς,

Constitutio XLII.

UT SUFFICIENS NUMERUS TESTIUM TESTAMENTUM RATUM FACIAT, TAMETSI ID NEQUE ILLORUM SUBSCRIPTIONES NEQUE SIGNACULA HABEAT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quae saepe in verbis residet obscuritas, gravitet negotia invo vere videtur, quippe quae tanquam expansa quaedam nubes et intelligendi vim animo auferat, et a recta rerum administratione avertat. Hanc igitur obscuritatis caliginem, quoniam illis constitutionibus, quae de testamentis agunt, neque mediocrem noxam rebus afferunt, circumfusam esse cognovimus, pulchrum fore rati sumus illas repurgare, et quomodo oporteat testamenta confirmari aut non, lege non ambigua, neque quae varie apprehendi possit, definire. Iam enim qui ante nos de testamentis tractarunt, bifariam illa diviserunt, et alia quidem scriptis, alia vero sine scriptis confici tradiderunt, et modum, quo utrumque testamentum, et scriptum nempe, et non scriptum, ratum fiat, subiecerunt. Et scripti quidem confirmatio in eo consistat, quod voluntas et testium subscriptione, et obsignatione omnibus numeris absoluta sit, adhuc inter homines versante testatore, non scripti vero, quod quinque non indigni fide testes se ipsa audivisse, quae testator lingua sua de rebus suis pronuntiarit, confiteantur. His vero ita constitutis, iubent scriptum testamentum, nisi ad scripturae, qua testatoris voluntas significatur, perfectionem simul omnia conveniant, et testium subscriptiones, quae de illius veritate testentur, et signacula, quae subscriptionibus fidem praebeant, nisi haec simul omnia prius, quam is, cuius id testamentum est, e vita excedat, concurrant id irritum esse, et tanquam scriptum, et tanquam non scriptum. Ex hoc sane praedicto placito, quum non admodum caute, ne dicam male, con-

[1]) φέρουσαν *coni. Spang.* — [2]) *Cod. Meerm. III.*; διαθετικῶν *Scrimg.*; διαθῆναι *Cod. Zuich.* — [3]) *Cod. Meerm. III., Zuich.*; διαθετικῶν *Scrimg.* — [4]) ἑπτὰ *Agyl.* — [5]) συνέλθοι τελείωσις τῆς γραφῆς *Cod. Meerm. III., Zuich.*; pro τῆς γραφῆς proposuit ἡ γραφὴ *Salmas.*

φαῖς, εἰ μὴ ταῦτα πάντα ὁμοῦ συνδράμῃ, πρὶν ἢ ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι τὸν, οὗ ἡ διαθήκη, ἀκυροῦσθαι αὐτὴν καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως. Ἐκ τούτου δὴ τοῦ προδιωρισμένου [1]) πάνυ ἁπλῶς (ἵνα μὴ λέγω κακῶς) ἔχοντος σύγχυσις ἔχει καὶ ἀπορία τὰ περὶ διαθηκῶν πράγματα. οἷς μὲν γὰρ δοκεῖ παντελῶς, ὥσπερ τὰ νόθα τῶν σπερμάτων, ἐκρίπτειν τὴν διαθήκην, καὶ ἄλλοις μὲν ἐκ τῆς περιουσίας ἐπιτρέπειν ὠφελεῖσθαι, τῷ θανόντι δὲ οὐδὲ τὸ βραχύτατον ὠφελείας ἐκ τῶν οἰκείων μετεῖναι, εἴπερ τις θανοῦσιν ὠφέλεια γίνεται. γίνεται δὲ ἀναζώντων ἐνίων εὐεργεσίας ἕλεῳ [2]) ἐκ τῆς ἐκείνου [3]) ἀποβιώσεως. ἀλλὰ γάρ, ὥσπερ εἶπον, οἱ μὲν οὕτως ἀξιοῦσι παντελῶς εὐγνώμονα τὸν ἄνθρωπον τῆς τῶν οἰκείων ὠφελείας, οἱ δὲ φιλανθρωπότερον διακείμενοι νέμουσι τῇ μὴ λαβούσῃ διαθήκῃ τὸ τέλειον διὰ τῶν σφραγίδων, εἰ καὶ μὴ ἐγγράφων, ἀλλ' ὁποίαν ἂν ἡ ἀγράφως κυρουμένη διαθήκη λαμβάνοι βεβαίωσιν. Οὕτως οὖν τὴν ἀμφισβήτησιν ταύτην πρὸς βλάβην οὖσαν ὁρῶντες τοῖς πράγμασι, τῆς φιλανθρωποτέρας τῶν δικασιῶν μερίδος γινόμεθα, καὶ τοῦ παλαιοῦ νόμου τὸ ἀχλυῶδες καὶ ἀμφίδοξον εἰς ἁπλῆν καὶ τρανὴν μεταβάλλομεν εἴδησιν. Τοιγαροῦν θεσπίζομεν, τὴν κατὰ τὰ ὀφειλόντα ταῖς ἐγγράφοις διαθήκαις παρακολουθεῖν ἀτελῆ διαθήκην, εἰ διὰ μαρτυρίας ἀγράφου πίστεως οὐκ ἀποροῖ, βεβαίαν εἶναι κατὰ τὴν τῶν ἀγράφων διαθηκῶν κύρωσιν, εἰ δ' ἀποροῖ τῆς διὰ μαρτύρων πίστεως, τότε ὡς μηδὲν ἔχουσαν ἀληθείας ἐχέγγυον ἀκυροῦσθαι. τίς γὰρ ἀκολουθία, μᾶλλον δὲ πῶς οὐ παντάπασιν ἄλογον καὶ ἀνόητον, νῦν μὲν τοὺς μάρτυρας τοιαύτης ἀξιοῦσθαι ἀποδοχῆς, ὡς καὶ τὰ μηδ' ὅλως γραφῇ δοθέντα κυροῦν, νῦν δ' αὐτοὺς παρὰ φαῦλον τίθεσθαι, ὡς μὴ ὄνιας ἀξίους τὰ παρὰ γραφῆς [4]) δηλούμενα βεβαιοῦν; καίτοι τρόπον τινὰ ἐνταῦθα ἰσχυροτέρα γίνεται ἡ πίστις. πῶς δὲ οὐχὶ μετὰ ταῦτα παράλογον καὶ ἀναιδῆ τοῦ δικαίου προδοσίαν ἔχει; τί γάρ, εἰ τῆς διατάξεως ἀρχὴν μὲν λαβούσης γραφῆ δίδοσθαι, καὶ τὰ διατεταγμένα ἐκοπῆς ἐνηχήθησαν οἱ τούτοις τὴν ἀξιοπιστίαν χαριζόμενοι μάρτυρες, εἶτα ἡ τὸν γραφέα νόσος καταίσχυνε, ἢ καὶ θανατος αὐτὸν προανήρπασε, μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ τὸν διαθέμενον (οἷα πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀπροόρατα συμπτώματα ἔρχεται); διὰ τοῦτο ἄδικα πείσονται, στερούμενοι τῆς ἐν τῇ βουλῇ τοῦ θανόντος χειμένης εὐεργεσίας, οἱ ταύτης ἀπολαύειν παρ' αὐτοῦ ἠξιωμένοι; καὶ τὸ σχετλιώτατον, οὐ μέχρι τῶν ζώντων ἔστηκε τὸ κακόν, ἀλλὰ καὶ τὸν θανόντα διώκει, καὶ ἀποσιεροῖ τοῦτον (ὅσον ἦκεν εἰς γνώμην τῶν ἀκυρούντων τὴν διαθήκην) τῆς παρὰ τοῦ οἰκτίρμονος θεοῦ συμπαθείας, ἣν μεῖζεν αὐτὸν ἐλπὶς ἐκ τοῦ εὖ ἑτέροις γινέσθαι ἐκείνου τῶν ἀνθρωπίνων ἀπογενομένου. Διὰ τοῦτο ταῦτα συνεγνωκὸς τὸ ἡμέτερον κράτος σαφῆ καὶ ἀναμφίβολον ἐθέσπισε τύπον, ὡς εἴπερ μόρον οἱ μαρτυροῦντες φαῖεν οἰκείαν τοῦ ἀνθρώπου τὴν διαθήκην, μὴ ἀθετεῖσθαι αὐτήν, ἀλλὰ βεβαίαν εἶναι, κἂν μὴ μόνον αἱ σφραγῖδες ἐνεδέησαν ἐπικεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν μαρτύρων ὑπογραφαὶ μετὰ σφ ἀγισμάτων ἐλλείπουσιν. ΔΙΑ-

conceptum sit, confusio atque ambiguitas rem testamentariam invadit. Aliis enim videtur testamentum, velut adulterina semina, prorsus abiiciendum, et aliis quidem ut ex bonis utilitatem capiant permittere, defunctis vero ne minimum quidem utilitatis ex rebus suis accedere, si quidem defuncti utilitatem aliquam sentiunt. Sentiunt autem, quum ex ipsorum morte per beneficii erogationem nonnulli reviviscunt. Verum enim, ut dixi, alii ita a rerum suarum utilitate hominem prorsus arcere volunt, quibus vero benignior sententia animo residet, testamento, quod sigillorum impressione perfectionem non accepit, si non ut scriptum censeatur, certe tamen qualem non scriptum accipit vigorem tribuunt. Nos itaque hanc ambiguitatem adeo rebus humanis esse damnosam videntes, benigniori indicum sententiae accedimus, et veteris legis caliginem et ambiguitatem in simplicem atque apertam cognitionem convertimus. Igitur sancimus, testamentum, respectu eorum, quae scripto testamento adesse debent, imperfectum, si tamen per testimonia non scripti testamenti fide non egeat, vigore non scripti testamenti firmum esse, si vero fide per testes facta indigeat, tunc, ut quod nihil ad faciendam fidem idoneum habeat, infirmari. Quae enim ratio est, immo quomodo non omnino absurdum et irrationabile est, alias quidem testes tali approbatione dignari, ut etiam scripturae non mandata confirment, alias vero eos, quasi qui per scripturam declarata confirment indignos vilipendere? quanquam hic quodammodo firmior fit fides. Quomodo vero id detestandam et inverecundam aequitatis proditionem non continet? Quid enim, si testamentum scripto quidem tradi coeperit, quodque constitutum est dignorum fide testium auribus insonuerit, deinde vero scribam morbus corripuerit, aut mors et am ipsum sustulerit, mox vero etiam testatorem? ut multa hominibus ex improviso contingunt. Ita, quos is moriens beneficio dignos censuit, illi eo privati iniuriam sustinebunt, et, quod gravissimum est, non solum inter viventes malum consistit, verum etiam mortuum insectatur, eumque privat (quantum ad eorum, qui testamentum irritum faciunt, sententiam attinet) misericordis dei commiseratione, cuius participem illum fore ex eo, quod ipso defuncto alii beneficiis subleventur, spes erat. Propterea nostra potestas his cognitis, evidentem atque indubitatam formam sancivit, ut, si testes tantum dicant illius hominis proprium id esse testamentum, id non improbetur, sed firmum sit, tametsi non solum signacula, sed etiam cum subsignatione testium subscriptiones desint.

Const. XLIII.

Καὶ οὗτος ἡμῖν ὁ νόμος, ὃς ἀφαιρεῖται τῶν θαλαττίων χωρίων τὴν ἐξουσίαν τῶν οὗ παρὰ τοῖς προθύροις θάλασσα ὁρᾶται (ἀλλὰ γὰρ οὐ μόνον τοῦτο, ὑπάγει δὲ καὶ τῇ περὶ τῆς ὕβρεως ἀγωγῇ κωλύοντα τοὺς ἐκεῖ ἀποκεχρῆσθαι τῇ ἁλιευτικῇ τέχνῃ προθυμουμένους), οὐ δίκαια ἐπιτρέπων ἐφάνη. Πᾶν γάρ, ὃ μὴ ἀδίκῳ λόγῳ πρὸς ἐξουσίαν τινὶ περιῆλθεν, εἴτε γονέων κλῆρος, εἴτε πόνων ἰδίων κτῆμα, εἴθ' ἑτέρῳ τινὶ μὴ ἀπηγορευμένῳ τρόπῳ, πῶς οὐχὶ καὶ πρὸς τὴν ἐπιτροπὴν τοῦ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντος ἀνακείσεται, κἀκείνῳ τὰς ὠφελείας πολὺ πρότερον, ἀλλ' οὐχ ἑτέρῳ παρέξει; Οὐκ ἔστιν οὖν πρὸς τὸ εὐθὺ ἀφορῶντος νόμου ἑτέρους εἰσάγειν πρὸς τὴν ὠφέλειαν, οὗ μηδὲν ὑπεβάλοντο, καὶ ἀποστερεῖν ἐκείνους ταύτης, οἳ πάντως γε ἢ τίμημα, ἢ συγγενείας δίκαιον, ἢ ἄλλον τινὰ τρόπον οὐκ ἀπηγορευμένον εἰς τὴν τοῦ χωρίου κατεβάλοντο κτῆσιν. τὸ δὲ καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ἐτησίους φόρους ἀπαιτεῖσθαι μέν, ὡς αὐτῷ διαφέροντος τοῦ τόπου, ἀπελαύνειν δ' ἐκεῖθεν τὸν ἔξω τῆς ἐκείνου γνώμης βουλόμενον τῇ ὠφελείᾳ χρῆσθαι μὴ δύνασθαι, ἀλλ' εἰ τοῦτο ποιεῖν ἐθελήσοι, ταῖς περὶ ὕβρεως αἰτίαις ἐτάζεσθαι, πῶς οὐχὶ μετὰ τοῦ ἀδίκου παντελῶς καὶ παράλογον; τί δέ, εἰ ὁ τοῦ χωρίου δεσπότης οὐκ ἀμαθὴς ἁλιευτικῆς, ἆρα καθευδεῖται μὲν αὐτὸς ἀργῶν, ἄλλοις δ' ἐπιτρέψει τὰ τῶν προθύρων κέρδη θηρᾶν; ἢ τὴν μὲν ἀργίαν οὐκ ἀσπάσεται, ἑτέρων δὲ πρόθυρα ἁλιεύων περινοστήσει, ἐν δὲ τοῖς οἰκείοις ἐργάζεσθαι αὐτῷ οὐκ ἐξέσται; Ἀλλ' οὐχ ὁρῶ τίνα τρόπον οὕτως ἔσται. Τοιγαροῦν θεσπίζομεν, τῶν ἰδίων προθύρων ἕκαστον ἀκωλύτως δεσπόζειν καὶ κύριον εἶναι, τοὺς δ' εἴ τινες βουληθεῖεν χωρὶς τῆς αὐτοῦ ἐπιτροπῆς τῆς τῶν προθύρων ἀπολαύειν ὠφελείας, ἐκδιώκειν. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς ξηρᾶς ἔχει, καὶ πᾶς τῆς οἰκίας δεσπότης, μετὰ τῆς χρήσεως ταύτης καὶ τῶν προθύρων ἔχει τὴν κτῆσίν τε καὶ αὐλήν, οὕτως εὔλογον καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ὑπολαμβάνομεν ἔχειν, καὶ ὥσπερ ἐν τῇ ξηρᾷ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων οὐδενὶ συγχωρεῖται παρὰ γνώμην τοῦ κεκτημένου καρπίζεσθαι, ἀλλ' εἰ καρποὺς ἐκεῖθέν τις συναγάγοι, ἢ λαμβάνοι τὴν χάριν τῇ τοῦ δεσπόζοντος φιλοφρονήσει, ἢ τὴν ὑπὲρ τοῦ τόπου κατατιθέμενος πρόσοδον, οὕτω καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ εἶναι ὁρίζομεν.

ΔΙΑ-

Constitutio LVI.

DE ORIS MARITIMIS.

Idem Imperator eidem Styliano.

Haec etiam lex, quae maritimorum praediorum ius tollit eorum, quorum ab ostiis mare conspicitur (at vero non hoc solum, subiicit vero etiam eum, qui illic piscandi arte uti volentes prohibeat, iniuriarum actioni), nobis non aequa statuere visa est. Quidquid enim non iniusto titulo in cuiuspiam potestatem devenit, sive parentum hereditas, sive laborum proprio-rum emolumentum, sive alio quo non illegitimo modo, cur non etiam ab eo, qui in dominio habet, administretur, et illi non longe potius, quam alteri utilitatem praebeat? Non est igitur legis, quae aequitatem spectet, ut alios ad utilitatem rei, in quam nihil iuris habent, introdu at, et illos hac privet, qui omnino aut pretium solutum, aut cognationis ius, aut alium aliquem possidendae rei non illegitimum titulum laudant. At vero etiam ab illo, tanquam loci illius domino, annuum quidem tributum exigi, expelli vero inde illum, qui, quum praeter eius voluntatem loci commodis uti velit non possit, sed si hoc faciat, iniuriarum actionibus tentari, quomodo id, praeterquam quod iniquum est, non omnibus modis etiam absurdum est? Quid autem si praedii dominus piscatoriae artis non ignarus sit, num ipse otiosus quidem dormiet, aliis vero orarum emolumenta venari permittere debebit? aut, si quidem otium non amplectetur, in aliorum oris errabundus piscabitur, in suis autem id ipsi non licebit? At quare id ita erit, nullam equidem rationem video. Sancimus itaque, ut quisque oras suas inconcusso iure possideat illorumque dominus sit, atque eos, qui sine ipsius permissu illorum emolumento frui velint, propellere possit. Nam quemadmodum in terrenis locis iuris est, et cuicunque domus dominus praeter illius usum vestibulum quoque atque atrium possidet, id ita etiam in maritimis obtinere rationi consentaneum putamus, et sicut in terrenis locis praeter voluntatem domini ex alieno fructus percipere nemini conceditur, sed si quis fructus ex alieno colligit, eos vel benignitatem domini reveritus percipit, vel pro loci usu vectigal solvens, sic etiam in maritimis observari praecipimus.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ νζ.

[Περὶ τοῦ μέτρου τῆς ἀποστάσεως τῶν ἐποχῶν ἐν τῇ τῶν ἰχθύων θήρᾳ [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἐπειδὴ πλείστων νόμων περὶ ἰχθύων διοριζόντων θήρας, ἐκεῖνο τὸ μέρος ἀδιορίστον ὁρᾶται νόμῳ, δ ἐποχὴν ὀνομάζειν ἐγνώκασιν (ὡς ἔοικεν, οὕπω τούτου τοῦ ἐπιτηδεύματος γνωρίμου τυγχάνοντος, καθ' ὃν καιρὸν εἰς γένεσιν οἱ νόμοι παρῆρχοντο), βουλόμεθα καὶ τοῦτο νόμου διαταξιν ἀποφέρεσθαι. Ὅπερ οὖν ἀνεὶ νομίμου ψηφίσματος γνώμην οὐκ ἔξω τοῦ πρέποντος φερομένην ἔδοξεν ἐν τούτῳ τῆς θήρας τῷ ἐπιτηδεύματι διατᾶν τῇ συνηθείᾳ (φαμὲν δὲ [2]) τὸ μέχρι τριακοσίων ἑξηκοντα καὶ πέντε ὀργυιῶν παρατεινόμενον μέτρον τῶν ἀποσιάσεων), τοῦτο ἡμεῖς νόμου τιμῶντες ἀξιώματι ἀπὸ τοῦ παρόντος νόμον εἶναι θεσπίζομεν. εἰ γὰρ καὶ χωρὶς τοῦ τετιμῆσθαι τούτῳ δὴ τῷ προνομίῳ καλῶς ἔχειν δοκεῖ τοῖς νῦν τα περὶ ἐποχῶν ταυτη τῇ γνώμῃ ῥυθμίζεσθαι, ἀλλ' ὅμως ἵνα μᾶλλον ἐν τῷ βεβαίῳ ᾖ, καὶ ἡ περὶ αὐτὴν εὐλάβεια διηνεκῶς σωζοιτο, νόμος ἔστω, καὶ ἀλλήλων ἀφισιάσθωσαν αἱ ἐποχαὶ το νενομισμένον τῇ συνηθείᾳ τῶν τριακοσίων ἑξηκοντα καὶ πέντε ὀργυιῶν διάσημα, δηλονότι ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ τοιούτου μέτρου τοῦ διασήματος λαμβανομένου, ὡς εἶναι τὰς μὲν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα δύο καὶ ἥμισυ ἀπὸ τῶν ὁρίων τοῦ ἑνὸς διηκούσας μέρους, τὸ δὲ λοιπὸν μέτρον διήκειν μέχρι τοῦ γειτονεύοντος. Ταῦτα δὲ φαμὲν περὶ τῶν μεταγενεστέρων τοῦ παρόντος νόμου δεχομένων τὴν σύστασιν καὶ παραγωγήν. αἱ γὰρ προφθάσασαι το νῦν δεδογμένον ἐποχαί, «ἂν μὴ τῷ διορισθέντι ἀφεστήκασι διαστήματι, οὐδὲν ἐκ τοῦ νόμου καινοτομηθήσονται, ἀλλὰ διαμενοῦσιν ἐφ' ἧς ἐξ ἀρχῆς ἔλαχον στάσεως.

Constitutio LVII.

[QUANTUM IN PISCATIBUS REMORAE PISCATORIAE INTER SE DISTARE DEBEANT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Quoniam quum plurimae leges de piscatione statuant, illud, quod ἐποχὴν nominandum putarunt, lege definitum non cernitur, negotio ipso, ut videtur, quo tempore leges illae promulgabantur, nondum cognito, hoc quoque legis constitutionem auferre volumus. Quam itaque iuris rationem in hoc piscationis instituto pro legitimo decreto obtinere consuetudini visum est (ut nempe interstitiorum modus ad trecentos sexaginta quinque passus protendatur), hoc nos legis dignitate honorantes, dehinc legem esse sancimus. Nam tametsi etiam citra hoc privilegium, ut remorae piscatoriae ad hanc rationem disponantur, praesentis aevi hominibus bonum videatur, simul tamen, quo id firmius sit, cautiusque in aeternum observetur, lex sit, et remorae illae trecentorum sexaginta quinque passuum intervallo a consuetudine approbato inter sese distent, scilicet ab utraque parte eius intervalli modo desumto, ut centum quidem octoginta duo et semis ab unius partis finibus extendantur, residuum vero spatium ad vicinum usque pertingat. Haec vero de constituendis introducendisque post hanc legem remoris dicimus; quae enim remorae hoc decretum praevenerunt, tametsi praestituto hoc intervallo non distent ex eius praescripto tamen non novabuntur, sed permanebunt in eo statu, quem ab initio habuerunt.

[1]) *Rubricam composuit Steph.* — [2]) δὴ *Cod. Meerm.*; ἐπὶ *Zuich.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ νη.

[Περὶ τοῦ μηδένα τὸ αἷμα βρῶμα ποιεῖσθαι, οὐδ' αὐτὸ πιπράσκειν ἢ ὠνεῖσθαι [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Καὶ πάλαι τῷ νομοθέτῃ Μωσῇ θεὸς ἐντέλλεται αἷμα οὐ φαγεσθαι, καὶ παρὰ τῶν κηρύκων τῆς χάριτος ἀπέχεσθαι τῆς τοιαύτης νενομοθέτηται βρώσεως. καὶ οὕτω κἂν τῇ παλαιᾷ, κἂν τῇ νέᾳ χαριτι συμφώνως ἀθεμίτου δοκοῦντος καὶ ἀποβλήτου τοῦ πράγματος, εἰς τοσοῦτον αὐθαδείας μᾶλλον δὲ παραπληξίας ἦκουσιν ἄνθρωποι, ὡς μηδ' ἑτέρα τῶν νομοθεσιῶν ὑπέχειν εὐήκοον οὖς. ἀλλ' ἀναίδην οἱ μὲν κερδους ἕνεκα, οἱ δὲ τὸ γαστρίμαργον θεραπεύοντες καταφρονοῦσι μὲν τοῦ παραγγέλματος, βρῶμα δὲ ποιοῦνται τὸ ἀπηγορευμένον [2]) εἰς βρῶσιν αἷμα. ἀνηνεκται [3]) γὰρ ταῖς ἡμετέραις ἀκοαῖς, ὅτι περ ὡς χιτῶσι τοῖς ἑτέροις [4]) τοῦτο διαλαμβανοντες, καθάπερ τι τῶν συνήθων βρωμάτων διδοασι τῇ γαστρί. Τοῦτο οὐκ ἀνασχετὸν ἡ βασιλεία ἡμῶν ὑπολαμβάνουσα, οὔθ' οὕτω παράνομον ἐπίνοιαν πρὸς μόνην γαστέρα κεχηνότων τῶν [5]) ἀνδρῶν ὑβρίζειν μὲν θεῖα ἐντάλματα, ὑβρίζειν δὲ τῆς ἡμετέρας πολιτείας τὸ ἔντιμον ἀνεχομένη, κελεύει τὸ τοιοῦτον ἄγος μηδ' ὅλως τινὰ εἰς τόλμαν ἐκφέρεσθαι

Constitutio LVIII.

[NE EX SANGUINE CIBUS CONFICIATUR.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Et olim legislatori Mosi sanguine vescendum non esse mandavit deus, et ab istiusmodi cibo abstineri debere a praeconibus gratiae est constitutum. Atque ita quamquam cum veteris tum novae gratiae tempore illa res illicita habita sit et nefaria, in tantam audaciam, immo vero vecordiam homines processerunt, ut neutri legi aurem praestarent morigeram, sed impudenter alii lucri, alii gulae cau a praeceptum quidem contemnunt, in escam vero, qua vesci vetitum est, sanguinem convertunt. Perlatum enim ad aures nostras est, quod tanquam tunicis illum sumentes velut consuetum aliquem cibum ventri praebeant. Quod tolerari non debere imperatoria nostra maiestas ruta, neque tam impio soli gulae inhiantium hominum invento tum praecepta divina, tum reipublicae nostrae honestatem dedecore affici sustinens, iubet, ne quis id scelus neque ad suum usum, neque ut emtores detestando cibo contaminentur, ullo modo exercere audeat. Ac sciat, quicunque divinum mandatum contemnere, sanguinemque in cibum convertere (sive venditor

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) ἀπηγορευθὲν *Cod. Meerm. III.* — [3]) ἀνηνέχθη *Cod. Meerm. III., Zuich.* — [4]) ἑντέροις *Agyl.* — [5]) τῶν *om. Zuich.*

σθαι ἐπιτηδεύειν, μήτε πρὸς οἰκείαν χρῆσιν, μήθ' ὥστε ἄλλους ὠνουμένους ἐναγεῖ καὶ αμιαίνεσθαι βρώματι. καὶ ἴσιν πᾶς τις ὁ ψωραθεὶς καὶ λιχνωρήσας, ἀπὸ τοῦ παρόντος καιροῦ, τοῦ θείου ἐντάλματος, καὶ τὸ αἷμα βρῶμα ποιούμενος (κἂν τε πιπράσκων κἂν τε ὠνούμενος εἴη), ὡς [1]) τῶν τε προσόντων δημεύσει ὑποβληθήσεται, καὶ μετὰ τὸ εἰς τὸ σῶμα πικρῶς αἰκισθῆναι, καὶ ἐν χορῷ κουρίᾳ τμασθῆναι φυγῇ τῆς πατρίδος ἀϊδίῳ ζημιωθήσεται. Ἐπὶ ταύτῃ δὲ τῇ δίκῃ καὶ τοὺς ἐν ἑκάστῃ πόλει ἐπάρχοντας μὴ ἀφείσθαι ἀνεγκλήτους προσιάσομεν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς (οὐκ ἂν γὰρ τοῦτο παρενομεῖτο, εἰ τῷ πρέποντι δραστηρίῳ ἀρχικοῖς ἀνδράσι τὴν ἀρχὴν διεκόσμουν) δέκα λιτρῶν χρυσοῦ ζημίαν ὑπέχειν τῆς ἀμελοῦς καὶ ῥᾳθύμου τῶν ὑποχειρίων ἐπιστασίας.

ditor sit, sive emtor) deprehensus fuerit, se bonorum publicationi subiiciendum, et ubi acerbum in modum flagris caesus, ac cute tenus foede tonsus erit, perpetuo patriae exilio mulctandum esse. In hoc vero iudicio etiam civitatis cuiusque magistratus citra criminationem dimittendos non esse censemus, sed ipsos etiam (neque enim, si illi conveniente alacritate magistratum gessissent, contra legem peccaretur), quod negligenter et socorditer subditis praefuerint, decem librarum auri mulctam sustineant.

[1]) *Steph.* ; ὡς *om. Scrimg.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ νθ'.

[Περὶ τοῦ, ἐάν τις ἐλεύθερος πεφυκὼς ἑαυτὸν εἰς δουλείαν ἀπεμπολοῖη, μὴ συνεσιηκέναι τὴν πρᾶσιν· καὶ περὶ τοῦ ἀθετεῖσθαι τὸν βουλόμενον αὐτὴν βεβαίαν εἶναι νόμον [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Εἰς καὶ οὗτος νόμος ἐστὶ τῶν μὴ πρεπόντων τῇ εὐταξίᾳ τῆς ἡμῶν πολιτείας, μήτε ἀποδοχῆς ἀξίων, μήτε χώραν ὀφειλόντων λαβεῖν ἐνεργείας, ὃς τὸν ἐλεύθερον μὲν πεφυκότα, φαυλότητι δὲ γνώμης τὸ τίμιον τῆς ἐλευθερίας ἐβρίζοντα, καὶ τὴν οἰκείαν ἐμπορευόμενον δουλεύσιν ἐπὶ τὸ [2]) κέρδος μιαρὸν ἀντὶ τῆς δουλείας τοῦ καταβεβλημένου τιμήματος συμμοιράσασθαι, ἀσωφρόνιστον ἐῶν, οὐκ ἐπανορθοῖ τὴν παρανομίαν. Τοιγαροῦν τοῦ τὰ οἰκεῖα οὕτω τιθεμένου τὸν νόμον, ὃς παραχωρεῖ τὴν παραφροσύνην βεβαίαν ὑπάρχειν, ἀλλὰ μὴ μετὰ τοῦ ἀναιρεῖσθαι τὴν ἄτιμον ἐμπορίαν καὶ ποιναῖς ἀρμοζούσαις καθυποβάλλει τοὺς τοιαῦτα ποιεῖν ἀφρονευομένους, οὔτε νόμου προαίρεσιν διασώζειν ἴσμεν, οὔτε τῆς πρεπούσης νόμοις αἰδοῦς τε καὶ τιμῆς ἐπιτυγχάνειν νομίζομεν ἄξιον. Εἰ γὰρ ὑπὲρ πατὴρ τέκνοις, τοῦτο δεῖ τοῖς πολίταις εἶναι τοὺς νόμους, πρὸς ἓν [3]) μόνον τὸ συμφέρον καὶ σωτήριον τῶν πολιτευομένων ὁρῶντας, ποῦ δίκαιος οὗτος νόμοις συνεξετάζεσθαι, τοιαύτην βλάβην καὶ ζημίαν συγχωροῦν ἐπικεῖσθαι τοῖς ἀνοήτως ἑαυτοὺς εἰς ταύτην ὑποβεβληκόσι; Τοῦτο οὖν ἐξοστρακίζοντες καὶ τῶν νόμων ἐκφυλλοφορούσῃς ἡμεῖς θεσπίζομεν, εἴ τις οὕτως ὀφθείη δυστυχῶν εἰς φρένας, καὶ δουλείαν ἐλευθερίας ἀντικαλλαττόμενος ἑαυτὸν ἀπεμπολοῖη, μὴ συνεσιηκέναι, ἀλλὰ ἀνατρέπεσθαι τὴν πρᾶξιν [4]), αὐτοῦ τε τοῦ προδότου τῆς ἰδίας ἐλευθερίας, καὶ τοῦ συγκακουργοῦντος αὐτῷ πληγαῖς τε εἰς τὸ σῶμα σωφρονιζομένων, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐν τῷ οἰκείῳ τηρουμένης σχήματι τῷ τῆς ἀνοίας ἀνδραπόδῳ. ΔΙΑ-

Constitutio LIX.

[ABROGATIO LEGIS, QUAE HOMINEM LIBERUM SE VENDERE PERMITTIT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Etiam illa lex, quae hominem libere quidem natum, ignavia vero animi libertatis dignitatem vilipendentem, et servitutem suam vendentem, quo exsecrabile pro servitute persolvendi pretii lucrum participet, non castigat, neque scelus illud corrigit, earum una est, quae rectum reipublicae nostrae statum decent, nec approbatione dignae sunt, neque auctoritatem accipere debent. Illi itaque de eo, qui res suas ita gubernat, latae legi, quae dementiam firmam esse permittit, neque praeter eversionem indignae illius mercaturae hos, qui per insipientiam talia faciunt, competentibus poenis subiicit, neque legis propositum scimus servare, neque quae conveniente legibus honore et reverentia potiatur dignam putamus. Si enim quod pater filiis, id leges civibus esse oportet, ut in hoc unum, quod illis conducat ac salutare sit, spectent, quomodo hanc legem, quae tantum incommodum atque damnum incumbere iis, qui per dementiam id in se coniecerunt, simil, legibus adnumerari aequum est? Hanc itaque exterminantes et ex numero legum eiicientes suncimus, si quis ita demens sit, ut libertatem servitute commutans se ipsum vendat, gestum non stare, sed everti, ita ut et ipse libertatis suae proditor, et is, qui cum ipso conspiravit, verberibus corporaliter castigentur, et vesaniae mancipio libertas in pristino suo statu servetur.

Const. LX.

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) τῷ *Steph.* — [3]) ἓν *om. Cod. Zuich.* — [4]) πρᾶσιν *Steph.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξ'.

[Περὶ τῆς τῶν εὐνουχιζόντων τιμωρίας, ἄλλως ἢ κατὰ τὸν πρόσθεν νόμον [1].]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Πρᾶγμα τολμώμενον μὲν ἀφειδῶς, ὡς μηδεμιᾶς παρὰ θεῷ δοκοῦν ἔνοχον δίκης, μάλιστα δὲ ὂν ἄξιον δίκης, ἢ ἐκτομὴ τῆς ἐντεθειμένης ὑπὸ θεοῦ τῇ φύσει δυνάμεως πρὸς διαδοχὴν τοῦ γένους, πάλαι μὲν τιμωρουντι νόμῳ διὰ προνοίας ἐγεγόνει τοῖς νομοθέταις λαβεῖν ἐκκοπήν, ὥστε τῆς τοιαύτης ἐπινοίας καθαίρειν τὴν ἡμετέραν πολιτείαν, οὐκ οἶδα δέ, ὅπως δέον εἴπερ τινὶ ἄλλῳ, τούτῳ πείθεσθαι τῷ παραγγέλματι, καὶ φείδεσθαι λωβᾶν τῇ φύσει οὐχ οὕτω ποιοῦσιν, ἀλλ' ὥσπερ τι τῶν ὠφελίμων τὴν κατὰ τοῦ γένους τοιαύτην ἐπιβουλὴν λογιζόμενοι, τὰ δι' ὧν γένεσις ἀνθρώπου πρὸς φῶς ἔρχεται ἀποκείροντες ἀνθρώπους, ἕτερον αὐτοὶ πλάσμα, καὶ οὐχ οἷον οἶδεν ἡ τοῦ πλάστου σοφία τῷ κόσμῳ παρεισάγειν φιλονεικοῦσι. Τοῦτο οὖν ἡμεῖς οὐκ ἀνεκτὸν [2]) ἡγούμεθα παριδεῖν, ἀλλὰ νόμῳ τὴν περὶ αὐτοῦ ποινὴν ὁρίζοντες πειρώμεθα σὺν θεῷ τῆς τόλμης ἐπισχεῖν τοὺς οὕτω μὴ διευλαβουμένους τῷ θείῳ λυμαίνεσθαι πλάσματι. Ἡ μὲν οὖν τῶν προλαβόντων νομοθετῶν ψῆφος τοὺς τοῦτο τολμῶντας εἰς τὴν αὐτὴν ἀντιπεριΐσησι λώβην τοῖς παθοῦσι [3]) τοὺς λωβησαμένους, καὶ ὅπερ αὐτοῖς ἐπιθυμητὸν ἔδοξεν ἐν ἄλλοις ἰδεῖν, τοῦτο καὶ ἐν αὐτοῖς ὁρᾶν κατεπράττετο, οὐ λίαν ἔμοιγε [4]) ἀδίκως, εἰ καὶ μὴ λίαν πρεπόντως, ὁρίζουσα. οὐδὲ γὰρ ὅτι ἐκεῖνος ἐτόλμα οἷον ἀντιπλασιουργεῖν τῷ θεῷ, διὰ τοῦτο καὶ τὸν ἐκδικοῦντα μιμεῖσθαι καὶ ἀντιπλαστουργεῖν ἔχει καλῶς, πλὴν ἀλλὰ πρός γε τὴν ἀπόνοιαν, οὐ λίαν, ὥσπερ ἔφην, ἄτοπον. Ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ ἄλλως ἐτιμωρεῖτο τοὺς ἀνόσιον [5]) ἔργον τολμῶντας. τά τε γὰρ προσόντα ἐδημοσίου, καὶ κἀδίᾳ φυγῇ κατεδίκαζε, καὶ τὸν ὑποσπάντα τὴν ἀδικίαν δοῦλον ὄντα ἐλευθερίᾳ ἐτίμα. Ἡ μὲν οὖν τῶν προλαβόντων νομοθεσία τοιαύτη, ἡμεῖς δὲ περὶ τοῦ πράγματος ψῆφον ἐξάγοντες, τὸ μὲν ἀντιλωβᾶσθαι τοὺς ἐπιβούλους τῆς φύσεως παραπλησίῳ λώβῃ ἀπαγορεύομεν, τοῖς δ' ἄλλοις ἐπ' αὐτῷ ὡρισμένοις, εἰ καὶ κἀνταῦθα πρὸς τὸ φιλανθρωπότερον ἡ δίκη ὁρᾷ, ἀλλ' οὐν ὑποκεῖσθαι αὐτοὺς οὐκ ἀπαρέσκει. Θεσπίζομεν οὖν, πρῶτον μὲν προσκαλεσάμενον τὸν ἐνεργοῦντα τὴν κακοτεχνίαν, ἐφ' ᾧ ἐνεργήσει, εἰ μὲν ἐν [6]) τῷ καταλόγῳ τῶν βασιλείων ἀνθρώπων τελεῖ, ἐκκόπτεσθαι τοῦ καταλόγου, ἔπειτα δὲ καὶ δέκα λιτρῶν χρυσίου εἰς τὸ δημόσιον ἀναφερομένων ζημίαν ὑπέχειν, καὶ μέχρι δέκα ἐτῶν ὑπερόριον τῆς πατρίδος γίνεσθαι, τὸν δὲ τῆς κακοτεχνίας ἐργάτην καὶ αὐτὸν πρῶτον μὲν μάστιξι ταῖς εἰς τὸ σῶμα καὶ ἐν χρῷ κουρείᾳ ἀτιμάζεσθαι, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ὄντων ἀποστερεῖσθαι, καὶ σφ καιροῦ μέτρῳ τῆς ἐνεγκούσης φεύγειν. ὁ δὲ τὴν ἀδικίαν ὑποστάς, εἰ μὲν τῶν ὑπὸ δουλείαν τελούντων εἴη, τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τῆς αὐτοῦ ζωῆς δουλικῆς τύχης ἀμείνων ἔσται, εἰ δὲ τῶν ἐλευθέρων προσώπων, ὡς αὐτὸς ἑαυτῷ, δι' ὧν κατεδέξατο, οὐκ ὢν τῆς ἀδικίας ἀναίτιος, τῆς [7]) οἰκείας γνώμης, ὅπερ ἔπαθε, τοῦτο κερδήσει. Εἰ μέντοι γε (οἷα πολλὰ συμβαίνει) βλάβην ὑποσιάντος τοῦ ζώου ἡ ἐκτομὴ τὴν θεραπείαν φέρει, τοῦτο οὐθ' ἡμῖν, οὔτε τῷ νόμῳ ὑπεναντίον δοκεῖ. οὐ γὰρ λώβη, ἀλλὰ βοήθεια τοῦ πλάσματος τὸ πρᾶγμα ἐστί. ΔΙΑ-

Constitutio LX.

[QUA POENA CASTRATORES AFFICI DEBEANT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Res impudenter quidem admissa, quasi nulli apud deum poenae obnoxia, maxime autem poena digna, ad propagandum genus a deo naturae inditae potestatis exsectio, veteribus quidem legislatoribus curae fuit, ut id malum ultrice lege excideretur, quo respublica ab istiusmodi invento munda esset, haud scio vero, quanquam si cui alii, huic certe praescripto obtemperari, atque a naturae mutilatione abstineri aequum sit, quamobrem non ita faciant homines, sed tanquam utile aliquid, istiusmodi adversus generandi vim insidias reputantes, membra, quae homini nascendi causam suppeditant, mutilent, et creaturam aliam, quam qualis conditoris sapientiae placuit, in mundum introducere intendant. Hoc igitur nos negligere minime rectum putamus, sed lege in id poenam constituentes, quorum adeo divinam creaturam deformare religio non est audaciam auxiliante deo reprimere conemur. Ac superiorum quidem legislatorum decretum eos, qui id auderent, ad eandem mutilationem, quam aliis intulerint, adegit, et quod ipsi in aliis videre desideraverint, id etiam in se videre, effecit, idque me iudice non ita iniuste, quanquam non valde decore, constituit. Non enim quia ille creaturam dei quasi refingere ausus est, propterea etiam vindicem id imitari et pariter refingere aequum est, veruntamen, quantum ad insaniam attinet, non valde, quemadmodum dixi, ineptum est. Ad hoc autem alio etiam modo impium hoc factum audentes puniebat. Bona enim publicabat, et perpetuo ipsos exsilio adiudicabat, et qui iniuriam sustinuisset, si servus esset, libertate honorabat. Atque superiorum quidem legislatio haec erat, nos vero de re illa sententiam pronuntiantes, naturae quidem insidiatores simili mutilatione mutilari prohibemus, reliquis autem isti crimini constitutis, licet hic etiam ad clementiam poena spectet, subiacere tamen ipsos non displicet. Sancimus igitur, primum quidem eum, qui malae huius artis artificem ad castrandum advocarit, si quidem in numero imperatoriorum hominum sit, catalogo eximi, deinde vero etiam decem auri librarum fisco inferendarum multam sustinere, et in decennium relegari, malae vero istius artis artificem et ipsum primum quidem flagris cuteque tenus tonsione deformari, deinde vero etiam bonis privari, et eodem temporis spatio patria exsulare. Qui autem iniuriam sustinuit, si quidem servilis conditionis sit, reliquo vitae suae tempore a servili statu liber erit, si vero inter liberos homines versetur, tanquam ipse sibi, quod passus est, iniuriae auctor, suo consensui quod sustinuit acceptum feret. Attamen si homini laeso exsectio, ut saepe fit, remedium attulerit, nihil neque nobis, neque legi id adversari videtur. Id enim naturam non mutilare, sed illi succurrere est.

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) ἠνεκτὸν *Scrimg.*; ἀνεκδίκητον *coni. Steph.* — [3]) *Cod. Meerm. III., Zuich.*; ποθοῦσι *Scrimg.* — [4]) ἔμοιγε χριτῇ *vel* παρ' ἔμοιγε χριτῇ *coni. Steph.*; ἔμοιγε δοκεῖν *emend. Agyl., quod melius est.* — [5]) τοὺς τοῦτο τὸ ἀνόσιον *Steph.*; τοὺς τὸ ἀνόσιον *Spang.* — [6]) *Steph.*; ἐν *om. Scrimg.* — [7]) ἀπο τῆς *Steph.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξα'.

[Περὶ τοῦ μή, κατὰ τὸν πρόσθεν νόμον, περὶ ψυχὴν κινδυνεύειν τοὺς διοικητὰς ὑπερεκτείνοντας τὰ τέλη. καὶ περὶ τοῦ πῶς δεῖ αὐτοὺς ζημιοῦσθαι [1].]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ὡς ἦν μακάριον καὶ τῷ βίῳ σωτήριαν τὴν εὐθεῖαν τοῦ δικαίου τρίβον βούλεσθαι τοὺς ἀνθρώπους βαδίζειν. οὐ γὰρ οὔτε νομοθείαις ἐδέησεν αὐσιηρίαν ἐνδείξασθαι, οὔτε τιμωροὶ νόμοι εἰς χαλεπότητα κινδύνων τινὰς περιῆστων. νῦν δ' ὑπαρχούσης λυσιτελοῦς καὶ σωτηρίου τῆς δικαίας πορείας, οὐκ ἐθέλουσι τῶν ἀνθρώπων οἱ πλεῖστοι ταύτην πορεύεσθαι, ἀλλ' ὡς ἐπίπονον καὶ τραχεῖαν καὶ ταλαιπωρίαν φέρουσαν τοῖς ὁδίταις ἐκκλίνουσιν. εἰσὶ γάρ, εἰσίν, οἷς ἀρέσκει τὰ χείρισια, καὶ ταύτης μὲν ἀπονεύοντες πρὸς δὲ τήν, ἧς ἐπέσπαρται ἄκανθα συχνή, ἀδικίαν [2]), καὶ ἧς πρὸς ἀπωλείας χρημνοὺς ἐλαύνουσιν οἱ ὁδῖται [3]), προθύμως βαδίζοντες. ὧν καὶ τὸ ἄτακτον ὅρμημα κολάζειν οἱ πάλαι δικαιώσαντες, ὥσπερ τινὶ χαλινῷ τῷ νόμῳ ἔθεντο γνώμην ἀναχαιτίζειν. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τοῦ σπουδὴν αὐτοὺς ἀναλαβεῖν ἐξελαύνουσαν ἀδικίαν, συνισταμένην δὲ τῷ δικαίῳ, καὶ τίς γὰρ ἂν οὐκ ἀποδέξαιτο; καὶ τὸ ἡμέτερον ἀποδέχεται κράτος [4]). Ὅτι δὲ μὴ κατ' ἀξίαν τοῦ πταίσματος ἔν τισι γνωρίζειν [5]) ἔγνωσαν τὴν ποινήν, οὐκ ἐν ἀποδοχῇ τὴν τοιαύτην ψῆφον ἐθέμεθα. τῆς κρίσεως γὰρ ἀπανιώσης κατὰ λόγον τοῦ ἁμαρτήματος τοῖς ἐξημαρτηκόσι δίκης ὡς ἀληθῶς ἐστὶ ψῆφος, καὶ δίκαιον τὸ τούτοις ἐπιτιθέμενον τίμημα, βαρυτέρας δὲ κολάσεως ἢ ἐφ' ὅσον ἔδει κολασθῆναι τὸ πταῖσμα προϊούσης, οὐκ ἔτι δίκης ἔργον, ἀδικίας δὲ μᾶλλον εἴη τὸ γινόμενον. Διὰ τοῦτο ἄρα τῶν πρὸ ἡμῶν ἐκτεθεικότων νόμον, ὃς τοὺς ἐπὶ συλλογὴν τῶν δημοσίων φόρων καθισταμένους (διοικητὰς δ' αὐτοὺς ἡ συνήθως ὁμιλία καλεῖν οἶδε) τολμῶντας ὑπερεκτείνειν πλέον τοῦ νενομισμένου τὰ τέλη, βαρυτάτην εἰσπράττεται δίκην (θανάτου γὰρ τὸ πταῖσμα τιμᾶται), ἐπεὶ μὴ κατὰ λόγον συγγινώσκομεν ὑποβάλλοντες τοὺς ἁμαρτάνοντας τῇ τοσαύτῃ ζημίᾳ, τοιοῦτῳ μὲν χώραν ἀποδιδόντες οὐ προσνέμομεν, θεσπίζομεν δὲ τὸν εἴ τις τοιούτῳ ἁλῷ περιπίπτων ἐγκλήματι, ἅπαξ μὲν τοῦ πράγματος τολμηθέντος, διπλῇ ἀπαιτήσει ζημιοῦσθαι, οὗ ὑπερεκτείνων ὤφθη τέλους τὴν εἰσπραξιν, εἰ δ' ἐπιμένοι τοῦτο πράττων, τετραπλάσιον ἀναστρέφειν τῷ ἠδικημένῳ τὸ ληφθέν, καὶ ἀτίμως τὸν ἐμπεπισευμένης φροντίδος ἐξίστασθαι. καὶ εἶναι ἀπό γε τοῦ νῦν τοῦ τοιούτου ἐγκλήματος ταύτην τὴν ζημίαν, ἀλλὰ μὴ περὶ ψυχὴν κινδυνεύειν τοὺς ἀδίκους εἰς χρήματα.

ΔΙΑ-

Constitutio LXI.

[TRIBUTORUM EXACTORES, SI PLUS QUAM DEBEANT, EXEGERINT, QUA POENA AFFICIENDI SINT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Si rectam aequitatis semitam mortales ingredi vellent, magna hinc communi vitae beatitudo et salus accederet. Non enim nec austeritatem prae se ferre legislatoribus opus esset, neque ultrices leges in periculorum difficultates aliquos coniicerent. Nunc vero quanquam commoda et salutaris aequitatis via sit, plerique tamen illam ingredi nolunt, sed tanquam laboriosa atque aspera sit, miseriasque viatoribus afferat, declinant. Sunt enim, sunt, quibus pessima quaeque placent, quique ab aequitatis itinere deflectentes, ad iniquitatis viam densis spinis stratam, et qua viatores in perditionis praecipitia aguntur, avido animo accedunt. Quorum etiam temerarium impetum veteres castigandum esse putantes, lege, tanquam freno, animum cohibere instituerunt. Sed quod illi studium posuerint in profligandis iniquitate et promovenda aequitate quis non probet? Et nostra maiestas probat. Quod vero in nonnullis non pro delicti merito poenam agnoscere voluerunt, istiusmodi decretum amplecti recusamus. Quando enim pro commissi ratione reis iudicium obvenit, aequum revera decretum est, et quae illis irrogatur poena iusta, at quando delictum gravius, quam oporteat, punitur, non id iustitiae, sed potius iniustitiae esse censendum est. Quapropter sane positam superioribus legem, quae illis, qui in colligendis publicis tributis occupati erant (διοικητὰς eos vulgus appellare consuevit), si supra legitimum modum tributa extendere audeant, gravissimam poenam infligit (morte enim id delictum persequitur), quoniam non merito tantae poenae illos subiici nos existimamus, admittendum quidem eam non censemus, sancimus vero, ut, si quis in id crimen incidisse deprehendatur, si semel quidem rem ausus sit, eius, quod amplius exegerit, duplum dependat, sin vero id facere pergat, in quadruplum, quod amplius captum est, ad laesum redeat, et ille ignominiose a concredito sibi officio decedat, atque sit posthac delicti huius haec poena, neque qui fraudem in pecuniaria re commiserunt, de vita periclitentur.

Const. LXII.

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) συχνὴν ἀδικίαν *Cod. Meerm. III., Zuich.*; συχνὰ *coni. Agyl., sed nihil opus videtur correctione.* — [3]) καὶ ὑφ' ἧς πρὸς ἀπωλείας χρημνοὺς ἐλαύνονται οἱ ὁδῖται *coni. Spang.* — [4]) *Ita locum distinxit Spang.*; δικαίῳ. καὶ τίς γὰρ ἂν οὐκ ἀποδέξαιτο καὶ τὸ ἡμέτερον ἀποδέχεται κράτος; *Scrimg.* — [5]) ὁρίζειν *coni. Steph.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξβ'.

[Περὶ τοῦ μή, κατὰ τὸν πρόσθεν νόμον, θανάτῳ κολάζεσθαι τοὺς τι ἀπεμπολήσαντας τοῦ δημοσίου ὑπάρχον, ἀλλὰ τιμωρίαν ἔχειν αὐτοὺς τὸ τετραπλάσιον ἀποδιδόναι [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἄξιον μὲν τοὺς δημοσίων ἀδικημάτων ἐνόχους κολάζειν, καὶ τοιαύταις ὑπάγειν τιμωρίαις, αἳ μέλλουσιν ὅτι μάλιστα πρὸς τὸ σῶφρον ἐπανάγουσαι τοὺς εὐκόλως ἐπὶ τοῦτο ὁρμῶντας ἀνακόπτειν τὰ ἀδικήματα, οὐ μὴν διὰ τοῦτο πλέον, ἢ ὅσον ἄξιον, τιμωρεῖν προσῆκε, οὐδ' ὑπερόριον αὐτοῦ βιάζεσθαι εἶναι τὸ δίκαιον, οὐδὲ σχήματι τῆς αὐτοῦ ἐκδικήσεως τῇ ἀδικίᾳ συνεισιέναι. τὸ μὲν γὰρ καὶτὰ τρόπον τοῦ ἁμαρτήματος τὸν ἐξημαρτηκότα κολάζεσθαι, τοῦτο δικαίου ἐκδίκησις, τὸ δὲ μεῖζον τοῦ πταίσματος ἀπαιτεῖσθαι τὴν εἴσπραξιν οὐκ οἶμαι σώζειν τὴν ὑπὲρ τοῦ δικαίου προαίρεσιν. Διὰ τοῦτο τὸ ἡμέτερον κράτος ἐν τοῖς ὑπὸ τῶν προγεγονότων νενομοθετημένοις, ἐν οἷς ποιναῖς ὑποβάλλουσι τοὺς τι ἀπεμπολεῖν τοῦ δημοσίου ὑπάχον τολμήσαντας, ψῆφον οὐκ ἐκ τοῦ δικαίου προσφερομένην ἐπείπερ κατέμαθεν, οὐκ ἔτι διορίζεται ταύτην ἰσχὺν ἔχειν τὰ τοιαῦτα τῶν ἐγκλημάτων. ποῦ γὰρ δίκαιον, τῷ, διότι ἀπημπολήσέ τι ὃ ζημίαν τῷ δημοσίῳ φέρει, ζημίαν ἀπαραμύθητον τὴν ἀφαίρεσιν τῆς ζωῆς ὑπάρχειν; Οὐδαμῶς οὖν ἄξιον τὸ πταῖσμα κολάζειν θανάτῳ, οὐδέ γε κρίνεσθαι ταύτῃ συγχωροῦμεν ἡμεῖς τοὺς ἁλισκομένους, ἀλλ' ὃς ἂν δημόσιον [2]) ἀπεμπολῶν φωραθῇ, τὸ τετραπλάσιον ἀποδιδοὺς ἀποχρώσαν ἐχέτω τὴν τιμωρίαν.

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) *τι add. Steph.*

Constitutio LXII.

[DE POENA EIUS, QUI REM ALIQUAM PUBLICAM VENDIDERIT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Iustum quidem est, publicarum iniuriarum reos castigare, et huiusmodi poenis subiicere, quae eos, qui ad id facile erumpant, optime ad temperantiam redigentes, iniurias succisurae sunt, verum idcirco non amplius, quam par est, punire, neque ius fines suos excedere, nec specie vindictae iniustitiae inhaerere convenit. Etenim pro delicti quidem modo delinquentem puniri, haec iusta ultio, at si gravior delicto poena infligatur, iuris propositum servari non existimo. Eapropter nostra maiestas, quoniam in iis, quae a superioribus constituta sunt, quibus eos, qui publicae rei aliquid divendere ausi sunt, poenis subiiciunt, non iustam sententiam proferri didicit, eius criminis persecutionem non amplius hanc vim habere decernit. Quomodo enim iustum est, ut ei, quia aliquid, quod detrimentum fisco afferat, vendidit, incurabile damnum, vitae privatio, obveniat? Nequaquam itaque delictum illud morte puniri dignum est, neque nos in hoc facto deprehensos ita iudicari sinemus, sed qui publicam rem divendere deprehensus fuerit, ubi quadruplum reddiderit, satis poenarum sustinuisse putetur.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξγ'.

[Περὶ τῆς κολάσεως τῶν τοῖς ἐναντίοις τῶν ἀπηγορευμένων τὶ διακομισαμένων, καὶ ὥστε μὴ θανάτῳ αὐτοὺς κατὰ τὸν πρόσθεν τιμωρεῖσθαι νόμον [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Καὶ τοῦτο τῆς αὐτῆς ὂν αἰτίας τὸ ἔγκλημα, καὶ ἴσῃ δίκῃ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ὑποβεβλημένον, ἡμεῖς ἐξαιροῦντες αὐτὸ τῆς παραμυθίου οὐ δεχομένης κολάσεως (φημὶ δὴ τῆς θανάτου ἐχούσης τὸ ἐπιτίμιον), φιλανθρωποτέρας, ὥσπερ καὶ τὰ προειρημένα, ἀξιοῦμεν δίκης. Νενομοθέτηται μὲν γὰρ τοῖς παλαι περὶ τοῦ μὴ δεῖν πρὸς τοὺς πολεμίους διαπορθμεύεσθαι, ἃ συγχωρεῖν αὐτοὺς μέλλει καὶ βιαιοτέρους ἀποτελεῖν, καὶ τοὺς καταφρονητὰς τοῦ θεσπίσματος ψήφῳ τοῦ ζῆν ἐξεκώμιζεν. Ἡμεῖς δὲ καὶ τοῦτο, εἰ καὶ δρμεῖαν ἀπαιτεῖ τὴν ποινήν, ὅμως φιλανθρωποτέρᾳ διδόντες, τοιαῦτα διοριζόμεθα, εἰ μὲν εἷς κύριος τῆς νεὼς ὁ τῶν ἀπηγορευμένων διακομίζεσθαι τοῖς ἐναντίοις τὴν εἰσαγωγὴν ποιησάμενος, γνώμης [2]) μὴ [3]) κοινωνήσας τοῖς ναύταις, μόνος ὑφισάσθω τὴν ποινήν, καὶ ἔτι πάντος τοῦ φόρτου, καὶ εἴ γε [4]) μὴ πάνυ ἄπορια πιέζοι, καὶ τρίτην τῆς ἄλλης περιουσίας τῷ δημοσίῳ κατβαλέσθω μοῖραν. εἰ δὲ πρὸς τοὺς ναύτας τὸ τολμηθὲν ἀφορᾷ (διὰ πολλὰ συμβαίνει τὴν πονηρίαν ἀποκρυπτομένων) ὁ μὲν ἀμείνων ἕκατον ποινῆς, οἱ δὲ τὴν δίκην οὐ διαλύσουσιν [5]), ἀλλὰ πρῶτον μὲν ταῖς εἰς τὸ σῶμα πληγαῖς καὶ τῇ ἐν χρῷ τιμωρεῖσθωσαν κουρείᾳ,

[1]) *Rubricam composuit Steph.* — [2]) *Cod. Meerm. III., Zuich.; γνώμην Scrimg.* — [3]) *Steph.; μὲν Scrimg.* — [4]) *καὶ ἐπὶ παντὶ τῷ φόρτῳ, εἴγε emend. Agyl.; καὶ ἐπὶ παντὸς τοῦ φόρτου, εἴγε Spang.* — [5]) *διαλύσουσι coni. Steph.; διαφεύξουσι Spang.*

Constitutio LXIII.

[DE POENA ILLORUM, QUI RES VETITAS AD HOSTES TRANSVEHUNT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Etiam illud crimen, quod ex eodem fonte manat, eidemque poenae a superioribus subiectum est, insanabili nos castigationi (quippe quae mortis poenam contineat) eximentes, mitiore, quemadmodum et praedicta, dignamur poena. Etenim ab antiquioribus quidem statutum est, ne ad hostes transportentur, quibus illi instrui firmioresque reddi possint, et sanctionis contemtores capitalis poena manebat. Nos vero isti quoque crimini mitiorem poenam, licet acerbam requirat, assignantes, talia constituimus, ut, si quidem navis dominus sit, qui res vetitas ad hostes transvexerit, consiliumque suum cum nautis communicaverit, solus poenam subeat, et praeter universum navis onus, nisi ipsum inopia valde premat, reliquorum et am bonorum trientem fisco dependat. Si vero ad solos nautas (ut multa illis malitiam celantibus contingunt) id facinus spectet, ille quidem poena superior sit, hi vero poenam non effugient, sed primum quidem flagris caedantur, cuteque tenus tondeantur, deinde vero, si locupletes sint, eorum, quae exportarunt, quadruplo mulctentur, si vero inopes et pauperes sint, supra verbera et ignominiosam tonsionem etiam libertatem amittant, propterea quod servitute digni facti sunt. Nam qui

κουρείᾳ, ἔπειτα δὲ προσούσης εὐπορίας τετραπλάσια ζημιούσθωσαν, ὧν εἰσαγωγίμων ἐποιήσαντο. εἰ δ' εἶεν ἄποροί τε καὶ πένητες, ἔστωσαν ἐπὶ ταῖς μάστιξι καὶ τῇ ἀτίμῳ τῶν τριχῶν ἀποβολῇ καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀποβάλλοντες, διὰ τοῦτο [1]) πρὸς δουλείαν ἐκδότους γενέσθαι. τοὺς γάρ, ὅσον ἐπ' αὐτοὺς ἧκεν, οὐ μόνον εἰς δουλείαν πλείστους ἄγοντας, ἀλλὰ καὶ βίον πικρῶς ἐξάγοντας, καὶ τοῦτο φιλάνθρωπον [2]) καὶ μετρίως ἔχουσα εἴσπραξις, τὸ ζωῆς οἰκετῶν ἠξιῶσθαι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν γνώμης κοινῆς οὐκ ὄντος τοῦ ἀδικήματος. εἰ δὲ κοινὴ σκέψις καὶ πονηρία τοῦτο κατέπραξεν, ὥσπερ ὁμοῦ τοῦ κακοῦ ἐργάται, οὕτω καὶ τὴν δίκην ἔσονται ὑποσχόντες, οἷς διωρισάμεθα τρόποις ἑκατέρου μέρους κολαζομένου.

qui, quantum in se est, non modo quam plurimos in servitutem ducunt, sed etiam vitae acerbitatem afferunt, tametsi ad servilis vitae conditionem adigantur, mediocris tamen haec atque mitis poena est. Sed haec quidem, quando non communi consensu patratum est facinus. Si vero communi consilio et malitia id factum fuerit, utpote simul flagitii auctores, ita etiam poenam sustinebunt, qualem in prohibitione alterutri parti praestituimus.

[1]) διὰ τοῦ *Steph., sed melius fortasse* δια τό. — [2]) καὶ κατὰ τοῦτο *vel* κἂν τούτῳ φιλάνθρωπος *proposuit Steph.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξδ'.

[Περὶ τοῦ μή, κατὰ τὸ πρόσθεν νομοθέτημα, θανάτῳ ζημιοῦσθαι τοὺς ἀποκρυψαμένους τὰ τῶν ναυαγούντων, ἀλλὰ δίκην αὐτοῖς ὁρίζεσθαι τὴν τετραπλοῦ ἀπόδοσιν [1]).]

Ο αὐτος Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἐκεῖνο δὲ λίαν θαυμάζω, πως ὁ τὰ ἐκ θαλάττης [2]) κινδύνου ἀποκρυπτόμενος τοσοῦτον ἔδοξεν ἁμαρτεῖν, ὥστε θάνατον. ἐπάγειν αὐτῷ τὴν τοιαύτην ἁμαρτίαν. ὅτι μὲν γὰρ ἁμαρτίαν οὐ μετρίαν τολμᾷ, ἐκείνους ἀποστερῶν τῶν ἰδίων, οἷς ἴσως καὶ παρ' ἑαυτοῦ ἐπαρκεῖν [3]) τις εἰς ἔλεον καταστας, οὐκ ἂν ἦν [4]) περιφέρουσι διὰ τῶν ἐγκάτων ὀδύνην καταπραΰνων ὀφθείη (εἰκὸς γὰρ πολλὴν ζημίαν καὶ τῶν ὄντων ἀποβολὴν ὑπομεῖναι) τοῦτο τῶν φαινομένων ἐστίν. ὅτι δὲ χρὴ ζωῆς ἀποστερεῖσθαι τούς, καθ' ὧν ἡ ἔκπληξις ἔχει τὴν χώραν, τοῦτο συνιδεῖν οὐκ ἔχω. τί γὰρ τοσοῦτον ἀφείλετο, ὃ γένοιτ' ἂν ἰσοστάσιον ψυχῆς, ἧς τὴν εἴσπραξιν κατακρίνεται: κακιστος μὲν οὖν καὶ ἀλιτήριος ὁ τοιούτου κέρδους ἐλαττων, τοῦτο δὴ τὸ παρ' ἐνίων γινόμενον, περισυλῶν τεθνηκότας, οὐ μὴν ἡ πονηρία τοιαύτης ἀξία δίκης. οὐ γὰρ δίκαιον ἀντὶ πράγματος ὑλικοῦ καὶ ῥέοντος ἄυλον καὶ ἀθάνατον πρᾶγμα τὴν ψυχὴν λαμβάνειν. εἰ γὰρ πολλάκις οὐδὲ ἐν πράγμασιν ὕλης τιμωμένη ἡ ζημία πολλὴν τὴν ὑπερβολὴν ἔχει, ἵνα μὴ τῷ ὑπερβάλλοντι ὥσπερ τινα περίοδον ἡ ἀδικία λαμβάνῃ, πῶς οὕτως ἀστάθμητος ζημία καταλάβοι τοὺς ἀποκρυψαμένους τὰ τῶν ναυαγούντων. οὐκ οὔσης τῆς ὑπερβολῆς λόγῳ ῥητῆς, ἣν πρὸς τὸ ἀδίκημα ἡ εἴσπραξις ἀποφέρεται; Κελεύομεν οὖν καὶ τοῦτο μηκέτι οὕτως εὐθύνεσθαι, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ παρακατασχεθέντος εἴδους ἀποτιννύειν τετραπλοῦν τὸν ἀποκρυψάμενον, καὶ τοιαύτῃ δίκῃ ὁρίζεσθαι τὸ ἁμάρτημα.

ΔΙΑ-

Constitutio LXIV.

[DE POENA EORUM, QUI NAUFRAGIUM SUPPRESSERINT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Illud vero valde miror, quomodo qui naufragio eiectas res occultat, tantum delinquere videatur, ut id peccatum mortem ipsi inferre debeat. Nam quod quidem non mediocre flagitium audet, qui illos rebus suis defraudat, quibus aliquis misericordia motus vel de suo sumtus suppeditet, et quem in corde dolorem circumferunt leniat (verisimile enim est graves cruciatus bonorum amissione sustinere), id luce clarius est; quod vero hos, quos vecors cupiditas huc impulit, vita privari oporteat, hoc profecto intelligere nequeo. Nam quid tantum ablatum est, ut cum anima conferri possit, quae privari debere ille condemnatur? Igitur pessimus quidem est et sacrilegus, qui se istiusmodi lucro mancipat, ac sane ille (id quod ab aliquibus fit) mortuos spoliat, veruntamen id facinus talem non meretur poenam; pro re enim materiali et fluxa materiae expertem atque immortalem, animam nempe, capere, haud est aequum. Nam si saepe neque in rebus materialibus mulcta illatum damnum longe superat, ne velut circuitum aliquem iniquitas excessu conficiat, quomodo tam inaequalis poena illos, qui naufragorum res occultant, percellat, ut excessus, quem ultio ad facinus refert, exprimi verbis nequeat? Iubemus igitur, hoc etiam non amplius ita vindicari, sed pro specie retenta eum, qui occuluit, quadruplum dependere, et tali poena id delictum sanciri.

Const. LXV.

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) θαλαττίου *Cod. Meerm. III., Zuich.* — [3]) κἂν — ἐπαρκῇ *emend. Steph. fortasse scribendum* ἐπαρκῶν. — [4]) καὶ ἣν ἂν *bene emend. Agyl.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξε'.

[Περὶ τοῦ τῇ τῶν ἀποστατῶν κολάσει ὑποβαλλεσθαι τοὺς μαγγανείᾳ χρησαμένους [1].]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ὁ μὲν εἰπὼν μέμφεσθαι τῷ οἴνῳ καὶ τὸ τούτου εὔθυμον ἀποστρέφεσθαι, διὰ τὸ τῶν μεθυσων κακόθυμον, ἔοικε διὰ φαύλην χρῆσιν τὸ μὴ καθ' ἑαυτὸ φαῦλον ὂν διασύρειν. Ἐγω δὲ νόμον ἐκτεθειμένον ὑπὸ τῶν πάλαι νομοθετῶν διασκεπτόμενον, ὃς γοητείαν μὲν φαύλην ἡγούμενος τιμωρεῖται, πάλιν δ' αὐτὴν ἀποδέχεται (οὐκ ἐκ τῆς τῶν χρωμένων αὐτῇ προαιρέσεως φαυλην δεικνυμένην, ἀλλ' οἰκοθεν πηγάζουσαν τὴν κακίαν, ὥσπερ οἱ κοπρῶνες τὴν δυσωδίαν) μέμφεσθαι τοῖς νενομοθετηκόσιν οὐκ ἂν φαίην, ἵνα δὲ μὴ μέμφοιντο τὸ τὴν μέμψιν ἔχον νομοθέτημα, εἰ καθαίρειν [2]) δικαιῶ τοῦ τῶν νόμων ἐδάφους. βούλεται μὲν γὰρ εὐθύνειν γοητείαν, ὅτι τὸ σῶφρον τοῦ νοῦ ἀφαιρουμένη ἀναβαχεύει τοὺς λογισμοὺς πρὸς οἴστρους καὶ μανίας ἐρωτικάς, ἀποδέχεται δὲ πάλιν αὐτήν, ὡς σπερμάτων καὶ καρπῶν θεραπείαν, καὶ ἄλλων δέ τινων καλῶν, ὡς οἴεται, χορηγόν, καὶ ὅπερ ὡς ἐπίβουλον κολάζει, τοῦτο πάλιν ὡς εὐεργέτην [3]) τιμᾷ. Ἡμεῖς δὲ τὴν τοιαύτην μαγγανείαν ὁλεθρίαν μὲν ὑπάρχειν πειθόμεθα, καλοῦ δέ τινος αἰτίαν οὐκ ἂν πεισθείημεν. εἰ δὲ καὶ φαίνοιτό τι [4]) φέρειν τοιοῦτον (ὡς δοκεῖ τῷ ταύτην ἀποδεχομένῳ νόμῳ) οὐ χρησιόν, ἀλλὰ δέλεαρ, καὶ πάγην πρὸς τὸ τῶν κακῶν ἔσχατον, τὴν τοῦ ὄντος ἀγαθοῦ ἔκπτωσιν, ἁλίσκουσαν, ἴσμεν τε καὶ ἐγνωμεν [5]) τοὺς πειθομένους δαιμονίοις σκαιοῖς ἀντὶ τοῦ πλάστου καὶ δεσπότου προσκνέχειν παρασκευάζοντα, καὶ τὰς βλάβας διὰ τῆς τῶν ἐκτὸς ἀλυπίας εἰς τὴν ψυχὴν δέχεσθαι τοὺς ταύτην ἀποδεχομένους. ὅπερ πολλάκις οἱ πρὸς τὰς πληγὰς δειλοὶ πάσχουσιν, οὐ βουλόμενοι ταύτας ἐπὶ τῶν χειρῶν δέξασθαι, καιὰ τῆς κεφαλῆς ἢ τῆς γαστρὸς ὑποδέχονται. Εἴ τις δὴ ὅλως τοιαῦτα φωραθείη μαγγανευόμενος, εἴτε προφάσει τῆς τοῦ σώματος θεραπείας, εἴτε ἀποτροπῆς τῆς τῶν καρπίμων βλάβης, τὴν ἐσχάτην εἰσπραττέσθω ποινήν, τὴν τῶν ἀποστατῶν κόλασιν ὑφιστάμενος.

Constitutio LXV.

DE INCANTATORUM POENA.

Idem Imperator eidem Styliano.

Qui quidem propter ebriorum malignitatem reprobandum esse vinum, eiusque oblectamentum aversandum dicit, ille propter perversum usum, rem per se non perversam lacerare videtur. Ego vero promulgatam a veteribus legislatoribus legem considerans, quae modo quidem incantamentum malum rata id punit, modo vero illud admittit, quippe non ex utentium proposito malum demonstratum, sed sua natura malitiam producens, ut sterquilinia malos odores, illis legislatoribus reprehensioni esse non dixerim, sed ne quis legem vituperet, quae vituperationem in se habet, eam ex legum fundo exstirpandam puto. Nam vult quidem puniri incantationes, eo quod modestia animi sublata, cogitationes excitat ad libidines et furores amatorios, approbat vero rursum illas, tanquam segetes et fructus curent, aliaque bona, ut putatur, suppeditent, et quod tanquam insidiosum punivit, item rursum tanquam beneficum honorat. Nos vero istiusmodi magicas artes perniciosas esse persuasum habemus, boni vero cuiusdam causam non credimus; si vero etiam tale quid producere videatur, quemadmodum approbanti ipsas legi videtur, non id utile esse, sed escam atque ad malorum extremum paratam, a summo bono defectum, compertum habemus, atque cognovimus, illos, qui se eis dedunt, ut prae creatore et domino infaustis daemoniis adhaereant, efficere, et qui illas assectantur, hos per externarum rerum laetam quandam speciem vulnera in animam excipere. Quale quiddam inter pugnandum meticulosis frequenter accidit, qui dum ictus in manus excipere nolunt, illis caput vel ventrem exponunt. Sane si quis omnino incantamentis usus deprehensus fuerit, sive curationem corporis valetudinis, sive depulsionem damni a frugibus praetendat, is apostatarum poenam subiens, supremum supplicium sustineat.

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) ἐκκαθαιρεῖν *bene coni. Agyl.* — [3]) *Cod. Meerm. III., Zuich.*; εὐεργέτειν *Scrimg. ex correctione Stephani, qui se in suo exemplari* εὐεργέτειν *invenisse dicit.* — [4]) φαίνοιτό τις *Cod. Meerm. III., Zuich.* — [5]) *Spang., quod iam Steph. indicavit, sed maius aliquod mendum hic subesse ratus;* ἴσμεν τε ἔγνωμεν *Scrimg.*; ἴσμεν καὶ ἔγνωμεν *Agyl.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξς'.

Περὶ ἀνδραποδισμοῦ.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ὥσπερ οὐκ ἔστι καλὸν τὰ τῆς δίκης ζυγὰ πλέον ἢ προσῆκεν ἐπικλίνεσθαι τῇ συμπαθείᾳ, οὕτως οὐδ' ὑπερβολὴν αὐστηρότητος τοῖς ἁμαρτάνουσι βαρυτέραν ὅσον ἀπαιτεῖ τὸ ἁμάρτημα τὴν δίκην ἐπιτίθεσθαι. τὸ μὲν γάρ, λέγω δὴ τὸ ἄκαιρον συμπαθές, τοὺς [1]) ἔξω φέρεσθαι τοῦ πρέποντος οὐκ εὐλαβουμένους ποιήσειεν ἂν καταφρόνησιν καὶ πρὸς τὴν τόλμαν τῶν φαύλων ὀξυτέραν τὴν προθυμίαν, τὸ δὲ βαρυτέρᾳ κολάζειν ποινῇ τὸ ἁμάρτημα, ἀλλ' οὐ καθ' ὅσον ἄξιον, οὐκ ἔστι δικαίου ἐκδίκησις, ἀλλ' ἐν σχήματι δίκης ἀδικίας ἄρχειν. τὸ γὰρ μὴ πρὸς μέτρον τοῦ παίσματος τιμωρεῖσθαι τὸν πταίσαντα ἀδικεῖν ἐστιν, οὐχὶ τὰ δίκαια ποιεῖν. Τί δήποτε τοῦτο ἐρρήθη; ὅτι νόμος, οὐκ οἶδ' ὅπως τοῦτο γνοὺς [2]) διορίσας καὶ [3]) θανατῳ

Constitutio LXVI.

DE PLAGIO.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quemadmodum iustitiae libram non plus aequo ad misericordiam inclinare, ita neque nimia austeritate delinquentibus graviorem, quam peccatum requirat, poenam imponi honestum est. Illud enim, scilicet intempestiva commiseratio, in illis, quibus decorum excedere religio non est, contemtum et ad audenda mala acriorem impetum gignit, graviore vero, nec pro merito delictum poena ferire, non est id iustitiae ultio, sed sub specie iustitiae rem iniustam aggredi. Nam non pro delicti modo delinquentem punire, iniuria afficere, nequaquam vero iustitiam exercere est. At quorsum hoc dictum est? Quod lex, nescio quomodo hoc statuens cognoscens eum, qui alienum servum abduxerit, adeo morte puniri, poenam delicto non accom-

[1]) πρὸς τοὺς *coni. Steph., sed Agyl. locum ita sanare censuit, ut scriberet* τοῖς — εὐλαβουμένοις ἐμποιήσειεν. — [2]) *Cod. Meerm. III., Zuich.*; τοῦτο γὰρ *Scrimg.* — [3]) *Emend. Bk.*; διορίσασθαι *Scrimg.*

θανάτῳ ζημιοῦσθαι τὸν ἠνδ ἀποδικότα δοῦλον ἀλλότριον, οὐ σταθμούμενος τὴν τιμωρίαν τῷ ἁμαρτήματι, οὐδ' ὅτι ἡ τοῦ βίας ζημίας ἐπιφέρεσθαι ἄξιον [1]), καὶ οὐκ ὅτι κτήματος ἐγίνετό τις ἀπώλεια, ἣν δυνατὸν ἐστι παραμυθήσασθαι, διὰ τοῦτο ἀπαραμυθήτῳ ὑπάγειν ἀφαιρέσει τὸν ἑαλωκότα. Τοιγαροῦν διὰ τοῦτο τοὺς μὴ ἄξια θανάτου ἡμαρτηκότας οὐ δίκαιον ἀνασκεψάμενοι πικρὰν οὕτω τιμωρίαν εἰσπράττεσθαι, ὅνπερ ἡ συνήθεια παρὰ φαῦλον ἐποιήσατο νόμον (οὐκ ἀφαιρέσει τῆς ζωῆς τιμωρουμένη, ἑτέρως δὲ κολάζουσα τὸν ἀνδραποδιστήν) καὶ ἡμεῖς τῶν νομίμων ἐκβάλλοντες διατάξεων, τὸ ἐκείνῃ δοξαν νόμῳ κυροῦμεν, καὶ κελεύομεν, τόν, εἴ τις ἀλῷ οἰκέτην ἀλλότριον ἀνδραποδισάμενος, τῇ τε ἀποδόσει τοῦ οἰκέτου καὶ τῇ ἀποτιμήσει τούτου ζημιοῦσθαι, καὶ ἔτι τοῦ ἐπιτηδεύματος προσόδῳ, καὶ ὅσαν ἂν τῷ δεσπότῃ προλαμβάνῃ μὴ ἀπολωλότος τοῦ οἰκέτου, ἰσαρίθμῳ ἐκτίσει, τούτου δ' ἐπέκεινα μὴ βαρύνειν τοῖς ἐξαμαρτάνουσι τὴν ποινήν. Ἔχει γὰρ οὕτως ἀποχρώντως τῷ μὲν ἀπολωλεκότι ἡ ὠφέλεια, τῷ δὲ κλέψαντι ἡ τιμωρία, οἷα δὴ κἀκείνου τὸν οἰκέτην ἐν προσθήκῃ ἀπέχοντος, καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ ὠφελείας, ἣν ἔσχεν ἂν μὴ ἀνδραποδισθέντος, οὐ κεκαινοτομημένου, καὶ τούτου ἀξίως τετιμωρημένου τῇ τε διπλῇ ἀποδόσει τῆς κλοπῆς, καὶ τῷ μηδὲν κερδᾶναι τῆς κλαπέντος δουλείας.

accommodans, quum poenam vitae privationis inferri dignum non sit, et, quanquam rei amissio quaedam acciderit, quae repensari possit, propterea plagiarium irreparabili damno subiicit. Propterea igitur ab iis, qui digna morte non commiserunt, tam acerbam poenam exigi, quoniam iniquum esse animadvertimus, quam legem consuetudo contemsit ut quae vita plagiarium non privet, sed alio modo puniat), eandem nos etiam legalibus constitutionibus eiicientes, quod illi placuit, lege confirmamus, et iubemus, eum, si quis alienum servum abduxisse deprehensus sit, si servi restitutione eiusdemque aestimatione puniri, et praeterea eius, quod ex industria eius provenit, et quantum dominus non amisso servo percipere potuerit, plena solutione, ultra vero delinquentibus poenam non aggravari. Ita enim sufficienter et laeso utilitas, et furi poena servatur, quippe quum ille servum recipiat, et utilitas, quam servo non subrepto habuisset, non imminuatur, hic vero in duplum servum subreptum reddere debeat, nihilque ex servitute subrepti lucretur

[1]) *Haec corrupta sunt nec credo ea sine nova Codd. ope plane restitui posse.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξζ'.

Περὶ τῶν αὐτομολησάντων πρὸς ἐχθρους καὶ ἑκουσίως ἐπελθόντων [1]).

Ο αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Καὶ τὸ ἄγαν αὐστηρὸν καὶ ἀπότομον, καὶ τὸ λίαν ὑπεῖκον καὶ πλέον ἢ προσῆκε φιλάνθρωπον ὁμοίως ἀμφότερα τοῦ ὠφελίμου τὸ βλάβος ἔχει. ὅ τε γὰρ τῷ ἀποτόμῳ ἀμέτρως χρώμενος, καὶ ὁ τὸ ἐπιεικὲς ἄκρατον φέρων, ἑκάτερος κἄν τε ἑνός τινος, ἄν τε οἰκίας, ἄν τε πόλεως ἐπιστατῇ, εἰς τὸ ἀσύμφορον εἴη ἂν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διοικουμένοις ἐγκεχειρημένος τὴν ἐπιστασίαν. χρὴ γὰρ τὸν καλῶς ἐπιστατήσοντα, ὥσπερ τῶν χωρίων τὰ εὔκρατα καὶ πρὸς ὑγείαν ἐπιτήδεια μικτὰς ἔχει συμμέτρως τὰς τοῦ ἀέρος διαθέσεις, οὕτω καὶ αὐτὸν εὔκρατον ἑαυτὸν παρέχειν τῇ συμμέτρῳ [2]) πρὸς τὴν συμφέρουσαν ἐπιστασίαν μίξει τῶν διαθέσεων, καὶ μήτε τῷ ἀποτόμῳ βαρὺν καὶ ἀφόρητον εἶναι, μήτε τῷ πέρα τοῦ προσήκοντος ἐπιεικεῖ καταπεφρονημένον καὶ ἀνηγεμονικόν. Ὅπερ οὖν ἐπὶ ἀέρος φαμέν, τοῦτο πάντως καὶ ἐπὶ νόμων ἁρμόζει σώζεσθαι. χρὴ γὰρ τοὺς νόμους, ἡγεμόνας ὡς ἀληθῶς τῆς πολιτείας ὄντας, ἣν εἶπον κρᾶσιν διαφυλάττειν, καὶ πρός τε ἀποτομίαν καὶ φιλανθρωπίαν μὴ παρὰ μέτρον ὁρᾶν, εἴ γε μέλλοιεν οἱ ἐπ' ἐκείνοις ὑγιαίνειν πολιτευόμενοι. Ταῦτα ἡμῖν λέγεται πρὸς τὴν ἀποτομίαν ὁρῶσιν, ἣν ὁ κατὰ τῶν εἰς πολεμίους αὐτομολησάντων κείμενος νόμος ἐνδείκνυται. βούλεται γὰρ τὸν αὐτομολήκοτα, εἴ ποτε πρὸς γνώμην μεταμελείας ἴδοι, καὶ τὸ προλαβὸν ἁμάρτημα διὰ τῆς πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐπαναστροφῆς ἰάσασθαι βουληθῇ, ἔκδοτον εἰς βρῶσιν θηρίοις γίνεσθαι ἢ ἀνασκολοπίζεσθαι. Τοῦτο ἐμοὶ πολλῆς μὲν αἴτιον βλάβης τῇ πολιτείᾳ δοκεῖ, πολλὴν δὲ καὶ τῶν πρὸς σωτηρίαν ὁδηγούντων λογισμῶν ἀποφέρειν τὴν ἐναντιότητα. ἀνάγκην γὰρ ἐπάγει τοῖς πρὸς τοὺς πολεμίους,

Constitutio LXVII.

DE IIS, QUI AD HOSTES TRANSEUNT SUAQUE SPONTE REVERTUNTUR.

Idem Imperator eidem Styliano.

Et nimia austeritas et severitas, et immoderata lenitas et clementia, aequaliter utraque id, quod utile est, laedunt. Etenim et qui severitate immodica utitur, et qui lenitatem gravitate miscere nequit, uterque, sive alicui uni, sive familiae, sive civitati praesit, quibus praefectus est, cum illorum detrimento res sibi commissas administret. Oportet enim eum, qui recte praefuturus est, quemadmodum temperata et salubria loca aequabiliter mixtas habent aëris conditiones, ita et ipsum affectionum commixtione ad rerum administrandarum utilitatem attemperata, se moderatum praebere, et neque morositate gravem atque intolerabilem esse, neque indecora lenitate despicabilem et ad gubernandum ineptum. Quod igitur de aëre dicimus, hoc omnino etiam in legibus servari convenit. Nam oportet leges, quae revera reipublicae principes sunt, quod dixi temperamentum servare, neque ad severitatem et lenitatem supra modum respicere, si ii, qui ipsarum rectionem agnoscunt, incolumes futuri erunt. Haec a nobis dicuntur severitatem respicientibus, quae in lege adversus transfugas ad hostes lata apparet. Vult enim transfugam, si quando ad poenitentiam respiciat, et redeundo ad suos commissum delicto mederi velit, bestiis devorandum obiici aut in furcam tolli. Quod quidem mihi reipublicae magnopere detrimento esse, magnam vero etiam ab rationibus ad salutem iter monstrantibus discrepantiam gignere videtur. Necessitatem enim transfugis ad hostes inducit, ne unquam recordentur suorum, neque revertendi in patriam concipiant desiderium. Nemo enim, quicunque talem ipsum exspectare poenam scit, pro vita inter hostes agenda, tam acerbe in patria mori

[1]) *Steph.*; ἐπελθόντας *Scrimg.* — [2]) *Emend. Agyl.*; τῇ οἴκτρῳ *Scrimg.*; ἰσομέτρῳ *coni. Steph.*; ἐμμέτρῳ *Bk.*; *sed illam Agylaei emendationem praetulimus propter antecedens* συμμέτρως.

λεμίους αὐτομολησασι μηδέποτε τῶν οἰκείων μεμνῆσθαι, μηδὲ τῆς πρὸς τὴν πατρίδα ἐπαναδρομῆς ἀναλαμβάνειν τὸν ἔρωτα. οὐδεὶς γὰρ, ὅστις, τοιαύτην ἐκδεχομένην αὐτὸν τιμωρίαν εἰδώς, ἀντὶ τῆς ἐν τοῖς πολεμίοις βιώσεως οὕτω πικρῶς ἐν τῇ πατρίδι θανεῖν προαιρήσεται. Διόπερ ταύτην μὲν τὴν ἀποτομίαν, ἵνα μὴ λέγω ἀδικίαν (πῶς γὰρ ἄδικον, τὸν ἁμαρτάνοντα, εἶτα ἐξ αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ ἁμαρτήματος ἀναφρονήσαντα ἴασιν, κολάζειν οὕτω πικρῶς;), ἐκ τῶν δικαιοτάτων ἐλαύνομεν νόμων [1]). κελεύομεν δέ, εἴ τις αὐτόμολος εἰς τὴν πατρίδα ἐπαναδράμοι, ἅπαξ μὲν τοῦτο ποιήσας, συγγνώμης τυγχανέτω, δεύτερον δέ, εἰς τριετῆ δουλείαν διαπολείσθω [2]), ἐκ τρίτου δὲ ποιησάμενος τὴν αὐτομολίαν, εἶτα ἐπαναζεύξας, εἰς διηνεκῆ καὶ ἀΐδιον οἰκετείαν πιπρασκέσθω. τὸν γὰρ οὕτως ἀβέβαιον καὶ παλίμβουλον ἀνάξιον ἀπολαύειν ἐλευθερίας. Εἰ μέντοι γε ὁ πρὸς ἐχθροὺς αὐτόμολος οὐκ ἐξ οἰκείας γνώμης, ἀλλὰ ληφθεὶς ὑφ' ἑτέρων εἰς τὴν πατρίδα ἐπαναχθῇ, καὶ μάλιστα εἰ αἵματος ἐμφυλίου τὴν δεξιὰν ἔχει μεμολυσμένην, τοῦτον θανάτῳ κολάζειν, οἷα δὴ πολέμιον, οὔτε ἄδικον, οὔτε ἀπότομον.

mori eligat. Quapropter hanc quidem severitatem, ne dicam iniquitatem (nonne enim est iniquum, eum, qui deliquit, deinde sua sponte ad medendum delicto resipiscit, tam acerbe puniri?), ex iustissimis legibus profligamus, iubemus vero, ut, si quis transfuga in patriam recurrat, si quidem semel hoc fecerit, veniam consequatur, si vero iterum, in triennalem servitutem divendatur, si vero tertium fecerit, deinde reversus in perpetuam et aeternam servitutem addicatur; tam incerti enim consilii hominem et inconstantem libertate frui indignum est. Si tamen transfuga non sua voluntate redierit, sed ab aliis comprehensus in patriam retractus sit, morte illum tanquam hostem puniri, neque iniustum, neque crudele fuerit, praesertim si gentis suae sanguine manus contaminaverit.

[1]) νόμῳ *Cod. Meerm. III., Zuich.* — [2]) ἀπεμπολείσθω *Agyl.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξή'.

Περὶ τοῦ ἐπιτροπεύειν μοναχοὺς καὶ κληρικούς, ἀπείργεσθαι δὲ οἰκονομίας καὶ προστασίας ὀρφανῶν.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Τοῖς μὲν πάλαι νομοθέταις (μονοειδοῦς, ὡς ἔοικε, ὑπαρχούσης καὶ ἐκείνο καιροῦ τῆς ἐπιτροπῆς, καὶ μόνων ἀποφερομένων τὴν κλῆσιν, οἷς προσῆκεν ὑπεδύετο, γονέων ἐρήμων) ἔδοξεν ἀποφήνασθαι, μὴ μετέχειν τοῦ πράγματος μήτε μοναζοντας, μηδ' ὅσους ὁ ἱερὸς οἰκειοῦται κλῆρος. καὶ καλῶς ἔδοξε [1]). συνεῖδον γάρ, ὡς τοὺς ἀνακειμένους πρὸς θείαν λειτουργίαν δεῖ τῶν ἔξωθεν ὄχλων καὶ περισπασμῶν ἀπηλλάχθαι. Ὅσην δὲ παιδοτροφίαι καὶ ἄλλως οἰκονομίαι εἰς τὸ περισπᾶν καὶ ἀφέλκειν τῆς ὀφειλομένης; θεῷ θεραπείας ἰσχὺν ἔχουσιν, ἠγνόησεν οὐδείς. Ὑπαρχούσης οὖν οἵκ ἀνεκτῆς δυσχερείας τῷ πράγματι, μάλιστά γε καὶ διὰ τὴν ἐκ τοῦ χρόνου παρίασιν (ὅλον γὰρ ὡς τὰ πολλὰ βίον τῇ πολυπόνῳ [2]) φροντίδι τὴν ἐπιτροπὴν ταύτην οἱ λαχόντες συνδέδενται), καλῶς, ὑπερ εἶπον, τὸ δόγμα προσήνεγκαν. ἀλλ' ἐπεὶ τοῖς μετιγενεστέροις οὐκ ἐτηρήθη μόνοις ἐφ' ἧς ἐγένετο [3]) ἐπιστασίας ἡ κλῆσις, ἠξίωσαν δὲ κἀκείνους ἐπιτρόπους καλεῖν, τοῖς ὅσοις οἱ τὸν βίον ἀπολιμπάνοντες χρησταῖς περὶ αὐτῶν ὑπολήψεσιν ἐπὶ τοῦτο προιέμενοι διατάξεις, ἃ περὶ τῶν ὑπόντων ἤρεσαν πραγμάτων, ἐγχειρίζουσι, καὶ τῶν μετὰ τὴν ἐκδημίαν πιστεύουσι τὴν διοίκησιν, ἐπεὶ οὖν καὶ τούτων ἐπιτρόπων ὀνομαζομένων ἀμφισβήτησις πρόεισιν, εἰ καὶ μοναστὰ τὸν ἱερὸν ὑπελθόντες κλῆρον ταύτης μεθέξουσι τῆς ἐπιτροπῆς, διὰ τὸ δοκεῖν τὸ ῥηθὲν τοῦτο μὴ καταδέχεσθαι ψήφισμα, θεσπίζομεν ἡμεῖς διασειλαμενοι ἐκείνης μὲν τῆς ἐπιτροπῆς κωλύεσθαι, καὶ ἦν ὁ προσβύτερος εἰδὼς χρόνος παρέσχε ψῆφον ἐξενεχθῆναι τὴν μὴ διδοῦσαν εἰς ταύτην πάροδον τοῖς εἰρημένοις προσώποις, τοῦ δὲ μεταγενεστέρου τῆς ἐπιτροπῆς εἴδους ἐξεῖναι καὶ μοναζουσι καὶ κληρικοῖς κοινωνεῖν. οὔτε γὰρ αἱ φροντίδες οὕτω βαρεῖαι

Constitutio LXVIII.

UT MONACHI ET CLERICI TUTORES ESSE POSSINT, SED AB ADMINISTRATIONE AC PUPILLORUM RECTIONE ARCEANTUR.

Idem Imperator eidem Styliano.

Veteribus quidem legislatoribus (quum fortasse uniformis tunc temporis tutela esset, iique soli, qui pupillorum tuitionem susciperent, tutorum nomine censerentur) edicere placuit, communionem ad rem non habere neque monachos, nec quoscunque sacer ordo devinctos habet. Et recte placuit. Intellexerunt enim divino ministerio consecratos ab externarum rerum occupationibus et molestiis liberos esse oportere. Quantum autem alendorum puerorum cura et cetera administratio vim habeat ad homines distrahendos et a cultu deo debito avertendos, nemo ignorat. Quum itaque pernagna difficultas isti rei insit, ac praecipue propter temporis diuturnitatem (tota enim plerumque vita tutores laboriosis istis curis irretiti tenentur) recte, ut dixi, istud decretum promulgarunt. Verum quoniam posteriores non illis solum, qui tutelam administrarent, tutorum appellationem servarunt, sed hos etiam, quibus testatores, bona illorum existimatione moti, testamentarias de rebus suis praescriptiones committunt, ac post mortem earum executionem concredunt, tutores vocare coeperunt, quoniam igitur his quoque tutoribus appellatis, dubitatio exstitit, an etiam monachi, qui sacrum ordinem subierunt, huius curae participes fieri possint, quum dictum decretum id non admittere videatur, nos discrimine adhibito sancimus, ut ab illa quidem tutela prohibeantur, ad quam vetera tempora respexerunt, quum promulgarent decretum, quod dictis personis ad illam aditum praecluderet, natum autem postmodum tutelae speciem subire et monachis et clericis liceat. Huius namque muneris non ita graves curae sunt, ut aliquem s bi totum adstringant, et a divino ministerio abstrahant, et alioqui quanto hi illis, qui profanis necessitatibus inhaerent, et in terrenis sordibus volutantur, cautius divinisque vivunt,

[1]) *Steph.*; ἔλεξε *Scrimg.* — [2]) *Steph.*; τῇ οὐ πόνῳ *Scrimg.*; τῇ εὐ πόνῳ *Cod. Meerm. III.*; τῇ ὑπόνῳ *Cod. Zuich., spatio inter has voces vacuo relicto.* — [3]) ἐλέγειο *Cod. Meerm. III., Zuich.*

βαρεῖαι ὑπηρεσίας [1]), ὥστε πρὸς ἑαυτὰς καταδῆσαι καὶ τῆς ἱερᾶς ἀφελκῦσαι ὑπηρεσίας, καὶ ἄλλως δὲ ὅσον μᾶλλον οὗτοι τῶν λαϊκῶν προσηλωμένων ἀνάγκαις καὶ τῇ [2]) κάτω συμφυρουμένων ὕλῃ διαζῶσιν εὐλαβέστερόν τε καὶ ὑψηλότερον, ἐλπὶς ἀμείνω καὶ εὐλαβεστέραν καὶ τὰς [3]) τῶν ἀποδημούντων διατάξεις ἀποφέρεσθαι τὴν ἐκπλήρωσιν.

vivunt, spes est, fore ut etiam meliorem cautioremque defunctorum disposita exsecutionem ferant.

[1]) ταύτης τῆς ὑπηρεσίας coni. *Agyl.*; secundum *Cotelerium* (*eccles. gr. monum. III. p.* 553) *in Mss. Reg.* (*Paris.*) 2048. 2049. ὑπηρεσίας post βαρεῖαι deest. — [2]) *Cotelerius ex Codd. Mss., quos nominatim*; ἀνάγνως καὶ τῷ *Scrimg.* — [3]) εὐτελεστέραν καὶ *Cotelerius l. c.*; εὐλαβεστέραν πρὸς *Scrimg.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ξθ'.

Περὶ τοῦ διατίθεσθαι τυφλοὺς καὶ ἀγραμμάτους καὶ γυναῖκας [1]).

'Ο αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἐπειδὴ ἀμφισβητεῖται περὶ τοῦ πῶς δεῖ τυφλοῖς διατίθεσθαι, καὶ ἡ ἀμφιβολία ἔκ τε τῶν νομίμων πρέσει τόπων, καὶ ὧν ἀλλήλοις περὶ τούτου ἀντιθεσπίζουσι νόμοι, καὶ τῆς νῦν πολιτευομένης συνηθείας, οὐδὲ τοῦτο ἄκαιρον ἡμῖν ἐνόμισα τὸ [2]) μέρος εἰς ἐπίσκεψίν τε καὶ ἀνακάθαρσιν. καὶ γὰρ ὁ μέν τις ἀπαγορεύει τῶν νόμων τυφλῷ διάταξιν κατὰ τὸν μυστηριώδη προέρχεσθαι τρόπον, καὶ μὴ ἄλλως προσεῖναι ταύτῃ κῦρος ὁρίζεται, εἰ μὴ παρουσίᾳ μαρτύρων ἐγγυᾶται ἡ προελθόντα στόματος τυφλοῦ τὰ διατεταγμένα, ἢ τοῖς ἐκείνου [3]) ὠσὶν ὑπάρχειν ἐνηχημένα (οὐ γὰρ ἀξιοῖ ἐν μόνῳ γραφεῖ τὴν τούτων πίστιν ἐξοχυρῶσθαι), ὁ δέ τις τῶν νόμων εὐρίσκων ἀνοίγει τὴν πάροδον καὶ γυναίοις καὶ ἀγραμμάτοις ἀνθρώποις εἰς τὸ πρὸς μυστικωτέρας διατάξεις καθίστασθαι, μηδὲν ἕτερον ἀκριβολογούμενος, ἢ τὸ αὐτὸν [4]) διατιθέμενον, οὐκ ὄντα μὲν ἀμαθῆ γραμμάτων, οἰκείᾳ ὑπογραφῇ τὴν διάταξιν ἀσφαλίζεσθαι, εἰ δ' ἐλάττων ἐκεῖνος παρέχειν τὴν τοιαύτην ἀσφάλειαν, ἄλλον ἀνθ' ἑαυτοῦ πρὸς τὴν ὑπογραφὴν παραλαμβάνειν. Οὕτω μὲν οὖν ἐκ τῶν νόμων σιασιάζοι ἂν τὰ πράγματα. πῶς γάρ, εἰ γύναια καὶ γράμματων ἀδίδακτοι ἄνθρωποι κατὰ τὸν ἀναχωροῦντα τρόπον τῆς τῶν πολλῶν γνώσεως διατάξονται, ἐν μόνῳ τῷ γράφοντι σαλευούσης τῆς πίστεως, οὐχὶ καὶ ὁ τυφλὸς ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἀκώλυτον σχοίη τὸ διατίθεσθαι; Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ τῆς συνηθείας, οὐ μόνον τα ἐκ τοῦ νόμου, πρὸς τὸν νόμον ὁρᾶται μαχόμενα. καὶ γὰρ οἶδεν αὐτὴ καὶ γυναίων καὶ ἀνδρῶν οὐ διὰ γραμμάτων ἠγμένων [5]) καὶ τυφλῶν [6]) διατάξεις ἐν μυστηρίῳ κειμένας μὴ τὴν ἰσχὺν ἀφαιρεῖσθαι. ἔπει οὖν οὕτω, καὶ ἡμεῖς ταῖς μυστικαῖς διατυπώσεσιν, ἄν τε τυφλῶν ἄν τέ τινων ἑτέρων ὧσι προσώπων, προσεῖναι θεσπίζομεν σύστασιν, τοῦτο προσεπιθεσπίζοντες, ὥστε πρὸ τῶν μαρτύρων ἐνορκῶν ἐκκεῖσθαι ὑπογραφὰς τῶν τὰς διατάξεις γραφόντων, ὡς εἴησαν ἀληθῶς ἐκεῖνα γράψαντες, ἅπερ ἀκηκόεσαν, αὐτῆς ἐκείνης ὑποφθεγξαμένης τῆς τοῦ διαθεμένου γλώσσης, καὶ εἴ τις ἔλεγχος μετὰ ταῦτα ψευδογραφίας ἀναφαίνοιτο, τίμημα προσκεῖσθαι τοῦ ἀμαρτήματος, εἰπόροις μὲν οὖσιν αὐτοῖς τὴν τῶν ἰδίων ὑπάρξεων ἀλλοτρίωσιν, ἐρήμοις δὲ περιουσίας σφοδραὶ μάστιγες καὶ φυγὴ ὑπερόριος ἐπικείσεται ἡ ζημία. Ἔτι δὲ καὶ τούτοις θεσπισθεῖσιν ἐπισυνάπτομεν ποιον, εἴ ποτε ἡ διάταξις δεηθείη ὅρκων, οἷα πολλά, εἰς βεβαίωσιν, καὶ αὐτοὺς τοὺς γεγραφότας τὴν διάταξιν, σὺν τοῖς μάρτυσιν ἐπομνυομένους συνεπισχύειν τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀλήθειαν. ΔΙΑ-

Constitutio LXIX.

DE TESTAMENTI FACTIONE CAECORUM, ILLITERATORUM ET MULIERUM.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quoniam de eo, quomodo caecos testari oporteat, dubitatur, eaque dubitatio ex locis legulibus et quod ea de re leges inter se diversa statuunt, et ex ea, quae nunc obtinet, consuetudine exsistit, neque hanc partem ut expenderem atque purgarem inconvenientem putavi. Etenim alia lex prohibet, ne caecus secreto modo testamentum condat, et non aliter id vim habere statuit, nisi si testium praesentia quae constituta sunt a caeci ore processisse eiusque auribus insonuisse asserat (nec enim in solo scriba illorum fidem niti vult), alia lex latam quandam ad secretum testandi modum et mulierculis et illitteratis hominibus viam aperit, dum nullam aliam observationem praescribit, nisi ut estator, si quidem litterarum non ignarus sit, sua subscriptione testamentum corroboret, si vero ille hanc addere securitatem nequeat, pro se alium ad subscribendum assumat. Atque sic quidem ex legibus illae inter se res dissident. Quomodo enim, si mulierculae et litterarum imperiti homines hoc modo sine scientia multorum testamenta condunt, ita ut fides in solo tabulario fluctuet, non ex eadem causa caecus etiam liberam testamenti factionem habeat? Iam vero et consuetudinis non solum legis ratio cum lege pugnat. Etenim placet huic, ut etiam mulierum, et imperitorum litterarum virorum, et caecorum testamenta secreta vi sua non priventur. Quod quum ita sit, nos quoque testamenta secreta, sive caecorum, sive aliarum quarundam personarum sint, auctoritatem obtinere sancimus, illud insuper statuentes, ut ante, quam testes iurent, subscriptiones eorum, qui testamenta conscripserunt, in medium proponantur, quod revera ille scripserint, quae ipsa testatoris lingua dictante audiverint; et si posthaec falsa scriptura probetur, poenam delicti irrogari, locupletioribus quidem ipsis bonorum ademtionem; pauperioribus vero vehementiorum verberum et exsilii poena iniungetur. Sed his etiam placitis annectimus, ut, si quando ad sui confirmationem (quod frequenter incidit) iuramentis testamento opus sit, ipsi etiam, qui testamentum conscripserunt, una cum iuraturis testibus rei fidem et veritatem corroborent.

Const. LXX.

[1]) *Rubrica ex Cod. Zuieh. desumta est, cf. Harmenop. V. 1. 22.* — [2]) ἐνομίσατο *Cod. Meerm. III., Zuieh.* — [3]) τοῖς ἑαυτῶν coni. *Agyl.* — [4]) τὸ αὐτὸ *Cod. Meerm. III., Zuieh.*; αὐτὸν τὸν coni. *Steph.*; *scripsit fortasse Leo* τὸ αὐτὸν τόν. — [5]) *Cod. Meerm. III., atque ita iam emendaverat locum Steph.*; κειμένων *Scrimg.* — [6]) *Emend. Steph.*; τυφλῷ (om. καὶ) *Scrimg.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ο'.

Περὶ ἐφόδων.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἀπανταχοῦ τὸ κοινὸν τῆς γνώμης κατόψοιτ' ἂν τις οὗς ἡ κοινωνία συνάπτει ἐν μιᾷ καὶ τοιαύτῃ μοίρᾳ τιθέμενον. οὕτω γὰρ καὶ συνέμποροι τὸ ἐκ τοῦ κέρδους ἢ τῆς ζημίας ἴσον διαλαγχάνουσιν, καὶ συνοδῖται πολλάκις εὑρήματι περιτυχόντες, εἰ καὶ μὴ κατ' ἴσον ἔβαλον ἐπ' αὐτὸ τὰς τῶν ὀμμάτων βολάς, ὅμως διὰ τὴν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας κοινωνίαν κοινὴν τὴν τοῦ εὑρήματος κτῆσιν πεποίηνται, καὶ συστραιωῖαι δέ, εἰ καὶ μὴ πάντες σὺν ὁμοίῳ τόνῳ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς τὰς χεῖρας ἐξέτειναν, ἀλλὰ τῶν ἀρίστειῶν τὴν ἰσότητα φέρουσι. Καλῶς ἄρα καὶ τῷ παλαιῷ ἔδοξε νομοθέτῃ τὴν αὐτὴν ὑπέχειν ποινὴν τοὺς πονηρᾷ γνώμῃ συναπτομένους, καὶ κοινῇ πρός τινα πρᾶξιν τιμωρουμένην νόμῳ καθισιαμένους, ἄν τε γυναίου ἁρπαγὴ τὸ πεπραγμένον εἴη, ἄν τε παιρός, ἄν τέ τινος ἑτέρου ἀναίρεσις, εἰ καὶ μὴ πάντες ἐπίσης τῷ πραχθέντι παρέσχον τὴν ἐνέργειαν. Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοῖς προτεθεσπισμένοις συμφθεγγόμενοι περὶ τῶν ἅμα καὶ κοινῶς ἐφοδον κατὰ ζωῆς ἀνθρώπου πεποιημένων ὁριζόμεν, ὥστε πάντας, ὁπόσοι δ' ἂν καὶ εἶεν, τῇ αὐτῇ καθυποβάλλεσθαι δίκῃ, εἰ καὶ μὴ ὡσαύτως ἐνηργηται παρὰ πάντων ἡ πρᾶξις. οὐ γὰρ ὅτι μὴ αὐτός τις τὴν χεῖρα ὑπουργῆσαι τῷ θανάτῳ παρέσχετο, διὰ τοῦτο ἀθῷος ἀπιέναι συνήσεται. εἰ γάρ, εἰ καὶ μὴ τὴν ἰδίαν δεξιάν, ἀλλὰ τὴν ἑτέρου ἑτοιμὸς πρὸς τὴν ἀναίρεσιν; ὅτι γὰρ ἡ τὸν θάνατον καταπραξαμένη χεὶρ ὑπὸ τῆς κοινῆς πονηρίας κινουμένη τὴν πρᾶξιν ἐτόλμησε, δῆλον. οὐκ ἂν γάρ, εἰ μὴ συνεκρότει ταύτῃ τῶν ἄλλων ἡ συνδρομή, ἑτοίμη ὤφθη τῷ φόνῳ ὑπηρετήσασθαι. Διὰ τοῦτο, καθὼς εἰρηται, πάντας τὴν αὐτὴν ὑφίστασθαι εἰσπραξιν τῆς δίκης ψηφιζόμεθα, κἂν, ὡς εἰκός, ἐπὶ μιᾶς τινος πληγῆς τὸ θανεῖν ἀπαντήσῃ, τὸν δ' ἄλλων αἱ χεῖρες οὐ συνεφήψαντο.

Constitutio LXX.

DE AGGRESSIONIBUS.

Idem Imperator eidem Styliano

Quos communio in unam aliquam eandemque conditionem coniungit, inter hos communes etiam animos esse ubique videas. Ita enim in negotiationibus quoque socii lucrum damnumque aequaliter inter se partiuntur, et itinerum comites, quum fortuitu in rem aliquam incidunt, tametsi saepe uno illam momento pariter non conspiciant, tamen propter itineris communionem commune habent inventae rei possessionem, atque commilitones, licet non omnes pari impetu in hostem manus extenderint, tamen virtutis palmam ex aequo auferunt. Recte igitur etiam veteri legislatori placuit, ut eandem poenam sustineant flagitiosae voluntatis socii et qui communi consilio facinus perpetrant, in quod lege poena constituta est, sive raptus feminae sit, sive patris, sive alterius cuiusdam caedes, quamquam non omnes eandem facto operam praestiterint. Igitur nos quoque ea, quae de his, qui simul et communiter vitae hominis insidiati sunt, olim sancita sunt, approbantes statuimus, ut omnes, quotcunque fuerint, eodem supplicio afficiantur, tametsi parem operam rei perpetrandae non omnes adhibuerint. Non enim quod quis ipse manus inferendae neci non admoverit, propterea a poena immunis esse poterit. Quid enim si etiam non suam, sed alterius dextram ad caedem intenderit? Nam constat, manum homicidam a communi malitia instigatam rem aggressam esse; nam nisi aliorum manus huic in subsidium praesto fuissent, non certe ita promte homicidium perpetrasset. Propterea, quemadmodum dictum est, eidem poenae omnes subiici decernimus, etsi forte uno alicuius ictu mors illata fuerit, aliorum vero manus suppetias non tulerint.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ οα'.

Περὶ μελλόντων κτίζειν ἐν ἀροσίμοις τόποις καὶ ὑπαμπέλοις [1]).

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Γνώμην ἀρίστην τε καὶ ἐννομωτάτην παρὰ τοῦ ἀειμνήστου γονέως ἡμῶν καὶ βασιλέως ἐξενηνεγμένην περὶ τῶν καινάς τινας οἴκων κατασκευὰς ἐν τόποις, οὓς τέως ἄροτον ἔτεμνε καὶ ἀμπελῶνες εἶχον, εἰς ἀποκλήρωσιν [2]) βουλομένων κατασκευάζειν, ἐν ὁπόσῳ τῶν γειτονευόντων ὁρίων διασήματι συσιήσεται ἡ καινὴ αὕτη κατασκευή, δεῖν ἐκρίναμεν νόμου τιμῇ [3]) ἀξιῶσαι, ἐπεὶ μὴ παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς τὴν τῶν νόμων ἐγράφη συμπολιτείαν [4]). Ὁρίζομεν οὖν κατὰ τὴν ἐκείνου [5]) γνώμην, τοὺς ἐπὶ νοῦν βαλλομένους ἐν ἀροσίμοις τόποις καινῶν οἰκήσεων κατασκευήν, εἰ μὲν ἡ ἀφθονία παρέχει τῆς χώρας, δυσὶ τόξου βολαῖς ἐκ τῶν γειτόνων ὁρίων ποιεῖσθαι [6]) τὸ διάσημα τῆς νέας κατασκευῆς, εἰ δ' οὐ χαρίζεται δὲ ἐνδειαν ἀφθονίας τοσοῦτον μέτρον ἡ χώρα τῷ διασή-

Constitutio LXXI.

DE IIS, QUI IN LOCIS ARATORIIS ET VINEIS AEDIFICATURI SUNT.

Idem Imperator eidem Styliano

Praestantissimum et aequissimum patris nostri et sempiternae memoriae principis placitum de iis, qui nova quaedam aedificia in locis, quos hactenus aratrum secavit, et in quibus vineae constiterunt, separatim aedificare velint, quanto spatio a vicini finibus novum aedificium distare debeat, legis honore dignandum iudicamus, quoniam a patre in legum collectionem transscriptum non est. Statuimus itaque secundum illius voluntatem, ut, qui in locis aratoriis novas aedes construere volunt, si quidem loci amplitudo ferat, a vicini finibus tanto spatio novum aedificium separent, quantum duplex sagittae ictus efficit, si vero tantum spatium loci angustia non praebeat, uno etiam arcus iactu hoc constituatur. Intra dictum autem spatium novam eiusmodi domum exstruendi nemini facultas sit.

---

[1]) παμπέλοις *Cod. Meerm. III.*; πανωπέλοις *Cod. Zuich.* — [2]) „*Pro* εἰς ἀποκλήρωσιν *vetus liber habet* ὡς ἀποκλήρωσιν, *quod est* ὡς ἀπόμοιραν, *ut partem aliquam ab arvo aut vinea separatam.*“ *Cuiac. Obss. XVII.* 31. — [3]) τιμῆς *in vet. libro se reperisse dicit Cuiac. l. c.* — [4]) *Emend. Steph.*, *idem in vet. libro esse dixit Cuiac. l. c.*; ἐγράφησαν πολιτείαν *Scrimg.* — [5]) *Cod. Meerm. III.*, *Zuich.*, *vet. liber a ud Cuiac. l. c.*, *idemque coniecerat Steph.*; ἐκείνων *Scrimg.* — [6]) μετρεῖσθαι *in vet. libro reperit Cuiac. l. c. idemque praebet Harmenop. II.* 4. 137.

διαστήματι, μετρείσθω καὶ μιᾶ τόξου βολῇ. ἐντὸς δὲ τοῦ εἰρημένου ὁρίσματος οὐδενὶ παρέχειται ἄδεια τῆς τοιαύτης τῶν οἰκήσεων νεουργίας. καὶ ἡ αἰτία λόγου ἤτιων, συνεγγίζει γὰρ καὶ ἡ βλάβη τοῖς γειτονεύουσι καρποῖς μειὰ τῆς πλησιαζούσης οἰκίας.

sit. Cuius ratio evidentior est, quam ut exprimi opus sit. Propius enim accedit damnum ad vicini fruges, quo domus propior est.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ οβ.

Περὶ τοῦ κυροῦσθαι τὰ σύμφωνα τὰ ἄνευ προστίμου γεγενημένα.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Τῷ προστάσσοντι νομίμῳ ψηφίσματι ἀπὸ ψιλοῦ συμφώνου μὴ τίκτεσθαι ἀγωγήν, ἀλλὰ μόνην παραγραφήν, ἐνίους ἐρῶμεν προσπαίοντας. ἀξιοῦντες γὰρ ἅπαν σύμφωνον ἀπροστίμητον ψιλὸν ὑπάρχειν, κἂν τε γραφῇ συντεθειμένον ᾖ, κἂν τε τῶν συμφωνούντων ἰδιόχειρος ἐνέργεια τὸν θεῖον σταυρὸν ἐντάξῃ τοῖς γράμμασι, κἂν τε τῆς θεαρχικῆς τριάδος αἱ κλῆσεις προσκέοιντο, εἰ μὴ καὶ προστιμήματος ζημία ἐκφέροιτο, εἰς τὸ ἀσύστατον τὸ συμφωνηθὲν ἀποῤῥίπτουσι, κακῶς εἰδότες, καὶ κάκιστα τὴν ἰδίαν κρίσιν κυροῦντες, οἵ γε πολλῆς τῶν θείων ἐπίπροσθεν τὰ κοινὰ καὶ ἀνθρώπινα τιμῆς ἀξιοῦσι. τί γὰρ τοσοῦτον, κατά γε τὴν ὄντως ἀνθρώπῳ ἁρμόζουσαν κρίσιν, ἡ τοῦ προστίμου ζημία παρέχει τοῖς συμπεφωνημένοις ἄξίωμα, ὁπόσον θεῖος ἐν αὐτοῖς ὁρώμενος τύπος, καὶ κλῆσις τῆς μακαρίας θειότητος; Θεσπίζομεν οὖν, ἐν παντὶ συμφώνῳ, ἐν ᾧ ἂν τὸ ἐκ τῶν θείων τούτων συναντιλήψεων ἐχέγγυον πρὸς τὴν ἀξιοπιστίαν προσῇ, τὴν ἰσχὺν παρεῖναι κραταιάν τε καὶ ἄλυτον, κἂν μηδεὶς λόγος προστιμήσεως συγγέγραπται.

Constitutio LXXII.

UT PACTA ETIAM NON CONSTITUTA POENA VALEANT.

Idem Imperator eidem Styliano

Legali decreto, quod per nudum pactum non actionem, sed solam exceptionem gigni iubet, nonnullos illudere videmus. Dum enim omne pactum, quod poenam non continet, pro nudo habent, etiamsi scripto comprehensum sit, etiamsi paciscentes sua manu sacrosanctae crucis nota scriptum signarint, etiamsi divinae trinitatis appellationes adiectae sint, si tamen mulctae damnum constitutum non sit, pactum ut invalidum reiiciunt, male sentientes et pessime iudicium suum comprobantes, ut qui rebus divinis communes res et mortales longe praeferendas censeant. Quam enim tantam, recto quidem hominum iudicio, adiectio poenae pactis auctoritatem, quantam sacrosanctum signum et beatae divinitatis nominatio in illis conspecta praebeat Sancimus igitur, omne pactum, in quo ex divinis hisce adiumentis satis fidei insit, quamvis de poena nihil scriptum sit, firmum solidumque robur habeat.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ογ'.

(Περὶ τοῦ μηδένα ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις συνοικεῖν γυναιξίν[1]).

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Πρᾶγμα κακῶς μὲν καὶ πρὸ τῶν κωλυόντων αὐτὸ δικαίων γινόμενον, χεῖρον δὲ μετὰ τὸ κωλυθῆναι τολμώμενον (φημὶ δὴ τὸ ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις, ἅπερ ὁ πολὺς ἄνθρωπος καιηχουμένα καλεῖν ἔγνω, συνοικεῖν τινας γυναιξίν) οὐκ ἄξιον παριδεῖν, οὐκοῦν οὐδὲ παροφθήσεται ἡμῖν. Ἦν μὲν οὖν αὕτη ἡ τόλμα οὐκ οἶδ' ὅπως ἄχρι τῆς ἕκτης συνόδου ἀτιμώρητος· κατὰ ταύτην δὲ τὴν ἱερὰν σύνοδον τὸ πρᾶγμα ἐπιστασίας ἀξιωθέν, ἱερεῖς μὲν ὄντας τοὺς τοιούτους οἰκήτορας, ἑνόχους ἔδειξε καθαιρέσεως, ἀφορισμὸν δ' ἐπήνεγκε λαϊκοῖς. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἀπέχρησεν εἰς παντελῆ ἐκδίκησιν τῶν ἐκκλησιῶν τὸ ἱερωσύνης ψήφισμα. ἤδη γὰρ τῆς αὐτῆς παραμενούσης τόλμης καὶ καθ' ὃν χρόνον[2]) διεῖπε τὰ σκήπτρα ὁ περιώνυμος ἐν βασιλεῦσι πατὴρ ἡμῶν, ἐδέησε βασιλικὴν χεῖρα καὶ πρόσταγμα τὴν τοιαύτην προπέτειαν ἐκ τῶν ἱερῶν ἐξελαύνειν οἴκων. Ὅπερ οὖν καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κρατεῖν βουλόμενοι, ὁρίζομεν, μηδένα μηδαμῶς μήτε ἱερέα, μήτε τῶν ἐκ τοῦ λαοῦ γυναιξὶ συνοικοῦντα ἐν τοῖς λεγομένοις κατηχουμένοις οἰκεῖν. εἰ δέ τις εὑρίσκοιτο τὸν ἅγιον οἶκον οὕτω κοινοποιῶν, τοῦτον μὲν βασιλείῳ χειρὶ ἀτίμως ἐκεῖθεν ἐξωθεῖσθαι, τὸν δὲ παρασχόμενον τὴν κατοίκησιν (εἴτε ἱερεύς, εἴτε τις ἕτερος εἴη ὁ τὴν ἐπιτροπὴν τοῦ ναοῦ ἔχων) καὶ αὐτὸν κινδυνεύειν, ἕνεκά γε τῆς τοιαύτης καταφρονήσεως καὶ τῶν ἱερῶν καινοποιΐας, τῇ τῆς ἐπιτιμήσεως ἀφαιρέσει. ΔΙΑ-

Constitutio LXXIII.

[UT NEMO CUM MULIERIBUS IN ECCLESIARUM COENACULIS HABITET.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Quae res etiam ante, quam iure prohibita esset, detestabiliter quidem committebatur, post prohibitionem vero multo detestabilius audetur (quod nempe in ecclesiarum coenaculis, quae vulgus καιηχούμενα vocare solet, quidam cum mulieribus habitant), eam neglectim habere aequum non est, igitur neque a nobis negligetur. Erat igitur haec quidem res ad sextam usque synodum, haud scio qua ratione, impunita. in ipsa autem sancta synodo, ubi penitius excussa esset, sacerdotibus quidem ita habitantibus remotionem a sacro ordine, profanis vero excommunicationem induxit. Verum ut plene ab eo ausu ecclesias vindicaret, sacerdotale decretum non valuit. Nam quum ad id tempus, quo gloriosissimus inter Imperatores pater noster sceptra moderatus est, in republica mansisset, Imperatoris manu et decreto egebat, quo ea insolentia sacris aedibus expelleretur. Hoc igitur quum etiam nos dehinc obtinere velimus, statuimus, ut nemo neque sacerdos, neque profanus cum muliere cohabitans, in dictis coenaculis habitet; si quis vero sacram aedem ita foedare deprehendatur, is illinc ignominiose principali manu expellatur, qui vero habitationem praebuerit (sive sacerdos, sive quis alius sit, qui templi curam habeat), is quoque propter legis contemtum sacrorumque profanationem curae amissionem timeat.

Const. LXXIV.

[1]) *Rubrica Contii.* — [2]) *Rescnd. Steph.*; τρόπον *Scring.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ οδ'.

[Περὶ τοῦ μὴ τελεῖσθαι τὰς εὐλογίας πρὶν ἂν ὁ νόμιμος τοῦ γάμου συμφθάσῃ καιρός[1].]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἐπειδὴ ἔν τοῖς περὶ γάμων τῇ τε ἱερᾷ καὶ μεγάλῃ ἕκτῃ συνόδῳ ἐντελλομένοις καὶ ἐν τῷ ϟῆ' κανόνι, τοῖς τῷ πολιτικῷ νόμῳ δοκοῦσιν ὑπεναντιότης δοκεῖ ἀναφαίνεσθαι (ἡ μὲν γὰρ ἀπαγορεύει παντελῶς τὴν μεμνηστευμένην ἔτι τοῦ μνησιήρους ἐν ἀνθρώποις ὄντος, πρὸς γαμικὴν ὁμιλίαν ἑτέρῳ συνάπτεσθαι, μοιχείας τὸ πρᾶγμα ὁρίζουσα, ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος οὐκ ἀξιοῖ τὴν τοιαύτην διάλυσιν οὔτε τοῦ μεγάλου ἐγκλήματος, ἀλλ' ἐπὶ μόνῃ τῇ τῶν ἀρραβώνων καὶ τῶν προεισιμήσεων ποινῇ τὴν ἐνοχὴν περιγράφει, εἰ πρωϊαίτερον τοῦ γαμηλίου καιροῦ ἡ ἐπ' αὐτῆς νεναμισμένη τελεσθήσεται εὐλογία), ἐπεὶ οὖν τὸ καίριον τῆς ἐναντιότητος ἀκριβὴς λόγος ἐντεῦθεν ὁρᾷ (τὸ γὰρ μετὰ τὴν εὐλογίαν διΐστασθαι, τοῦτο ἂν εἴη μνηστείας ἀληθὴς λύσις), θεσπίζομεν μὴ τελεῖσθαι τὰς εὐλογίας, πρὶν ἂν ὁ νόμιμος τοῦ γάμου συμφθάσῃ καιρός, ὃς ἐπὶ μὲν ἀνδρῶν πεντεκαιδέκατον περιμένει ἔτος, ἐπὶ δὲ γυναικῶν τῷ τριςκαιδεκάτῳ συμπεριγράφεται. Οὕτω γὰρ καὶ τὰ τῆς εὐλογίας κατὰ λόγον ἕξει, καὶ ἡ τῶν συνελθόντων διάλυσις τελείου γάμου τυγχάνουσα οὐκ ἐναντιουμένης τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ παρὰ[2]) τοῦ πολιτικοῦ νόμου τεύξεται κρίσεως.

Constitutio LXXIV.

[NE ANTE LEGITIMUM MATRIMONII TEMPUS FUTURIS CONIUGIBUS BENEDICATUR.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Quoniam in iis, quae a sacra magnaque sexta synodo de nuptiis in nonagesimo octavo canone praecipiuntur, quoddam civilis iuris placitis contrarium exsistere videtur (etenim illa quidem omnino prohibet, ne sponsa, superstite adhuc sponso, in matrimonium alteri coniungatur, eamque rem pro adulterio habet, civilis autem lex nequaquam talem dissolutionem magnum aliquod esse crimen iudicat, sed si maturius, quam pro connubiali tempore solennis benedictio celebretur, in solis arrhis et quidquid poenae nomine promissum fuerit dependendis poenam circumcludit), quoniam itaque ipsum contrarietatis vulnus hinc acrior ratio conspicit (nam post benedictionem dirimi, haec vera sponsaliorum dissolutio esset), sancimus, non prius benedictiones celebrari, quam legitimum matrimonii advenerit tempus, quod in maribus decimum quintum, in feminis decimum tertium exspectat annum. Sic enim et benedictio suo ordine fiet, et desponsatorum divortium perfecti matrimonii exsistens a civili lege iudicium ecclesiae non contrarium habebit.

[1]) *Rubricam composuit Steph.* — [2]) *Steph.* ἢ περὶ *Scrimg.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ οε'.

[Περὶ τοῦ προάγεσθαι ὑποδιάκονον εἰκοστῷ ἔτει[1])]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στεφάνῳ, τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Εἰ ἐν πολιτικοῖς πράγμασι δογμάτων ἱερῶν παριοῦσα διάταξις πολλάκις πολιτικῶν δογμάτων περὶ τῶν αὐτῶν διατασσόντων κυριωτέρα καθίσταται, πόσῳ μᾶλλον αἱ ἱεραὶ ψῆφοι ἐν πράγμασιν οἰκείοις τῶν πολιτικῶν ψηφισμάτων κρατήσουσι; Τί οὖν ἐστιν ὃ φημι; Τὸν ὑποδιάκονον ἡ ἕκτη σύνοδος εἰκοστῷ ἔτει ἀποθεσπίζει προάγεσθαι. ταύτῃ πολιτικὸς ἀντιλέγων νόμος πέμπτον ἐπὶ τοῖς εἴκοσι χρόνον συνεπιμετρεῖσθαι παρακελεύεται. Ἄξιον οὖν ὑπειληφέναι εἶναι τῷ ἱερῷ νόμῳ τὴν ἱερὰν ἀκολουθεῖν ἀγωγείαν, θεσπίζομεν καὶ ἡμεῖς, τῷ εἰκοστῷ ἔτει τῆς τοιαύτης τυγχάνειν τοὺς ἀξίους χειροθεσίας.

Constitutio LXXV.

[UT QUI VIGINTI ANNORUM EST, HYPODIACONUS CREARI POSSIT.]

Idem Imperator Stephano, sanctissimo Constantinopolitano Archiepiscopo et Patriarchae universali.

Si in causis civilibus sacrorum decretorum sanctio procedens saepe plus auctoritatis, quam leges civiles de iisdem rebus tractantes habent, quanto magis sacra decreta in suis rebus civilibus legibus praevalebunt? At quid est quod dico? Sexta synodus vicenarium subdiaconum ordinari posse sancit; huic civilis lex contradicens, viginti annis quinque admetiri iubet. Iam igitur nos quoque, ut sacrum legem sacer ordo sequatur, convenire rati, iubemus, ut talis ordinatio contingat dignis anno aetatis vicesimo

Δια-

Const LXXVI.

[1]) *Rubricam confecit Steph.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ οϛ'.

[Περὶ τῆς τῶν ψευδομαρτυρησάντων ἱερέων κολάσεως [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Τὰ πρὸς τοὺς θεοκήρυκας (λέγω δὲ πρὸς τοὺς θείους ἀποστόλους) ἀναφερόμενα θεῖα θεσπίσματα ἱερεῖς μὴ εὐορκεῖν ἐλεγχομένους ἀπογυμνοῦσι τοῦ ἱεροῦ ἀξιώματος. τῆς πολιτείας οἱ διατάκτορες νόμοι πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῶν πραγμάτων ἐγκύπτοντες τὴν ψευδομαρτυρίαν διχῇ διαιροῦσι, καὶ ἣν μὲν ἂν ψωράσωσι προελθοῦσαν ἐπὶ ἐγκλήμασι, καθαιρέσει τῶν ψευδομαρτυρησάντων ἱερέων τιμῶνται, τὴν δ' ἐπὶ τοῖς χρηματικοῖς ἀφορίζοντες ἐπί τινα χρόνον, ἀλλ' οὐ καθαιροῦντες τοὺς ἁμαρτόντας, κολάζουσιν. Ἡμεῖς οὖν κελεύομεν, τοῦ ψευδομαρτυρήσαντος ἐνορκίου γινομένου, εἴτε χρηματικὸν τὸ αἴτιον, εἴτε ἐγκληματικόν, καθαιρεῖσθαι τοὺς ἀνιέρους ψευδομάρτυρας, εἰ δ' ὅρκος οὐκ ὤφθη τὸ ψευδομαρτύρημα συγχροτῶν, ἀφορίζεσθαι μὲν ἐπὶ τρισὶν ἐνιαυτοῖς τοὺς ἀληθείας σεμνότητι τὸ ψεῦδος ἐνδῦσαι πειρασαμένους (τὸν δ' ἀφορισμὸν δῆλον ὅτι μοναστήριον, ἐν ᾧ δεήσει αὐτοὺς σὺν ἀκριβεῖ πολιτείᾳ διαγειν, ἐμπιστευθήσεται) καὶ τῆς ἐπὶ τῷ ἁμαρτήματι προηκούσης μετανοίας γεγενημένης εἰς τὴν οἰκείαν αὐτοὺς τάξιν ἀποκαθίστασθαι.

[1]) *Rubrica Stephani.*

Constitutio LXXVI.

[DE POENA FALSUM TESTIMONIUM DICENTIUM SACERDOTUM.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Quae praeconibus dei (sacrosanctos apostolos dico) sacrae sanctiones adscribuntur, sacerdotes falso iurasse deprehensos sacra dignitate denudant; civilis reipublicae moderatrices leges, ubi hoc rerum caput tractant, falsum testimonium bifariam dividunt, et quod quidem dictum in causa criminali deprehenderint, remotione sacerdotum falso testantium puniunt, quod vero in re pecuniaria, ad tempus relegando, non autem penitus removendo delinquentes puniunt. Nos igitur iubemus, ut, qui iurati falsum testimonium, sive causa criminalis sit, sive pecuniaria, tulerint, ut profani a sacerdotio abstrahantur, at si falsum testimonium iureiurando firmatum non fuerit, qui falsum veritatis sanctitati mendacium substituere conati sunt, in triennium relegentur (relegandi scilicet in monasterium erunt, ubi illos ad arctiorem vitae normam vivere oportebit), et delicti conveniente poenitentia facta in pristinum suum restituantur statum.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ οζ'.

[Περὶ τῆς τοῦ πλαστογραφήσαντος τιμωρίας [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἐν πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις, μάλιστα δὲ ἐν τῷ νομίμῳ ἐδάφει οὐκ ἀνέγκλητον ἡ ἀσάφεια. δεῖ γάρ οἶμαι, εἴ που καὶ ἀλλοθί που, σχολιᾶς διαπλάσεως ἀμοιρεῖν τὸν λόγον, καὶ πρὸς τὸ εὐθὺ ἐναρμόζεσθαι. οὐ γὰρ μυστήρια τοῦ νόμου τὰ θέσμια, ὥστε ἀναχωρεῖν αὐτὰ τῆς τῶν πολλῶν καταλήψεως, ἀλλ', εἴ γε οἷόν τε ἦν, ἐχρῆν μηδένα λανθάνειν ταῦτα, μὴ ἄνδρα, μὴ παῖδα, μὴ γύναιον, ὡς μάλιστα τούτου τῇ πρὸς τὸ ἄμεινον τῶν ἀνθρώπων ἀγωγῇ καὶ τῇ τοῦ βίου λυσιτελείᾳ συνεπιλαμβάνοντος. Διὰ τοῦτο ἡμῖν κατ' ἐκεῖνο τὸ βάρος τῶν νομίμων ἐπισήσασι κεφαλαίων, ἐν ᾧ λέξεσιν αὐταῖς, ὥσπερ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τοῦ νομοθέτου λαθεῖν ζητοῦντος, ὅ τι καὶ λέγοι, οὕτω διείληπται· ὁ πλαστογράφος ἐπὶ μεγίστῳ ἁμαρτήματι ἀποτέμνεται, τούτου δὴ τοῦ μεγίστου ἁμαρτήματος, ὁποῖόν ποτε καὶ ὑπελήφθη ὁ νομοθέτης αὐτός [2]), ἀδήλου ὄντος, καὶ πρὸς τὸ ἀόριστον ἀποτέμνοντος τὸν νοῦν, συνείδομεν αὐτοὶ σαφῆ τινὰ καὶ ὡρισμένην τῷ λόγῳ δοῦναι χώραν. Θεσπίζομεν τοίνυν τὸν τοιαῦτά τινα πλαστογραφήσαντα, δι' ὧν τὸ πλαστογράφημα ἰσχὺν λαμβάνει θανάτῳ ὑπάγειν τόν, καθ' οὗ συνεπλάσθη, αὐτὸν παραδιδόμενον τῇ τιμωρίᾳ, ἣν καθ' ἑτέρου ἐσκέψατο παλαμήσασθαι, ἀποτέμνεσθαι.

ΔΙΑ-

Constitutio LXXVII.

[DE FALSARIORUM POENA.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Cum in aliis quidem multis, praecipue vero in legum tractatibus non sine reprehensione obscuritas est. Num oportet, puto, si alicubi, ambigua dictione vacare orationem et clare informari. Non enim arcana sanctiones legis sunt, ut a multitudinis intellectu removeantur, sed si fieri posset neminem illas latere oportebat, neque virum, neque puerum, neque mulierem, quippe quod ad hominum facta rectius instituenda et vitae utilitatem maxime conducit. Propterea quum ad difficilem illum legalium capitum locum substitissemus, ubi ipsis verbis, quasi legislator in eo, quod diceret, occultare voluisset, ita comprehensum est, falsarius in maximo delicto decollatur, quum de hoc maximo delicto, quale legislator ipse innuerit, non constet, et ille sensum indefinitum relinquat, evidenter et definite illam orationem explanare ipsis nobis visum fuit. Sancimus igitur, ut is, qui talia quaedam falso conscripserit, ex quibus iis, adversus quem falsa scriptura concinnata est, morti subiici possit, poenae, quam in alium machinari cogitarit, traditus decolletur.

Const. LXXVIII.

[1]) *Rubricam composuit Steph.* — [2]) αὐτὸ *Cod. Meerm. III., Zuich.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ οη'.

[Περὶ τοῦ ἀθετεῖσθαι τὸν εἰςάγοντα νόμον πρὸς νομοθεσίαν τὴν σύγκλητον [1].]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ὥςπερ καὶ ἐφ' ἑτέρων, ὧν μὴ πρὸς χρείαν τὰ πράγματα καθίστα τὸν νόμον, ὠφθημεν πεποιηκότες [2]), τουτέστι τοῦ νομίμου ἐδάφους τὸ περιττὸν ὑπεξαιροῦντες, οὕτω κἀνταῦθα ποιοῦντες τὸν εἰςάγοντα νόμον πρὸς νομοθεσίαν [3]) τὴν σύγκλητον τῆς ἐν τοῖς νόμοις συμπολιτείας θεσπίζομεν διακρίνεσθαι. τῶν γὰρ πραγμάτων ἀχρηστίαν αὐτοῦ καταγνόντων, ἐξ οὗ τὸν μόναρχον κράτος τὴν τούτων ἀνῆπται διοίκησιν, καὶ ἄκαιρον καὶ μάταιον τὸν ἄχρηστον μετὰ τῶν χρείαν παρεχομένων συντάττεσθαι.

Constitutio LXXVIII.

[NE AMPLIUS SENATUSCONSULTA FIANT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Quemadmodum et in aliis legibus, quae ad communem rerum usum nihil conferrent, fecimus, ut supervacaneum e legum corpore subduceremus, ita hic quoque facientes, eam legem, quae senatui ferendarum legum potestatem facit, a legum republica secerni sancimus. Nam quum rebus ipsis eius inutilitas cognita sit, ex quo earum administrationem imperatoria maiestas sibi vindicavit, si cum utilibus coniungeretur, et ineptum, et supervacuum esset.

---

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) τὰ πράγματα καθίστατο, νόμων ἔφθημεν πεποιηκότες *emend. Georg. d'Arnaud Var. Coniectur. lib. II. cap. 4. fin.* — [3]) *Emend. Steph.*; προνομοθεσίαν *Scrimg.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ οθ'.

[Περὶ τῆς δίκης, ἣν διδόναι χρὴ πρεσβύτερον ἢ διάκονον ἢ ὑποδιάκονον, μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ χειροθεσίαν γυναικὶ συναψάμενον [1].]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Τὰ ἅπαξ ἀνατεθειμένα τῷ θεῷ ἀναφαίρετα δεῖν εἶναι τεθέσπισται, καὶ τοῦτο οὐ μόνον ἐπὶ κειμηλίων ἀνιερουμένων, ἀλλὰ πολύ γε καὶ μᾶλλον ἐπ' ἀνθρώπων, οἷς διὰ τοῦ κλήρου προσγένηται ἡ πρὸς τὸ θεῖον ἀνάθεσις, κἂν [2]) οἷα πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα πταίσματα τῆς τάξεως, ἐν ᾗ διαπρέπειν κατεκληρώθησαν, ἡ τύραννος αὐτοὺς ἐξωθήσοιεν ἁμαρτία. Οὐκ ἀποδεχόμενοι οὖν τῆς προαιρέσεως τὸν παλαιὸν νομοθέτην, ὃς βούλεται πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἢ ὑποδιάκονον μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ χειροθεσίαν συναψάμενον γυναικὶ παντελῶς τοῦ κληρικοῦ ὑπεξίστασθαι σχήματος, καὶ πρὸς τὸν λαϊκὸν βίον ἐπαναστρέφεσθαι, ὀκυροῦσθαι [3]) τὸ δόγμα, θεσπίζομεν δὲ μόνῃ τῇ ὑποχωρήσει τῆς τάξεως, ἐφ' ᾗ πρὸ τοῦ γάμου ἐγνωρίζοντο, ἀρκεῖσθαι τὴν δίκην αὐτοῖς, τοῦ δὲ κληρικοῦ σχήματος καὶ τῆς ἄλλης ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὑπηρεσίας, ἧς ἐφάπτεσθαι οὐκ ἀθέμιτον, μὴ παντάπασι τὴν ἀλλοτρίωσιν καταδικάζεσθαι.

ΔΙΑ-

Constitutio LXXIX.

[DE POENA SACERDOTIS, DIACONI AUT SUBDIACONI, SI POST ASSUMTUM ORDINEM MULIERI IN MATRIMONIUM IUNGATUR.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Quae semel deo dedicata sunt, ea auferri non debere, sancitum est, idque non solum in donariis consecratis, verum multo etiam magis in hominibus, qui per sacrum ordinem divinae maiestati dicati sunt, tametsi, ut multi sunt hominum lapsus, ex ordine, in quem ut excellerent lecti erant, dominans peccatum ipsos exemerit. Non approbantes igitur veteris legislatoris propositum, qui sacerdotem, vel diaconum, vel subdiaconum post ordinationem cum muliere matrimonio iunctum omnino a clericali habitu discedere, atque ad profanam vitam reverti vult, illud decretum abrogamus, sancimus vero, solum restitutionem ordinis, quo ante nuptias censebantur, sufficere iis poenam, a clericali vero habitu alioque ecclesiae ministerio, quod habere per leges non prohibentur, nequaquam eos alienationem pati.

Const. LXXX.

---

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) *Cod. Mocrm. III., Zuich., et emend. Steph.*; καὶ *Scrimg.* — [3]) *Aut mutandum esse* ἀκυροῦσθαι *in* ἀκυροῦμεν *aut infinitivo praefigendum verbum, ut* βουλόμεθα *vel* κελεύομεν *Steph.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ π'.

[Περὶ τοῦ τὰ ἀλουργὰ μέρη καὶ τιμήματα καὶ ἀπεμπολεῖσθαι καὶ ἀγοράζεσθαι [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Οὐκ οἶδα, ὅπως οἱ ἄνω τοῦ χρόνου τὴν ἀλουργίδα στολισάμενοι αὐτοκράτορες εἰς τὸ τοιαῦτα νομοθετεῖν κατέστησαν, ὥστε μηδαμῶς ἀλουργόν τι μέρος ὤνιον γίνεσθαι, μήτε συγχωρεῖν τινι τοιοῦτον πιπράσκειν ἢ ἐξωνεῖσθαι χρῶμα. τὸ μὲν γὰρ ὁλόκληρον ὕφασμα ἀπεμπολεῖσθαι κωλύειν, τάχα φέρει τινα οὐκ ἄλογον [2]) πρόφασιν τῷ νομοθετήματι, τμήμα δὲ καὶ μερὶς βραχεῖα ὠφέλειάν τινα καὶ χρείαν οὐχ ὑπερκειμένην τῷ τε πιπράσκοντι καὶ τῷ ἀγοράζοντι παρεχόμενα, ταῦτα δὴ κωλυόμενα, τίνα εὐπρεπῆ αἰτίαν καὶ φθόνου τῶν ὑπηκόων καθαρεύουσαν τῇ τοῦ νομοθέτου συστάσει γνώμῃ; ποία γὰρ ἐκ τούτων πρὸς τὸ ὑπερέχον τῆς βασιλείου δόξης ἢ ἐναντίωσις, ἢ κοινότης ἁπαντᾷ; Οὐκ ἀρεσκόμενοι τοίνυν τῷ δίγματι διοριζόμεθα ἡμεῖς τὰ ἀλουργὰ μέρη καὶ τμήματα, σεμνοπρεπείας μοῖραν παρεχόμενα τοῖς ὑπηκόοις ἢ χρείαν ἄλλην οὐκ ἀπηγορευμένην, καὶ ἀπεμπολεῖσθαι καὶ ἀγοράζεσθαι. δεῖ γὰρ μετὰ τοῦ καὶ ἄλλως εὐεργετεῖν τὸ ὑπήκοον μηδὲ σεμνοπρεπείας φθονεῖν αὐτοῖς τὴν βασιλείαν.

Constitutio LXXX.

[UT PURPURAE SEGMENTA ET PARTICULAE IN PUBLICIS MERCIMONIIS SINT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Nescio, qua ratione superioris aevi Imperatores, stola purpurea vestiri volentes, talia constituere inducti fuerint, ne qua omnino purpurae particula venundaretur, neque cuiquam talem colorem vendere aut emere permitterent. Etenim ut integrae quidem texturae venditionem prohibuissent, aliquam fortasse speciem non absurdam habuisset, ut vero segmenta atque particulas, quae utilitatem quandam atque usum neque vendenti neque ementi convenientem praebent, prohiberent, qualis honesta et subditorum invidentia aliena causa legislatoris voluntati steterit? Quae enim inde imperatoriae maiestatis summae voluntati vel contraditio vel communio existat? Nos itaque isti decreto non acquiescentes statuimus, purpurea frusta atque segmenta, quae magnificentiae speciem aliumve non prohibitum usum subditis praebeant, tam divendi quam emi posse. Decet enim imperatoriam maiestatem, praeterea quod aliis etiam modis subditos beneficiis afficit, eorum magnificentiae non invidere.

[1]) *Rubricam composuit Steph.* — [2]) *Steph.*; εὔλογον *Scrimg.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ πα'.

[Περὶ τοῦ μὴ πᾶν τὸ ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθων ἔργον κωλύεσθαι ποιεῖν [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Καὶ τοῦτον δὲ τὸν νόμον, ὃς ἁπλῶς ἀφαιρεῖται τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθων δρᾶν τι κατασκεύασμα, ἐπὶ μόνοις δὲ τοῖς γυναικείοις κοσμίοις καὶ τὴν οὕτω καλουμένην δακτυλίων τὴν κατασκευὴν ὁρίζει, τῆς αὐτῆς ὄντα κατανοήσαντες προαιρέσεως τῷ περὶ ἀλουργίδος διαλαμβάνοντι, εἰς τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ χώραν τιθέαμεν. οὐ γὰρ ἁπλῶς ἔχρῆν τὴν ἐκ τῆς ὕλης τοῦ χρυσοῦ χορηγίαν εἰς τὴν ἐργασίαν κωλύειν, ἀλλὰ τὰ εἴδη τῶν ἔργων, ἐπεὶ τό γε καθάπαν [2]) ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθου ἀπαγορεύειν ἐργάζεσθαι, πλεονεξία σαφῶς [3]). τὸ δὲ καὶ βαρεῖαν οὕτω ποινὴν ὑπέχειν τὸν ἁλισκόμενον ἐφ' οἱῳοῦν παραβάντα τὸν νόμον (φημὶ δὴ τὴν τῶν ρ' λιτρῶν ἔκτισιν, καὶ προσθήκην ἐπὶ τούτῳ τῆς κεφαλῆς τὴν ἀφαίρεσιν), τίς λόγος τὸ μὴ οὐχὶ κορυφαῖον εἶναι βιαίου τὸν νόμον παραιτήσεται; ἐῶ δὲ τὴν ἄλλην ἀτοπίαν, οἵαν καὶ καθ' ἱερῶν κειμηλίων ἐνδείκνυται καὶ ἄλλων τινῶν ἡ ἐργασία ποινῆς* Ἡμεῖς οὖν γινώσκομεν οὐχ ἁπλῶς κωλύεσθαι τὸ ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθων ἔργον ποιεῖν, ἀλλ' ἐκεῖνα τὰ κατασκευάσματα, ἃ μόνοις ἐφεῖται βασιλεῦσι, καὶ ὧν ἡ χρῆσις πρὸς τὸν ὄγκον τῆς βασιλείας καὶ τὴν ταύτης χρείαν ὁρᾷ. Εἰ δέ τις ἢ κειμήλιον ἱερόν, ἢ ἱερόν τι οὐκ ὂν ἰδιωτικῆς ἀξίας καὶ τιμῆς ὑποκείμενον [4]) δύναιτο ἐργάζεσθαι, ἀνέγκλητον τὴν ἐπὶ τῷ ἔργῳ ἐχέτω προαίρεσιν. ΔΙΑ-

Constitutio LXXXI.

[NE EX AURO ET PRETIOSIS LAPILLIS QUIDQUAM CONFICI IN UNIVERSUM PROHIBITUM SIT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Hanc vero etiam legem, ex auro et gemmis opus aliquod perficiendi facultatem quae prorsus aufert, et in mundo muliebri et quae dicuntur dactylia fabricationem subsistere iubet, eiusdem cum illa, quae de purpura tractat, esse instituti animadvertentes, in eandem cum illa conditionem ponimus. Non enim simpliciter ex auri materia aliquid ad fabricandum praeberi, sed species operum prohibere oportebat, quoniam ne quod omnino ex auro et gemmis opus fiat vetare, manifesta superbia est; tam gravem vero sustinere eum, qui in quacunque re legem transgredi deprehensus sit (centum librarum auri mulctam, et praeterea capitale supplicium dico), quae ratio legem a summae immanitatis opprobrio defendet? Mitto autem aliam absurditatem, quam in sacris quoque cimeliis aliisque nonnullis rebus effectus poenae designat. Nos itaque non simpliciter opus aliquod ex auro et gemmis confici, sed illa opera, quae solis Imperatoribus permittuntur, quorumque usus magnificentiam imperatoriae maiestatis, eiusque necessitates spectat, prohibenda iudicamus. Si quis autem vel monumentum sacrum, vel aliud quiddam, quod supra privatam dignitatem et honorem non sit, conficere poterit, liberam eius faciendi voluntatem habeat.

ΔΙΑ-

Const. LXXXI

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) *Emend. Bk.*; καθὰ *Scrimg.*; καθαρῶς *coniecit Steph.* — [3]) σαφὴς *Cod. Mocenn. III., Zuich.* — [4]) ὑπερκείμενον *emend. Agyl.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ πβ'.

Περὶ τῆς ἀσφραγίστου διαθήκης παρὰ τοῦ ἄρχοντος.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Πολλὰ τῶν πραγμάτων κατά τινα τύχης περιπέτειαν εἰς γένεσιν ἦκουσι ἀβασανίστῳ μὲν κρίσει αἰτίαν ἐγκλήματος ἀποφέρειαι, τυχοντα δὲ συνεπισκέψεως ἀφείδη τοῦ αἰτιάματος. Οἷον τί λέγω; πολλάκις οὐκ ἐκ προνοίας, ἀλλὰ τυχηρᾷ τις ἠλθεν βολὴ σιδήρου, ἢ λίθου εἰ τύχοι ἐπί τινα. αὕτη σὺν μὲν ἀπειρικεπτῳ κρίσει ὑπαίτιον τὸν βαλόντα ποιεῖ, ὑπ' ἐξέτασιν δὲ τεθεῖσα καὶ βάσανον οὐχ εὑρίσκει πρόφασιν εὔλογον εἰς αἰτίαν περιβολῆς [1]), ὥστε ἐφ' ἂν ἡ σύμβασις τυχηρὰ ἐκ τῶν ἔξωθεν εἰκότων λογισμῶν μᾶλλον, ἢ ἐκ τοῦ πράγματος ἄξιον τὸ ζητούμενον διαιτᾶν. Διὰ τί οὖν εἴρηται ταῦτα; ἐπειδὴ ἐνίοις χρείας καλούσης ἀναπτυσσομένη διαθήκη καταλιμπάνεται, οὕτω συμβαίνοντος ἀσήμαντος εἰς τὸ ἑπειτα, ἡ καὶ τοῦ χρόνου οἷα φιλεῖ τὴν σφραγῖδα εἰς ἀφανισμὸν περισήσαντος, ἐρήμη τῆς ἐκ τοῦ ἐσφραγίσθαι γίνεται πίστεως, ἐκ τούτου δὲ ἀμφιβολία τις ἐνεδρεύει ταῖς τοιαύταις διατάξεσιν, ἡμῖν ἔδοξεν ἑτέρῳ τρόπῳ βοηθουμέναις εἰς πίστιν αὐταῖς συνεπιλαβέσθαι. διὰ τοῦτο κελεύομεν, κἂν μὴ τῆς σφραγῖδος ἡ σωτηρία περίεσει τῇ διαθήκῃ, εἰ τὴν ἀξιοπιστίαν αἱ ὑπογραφαὶ [2]) δύναιντο προσμαρτυρεῖν, μὴ διαμαρτάνειν τοῦ εἶναι βεβαίαν αἰτήν. Ὥσπερ γὰρ τὰς οὕτω ἀναπτυχθείσας διατάξεις αἱ ὑπογραφαὶ κυροῦσι, κἂν ὡς εἶκὸς τῇ σφραγῖδι τὸ ἀδιάφθορον μὴ σώζοιτο, οὕτω καὶ τὰς μειὰ τὸ ἀνεπτύχθαι ἢ ἀσφραγίστους διαμεῖναι λαθούσας, ἢ τὴν ἐκ τῶν σφραγίδων ἀσφάλειαν τῷ χρόνῳ συληθεῖσας ἡγούμεθα δίκαιον εἶναι καὶ ἐκ μόνης τῆς ἐκμαρτύρου ὑπογραφῆς μὴ στερίσκεσθαι πίστεως. Ἐκεῖνο μέντοι γε προεπιθεσπίζομεν, ὡς, εἰ τοῦ κριτοῦ ὀλιγωρίᾳ εἰς τὸ ἀσφραγίστον ἡ διαθήκη περισταίη, ποινὴν αὐτῷ τῆς ὀλιγωρίας δυοκαίδεκα λιτρῶν ἔκτισιν ἐπιτίθεσθαι.

Constitutio LXXXII.

DE TESTAMENTO RESIGNATO.

Idem Imperator eidem Styliano

Multae res fortuito quodam casu calamitati originem dantes minus expensae criminis nomine notantur, accuratius autem consideratae a nota absolvuntur. At quale est quod dico? Persaepe non de industria, sed fortuito aut ferri aut lapidis iactu aliquis laeditur. Ea res temere quidem iudicata iaculantem culpabilem monstrat, sub inquisitionem vero et examen vocata accusandae culpae nulla iusta ratio invenitur, ita ut quae casu eveniunt ex circumstantiis magis, quam e rei natura iudicari conveniat. Quare igitur haec dicuntur? Quoniam interdum postulante necessitate testamentum apertum relinquitur, atque ita sine sigillo eo manente, aut etiam ipso tempore (quod fieri consuevit), sigillum delente, lis de fide, quam signatum haberet exsistit, inde vero incertitudo quaedam talibus testamentis obtingit, testamentis alio modo fidem conciliare nobis visum est. Propterea iubemus, etiam si sigilli auxilium testamento non supersit, si idoneam fidem subscriptiones facere possint, non dubitari, quin firmum sit. Quemadmodum enim testamenta nondum aperta subscriptiones firmant, quanquam fortasse sigillum illaesum servatum non sit, sic illa etiam, quae postquam aperta sunt, aut negligentia non obsignata manserunt, aut quibus diuturnitate temporis sigilla perierunt, fide sua non privari etiam ex solo testimonio subscriptionis iustum putamus. Illud tamen insuper sancimus, ut, si iudicis socordia testamentum non obsignatum maneat, ipsi in socordia poenam duodecim librarum mulcta imponatur.

[1]) εἰς αἰτίας περιβολὴν *coni. Agyl.* — [2]) *Ex vet. libro dedit Cuiac. Obss. XVII., 32.*; τῇ διαθήκῃ εἰς τὴν ἀξιοπιστίαν, αἱ ὑπογραφαὶ *Scrimg.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ πγ'.

[Περὶ τοῦ ἐπὶ τόκῳ τὴν χρῆσιν τῶν δανείων προέρχεσθαι τῷ λεγομένῳ ἀπὸ τρίτης ἑκατοστῆς [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Καλὸν μὲν ἦν καὶ σωτήριον τοῖς τοῦ πνεύματος νόμοις ῥυθμιζόμενον τὸ ἀνθρώπινον μηδὲν ἀνθρωπίνης προσδεῖσθαι παραγγελίας, ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸ ὕψος τοῦ πνεύματος οὐκ ἔστι παντὸς ἐπαρθῆναι, οὐδὲ τοῦ θείου νόμου τὸ ἀπήχημα δέξασθαι, ἀλλ' εὐαρίθμητοι πάνυ οὓς ἐκεῖ ἄγει τῆς ἀρετῆς ἡ ἀνάβασις, ἀγαπητόν, εἰ καὶ κατὰ νόμους ἀνθρωπίνους βιώσειε. Τοὺς λεγομένους τῶν δανείων τόκους πανταχοῦ τοῦ πνεύματος ἢ ψῆφος ὑπὸ κατάκριμα τίθεται, καὶ τοῦτο συνιδὼν ὁ ἀείμνηστος ἡμῶν βασιλεὺς καὶ γονεὺς [2]) τὴν καταβολὴν τῶν τόκων οἰκείῳ διέγνω κωλύειν θεσπίσματι. Γίνεται οὖν τοῦτο δι' ἄρα πενίαν ὑπόθεσις [3]) οὐ πρὸς τὸ ἄμεινον, ὅπερ ἦν σκοπὸν τῷ νομοθέτῃ, πρὸς δὲ τὸ χεῖρον φέρουσα. οἱ γὰρ πρὶν ἐλπίδι τῶν τόκων πρὸς τὸ δανειον πρόθυμοι, τεθέντος τοῦ νόμου τὸ μηδὲν δύνασθαι [4]) κέρδος ἐξάγειν ἐκ τοῦ δανείσματος ἀφιλάν-

Constitutio LXXXIII.

[UT AD TRIENTES USURAS PECUNIA LICITE MUTUETUR]

Idem Imperator eidem Styliano.

Optimum quidem et salutare esset, si spiritus legibus ita se mortale genus accommodaret, ut humanis praeceptis nihil indigeret, quoniam vero ad spiritus sublimitatem elevari et divinae legis vocem amplecti non cuiusque est, sed pauci numero, quos virtus eo ducat, bene se res haberet, si saltem secundum leges humanas viveretur. Quae vocantur pecuniae creditae usurae ubique spiritus decreto condemnantur, idque sciens aeternae memoriae Imperator et pater usurarum solutionem sanctione sua prohibendam putavit. Atqui propter paupertatem res illa non in melius, quod legislatori propositum erat, sed in peius vergit. Qui enim antea usurarum spe ad mutuandum pecuniam promti erant, postquam legem, quod nihil lucri ex mutuo percipere possint, in eos, qui tali humanitate indigent, inhumani atque immites sunt. Quin etiam ad iurisiurandi oblationem et fortasse periuria id occasionem praebuit, et gene-

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) γονεὺς καὶ βασιλεὺς *proposuit Agyl.* — [3]) πενίας ὑπόθεσις *mavult Steph., de corrupto illo ἄρα nihil certi statuens*; διὰ πενίαν *omisso ἄρα emend. Agyl.* — [4]) *Steph.*; ὄνεσθαι *Scrimg.*

ἀφιλάνθρωποί τινες καὶ ἀμείλικτοι πρὸς τοὺς δεομένους τῆς τοιαύτης φιλανθρωπίας καθίστανται. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅρκων προβλήσεις, καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς ἀθετήσεις ἐντεῦθεν ὁρῶνται αἰτίαν λαμβάνοντα, καὶ ἁπλῶς διὰ τὴν ἐπιπολάζουσαν ἐν βίῳ κακίαν ἡ ἀρετὴ τοῦ νόμου οὐ μόνον οὐκ ὤνησεν, ἀλλὰ καὶ προσεζημίωσεν. Οὐκ ἔχοντες [1]) αἰτιᾶσθαι τὸν νόμον ἐκ τῶν οἰκείων (μὴ γένοιτο), διὰ τὸ ὥσπερ εἶπον μὴ ἐφικνεῖσθαι τοῦ ὕψους αὐτοῦ τὸ ἀνθρώπινον τὸ καλὸν παύομεν ὅρισμα, ἀνθορίζοντες ἐπὶ τόκῳ τὴν χρῆσιν τῶν δανείων προέρχεσθαι, καθὼς τοῖς παλαιοτέροις ἔδοξε νομοθέταις, φημὶ δὴ τῷ λεγομένῳ ἀπὸ τρίτης ἑκατοστῆς, ὅπερ ἐστὶ κεράτιον ἓν ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ νομίσματι ἀνὰ πᾶν ἔτος τοῖς δανειστὰῖς εἰς κέρδος γινόμενον.

generaliter propter eminentem in humana vita perversitatem non modo non profuit legis virtus, verum etiam obfuit. Quanquam igitur ex se legem culpare, quod absit, nequeamus, propterea tamen, quod humana natura, ut diximus, ad illius sublimitatem non pervenit, egregium praescriptum abrogamus, et in contrarium statuimus, ut mutui usus ad usuras procedat, quemadmodum veteribus legislatoribus placuit, scilicet ad trientes centesimae, quae quotannis in singulos solidos singulas foeneratoribus siliquas pariunt.

[1]) *Post* ἔχοντες *Steph.* οὖν *vel simile quid inserendum censuit.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ πδ'.

Περὶ τοῦ ἀγοράζειν τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἐν τῇ πόλει, καὶ νεουργεῖν ὁμοίως καὶ τοῖς ἔξω, πλὴν στρατηγοῦ.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

*Τὰ περὶ ἀρχόντων τοῖς πρὸ ἡμῶν δεδογμένα, λέγω δὴ ὥστε τοὺς τῆς βασιλίδος πόλεως ἄρχοντας μήτε τι τῶν ἐν κινήσει, μήτε τῶν οὐ κινητῶν ἀγοράζειν, μήτε μὴν οἰκοδομεῖν προάγεσθαι, βασιλικοῦ μὴ ἐπιτρέψαντος νεύματος, ἔτι δὲ μηδ' εἴ τις προβαίη δωρεὰ ἐν τῷ τῆς ἀρχῆς χρόνῳ, μηδὲ ταύτην τὸ βέβαιον ἀποφέρεσθαι, πλὴν εἰ μὴ μετὰ τὴν τῆς ἀρχῆς ἀποχίνησιν ἐγγράψῳ κυρώμαιτ ὁ τὴν δωρεὰν πεποιημένος αὐτὴν ἐπιῤῥώσῃ, ἢ πέμπτον ἔτος μετὰ τὴν τῆς ἀρχῆς ἀπόθεσιν παρελάσῃ, ταῦτα εἴ καὶ ὅσον πρὸς ἀκρίβειαν τοῦ μὴ χώραν εὑρίσκειν τὴν βίαν, εὐλόγως διώρισται, ἀλλ' ἐπεὶ καὶ δι' ἑτέρου τρόπου τῇ βίᾳ τὴν πάροδον εὔπορον ἀποκλείειν, οὐκ ἀναγκαῖα ἡμῖν καταφαίνεται. Τοιγαροῦν καὶ πεπαῦσθαι ταῦτα βουλόμεθα, μάλιστά γε ὅτι ἐξ ὧν μηδὲ τιμὴ ἔτυχεν, ὅσαι ἡμέραι ἀνεκδικήτου τῆς παραβάσεως αὐτῶν ἀφιεμένης, καὶ πρὸ τοῦ δόγματος ἡμῶν οὐκ ἔφερε τὴν ἐνέργειαν. Πῶς οὖν οὐκ ἀναγκαῖα; ὅτι παντί, καὶ πλουσίῳ καὶ πένητι, τοῖς κατὰ τήνδε τὴν πόλιν ἀναπεπεταμένης τῆς βασιλικῆς ἐντεύξεως καὶ ἐπιδεήσεως, ἔξεστι τῷ εἴ τις βίαιον [1]) ὑπομένοι, διὰ τοῦ βασιλέως ἐπιδεηθῆναι μὴ πάντως ὑπὸ τούτου βιάζεσθαι βουλομένου καταπεπονῆσθαι. ὥστε τις ἀνάγκη, ὥσπερ ἐν χώρᾳ πάσης ἐρήμῃ βοηθείας, ἐν πόλει, οὗ ἄφθονος ἡ βοήθεια, τοσαύτην ἀκριβολογίαν ποιεῖσθαι; Θεσπίζομεν οὖν, κατὰ τὴν νῦν κρατοῦσαν τῶν πραγμάτων καιάστασιν καὶ ἀγοράζειν [2]) καὶ κτίζειν τοὺς ἄρχοντας, καὶ ἐπὶ ταῖς ἐκ προαιρέσεως δεξιώσεσιν ἀνεγκλήτους εἶναι, ὡς οὐκ ἀπορούντων τῶν ὑφισταμένων τὸ βίαιον, ὁπότε τί συμβαίη τοιοῦτον, εἰς ἀποφυγὴν διὰ τῆς πρὸς βασιλέα ἐπιβοήσεως [3]). Περὶ δὲ τῶν καὶ ἐπαρχίας ἀρχόντων ἐκεῖνο προσδιορίζειν ἐγνώκαμεν, τὸ τὸν στραιηγὸν μήτε ἀγοράζειν, μήτε τι τῶν εἰς ἰδίαν ἀπόλαυσιν ἐν τῷ καιρῷ τῆς στραιηγίδος οἰκοδομεῖν τιμῆς, μήτε πρὸς δωρεᾶς οἰκείωσιν ἀκωλύτως ἔχειν, τοὺς δ' ἄλλους ὑποβεβηκότας ἄρχοντας, ἀναφερομένου τῷ στραιηγοῦντι τοῦ πράγματος, σὺν τῇ ἐκείνου διαγνώσει ἢ ἀπείργεσθαι ἢ περαίνειν τὴν διοίκησιν. ΔΙΑ-

Constitutio LXXXIV.

UT NEGOTIARI LICEAT MAGISTRATIBUS URBIS NEC NON AEDIFICARE PARITER AC IIS QUI EXTRA URBEM SUNT PRAETER PRAESIDEM.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quae ab antecessoribus nostris de magistratibus decreta sunt, ut videlicet regiae urbis magistratus neque mobile aliquid, neque immobile emant, neque ad aedificandum accedant, nisi principis permissu, insuper vero nec si quaedam magistratus tempore munificentia accedat, nec haec rata sit, praeterquam si donator finito magistratu scripturae auctoritate illam confirmet, aut post magistratum quinque anni elapsi sint, haec, etsi quantum ad studium, ne vis locum sibi inveniat, optima ratione constituta sint, quia tamen alio etiam modo violentiae viam praecludere facile est, nobis non videntur esse necessaria. Quocirca etiam abrogata illa esse volumus, praesertim quod, ex quo nec poena secuta est, transgressione illorum in dies impunita relicta, etiam ante nostrum decretum nullam vim habuerint. Cur vero illa necessaria non sint? Quod cuique, tam pauperi quam diviti, huius urbis incolis imploratione et supplicatione ad principem, data licet, si quam vim sustineat, ab Imperatore impetrare, ne omnino a violento illo conficiatur. Unde quae necessitas esset, quemadmodum in provinciis omni auxilio vacuis, in urbe, ubi abunde auxilii est, haec adeo exacte requiri? Sancimus igitur, secundum praesentem rerum statum et emere, et aedificare magistratus posse, et in suscipiendis quae sponte offeruntur muneribus criminatione vacare, quippe quum iis, qui vim sustineant, quando tale aliquid incidat, supplicando principi illam effugere integrum sit. De provinciarum autem magistratibus illud insuper statuere visum est, ut praeses, quo tempore praefecturae honore potitur, neque quidquam emat, neque in suum usum exstruat, neque dona impune sua faciat, alii vero minores magistratus, relata ad praefectum re, ipsius iudicio aut removeantur, aut administrationem expleant.

[1]) εἴ τις τι βίαιον aut εἴ τις βίαιόν τι proposuit *Steph.* — [2]) *Cod. Meerm. III., Zuich., idemque iam coniecerat Steph.*; ἐργάζειν *Scrimg.* — [3]) *Cuiac. Obss. XVII. 32. in vetere libro se reperisse dicit* τοὺς ὑφισταμένους τὸ βίαιον οὐκ ἀπορεῖν ἀποφυγὴν διὰ τῆς πρὸς βασιλέα ἐπιβοήσεως, *unde Bk.* ἐπιβοήσεως *recte in textum recepit*; ἐπιβιώσεως *Scrimg.*; ἀποβοήσεως *Cod. Meerm. III., Zuich.*; ἐπιδεήσεως *coniecerat Steph., quem secutus est Agyl., qui simul* διὰ *expungendum esse censuit.*

Δ Ι Α Τ Α Ξ Ι Σ πέ.

Περὶ τοῦ τοὺς μὴ διγαμήσαντας πατέρας λαμβάνειν μοῖραν [παιδός [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἐπεὶ περὶ τῶν ἐπὶ παισὶν ὀπίσω καταλειπομένων τῶν ὁμοζύγων οὐδὲν ἐπεσημηνάμεθα πατέρων περὶ τοῦ ὑποβόλου, τοῦτο δὲ καὶ προλιποῦσαι [2]) τὸν βίον αἱ γαμεταὶ λαμβάνουσι δωρουμένης τῆς συνηθείας, οὐδέν τι κατὰ τοῦτο καινοτομεῖν ἡμεῖς τὴν συνήθειαν διαγνόντες ὁρίζομεν, καθάπερ καὶ μέχρι τοῦδε νενόμισται, δίδοσθαι ταῖς γυναιξὶ τὸ ὑπόβολον, τοῖς δὲ ἀνδράσι πρὸς μὲν δευτέραν ἐλθοῦσι γαμικὴν συζυγίαν μηδὲν ἐξεῖναι λαμβάνειν, τιμῶσι δὲ τὴν συναίρειαν δῶρον τῆς τοιαύτης τιμῆς ἀφορίζεσθαι τούτοις μοῖραν παιδός. ταύτην δὲ τὴν μοῖραν ἐκλογισμῷ ὑποβάλλεσθαι, κἂν μὲν φαίνοιτο ἐπ' ἴσον φθάνουσα τῷ ὑποβόλῳ ἢ ὑπερεκτεινομένη, ἐξαρκεῖσθαι ἐπὶ ταύτῃ τὸν λαμβάνοντα, διὰ τὸ πάντως ἢ κερδαίνειν, ἢ μηδεμίαν ζημίαν ὑφίστασθαι, εἰ δ' οὐκ ἐξικνεῖται ἡ μοῖρα, ἀλλ' ἐνδεῖ τοῦ ὑποβόλου, μήτε τι τῶν οἰκείων ὁ ἀνὴρ διδότω, μήτε τῶν τῆς γυναικείας ὑπάρξεως ἀντιλαμβανέσθω.

Constitutio LXXXV.

UT PATRES, QUI NUPTIAS NON ITERANT, UNIUS LIBERORUM PORTIONEM CAPIANT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quoniam circa maritos cum liberi ab uxoribus relictos de hypobolo nihil praescripsimus, illud autem donante consuetudine praemorientes etiam uxores capiunt, nihil in hoc nos consuetudinem innovandum putantes statuimus, quemadmodum hactenus sanctum fuit, mulieribus hypobolum dari, viris autem, si quidem ad secundas nuptias veniant, nihil accipere licere, sin vero prius matrimonium venerentur, in remunerationem huius venerationis ipsis unius liberorum portionem assignari; hanc vero partem electioni subiici, ut, si quidem hypobolum vel aequet vel exsuperet, accipiens ea contentus sit, eo quod omnino aut lucrum, aut nullum damnum sentiatur, si vero non exaequet, sed minor hypobolo sit, neque de suo quidquam maritum dare, neque ex mulieris bonis quidquam accipere.

[1]) *παιδὸς deest apud Scrimg.* — [2]) *προλιποῦσι Steph.*

Δ Ι Α Τ Α Ξ Ι Σ πς'.

[Περὶ τῆς τιμωρίας τῶν συνηγορίαις ἢ ἐγγύαις ἢ μισθώσεσιν ἢ τοῖς ἄλλοις παραπλησίοις προσνεμόντων ἑαυτοὺς ἐπισκόποις, ἢ ἱερέων ἢ κληρικῶν [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Τοὺς πρὸς τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν βῆμα ὑπὸ τῆς θείας ἀγαθότητος ἐξειλεγμένους οὐ μόνον τῆς ἄλλης αἰσχρότητος τῆς ἁμαρτίας ἄξιον καθαρεύειν, ἀλλὰ καὶ τῆς ὁπόση τοῖς κοινοῖς καὶ βιωτικοῖς ἐπισυνέστηκε πράγμασιν ἀηδίας. ὥςπερ γὰρ οὐκ ἐξεστι τὰ ἄλλα τῆς ἀχράντου καὶ ἱερᾶς ἁγιστείας κειμήλια διὰ τῆς κοινῆς καθυβρίζεσθαι χρήσεως, τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ τοῦ ἀχράντου θυσιαστηρίου τὰ ἔμψυχα κειμήλια κοινοποιεῖσθαι προσήκει τῇ κοινῇ συγχρήσει, ἀλλα μένειν ἐν ᾗ ἀφιέρωνται τάξει, τὴν ἀφιέρωσιν ἄχραντον σώζοντα. Λίαν ἄρα ἱεροπρεπῶς ἡ τῶν θεοκηρύκων ἀποστόλων ψῆφος τοὺς συνηγορίαις, ἢ ἐγγύαις, ἢ μισθώσεσιν, ἢ τοῖς ἄλλοις παραπλησίοις προσνέμοντας ἑαυτοὺς ἐπισκόπους, ἢ ἱερεῖς, ἢ κληρικούς, τῆς ἱερᾶς ἀπογυμνοῖ τάξεως. οἱ γὰρ τὴν παρὰ τοῦ παναγίου πνεύματος διδομένην αὐτοῖς τιμὴν οὕτω περιυβρίζοντες, καὶ τὸ ἑαυτῶν μέρος τὸ ὕψος ταπεινοῦντες τῆς χάριτος, δικαίως οἷα τῆς εὐεργεσίας ἀνάξιοι, ἧς τὸ μέγεθος οὐκ αἰσθάνονται, τὴν ἀφαίρεσιν καταχρίνονται. Ἰλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς τὴν ἀκρότητα τοῦ πολιτεύματος τῶν θείων ἐκείνων νομοθετῶν ὁ παρὼν βίος ἐντείνεσθαι ἀτονώτερος, ἐν οἷς οὐκ ἄγνωσιον [2]) τὸ ἁμάρτημα, οἶμαι οὐκ ἔσται αὐτοῖς ἀπαρέσκον μερίαν τινὰ δοῦναι συγγνώμην τοῖς σφαλλομένοις. Διὰ τοῦτο ἡμεῖς οὐκ ἀντινομοθετοῦντες (ἄπαγε), ἀλλὰ μᾶλλον τῷ ἱερῷ θεσπίσματι συνεπόμενοι, καὶ ὥςτε μηδὲ πρόφασιν ἀπολογίας περιλείπεσθαι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ καταδικαζομένοις, ὁρίζομεν, τοὺς τὴν οἰκείαν τάξιν ἀρχιερεῖς, ἢ ἱερεῖς, ἢ ὅλως τινὰ κληρικὸν διὰ συνηγορίας, ἢ ἐγγύης, ἢ τῶν τοιούτων τρόπων ἀθετοῦντας, ἀφορίζεσθαι καὶ σχολάζειν ἐπί τινα χρόνον τοῦ τὰ θεῖα ἐνεργεῖν, καὶ οὕτως ἄξιαν τοῦ ἁμαρτήματος ἐπιδεδειγμένοι μετάνοιαν εἰς τὴν τῶν θείων μεταχείρισιν εἰσαγέσθωσαν, ἀκοίνους ἑαυτοὺς ἐκ τῆς βιωτικῆς συγχρήσεως πρὸς τὰ ἑπειτα πάσῃ δυνάμει συντηρεῖν καθομολογήσαντες. Εἰ δὲ πάλιν τοῖς αὐτοῖς φωραθεῖεν καταχραινόμενοι, τέλεον ὡς ἀνίεροι καὶ ἀνάξιοι τῆς ἱερᾶς ἐνεργείας ἀποπαύεσθωσαν.

Constitutio LXXXVI.

[DE POENA EPISCOPORUM, SACERDOTUM ET CLERICORUM, QUI SE ADVOCATIONIBUS, SPONSIONIBUS, REDEMTURIS, ALIISVE SIMILIBUS DEDUNT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Qui a divina bonitate ad divinum sanctumque altare delecti sunt, eos non modo ab alia peccati turpitudine mundos esse, verum etiam a communis vitae negotiis vacare decet. Sicut enim alia incontaminati sacrique cultus monumenta communi usu profanari non licet, ad eundem modum neque animata immaculati sacrarii ornamenta communi usu dedecorari, sed manere in quem consecrata sunt ordine, consecrationem puram servantia convenit. Admodum igitur decenter apostolorum, praeconum dei, decretum episcopos, vel sacerdotes, vel clericos, qui se ipsos advocationibus, aut sponsionibus, aut redemturis, aut aliis eiusmodi rebus dedunt, sacro ordine denudat. Qui enim attributam sibi a sacrosancto spiritu dignitatem adeo dehonestant, et ex sua parte sublimitatem gratiae deprimunt, merito ut indigni beneficio, cuius magnitudinem non sentiunt, ad eius iacturam damnantur. Veruntamen quia, ne acumen politiae divinorum illorum legislatorum attingat praesens vivendi genus imbecillius est, quibus peccatum venia indignum non est, non ipsis puto displiceat, modicam quandam peccantibus veniam dari. Propterea nos non contrarium (quod absit) statuentes, sed potius sacram sanctionem sequentes, et ut nulla illis, qui ab ea condemnantur, excusationum causa relinquatur, decernimus, presbyteros, vel sacerdotes, vel omnino clericum quempiam, qui vel patrocinando, vel spondendo, vel alio simili modo suum ordinem dehonestet, removeri, et ad aliquod tempus a celebrandis sacris prohiberi; atque ubi ita delicto dignam poenitentiam egerint, ad sacram communionem reducantur, immunes se a mundana conversatione omnimodo deinceps futuros promittentes. Si vero iterum iisdem rebus se polluere deprehendantur, plane ut profani et indigni sacris functionibus abstineant.

Δ Ι Α-

Const. LXXXVII.

[1]) *Rubricam sanxerit Steph.* — [2]) *ἀσύγγνωσιον emend Steph.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ πζ'.

[Περὶ τῆς τῶν κύβοις σχολαζόντων ἱερέων κολάσεως [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Οὐδ' ὅσοι τῆς ἱερᾶς τάξεως κύβοις σχολάζουσιν, οὐδ' οὗτοι πρᾶγμα τολμῶσι μετρίας τινὸς ἄξιον δίκης. Πῶς γάρ; οἵ γε ὀφείλοντες συντεταγμένῃ διανοίᾳ καὶ ἀμεταχινήτῳ νοῒ τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἐνατενίσεως, ὅσον ἀνθρωπίνῃ δυνατὸν φύσει, ἀχώριστοι τοῦ ἀγαθοῦ διαμένειν, οἱ δὲ ἀντὶ τούτου καὶ μειρακιώδεις [2]) ἐπείγονται παιδίας. Καὶ τούτους οὖν κατὰ τὸ θεόκριτον τῶν θείων ἀποστόλων ψήφισμα, ἐνδικον τῆς ἱερατείας ἀποτέμνεσθαι. Πλὴν ἐπείπερ κἀ εἶνο φιλανθρώπως κελεύει προσδιορισάμενον, μὴ παυομένους ὑφίστασθαι τὴν ποινήν, ὁρίζομεν καὶ ἡμεῖς, τοὺς ἐν τῷ κυβεύειν τὴν ἱερὰν λῆξιν κιβδηλεύοντας ἐν μοναστηρίοις περιορίζεσθαι (τὴν δὲ τοιαύτην περιόρισιν ὁ τριετὴς ἐκμετρείτω χρόνος), καὶ ἀποχρώσης τῷ παίσματι ὀφθείσης τῆς θεραπείας ἀποδίδοσθαι καὶ τούτοις τὴν προτέραν χώραν. Εἰ δ' αὐθις ἐν τοῖς παιχτοῖς [3]) ἀγαπῷεν ἐμμαιάζειν, οἷα δὴ ἀθύρματα [4]) τῆς παναγοῦς τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως πανιελῶς ἐξωθεῖσθαι καὶ ἀποβάλλεσθαι.

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) *Steph. aut* ἐπάγονται *legendum aut* εἰς *nomini* μειρακιώδεις *praefigendum esset, sed nihil opus videtur correctione.* — [3]) *Emend. Cotelerius in eccles. graec. monum. Tom. III. p.* 666.; παχτοῖς *Scrimg.* — [4]) καθάρματα *corr. Steph.*

Constitutio LXXXVII.

[DE ECCLESIASTICORUM ALEA LUDENTIUM POENA.

Idem Imperator eidem Styliano.

Nec qui sacri ordinis alea vacant, neque hi rem modica aliqua poena dignam audent. Quid enim? qui tranquilla mente, animoque ad contemplandas res divinas immoto, quantum humanae naturae est, a bono separari non debebant, illi e contrario etiam aa iuveniles lusus deproperant. Etiam hos itaque a sacerdotio removeri secundum divinum sacrosanctorum apostolorum decretum par est. Verum quoniam id ipsum etiam praescriptum humane iubet non desistentes poenam subire, statuimus nos quoque, eos, ut qui aleae lusu sacrum sortem contaminant, in monasteria relegentur (hanc tamen relegationem triennale tempus finiat) et quando delictum satis expiatum videbitur, in pristinum statum etiam hi restituantur. Quodsi vero rursus in lusibus tempus perdere instituant, tanquam ludibria ex sacrosancto ecclesiastico statu penitus exturbentur et eiiciantur.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ πη'.

[Περὶ τοῦ τιμᾶσθαι τὰς ἱερὰς τῆς τελειώσεως ἡμέρας τινῶν τῶν ὑστερον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διαλαμψάντων [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Τῷ σεβασμίῳ τῶν σεπτῶν ἀποστόλων θεσπίσματι πρὸς δόξαν καὶ τιμὴν ἐκπεφωνημένῳ τῶν τε ἱερωτάτων ἡμερῶν, αἷ τὸ ἑοριάζειν ἡμῶν τῷ τῶν ὅλων δεσπόῃ κομίζουσι, κἀκείνων δέ, ὅσαι τάς τε αὐτῶν τούτων τῶν ἀοιδίμων νομογράφων καὶ τῶν ἄλλων καλλινίκων ἀγωνισιῶν, οἳ σφαγαῖς οἰκείαις τὴν δυσσέβειαν ἐτροπώσαντο, τὰς τελειώσεις μηνύουσιν, ἄξιον τυγχάνοντος καὶ τούτου συνεπισυνῆφθαι, ὥστε καὶ τῶν μετ' ἐκείνους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διαλαμψάντων θεηγόρων ἀνδρῶν, καὶ φωστήρων δίκην τὸ τῆς ἐκκλησίας στερέωμα πράξεσι καὶ διδάγμασι καταπυρσευσάντων, μὴ ἀγεράστους μηδ' ἀνεόρτους εἶναι τὰς μνήμας, τὸ λεῖπον προσαναπληροῦντες θεσπίζομεν, καὶ τούτων τὰς ἱερὰς τῆς τελειώσεως ἡμέρας τιμαῖς ἱεροπρεπέσι κατασεμνύνεσθαι, ὧν ἐστί γε τὰ ὀνόματα. Ἀθανάσιος, ὁ ἐν ἀρχιερεῦσι θεοῦ περιώνυμος, Βασίλειος, ἡ βασίλειος τῆς ἐκκλησίας σεμνότης, Γρηγόριος, ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος, Γρηγόριος, ὁ γλυκὺς τῆς ἐκκλησίας ποταμὸς καὶ ὑπέρλαμπρος, Ἰωάννης, τὸ πάγχρυσον σῶμα τοῦ πνεύματος, καὶ σὺν τούτοις Κύριλλος καὶ Ἐπιφάνιος, ὧν καὶ τὰ κατορθώματα καὶ τὸ πλέος τοῖς εἰρημένοις ἐφάμιλλον.

ΔΙΑ-

[1]) *Rubrica Stephani.*

Constitutio LXXXVIII.

[CELEBRIBUS QUIBUSDAM IN ECCLESIA VIR S FESTI DIES CONSTITUUNTUR.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Venerabili sanctorum apostolorum decreto, quod promulgatum est ad gloriam et honorem sacratissimorum dierum, quibus omnium domino feriari debemus, et illorum, quicunque horum ipsorum celebratorum legislatorum, ceterorumque victoriosorum certatorum, qui morte sua impietatem fugarunt, sanctificationem significant, quum illud quoque coniungi dignum sit, ut etiam eorum diviniloquorum virorum, qui post illos in ecclesia claruerunt, et luminarium instar ecclesiae firmamentum re atque verbis illustrarunt, non sine honore et celebratione memoria sit, nos quod deest adimplentes sancimus, eorum etiam sacros sanctificationis dies convenientibus honoribus coli, quorum haec sunt nomina: Athanasius, inclyti inter pontifices dei nominis, Basilius, regium illud ecclesiae decus, Gregorius, cognomine theologus, Gregorius, dulcis et illustris ecclesiae fons, Ioannes, prorsus aureum spiritus os, et cum iis Cyrillus et Epiphanius, qui praeclaris facinoribus et gloria illis pares sunt.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ πϑ'.

[Περὶ τοῦ τὰ συνοικέσια ἄνευ τῆς ἱερᾶς εὐλογίας μὴ ἐρρῶσθαι [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ὥσπερ τὰ τῆς υἱοθετήσεως πράγματα πρὸς τὸ ἀδιάφορον διακείμενα παρεῖδεν ὁ ἀρχαιότης, ἣν χωρὶς εὐχῶν καὶ τελετῆς ἱερᾶς τελεῖσθαι νομίζουσα οὐδὲν ἐδόκει ὀλιγωρεῖν, οὕτως ἔοικε καὶ τὴν ἀκριβῆ τῶν συνοικεσίων παρεωρακέναι κατάστασιν, καὶ δίχα τῆς νενομισμένης εὐλογίας αὐτὰ συγχωρεῖν. Ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀρχαίοις ἴσως ἂν πρόφασίς τις εὑρεθείη προαιρέσεως, ἡμῖν δὲ θείᾳ χάριτι πρὸς κοσμιωτέραν πολλῷ καὶ ἱερωτέραν ἐπίδοσιν τοῦ βίου καθεστηκότων πραγμάτων οὐδ' ἕτερον ἄξιον τῶν εἰρημένων παροφθῆναι. Τοιγαροῦν καθάπερ ἐπὶ τέκνων εἰσποιήσεως ἱεραῖς ἐπικλήσεσι τὴν εἰσποίησιν προβαίνειν διορισάμεθα, οὕτω δὴ καὶ τὰ συνοικέσια τῇ μαρτυρίᾳ τῆς ἱερᾶς εὐλογίας ἐρρῶσθαι κελεύομεν, ὡς ἔνθα γε μὴ ὀρθῶτο τοῖς συνοικεῖν βουλομένοις τοιαύτη διατιθῶσα ἁρμογή, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ῥηθήσεται συνοικέσιον, οὐδ' ἐπιτεύξεται τῶν τοιούτου [2]) δικαίων ἡ τοιαύτη συμβίωσις. μεταξὺ γὰρ ἀγαμίας καὶ γάμου οὐ ἔστιν εὑρεῖν ἀκαιηγόρητον τὸ γινόμενον. ἔστι σοι γαμικῆς πολιτείας ἔφεσις; ἀνάγκη τὰ τοῦ γάμου τηρεῖν. ἀλλ' ἀπαρέσκει [3]) τοῦ γαμου τὰ πράγματα; διοικεῖτω σε ἀγαμία, καὶ μήτε γάμον κιβδηλεύσῃς, μήτε ψεῦδος τὴν ἀγαμιαν ὑποχορίζοι σοι [4]).

Constitutio LXXXIX.

[NE MATRIMONIA CITRA SACRAM BENEDICTIONEM CONFIRMENTUR.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Quemadmodum adoptionis causam promiscue habitam neglexit vetustas, quam dum sine precibus et sacris mysteriis peragi permitteret, non tamen parvi faciendam putabat, ita et absolutam matrimonii constitutionem, dum id citra receptam benedictionem iniri sineret, neglexisse videtur. Sed veteribus quidem istius voluntatis fortasse ratio inveniri possit, nobis vero, quum divina gratia ad honestius multo sanctiusque vitae institutum res comparatae sint, neutrum dictorum negligi convenit. Igitur quemadmodum sub sacris invocationibus adoptionem procedere praecepimus, sic etiam sacrae benedictionis testimonio matrimonia confirmari iubemus, ut, ubi a nubentibus haec forma adhibita non fuerit, ne omnino matrimonium dicatur, neque eius iura talem coniunctionem accedunt sequantur. Nihil enim inter coelibatum et matrimonium quod reprehendi non debeat invenias. Coniugalis vitae desiderio teneris? Coniugii leges serves necesse est. Sed displicent matrimonii molestiae? Caelebs vivas, et neque matrimonium adulteres, neque falso caelibatum praetexas.

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) τούτου *emend. Steph.* — [3]) *Emend. Steph.*; ἀλλὰ παρέχει *Scrimg.*; ἀλλὰ παρέσχει *Cod. Meerm. III., Zuich.* — [4]) *Recte videtur Steph. emendare* ὑποχορίζῃ *et pro* ψεῦδος *proposuit* ψευδῶς.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ε'.

[Περὶ τοῦ οὓς εἰς τριγαμίαν καταστάντας τῇ ἐκ τοῦ ἱεροῦ κανόνος ὑποκεῖσθαι ποινῇ [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἔδει δὴ πλάσμα τῆς θείας ἡμᾶς παλάμης καὶ νῷ καὶ λόγῳ τετιμημένους μὴ τῆς προσούσης ἔν τισιν ἀλόγοις ἀρετῆς ἡττᾶσθαι. οὐ γὰρ ἔξω κατηγορίας τὸ ἥττημα, οὐδὲ μώμων δικαίων ἐλεύθερον, ἀλλὰ τοσοῦτον ὑπόδικον, ὅσον τῆς ἀλόγου φύσεως ἡ λογικὴ περὶ τὸ ἄμεινον [2]). ἔδει οὖν τά τε ἄλλα καὶ ἐν τοῖς γαμικοῖς μὴ τὸ ἔλαττον τῆς ἐν αὐτοῖς σωφροσύνης προσεῖναι ἀνθρώποις. πολλὰ γὰρ τῶν ἀλόγων τοῦ ὁμοζύγου προαποφθαρέντος διὰ βίου τὴν χηρείαν ἀνασπάζεται [3]), καὶ δευτέροις οὐκ ἐθέλει γάμοις τὸν πρῶτον ὥσπερ καταφρονήσειν. Ἐπεὶ δὲ τὴν τοιαύτην ἧτταν ἡ φύσις οὐ βαρεῖαν νομίζουσα, καίτοι βαρυτάτην, τῇ πρώτῃ οὐκ ἀρκεῖται γαμικῇ ὁμιλίᾳ, ἀλλὰ καὶ πρὸς δευτέραν οὐδὲν αἰδουμένη χωρεῖ, καὶ μέχρι τούτου τὸ ἑαυτῆς ὤφειλεν ὁρίζειν ἐλάττωμα. ἀλλ' οὐχ οὕτω ποιεῖ, ἀλλ' οὔτε συγγνώμην ἐξ ἱεροῦ νόμου ἐπὶ τῷ ἐλαττώματι λαμβάνει, καὶ πρὸς τρίτον γάμον ἐκ τοῦ δευτέρου προάγεται, τῷ μὴ δίκην ἐν τούτῳ ἀπαιτηθῆναι, καὶ τῆς κειμένης ἐπὶ τῷ τρίτῳ ἐπιτιμήσεως καταφρονήσασα, μάλιστά γε καὶ πολιτικοῦ νόμου, οὐκ οἶδ' ὅπως, μὴ συμφωνεῖν ἐθελήσαντος τῷ δόγματι τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ μέμψεως ἀφιέντος τοὺς μέχρι τῆς δευτέρας γαμικῆς μὴ στέρξαντας κοινωνίας. Τοιγαροῦν ἡμεῖς τοῖς τῷ πνεύματι δοκοῦσιν ἑπόμενοι ὁρίζομεν, τοὺς εἰς τριγαμίαν καταστάντας ὑποκεῖσθαι τῇ δίκῃ, ἣνπερ αὐτῶν ὁ ἱερὸς κανὼν ἐξενήνοχεν. ΔΙΑ-

Constitutio XC.

[UT QUI TERTIUM MATRIMONIUM CONTRAHANT, SACRI CANONIS POENAE OBNOXII SINT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Oportebat nos, quum divina manu formati, menteque ac ratione praediti simus, quorundam brutorum praestantiae non cedere. Non enim illa imbecillitas reprehensione vacat, neque a iustis vituperationibus libera est, sed tanto magis culpanda, quantum irrationabili naturae rationalis praestat. Oportebat igitur homines cum in aliis, tum in castitate matrimoniali prudentiam suam non negligere. Multa enim bruta femina mortua perpetuam viduitatem amplectuntur, et secunda coniunctione priorem velut obtegere nolunt. Verum quoniam hanc imbecillitatem turpem non esse, quanquam turpissima est, existimans natura, primo matrimonio contenta non est, sed nullo pudore tacta ad secundum etiam procedit, certe in hoc vitium subsistere debebat; non tamen id facit, sed nec veniam vitii ex sacra lege accipiens, a secundo matrimonio ad tertium prorumpit, constitutam in tertium matrimonium poenam, utpote quae non exigatur, contemtui habens, praesertim quum etiam civilis lex, nescio cur, apostolorum decreto non consentiat, sed reprehensionem remittat iis, qui in secundarum nuptiarum consortio subsistere nolint. Idcirco nos, apostolorum placitum sequentes statuimus, eos, qui ad tertium matrimonium pervenerint, poenae subiici, quam in ipsos sanctus canon promulgavit.

Const. XCI.

[1]) *Rubricam composuit Steph.* — [2]) περὶ τὸ φρονεῖν ἀμείνων *emend. Steph.* — [3]) *Emend. Steph.*; ἀνασπάζεται *Scrimg.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϟα'.

[Περὶ τοῦ μὴ συμφθείρεσθαι παλλακαῖς [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀδιαφορίας καὶ τὴν περὶ παλλακῆς χρίσιν ὁρᾶται ποιούμενος ὁ τοῖς οὕτως ἐπιψόγως συμφθείρεσθαι παλλακαῖς οὐκ αἰδουμένοις συγχωρῶν νόμος. οὐκοῦν οὐδὲ ταύτην τοῦ νομοθέτου τὴν διαμαρτίαν ὑβρίζειν τὴν ἡμετέραν πολιτείαν ἐῶμεν, ἀλλ' ὁ μὲν ἄϋδιον ἐχέτω σιγήν, ἡμῖν δ' ἀπαγορεύεται κατὰ τὰ θεῖα καὶ πρέποντα χριστιανοῖς ἐντάλματα ἡ τοιαύτη ὕβρις οὐ μόνον τῆς πίστεως, ἀλλὰ καὶ τῆς φύσεως. Εἰ μὲν γὰρ κατὰ τὸ λόγιον οἰκεία ὑπάρχει πηγή, ἐκ τῶν οἰκείων ἀπαρύου σωφρόνως (δῆλον ἐξὸν καθαρῶν ἀπαρύεσθαι καμάτων, σὺ προκρίνεις τὸν βόρβορον), εἰ δ' οὐχ ὑπάρχει, ἀλλ' οὐκ ἔστι τῶν ἀποῤῥήτων ἡ κτῆσις, οὐ χαλεπὸν δὲ τὴν κοινωνὸν τοῦ βίου εὑρεῖν.

[1]) *Rubrica Stephani.*

Constitutio XCI.

[UT CONCUBINAM HABERE NON LICEAT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Neque minus ea quoque lex, quae probrose cum concubinis commisceri non erubescentibus id permittendum iudicavit, honestatem susque deque habuit. Igitur nec hanc legislatoris levitatem dedecorare nostrum rempublicam sinemus, sed ista quidem lex in aeternum sileat, a nobis vero secundum divina et quae Christianos decent praecepta talis iniuria non modo religioni, verum etiam naturae contraria prohibetur. Nam si quidem secundum divinum oraculum proprium fontem habeas, prudenter inde haurias (qua ratione, quum puras aquas haurire liceat, lutum tu mavis?), si vero non habeas, res tamen vetitas acquirere non potes, nec vero vitae consortem invenire difficile est.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϟβ'.

Περὶ τοῦ ἐκτυφλώσαντος ἑκόντι.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Εἰ καὶ ἄλλως ἡμῖν περὶ τοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς χερσὶ βιαιοτάταις ἐξορύξαντος τῷ πρὸς ἀμφισβήτησιν αὐτῷ καθισταμένῳ ἡ κρίσις ἐξηνέχθη, ἢ ὡς οἱ παλαιοὶ νόμοι θεσπίζουσιν, ἀλλ' οὖν οὐκ ἦλθεν κατὰ διάνοιαν εἰς νόμον τὴν τοιαύτην διατυπῶσαι κρίσιν. ἐκρίθη μὲν γὰρ ἡμῖν, ὥσπερ καὶ ἐκρίθη, συμπαθέστερόν πως ἐπὶ τῷ πάθει διατεθειμένοις, καὶ ἐπειδήπερ οὐκ ἐνῆν ἀνακαλεῖσθαι τὴν ζημίαν τῶν ὀφθαλμῶν τῷ τούτους ἀπολωλεκότι, ἐγνων μὴ τὸν ζημιώσαντα, κἂν δίκαιος ὑποσχεῖν τὴν αὐτὴν ζημίαν, τῷ ὁμοίῳ σκότει περιβαλεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τοσοῦτον ὁρίσαι τὴν εἴσπραξιν, ὥστε καὶ τὸν πράξαντα φέρειν σημεῖα [1]) τῆς τιμωρίας, καὶ τὸν παθόντα παραμύθιον τι, ὡς ἐν τοιαύτῃ συμφορᾷ καὶ βαθεῖ οὕτω σκότει ἐκ τῶν πόνων κεκτῆσθαι τοῦ τὸ σκότος αὐτῷ δημιουργήσαντος. Ἀλλὰ γὰρ εἰ καὶ οὕτω κέκριται, οὐκ ἦν, ὥσπερ εἶπον, γνώμη τὸ κριθὲν ποιεῖν νομοθέτημα. ἐπειδὴ δὲ ὁ τῶν ἐν τοῖς θείοις ἡμῶν ἀποφερόμενος (οὐ γὰρ πῶς ἂν ἀποπέμψαιμι τὴν ἀξίωσιν;) εἰς νόμους ἀξιοῖ τὴν τοιαύτην κρίσιν διασκευασθῆναι, διὰ τὸ τῆς διαθέσεως φιλάνθρωπον, ὡς ἂν ἀπό γε τοῦ νῦν, εἴ ποτέ τι συμπέσοι τοιοῦτον, τοιαύτης ἐπιτεύξηται διακρίσεως, οἷα καν τῷ παρόντι τῷ ἀδικήσαντι ὥρισται ἡ ζημία, πειθόμεθά τε τῇ προτροπῇ, καὶ τὸ δόγμα ὁρίζομεν. Τοιγαροῦν εἴ τίς ποτε εἰς ὀφθαλμὸν ἐπενέγκοι τινὶ ζημίαν, τοῦτον κελεύομεν, εἰ μὲν ἕνα, τῷ ἑνὶ καὶ αὐτὸν [2]) ζημιοῦσθαι, τὴν ἴσην ὑπέχοντα δίκην. εἰ δὲ κατὰ τῶν δύο τὰς κακούργους ἐπιβάλῃ χεῖρας, ἐπειδήπερ ἐνταῦθα τὸ ἴσον τῆς ζημίας οὐτε τῷ ἀδικηθέντι πρὸς ὄνησιν (τίς γὰρ ὄνησις τῷ ἐν σκότει ζῶντι, εἰ καὶ ἄλλον τὸ ἴσον ἔχοι σκότος;), καὶ τῷ ἑνόχῳ τῆς δίκης, εἰ καὶ μὴ ἀδίκως, ἀλλ' ὅμως ὁ βίος ἀβίωτος, ἐπειδὴ ταῦτα οὕτω, κελεύομεν μὴ κατὰ τὸν ἴσον λόγον, ἀλλ' ἑτέρως προέρχεσθαι τὴν ἐκδίκησιν, δι' ὧν ὅ τε πεπονηρευμένος τιμωρηθήσεται, καὶ ὀνήσεταί τι ὧν ἡ πονηρία λελώβηκε. Νομίζομεν [3]) δὲ οὕτως· ὁ ἀμφοτέρων ὀφθαλμῶν τινι τὴν ζημίαν ἐπενεγκὼν θατέρου μὲν τῶν ὀφθαλμῶν καὶ αὐτὸς ἀποστε-

Constitutio XCII.

[DE POENA EIUS, QUI ALIQUEM DEDITA OPERA EXCAECAVIT.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Tametsi aliter, quam veteres leges sanciunt, de eo, qui alteri violentis manibus oculos effodisset, quum dubitatio de eo exstitisset, a nobis sententia lata sit, nunquam tamen in legem illam sententiam transformare animus fuit. Nonnihil enim misericordia moti, ut etiam iudicavimus, ita quidem iudicavimus, et quoniam oculorum iactura ei, qui illos amisit, vestitui non posset, eum, qui id damni dedisset, quanquam idem damnum pati dignus esset, in eandem esse caecitatem coniiciendum non putavi, sed tantam poenam statui, ut et qui oculos eruit signa poenae ferat, et qui passus est consolationem quandam habeat, ut in tanto calamitate adeoque profunda caecitate ex laboribus eius, qui illa ipsum affecit, fructus capiat. Veruntamen licet ita iudicatum esset, ex re iudicata legem facere, ut dixi, non tamen animus erat. Sed quoniam qui inter sacra nostra officia relatus est (cuius ego qua ratione postulationem reiiciam?) illam sententiam propter statuti humanitatem inter leges collocari petiit, quo deinceps, si quando tale quidquam incidat, talis sententia pronuntietur, qualis etiam in praesenti reo poena constituta est, postulato paremus, et decretum sancimus. Si quis ergo aliquando alicuius oculo damnum dederit, hunc iubemus, si quidem uni, uno et ipsum privari, aequalem poenam subiturum; si vero utrique maleficas manus iniecerit, quoniam hic poenae aequalitas neque laeso prodest (quae enim in tenebris viventi utilitas est, si etiam alius iisdem tenebris teneatur?), et poenae obnoxio, tametsi non immerito, tamen vita intolerabilis, quoniam haec ita sunt, iubemus, non aequa ratione, sed diverso modo poenam procedere, quo et maleficus puniatur, et laesus utilitatem aliquam sentiat. Hunc autem in modum statuimus: qui amborum oculorum iacturam alicui intulerit, altero quidem oculo ipse quoque privetur, quo sceleris sui notam ferat, quoniam vero etiam scelerata manu mutilari ipsum aequum esset, pro manus amissione besse bonorum suorum mulctetur, eumque in vitae consolationem, cui ab isto eruti sunt oculi,

[1]) τὰ σημεῖα *Cod. Mosqu. III., Zuich.* — [2]) *Cod. Mosqu. III., Zuich.*; αὐτῷ *Scrimg.* — [3]) ὁρίζομεν *omn. Steph.*

ἀποστερείσθω, ὡς ἂν εἴη σημεῖον φέρων τοῦ οἰκείου πονηρεύματος, ἔπειδὲ καὶ χειρὸς ὀφείλει τῆς ἀνοσίου τὴν ἐκτομήν, ἀντὶ τῆς ζημίας τῆς χειρὸς τῶν ὑπαρχόντων ζημιούσθω τὴν διμοιρίαν, καὶ ταῦτα εἰς παραμύθιον τοῦ βίου ὁ ὑπ' αὐτοῦ ἐκκοπεὶς τοὺς ὀφθαλμοὺς λαμβανέτω. καὶ ἔσται ὁ μὲν ἀντὶ τοῦ ἐν σκότει βίου ἐξ ὧν τὴν πρὸς τὸν βίον λαμβάνει χορηγίαν βραχεῖαν τινα τῆς συμφορᾶς ἀποφερόμενος ἄνεσιν, ὁ δὲ ὥσπερ εἰρηται δίκην τῆς πονηρίας, τήν τε θατέρου ὀφθαλμοῦ ἐκκοπήν, καὶ τὴν τῶν προσόντων ἀφαίρεσιν ἀντὶ τῆς τῶν χειρῶν ὑπεχέτω ἀφαιρέσεως. Ἀλλ' εἰ μὲν τῶν εὐπόρων εἴη, οὕτως ἡ ζημία προβαινέτω, εἰ δ' ὡς εἰκὸς τῶν ἀπόρων, καὶ ἐν σιενῷ τὸν βίον σαλεύων, καὶ μηδεμίαν δεδυνημένος τῆς συμφορᾶς ἀντισήκωσιν παράσχειν τῷ διὰ τῆς ἐκείνου βιαιότητος ὑπ' αὐτῆς περιεστοιχισμένῳ, γινέσθω καὶ οὗτος [1]) τῆς παραπλησίου συμφορᾶς καὶ κοινωνὸς καὶ μεριστής, καὶ τὸν βίον ἐχέτω ἐν σκότει τῇ ἀμφοτέρων τῶν ὀφθαλμῶν ἐκκοπῇ. Καὶ εἴ τινες δὲ τῷ κακουργήματι κακουργήσαντι [2]) καὶ πρὸς τὴν πρᾶξιν συνήραντο, εἰ μὲν αὐτόχειρες γεγόνασι τοῦ κακοῦ, συνεξορύξαντες τοὺς ὀφθαλμούς, παραπλησίως καὶ αὐτοὶ κολαζέσθωσαν, εἰ δ' ἀπέσχοντο μὲν τοῦ τὰς χεῖρας τοῖς ὀφθαλμοῖς συνεπιβαλεῖν, ἄλλην δέ τινα συνέργειαν παρέσχον τῷ πανουργεύματι, τοῖς μὲν ὁρίζεσθαι τὴν ποινὴν μέχρι τῶν εἰς τὸ σῶμα πληγῶν, καὶ τῆς ἐν χρῷ κουρείας, καὶ τῷ τριτῳ μέρει τῆς τῶν ὑπαρχόντων ζημίας, τοὺς δ' αὐτουργοὺς καὶ τῆς τυφλώσεως τοῖς προειρημένοις ὑπάγεσθαι.

oculi, accipiat. Atque sic caecus quidem inde, quod ad sustentandam vitam sumtus accipiat, modicum aliquod calamitatis lenimentum sentiat, ille vero in facinoris sui poenam, ut dictum est, et alterius oculi privationem, et bonorum amissionem pro manuum amissione sustineat. Sed si quidem reus locuples sit, ita poena procedat, si vero fortasse pauper sit, atque in angustiis vitam agitet, neque quidquam illi, qui ipsius violentia in miserias coniectus est, in compensationem dare possit, similis tunc calamitatis et socius et particeps sit, et vitam in tenebris agat utriusque oculi exscissione. Si qui vero in scelere maleficio perpetrando opem tulerint, si quidem ipsi manus peccato admoverint, dum simul oculos effoderint, eundem ad modum etiam ipsi puniantur, si vero manus in oculos coniicere abstinuerint, aliud autem quoddam auxilium in facinus contulerint, his quidem ad corporis verberationem, et cute tenus tonsionem, et trientis bonorum mulctam poena decernatur, caecitatis vero etiam auctores praedictis poenis subdantur.

[1]) *Cod. Meerm. III., Zuich.*; οὕτως *Scrimg.* — [2]) „*Plane supervacaneum et per imprudentiam a librario additum existimo nomen* κακουργήματι: *quod cum* κακουργήματι *pro* κακουργήσαντι *aliud agens scripsisset, postea expungere oblitus sit*" *Steph.*; *Agyl.* τὸ κακούργημα *pro* τῷ κακουργήματι *proposuit.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϟγ'.

Constitutio XCIII.

[Περὶ τοῦ λύεσθαι τὴν μνηστείαν τῷ τὴν μεμνηστευμένην προσυνδιαφθαρεῖσαν ἑτέρῳ ἐλέγχεσθαι [1]).]

[UT SI SPONSA EX ALIO GRAVIDA DEPREHENDATUR, SPONSALIA RESCINDI POSSINT.]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Idem Imperator eidem Styliano.

Ἐπειδὴ τοῖς ἀρχαίοις τὰ περὶ μνηστείας διορισαμένοις οὐκ οἶδ' ὅν τινα τρόπον οὐκ εἰς τὸ ἀκριβὲς [2]) ἔχει τὰ διωρισμένα, εἴτε μὴ βουληθέντων συμπεριλαβεῖν καὶ τοῦτο, περὶ οὗ νῦν μέλλομεν θεσπίζειν, ἐν τοῖς περὶ μνηστείας διαλύσεως, ἢ μὴ γεγενημένης περιπετείας τοιαύτης, ὁποία νῦν ἐν τῷ παρόντι φανεῖσα τοῦ νόμου τὴν ἔκθεσιν ἀπαιτεῖ, ἡμεῖς καὶ τούτῳ τῷ μέρει τὸ λεῖπον ἀναπληροῦντες ἐν τῷ ἀκριβεῖ τὰ περὶ μνηστείας καθίσταμεν. Ἡ μὲν οὖν ἀ χαλὰ διάταξις λύει τὴν μνηστείαν διαφόροις αἰτίαις. φημὶ δὲ τῷ ἑτεροδόξῳ τοῦ σεβάσματος, καὶ εἰ φρένες εἶεν μανιώδει πάθει περιπετεῖς, ἔτι δὲ καὶ ἄλλαις τισί. τούτων γὰρ ὁποτέρου [3]) αἰτίαν ἔχοντος τοῦ ἑνὸς τῶν συνελθόντων εἰς τὴν μνηστείαν μέρους, κελεύει τὴν ἑνότητα ῥήγνυσθαι, ὃ δὲ νῦν παρ' ἡμῶν ἐπισκέψεως ἠξίωται, ἢ μὴ γεγενημένον, ὥσπερ ἔφημεν, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἢ μὴ ἂν οἰηθέντων ἔσεσθαι, ἢ διά ποιαν ἄλλην αἰτίαν οὐ τέθειται [4]) μετὰ τῶν μνήμης ἠξιωμένων. Ἔστι δὲ τοιοῦτον· μεμνηστευμένη ἔλεγχον δίδωσι, προελθούσης ἤδη τῆς μνηστείας ἀλλοτρίων σπερμάτων ὑποκλόπιος οὖσα, τὴν γυμφικὴν ὑποχρινομένη καθαρότητα. Τὸ μὲν οὖν τοῖς ἀρχαίοις νόμοις ἀπερίλημπτον τοῦτό ἐστι, ἡμεῖς δὲ τὸ ἐνδεὲς προστιθέντες ψηφιζόμεθα, μὴ μόνον τῇ κατὰ πίστιν

Quoniam veteres, qui de sponsalibus tractarunt, nescio quomodo ea de re non accurate praeceperunt, sive quod hoc, de quo nunc sancituri sumus, inter causas dissolvendorum sponsaliorum comprehendere noluerint, sive quod tale quoddam, quale in praesentia exortum legis promulgationem requirit, tum nondum inciderit, nos reliquum in hac parte supplentes, sponsaliorum tractatum ad iustam absolutionem deducimus. Igitur vetus quidem constitutio sponsalia dirimit variis de causis, dico autem de religione opinionem, et si insaniae morbo capiatur, insuper vero etiam ob nonnullas alias. Ex his enim si quam causam alterutra desponsatorum pars habeat, sponsalia dissolvi iubet, quod vero nunc considerationem nostra dignum habetur, quoniam aut tunc temporis, uti diximus, nondum evenerat, aut eventurum non putabatur, aut propter aliam quandam causam inter memoratas non habetur. Est autem tale: sponsam contractis iam sponsalibus furtim alienis complexibus usam sponsalitiam castitatem abiecisse compertum est. Atque hoc quidem veteribus legibus comprehensum non est. Nos vero quod deest adiicientes decernimus, non modo propter perversam fidem, neque propter mentis alienationem, aut alias ob causas, verum etiam propter hoc, quod non minus, nisi magis matrimonio adversatur, quos sponsalia putativa, non vera copulaverunt, disiungi.

[1]) *Haec rubrica est in edit. Cont., longiorem composuit Steph.* — [2]) *Steph., Agyl.*; ἄκριβον *Scrimg.* — [3]) ὁποτέραν *legendum putat Steph., idque accipiendum pro* ὁποτερανοῦν. — [4]) *Cod. Meerm. III., Zuich.*; τίθεται *Scrimg.*

πίστιν ἑτέρῳ [1]), μηδὲ τῇ τῶν φρενῶν ἐκστάσει, ἢ ταῖς ἄλλαις αἰτίαις, ἀλλὰ καὶ τούτῳ, [εἰ [2])] μηδὲν ἔλαττον, εἰ μὴ μᾶλλον, ἐναντιουμένῳ τῇ συνοικεσίᾳ διαζεύγνυσθαι οὓς ἡ δοκοῦσα, μὴ οὐσα δὲ συνῆψε μνησιεία. ποῦ γὰρ μνησιεία ἀληθής, ἔνθα τὸ ταύτης ἀληθὲς οὐχ ὁρᾶται; ποῦ δὲ γαμικὴ ὁμόνοια; ποῦ δὲ στοργὴ καθαρὰ καὶ νυμφική, ἔνθα πορνικὸν ἄγος, καὶ διαστάσεως ἀφορμή, καὶ μίσους ὑπόθεσις [3]) καὶ ὀλλοτριότης, πάντα γὰρ ταῦτά ἐστιν ἐν τῇ τῶν νόθων καὶ ἀλλοτρίων σπερμάτων ὑποδοχῇ [4]). οὐ μὴν οὐδὲ λόγον ἔχει, τὴν ἑτέρου σπορὰν ἑαυτῷ ὑποβάλλεσθαι ἕτερον. οὐδέ γε ἄξιον, τὸν μὲν [γὰρ] [5]) γαμέτην ἐλπίδι καθαρᾶς ἀπολαύσεως τῆς ἐκ τῆς τῶν καθαρῶν παραγινομένης γάμων ἣν ὑπέλαβεν νύμφην εἰσοικίσασθαι, τὴν δὲ κατορχησαμένην τῶν γαμηλίων θεσμῶν, καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς εὐφροσύνης δείξασαν τέφραν αὐτῷ ἐκ τοῦ ἑτέρῳ συνδιαφθαρῆναι μετὰ τοῦ πορνικοῦ ἀγωγίμου γνωρίζεσθαι σύνοικον.

disiungi. Ubi enim vera sponsalia, in quibus non conspicitur verum eorum? ubi vero coniugalis concordia? ubi vero amor sincerus et sponsalitius, quo meretricium scelus, et dissidii occasio, et odii causae, et animorum alienatio? Haec enim omnia sunt in spurii, alienique seminis susceptione. Sed nec rationis est, ex alio semine natum alium sibi subiicere. neque iustum, illum quidem spe honestae ex casto matrimonio oblectationis quam sponsam habuit uxorem ducere, illam vero matrimonii legibus insultantem, et cum aliis lasciviendo oblectationis spem vanam ipsi reddentem, meretriciam vitam agentem uxorem cognosci.

[1]) ἑτεροδόξῳ *coniecit Steph.* — [2]) εἰ, *quod uncis circumdedimus, plane otiosum, immo molestum esse, iam vidit Steph.* — [3]) *Cod. Meerm. III., Zuich.;* ὑποθέσεως *Scrimg.* — [4]) *Cod. Meerm. III., Zuich.;* ἀποδοχῇ *Scrimg.* — [5]) γὰρ *molestum est, ut vidit Agyl., qui etiam distinctionem loci emendavit, apud Scrimg. enim legitur* ἕτερον οὐδέ γε ἄξιον, τὸν μὲν γὰρ *etc.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϟϛ'.

[Περὶ τοῦ ἀθετεῖσθαι τὸν περὶ τῆς ὑπατείας νόμον [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἐπειδήπερ σκοπὸν ἡμῖν ἡ τῶν νόμων ἀνακάθαρσις ἔχει οὐ μόνον ἐκεῖνα τοῦ νομίμου ἐξαλείψειν ἐδάφους, ὧν ἡ γραφὴ πολλάκις τῇ τῶν πραγμάτων καταστάσει διελυμαίνετο, ἀλλὰ καὶ ὅσα τῷ μακρῷ κατασιγασθέντα χρόνῳ ἀργὰ παντελῶς καὶ ὥσπερ διὰ σαπρίαν ἄψαυστα ὑπὸ χρείας πολιτικῆς ὁρᾶται κείμενα, ἀκόλουθόν ἐστι καὶ τὸν περὶ τῆς ὑπατείας νόμον, ὡς κατὰ μηδὲν ἐν τῷ παρόντι τῇ πολιτείᾳ προσῆκοντα, σὺν τοῖς ἄλλοις ἀχρήστοις τῆς νομικῆς ἐξελεῖν καταστάσεως. Πάλαι μὲν γὰρ τὸ ὑπατικὸν ἀξίωμα σεμνόν τε ἦν, καὶ τοὺς ὑποδυομένους αὐτὸ σεμνούς τε ἐδείκνυ καὶ τῷ μεγαλοπρεπεῖ διαφέροντας. διὰ τοῦτο ἄρα καὶ ὅσοι εἰς τὸ ὑπατεύειν καθίσταντο, ἦν ἐκ τοῦ ἀξιώματος αὐτοὶ προσέλαβον φιλοτιμίαν ἀντιδωρεῖσθαι τῇ πολιτείᾳ ἀξιοῦντες, φιλοτίμους δωρεὰς τοῖς πλήθεσι καθυπάτευον. Ἀλλὰ πρὶν μὲν τῇ ἑκάστου προαιρέσει ἀνεῖτο τῆς φιλοτιμίας τὸ μέγεθος καὶ ἡ ἐλάττωσις, ὕστερον δὲ δόξαν οὕτω ῥητῷ μέτρῳ ψήφισμα νόμου τὸ φιλότιμον περιορίζει. Ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν ἕως τὸ σεμνὸν τοῦ ὑπατικοῦ ἀξιώματος ἐν τῇ πολιτείᾳ διέπρεπεν, ὡράτο γινόμενον, νῦν δὲ τῆς πάντα [2]) κινουμένης χρόνου φορᾶς καὶ ταύτην τὴν ὑπατικὴν μεγαλοπρέπειαν ἐκ τῆς πρὶν δόξης καὶ μεγαλότητος πρὸς ταπεινὸν μετασησαμένης σχῆμα, καὶ τῶν εἰς τοῦτο προϊόντων οὐχ ὅπως ἑτέροις ἱκανῶν ὄντων, ἀλλὰ μηδ' ἑαυτοῖς ἐνίοτε ἀρκεῖν δυναμένων, ἐπεὶ διὰ τοῦτο σιγὴ βαθεῖα τὸν περὶ τῆς ὑπατείας νόμον κατέσχε, καὶ τοῦ τὸν ἤδη μετὰ τῶν ἄλλων ἀχρήστων, ὡς ἔφην, εἰκῇ ταῖς νομικαῖς διατάξεσιν ἐγκαταμιγνύμενον, δύγματι τοῦ ἡμετέρου κράτους ἐκεῖθεν ἐκφέρομεν.

Constitutio XCIV.

LEGIS, QUAE DE CONSULATU AGIT, ABROGATIO.]

Idem Imperator eidem Styliano.

Quoniam nostra legum repurgatio hunc finem habet, ut non modo illa e textu leguli deleat, quorum scriptura saepe rerum statum perdit, verum etiam quae longo tempore silentio obruta, inutilia prorsus, et tanquam propter cariem publico usu intacta iacere videntur, consequens est, etiam de consulatu legem, tanquam nihil in praesenti reipublicae convenientem, cum ceteris inutilibus legali corpore eximere. Etenim olim quidem consularis dignitas veneranda erat, venerandosque qui ipsam subirent et magnificentia praestantes efficiebat. Propterea sane etiam ii, quibuscunque consulatum gerere obtingebat, quam liberalitatem ipsi ex dignitate percipiebant, referre reipublicae volentes, liberalia populo munera largiebantur. Sed initio quidem in cuiusque arbitrio liberalitatis magnitudo et deminutio posita erat, postea autem, quod ita visum est, ad certum modum decreto legali circumscribi illam placuit. At enim vero hoc quidem donec consularis dignitatis in republica maiestas floruit, observatum esse apparet, nunc vero, quum temporis cursus omnia movens hanc etiam consularem magnificentiam e pristina gloria et amplitudine in abiectam speciem transformaverit, et qui ad illam procedunt non facile aliis idonei esse, sed nec sibi interdum sufficere possint, quoniam propter hoc de consulatu legem altum silentium pressit, etiam hanc iam cum ceteris inutilibus, ut dixi, frustra legalibus constitutionibus immixtam decreto maiestatis nostrae illinc eximimus.

ΔΙΑ-

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) *Agyl.;* πάντων *Scrimg.;* διὰ πάντων *proposuit Steph.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϟε'.

Περὶ τοῦ ἀποσπασθέντος ὑπεργείου τόπου.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Καὶ τοῖς ἀρχαιοτέροις καὶ προλαβοῦσι τὴν γένεσιν νόμοις αἱ τῶν πραγμάτων χρεῖαι παρέσχον ὑπόστασιν. πρὸς γὰρ τὰ κατὰ τὸν βίον συμπίπτοντα ἡ τῶν ἑκάστοτε νομοθετῶν διαβλέψασα γνώμη πρὸς τὴν τούτου [1]) φύσιν καὶ τὰ νομοθετήματα τίθεται. Ἐπεὶ οὖν ἐκ τῶν ἐν βίῳ πραγμάτων, ὥσπερ ἔφημεν, τοῖς νόμοις ἡ ἀφορμὴ τῆς γενέσεως, χρείαν καὶ νῦν ὁρῶντες ἡμεῖς διά τινος καινότητα πράγματος, καὶ ἣν οὐκ ἔνι πρὸς ἀρχαίαν ψῆφον ἀναφαίνειν [2]), νόμου γενέσεως, ὡς ἄν, εἴ ποτε καὶ ἄλλοτε τοιοῦτό τι συμβαίη, ἔχῃ τὸ συμβὰν νομίμως γε διακρίνεσθαι, ἐκτιθέμεθα νόμον πρὸς τὴν τοῦ πράγματος σύμβασιν. Τίς οὖν ὁ νόμος; ἀγρῶν ἀλλήλοις διαφόρου δεσποτείας παρακειμένων, καὶ τοῦ μὲν ὑπερκειμένην ἔχοντος χώραν, τοῦ δὲ ὑποκειμένου ὄντος, ἐν ἐπιπέδῳ ὁριζομένου, ἐὰν ὁ ὑπερκείμενος ἀγρὸς μέρει τινὶ συγκατασπασθεὶς ἢ σὺν φυτοῖς, ἢ τούτων χωρὶς τὸν ὑποκείμενον τὸ ῥῆγμα δεξάμενον ἐπικαλύψῃ, μὴ ἁπλῶς ἔχειν ἄδειαν μήτε τὸν δεσπότην τοῦ ὑποβεβηκότος ἀγροῦ ὡς ἰδίας ἀντιποιεῖσθαι τῆς κατασπασθείσης ὕλης, ὅτι ἐν τοῖς αὐτοῦ ὁρίοις ἐπίκειται, μήτε μὴν τὸν τοῦ ὑπερκειμένου κύριον καὶ τὴν ῥῆξιν πεπονθότα κἀκεῖνον προσφιλονεικεῖν τῶν ὁρίων κυριεύειν, ἃ τὸ ῥῆγμα ἐπιπεπτωκὸς ὑποδέδεκται, ἀλλὰ τὸν μὲν τοῦ ὑποκειμένου ἀγροῦ κύριον παραχωρεῖν τῷ τοῦ ὑπερτιθεμένου ἀγροῦ κυρίῳ, εἰ βούλοιτο, τὴν συγκατασπασθεῖσαν ὕλην, εἴτε σύμφυτος εἴη, εἴτε φυτῶν ἐρήμη, ἀναλαβεῖν καὶ ἀνακομίζεσθαι, τὸν δὲ τῶν δύο αἱρεῖσθαι τὸ ἕτερον τὴν ὕλην λαβόντα καθὼς ἐξ ἀρχῆς δεσπόζειν αὐτῆς, κειμένης ἐν τοῖς ἰδίοις ὁρίοις, ἢ εἰ τοῦτο μὴ βούλοιτο ἀπέχεσθαι παντελῶς αὐτὸν μετὰ τῆς ὕλης καὶ τῶν δεξαμένων ταύτην ὁρίων, καὶ μὴ παρέχειν πράγματα τῷ τοῦ ὑποδεξαμένου ἀγροῦ τὰ συγκατασπασθέντα δεσπόζοντι. ὥσπερ γὰρ οἰκιῶν παρακειμένων ἀλλήλαις, καὶ τῆς μὲν ἐχούσης ὑπερανέχουσαν τὴν κατασκευήν, τῆς δὲ ὑποκειμένην, εἰ συμβαίη, τῆς ἄνωθεν καταπεσούσης οἰκίας ἢ τὴν καιενεχθεῖσαν ὕλην λαβεῖν, ἤ, εἰ μὴ προαιροῖτο λαβεῖν, ἐξίστασθαι [3]) καθάπαξ, καὶ μηδὲν ὅλως παρενοχλεῖν ἐκείνῳ τῷ μέρει, ὃ τὸ σύμπτωμα ὑπεδέξατο, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα προσήκει τὴν αὐτὴν ἀκολουθίαν καὶ τηρεῖσθαι καὶ φυλάττεσθαι.

ΔΙΑ-

Constitutio XCV.

DE AVULSA TERRAE CRUSTA.

Idem Imperator eidem Styliano.

Etiam antiquioribus, quaeque antea originem sumserunt legibus causam rerum necessitatis usus praebuit. Ad vitae enim legislatorum voluntate vicissitudines semper intenta, pro eius natura leges condunt. Quoniam igitur ex communis vitae negotiis, quemadmodum diximus, legibus nascendi occasio exsistit, nos etiam, quum propter novitatem alicuius rei, et quae ex nulla antiqua lege explicari possit, lege opus esse videamus, ut si forte alias quoque tale aliquid contingat, id legitime diiudicari possit, legem pro qualitate rei constituimus. Quae igitur illa lex? Agris vicinis diverso dominio subiectis, et altero superiore loco constituto, altero inferiore posito, in superficie limitato, si superioris agri pars aliqua vel cum arboribus, vel sine his praerupta inferiorem, qui avulsum excepit, obtegat, non simpliciter licentiam habeat neque inferioris agri dominus avulsam materiam tanquam suam vindicandi, quod inter ipsius fines iacet, neque superioris dominus, et qui avulsionem passus est, de finium, qui partem avulsam exceperunt, dominio, illi litem movendi, sed inferioris quidem agri dominus superioris agri domino permittat, ut, si velit divulsam materiam, sive fructibus consita sit, sive sine fructibus, recipiat et reportet, ille autem ex duobus alterum eligat, et receptae suisque finibus restitutae materiae, quemadmodum antea, dominus sit, aut si hoc nolit, prorsus tum a materia, tum a finibus, qui illam exceperunt, abstineat, neque agri, qui avulsa suscepit, domino negotium facessat. Quemadmodum enim quum domus sibi invicem adiacent, et alterius structura eminentior sit, alterius humilior, si accidat, eminentiore domo in humiliorem collapsa, aut delapsam materiam recipere, aut, si id eligere nolit, illa prorsus cadere, neque omnino illi parti, quae casum excepit, molestum esse, ita hic quoque convenit eandem consequentiam et exsistere et observari.

Const XCVI

---

[1]) τούτων *emend. Steph.* — [2]) *Melius* ἀναφέρειν, *quod Steph. coniecit.* — [3]) *Excidisse censit Steph. verbum, ex quo pendeant infinitivi* λαβεῖν *et* ἐξίστασθαι, *atque Zyl.* ὀφείλει *inserendum censet.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϗ΄.

[Περὶ τῆς τῶν διερευνωμένων τὰς τῶν ἀποβιούντων θήκας κολάσεως [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἔστιν ἀσύγγνωστα τῶν ἁμαρτημάτων καὶ εἰς ποινῆς ἐπιφορὰν ἀπαραίτητα, ὅσα μόνην κακίαν ἔχει τῆς γνώμης, καὶ φυσικῆς ἀνάγκης ἀπολογίας ἢ πρᾶξις ἐστέρηται. ἃ δὲ μὴ ὁλοτελῶς ἐστι τῆς πονηρίας, ἀλλ' ἔχει καί τινα μῖξιν φυσικῆς τυραννίδος, ταῦτα τοῖς κατὰ μέτρον τῆς ἐν τῇ φύσει δυνάμεως κρίνειν προαιρουμένοις συγγνώμης οὐκ ἀποτεύξεται. Ἐκ ταύτης ἐγὼ τῆς γνώμης στοχάζομαι τό τε πολιτικὸν καὶ ἱερὸν ψήφισμα πρὸς ἀντιλογίαν ἀλλήλων ἰδεῖν, ἐν ὅσῳ περὶ τῶν διερευνωμένων τὰς τῶν ἀποβιούντων θήκας ψηφίζονται. ὁ μὲν γὰρ πολιτικὸς νόμος πρὸς μόνην τὴν δύστροπον ἀποσκοπήσας προαίρεσιν τὴν τοιαύτην ἁμαρτίαν κολάζει, συγγνώμης ἀποστερῶν, ὁ δ' ἱερὸς (οἶμαι πρὸς τὴν διοχλοῦσαν τῷ βίῳ πενίαν ἰδών, ἢ τοὺς στενοχωρουμένους πολλάκις τολμᾶν προάγει ἀτόλμητα) τιμωρίαν τοῖς ἁλοῦσιν οὐκ ἔταξεν. Ἡμεῖς οὖν πρὸς τὴν ἑκατέρου ψηφίσματος συγγνώμην ἁρμοζόμενοι, καὶ καθ' ὅσον οἷόν τε ἦν δίκην καὶ συγγνώμην εἰς ἓν συνάπτοντες, τοὺς μὲν ἅπαξ τοῦτο τολμήσαντας θεσπίζομεν εὐμένους καὶ μακροθυμούσης πρὸς τὸ τιμωρεῖσθαι τυγχάνειν τῆς δίκης, τοὺς δὲ τὸ συμπαθὲς ἀφορμὴν ποιησαμένους δευτέρου τολμήματος, ἀλλὰ μὴ νοῦν λαβόντας ἐκ τούτου εἰς ἀναχώρησιν τῆς πονηρίας, ἀπαραιτήτως τὴν τιμωρίαν ὑφίσασθαι. αὕτη μάστιξι ταῖς κατὰ νώτου καὶ τριχῶν ὁρισθήσεται κυρεία.

[1]) *Hanc rubricam Steph. composuit.*

Constitutio XCVI.

[DE SEPULCHRO VIOLATO.]

Idem Imperator eidem Styliano

Quae delicta sola animi nequitia committuntur, nullaque naturali necessitate excusari possunt, his neque venia tribuenda, neque inferendae poenae remedium concedendum est, quae vero non omnino a malitia procedunt, sed mixtam aliquam naturae violentiam habent, his ab illis, qui ad modum vis, quae naturae inest, indicare volunt, venia non denegabitur Ex hac ego ratione civile et sacrum decretum, is quantum de sepulchrorum violatoribus statuunt, sibi contradicere arbitror. Nam civilis quidem lex malum voluntatem tantummodo intuens, negata prorsus venia, id delictum punit, sacra vero (ad paupertatem, puto, quae humanam vitam misere vexat, et saepe prorsus non audenda pauperes audere efficit, respiciens) poenam in deprehensos non constituit. Nos itaque ad utriusque decreti sententiam nos accommodantes, et quantum fieri potest poenam atque veniam in unum coniungentes, sancimus, eos quidem, qui semel id ausi fuerint, lenius et clementius in puniendo iudicium sortiri, qui vero ex misericordia illa iterum peccandi occasionem arripiant, nec inde prudentiores facti a malitia desistunt, nullis precibus admissis poenam sustineant. Illa autem in verberibus dorsi inflictis crinium que tonsione consistet.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϙ΄.

Περὶ τοῦ ὀμνύειν τὸν κριτὴν ἐν ἀρχῇ τῆς δίκης καὶ εἰς τὸ προβληθῆναι ἄρχοντα.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Εἰ καὶ δοκεῖ πῶς ἐναντιολογεισθαι τῷ παντελῶς ἐκκλίνειν τῷ προσιάσσοντι θείῳ κελεύσματι τὸ ὀμνύναι ὁ ἐπ' ἀρχῶν προβολαῖς καὶ δίκης συσιάσει ὁρίζων ὀμνύειν νόμος, ἀλλ' εἰ τὴν γνώμην τῶν λόγων τις διασκέψαιτο, οὐκ εἰς ἐναντιότητα γνοίη τοῦτον ἀποκεχριμένον, τοὐναντίον δὲ ἐκεῖνο σπουδὴν ποιούμενον καταπράττειν διὰ τῆς τοῦ ὅρκου παραλήψεως, ὅπερ ὁ θεῖος βούλεται νόμος ἐν τῇ τοῦ μὴ ὀμνύειν ἐπιτροπῇ ἐξανύειν. καὶ γὰρ ὁ μὲν τῷ ψεύδει καθάπαξ ἀποκλείων τὴν παροδον ἀπαγορεύει τέλεον ὀμνύεσθαι, ὁ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο βουλόμενος εἰς δίωξιν ψεύδους τὸν ὅρκον σύμμαχον παραλαμβάνει. Ὥσιε καὶ ἡμῖν οὐ πρὸς τὸ σχῆμα τῶν ῥημάτων, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐγκείμενον σκοπὸν ἀπερείδουσι τὴν διάνοιαν ἔδοξεν οὐχ ὡς μαχομένην τῷ θείῳ καὶ δεσποτικῷ παραγγέλματι τὴν πολιτικὴν ἀτιμάζειν ψῆφον, ἀλλ' ὡς πρὸς τὸ αὐτὸ φερούσης συνιηρεῖν αὐτὴν τὴν [1]) τιμήν. Ἄλλως τε δὲ καὶ τοῦτο συνειδόμεν, ὡς τὸ δεσποτικὸν παρακέλευσμα οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ πρὸς βιωτικῶν πραγμάτων ἐξηνέχθη κατάσιασιν, ἀλλὰ πρὸς τελειοτέρας πολιτείας τοῖς ἀνιέναι πρὸς τὸ μακάριον ἐκεῖνο ὕψος ποθοῦσιν ἀνάβασιν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, οἷον τό· μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, καὶ μὴ θησαυρίζετε θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὅσα ὁμοδύναμα. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα ἀφωρισμένοις τοῖς τελειοτέροις φέρει τὴν γνώμην. Διὰ τοῦτο δὴ τὴν ἰσχὺν τὴν

[1]) φερούσῃ αὐτῇ συντηρεῖν τὴν *proposuit Agyl.*

Constitutio XCVII.

UT IUDEX IN EXORDIO LITIS ET MAGISTRATUS IN CREATIONE IURET.

Idem Imperator eidem Styliano

Etsi divino praecepto, quod iuramenta omnino vitare iubet adversari videatur lex, quae in magistratuum constitutione litiumque exordio iurandum praecipit, tamen si quis verborum mentem perspiciat, non in contrarium illam rogatam esse, sed e diverso per iurisiurandi institutionem idem efficiendi studium deprehendat, quod sacra lex vult, dum iurandi venium adimit. Etenim haec quidem, quo mendacio prorsus viam praecludat, in universum iurare vetat, illa vero, dum hoc ipsum vult, ad fugandum mendacium iusiurandum in auxilium assumit. Quapropter nobis etiam non ad verborum formam, sed ad propositum finem mentem dirigentibus, non despicere civile decretum, tanquam cum divino et dominico mandato pugnet, sed tanquam eodem vergat, illi honorem conservare visum est. Praeterea vero etiam hoc intelligimus, divinum iussum non simpliciter nec ad moderanda communis vitae negotia esse propositum, sed ad constituendum illis, qui ad beatam illam sublimitatem adscendere desiderunt, in perfectiorem rempublicam gradum, quemadmodum etiam alia, quale hoc: ne solliciti sitis anima vestra, quid esuri sitis, et: ne reponatis thesauros in terra, et cetera eiusdem sensus. Haec enim et similia perfectiora sectantibus demandantur. Quapropter civili legi suam vim, ut diximus, imminutam conservantes, etiam nos sancimus, ut, qui magistratum ineant, et litem de re dubia intrent,

τὴν οἰκείαν ἀμείωτον ὥςπερ ἔφην τῷ πολιτικῷ [1]) συνιηροῦντες νομῷ θεσπίζομεν καὶ ἡμεῖς, τούς τε καθιστα μένους εἰς ἀρχὴς προβολὴν καὶ εἰς κρίσιν ἀμφισβητουμένου πράγματος εἰσιόντας δι' ὅρκων πιστοῦσθαι, ὡς τὸ ἀληθὲς πρὸ τοῦ ψεύδους τιμήσουσι, καὶ οὐδαμῶς της εὐθείας ἐκτραπέντες ἐπὶ τὴν σκολιὰν τῆς ἀπάτης τρίβον χωρήσουσιν.

intrent, iureiurando fidem faciant, se veritatem mendacio praelaturos, nec ullo modo a recta via aberrantes, in obliquam fraudis semitum concessuros esse.

[1]) *Steph.*; πολίτῃ *Scrimg.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϟῆ'.

[Περὶ τῆς τῶν πρὸς γάμον συναφθέντων εὐνούχων κολάσεως [1]).]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἡ τῶν νόμων γένεσις καὶ κατάστασιν τῆς πολιτείας σκοπὸν ὑποβάλλεται [2]), καὶ τῇ φύσει ἐνίοτε ἀδικουμένῃ βοηθεῖν ἐπαγγέλλεται. Οὐκοῦν δίκαιον καὶ νῦν περὶ τῆς ζητουμένης ὑποθέσεως (ἡ δέ ἐστιν εἰ ἔξεστιν εὐνούχοις πρὸς γάμον συνάπτεσθαι) νόμον τυχεῖν γενέσεως. ἀλλὰ πρὸ τῆς τοῦ νόμου ἐκθέσεως ἄξιον πρὸς ἐξέτασιν κατασιῆναι τοῦ πράγματος, καὶ συνιδεῖν, εἰ δυνατὸν τὴν τοιαύτην συνάφειαν ἀποφέρεσθαι γάμου κλῆσιν. μᾶλλον δὲ εἰ ὅλως ἐπ' αὐτῇ θεμις τελεσθαι, ἃ τῷ γάμῳ τελεῖται, οἷον εὐχην ἱερὰν, ἢ τελετὴν, ἢ ἀνθρωπίνην τινὰ τέρψιν καὶ θυμηδίαν, καὶ ὅσα ἐπὶ μνηστείᾳ γίνεται. Ὁ μὲν γὰρ ἱερεὺς κατὰ μίμησιν τῆς ἄνωθεν παρὰ τοῦ πλάσαντος εὐλογίας τοῦ πρὸς αὔξησιν τὰ γένη συναρμόσαντος, ἔσιηκεν ἱερολογῶν, ἡ δὲ ἐξ ἀνθρώπων προϊοῦσα θυμηδία καὶ ἀγαλλίασις πρὸς τὸ τῆς γεωργίας τέλος ἀφορῶσα καὶ τοῦ γένους ἐκδοσιν τὴν βλαβην [3]), λαμβάνει τὴν πρόοδον. οἵ τε γαρ τῶν νυμφίων γεννήτορες, ἐν ἐλπίσιν ὄντες τοῦ γονὴν ἐποψεσθαι τῶν οἰκείων σπλάγχνων, οἵ τε νυμφαγωγούμενοι, τοῦ δοῦναι τῷ βίῳ γένους διαδοχὴν, ἐκ περισιαζούσης αὐτοὺς ἀπολαύουσιν ἡδονῆς. ᾧ δὲ μηδὲν ὕπεστι τοιοῦτον, ποίᾳ μὲν ἀνθρωπίνῃ εὐφροσύνῃ συνέλθοι; ποίᾳ δ' ἱερᾷ συνεπιλήψεται τελετῇ [4]); οὕτω δὲ τῆς συναφείας ὁρωμένης ἀνευφ ἀντου καὶ ἀνιέρου καὶ ἀτελέστου καὶ ἀμεθέκτου εὐλογίας, πῶς ἡ γαμήλιος κλῆσις ἁρμόσει. μᾶλλον δὲ πῶς οὐχ οἷα καὶ ἐκθέσμῳ κολάσει ἔψεται ἡ ἐπὶ τοῖς ἐκθέσμοις ὀφειλομένη; Ἀλλ' ὅτι μὲν οὐδὲ τὴν ἀρχὴν γαμος δύναιτο ἂν λέγεσθαι, ὡς ἐν τύπῳ οὕτως, θεωρείτω δὲ μᾶλλον ὁ λόγος καὶ ἀκριβέστερον τὴν ἀδικίαν τοῦ πράγματος. Τὸ ἄρσεν καὶ θῆλυ συναρμόζων ἐξ ἀρχῆς ὁ πλάσιης πρὸς τὸν ἐκεῖθεν πληθυσμὸν ἀφορῶν διετέθει τὴν συναρμοσίαν, καὶ μην καὶ τῇ φύσει, καθόσον δυνατὸν οἷα δούλῃ σώζειν τοὺς δεδομένους παρὰ τοῦ κτίσαντος λόγους, σκοτὸς ἐπὶ τουτω γαμικὴν ὁμιλίαν συνίσασθαι, ἐφ' ᾧ τῶν γενῶν ἡ διαδοχὴ προῖει, μέχρις ἂν δι' αὐτῆς ὁ κτίσας βούλοιτο τὴν τοιαύτην ὑπ' αὐτῆς λειτουργίαν διακονεῖσθαι. Εἰ οὖν ἔστι κἀνταῦθα ὃ καὶ τῷ πλάστῃ τῆς φύσεως καὶ τῇ φύσει νενόηται, μὴ κωλυέσθω τὸ κωλυόμενον, εἰ δ' οὐκ ἔστιν (ἄςπερ οἶδ' ἔστιν, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον, ἄπορον μὲν εἰς πλήρωσιν τῆς δεσποτικῆς βουλῆς, ἔκφυλον δὲ καὶ οἷον μὴ ἔγνωκεν ἡ φύσις), πῶς οὐ παντὶ κωλυθήσεται τρόπῳ; Εἰ δέ τις λέγοι τὸ φιλονεικεῖν ἡδὺ ποιούμενος, ὡς εἴ γε διὰ τὸ ἄγονον ἀποκλείεται γαμεῖν εὐνούχοις, πολλῶν καὶ ἄλλων ἀποκωλύσεις γάμους (οὐ γαρ πάντες, ὅσοι πρὸς κοινωνίαν ἔρχονται, τοιαύτην φύσιν ἐκ τῆς κοινωνίας ἐδείξαν), πρὸς

Constitutio XCVIII.

[DE POENA EUNUCHORUM, SI UXORES DUCANT.]

Idem Imperator eidem Stylliano.

Legum sanctio et reipublicae constituendae finem habet, et naturae interdum iniuria affectae auxilium offert. Iustum est ergo, ut nunc etiam de proposita specie (ea vero est, an eunuchos in matrimonium contungi liceat) lex originem capiat. Sed ante legis constitutionem in examinatione rei subsistere iuvat, et quaerere, an talis coniunctio matrimonium appellari possit, immo an animo peragi fas sit, quae in matrimonio peraguntur, qualia sunt sacra precatio, vel sacrificium, vel humana quaedam oblectatio ac voluptas, et quaecunque in matrimonio fiunt. Etenim sacerdos quidem ad imitationem caelestis a creatore, qui sexus ad multiplicationem copulavit, pronuntiatae benedictionis, verbo sacra effatur, ex hominibus vero procedens voluptas et desiderium ad geniales complexus et utriusque sexus germina respiciens, progressum recipit. Sponsorum enim parentes, viscerum suorum visuros foetum, et sponsi ipsi, vitam daturos se generis successoribus sperantes, multiplici voluptate perfunduntur. Ubi vero nihil tale subest, qualis hominum hilaritas accedat, quale sacrificium adiungatur? Quum autem illorum coniunctio adeo oblectamento, et consecratione, et sacrificiis, et benedictione careat, quomodo matrimonii appellatio ei conveniet? immo quomodo non nefarium poena sequatur, quae nefariis debetur? Sed quod quidem nec ab initio matrimonium vocari possit ut principium ita se habeat, sed magis exactiusque rei indignitatem oratio definiat. Rerum creator, quum initio marem et feminam consociaret, ad incrementum inde exstiturum respiciens, consociationem illam faciebat; quin et naturae, quae tanquam famula quantum potest a fundatore tradita praecepta observat, finis est, ut in hoc matrimonii consuetudo ineatur, quo sobolis procreatio procedat, quoad quidem ab ipsa tale ministerium conditor praestari velit. Si igitur illic est quod et naturae creatori, et naturae placeat, prohibitum non prohibeatur, si non est (quemadmodum non est, sed contrarium omne, imbecille quidem ad implendam domini voluntatem, alienum vero et quod natura non agnoscat), quare non omnibus modis prohibebitur? Si quis vero altercationibus gaudens dicat, quodsi propter sterilitatem eunuchi a coniugio secludantur, multorum etiam aliorum coniugia interdici debere (non omnes enim, qui in coniugium coëunt, talem fructum ex communione habuerunt), ad contentionem in promtu est responsio, quod illi quidem, etsi nullus foetus edatur, non tamen ad hoc convenerunt, ne quam vitae utilitatem ex coniugali copula afferrent, sed manifesta procreandorum quidem liberorum desiderio effectum autem desiderio responsurum opinati, licet in eventu

[1]) *Hic titulus est in ed. Contii, longiorem ex argumento Novellae composuit Steph.* — [2]) *Cod. Meerm. III. et Zuich.*; ἀποβάλλεται *Scrimg.* — [3]) *Pro βλάβην Steph. proposuit βλασιήν, nec non suspicatus est etiam in verbo ἑκάσιην vitium latere, eumque, ut solet, Agyl. secutus, coniecit ἑκάστου τὴν βλασιήν, quod certe sensum praebet, quare interpretationem latinam Agylaei retinui. Sed vere r, ut ita locus in integrum sit restitutus.* — [4]) *Magis credo, Leonem scripsisse ποία μὲν ἀνθρωπίνη εὐφροσύνη συνέλθοι; ποία δ' ἱερὰ — τελετῇ.*

πρὸς τὴν φιλοτεκνίαν ἕτοιμος ἡ ἀπόκρισις, ὅτι ἐπ ἐκείνων μέν, εἰ καὶ μὴ καρπὸς φύεται, ἀλλ' οὖν οὐκ ἐπὶ τούτῳ συνῆλθον, οὐδ' ὥστε μὴ δοῦναι τῷ βίῳ τῆς γαμικῆς γεωργίας ὠφέλειαν, ἀλλα δῆλον, ὡς πόθῳ μεν παιδοποιίας, ὑπειληφότες δέ, ὅτι πρὸς ἔργον ὁ πόθος χωρήσοι, εἰ καὶ πρὸς ἔκβασιν ηὐτύχησεν ἡ ἐλπίς, ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἔστι τοιοῦτον εἰπεῖν (πολλοῦ γε καὶ δεῖ), ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδότες οἱ καὶ [1]) τὴν ἔκφυλον συνιόντες μῖξιν, ὡς ἄγονοι καὶ ἄκαρποι, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο καὶ συνῆλθον, καὶ καθάπερ τῇ φύσει ἐπιβουλεύοντες. ἀμφότεροι τοίνυν καὶ κατὰ τοῦτο μόνον μισητοί, ἡ μὲν, ὅτι ἐξὸν αὐτῇ, εἰ τὴν διὰ γάμου ἐπόθησεν ὁμιλίαν κοινωνῆσαι γονίμῳ φύσει, τὴν ἄγονον ἠλλάξατο καὶ τὸ [2]) ἄκαρπον, ὁ δέ, ὡς τῇ ἑαυτοῦ ἀχρησίᾳ περιῦσιῶν εἰς το ἄχρηστον εὐλογίας ἐνεγκεῖν τῷ ποιήσαντι. Εἶτα καὶ χώραν μέν, ἐξ ἧς ἂν τις ἕτερος καρπὸν δρέψαιτο, εἴ τις ὀφθείη διαλυμαινόμενος καὶ πρὸς το ἀργὸν [3]) αὐτῇ χρώμενος, ὡς πονηρὸν καὶ λυμεῶνα μισήσομεν, καὶ εἰ δυνατὸν ἐφέξομεν αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν, τον δ' εἰ τις ἐξ ἧς ὁ λογικὸς ἀναβλαστάνει σιάχυς χώραν ἐξερημοῖ καὶ ἄχρηστον δείκνυσι, τούτῳ ὡς μηδὲν ἄδικον δρῶντι παραχωρήσομεν; Καὶ τίς ἂν φαίη [4]); Ἀλλὰ φασὶ Παῦλος εἶπε· κρεῖττον γαμεῖν ἢ πυροῦσθαι, ὥστε διὰ τὴν πύρωσιν ἀκώλυτον ἡ συνάφεια. Ὁ τὸν Παῦλον εἰς μέσον προάγων, πρόσχες τοῦ Παύλου τοῖς ῥήμασι. γαμεῖν εἶπε, τουτέστι διὰ τῆς γαμικῆς ὁμιλίας συναρμοζεσθαι γυναικί. εἰ μὲν οὖν καὶ ἡ σὴ πρὸς γυναῖκα μῖξις συνάρμοσις γαμικὴ, καὶ ἀξία τυχεῖν εὐλογίας, ἥτις ὀφείλεται τοῖς νυμφαγωγουμένοις, γάμον αὐτὴν ἐξονόμαζε, καὶ περιέκοπει νύμφην, εἰ δ' εὐλογίας οὐκ ἂν οὐδ' ὕναρ ποτὲ μετάσχοις (τίς γὰρ ἂν ἡ ποία ἱερολογία ἐπὶ τοῖς ἀπ' ἐναντίας μὲν συναπτομένοις τῷ τοῦ πλάσαντος δόγματι, ἀπ' ἐναντίας δὲ τῷ νόμῳ τῆς φύσεως, προσέλθοι;), τί τὸν Παῦλον εἰς συμφωνίαν ἕλκειν τολμᾷς τοῦ σοῦ ἀγάμου καὶ ἐκφύλου γάμου; ἄλλως τε δὲ καὶ τοῖς ἀποτέμνουσι τοίνυν τὴν ἀρρενοποιΐαν, εἰ τοῦτο ἡ ἐπίνοια βούλεται (εἰ καὶ σφαλερῶς καὶ θεῷ ἀντιπράττοντες ἤκουσιν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν), ὥστε μηκέτι ὁρᾶν αὐτούς, ἅπερ ἄνδρες, ἀλλ' ὅσα γε τὴν πρὸς τὸ θῆλυ γένος ἐπιθυμίαν ἀπομαρᾶναι, καὶ τῆς εὐνῆς ἀνυπόπτους φύλακας εἶναι (τοῦτο γαρ ἡ κτῆσις ἐγγυᾶται), πῶς κατὰ τοῦτο δικαίαν οὐ χαλκεύσουσι καθ' ἑαυτῶν ἀγανάκτησιν, δι' ὧν οὐ μόνον τῇ φύσει ἐχθρὰν προαίρεσιν κέκτηνται, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐκείνοις, οἳ καὶ κακοτέχνως, ὅπως σπουδὴν ἔθεντο πρὸς τὸ δόξαν αὐτοῖς χρησίμους ὀφθῆναι ἐναντιούμενοι ἀπεδείχθησαν; καὶ ξένον τι γένος ὑπάρχουσιν, μήτε τῇ ἐξ ἀρχῆς προβαλούσῃ φύσει, μήτε τῇ μετα ταῦτα μεταπλασαμένῃ κακοτεχνίᾳ συνοικειούμενοι; Διὰ τουτο θεσπίζομεν, τῶν εἴ τις εὐνούχων πρὸς γάμον ἥκων φωραθείη, καὶ αὐτὸν μὲν τῇ τῆς πορνείας ὑποκεῖσθαι κολάσει, καὶ τὸν ἀνέρως δὲ τολμήσαντα ἱερέα τὴν τοιαύτην συναρμοσίαν τελέσαι, τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἀπογυμνοῦσθαι. ΔΙΑ-

eventu spes fefellerit; hic vero talia dici nequeunt (multum abest), sed certo scientes, qui ad absurdam illam commixtionem coierunt, steriles se atque infructuosos ad hoc ipsum et convenisse, et naturae quasi insidiatos esse. Ambo igitur etiam ob hoc solum odibiles sunt, haec quidem, quod, quum coniugalis consuetudinis cupida fecundo se iungere potuisset, infecundum et sterilem praetulerit, ille vero, quod sua impotentia impotentem benedictionem datam effecerit. Deinde etiam si quis fundum quidem, ex quo alius aliquis fructus metat, vastare, et incultum relinquere deprehendatur, ut malum atque perniciosum odio habebimus, eiusque si fieri potest intentionem reprimemus, illi vero, qui fundum, ex quo ratione praeditum germen formatur, desolat et inutilem reddit, ei tanquam iniusti nihil committat, id facere permittemus? Et quis hoc dicat? Sed Paulus, inquiunt, ait: Melius nubere quam uri, unde fervoris contemplatione coniunctio prohiberi non debeat. Sed tu, qui Paulum in medium profers, Pauli verbis attende. Nubere, inquit, id est per nuptiale commercium cum muliere coniungi. Igitur si quidem tua cum muliere commixtio, consociatio matrimonialis, et benedictione, quae nupturis debetur, digna est, matrimonium eam nomina, et observa uxorem, si vero nec umbrae quidem benedictionis capax sis (quae enim aut qualis consecratio in iis, qui simul quidem contra creatoris decretum, simul vero contra naturae legem coniunguntur, procedat?), quid Paulum ad probationem caelibis tui et absurdi matrimonii protrahere audes? Ad hoc vero etiam, si quis ipsis virilitatem exsecant, hoc consilio id faciunt (etsi vitiose ac quadam in deum rebellione id faciant), ne amplius viros se exhibere queant, sed quantum ad femineum sexum elanguescant, et cubilis non suspecti custodes sint (hoc enim vocis sonus promittit), quomodo propter hoc non iustam adversus se indignationem excitabunt, per quod non solum inimicam naturae voluntatem produnt verum etiam illis, qui licet malitiose, tamen pro opinione sua utiles illos reddere studio habuerunt, adversari deprehendantur? et novum aliquod genus repraesentant, neque initio attributae naturae, neque postea qua transformati sunt malitiosae arti accommodatii? Propterea sancimus, si quis eunuchorum ad matrimonium procedere comperiatur, et ipsum quidem stupri poenae subdi, et sacerdotem vero, qui talem coniunctionem impie perficere ausus fuerit, sacerdotali dignitate denudari.

Const. XCIX.

[1]) εἰς *pro* καὶ *coni. Steph.; certe praepositio desideratur.* — [2]) καὶ τὴν *Steph.* — [3]) *Steph.;* ἄκρου *Scrimg.* — [4]) καὶ τί ἂν τις φαίη; *coniecit Steph.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ϟϑ'.

[Περὶ τοῦ, τὸν εἰς ἀνάγκην τοῦ ὀμνῦναι τινὰ καθιστῶντα, αὐτὸν ἐπομόσασθαι, πρότερον ἢ μὴν οὐ κακούργως οὐδὲ κακομηχάνως ἀπαιτεῖν τὸν ὅρκον [1].]

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ὅσα πρὸς εὐλάβειαν ὁρᾷ, ὅσα πρὸς δεξιότητα τρόπων, ταῦτα καὶ ἐνὶ ἑκάστῳ καὶ τῷ κοινῷ τῆς πολιτείας εὐχὴν καὶ ἀγώνισμα τίθεμαι καὶ παρ' ἐμαυτοῦ προεξευρίσκειν, εἴ τι δυναίμην, καὶ παρ' ἄλλων ἐξευραμένων τὴν οἰκείαν παρέχειν ὠφέλειαν. Διὰ τοῦτο ἐπὶ τοῖς ἄλλοις καὶ οὗτος ἡμῖν ὁ νόμος οἷον ἀποφθαρεὶς τυχεῖν ἀναβιώσεως ἔδοξεν, ὃς κελεύει τὸν εἰς ἀνάγκην τοῦ ὀμνύναι τινὰ καθιστῶντα αὐτὸν ἐπομόσασθαι πρότερον ἢ μὴν οὐ κακουργίᾳ τὸν ὅρκον αἰτεῖν, οὐδ' ἀπὸ γνώμης δηλονότι [2] κινουμένης, ἀλλὰ ζητούσης πίστιν λαβεῖν περὶ ὧν ἡ ἀμφιβολία κυμαίνει τοὺς λογισμούς. καλῶς γὰρ τοιούτου θεσπίσματος δόξαν ὡς τοῖς ἀρχαιοτέροις, οἱ νεώτεροι παρὰ φαῦλον θέμενοι τὸ ἐκεῖθεν ἀσφαλές, ὁρκίων [3] χρείας προβεβλημένης τὸν μὲν ἀπαιτούμενον ἀξιοῦσιν ὑπέχειν τὸν ὅρκον, περὶ δὲ τοῦ ἀπαιτεῖν ἐγνωκότος οὐδὲν πολυπραγμονοῦσιν. Ὁρίζει οὖν τὸ ἡμέτερον κράτος κατὰ τὸ δόγμα τῶν πάλαι νομοθετησάντων τὸν τύπον τηρεῖσθαι τῶν ὅρκων, καὶ τὸν λαβεῖν ὡρμημένον παρὰ τοῦ διαμφισβητοῦντος ὅρκον μέρους, αὐτὸν πρότερον ὃ ζητεῖ παρασχεῖν τῶν οἰκείων τρόπων ἐχέγγυον, ὡς οὐ κακομηχάνως, ἀλλ' ἀναγκαίως καὶ σὺν ἀπροφασίστῳ χρείᾳ πρὸς τὴν τοιαύτην ἦλθεν ἀπαίτησιν. Οἶμαι γάρ, οὕτως ἀμφοτέρων πρὸς τὸ ἐπομνύναι καθισταμένων, ἢ πάντως λαμπροτέραν ἐπὶ τῶν ὅρκων προϊέναι τὴν ἀλήθειαν, ἢ τούτοις ὑποστολήν τινα δέξασθαι, καὶ οὐχ οὕτως προχείρως καὶ μετὰ προόδου ἑτοιμοτέρας, ὥσπερ νῦν προϊόντες ὀρῶνται, προάγεσθαι.

Constitutio XCIX.

UT QUI IUSIURANDUM DEFERT, PRIOR DE CALUMNIA IURET.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quaecunque ad cautionem spectant, quaecunque ad prudentiam in rebus, haec ut et singulis et universae reipublicae et per me inveniam, si quid possim, et ab aliis inventis utilitatem suam praebeam, in votis et studio habeo. Propterea supra alias haec etiam lex velut deperdita restitutione digna videtur, quae eum, qui aliquem ad iurandi necessitatem adigit, ipsum prius iurare iubet, se nec malitiose iusiurandum exigere, nec ut animum perturbet, sed ut rei, cuius ambiguitate ratio ipsius aestuat, veritatem cognoscat. Quum enim id decretum recte veteribus placuisset, recentiores eius cautionem negligentes, iurisiurandi necessitate illata, eum quidem, a quo exigitur, id subire volunt, de eo vero, qui exigit, non solliciti sunt. Statuit igitur nostra maiestas, secundum veterum legislatorum decretum iuramentorum formam servari, et qui ab adversario accipere iusiurandum intentat, ipsum prius quam fidem ex aliis quaerit, de rebus suis prius praestare, quod non malitia, sed necessario et inevitabili de causa ad deferendum iusiurandum processerit. Existimo enim, quum ambo ita ad iurandum adigantur, aut omnino clariorem in iuramentis exituram veritatem, aut hos aliquam moderationem susceptoros, neque ita promte et accelerato pede, quemadmodum nunc progredi videntur, ad deferendum iusiurandum venturos.

---

[1]) *Rubrica Stephani.* — [2]) *δολιότητι in vet. libro se invenisse dicit Cuiac. Obss. XVII.*, 32. *idque valde commendatur Leonis Novella* 107., *quae similis est argumenti.* — [3]) *ὅρκων Steph.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρ'.

Περὶ συναπτομένων οἰκετικῶν προσώπων ἐλευθέροις.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Φιλανθρώπου γνώμης ὄντες οἱ νόμοι γεννήματα, τῇ ἑαυτῶν εὐταξίᾳ καὶ διαθετήσει καὶ περὶ τῶν μὴ πάνυ συχνῶς ἐπιχωριαζόντων ἀνθρώποις ἀμφισβητημάτων προαίρεσιν ποιοῦνται συνεισάγειν βοήθειαν. τοιαῦτης δ' ὄντες φιλανθρωπίας, πῶς οὐ πολὺ πλέον εἰκότως περ τῶν ἐν βίῳ διὰ παντὸς στρεφομένων τὴν μέριμναν ἀναλήψονται; οὐ γὰρ τὸ ἐπιμελὲς περὶ τῶν ἧττον λυπούντων εἰς φροντίδα φέρων, τὰ μᾶλλον ἀνιῶντα παρορῶν, οὐδὲ τὴν περὶ τοῦ λυποῦντος ἧττον ἐπιμέλειαν δόξειεν ἂν ἐκ τούτου προμηθοῦς ποιεῖσθαι. Διὰ τοῦτο δὴ τῷ τῶν νόμων ἀξιώματι πλέον εἰς σεμνότητα νέμοντες, τὸ μέχρι νῦν ὑπὸ συνηθείας διοικούμενον, φημὶ δὲ τὸ περὶ τῶν ἐξ ἀνίσου τύχης ἐλευθέρου τε καὶ δουλευούσης νυμφαγωγουντος ἔρωτος πρὸς συζυγίαν ἁρμόζεσθαι φιλονεικούντων, τῇ νομίμῳ περιλήψει ἀποδιδόαμεν, καὶ θεσπίζομεν, ἐὰν ἐλευθερίᾳ τιμώμενον πρόσωπον δουλικῆς ἕλοιτο γάμον τύχης, ὑπὸ δυσὶ τούτοις τὸν γάμον ἔχουσι πράγμασι συνίστασθαι τὴν συνάφειαν. ἢ γὰρ καὶ τὴν ἴσην ἀναλαμβανέιω τύχην ὁ τῷ δουλικῷ προσωπῳ διὰ τοῦ ἔρωτος συναπτόμενος, ἢ καταβολὴν προσομολογείτω τιμήματος, δι' οὗ ὁπολελυμένον τῆς δουλείας τὸ ὑπ' αὐτῆς κατεχόμενον μέρος τῆς ἐλευθερίας γενήσεται. ἀλλα

Constitutio C.

DE SERVIS, QUI LIBERIS IN MATRIMONIUM CONIUNGUNTUR.

Idem Imperator eidem Styliano.

Leges, quia ex benigno iudicio natae sunt, bona sua ordinatione et moderamine iis etiam controversiis, quae non admodum crebro in res humanas incidunt, auxilium ferre instituunt. At vero quum tantae benignitatis sint, quomodo non multo magis eorum, quae in hominum vita assidue versantur, curam suscipient? Non enim qui iis, quae minus dolent, curam adhibeat, quae magis dolent negligat, neque ei, quod minus dolet, curam prudenter adhibuisse videtur. Quapropter legum dignitati plus maiestatis attribuentes, id quod hactenus ex consuetudine diiudicatum est, de iis nempe, qui ex inaequali fortuna, libera et servili, amore instigante in matrimonium coniungi contendunt, legis tenori reddimus, et sancimus, ut, si homo libertate honoratus servilis conditionis personae matrimonium eligat, sub duplici hac conditione coniunctionem stare, ut is aut aequalem cum servili persona, cui per amorem associatur, fortunam suscipiat, aut pretium, quo illa servitute liberata in libertatem perveniat, solvere promittat; sed haec quidem tanquam inaequalis matrimonii arrham quandam, cum qui communionem cum servili persona init, persolvere oportebit. Dominos vero nec ipsos inhumanius se gerere statuimus, sed si quidem persona, quae servum in matri-

ἀλλὰ ταῦτα μέν, ἃ δεήσει καταβαλεῖν, οἷον ἀῤῥαβῶνά τινα τοῦ ἀνίσου γάμου, τὸν εἰς κοινωνίαν ὑπεισιόντα δουλικῆς ὁμιλίας. Τοὺς δέ γε δεσπότας ὁρίζομεν μηδ' αὐτοὺς ἀφιλανθρωπότερον διατίθεσθαι, ἀλλὰ δουλεύειν μὲν προελόμενον τὸ πρόσωπον ὃ τοῦ οἰκειακοῦ μέρους ἠρέτισεν εἰς συνάφειαν, ὅρον εἶναι [1]) τῆς δουλείας τὴν τοῦ δεσπότου ἀποτελευτησιν, ἧς ἀπαντώσης ἐλευθέρους ἀφιέσθαι μετὰ τῶν οἰκείων παίδων, εἴ γε καὶ παῖδας ὁ γάμος αὐτοῖς ἐχαρίσατο, εἰ δὲ μὴ σύνθοιτο δουλεύειν, μήτε τὴν ἀποπλήρωσιν τῆς τιμῆς ἐκ τοῦ ἑτοίμου ῥᾴδιος εἴη παρασχεῖν, τῆς μὲν ἐλευθερίας κατὰ βίαν οὐ ζημιωθήσεται, θητεύων δὲ παρὰ τῷ αὐτῷ δεσπότῃ, ἐφ' ἑκάστῳ ἔτει τοῦ μισθοῦ δυσὶ λογιζομένου νομίσμασι, διαρκέσει τοσούτοις ὑπηρετῶν χρόνοις, ὅσοι τὴν ὁμολογισθεῖσαν τιμὴν συγκεφαλαιωσάμενοι μέλλουσιν ἀποφηναι τὸν δεσπότην τελείως ἀπέχοντα τὴν ὑπὲρ τοῦ δούλου λῆψιν, καὶ μηδὲν εὔλογον ἔτι πρὸς τὴν κατοχὴν ἀποφερόμενον.

monium delegit, servire malit, servitutem domini morte finiri, quo facto cum liberis suis, si quod ipsis matrimonium largitum est, eos dimitti; si vero in servitutem non consentiat, neque in promtu habeat, unde pretium plene persolvat, libertate quidem per vim non privetur, sed serviens apud eundem dominum, mercede singulis annis binis solidis aestimanda, servitutem per tot annos continuabit, quot pacto pretio in summam deducto dominum satis pro servo accepisse, neque iustam causam detentionis amplius habere, ostendent.

[1]) *Steph. varias huius loci emendationes in medium protulit, aut enim legendum esse censet* δουλεύειν προελομένῳ τῷ προσώπῳ ὅρον εἶναι *aut* δουλεύειν προελομένου τοῦ προσώπου, *aut accusativo servato* εἶναι *mutandum esse in* ἔχειν.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρα'.

Περὶ δούλων ἐν συντροφίᾳ ὄντων καὶ τοῦ ἑνὸς μέρους ἐλευθερωθέντος.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Οὐ μόνον ἡ τὴν ἀρχὴν ἐξ ἐλευθερίας καὶ δουλείας γινόμενος γάμος, ἀλλὰ καὶ ὃν οἱ κοινῶς ὑπὸ δουλείαν τελοῦντες καὶ διὰ τύχης ὁμοίας ὑπῆλθον, καὶ οὗτος πολλάκις ἑνὸς αὐτῶν, εἰ οὕτω τύχῃ, παρὰ τοῦ δεσπότου λυθέντος, δουλείας τοῦ ἑτέρου μέρους τοῦ δεσμοῦ μὴ συναπολυθέντος, εἰς ἀνισότητα καθιστάμενος, ἐκ τοιαύτης αἰτίας οὐκ ὀλίγης ἀμφιβολίας καὶ ζητήσεως, ἐκ τοῦ μὴ τυχεῖν νομικῆς διακρίσεως, ἔρην ἀνακινῶν καθορᾶται. Ὀφειλόμενον οὖν καὶ τοῦτο νομισθὲν τῷ ἡμετέρῳ κράτει τῆς προσηκούσης τυχεῖν διαλύσεως, τὸν δι' οὗ ῥυθμισθήσεται νόμον ἀπείληφε. τί δὲ τὸ νομοθέτημα; Κελεύομεν τὸ τῆς δουλείας ἀπηλλαγμένον μέρος, ἂν τὴν πρὸς τὸ καταλειφθὲν δουλεύειν συνάφειαν ἀγαπᾷ, κατὰ τὸν νενομοθετημένον τύπον ἐπὶ τῶν ἐξ ἐλευθερίας καὶ δουλείας συναρμοζομένων τὸ συνοικέσιον ἀδιάῤῥηκτον ἔχειν. δεῖ γὰρ ἢ τῆς διδομένης ἐλευθερίας αὐτῷ μὴ ἀντιποιεῖσθαι, ἀλλ' ἐξ ἴσου τὸν δούλειον ὑποβεβηκέναι ζυγὸν τῷ ἑτέρῳ μέρει, ἄχρις ἂν ἡ τέλειος ἡμέρα τοῦ βίου συναντήσῃ τῷ τὴν κυριότητα λαχόντι τοῦ μὴ ἀφειμένου τῆς δουλείας προσώπου, ἢ ἐάν περ τὸ ἀξίωμα τῆς ἐλευθερίας οὐκ ἀποδύηται, τὴν ὑπὲρ τοῦ συζύγου μέρους ὁμολογήσει τιμὴν συντελέσασθαι. εἰ δὲ τοῦτο μὲν ὀπίσω ῥίψειε φρονήσας, ἀφορμὴν δὲ τὸ οἰκεῖον ποιούμενος ἄνετον πρὸς τὸ οἰκεῖον σχῆμα τοῦ βίου ἀναρπάζειν πειραθείη τὸ καταλειφθὲν εἰς δουλείαν μέρος, μὴ μόνον ἐκ τῆς αὐθαδείας ταύτης μηδὲν ἐξανύειν, μηδ' ἰσχὺν ἔχειν ἐλευθερίαν ἑτέρῳ χαρίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον, ἧς ἔλαβεν, ἐκπίπτειν τιμῆς, καὶ πάλιν ὑποκύπτειν τῷ ζυγῷ τῆς δουλείας, ἅτε δὴ γνώμῃ περιυβρίσαντα μοχθηρᾷ χρησιὴν καὶ εὐεργέτιδα τοῦ ἰδίου δεσπότου προαίρεσιν, καὶ τὴν ἐκείνου κρίσιν ἀπονοηθέντα παρὰ φαῦλον ποιήσασθαι. ἣν ἐχρὴν δὲ αἰδοῦς ἄγειν καὶ εὐλαβείας.

ΔΙΑ-

Constitutio CI.

DE SERVIS CONIUGIBUS, SI ALTER ILLORUM LIBERTATE DONETUR.

Idem Imperator eidem Styliano.

Non solum quod inter personam liberam et servilem ab initio contrahitur matrimonium, sed etiam quod communiter in servitute et in pari fortuna degentes contraxerunt, hoc etiam saepe, altero illorum forte a domino manumisso, alterius partis vinculo non soluto, ad inaequalitatem redactum, ex tali causa non exiguae ambiguitatis et quaestionis, eo quod lege diiudicatum non est, altercationem suscitare conspicitur. Quum itaque hoc quoque a nostra maiestate lege ordinatum convenientem distinctionem accipere debeat, hanc, per quam recte diiudicetur, legem concepit. Quae vero illa lex? Iubemus, ut, si servitute liberata persona coniunctioni eius, quae in servitute relicta est, acquiescat, secundum formam de personis liberis et servilibus matrimonio coniunctis lege comprehensam matrimonium inviolatum maneat. Oportet enim ei non adversari, sed aequaliter eum altera parte servitutis iugum subire, donec extremus vitae dies ei, qui dominium personae e servitute non dimissae habet, obveniat, aut, si libertatis dignitatem exuere nolit, pro adiuncta sibi persona pretium se soluturum promittere. Si vero hanc quidem curam non gerat, ex libertate vero sua occasione sumta, in servitute relictam personam in vitae suae statum abripere conetur, non solum non hac arrogantia quidquam efficiat, neque alteri libertatem donandi potestatem habeat, verum etiam ipse quem nactus est honore excidat, et rursus servitutis iugo collum subdat, utpote qui ingrato animo benignae domini sui ac beneficae voluntati iniurium intulerit, eiusque iudicium, quod revereri et venerari debebat, absurde contemnere cogitarit.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρβ΄.

Περὶ παραθαλασσίων χωρίων πρὸς ἐποχὴς κατάστασιν ἀνὰ μέρος μὴ ἀρκούντων, καὶ ἄκοντα τὸν μὴ θέλοντα ἄγεσθαι [1]).

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Μέγα [2]) τῷ βίῳ χαρίζεται ἡ σὺν φρονήματι καὶ λογισμῷ τῶν πραγμάτων κοινωνησις. καὶ γὰρ καὶ δυνάμεώς τινι παρούσης ἐκ τοῦ κοινωνεῖν ἑτέρῳ παραπλησίως εὐπορουντι δυνάμεως μᾶλλον ὀνησιμωτέρα καθέστηκεν ἡ δύναμις, καὶ πλουτοῦντες δὲ τρόπον ἄλλον τὸν πλοῦτον κοινοποιησαντες γλυκύτερον τῆς ἀπὸ τοῦ πλουτεῖν ἀπολαύουσιν εὐπαθείας, καὶ στενοχωρούσης πενίας οὐκ ἀπορήσει παραμύθιον εὑρεῖν ἡ ἐν τοῖς ἔργοις κοινότης, δι' οὗ τὸ σφοδρὸν ἀλυπότερον ἕξη τῆς στενοχωρίας. Ἀλλ' ὄντος οὕτω καλοῦ καὶ χρησίμου τοῦ κατὰ βίον κοινωνήματος, ξένη τις ἐνδυομένη κακία ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς οὐ μόνον ἑτέροις ἐμποδὼν καθίσταται πρὸς ὠφέλειαν, ἀλλ' αἱρεῖσθαι πείθει τοὺς θάλπονιας αὐτὴν ἀγαπᾶν καὶ τὰ οἰκεῖα καταβλάπτεσθαι, ἢ συγχωρεῖν ἐν τῷ κοινωνῆσαι τοῖς πλησίον προστιθέναι τι κέρδος αὐτοῖς. Τοιοῦτόν τι προσῆλθε ταῖς ἡμῶν ἀκοαῖς γινόμενον ὑπ' ἐνίων, οἳ θαλαττίου νομὰς εὐπορουνιες, καθ' ἑαυτὴν μὲν οὐ μέγα τι φέρειν κέρδος δεδυνημένης, σὺν δὲ τῇ γείτονι καὶ προσπαραχειμένῃ κοινωνούσης μᾶλλον τὴν ὠφέλειαν ἀποδιδούσης, οὐ βούλονται διὰ τὸ κακόγνωμον ἀναδέχεσθαι κοινωνίαν, οὐδὲ τὰ ἑαυτῶν καταμιγνύειν τοῖς γειτονεύουσι χωρίοις, ὡς ἂν ἀμφοτέροις ὑπάρξη τι κερδᾶναι, ἀλλὰ προκρίνουσι καὶ τὰ ἴδια ζημιοῦν, εἰ καὶ τῷ γείτονι πεφηνότες εἶηαν ἐπιζήμιοι. Ἀλλὰ γάρ, εἰ καὶ πρὸς τὴν ἑαυτῶν βλάβην ἀναισθήτως οἱ τοιοῦτοι διάκεινται, καὶ κακῶς ἑαυτοὺς διαιτθένιες ὑπὸ κακοτροπίας ὀλιγωροῦσι τοῦ πράγματος, ὥσπερ τὰ χαλεπὰ τῶν θηρίων πρὸς τὸ κακῶς παθεῖν ὁρμῶντες, ἵνα κακοποιήσωσι τοὺς πελάζοντας, ὅμως οὐκ ἀνέχεται τοιαύτην κακίαν ἡ βασιλεία ἡμῶν τῷ βίῳ παρῃσιάζεσθαι, οὐδ' ὅτι ἐκεῖνοι προνοίας ὠφελούσης αὐτοὺς ἀνάξιοι τυχεῖν, διὰ τοῦτο καταλείψομεν ἀβοηθήτους. Μέρος δέ τι καὶ ὑπὲρ αὐτῶν μὲν προνοούμενοι, μάλισια δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ γειτονεύοντος μέρους, ὃ λυμαίνεται κακῶς ἡ τοιαύτη μισανθρωπία, θεσπίζομεν, ἐπὶ τῶν τοιούτων παραθαλασσίων χωρίων, ἐφ' ὧν ἴδια καὶ ἑκάστη μοῖρα πρὸς ἐποχῆς οὐκ ἐξαρκεῖ κατάστασιν, ἀναχοινουσθαι τα μέρη, ὥστε διὰ τῆς τοιαύτης ἀναχοινώσεως τοὺς κτήτορας ἐκ τῶν οἰκείων καὶ ὠφελεῖσθαι κτημάτων, καὶ μὴ βουλομένου θατέρου κοινωνεῖν προσώπου, πρὸς τὴν κοινωνίαν ἄκοντος συνωθουμένου. φιλάνθρωπον γὰρ καὶ ἄκοντά τινα μεταλαχεῖν ἴσμεν εὐεργεσίας, ἐνταῦθα δὲ πολὺ μείζων ἡ φιλανθρωπία, μὴ μόνον ἄκοντος εὐεργετουμένου τοῦ μὴ συνιέντος τῆς εὐεργεσίας, ἀλλὰ καὶ τοῦ παραλόγως αὐτῆς ἀποστερουμένου μὴ τὴν ἀποστέρησιν ὑπομένοντος.

ΔΙΑ-

Constitutio CII.

DE PRAEDIIS MARITIMIS AD REMORAS PISCATORIAS CONSTITUENDAS SEORSUM NON SUFFICIENTIBUS, ET UT INVITUS ETIAM AD SOCIETATEM ADIGATUR.

Idem Imperator eidem Styliano.

Multa bona vitae largitur prudenter et cum ratione instituta rerum communio. Etenim si quis etiam potentia valet, ex societate si cum altero, qui simili potentia valet, longe praestantior eius potentia constituitur, et aliter divites, si divitias communes faciunt, maiorem ex divitiis voluptatem capiunt, et acerbae paupertatis non deerit in operarum communione solatium, quo paupertatis acerbitas mitigetur. Verum quum adeo commoda atque utilis communi vita communio sit, aliena quaedam hominum animos invadens pravitas non solum aliis ad utilitatem impedimento est, verum iis, qui ipsam eligere malunt, persuadet, ut rebus suis nocerí sinant, quam ut inita cum vicinis societate ipsis aliquid lucri accedat, permittant. Tale quid a nonnullis factum ad nostras aures pervenit, qui maritima praedia possidentes, quae per se quidem non ita multum lucri afferant, cum vicino autem et adiacente coniuncta, uberiorem utilitatem reddant, nolunt propter malignitatem societatem recipere, neque sua cum vicinis praediis commiscere, qua ratione ambo aliquid lucrari possent, sed sua etiam damno afficere praeferunt, dummodo vicino apparcant damno esse. Enimvero si etiam tales damnum suum ipsi non sentiant, et male se gerentes res per improbitatem negligant, tanquam immanes belluae, quae ad dolores sustinendos proruunt, ut appropinquantes laedant, non tamen talem malignitatem in communi vita imperatoria nostra maiestas insolescere patitur, neque quia illi utili cura digni non sunt, propterea sine auxilio relinquemus. Ex parte vero aliqua ipsis, praecipue vero etiam vicini partibus, quem ista inhumanitas male torquet, prospicientes sancimus, ut in illis praediis maritimis, in quibus propria et singula particula non sufficiat ad remorae constitutionem, partes coniungantur, ut per talem communionem et domini ex suis possessionibus utilitatem sentire possint, et si alter communionem inire nolit, ad communionem invitus etiam compellatur. Humanum enim esse scimus, etiam invitum aliquem beneficii participem fieri, hic autem longe maior est humanitas, ubi non solum invito beneficium infertur, qui beneficio non consentit, verum etiam qui illo inique privabatur, privationem non patitur.

---

[1]) *Cum plena non esse videatur huius tituli oratio, Steph. πρὸς κοινωνίαν aut πρὸς κοινώνησιν addendum esse censet.* — [2]) *Μεγάλα Cod. Meerm. III., Zuich., quod praestare videtur.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ργ'.

Περὶ τῶν ἐν θαλασσίοις νομαῖς ποιουμένων κοινωνίαν πρὸς ἐποχῆς ὑπόστασιν.

Εἰωθε μὲν ἐπὶ τῶν γινομένων κοινωνημάτων πολλάκις ὁ τὸ πλέον μέρος ἐν τῇ κοινωνίᾳ συνεισφέρων τὸ πλέον τοῦ κέρδους πορίζεσθαι, καὶ καλῶς, οἷς ἂν οὕτως ἀρέσκον ὀφθῇ, τὸ πρᾶγμα γίνεται. πλὴν οὐδὲ διὰ τοῦτο καλῶς, ἐπὶ τῶν θαλαττίων χωρίων κοινωνίας γεγενημένης, ὁ τὸ πλεῖστον ἔχων ἐν τῷ τοιούτῳ χωρίῳ τοῦ τὸ ἔλαττον ἔχοντος δίκαιος ἀποφέρεσθαι μείζονα κέρδους ἀπόλαυσιν. οἷον εἰ τῷ μὲν ἑκατὸν εἶησαν ὀργυιαὶ καὶ ἰδίαν ἐξουσίαν καὶ κτῆσιν διαφέρουσαι, τῷ δὲ μὴ τοσαῦται, πολὺ δὲ ἐλάττους, καὶ ταύτας ἡ κοινωνία πρὸς ἕνωσιν καταστήσασα τὴν ἐκεῖθεν ὠφέλειαν χορηγοῖ, δι' ἴσου τοῖς κοινωνοῖς εὔλογον νενεμῆσθαι τὴν πρόσοδον, ἀλλ' οὐχὶ πλείστῳ μέρει τὴν ἀνομὴν καὶ ἐλαχίστῳ προσῆχθαι. διὰ τί; ὅτι ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις πράγμασι (φημὶ δὲ ἐν συνεισφορᾷ χρημάτων, ἢ βοσκημάτων, εἰ βούλοιτο δέ τις καὶ τόπων κατὰ τὴν γῆν ὑπόντων) ἑκάστῳ τῶν εἰς ἕνωσιν μερῶν συνιέντος [1]) ἱκανὸν καθ' ἑαυτὸ προσωφελῆσαι τὸν κτημένον ὁπόσον καὶ δυνατὸν ὠφελεῖσθαι, ἐν δὲ ταῖς θαλαττίαις νομαῖς οὐχ ὁμοίως ἔχει, ἐπεὶ μηδ' ὥσπερ ἐπ' ἐκείνων, οὕτως ἡ θαλαττία μερὶς ἐφ' ἑαυτῇ ἐπιμεριζόμενον [2]) τὸ ἴδιον ἔχει κέρδος. οὐ γὰρ διὰ παντὸς ἔσιηκεν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἡ ἄγρα προσμένουσα τοὺς θηρευτάς, ἄλλως τε δὲ καὶ τοῦ δοκοῦντος πλείονος μέρους διὰ τὴν ἐλάττονα [3]) ἐνδειαν ἀχρήστου τυγχάνοντος (τίς γὰρ ἐξ ἀτελοῦς χρήσις ἢ ὄνησις;), ἡ δὲ προσθήκη τοῦ ἐλάττονος, ἀναπλήρωσις γινομένη τῆς ἀτελείας, καὶ χρήσιμον δείξασα τὸ μὴ καθ' ἑαυτὸ χρησιμεῦον, εὔλογον [4]) ἂν εἴη τὴν ἰσομοιρίαν τῷ κτήτορι χορηγεῖν τῆς ἐπιλαγχανούσης χορηγίας ἐκ τοῦ μείζονος μὲν νομιζομένου μέρους, οὐδὲν δὲ συντελοῦντος χωρὶς τῆς συνεισφορᾶς τοῦ ἐλάττονος. διὰ τοῦτο οὖν καὶ νόμον ἡ βασιλεία ἡμῶν ἐκφέρει τὸν ἀπό γε τοῦ νῦν νομίμῳ δικαιοσύνῃ περὶ τούτου διευθετοῦντα, καὶ ὁρίζομεν, ἐὰν δύο τινῶν θαλαττίων μερίδων ἕνωσις γένηται πρὸς ὑπόστασιν ἐποχῆς, μία δ' αὐτῶν ἢ μείζον, ἑτέρα δὲ ἐλάττων, ἴσῃ διανομῇ τὸ κέρδος ἐπέχειν τοὺς μερίδος ἑκατέρας δεσπόζοντας.

Constitutio CIII.

DE IIS, QUI DE MARITIMIS PRAEDIIS AD CONSTITUENDAS REMORAS PISCATORIAS SOCIETATEM INEUNT.

In societatibus quidem contrahendis usitatum est, saepe eum, qui maiorem partem societati intulit, maiorem partem lucri accipere, et recte negotium instituunt, quibus ita placuit. Verum non ideo recte, de maritimis praediis societate inita, is, qui plurimum talis praedii habet, eo, qui minus habet, maius lucrum iure suo auferat; exempli gratia si alteri quidem centum orgyiae suae potestatis et possessionis sint, alteri vero non tot, multo vero minus, et his in communionem redactis inde utilitatem percipiat, aequaliter inter socios proventum distribui consentaneum est, nec vero secundum maiorem et minorem portionem distributionem procedere. Cur? qui in aliis quidem negotiis in collatione pecuniarum nempe, aut pecorum, aut etiam, si quis ita velit, terrestrium locorum) unaquaeque res quae in communionem redigitur, per se domino, quantum eius natura fert, utilis esse potest, in maritimis vero praediis id similiter se non habet, quoniam non quemadmodum in illis, sic maritima portio in se divisa peculiare lucrum habet. Non enim omnino praeda eodem loco consistit venatores exspectans, et vero alter etiam maior visa portio propter minoris defectum inutilis esset (quis enim ex re imperfecta usus aut utilitas?), minoris autem adiectio, quum imperfectionem expleat, et quod per se utile non est, utile reddat, consentaneum aequales utilitatis partes domino accedere ex maiore quidem aestimata parte, citra collationem vero minoris nihil emolumenti afferente. Propterea igitur legem etiam, quae deinceps iuste hac gubernet, imperatoria nostra maiestas profert, et statuimus, si duarum maritimarum portionum ad constituendas remoras communio fiat, et altera earum maior, altera autem minor sit, aequali distributione lucrum accipere utriusque portionis dominum.

[1]) ἕκαστον — μερῶν συνιέντων vel συνιόντων emend. Steph. — [2]) ἐπιμεριζομένη emend. Agyl. — [3]) Recte emendare videtur Steph. ἐλάττονος. — [4]) εὔλογος coniecit Steph.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρδ'.

Περὶ ἐποχῶν μὴ ἐχουσῶν το ἐκ τοῦ νόμου διάμετρον.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Σιυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ἐπειδὴ ἐν ταῖς γειτοσιν ἐποχαῖς συμβαίνει πολλάκις, ὡς τῆς ἐκ τῶν γειτόνων ὑποστάσεως μὴ τὸ νενομισμένον σωζούσης μέτρον, κινεῖσθαι φιλονεικίας καὶ ἔριδας, ὁρίζομεν καὶ περὶ τῶν τοιούτων ὑποθέσεων, ὥστε τὸ διωκόμενον μέρος, ἐπειδὰν νομίμως ἁλίσκηται, παρούσης μὲν εὐπορίας τόπου, ποιεῖσθαι τῆς ἐποχῆς ἀναμφιβόλως τὴν μετάστασιν, ἔνθα μὴ μέλλοι γραφὴν ὑπομένειν ὡς παρορῶν τὸ τοῦ νόμου διόρισμα, μὴ παρούσης δὲ χώρας, ἐφ' ἣν μετασήσεται, τῶν χρόνων ἐπιτηρεῖσθαι τὴν πάροδον, ὅσοις ἐπὶ τοῦ τύπου τοῦ ὑπ' ἐγκλημα πίπτοντος ἔσχηκεν ἡ ἐποχὴ τὴν πῆξιν, κἂν μὲν ἐπιδημοῦντος τοῦ διώκοντος, καὶ μηδὲν ἐπιμαρτυρουμένου, ἔτεσιν ἐπὶ δέκα τὴν στάσιν ἐκέκτηται, διαμένειν αὐτὴν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀμεταχίνητον χώρας, εἰ

Constitutio CIV.

DE PISCATORIIS REMORIS, INTER QUAS LEGITIMUM INTERSTITIUM NON EST.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quoniam in vicinis remoris saepe accidit, ut, quum legitimum intervallum a vicinis modum non servent, contentiones atque lites moveantur, de iis etiam causis statuimus, ut pars in iudicium vocata, quando legitime convicta fuerit, si quidem loci spatium patiatur, statim remorarum translationem instituat, nisi voluerit inscriptionem sustinere, tanquam legis praescriptum despiciens; si vero locus, quo transferatur, non sit, annorum spatium observetur, quibus in loco sub litem vocato remora septum fixum habuit, et si quidem actore praesente, nullamque denunciationem interponente decem annis in possessione fuerit, immota ea eodem in loco permaneat; si vero persona actionem movens peregre fuerit, stationi intactae decennale tempus non sufficiet, sed alterum tantum adnumerari

εἰ δ' ἀπόδημον ἡ τὸ τὴν ἔγκλησιν ὑποβαλλόμενον πρόσωπον, οὐκ ἔξαρκέσει πρὸς τὸ ἀμεταχίνητον ὁ δεκαετὴς χρόνος, ἀλλὰ δεήσει καὶ τοσοῦτον ἕτερον προεξαριθμεῖσθαι, ὡς εἶναι τοὺς σύμπαντας εἴκοσι χρόνους. Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ διορισμὸς ἐπὶ προσώπων ἰδιωτευόντων. ἐκκλησίαι δὲ καὶ μοναστήρια, καὶ εἴ τις ἄλλος εὐαγὴς οἶκος, καὶ ὅσα πρὸς τὸ δημόσιον ἀναφέρεται τὸν ῥηθέντα παρόψεται χρόνον, μέχρι τεσσαρακονταετίας τῶν δικαίων αὐτοῖς διασωζομένων. Οὕτω δὲ περὶ τῆς ἐπαρχικῆς ἀποθεσπίζομεν ἀπόθεσπίζοντες στάσεως [1]), ὅσαι διὰ χρόνων παραδρομὴν τὸ ακίνητον ἔξουσι, κελεύομεν τοῦ προθυρίου κέρδους μὴ στερεῖσθαι τὸν τὴν ἔγκλησιν ποιούμενον, κἂν μὴ τὸ κράτος ἔσχε καθάπαξ [2]) τῆς ἐκδιώξεως, διὰ τὴν ἀναφανεῖσαν [3]) τοῦ χρόνου ἀντίπτωσιν.

merari debebit, ut anni computati viginti sint. Sed hoc quidem praescriptum in profanis obtineat. Ecclesiae vero, et monasteria, et si qua alia est venerabilis domus, et quaecunque ad fiscum referuntur, dictum tempus despicient, quum ipsis ad annum quadragesimum iura conserventur. Ita vero de remorarum statione, quae propter temporis longitudinem moveri non possint, sancientes, iubemus locarii lucro actorem non privari, etsi omnino victoriam in lite non reportaverit propter evidentem temporis lapsum.

[1]) *Cuiac. Obss. XIV. c. 1. haec de hoc corrupto loco admonet: „libri veteres habent οὕτω καὶ περὶ τῆς ἐποχῆς ἀποθεσπίζοντες στάσεως, et recte sequitur ὅσαι, per ἐναλλαξιν numeri; Steph. στάσεων coniecit et ἐπαρχικῆς corruptum esse vidit; Agyl. emend. τῶν ἐποχικῶν — στάσεων. Non recepi quae in veteribus libris se reperisse dicit Cuiac., nam fere adducor, ut credam ἐπαρχικῆς corruptum esse ex ἐποχικῆς, si modo haec adi etivi forma ferri possit, atque tum ὅσαι ad ἐποχὰς referrem, in adiectivo latentes.* — [2]) *Hoc in vett. libris se reperisse dicit Cuiac. l. c. et est in Cod. Meerm. III., Zuich. Idem iam coniectura consecutus erat Steph.; καθάπερ Scrimg.* — [3]) *ἀναφωνοῦσαν vett. lib. apud Cuiac. l. c.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρε'.

Περὶ τοῦ ἐὰν ἄρχων τις ἁλῷ δημοσίων πραγμάτων κλέπτης.

Καλὸν ἡ ἐκ τῶν νόμων ἐπαγομένη τιμωρία καὶ κόλασις, ὅτι σωφρονίζει τὸ ἄτακτον, καὶ ἄκοντας ἀναστέλλει τῆς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ῥύμης τοὺς προπετεῖς ἐπὶ κακίαν. καλὸν δὲ ὅτε τὴν προσήκουσαν τοῖς νόμοις σώζει φιλανθρωπίαν ἡ κόλασις, καὶ μὴ τὰύτης ἥλυνομένη διελέγχεται, μηδὲ προφάσει τοῦ σωφρονίζειν ὠμοτάτην ἐπιδεικνυει προαίρεσιν, ἐπεὶ καὶ πατὴρ, ἕως μὲν φιλανθρώπως κολάζει παίσαντα τὸν παῖδα, καὶ τῆς προμηθείας ἐπαινετὸς καὶ τῆς κολάσεως, ἐπειδὰν δὲ τῆς προπούσης πατρὶ γνώμης ἐκπίπτων οὐ κατὰ λόγον πατρικῆς φιλανθρωπίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ χαλεπωτάτου τρόπου τὴν ποινὴν ἐπιτίθησι τῷ παιδίῳ, οὔτε πατρικῶς παιδεύει, καὶ πρὸς ἀποδοχὴν οὐδεὶς ἔσται τῆς χαλεπότητος. Εἰ δὴ πατέρες οἱ νόμοι σὺν ἀληθείᾳ τυγχάνουσιν, ὥςπερ δὴ καὶ τυγχάνουσι, πάντως ἀκόλουθον κατὰ λόγον τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τὰς ποινὰς τούτους ὁρίζειν, ἀλλὰ μὴ βίαιόν τινα καὶ πολὺ βαρυτέραν τοῦ παίσματος ἐπιφορτίζειν τὴν τιμωρίαν. ποῦ γὰρ νομίμου παιδαγωγίας, ποῦ δὲ τῆς ἐκεῖθεν ἰατρείας, τὸ τιμωρεῖσθαι θανάτῳ τὸν μὴ θανάτου τινὶ δεδειγμένον παραίτιον; Καὶ ἰατρῶν μὲν παῖδες οὐκ ἀποτόμως τὴν τῶν μελῶν ἐπιψηφίζονται τομήν, νόμος δέ, ὁ συμπάθειαν ἀσυγκρίτως ἐπαγγελλόμενος κρείττονα τῆς ἰατρικῆς συμπαθείας, εἴ γε τῇ μὲν περὶ τὰ σώματα τῆς εὐεργεσίας ὁ σκοπός, νόμοι δὲ σὺν τῇ ψυχῇ καὶ τοῖς σώμασι διδόασι τὰς εὐεργεσίας, τοσαύτην ἀποτομίαν κατὰ τῶν οὓς προαιροῦνται θεραπεύειν ἐπιδείξονται; Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, ὁ θάνατον ἐπιψηφιζόμενος νόμος κατὰ τοῦ κλοπῆ δημοσίων πραγμάτων ἄρχοντος ἁλόντος, καὶ οὐ κατ' αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ εἴ τινες αὐτῷ κοινωνοὶ γεγόνασιν, ὡς οὐ φιλάνθρωπος [1]) καὶ νομικῆς γνώμης ὑπάρχων, ἤρεσε τῷ ἡμετέρῳ κράτει ὥστε μηκέτι νομίμοις αὐτὸν συμπολιτεύεσθαι διατάξεσι, μηδὲ χρηματίζειν ὅλως, ἀλλ' ἀπολίτευτον ἀπερρίφθαι καὶ ἄχρηστον, δίκην ἀπό γε τοῦ νῦν τῶν τοιούτων ἀρχόντων ἀντὶ τῆς δημοσίου κλοπῆς ἀπαιτουμένων τὴν ἔκπτωσιν τῆς ἀρχῆς, καὶ τὴν εἰς τὸ διπλάσιον ἀντέκτισιν ὧν ὑφείλοντο, καὶ τῶν ἐπὶ τούτων [2]) κοινωνησάντων, εὐπόρων μὲν ὄντων, πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπαγομένων ζημίαν, ἀπόρων δὲ μάστιξιν αἰκιζομένων, καὶ ἀτίμῳ κουρείᾳ, καὶ φυγαῖς ὑπερορίοις. ΔΙΑ-

Constitutio CV.

SI MAGISTRATUS ALIQUIS RES FISCALES FURATUS ESSE DEPREHENSUS SIT.

Laudabilis res est legibus introducta castigatio et poena, quoniam incomposita emendat, et ad mala propensos, ne in illa prorumpant, invitos restringat; laudabile vero, quando legibus convenientem servat clementiam poena, neque hanc excedere argui potest, neque vero castigandi praetextu crudeliorem se exhibet, quando quidem etiam pater, donec benigne delinquentem filium castigat, et prudentiae, et castigationis nomine laudandus est, ubi vero paterno affectu abiecto non ut patrem decet, sed atrocem in modum poenam filio infligit, nec paterno more castigat, neque quisquam atrocitatem approbat. Sane si leges revera reipublicae parentes sunt, quemadmodum profecto sunt, sequitur omnino, eas pro ratione delictorum poenas etiam constituere debere, nec vero immanem aliquam multumque delicto graviorem poenam imponere. Nam quomodo id legitimae est correctionis, quomodo inde manantis curationis, eum morte puniri, qui cuiquam mortem intulisse convictus non sit? Et medicorum quidem discipuli non simpliciter sectionem membrorum iubent, lex vero, quae medica commiseratione infinito maiorem prae se fert commiserationem, dum illi quidem corporum valetudo finis est, leges vero cum animo etiam corpori beneficia praestant, tantam crudelitatem in eos, quibus mederi vult, exeret? His igitur ita comparatis, placuit nostrae maiestati, ut lex, quae mortem decernit in magistratum, qui res fiscales furatus esse deprehensus sit, neque vero in hunc solum, sed in illos etiam, qui ei socii fuerint, tanquam ab humano et legali ingenio aliena, non amplius in legalibus constitutionibus locum habeat, neque omnino in usu sit, et ut supervacanea et inutilis abiiciatur. Dehinc vero istiusmodi magistratus pro fiscalis rei furto accusati dignitatis amissionem et eorum, quae subripuerint, dupli restitutionem sentiant, et qui in hoc communicarunt, si quidem divites sunt, eidem poenae subdantur, sin pauperes, flagris caesi et ignominiose tonsi exsulare iubeantur.

[1]) *φιλανθρώπου Cod. Meerm. III.* — [2]) *ἐπὶ τούτῳ vel τούτῳ sine ἐπὶ mavult Steph.; ἐπὶ ταύτης Agyl.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρϛ'.

Περὶ τοῦ τὰς ἀπόρους γυναῖκας καὶ προῖκα μὴ εἰσενεγκούσας [1]), καὶ περὶ τοῦ λαμβάνειν παιδὸς μοῖραν αὐτάς.

Πρᾶγμα παράλογόν πως δοκοῦν καὶ τῷ δικαίῳ μὴ συνεπόμενον καλῶς ἔχειν ἡμῖν καταφαίνεται εἰς τὴν πρέπουσαν κατασπῆναι τάξιν, νόμον περὶ τούτου διαθεμένοις. τί δὴ οὖν τὸ πρᾶγμα ἐστίν; οἷα εἰκὸς πολλάκις γυναῖκες ἔρημοι πλούτου καὶ κτήσεως ἀνδράσιν εὐπλούτοις ἁρμόζονται. αὗται τοῦ γαμέτου λιπόντος τὸν βίον τὸ ἐκ τῆς ἐκείνου περιουσίας ἐρχόμενον μέρος (ἔρχεται δὲ ἐπὶ μὲν τέτρασι παισὶν ὁμώνυμος τοῦ ἀριθμοῦ τούτου μερίς, ἐπὶ δὲ πλείοσι μόνον τέκνου ἑνός) οὐκ εἰς ἀΐδιον ἐξουσίαν, οὐδ' ὥστε περὶ αὐτοῦ κῦρος ἔχειν διαταξιν τίθεσθαι, τοῦτο λαμβανουσι, μόνης δὲ τῆς ἐν τῷ βίῳ χρήσεως, καὶ τοῦ ἐκεῖθεν τῆς ζωῆς τὴν χωρηγίαν πορίζεσθαι. καταλιποῦσης δὲ τὴν ζωήν, εἰς τοὺς παῖδας ἡ ἐξουσία τοῦ τοιούτου μέρους μεθίσταται, μὴ συγχωρουμένης ἀδείας τῇ γυναικὶ ὡς οἰκείοις ἀποχρήσασθαι πράγμασι, πλὴν εἰ μὴ ἀτεκνία προσῇ, καὶ διὰ τῆς τοιαύτης δυστυχίας εὐτυχήσῃ τὴν τῶν πραγμάτων δεσποτείαν, ὥστε οὐκ οἶδα πότερον εὔξεται ἡ γυνὴ καρπὸν κοιλίας ἰδεῖν, ἢ καταράσεται μὴ φῦναι τοῦτον, ἵν' οὕτως ὀφθῇ κυρία τῆς διαφερούσης μερίδος. Ταύτην δὲ τὴν ἀτοπίαν ἡ βασιλεία ἡμῶν ἐπανορθουμένη θεσπίζει ἀναφαίρετον ἔχειν τὴν κυριότητα τὴν γυναῖκα τοῦ τοιούτου μέρους, καὶ ὅρον ἐπὶ τούτῳ ἐκφέρειν, ὃς ἂν αὐτῇ δόξῃ, μηδενὸς ἄλλου τοῖς παισὶν ὀφειλομένου, πλὴν τοῦ καὶ τὸν φαλκίδιον αὐτοῖς ἐπιλαγχάνοντος, δηλονότι μὴ τῶν προτέρων γάμων ἐπιλελησμένης τῆς μητρός, μηδὲ ἐπεισαγωγῇ δευτέρου ἀνδρὸς τὴν τοῦ πρώτου κοίτην οὐκ ἐν τιμῇ τιθεμένης. ὡς εἴ γε τοῦτο συμβαίη, πάντως ἐκπεσεῖται τῆς παρ' ἡμῶν διδομένης ἐξουσίας, καὶ οἱ παῖδες τῆς ζωῆς ἤδη τῇ μητρὶ διαλυθείσης τῶν πραγμάτων ἐξουσιάσουσι.

[1]) *Post* εἰσενεγκούσας *deesse infinitivum et aliquot fortasse alia verba vidit Steph.*

Constitutio CVI.

DE INDOTATIS MULIERIBUS, QUANTUM MARITIS MORTUIS EX IPSORUM BONIS LUCRENTUR.

Rem quae aliquo modo absurda et aequitati non consentanea videtur, lata de illa lege ad decentem constitutionem deducere, recte nos facturos arbitramur. Quaenam vero ea res est? Saepe fit, ut mulieres divitiarum expertes locupletibus viris matrimonio iungantur; hae illis defunctis provenientem ex ipsorum bonis portionem (provenit autem, si quidem pauciores quatuor liberi sint, consonans cum numero eius portio, si vero plures, unius tantum filii) non in perpetuum dominium, neque ut de illa testari possint, accipiant, sed ad vitae dies usumfructum solum, et inde vitae sustentionem. Ipsa vero vita decedente, in liberos huius portionis dominium transfertur, illis rebus tanquam suis utendi potestate non concessa, nisi nulli liberi supersint, et ex hoc infortunio illarum rerum dominio gaudeat, ut haud sciam utrum mulier fructum ventris videre optet, an eum non nasci flagitet, quo ita devolvendae ad ipsam portionis domina fiat. Hanc vero absurditatem imperatoria nostra maiestas corrigens sancit, istius portionis dominium mulierem intactum habere, et uti ipsi placuerit de illa statuere, nullo alio liberis competente, quam quod ex Falcidia ipsis debetur, scilicet si priorum nuptiarum mater non obliviscatur, neque inducto altero marito priori toro honorem non servaverit, dum, si hoc contingat, a nobis converso dominio omnino excidet, et liberi, matre iam fato functa, rerum domini fient.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρζ'.

Περὶ τοῦ ἐγγράφεσθαι τοὺς εἰσάγοντας δίκην ἐγκλήματος, ἤτοι τὸν βουλόμενον εἰσιέναι δίκην πρότερον ἐγγράφῳ πίστει.

Ἄριστον ἐστὶ πᾶν, εἴ τι καλὸν καὶ τῷ βίῳ συμφέρον, ἀγήρατον καὶ ἀειθαλὲς διαμένειν, καὶ μηδέποτε τῶν τοιούτων ἀπομαραίνεσθαι τὴν ὠφέλειαν. εἰ δ' ἄρα καὶ συμβῇ, καθάπερ πολλάκις συμβαίνειν φιλεῖ, παραμεληθέντος ἀπορρυῆναι τὸ χρησιμον, ἀλλὰ τούς γε φροντίδα τῶν ἀνθρωπίνων καλῶν ποιουμένους προσῆκε μὴ κατολιγωρεῖν τῆς ἀποκαταστάσεως τοῦ τὴν ἑαυτοῦ λυσιτέλειαν τῷ βίῳ παρεχομένου. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἡμέτερον κράτος νόμον τινὰ λυσιτελέσιατον μὲν τῷ βίῳ, νῦν δ' ὥσπερ γεγηρακότα καὶ πρὸς τὸ ἄχρηστον κινδυνεύσαντα περιστῆναι εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐπανάγων ἰσχύν, τὸ γῆρας οἷον ἀποξέει τῆς ἀχρησίας, καὶ ἀνακαινίζει πρὸς τὴν ἀρχῆθεν χρῆσιν καὶ τῆς πολιτείας ὠφέλειαν. Ὁ μὲν δὴ ὁμος [1]) περὶ τῶν ὅσοι κινήσεις ἐγκλημάτων προάγουσιν, ὥστε τούτους, πρὶν εἰς τοὺς λόγους ἐλθεῖν τοῦ ζητήματος, περὶ τῆς οἰκείας προαιρέσεως ἐγγράφῳ διαβεβαιώσει πίστιν παρασχεῖν τῷ κριτῇ, ὅτι πῦρ οὔτε δολιότητι παρενοχλοῦσι γνώμης, οὔτ' ἐπὶ προλαβούσῃ καταδεδικασμένοι ἐξετάσει, οὐ μὴν οὐδὲ νῦν εἰδότες αὐτὸ τοῦτο μηδεμίαν

Constitutio CVII.

UT ACTOR ANTE LITIS CONTESTATIONEM PORRECTO LIBELLO IUDICI FIDEM SUAM PROBET.

Optimum est omnia, si quae honesta vitaeque humanae utilia sunt, a senio libera ac semper viridia permanere, neque unquam eorum utilitatem deficere; igitur si contingat, quod saepe contingere solet, eo neglecto utilitatem deperire, eos tamen, qui curam bonorum humanorum gerunt, decebat, ne id, quod per se utilitatem vitae praebeat, restituere negligant. Eapropter etiam nostra maiestas legem quandam rebus quidem utilissimam, nunc vero velut obsoletam et ne inutilis fiat periclitantem ad pristinum robur reducens, senii incommodum aufert, et ad primitivum usum reique publicae utilitatem eam renovat. Lex autem statuit de illis, qui criminum accusationes movent, ut hi, priusquam ad inquisitionis modum deveniatur, de suo instituto iudici fidem faciant scripta declaratione, se neque dolo malo adversarium inquietare, neque alio iudicio condemnatos esse, neque in praesens se scire id ipsum nullum ad tribunal aditum habere, sed maligno consilio adversario negotia facessere, neque mendaciis veritatem intervertere conaturos se esse. Haec quidem legis praescripta sunt, et recte se habent,

[1]) *Videtur excidisse* διορίζει *vel simile verbum.*

μίαν μὲν εἰς τὴν τοῦ δικαίου χώραν εἴσοδον ἔχειν, κακοῦργος δὲ βεβουλευμένοι πράγματα παρέχειν τῷ ἀντικρινομένῳ, οὐδέ γε γαρ [1]) τὸ ἀληθὲς διασῥέψειν ψεύδει πειράσουσι. Ταῦτα μὲν τοῦ νόμου τὰ διορίσματα, καὶ καλῶς διωρίζετο, καὶ ταῦτα τῷ παραβάντι ποινὴ ἐπειτίθετο. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνηγόρους οὓς ὁ ῥηθεὶς ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις ἐδοκίμαζε νόμος. Ἀλλὰ τοῦτον καθάπερ εἶπον ὥσπερ ἀπεψθιμένον περιεσιηκόια εἰς τὸ πανιελῶς ἄχρηστον ἡ βασιλεία ἡμῶν καὶ πρὸς τὴν πρώτην ἀνακομίζει ῥώμην, καὶ τὴν εἰς τὴν πολιτείαν αὐτῷ παῤῥησίαν χαρίζεται, καὶ θεσπίζομεν ἀπό γε τοῦ παρόντος τοὺς βουλομένους δίκην εἰσέρχεσθαι πρὸ τῆς εἰσόδου τὰ ὑπὸ τοῦ νόμου προτιθέναι διοριζόμενα.

bent, et transgressori poena infligebatur. Neque vero huic soli, sed causarum etiam patronos similiter lex diiudicabat. Sed hanc quemadmodum dixi ut deperditam, et prorsus inutilem redditam, imperatoria nostra maiestas et ad pristinam vim reducit, et in rem publicam reditum ei donat, et sancimus, eos, qui dehinc accusationem in iudicium introducere velint, ante introitum legis praescripta observare.

[1]) γὰρ *alienum esse ab hoc loco intellexit Steph. et expunxit Agyl.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρη'.

Περὶ του μετὰ τὴν πρώτην δήλωσιν μὴ πρὸς τὸ κριτήριον ἀπαντήσαντος.

Οὐδὲ τοῦτο τὸ καταπεφρονημένον καὶ διὰ παροράσεως γεγονὸς καταλειφθῆναι θέμις ἀνεπανορθωτον, ἀλλ' ἄξιον αὐτὸ [1]) τῆς προσηκούσης βοηθείας τυχεῖν, ὡς ἐν τοῖς τοῦ βίου πράγμασι πολλὴν παρεχομενον τὴν ὠφέλειαν. Οὐκοῦν ὁμοίως καὶ τοῦτο πρὸς καινισμὸν καθιστῶντες, ὥσπερ ἐκεῖνο τὸ μέρος, ὃ περὶ των εἰςιέναι πρὸς δίκην [2]) τύπον ἐκφέρει, θεσπίζομεν, τὸν ἅπαξ ὑπὸ δικασιικῆς προσκλησεως ἐπὶ την κρίσιν κληθέντα, καὶ μήτ' αὐτὸν ὑπακουσαντα, μήθ' ἕτερον πρόσωπον ἀνθ' αὐτοῦ πρὸς την κρίσιν ἀπαντήσαι διαποστελλαντα, πάλιν δευτέρας ἀξιοῦσθαι δηλώσεως ἀπειθήσαντα δὲ ταύτῃ, μηδὲ τῆς τρίτης ἀναξιον κρίνεσθαι, καὶ μέχρι τοσούτου ἧς δικασιικῆς ἐπιστείας αὐτὸν υπομενούσης, εἴπερ καταφρονῶν ὀφθῇ καὶ τοῦ τρίτου μένονιος [3]), καὶ μηδεμιᾶς εὐλόγου προφάσεως τὴν ἀπάντησιν κωλυούσης οὔτε δι' ἑαυτοῦ, οὔτε δι' ἑτέρου προσώπου τῷ δικαστικῷ βήματι παραστῇ, τότε δὴ τότε καὶ μὴ παρόντι τὴν καταδικάζουσαν ψῆφον αὐτῷ λαγχάνειν, καὶ μηκέτι ἐξὸν εἶναι καθ' οἱον δή τινα τρόπον μητ' ἀμφισβητεῖν, μήτε τὴν κατάκρισιν ἀποδύεσθαι. Ταύτην δὲ τὴν ψῆφον ὁρίζομεν ἐφ' ἑκατέρου προσώπου, εἴτε τις προκληθεὶς κατολιγωρήσει τῆς ἀπαντήσεως, εἴτε τις ἐγκλησιν ποιησει καὶ τῷ βήματι παρασιήσει τὸ διαμφισβητοῦν μέρος, εἶτα μετὰ τὴν προβολὴν τοῦ ἐγκλήματος κακομηχάνως ἀποστῇ, ταλαιπωρίαν ἐκ τούτου τῳ ἀντικρινομένῳ περινοῶν, καὶ ἀναβολὴν τοῦ πέρατος τοῦ ζητήματος. καὶ οὗτος γὰρ παρὰ τοῦ δικαστοῦ προσκαλούμενος ἄχρι τρίτου, καὶ μὴ πειθαρχῶν, κατακεχρίσεται καὶ μὴ παρών, μηδεμιᾶς ἄλλης ὥσπερ εἶπον ἀφορμῆς εἰς δικαίαν ὑποὺσης παραίτησιν, ἢ δυνήσεται ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀπαντήσαντος τὰ εἰκότα διαπολογήσασθαι. ΔΙΑ-

Constitutio CVIII.

DE EO, QUI AD PRIMAM DENUNCIATIONEM IUDICIO SE NON SISTIT.

Neque illud neglectum et contemtui habitum relinqui incorrectum fas est, sed conveniente auxilio potiri dignum, quod negotiis humanis multam utilitatem praebeat. Itaque similiter etiam huius innovationem constituentes, quemadmodum illius partis, quae litem instituere volentibus formam praescribit, sancimus, eum, qui semel iudiciali citatione in ius vocatus neque ipse pareat, neque qui pro ipso iudicium suscipientem mittat, deinde secunda denunciatione dignum habere, si vero huic non obtemperet, neque tertia indignum censeri, et in tantum iudiciali clementia ipsum prosequente, si ipse etiam tertiam citationem despiciens appareat, et quum nulla iusta causa comparitionem eius impediat, neque per se, neque per aliam personam ad iudiciale tribunal stiterit, tunc omnino etiam absente eo condemnatoriam sententiam procedere, et nequaquam deinceps quocunque modo vel quaestionem movere, vel condemnationem subterfugere ipsi permitti. Hoc vero praeceptum in utrumque litigatorem statuimus, sive quis in ius vocatus comparere negligat, sive quis actionem instituerit, et adversarium ad iudiciale tribunal deduxerit, tunc post deductionem ab intentata actione dolo malo desistat, incommodum inde reo machinans et protelationem finis iudicii. Etenim hic quoque, ubi ter a iudice citatus fuerit et non paruerit, absens etiam condemnabitur, si nulla alia iustae excusationis causa adsit, quae illum, qui se in iudicio non obtulit, recte defendere possit.

Const. CIX.

[1]) καὶ αὐτὸ *coni. Steph.* — [2]) μελλόντων *vel potius* βουλομένων *addendum esse censet Steph., nec sine causa, nam deest eiusmodi participium.* — [3]) τρίτον σημαίνοντος *emend. Steph., sed magis credo* μένοντος *ex* μηνυθέντος *corruptum esse, nam in fine constitutionis Cod. Meerm. III. et Zuich. addunt:* τοῦτο δὲ ἔστι περὶ τοῦ τί μην· θέντος τρίτον καὶ μὴ ἀπαντήσαντος εἰς κριτήριον εὐθύνεσθαι καὶ καταχρίνεσθαι, *quae summa melius constitutionis argumentum exprimit, quam quae in ed. Scrimg. est rubrica.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρθ'.

Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι μνηστείαν ἔνδοθεν τῶν ἑπτὰ ἐτῶν, μήτε [1]) ἱερολογίαν ἔνδοθεν τοῦ τεσσαρεσκαιδεκαετοῦς [2]) χρόνου, καὶ τοῦ τρισκαιδεκάτου ἐπὶ γυναικῶν.

Τοῦ σοφοῦ παραινοῦντος καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι, καὶ τῆς κοινῆς παρὰ πᾶσιν, ὅσοι φρενὸς εὐτυχοῦσιν, ὑπολήψεως τοῦτο καὶ τιμώσης καὶ συνομολογούσης, καλῶς ἔχει μάλιστα μὲν ἐν πάσῃ πραξει τηρεῖν τὸν καιρόν, εἰ δ' οὖν ἀλλ' ἔν γε τῇ κατὰ γάμον συναρμοστίᾳ τοῦτον μὴ παρορᾶν. δεῖ γάρ, ὅσον ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον πράγμασιν ἀναγκαιοτέρα ἡ ἐπιχείρησις, τοσοῦτον μειὰ γνώμης ἀσφαλεστέρας ἐπὶ ταύτην χωρεῖν. Τούτου δὴ ἕνεκεν κατὰ τοὺς πάλαι καλῶς συνειδότας περὶ τούτου καὶ νόμον θεμένους ἡμεῖς θεσπίζομεν, μηδαμῶς συνίστασθαι μνηστείαν ἐπὶ χρόνοις ἐλάττοσι τῶν ἑπτά, μήτε μὴν ἱεροτελεστείαις βεβαιοῦσθαι τὴν μνηστείαν τοῦ τρισκαιδεκάτου ἔτους ἐνδεούσης τῆς νυμφης, τοῦ δὲ νυμφίου τὸν τεσσαρεσκαιδέκατον [3]) μὴ διαμειροῦντος. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἀπηγόρευται πρὸς τὴν κοινὴν καὶ δημοσίαν τοῦ πολιτεύματος χρῆσιν, εἰ δὲ βασιλεύς, οἷα πολλὰ συμβαίνει, πράττων οἰκονομίαν τινά, καὶ μνηστείαν, καὶ τὴν ἐξ ἱερολογίας συνάρμοσιν τοῖς μνησιευομένοις ἔνδον τῶν διορισθέντων ἐτῶν ἐπιψηφιεῖται, τοῦτο πρὸς τὸν νόμον οὐδὲν ἀντικείσεται. ἐξεστι γὰρ τοῖς ἐκ θεοῦ τὴν οἰκονομίαν τῶν κοσμικῶν ἐγχειρισμένοις πραγμάτων ὑπέρτερον ἢ κατὰ νόμον οἰκονομεῖν, ὃς ἄγει τοὺς ὑπηκόους.

Constitutio CIX.

NE INTRA SEPTIMUM AETATIS ANNUM SPONSALIA INEANTUR, NEQUE ANTE DECIMUM QUINTUM MARIBUS AUT DECIMUM TERTIUM FEMINIS MATRIMONIUM CONSECRETUR.

Quum suum cuique rei tempus esse Sapiens tradat, idque communis omnium, qui modo mentis compotes sunt, sententia et amplectatur, et probet, bonum est maxime quidem in omni negotio tempus servare, si vero alibi, in contrahendis certe matrimoniis non negligere. Oportet enim, quo res in communi vita magis necessaria est, eo magis prudente cautione ad illam procedere. Eapropter nos secundum veteres, qui recte sentientes hac de re lege statuerunt, sancimus, ut nullatenus ante septimum aetatis annum sponsalia constituantur neque matrimonium, si sponsa duodecimum, sponsus vero decimum quartum annum nondum impleverit, sacris caerimoniis confirmetur. Sed hoc quidem quoad communem publicumque reipublicae usum prohibetur, verum si Imperator, ut saepe accidit, familiam quandam conficiens, et sponsalia, et cum consecratione quae peragenda est desponsatis, coniunctionem intra praestitutos sibi decernat, id nihil legi adversabitur. Licet enim iis, quibus deus terrestrium rerum administrationem demandavit, superioribus esse lege, quae subditos devincit.

[1]) *Steph. emend.; εἴτε Scrimg.* — [2]) *Steph.; δεκαετοῦς Scrimg. Ita primaria huius vitia sustulit Steph., sed et alia inesse intellexit, nam aegre caremus post χρόνου verbis ἐπ' ἀνδρῶν et τρισκαιδεκαετοῦς melius conveniret cum antecedenti τεσσαρεσκαιδεκαετοῦς χρόνου.* — [3]) *Steph. aut τὸν in το mutandum censet, aut supplendum χρόνον.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρι'.

Περὶ τοῦ τὴν γυναῖκα ἀπογραφὴν ποιεῖσθαι τῆς τε οἰκείας προικὸς καὶ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης ἀνδρῴας ὑποστάσεως, ἐπειδὰν τὸν γάμον λυθῆναι συμβαίῃ, καὶ τῇ προενέξει τῆς ἀπογραφῆς ἐπιζητεῖν, εἴ τινα λέγοι παρὰ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς ὑποστῆναι καινοτομίαν εἰς τὰ ἀνήκοντα αὐτῇ, χωρὶς δὲ ἀπογραφῆς, εἴτε οὖν [1]) ἐναργοῦς ἀποδείξεως, μηδὲν ζητεῖν, μήτε ζητοῦσαν λαμβάνειν.

Μετὰ τῶν ἄλλων, ὅσα περὶ τοὺς γάμους εὐαγῶς τοῖς ἀρχαίοις προνενόηται, καὶ τούτου δεούσης προνοίας τυχόντος τοῦ μέρους, ἡμὶ δη τοῦ μετὰ τὴν γαμικὴν διάλυσιν μὴ ἣν γυναῖκα ὅπως ἔτυχεν ἀντιποιεῖσθαι τῆς τῶν ἀνδρῴων πραγμάτων λήψεώς τε καὶ κατασχέσεως, ἀλλ' εἰ περὶ τούτων ἀμφισβητοίη, πρότερον δημοσίᾳ τῆς τε οἰκείας προικός, καὶ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης ἀνδρῴας περιουσίας τὴν μετὰ θάνατον τοῦ ἀνδρὸς γεγενημένην ἀπογραφὴν ἐξενεγκεῖν, καὶ εἴ τι ἐν ταύτῃ διαγινώσκοιτο παρὰ τοῦ γαμέτου ἀνηλωμένον, τούτου τὴν ἀναπλήρωσιν ἐκ τῶν ἐκείνου ζητεῖν πραγμάτων, καὶ τούτου δὴ καθάπερ ἦν θεμιτὸν τοῖς ἀρχαίοις διωρισμένου, νυνὶ δ' ὀλιγωρίᾳ παραδοθέντος, ἐπειδὴ τῆς τῶν ἀρχαίων προνοίας τὸ χρήσιμον

Constitutio CX.

UT MULIER SOLUTO MATRIMONIO DESCRIPTIONEM FACIAT DOTIS SUAE ET PROPTER NUPTIAS DONATIONIS, ET RELIQUAE OMNIS MARITI SUBSTANTIAE, ET EA PROLATA RESARCIRI SIBI POSTULET, SI QUID DAMNI IN REBUS SUIS A MARITO SE PASSAM DICAT, SINE DESCRIPTIONE AUTEM EVIDENTEVE PROBATIONE NIHIL PETAT AUT PETENDO ACCIPIAT.

Quum praeter alia, quaecunque recte a veteribus de matrimoniis tractata sunt, huic quoque parti satis prospectum sit, ut nempe mulier soluto matrimonio non quoquo modo res maritales percipiendas et detinendas usurpet, sed si de illis controversia moveatur, prius publice confectum post mortem mariti de dote sua, et donatione propter nuptias, et reliqua maritali substantia descriptionem exhibeat, et si quid ex illa a marito consumtum esse appareat, eius complementum ex illius bonis quaerat, quum hoc igitur ut iustum erat a veteribus constitutum sit, nunc vero eius nulla ratio habeatur, quoniam veterum prudentiae utilitatem conservandam ducimus, illorum sanctionem renovantes statuimus, dehinc omnimodo descriptiones dotis, et propter nuptias donationis, et reliquae omnis maritalis sub-

[1]) *Apud Harmenop. I. 13. 34., ubi huius Novellae extat epitome, deest οὖν, sed legitur εἴτε, non autem intactum relictum est hoc εἴτε a viris doctis, inter quos Salmasius ἤτοι coniecit.*

σιμον συνειδομεν ἄξιον σώζεσθαι, τὸ ἐκείνων ἀνανεουμένοι θέσπισμα ὁρίζομεν, ἀπό γε τοῦ παρόντος ἀπογραφὰς τῆς τε προικος, καὶ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης τοῦ ἀνδρὸς περιουσίας ἐκ παντὸς τρόπου παρὰ ταῖς γυναιξὶ σπουδάζεσθαι, ὡς, ἐάν ποτε γυνὴ πρὸς τοιαύτην φιλονεικίας ὑπόθεσιν κατασταθῇ, καὶ πρὸς τὴν ἀνδρῴαν χωρεῖν ὕπαρξιν ἀντὶ τῶν κατασπάνιων εἰς μείωσιν οἰκείων ἀξιοῖ, ἐξ ἐκείνης τῆς ἀπογραφῆς ἤτοι ἀποδείξεως τὸ δίκαιον τῶν λόγων γνωρίζεσθαι, κατὰ τρόπον ἀντιποιουμένης τῶν τοῦ συζύγου πραγμάτων, εἴ γε παρ' ἐκείνου φαίνοιτο τῶν ἐν τῇ ἀπογραφῇ κειμένων ἀνάλωσις γεγενημένη. ἄνευ δὲ τῆς ἐκεῖθεν μαρτυρίας μήτε τὴν ζήτησιν χώραν εὑρίσκειν, μήτε ζητούσης φιλονείκως ἢ ἀκροάσεως τυγχάνειν ἤ τι τῶν ἐπιζητουμένων λαμβάνειν. Τὸν δὲ χρόνον τῆς ἀπογραφῆς ὁρίζομεν εἶσω τριῶν μηνῶν γίνεσθαι, καὶ τὰ ἐπιτίμια προβαίνειν, οἷα δὴ καὶ περὶ τῶν ἐπιτρόπων τοῖς παλαιοῖς νενομοθέτηται.

substantiae mulieribus curae esse, ut, si quando uxor ad talem malignitatis speciem adigatur, et ad deminutionem rerum maritalium propter eas, quae ipsi competunt, procedere velit, ex illa descriptione sive probatione petitionis ius cognoscatur. collatis eo modo coniugis bonis, si ab illo eorum, quae descriptione comprehensa sunt, deminutio facta esse videatur; citra illam testificationem autem neque petitionem locum sibi invenire, neque malitiose petentem vel iudicium obtinere, vel quidquam eorum, quae petita sunt, consequi. Tempus vero descriptionis conficiendae statuimus, ut intra tres menses fiat, et multam procedere, qualis a veteribus in tutores constituta est.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ριά'.

Περὶ τοῦ γυναικὸς εἰς μανίαν περιπεσούσης μὴ κατ' ἐπιβουλὴν τοῦ οἰκείου ἀνδρός, μήτε μὴν συνειδότος αὐτοῦ τὴν κακουργίαν, εἰ παρ' ἄλλων τινῶν ἡ μανία κεκακούργηται, μέχρι τρίτου ἔτους διαμένειν τὸν γάμον ἄλυτον, καὶ εἰ ἔτι τὰ τῆς μανίας λυπεῖ, τέμνεσθαι τὴν συνάφειαν καὶ μνηστεύεσθαι τὸν ἄνδρα σὺν ἀδείᾳ, ἣν ἂν ἕληται.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Στυλιανῷ, τῷ αὐτῷ.

Ὡς μὲν οὐδὲν οὕτω πρὸς βίον ἀνθρώπων [1]) καθέστηκεν ἀναγκαῖον, ὡς ἡ παρὰ τῆς πλευρᾶς κεχαρισμένη ἀνδρὶ βοήθεια, καὶ ὁ ἐξ ἀρχῆς ὑποσησάμενος τὴν πλάσιν τεχνίτης ἐδίδαξε, καὶ ἡ φύσις αὐτὴ τῷ θείῳ διδάγματι προσμαρτυρεῖ. Τούτου δ' οὕτως ἀναγκαίου τυγχάνοντος, ἔπρεπε καὶ τὴν τοῦ νόμου πρόνοιαν, καὶ εἴ τις ἑτέρωθεν φροντὶς συνεπιλαμβάνεται, τὰ τοιαῦτα περὶ τοῦ πράγματος καὶ πεφροντικέναι καὶ διορίζεσθαι, οἷα τῇ πάσῃ ζωῇ τῶν διὰ τῆς συζυγίας ἡνωμένων εἰς βυήθειαν ὑπάρξει καὶ ἀγαλλίασιν, καὶ τὸν ἀπ' ἀρχῆς σκοπὸν βεβαιώσει τῆς νυμφεύσεως [2]), ἀλλὰ μὴ τυὐναντίον εἰς καταιρυβὴν καὶ ταλαιπωρίαν καὶ διὰ βίου μὴ ἀνιεῖσαν καιηφειαν. Εἰ οὖν τοιαύτην δεῖ γενέσθαι τὴν συζυγίαν, ὥςπερ καὶ δεῖ, οὐ δοκεῖ μοι χώραν ἔχειν ἀποδοχῆς ἐκεῖνος ὁ νόμος, ὃς μετὰ τὴν μνησικέιαν εἰς μανίαν τῆς μεμνησευμένης περιπεσούσης, βιάζεται τὸν γαμέτην διὰ παντὸς τοιούτῳ συνεζεῦχθαι κακῷ, καὶ τῇ συμφορᾷ τῆς μανίας ἀεὶ περισιοιχίζεσθαι. Ποῦ γὰρ ἀποδοχὴ [3]), ποῦ δ' εὔλογον ἢ τῶν περὶ συμβιώσεως ἄξιον φροντίδων, τὸ προσδεδέσθαι διὰ βίου τὸν ἄνδρα μανείσῃ τῇ γυναικί, καὶ τοῖς ἐκεῖθεν ἀνιαροῖς κατατρύχεσθαι; εἰ γὰρ οὐδεὶς οὕτως ἀφιλάνθρωπος, ὃς κἂν ἐπὶ βραχὺ θηρίῳ συγκαθειργνύειν ἄνθρωπον ἀξιοῖ, πῶς ἔχει νόμου φιλανθρωπίαν ὁ προστάσσων νόμος δι' αἰῶνος ὑπὸ τῆς μανίας τεθηριωμένῃ τῇ ἀνθρώπῳ συνοικεῖν τὸν μνηστευσάμενον; Ἀλλὰ φασιν ὡς διὰ τὴν συναφείας ἐν γεγόνασι μέλος, καὶ ἀνάγκη τὴν τοῦ μέλους ὑφίστασθαι νόσον, καὶ ὡς θεῖον βούλεται κέλευσμα, μὴ χωρίζεσθαι τοὺς ὑπὸ θεοῦ συζευχθέντας. Καλὰ μὲν ταῦτα, ἃ θεῖα παρὰ θεοῦ [4]) εἴρηται, οὐ καλῶς δ' αὐτά, οὐδὲ κατὰ τὸν θεῖον σκοπὸν οἱ προτεινόμενοι ἐνταῦθα τὴν τούτων ποιοῦνται πρότασιν. εἰ μὲν γὰρ ἡ μνησικέια τοιαύτην

Constitutio CXI.

UT, SI UXOR MENTE CAPIATUR, IDQUE NEQUE DOLO MARITI, NEQUE IPSO CONSCIO, ALIORUM MALEFICIO FIAT, ET ULTRA TRES ANNOS ID MALUM DURET, MATRIMONIUM DIRIMATUR, ALIAMQUE UXOREM DUCERE MARITO LICEAT, QUAM VELIT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quod nihil quidem ita vitae humanae exstitit necessarium, quam quod ex costa viro attributum est adiumentum, et qui ab initio formam condidit artifex docuit, et ipsa natura divino documento attestatur. Hoc vero cum ita necessarium sit, decebat etiam legis providentiam, et si qua aliunde cura mortalium rebus succurrit, talia de re illa cogitare et statuere, quae per omnem vitam illis, qui coniugio uniti sunt, auxilio gaudioque sint, et ab initio propositum coniugii finem confirment, nec vero contra perniciem, et miseriam et perpetuum per vitam moerorem afferant. Si ergo coniugium tale esse oportet, quemadmodum etiam oportet, non suscipienda mihi illa lex videtur, quae, si post initum matrimonium in furorem uxor inciderit, maritum tanto malo perpetuo iunctum esse, et furoris incommodum semper ferre cogit. Quomodo enim rationabile, quomodo receptione vel convictus coniugalis sollicitudine dignum, ut per totam vitam maritus insanienti uxori alligetur, eiusque vesania conficiatur? Si enim nullus adeo inhumanus est, ut vel momento quemquam cum bestia simul includere sustineat, quam legis humanitatem illa lex habet, quae perpetuo efferatae furore coniugi cohabitare maritum iubet? Sed dicunt, quod per coniugium in unum corpus coierunt, et oportet membrum alterum alterius morbos perpeti, et, ut divinum praeceptum vult, non separari, quos deus iunxerit. Praeclara quidem haec, quae ut divina a deo pronunciata sunt, non praeclare vero neque secundum divinum propositum opponentes hic eorum obiectionem instituunt. Nam si quidem matrimonium talem statum servaret, qualem ab initio paranymphus exhibuit, quisquis separaret improbus esset, neque reprehensionem effugeret; si vero quum prae furore ne vocem quidem humanam a muliere audias, nedum aliud quidquam eorum obtineas, quae ad hilaritatem matrimonium

---

[1]) ἀνθρώπῳ *Mearm. Cod. III., Zuich.* — [2]) *Agyl.*; ἡμφεύσεως *Scrimg.* — [3]) ποῦ γὰρ ἀποδοχὴ ἄξιον *coni. Steph.* — [4]) καὶ παρὰ θεοῦ *Cod. Mearm. III., Zuich.*

τοιαύτην σώζει τὴν κατάστασιν, ὁποίαν ἐξ ἀρχῆς ἡ νυμφοστόλος παρέσχεν, ἄδικος ὁ χωρίζων, καὶ τὴν μέμψιν οὐ φεύξεται. εἰ δ' ὑπὸ τῆς μανίας οὐδὲ φθογγῆς ἔσιν ἀνθρωπίνης ἀκούειν τῆς ἀνθρώπου, μὴ ὅτι γε ἄλλου τινος τυχεῖν τῶν ὅσα μνησιτεία πρὸς ἱλαρίαν χαρίζεται, τίς οὐκ ἐθελήσει διαλύειν τὴν οὕτω πικρὰν καὶ φευκτὴν συζυγίαν; Διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, ὡς, εἴ ποτε μετὰ τὴν κοινωνίαν τοῦ γάμου πρὸς μανίαν ἡ γυνὴ περιπέσοι, μέχρι τρίτου ἔτους φέρειν τὴν δυσιχίαν τὸν ἄνδρα, καὶ τῆς καιηφείας ἀπολαύειν, καὶ εἴ γε μὴ ἐν χρόνῳ τοσούτῳ λύσις εἴη τοῦ κακοῦ, μηδὲ πρὸς τὰς οἰκείας ἐπανέλθοι φρένας ἡ τὴν μανίαν νοσοῦσα, γηικαῖα διασπᾶσθαι τὴν κοινωνίαν, καὶ τῆς ἀνυποίσιου συμφορᾶς ἐλευθεροῦσθαι τὸν ἄνδρα. τοσοῦτον προσδιοριζομένου τοῦ θεσπίσματος, ὥστε δι' ἐρεύνης τὴν μανίαν καὶ ἐξετάσεως γίνεσθαι, μήποτε καὶ ἐπιβουλὴν ὤφθη συσιᾶσα ἢ αὐτοῦ γε τοῦ ἀνδρός, ἢ τῶν ἐκείνῳ κατ' οἰκειότητα συναπτομένων, ἢ τινων ἑτέρων, ὡς εἴ γε [1]) τοιοῦτόν τι φωραθείη, εἰ ἐκ κακουργίας τοῦ ἀνδρός, τοῦτον ὁρίζομεν ἰιμωρίαν τῆς ἰδίας ὑποσχεῖν κακίας τὸν εἰς τὸν μονήρη βίον μετασχηματισμόν, καὶ ἄκοντος αὐτοῦ μοναστηρίῳ περιορίζομένου, καὶ τῇ ἐκ τῶν ἱερῶν κανόνων ὑποβαλλομένου τῆς ψυχῆς θεραπείᾳ, εἰ δ' ἐκ τῶν συγγενῶν ἦλθεν ἡ βλάβη, ἢ ἑτέρωθέν ποθεν, καὶ αὐτοῦ συνειδότος τοῦ ἀνδρός . . . . .

monium largitur, quis adeo acerbum horrendumque matrimonium dirimere nolit? Propterea sancimus, ut, si quando post initum matrimonium mulier in furorem incidat, usque ad tertium annum infortunium maritus ferat, et moestitiam toleret, et si in eo temporis spatio ab isto malo non liberetur, neque ad mentem redeat, quae furore insanit, tunc matrimonium divellatur, et maritus ab intolerabili illa calamitate exoneretur. Cui sanctioni hoc adiicimus, ut furoris causa investigetur, et exquiratur, num forte aut mariti, aut familiaritate ei iunctorum, aut aliorum quorundam dolo illatus videatur, ut si tale quid esse deprehendatur, si mariti maleficio, eum poenae nomine in monasticam vitam detrusum et invitum monasterio inclusum nequitiam suam luere, et mananti ex sacris canonibus animae curationi subiectum esse, decernamus, si vero a cognatis ipsius damnum datum sit, aut aliunde, et ipso conscio marito . . . .

[1]) *εἰ μὲν λέγοι.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ριβ'.

Περὶ τοῦ εἰ μετὰ τὴν γαμήλιον κοινωνίαν εἰς μανίαν ὁ μνηστὴρ περιπέσοι, ἐφ' ὅλοις ἔτεσι πέντε διατελεῖν τὸν γάμον ἄλυτον, τούτων δὲ παρελασάντων καὶ τῆς μανίας τῆς ἐπισχέσεως ἔτι πρυσμενούσης τὴν ἁρμοζυγίαν [1]) ἀφαρμόζεσθαι.

Τῶν μὲν πάλαι νομοθετησάντων τὴν γνώμην, ὑφ' ἧς ὁ τῆς μανίας καιρὸς διορίζεται, ὡς αὐτοῖς δοκεῖ ταῖς μνησιτείαις ἐναντιοῦσθαι, καὶ μὴ διασυρειν καὶ μέμψει καθυποβάλλειν οὐκ ἔχω (ἀφίημι γὰρ αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ταῦτα νενομοθετηκότας τὴν οἰκείαν εἰδέναι κρίσιν, μεθ' ἧς ἐπὶ τὸ δόγμα καιέστησαν), πρὸς δὲ τὸ συναιρεῖν καὶ καταιθεσθαι, ὅτι μὴ συγκαταθέσεως ἐμοὶ ἄξιος ἀναπέφηνεν ὁ νόμος, οὐ προάγομαι. Τὸ γὰρ κωλύειν μὲν προλαβοῦσαν [2]) ἤδη μανίαν τὸν γάμον, φάσκειν δὲ μηδὲν αὐτὸν ἀδικεῖσθαι μεταγενεστέρας τοῦ γάμου τῆς μανίας ἀποφανθείσης, πῶς οὐκ αὐτόθεν ἡμᾶς πρὸς τὴν συγκατάθεσιν ἀναπείθει; εἰ γὰρ ὁ γάμος ἐπὶ κοινῇ τῶν συναπτομένων ὠφελείᾳ συνίστασθαι βούλεται, πῶς ὁ τὴν ἀρχὴν ὡς ἀσυμφορον ἀποτρέπων συστῆναι, τοῦ αὐτοῦ ἐναντιώματος μετὰ τὴν συνάφειαν ἀνακύψαντος οὐκ ἀποτρέψει τὴν σύστασιν ὡς μὴ συμφέρουσαν; ἢ βοηθεῖν μὲν χρή, ὅπως μὴ τὴν ἀρχὴν ὀφθείη τις εἰς κακοῦ πεῖραν κατασταίς, περιπεσόντα δὲ τῷ κακῷ καταλιμπάνειν ἀβοήθητον, καὶ μὴ τῆς ταλαιπωρίας οἰκτείρειν αὐτόν; ὥσπερ εἴ τις καὶ πρὸ μὲν τοῦ νόσῳ ληφθῆναί τινα δεῖν οἴεται προσάγειν τὴν ἐπιμέλειαν, κατασχεθέντα δὲ θνήσκειν ἐᾶν, ἀπαγορεύσας τὴν θεραπείαν. Ἀλλὰ γάρ, ὅπερ εἶπον, ἐπιμέμφεσθαι μὲν τοῖς νομοθέταις οὐκ ἔχω, σύμψηφος δὲ τούτοις εἶναι πολλοῦ γε καὶ δέω, καὶ μάλιστα πολλῶν ἑτέρων τρόπων πρὸς μνησιτείας λύσιν διαιταγμένων,

Constitutio CXII.

UT, SI MARITUS PER MATRIMONII TEMPUS IN FUROREM INCIDAT, INTRA QUINQUENNIUM MATRIMONIUM SOLVI NEQUEAT, EO AUTEM ELAPSO, SI FUROR EUM ADHUC OCCUPET, SOLVI POSSIT.

Veterum quidem legislatorum sententiam, per quam tempus definitur furoris, qui ipsi matrimonio adversari videtur, neque convellere, neque reprehensioni submittere est animus (concedo enim, illos ipsos, qui haec constituerunt, iudicium suum habuisse, quo in ea sententia constiterunt), ut tamen illam approbem et confirmem, quod ea lex mihi approbatione indigna videtur, induci nequeo. Quod enim dicunt furorem, si praeveniat, matrimonium impedire, si vero inito iam matrimonio furor superveniat, illud nihil laedi, nonne hoc ultro comprobationem nobis dissuadet? Si enim matrimonium in utriusque coniugis utilitate versari debet, quomodo is, qui illud ab initio tanquam inutile consistere non suadet, si post coniunctionem contrarium eius exsistat, non idem coniunctionem tanquam inutilem dissuadebit? An operam dari oportet, ne quis initio in mali periculum incidat, qui vero iam in malum inciderit, eum sine ope relinquere, ipsiusque calamitatis non misereri? Quod perinde est, atque si quis etiam prius, quam morbo quispiam corripiatur, adhibendum remedium existimet, at iam correptum negato remedio mori sinat. Veruntamen (id quod dixi) reprehendere quidem legislatores non est animus, ut tamen ipsis adstipuler, permultum abest, praesertim quum multi alii modi ad solvendum matrimonium constituti sint, quorum nullus cum furoris malo conferri possit. Quomodo namque mariti prodigalitas, aut religionis diversitas, aut in naturali officio impotentia et imbecillitas,

[1]) *ιμοζυγίαν Cod. Mecrm. III., Zuich.* — [2]) *διὰ προλαβοῦσαν Cod. Mecrm. III., Zuich.*

νων, ὧν οὐδὲις πρὸς τὸ χαλεπὸν τῆς μανίας εἰς σύγκρισιν ἱκανὸς παρελθεῖν. τὸ γὰρ διὰ τὴν τοῦ μνηστῆρος ἀσωτίαν, ἢ διὰ τὸ κατὰ τὴν πίστιν διάφορον, ἢ διὰ τὸ πρὸς ὁμιλίαν τὴν φυσικὴν απορον καὶ ἀνεπιτήδειον, καὶ εἴ τι ἕτερον τοιοῦτοις συναριθμεῖται κεκτημένον ἰσχὺν πρὸς γάμου διάζευξιν, οἷον εἰ δουλικῆς ἀναφαίνοιτο τύχης ὁ μνηστευόμενος, εἰ τῶν ὑπεσχημένων ἐν τοῖς γαμικοῖς συμφώνοις ἐξ ἀπορίας μὴ πρόοιτο ἢ τελείωσις, ταῦτα οὐν καὶ τὰ παραπλήσια, ἃ διανενόμισται τὴν γαμικὴν κοινωνίαν διαλύειν, ποῦ πρὸς τὴν συμφοράν τῆς μανίας ὅλως τὴν σύγκρισιν ἀναδέχεται; Τοιγαροῦν θεσπίζομεν ἡμεῖς περὶ τῆς μετὰ τὸν γάμον ἐπελθούσης μανίας, ὥστε ἐφ' ὅλοις ἔτεσι πέντε τοὺς συναπτομένους μὴ διαζεύγνυσθαι. καὶ γὰρ ὥσπερ τὸ μὴ διὰ βίου θεραπευομένης τῆς μανίας ἄλυτον εἶναι τὸν γάμον βίαιον ὤφθη, οὕτω καὶ ἡ ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἀναμονὴ καὶ προσκαιρέρησις ἀναγκαία ἐστίν. εἰ δὲ μετὰ τὴν τοῦ τοσούτου χρόνου περίοδον μὴ γένηταί τις ἀπαλλαγὴ τῆς δυστυχίας, μηδὲ πρὸς ἀνασωφρόνησιν ὁ μεμηνὼς καταστείλῃ, τηνικαῦτα διατέμνεσθαι τὴν γαμήλιον κοινωνίαν, μηδεμιᾶς μηδ' ἑτέρῳ μέρει προσγινομένης καινοτομίας. Καὶ ταῦτα μὲν διορίζομεν οὐ πρὸς διαβολὴν τῶν πρὸ ἡμῶν νομοθετησάντων, ἀλλ' εἰς ἀποπλήρωσιν τῆς περὶ τὸ ὑπήκοον ὀφειλομένης ἡμῖν προνοίας. Ἡ δέ γε καὶ αὐτὴν ἐπιγνωσθεῖσα τὴν τοῦ γάμου ἡμέραν μανία οὐδὲν ὑπεναντιούμενον ἔχει πρὸς τὴν αὐτίκα διάλυσιν, εἰ καὶ προσῆλθεν ἡ νενομισμένη αὐτοῖς ἱερολογία, ἀλλ' ὁμοίως ἢ πρὸ τῆς μνησιείας ἐγνωσμένη πρὸς τὸ ἀκοινώνητον καταστήσεται καὶ ἀνάρμοστον. Ἴσως μὲν οὖν τισι δόξει τὸ μετὰ τὴν ἱερολογίαν διαζεύγνυσθαι κρίσεως ὀρθῆς ἀπολείπεσθαι, ὡς δέον, ἐπεὶ διὰ τῆς συναρμοστικῆς τελειῆς ἓν σῶμα γεγόνασι, μὴ διατέμνειν αὐτούς, ἀλλ' ἡνωμένους ἐᾶν καὶ μάλιστά γε κυριωτέρου μέλους καὶ κεφαλῆς ὑπάρχοντος τοῦ ἀνδρός. οὐδὲ γὰρ ἐν σώματι τὰ τῶν μελῶν κυριώτερα ὑπό τινος κατεσχημένα πάθους ἐκκόπτεται. Ἀλλ' οὗτος ὁ λόγος δοκῶν ὑπὲρ τῆς ἑνώσεως ἵστασθαι, ἀγνοεῖν ἔοικε τῆς ἱερολογίας τὸ βούλημα. ἡ μὲν γὰρ τὰ καλλίστια τῇ μνησιείᾳ χαρίζεσθαι διανοουμένη σωφροσύνη ἀῤῥήκτῳ [1]) τινὶ δεσμῷ φίλτρου συνδέουσα ἀμφοτέρους, γένους διαδοχὴν καὶ εἴ τι ἕτερον ἡδυνεῖ τὸν γάμον, τελεῖται. μανία δὲ πῶς ἂν τῷ σκοπῷ συνδράμοι τῆς τοιαύτης τελετῆς; ποῦ γὰρ σωφροσύνης τὸ καθαρόν, μὴ τοῦ νοῦ γινώσκοντος ἑαυτόν, ἀλλ' ἄγνοιαν ἐλεεινὴν δυστυχοῦντος; γένους δὲ πόθεν ἡ διαδοχή; φρικτὸν θέαμα καὶ μόνον ἰδεῖν τῇ ἀθλίᾳ μνηστῇ τὸν ἀθλιώτερον μνηστῆρα τῆς μανίας παρασκευαζούσης, μὴ ὅτι γε συνελθεῖν αὐτῷ πρὸς ὁμιλίαν προτρεπομένης. ποίῳ δ' ἂν φίλτρου ἑταμῷ συνδεθεῖεν, τοῦ πάθους ὅλον ἀποθηριοῦντος τὸν ἄνθρωπον, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ ἄνθρωπον ἐπιγινώσκεσθαι διατιθέντος; Εἰ δ' ἄρα ποτὲ καὶ γονὴν ἐξ οὕτω γάμου δυστυχοῦς ὄψεται ἥλιος, πῶς οὐ κοινὴ βλάβη τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ ἡ τοιαύτη γονή; διότι συνεξομοιοῦν οἶδεν ἡ φύσις τοῖς πράγμασιν ὡς ἐπὶ πολὺ τοὺς καρπούς. Ἐμοὶ μὲν οὖν καὶ διὰ ταῦτα δίκαιον ἐλογίσθη καὶ εὔλογον, καὶ οὔτε πρὸς ἀθέτησιν τῆς συναπτηρίου εὐλογίας, οὔτε πρὸς ἄλλο τι ἔγκλημα, τὸ θεσπίσαι τὴν τοῦ γάμου μετὰ τὴν τῆς μανίας λῆψιν διάλυσιν. Εἰ δέ τις αἰτίας οὐκ ἀπολύει τὸ θέσπισμα, οὗτος καθ' ἑαυτὸν ἐπιστήσας, καὶ τὴν ἐκ τοῦ μεμηνότος γάμου κατανοήσας ὠφέλειαν, εἴσεται τὴν οἰκείαν κρίσιν, ὁποίας τιμῆς ἀξία καθέστηκεν.

cillitas, aut si quid aliud his connumeratur, quod ad dissolvendum matrimonium valeat, quale si servilis conditionis coniugem esse appareat, aut si in pactionibus nuptialibus promissorum propter paupertatem implementum sequi nequeat, haec igitur et similia, quibus matrimonia dissolvere lege tributum est, quomodo tandem cum furoris calamitate comparari possunt? Nos itaque sancimus de furore post initum matrimonium superveniente, ne intra quinque annos integros coniuges distinguantur. Etenim quemadmodum quando per omnem vitam furor duraret, nec tamen matrimonium dirimi posset, id durum videatur, ita etiam tanto tempore exspectare et perseverare necesse est. At si post tantum temporis spatium infortunium sublatum non sit, neque furiosus resipuerit, tunc coniugium dirimatur, nulla neutri parti innovatione facta. Atque haec quidem statuimus non in contemtum superiorum legislatorum, sed ut subditis curam a nobis debitam adimpleamus. Furor vero ipso nuptiarum die conspicuus non impedit, quo minus confestim matrimonium solvatur, etsi iam sacra hierologia processerit, sed perinde, ac si ante nuptias animadversus esset, matrimonium irritum reddetur atque distrahetur. Sed quod quidem post consecrationem distinguendos esse coniuges dicitur, fortasse id nonnullis recto iudicio destitui videbitur, utpote, quoniam copula sacerdotali unum corpus facti sunt, non dirimi illos, sed unitos sini oporteat, et praesertim quum praestantius membrum et caput maritus sit; neque enim praecipua corporis membra morbo aliquo occupata amputari solent. Atqui haec ratio, dum propter unitatem stare putat, quid benedictio velit, ignorare videtur. Etenim haec quidem praestantissima quaeque connubio largiri cogitans, pudicitiam indissolubilique quodam amoris vinculo ambos devinciens, propagationem generis, et si quid aliud matrimonium iucundum reddit, conserat, furor vero quomodo cum hoc consecrationis proposito conveniat? Ubi enim pudicitiae integritas, quando mens se ipsam non novit, sed miserabili ignorantia premitur? Ubi vero propagatio generis? quum furor spectaculum modo horrendum miserae uxori miseriorem maritum exhibet, nedum cum illo consuetudinem habere permittit? Quali porro amoris vinculo colligentur, quum morbus universum hominem efferat, et quidvis potius quam homo videatur, efficit? Si vero forte ex tam infortunato connubio foetus in lucem prodeat, quomodo non talis foetus commune vitae humanae damnum erit, quum natura fructus rebus ut plurimum assimilare soleat? Mihi igitur propter haec etiam matrimonium post furoris correptionem solvendum esse constituere, iustum rationique esse consentaneum, neque ad reprobationem matrimonialis benedictionis, neque ad aliud quodpiam crimen vergere visum est. Si quis vero sanctionem a crimine non liberet, hic apud se consistens, furiosi matrimonii utilitate expensa, quantum momenti iudicium suum habeat, cognoscet.

ΔΙΑ-

Const. CXIII.

[1]) σωφροσύνην καὶ ἀῤῥήκτῳ *emend. Agyl.*

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ριγ΄.

Περὶ τοῦ καὶ ἐν τοῖς προσκηνίοις κατασκευάσμασιν, ἃ τὴν τῶν ἡλιακῶν ἐπωνυμίαν φέρει, τὴν τῶν δέκα ποδῶν ἐκ τοῦ γείτονος μέρους παραιρεῖσθαι διάστασιν, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν οἰκοδομημάτων νενόμισται.

Ἃ μὲν περὶ οἰκοδομίας οἷον οἰκημάτων καὶ τειχίων ἄλλως τοῖς παλαιοῖς ἐπεσκέφθη, καλῶς ἐπέσκεψις ἔχει, καὶ καλῶς ἐπ' αὐτῶν ἡ διάστασις τοῖς γειτονεύουσι διατέτακται μέρεσιν, ἐν ὅλοις ποσὶ δέκα [1]) λαχοῦσα τὴν διαμείρησιν. τὰ δὲ περὶ τῶν ὑπαίθρων, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι προσκηνίων θεατρίων, ἃ καὶ πρὸς μόνην καὶ ὑπαίριον ἀπόλαυσιν ἐπινενόηται, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκ τοῦ ἡλίου εἰληφεν ἡλιακὰ προσαγορευόμενα, ταῦτα δὲ ὅρα τῆς νόμου [2]) μνήμης οὐ τυχόντα καὶ διορίσεως, νῦν εἰς χρείαν καθέσιηκεν, ψήφου περὶ αὐτῶν ὁριζούσης, καὶ τὴν φιλονεικίαν τήν, ὡς εἰκός, ἐπ' αὐτοῖς ἐνίοτε προβαίνουσαν διαλυούσης. Ὁρίζομεν οὖν, καὶ ἐπὶ τούτων τῶν κατασκευασμάτων, τουτέστι τῶν ἡλιακῶν, ἐκεῖνο τὸ μέτρον σώζειν, τὸ μεταξὺ διάστημα τῶν ἐχόντων τὴν γειτονίαν προσώπων, ὃ καὶ ἐπὶ τῶν οἰκοδομημάτων ἀπονενέμηται. καὶ γαρ ὥςπερ ἐπ' ἐκείνων ἡ τῆς κατοπτεύσεως αἰτία τῶν δέκα ποδῶν ὥριζε τὸ διάστημα, οὕτω κἀνταῦθα διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τὸ ἴσον εὐλόγως διορισθήσεται μέτρον, καίτοι γε ἡ αἰτία τῆς κατοπτεύσεως πλέονα ἀπαιτεῖν δοκεῖ τὴν ἀπόστασιν. εἰ γὰρ διὰ τὸ μὴ κατοπτεύειν ἀλλήλους τὰ γειτονεύοντα μέρη τὴν τῶν δέκα ποδῶν ποιεῖται ὑπόκλισιν [3]), ἐνταῦθα τοσοῦτον ὀφείλει μᾶλλον ἀφίστασθαι, ὅσῳ καὶ μᾶλλον ἐπιτηδείως ἔχουσιν αἱ τοιαῦται κατασκευαὶ πρὸς κατοπτευσιν. δῆλον γάρ, ὡς ἐν οἰκίᾳ τις καθεζόμενος ἤ τι πράττων οὐκ ἄν οὕτω κατοπτευθῇ, πολλῶν ὑπαρχόντων ἀντιφραγμάτων. ἐν δὲ τοῖς περὶ ὧν ὁ λόγος προσκηνίοις ἔργοις, ἢ ὡς ἄν οἱ πολλοὶ φαῖεν ἐξωσιαρίοις, οὐδὲν εἰς περιοπὴν ἔστηκεν ἀντιφράττον. Διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, μὴ ἑτέρως ἐξεῖναί τινι τοιοῦτον κατασκεύασμα τεκταίνειν, εἰ μὴ πόδες δέκα τὴν ἐκ τοῦ γείτονος μέρους ἀποχώρησιν διαμετρησουσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τις ὀροφὴν τῆς οἰκίας ἀμεῖψαι βουλόμενος μαρμάρων πλάκας περιθείη, καὶ οὗτος μὴ πρὶν τοῦτο πράττοι, πρὶν τὸ εἰρημένον διάστημα τῶν δέκα ποδῶν ἀπομακρύνων τοῦ γείτονος, ἢ ἑτέρου δέ τινος εἰς βοήθειαν ἀνακύπτοντος τρόπου, λέγω δὴ χρόνου μακροτέρου παραδρομῆς ὑπερβαινούσης τὴν νομικὴν περὶ χρόνων διάταξιν, ἀφ' οὗ τὸ ἔργον τὴν ὕπαρξιν ἔλαβεν, ἢ ἐὰν φυλακῇ τινι συμφωνία δωρησαμένη τὴν ἄδειαν, ἃ ταύτην λαβὼν εἰς τὸ ἐργάζεσθαι προελήλυθε, κελεύομεν ἐπὶ τοῦ οἰκείου σχήματος τὸ ἔργον μένειν, τῆς τῶν δέκα ποδῶν μὴ παραιτουμένης ἀποστάσεως.

Constitutio CXIII.

UT, QUEMADMODUM IN ALIIS STRUCTURIS LEGE CAUTUM EST, ITA ETIAM SUBDIALIUM AMBULACRORUM STRUCTURAE, QUAE SOLARIA APPELLANTUR, DECEM PEDIBUS A VICINORUM AEDIFICIIS DISTENT.

*Quae quidem de domuum et parietum structuris alioquin veteres tractaverunt, perbelle illa se habent, et vicina aedificia decem inter se pedibus distare debere, ab iisdem recte constitutum est. Verum quoniam de subdialibus deambulationibus et, ut aliquis fortasse dicat, proceniis spectatoriis, quae ad solum et aerium usum excogitata sunt, atque a sole nomen acceperunt, solaria dicta, de his lex nihil memoravit atque constituit, nunc decreto opus est, quod de illis statuat, et quae fortasse subinde de iisdem contentiones emergant, dirimat. Decernimus igitur, etiam in his structuris, id est solariis, illam mensuram servari, quod inter vicinos interstitium servetur, quod etiam in aedificiis constitutum est. Etenim quemadmodum in illis conspectus causa decem pedem interstitium statutum est, ita hic quoque merito idem spatium eadem de causa praescribetur, quanquam conspectus causa maiorem distantiam requirere videtur. Nam si, ne se invicem vicinae partes conspiciant, decem pedum intercapedo relinquitur, hic tanto magis abstineri debet, quanto etiam magis huiusmodi structurae conspectui sunt idoneae. Constat enim, sedentem aliquem vel aliquid facientem in aedibus, quoniam multa obstacula intersunt, non ita facile posse conspici. In prosceniorum vero, de quibus sermo est, operibus, aut ut multi dicere malunt moenianis, nihil circumspectui impedimento est. Propterea sancimus, non aliter cuiquam talem structuram fabricari licere, quam si decem pedibus a vicinorum structuris abstineat. Similiter vero si quis aedium suarum tectum mutans marmoreas crustas obducat, hic etiam non aliter id faciat, quam si dictum decem pedum interstitium a vicino relinquat * *, aut alius quispiam modus in auxilium succurrat, scilicet temporis longioris cursus, legalem de temporibus excedens constitutionem, ex quo opus constituit, aut si cui pactum servetur licentiam largiens, ex quo quis ea accepta ad aedificandum accesserit, iubemus in suo statu structuram manere, decem pedum distantia non observata*

[1]) *Rectius δώδεκα, cf. l. 12. §. 2. C. de aedific. priv.* (8. 10.) *et Harmenop. II. 4. 45.* — [2]) τῆς ἐκ τοῦ νόμου *Cod. Meerm. III., Zuich.* — [3]) ἀπόκλισιν *Cod. Meerm. III., Zuich.*

FEUDORUM LIBRI

CUM

FRAGMENTIS.

FEUDORUM LIBRI

CUM

FRAGMENTIS.

FEUDORUM LIBRI.

LIBER PRIMUS.

TITULUS I.

DE HIS, QUI FEUDUM DARE POSSUNT, ET QUI NON, ET QUALITER ACQUIRATUR, ET RETINEATUR.

Quia de feudis tractaturi sumus, videamus primum, qui feudum dare possunt. Feudum autem dare possunt archiepiscopus, episcopus, abbas, abbatissa, praepositus, si antiquitus consuetudo eorum fuerit feudum dare. Dux, marchio et comes similiter feudum dare possunt, qui [1]) proprie regni vel regis capitanei dicuntur. Sunt et alii, qui ab istis feuda accipiunt, qui proprie regis vel regni valvasores dicuntur; sed hodie capitanei appellantur, qui et ipsi feuda dare possunt. Ipsi vero, qui ab eis accipiunt feudum [2]), minores valvasores dicuntur. §. 1. Et quia vidimus de personis, videamus, qualia prius habuerunt initia. Antiquissimo enim tempore sic erat in dominorum potestate connexum, ut quando vellent possent auferre rem in feudum a se datam. Postea vero eo ventum est [3]), ut per annum tantum firmitatem haberent; deinde statutum est [4]), ut usque ad vitam fidelis produceretur. Sed quum hoc iure successionis ad filios non pertineret, sic progressum est, ut ad filios deveniret, in quem scilicet dominus hoc vellet beneficium confirmare. Quod hodie ita stabilitum est, ut ad omnes aequaliter veniat [5]). §. 2. Quum vero Conradus Romam proficisceretur, petitum est a fidelibus, qui in eius erant servitio, ut lege ab eo promulgata hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur, et ut frater fratri sine legitimo herede defuncto in beneficio, quod eorum [6]) patris fuit [7]), succedat. §. 3. Sin autem unus ex fratribus a domino feudum acceperit, eo defuncto sine legitimo herede, frater eius [8]) in feudum non succedit [9]), quod, etsi communiter acceperint, unus alteri non succedit, nisi hoc nominatim dictum sit, scilicet ut uno defuncto sine legitimo herede, alter succedat; herede vero relicto, alter [10]) frater removebitur. §. 4. Hoc autem notandum est, quod, licet filiae ut masculi patribus [11]) succedant legibus, tamen a successione feudi removentur, similiter et [12]) earum filii, nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat. §. 5. Hoc quoque sciendum est, quod beneficium ad venientes ex latere ultra fratres patrueles non progreditur successione, secundum usum ab antiquis sapientibus [13]) constitutum, licet moderno tempore usque ad septimum geniculum sit usurpatum [quod in masculis descendentibus novo iure usque in infinitum extenditur [14])]. §. 6. Notandum est autem, quod illud beneficium, quod a regis capitaneis atque regis vel regni valvasoribus [15]) aliis impenditur, proprie iure feudi censetur, illud vero, quod a minoribus in alios transfertur, non iure feudi [16]) iudicatur, [licet aliter in curia Mediolanensi observetur [17])], sed quando voluerint, recte auferre queunt, nisi Romam cum illis [18]) in exercitu perrexerint, quo casu iure feudi transit et adiudicatur, vel nisi aliquid [19]) propter feudum acceperint; tunc enim nisi restituto pretio auferre non possunt.

[1]) Similiter feudum dare possunt marchio comes qui *Hamb.*; dux *et aliis in codd. abesse docuit Laspeyres* (*über die Entstehung und älteste Bearbeitung der Libri feudorum p.* 162 *sq.*) *et non primitus fuisse in lib. feud.* — [2]) feudum *om. Rehd., Aug. II., Hamb.* — [3]) conventum est *Hamb.* — [4]) ut per — est *om. Tub., Rehd., Schw.* — [5]) pertineat *Rehd., Aug. III., Hamb.*; perveniat vel pertineat *Aug. I.*; veniat vel pertineat *Schw.* — [6]) in beneficium quod eorum *Rehd., Hamb.*; in beneficium quod eius *Aug. III.* — [7]) fuerat *Hamb.* — [8]) eius *om. Aug. III.*; frater ei *Rehd., Hamb.* — [9]) succedat *Hamb.* — [10]) alter *om. Rehd., Aug. I. II., Schw., Hamb.* — [11]) patribus *om. Rehd., Aug. II., Schw., Hamb.* — [12]) removentur ut *Hamb.*; similiter *etiam in Cod. Rehd. deest.* — [13]) a sapientibus *Hamb.*; sapientibus *om. Aug. II., Schw.* — [14]) quod in — extenditur *glossema continere censet Lasp. l. c. p.* 161.; descendentibus *in Cod. Hamb. secunda demum manu additum est.* — [15]) cap. vel a regis valvasoribus *Hamb.*; vel regni *etiam om. Rehd.* — [16]) feudum *Hamb.* — [17]) licet — observetur *om. Tub.*; iudicatur, aliter i. c. M. observatur. *Rehd., Aug. I. III., Hamb., unde perspicuum fit, recte haec verba glossema iudicari a Lasp. p.* 442. — [18]) illo *Rehd., Aug. III., Schw., Hamb.* — [19]) perrexerint vel aliquid (*om. ceteris*) *Rehd., Aug. II., Hamb.*

TIT. II.

DE FEUDO GUARDIAE ET GASTALDIAE.

Item illud, quod datur nomine gastaldiae, vel guardiae, et pro mercede alicuius rei, transacto [1]) anno potest iure auferri, etiam pretio pro eo dato non restituto, nisi ad certum tempus datum fuerit. §. 1. Si vero gastaldi aliquid nomine proprii feudi possederint, non valebunt propterea possessionem sibi defendere, nisi per pares curtis vel breve testatum potuerint probare, se [2]) ante, quam gastaldi essent, vel postquam desierunt esse, investituram accepisse.

TIT. III.

QUI SUCCESSORES FEUDUM DARE TENEANTUR.

Si vero archiepiscopus, episcopus, vel [3]) abbas, vel [3]) abbatissa investituram eius feudi, quod alius detinebat [4]), eo tenore [5]) alicui dederit, ut post decessum eius, qui possidet, habeat, et ante decesserit [6]), quam ille, qui feudum possidet [7]), successores eorum non cognuntur eam investituram facere vel confirmare, etiamsi pares eius [8]) curtis adsint testes, vel breve testatum inde sit, nisi ille, qui investituram acceperit, nomine eius feudi in possessionem missus sit eo consentiente, qui detinet [9]). Sed si ille, qui feudum possidet [10]), prius decesserit, quam ille, qui investituram fecit, iure cogitur eam ratam habere. §. 1. Laici vero iisdem modis omnibus [11]), quibus supra diximus, si aliis investituram dederint, heredes eorum, si rationibus claruerit [12]), omnimodo eam adimplere compellantur.

TIT. IV.

SI DE INVESTITURA FEUDI CONTROVERSIA FUERIT.

Si autem controversia inter dominum et fidelem de feudi investitura fuerit, quid iuris sit, videamus. Et si investitura facta fuerit coram paribus curtis [13]) aut in brevi testato, recte eum, qui investitus est, cogitur dominus mittere in feudi possessionem. §. 1. Si vero fuerit in possessione, et mota fuerit el controversia a domino, ei defensio detur propter possessionem. Si autem non fuerit in possessione, nec supra dictis modis poterit probare, tunc illius erit defensio, qui investituram dicitur fecisse. §. 2. Si vero feudum aliquis habuerit, de quo nulla controversia est, et dixerit, se [14]) investituram alterius [15]) feudi accepisse ab eodem domino, nec in possessione fuerit, nec praedictis rationibus probare potuerit, licet domini esset defensio, ex ordine tamen, quia aliunde vasallus est, remittitur domino ex aequitate [16]) defensio. §. 3. Quum autem quis dixerit, feudum ad se per successionem pertinere, asserendo illud esse paternum, si fuerit in possessione medietatis vel alicuius partis, vel cambium proprietatis nomine illius feudi habuerit, vel aliis iustis rationibus illud esse paternum probare potuerit [17]), iure obtinebit; si vero probare non potuerit praedicto modo, dabitur ei defensio cum duodecim sacramentalibus [18]). §. 4. Item si aliquis possederit castrum [19]), quod dixerit se pro feudo tenere, et e contra dominus per guardiam dixerit se ei dedisse, domini est probatio, et si poterit probare, tunc ille, qui tenet, domino debet restituere, vel probare per pares curtis vel per breve testatum, postquam in guardiam suscepisset, se a domino pro feudo investituram accepisse; domino vero in probatione deficiente, tunc illius erit defensio, qui possidet. §. 5. Similiter si aliquis possederit castrum vel aliam rem, et dominus dixerit se pro pignore ei dedisse, e contrario ille dixerit se accepisse pro feudo, si potuerit dominus [20]) probare, quod ei pro pignore dedisset, tunc ille, qui tenet, domino restituet, vel probet supradicto modo, se post quam a domino pro pignore accepit, feudi nomine accepisse, et si dominus non poterit probare, se nomine pignoris dedisse, erit defensio illius, qui possidet. §. 6. Si quis de manso uno feudi nomine investituram acceperit, et dixerit, quod omne incrementum pertineat ad eum per investituram, si dominus reservaverit sibi aliquid in ipsa curte [21]), tunc oportebit fidelem incrementi investituram per pares curtis vel per breve testatum probare. Sed si dominus in ipsa curte nil sibi retinuit, tunc omne incrementum iure feudi fidelis obtinebit. Si vero fidelis in possessione incrementi fuerit, non oportebit eum [22]) investituram probare, sed iurare. §. 7. Rursus si aliquis acceperit investituram feudi cum omni incremento, quod ei obveniret [23]), et aliquid accreverit vivente eo, a quo accepit [24]), ipsius erit, et si ille, qui investituram fecit, sine herede decesserit, et feudum reversum fuerit ad eum, a quo ipse tenuerit, vel ad alium, quidquid post mortem eius, qui dedit, accreverit, ad eum pertinebit, ad quem regressum fuerit.

TIT. V.

---

[1]) nomine guardiae vel guastaldiae alicui pro mercede transacto *Hamb.* — [2]) per partes (*sed* t *postea deletum est*) curiae potuerunt vel breve investitum probare se *Hamb.* — [3]) vel *om. Rehd., Aug. I. II. III., Hamb.* — [4]) detineat *Aug. I. II.*; detinet *Hamb.* — [5]) *Hamb., Cui., Bk.*; *alias* tempore. — [6]) *Aug. I. II., Cui., Hamb.*; *alibi additur* archiepiscopus. — [7]) *Rehd., Aug. I. II. III., Hamb.*; *alius* possidebat. — [8]) eius *om. Aug. III., Hamb.* — [9]) tenet *Aug. I., Hamb.* — [10]) tenet *Hamb.*; detinet *Aug. I.* — [11]) omnibus *om. Cui.*; modis quibus praediximus omnibus *Hamb.* — [12]) *Rehd., Aug. III.*; *vulgo* claruerint. — [13]) curie *Rehd., Aug. I. III., Schw., Hamb.* — [14]) *Hamb., Cui., Bk.*; se *vulgo om.* — [15]) alicuius *Hamb* — [16]) *Hamb.*; *vulgo* aequalitate. — [17]) poterit *Rehd., Aug. I. II. III., Hamb.* — [18]) si vero — sacramentalibus *om. Rehd., Aug. II., Hamb.* — [19]) *Cui., Bk.*; Item si quis possederit *Aug. I.*; *vulgo* Item si vasallus possederit castrum. — [20]) *Rehd., Aug. I. II. III., Schw., Hamb.*; *alias* domino. — [21]) in ipsa curte *om. Hamb.* — [22]) *Rehd., Cui., Hamb.*; *vulgo* eius. — [23]) *Rehd., Cui., Bk.*; eveniret *Aug. I.*; *vulgo* obvenerit. — [24]) *Aug. I. III., Hamb.*; *vulgo* acceperit.

TIT. V.

QUIBUS MODIS FEUDUM AMITTATUR.

Quia [1]) supra dictum est, quibus modis feudum acquiritur, et retinetur, nunc videamus, qualiter amittatur. Si enim dominus praelium campestre habuerit, et vasallus eum morantem in ipso praelio dimiserit non mortuum nec ad mortem vulneratum, feudum amittere debet. §. 1. Item si fidelis cucurbitaverit dominum, [id est cum uxore eius concubuerit [2])], vel id facere laboraverit [3]), aut cum uxore eius [4]) turpiter luserit, vel si cum filia, aut cum nepte ex filio, aut cum nupta filio [5]), aut cum sorore domini concubuerit [haec ita obtinent, si in domo domini maneat [6])], iure feudum amittere censetur. Similiter si dominum assalierit, vel castrum domini, sciens dominum vel dominam ibi [7]) esse. Item si fratrem suum occiderit, vel nepotem [8]), id est filium fratris. §. 2. Aut si libellario nomine amplius medietate feudi [9]) dederit, aut pro pignore [10]) plus medietate obligaverit, ita ut transactum [11]) permittat, vel dolo hoc egerit, amissione feudi mulctabitur. §. 3. His omnibus casibus feudum ad dominum revertitur [12]). §. 4. Rursus si fidelis minus medietate libellario nomine [13]) dederit [14]), et sine herede decesserit, et feudum ad dominum redierit, vel postquam ad libellum [15]) dederit, vel pignori obligaverit, domino [16]) refutaverit, tunc ille, qui ab eo acceperit, nullo iure adversus dominum se tueri poterit. §. 5. Praeterea si ille, ad quem feudum per successionem iure obvenire debet, consenserit eos investire, ad quos secundum rectum morem [17]) non pertinet, nullo modo ad eum repetendum regressum habet. §. 6. Item si fuerint duo fratres, et unus investituram feudi acceperit, si postea feudum cum fratre diviserit, et ille, qui feudi partem accepit, postea plus medietate vendiderit, et sine herede legitimo decesserit, feudum ad dominum revertitur. §. 7. Item si quis feudum habuerit in curte domini sui, non poterit ipsum feudum in aliqua parte libellario nomine alicui sine consensu domini sui dare vel pignori obligare. Similiter si extra curtem detinuerit, et dominus districtum habuerit vel alium honorem, si alienaverit sine domini [18]) voluntate, iure ad dominum revertitur.

TIT. VI.

EPISCOPUM, VEL ABBATEM, VEL ABBATISSAM, VEL DOMINUM PLEBIS FEUDUM DARE NON POSSE.

Item si episcopus, vel abbas, vel abbatissa, vel dominus plebis feudum dederit de rebus ecclesiarum, quae eis subiectae sunt, et tituli vocantur [19]), nullum habet vigorem secundum hoc, quod constitutum est a Papa Urbano in sancta synodo, hoc est illud, quod post eius decretum fuerit datum; quod autem ante datum fuerit, firmiter permanere debet. §. 1. Idem iuris est, si sit praepositus [20]) vel alia ecclesiastica persona, quae antiquitus non sit solita in feudum dare, ut scilicet quod dederit de iure non valeat. §. 2. Quin etiam si quis eo tenore feudum acceperit, ut eius descendentes masculi et feminae illud habere possint, relicto masculo, ulterius feminae non admittuntur. §. 3. Mutus feudum retinere non potest, scilicet qui nullo modo loquitur, sed si feudum fuerit magnum, quo ei ablato se exhibere non valeat, tum [21]) ei relinqui debet, unde se sustinere possit. Ex [22]) his omnibus casibus feudum amittitur, et ad dominum revertitur.

TIT. VII.

DE NATURA FEUDI.

Natura feudi haec est, ut, si princeps investierit capitaneos suos de aliquo feudo, non possit [23]) eos devestire sine culpa, id est marchiones, et comites, et ipsos, qui proprie [24]) hodie [25]) appellantur capitanei. §. 1. Idem est, si investitura sit facta a capitaneis et maioribus valvasoribus, qui improprie [26]) hodie capitanei appellantur. Si vero facta fuerit a minoribus vel minimis valvasoribus, aliud est. Tunc enim possunt devestiri non habita ratione culpae, nisi fecerint hostem Romae (tunc enim idem est in minimis, quod in maioribus valvasoribus), vel nisi emerint feudum [27]) (tunc enim pretium restituendum est), secundum antiquum et rationabilem [28]) usum. Moderni autem non ita subtiliter cernentes dicunt, idem observandum in minimis, quod dictum est in maioribus valvasoribus [29]).

[1]) Quia *om. Hamb.* — [2]) id est — concubuerit *om. Tub. et ab explicatore additum videtur.* — [3]) *Tub., Bk.*; vel concumbere se exercuerit *antea.* — [4]) *Tub., Bk.*; eum ea *vulgo.* — [5]) aut cum nupta filio *om. Tub., Hamb.* — [6]) *Quae uncis inclusa sunt, om. Tub. et glossema censet esse Bk.*; iura haec obtinent — maneat *Hamb.* — [7]) dominum ibi esse vel dominam *Hamb.*; *pro* ibi *Rehd.* intus, *idque recepit Bk.* — [8]) vel nepotem *om. Hamb. Verisimile videtur aut* vel nepotem *aut* filium fratris *inutilem esse explicationem.* — [9]) *Ita Lasp. p.* 155 *sq. ope codd. emend.*; *vulgo* in feudum. — [10]) pignori *Hamb.* — [11]) *Cui. in vetustissimo libro se reperisse dicit* transactionem, *indeque coniecit* distractionem *pro* transactum *ponendum esse.* — [12]) His — revertitur *om. Tub.* — [13]) *Aug. II., Schw., Hamb.*; *vulgo* feudum *additur.* — [14]) vel pignori obligaverit *add. Hamb.* — [15]) ad libellarium *Aug. I., Hamb.* (*in hoc cod. suprascriptum est* libellum); ad libellariam *Schw., Cui.*; ad *ante* libellum *om. Aug. III.* — [16]) *Rehd., Aug. III.*; vel domino *Hamb.*; *vulgo* et domino. — [17]) secundum morem et ordinem rectum *Aug. I. II., Schw., Cui.*; secundum rectum modum vel ordinem *Hamb.* — [18]) *Hamb., Cui.*; domini *vulg. om.* — [19]) et tituli vocantur *om. Aug. I.* — [20]) *Rehd., Aug. I. II., Cui.*; *vulgo vel* abbatissa *om.* — [21]) *Aug. I. II. III., Cui.*; *vulgo* tantum. — [22]) *Cui.*; *alias* et. — [23]) *Aug. III., Cui.*; *al.* potest. — [24]) improprie *prop. Cui.* — [25]) hodie *om. Aug. I. III., cf. Laspeyres l. c. p.* 163. — [26]) *Lasp. l. c.*; *antea* proprie. *Tota sententia* Idem est — appellantur *deest in Aug. III.* — [27]) feudum *om. Rehd., Aug. I. II. III., Hamb.* — [28]) et rationabilem *om. Hamb.* — [29]) valvasoribus *om. Rehd., Aug. II. III., Hamb.*

TIT. VIII.

DE SUCCESSIONE FEUDI.

Sequitur de successione feudi videre. Si quis igitur decesserit filiis et filiabus superstitibus, succedunt tantum filii aequaliter, vel nepotes ex filio loco sui patris, nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel [1]) valente. §. 1. Hoc quoque observatur, ut, si frater meus alienaverit partem suam feudi, vel fecerit investiri filiam suam, si moriatur sine herede masculo, nihilo minus revertitur ad me. Et olim observabatur usque ad quartum gradum tantum secundum quosdam, hoc ideo, quia postea non vocatur feudum paternum, alii autem dicunt, usque ad septimum gradum. §. 2. Filia vero non succedit in feudo [2]), nisi investitura fuerit facta in patre, ut filii et filiae succedant in feudum (tunc enim succedit [3]) filia [4]) filiis non exstantibus [5])), vel nisi investitae fuerint de feudo paterno [6]). In alio vero feudo, quod habuit initium tantum a fratribus, non succedit unus alteri [7]), sive [8]) una investitura, sive [8]) duabus, nisi hoc fuerit dictum expressum, ut alter alteri succedat.

TIT. IX.

QUI SUCCESSORES TENEANTUR.

Si quis investitus fuerit de alieno feudo post mortem eius, vel si quis fuerit investitus sub conditione aliqua, vel tempore, quo nullus erat investitus, sive praemoriatur tenens feudum, sive investitor, sive investitus, investitor et investitoris heredes tenentur investito vel heredi eius veniente tempore vel conditione, licet alii dicant, si moriatur investitus ante, quam tenens feudum, vel ante conditionem exsistentem, vel ante tempus, quod heredes eius non debeant investiri; nam si quis fuerit investitus pure de alieno feudo, non valet habita investitura. Hoc ita est [9]), nisi fuerit facta [10]) ab aliqua ecclesiastica persona; tunc enim si praemoriatur investitor ante, quam feudum tenens, vel conditio, vel tempus exsistat, non obligatur successor illius, et [11]) hoc probatur per legem Lotharii de precariis, et hoc intelligendum est in vasallis, qui feudi successionem non habent [12]).

TIT. X.

DE CONTENTIONE INTER DOMINUM ET FIDELEM DE INVESTITURA FEUDI.

Si contentio fuerit inter dominum et fidelem de investitura feudi, per pares curiae [13]) dirimatur. Alii enim testes, etsi idonei sint, admittendi non sunt, inopia tamen probationum dirimatur per religionem clientuli possessoris feudi [14]), vel cum duodecim sacramentalibus secundum quosdam [15]). Ceterum si dominus possideat, etiam per suum iusiurandum cum duodecim sacramentalibus dirimatur. Hoc ita, nisi clientulus sit gastaldus vel actor domini; tunc enim tantum suae, id est [16]) domini religioni, statur, nisi habeat testes pares idoneos [17]). Nam aliquando malignando [18]) multa bona auferuntur domino hoc modo, et hoc colligitur per legem, quae est in titulo de acquisitione actorum regis [19]). Idem dicendum est de guardia [20]).

TIT. XI.

DE PIGNORI DATO FEUDO QUID IURIS SIT.

Similiter si quis voluerit dicere de pignore sibi dato se investitum esse, non credatur suo iuramento, sed testibus idoneis paribus [21]) domus vel curiae [22]). §. 1. Insuper sciendum est, feudum guardiae et gastaldiae quacunque hora vult [23]) auferri posse a domino, scilicet post annum.

TIT. XII.

DE CONTENTIONE INTER ME ET DOMINUM DE PORTIONE FEUDI FRATRIS MEI DEFUNCTI.

Si contentio fuerit inter me et dominum de portione feudi fratris mei defuncti, dicendo paternum esse, et sic me debere succedere [24]), ille vero minime, tanquam habuerim partem meam, sive possideo, sive alienavi, dabitur misi iusiurandum, scilicet patrem meum iure investitum fuisse, licet non possideam portionem fratris

---

[1]) manente vel *om. Hamb.* — [2]) in feudum *Aug. III.*, *Schw.*, *Hamb.* — [3]) succedunt *Aug. III.* — [4]) filia *om. Rehd.*, *Aug. I. II. III.*, *Schw.*, *Hamb.* — [5]) obstantibus *Hamb.* — [6]) *Rehd.*, *Aug. II. III.*, *Schw.*, *Hamb.*, *cf. Lasp. p.* 156.; fuerint. Haec de hoc feudo paterno *vulg.* — [7]) succedit frater fratri *Hamb.* — [8]) in *add. Rehd.*, *Aug. I. III.*, *Schw.*, *Hamb.* — [9]) ita verum est *Hamb.* — [10]) si non fuerit facta investitura *Hamb.*; *Rehd. et Aug. I. post* nisi *inserunt* investitura. — [11]) *Cui.*, *Hamb.*; *al. om.* et. — [12]) et hoc intelligendum — habent *om. Tub.* — [13]) curtis *Aug. I.* — [14]) feudi *om. Schw.*, *Hamb.* — [15]) dirimatur *add. Rehd.*, *Aug. I.* — [16]) id est *om. Hamb.*, s. (scilicet) *habet Rehd.* — [17]) idoneosque *Aug. II.*, *Schw.*, *Cui.* — [18]) malignando *om. Aug. I.*, *Cui.* — [19]) *Tub.*, *Hal.*, *Aug. I.*, *Schw.*, *Cui.*; *vulgo add.* in Lombardia. — [20]) quae est int. de acquisitione quae est in lombarda (*om.* Idem — guardia) *Hamb.* — [21]) paribus *om. Schw.* — [22]) vel curiae *om. Rehd.*, *Hamb.*, *Cui.* — [23]) vult *om. Hamb.* — [24]) et — succedere *om. Tub.*, *Aug. I. II. III.*, *Rehd.*, *Schw.*, *Hamb.*

fratris mei. Si vero nullam partem habuero illius feudi, nec mihi, nec domino debitur iusiurandum, nisi propter supradictam rationem domino, non ut ego propter hoc aliud meum feudum amittam. Si tamen vasallus poterit probare, paternum fuisse, sive possideat, sive non [1]), obtinebit, alioqui nisi probet paternum fuisse, vel nisi possideat, dominus obtinebit [2]).

TIT. XIII.

DE ALIENATIONE FEUDI.

Si clientulus volnerit partem suam feudi alienare, id est medium, sine domini voluntate, poterit hoc facere; ulterius progredi non potest secundum iustum et verum usum, alioquin et feudum amittit, et non valebit quod factum est. Quod dictum est alienare, intelligas de libello. [Huic consuetudini derogatum est per legem Lotharii [3]).] §. 1. Mediolanenses vero irrationabiliter considerantes dicunt, clientulum etiam totum [4]) alienare posse, et sine domini voluntate. Inde potest praesumi [5]), si clientulus fecerit libellum in perpetuum de feudo suo alicui ecclesiae, non valere [6]), ideo scilicet, quia nunquam reversurum sit ad dominum, quum ecclesia non desinat esse heres. Quod observandum est [7]) in privato ex natura perpetui libelli. §. 2. Sed diversum observatur in ecclesia, quam in privato; ecclesia enim, cultrix et auctrix institiae, non patitur contra institiam aliquid fieri in se vel in alterum, privatus vero saepe obviat institiae. Et si clientulus fecerit libellum, vel aliud de medietate feudi sine domini voluntate, eo mortuo sine legitimo herede [8]) masculo (quod verbum ita intelligendum est in feudo, id est sine filio masculo), revertitur feudum ad dominum. §. 3. Si vero cum domini voluntate totum vel medium alienaverit, stabilis permaneat [9]) alienatio, fratri vero vel nepoti per libellum facta alienatio etiam sine voluntate domini. [Item [10]) in feudo comitatus, vel marchiae, vel aliarum dignitatum non est successio secundum rationabilem usum, sed hodie hoc est usurpatum [11]).]

TIT. XIV.

DE FEUDO MARCHIAE, VEL DUCATUS, VEL COMITATUS.

De marchia, vel ducatu, vel comitatu, vel aliqua regali [12]) dignitate si quis investitus fuerit per beneficium ab Imperatore, ille tantum debet habere; heres enim non succedit ullo modo, nisi ab Imperatore per investituram acquisierit. §. 1. Si capitanei, vel valvasores maiores vel minores investiti fuerint de beneficio, filii vel nepotes ex parte filiorum succedunt. Si vero unus ex his filiis vel nepotibus sine descendentibus masculini sexus heredibus mortuus fuerit, praedicti fratres vel nepotes per investituram patris et avi in beneficium succedunt. Et similiter intelligendum est in consobrinis. §. 2. Si duo fratres simul investiti [13]) fuerint de beneficio novo, et non de paterno, si unus eorum sine descendentibus masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit, non frater, nisi pactum fuerit in investitura, quod frater fratri succedat. Per pactum enim frater succedit, non dominus. Quod diximus de fratribus, ut unus alii succedat per pactum, idem dicendum est de filiabus, si hoc pactum conciliet, et sic per pactum filiae succedunt [14]).

TIT. XV.

AN MARITUS SUCCEDAT UXORI IN BENEFICIO.

Si femina habens beneficium [15]) moriatur, nullo modo succedit in beneficium maritus, nisi specialiter investitus fuerit. Et si ipsa femina filios dimiserit, dicunt quidam, filios non debere succedere in beneficium matris, nisi specialiter sit dictum, vel investiti fuerint, quia secundum usum regni beneficium vocatur paternum [16]), non maternum [17]). Sed secundum aequitatem dicamus filios debere succedere. Hoc dicimus de capitaneis, et de maioribus valvasoribus, et de minoribus; de minimis autem, id est [18]) de iis, qui beneficium tenent a minoribus [19]) valvasoribus, sic servetur, sicut inferius dicemus [20]).

TIT. XVI.

---

[1]) sive non *delendum esse censet Cui.* — [2]) Si tamen vasallus — obtinebit *om. Rehd., Aug. I. II. III., Schw., Hamb.* — [3]) Huic — Lotharii *om. Hamb., atque interpretis cuiusdam esse haec verba iam monuit Cui.* — [4]) *Rehd., Cui.*; al. client. etiam alienare posse in totum; clientulum alienare posse (*om. reliquis*) *Hamb.* — [5]) Idem posset dici *Hamb.* — [6]) *Aug. II., Cui.*; *vulg.* valet. — [7]) *Rehd., Hamb., Cui., al.* est et. — [8]) legitimo herede *om. Hamb.* — [9]) permanet *Rehd.*; sit *Hamb.* — [10]) etiam sine voluntate domini. Item *om. Rehd., Aug. I. II. III., Schw., Hamb., cf. Lasp. p.* 174. — [11]) *Haec ultima sententia interpretis esse videtur, cf. Lasp. p.* 174. 251. — [12]) *Rehd., Aug. I. II. III., Schw.*; regulari *Hamb.*; legali *vulgo.* — [13]) Similiter si duo fratres investiti *Hamb.* — [14]) dominus succedit non frater nisi pactum hoc conciliet, sic et per pactum filiae succedunt (*om. reliquis*) *Rehd., Hamb.* — [15]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Cui., Hamb.*; *vulg. add* et maritum. — [16]) *Rehd., Aug. I. II. III., Schw., Hamb.*; *vulg.* regni ad benef. vocantur paternum et. — [17]) non maternum *om. Hamb.* — [18]) *Cui.*; *vulg.* et. — [19]) *Cui.*; *vulg.* maioribus. — [20]) hoc dicimus de capitaneis maioribus et minoribus valvasoribus sic servatum *Hamb.*

TIT. XVI.

DE FEUDIS DATIS MINIMIS VALVASORIBUS QUID IURIS SIT.

Si minores valvasores beneficium tollere voluerint minimis [1]), licet eis facere, excepto si beneficium vendiderint eis. Si vero pretium de beneficio acceperint, tunc aut pretium reddant, aut beneficium dimittant.

TIT. XVII.

QUIBUS MODIS FEUDUM AMITTATUR.

Si capitanei, vel maiores valvasores, qui hodie vocantur capitanei, licet improprie, vel minores suos seniores [2]) in bello dimiserint, vel si credentiam ad eorum damnum scienter manifestaverint, si valvasores seniorum uxores adulteraverint, si scienter seniores assalierint, vel similes culpas commiserint, beneficio carere debent.

TIT. XVIII.

APUD QUEM VEL QUOS CONTROVERSIA FEUDI DEFINIATUR.

Si contentio fuerit de beneficio inter capitaneos, coram Imperatore definiri debet. Si vero fuerit contentio inter minores valvasores et maiores de beneficio, in iudicio parium definiatur, vel per iudicem curtis. §. 1. Si aliquis de capitaneis, vel de maioribus valvasoribus, vel de minoribus suum beneficium sive totum, sive partem alienaverit, et ipse vel heres eius sine herede decesserit, quia senioribus beneficium aperitur totum, quod fecit, revocari debet.

TIT. XIX.

CONSTITUTIONES FEUDALES DOMINI LOTHARII IMPERATORIS, QUAS ANTE IANUAM BEATI PETRI IN CIVITATE ROMANA CONDIDIT OBSERVANDAS.

Si quis ex militum ordine decesserit, qui de feudo investitus fuerit, ut constitutum habemus, observetur de beneficio, et successione, et culpis. Si unus inculpatus fuerit una de his nominatis culpis, ut habemus insertum, observetur per constitutionem domini Lotharii Imperatoris, quae est constituta tempore Eugenii Papae ante ianuam beatissimi Petri Apostoli in civitate Romana per laudamentum sapientum Papiae atque Mediolani, atque Mantuae, Veronae [quae Brenus, alias Hybernus vocatur [3])], et Parmae, Lucae, et Pisae, et Syponti, et Marchionum, atque ducum vel capitaneorum, atque valvasorum maiorum.

§. 1. *Imp. Lotharius Eugenio Papae, et universo populo* [4]). — Si quis miles mortuus fuerit sine filio masculo, et nepotem reliquerit, in beneficium [5]) avi in patris vicem succedat. Et si hic deest, et fratrem [6]) reliquerit, in beneficium patris ipse succedat. Et si filius fratris mortuus fuerit, frater patris in beneficium avi [7]) defuncti succedat.

TIT. XX.

DE BENEFICIO FRATRIS, ET QUALITER FRATER IN BENEFICIUM FRATRIS SUCCEDAT.

Si quis acquisiverit beneficium, et sine filio masculo mortuus fuerit, et fratrem reliquerit, frater non succedat fratri, sed dominus habeat [8]), nisi per investituram a domino ordinatum fuerit, ut frater succedat fratri, si mortuus fuerit sine herede masculo [9]), vel [10]) nisi beneficium de communibus bonis fuerit emtum [11]) utriusque nomine domino sciente, si insimul steterint, vel in hostem [12]) regis acquisierint.

TIT. XXI.

DE FEUDO SINE CULPA NON AMITTENDO.

Sancimus, ut nemo miles sine cognita culpa [13]) beneficium suum amittat, si ex culpis iis vel causis convictus non fuerit, quas milites usi sunt nominare, quando fidelitatem faciunt dominis suis [14]), per laudamentum

---

[1]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui.; vulg. add.* valvasoribus. — [2]) *Ita Lasp. p.* 164. *e codd.; vulg.* licet improprie dicantur minores, seniores. — [3]) Ver. que berne vocatur *Rehd.*; que ibernus vocatur *Aug. I. III.*; que bernus vocatur *Aug. II.*; quae ybernie vocantur *Hamb.*; quae vulgo Berne vocatur *Cui. En varia forma additamenti!* — [4]) Imp. Lotharius cum Eugenio papa *Hamb.* — [5]) de beneficio *Rehd., Aug. I. III., Hamb.* — [6]) *Aug. III., Schw., Cui.*; et si fratrem *Hamb.*; *vulg.* Et si heredem et fratrem. — [7]) *Rehd., Aug. I. II. III., Schw., Hamb., Cui.*; *al.* sui. — [8]) habeat *om. Cui.* — [9]) *Rehd., Aug. I. II. III., Schw., Hamb.*; *al. add.* vel succedat frater fratri morienti sine filio. — [10]) vel *om. Hamb.* — [11]) *Hamb., Cui.*; *al. add.* vel. — [12]) in hoste *Rehd., Aug. I. II. III.*; hoste *Hamb.* — [13]) causa *Hamb.* — [14]) *Cui.*; *vulg. add.* vel.

mentum parium suorum; vel si dominis suis deservire noluerint, tunc condictio causa data proponitur ad repetendum feudum, ex quo non servit domino. Nam si steterit viginti annis et ultra, quod non servierit domino, nisi necesse fuerit domino, feudum non amittit [1]). §. 1. Si quis miles beneficium suum vendiderit totum sine voluntate vel iussu [2]) domini sui, ut proprium beneficium amittat, decernimus, dominus vero habeat, vel si concubuerit cum uxore domini sui, domino vivente, vel si in pugna suum dominum dimiserit, et cum eo non laboraverit, si potuerit.

TIT. XXII.

QUO TEMPORE MILES INVESTITURAM PETERE DEBEAT.

Sancimus, ut nemo miles ultra annum et mensem vadat, ut investituram beneficii sui a filio vel successore domini sui non [3]) petat, vel post mortem [4]) patris sui, vel alterius, cui succedebat [5]), nisi iusta causa intervenerit, quare non petierit, veluti mors [6]), vel capitales inimicitiae, vel infantia [7]), vel iusta absentia, et si, ut supra dictum est, non petierit, damnetur. §. 1. Si quis fecerit investituram vel cambium de beneficio sui militis sine illius consensu, cuius est beneficium, pro non facto habeatur. §. 2. Sancimus, ut nemo miles adimatur de possessione sui beneficii, nisi convicta culpa, quae sit laudanda [8]) per iudicium parium suorum, sicut supra diximus. Si autem dixerit miles, quod sui pares inique iudicassent, miles in possessione maneat per sex hebdomadas, et ad nostram veniat praesentiam cum illis, qui laudamentum atque iudicium [9]) fecerint, et ante nos definiemus.

TIT. XXIII.

DE CONTENTIONE INTER DOMINUM ET VASALLUM DE INVESTITURA FEUDI.

Si quis miles in possessione sui beneficii fuerit, et dominus investituram negaverit, miles affirmet per iusiurandum, si potuerit, quod suum sit beneficium per investituram domini sui. Et si dominus possederit, et miles sic dixerit, quod investitus fuerit a domino suo, et dominus negaverit, adhibeantur pares illius, et per ipsos inveniatur veritas, et si pares non fuerint, veritas inveniatur per dominum, quia non est bonum, ut veritas denegetur.

TIT. XXIV.

QUEMADMODUM FEUDUM AD FILIAM PERTINEAT.

Si quis sine filio masculo mortuus fuerit, et reliquerit filiam, filia non habeat beneficium patris, nisi a domino redemerit. Si autem dominus ei dare voluerit propter servitium et amorem patris, non revocetur ab ullo ex parentibus suis, neque damnetur.

TIT. XXV.

QUIBUS MODIS FEUDUM CONSTITUI POTEST.

Sciendum est, feudum sine investitura nullo modo constitui posse, etiamsi domino iubente quis alicuius rei possessionem nomine feudi nanciscatur et teneat. Licet tamen possessionem taliter adeptam dum vixerit quasi feudi nomine retinere, herede eius in hoc iure nullo modo ei succedente. §. 1. Si dominus, qui investivit, forte sit clericus, et contigerit, ut ante moriatur, quam vasallus possessionem feudi nanciscetur [10]), exinanitur feudum. Quod generaliter in omnibus clericis, qui feudum dant, observatur.

TIT. XXVI.

SI DE INVESTITURA INTER DOMINUM ET VASALLUM LIS ORIATUR.

Si inter dominum et vasallum lis oriatur de investitura feudi, domino scilicet investituram se fecisse negante, si testibus res [11]) probari non poterit, possessoris sacramento res decidatur. Idem et in eorum successoribus observatur. Si vero testes interfuerint, et eos vasallus ad testimonium vocaverit, eorum testimonio cum sacramento credatur. Testes vero sint pares eius, et qui ab eodem domino feudum teneant; qui si tempore investitionis abfuerint, etiam extranei sunt recipiendi, qui etiam, si veritatem celare voluerint, forte amore, vel pretio [12]), vel alia qualibet ex causa, a comite vel a populo iurare compellantur, quod ex ea causa falsitatem non dicant, nec vera scientes tacebunt. His enim non cogentibus eos, vasallus cum ipso domino [13]) ad Imperatorem ire festinet, eique causam intimet [14]), et quod Imperator inter eos [15]) iudicaverit, observetur. Si autem se venturum vel nuncium missurum vasallus promittat, ex quo promiserit, usque ad annum quiete possideat. Si vero ad regem non venerit, vel non miserit intra annum, domini sacramento

causa

---

[1]) tunc condictio — amittit *om. Tub., Rehd., Aug. II. III., Schw.; in cod. Hamb. haec ita se habent:* tunc ob causam datur propositum ad repetendum feudum ea quo non servit domino nisi necesse fuerit domino feudum non amittat. — [2]) voluntate vel *om. Rehd., Aug. I. II. III., Schw., Cui.*; totum iussu *habet Hamb.* — [3]) *Rehd., Aug. I. II. III., Schw., Hamb.*; *al. sine non.* — [4]) *Aug. I., Cui.*; *al. add.* domini sui vel. — [5]) *Schw., Cui.*; *al.* succedere debet. — [6]) *Hamb.*; *al.* mortis. — [7]) vel infamia *add. Aug. II. III.*; vel infamia *pro* vel infantia *habet Hamb.* — [8]) laudata *Aug. I., Cui.* — [9]) atque iudicium *om. Cui.* — [10]) nanciscatur *Cui.* — [11]) res *om. Hamb.* — [12]) premio *Rehd., Aug. III.*; vel pretio *om. Hamb.* — [13]) cum misso domini *Rehd., Aug. I. II., Schw.*; cum ipso domino vel cum misso domini *Hamb.* — [14]) eique causam intimet *om. Aug. II. III., Schw., Hamb.* — [15]) inter eos *om. Rehd., Aug. III., Hamb.*

causa finiatur. Et si testes sacramento iam dicto praestito se non interfuisse dixerint, domini sacramento quaestio terminetur. Haec omnia etiam in clericorum personis locum habent, praeterquam quod de personis testium dictum est. In clericorum [1]) feudo pariter accipiuntur pares et extranei, hoc ideo, quia, cum clerici quosdam de feudo investiunt, saepe absconse [2]) et sine praesentia suorum confratrum hoc facere studeut. § 1. Si quis se vel patrem suum ab aliquo defuncto, vel patre eius [3]) de feudo investitum esse [4]) contenderit [5]), nisi per duos pares de domo ipsius domini probaverit, quod intendit, vel etiam, cum pares absunt, per [6]) alios idoneos duos testes, tunc in electione domini est, utrum [7]) velit iurare cum duodecim sacramentalibus, illum, qui feudum quaerit, per se, vel patrem eius, si de hoc quaeratur, de ipso feudo investitum non fuisse. Quod si iurare noluerit, actor iuret cum duodecim sacramentalibus, se vel patrem suum investitum fuisse. Quod si iurare noluerit, qui convenitur est absolvendus. Secundum enim morem Mediolanensium haec sacramenta praestanda sunt tam a filiis actoris vel rei, quam ab ipsis principalibus personis. Si autem aliquis in possessione feudi sit, de quo dominus dicit eum investitum non fuisse, tunc sine probatione ulla testium debet solus iurare, se vel patrem suum fuisse investitum. Haec autem sunt ita tenenda, si per unum annum sciente domino et non contradicente in possessione feudi permansit, alioqui iusta ignorantia vel parvi temporis negligentia cum iniquae possessionis periurio quandoque domino in possessionem [8]) damnum afferat.

TIT. XXVII.

DE FEUDO DATO IN VICEM LEGIS COMMISSORIAE REPROBANDO.

Si quis obligaverit aliquam rem pignori eo pacto, ut, si statuto [9]) tempore pecunia [10]) soluta non fuisset, res esset creditoris, et eam pro feudo habeat [11]), potest debitor quandocunque pecuniam solvendo, pacto non obstante, pignus recuperare. Feudum enim non sub praetextu pecuniae, sed amore et honore domini [12]) acquirendum est. Si quis investierit aliquem de feudo sui militis, viri Placentini prorsus asserunt, hanc investituram non aliter valere, nisi eo consentiente, cuius erat feudum. Mediolanenses et Cremonenses [13]) nihil distare asseverant, utrum eo sciente, an [14]) ignorante, dummodo eo vivente nullum detrimentum de feudo suo sibi contingat. Hoc autem dicendum est de eo milite, qui feudi successores [15]) non habet.

TIT. XXVIII.

DE USU MEDIOLANENSIUM SECUNDUM QUOSDAM.

Quidam obligaverat terram quandam suo militi, deinde quum filius [16]) domini longum post tempus pecuniam offerendo pignus liberare voluisset, filius militis contendebat [17]), patrem suum a domino suo [18]) defuncto de praedicto pignore investitionem feudi accepisse. Unde viri prudentes Mediolanenses interrogati laudaverunt, in electione filii militis esse cum XII sacramentalibus iurare, patrem suum vel se a domino suo per investituram [19]) praedictam terram tenuisse, ita ut per XXX annos contestatio pignoris a parte domini adversus ipsum vel patrem suum facta non fuisset. Si autem ipse iurare noluerit, filius defuncti domini necesse habet iurare cum duodecim sacramentalibus, defunctum militem inde per feudum investitum non fuisse Quodsi ita iurare recuset, investire ipsum filium militis domini filius [20]) de iam dicta terra per feudum debet.

---

[1]) enim *add. Cui.* — [2]) saepe sine consensu *Hamb.* — [3]) ab aliquo patre suo defuncto *Tub.*, *idque recepit Bk.*, *virgula post* aliquo *adiecta*; defuncto *om. Rehd.*, *Aug. II. III.*; ab aliquo vel a patre eiusdem se investitum de feudo contenderit *Hamb.*; aliquo vel patre eius defuncto *coni. Lasp. p.* 186. — [4]) fuisse *Rehd.*, *Aug. I. II. III.*, *Schw.* — [5]) contendat *Aug. I.*, *Schw.*, *Cui.* — [6]) etiam cum pares absunt per *om. Rehd.*, *Aug. I. II. III.*, *Schw.*, *Hamb.* — [7]) an *Hamb.* — [8]) in possessionem *om. Hamb.* — [9]) certo *Hamb.* — [10]) ea pecunia *Hamb.* — [11]) fuisset, creditor eam pro feudo habeat *Hamb.* — [12]) pecuniae domini (*om. reliquis*) *Hamb.* — [13]) et Cremonenses *om. Hamb.* — [14]) *Aug. I. II. III.*, *Schw.*, *Cui.*, *Hamb.*; *al.* vel. — [15]) successionem *Aug. I. II.*, *Schw.*. *Cui.* — [16]) *Aug. I. II. III.*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al. add.* sui. — [17]) *Aug. I. II. III.*, *Rehd*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al.* concedebat. — [18]) suo *om. Cui.* — [19]) patrem suum a domino suo post investituram de feudo per se post investituram *Hamb.*; patrem suum vel se per investituram *Aug. I.*; patrem suum a domino suo post investituram defuncto vel per se inv. *Aug. II. III.*, *Schw. et Rehd.*, *nisi quod in hoc cod.* vel per se *pro* vel se per. — [20]) domini filius *om. Aug. I. II.*

FEUDORUM LIBRI.

LIBER SECUNDUS.

TITULUS I.

DE FEUDI COGNITIONE.

Obertus de Orto Anselmo filio suo dilecto salutem. Causarum, quarum cognitio frequenter nobis committitur, aliae dirimuntur iure Romano, aliae vero legibus Longobardorum, aliae autem secundum regni [1]) consuetudinem. Quae quam varia, quamque secundum diversorum locorum aut curiarum mores sit diversa [2]), nec breviter potest [3]) dici, nec hoc libello facile comprehendi, usum tamen feudi, qui in nostris partibus obtinet, prout possibile est, exponere tibi necessarium duxi. In iudicio etenim, quo [4]) de feudis agitur, illud legibus nostris contrarium dici solet. Legum autem Romanarum non est vilis auctoritas, ed non adeo vim suam extendunt, ut usum vincant aut mores; strenuus autem legisperitus, sicubi casus emerserit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus, absque calumnia uti poterit lege scripta. §. 1. Sciendum est autem, feudum sive beneficium non nisi in rebus soli aut solo cohaerentibus, aut in iis, quae inter immobilia connumerantur, veluti cum de camera aut de cavena feudum datur, posse consistere, ac feudum neminem posse acquirere, nisi investitura aut successione.

TIT. II.

QUID SIT INVESTITURA.

Investitura quidem proprie dicitur possessio, abusivo autem modo dicitur investitura, quando hasta vel aliud corporeum quodlibet porrigitur a domino feudi, se [5]) investituram facere dicente. Quae si quidem ab illo fiat, qui alios habet vasallos, saltem coram duobus ex illis solenniter fieri [6]) debet, alioqui, licet alii intersint testes, investitura minime valet [7]). Si enim domino adhuc in possessione constituto, an facta sit investitura, quaeratur, non debet probari [8]) nisi per pares curtis [9]) illius domus, vel per publicum instrumentum a tribus vel a duobus paribus [10]) confirmatum. Nam si instrumentum defecerit, vel quia factum non fuerit, vel quia amissum sit, tunc qui probare desiderat pares curiae illius, qui interfuerint, offerat. Qui si negaverint [11]) forte corrupti odio, vel gratia, seu pretio [12]), et dicant, se non interfuisse, quum investitura facta fuerit, vel non reminisci, tunc domino cogente iurent tactis sacrosanctis scripturis, quod huius rei veritatem nesciant, et tunc actor aut alios producat pares, aut iurisiurandi domino detur electio, ut proinde iuret investituram factam non esse, aut sacramentum vasallo referat, et ille aut iuret, aut acquiescat. Quodsi iurare pares aliqua ex causa recusaverint, nec dominus eos iurare compellat, liceat [13]) vasallo etiam per extraneos probare investituram; testibus vero deficientibus, iurisiurandi electio domino detur. §. 1. Si vero vasallus

---

[1]) regni *om. Aug. I.*; autem rei consuetudinem *Hamb.* — [2]) *Aug. I., Schw., Cui.*; *vulg.* quae quanquam (quamvis) sint variae et quanquam secundum diversorum locorum aut curiarum mores sint diversae. — [3]) *Rehd., Aug. I. II. III., Schw., Cui.*; posset *Hamb.*; *vulg.* possint. — [4]) *Rehd., Aug. II. III.*; *vulg.* quod. — [5]) abusive autem dicitur hasta vel quolibet aliud corporeum quod porrigitur a domino se *Hamb.*; feudi *post* domino *etiam om. Rehd., Aug. I. II. III., Schw.* — [6]) *Hamb., Cui.*; *al.* geri. — [7]) *Rehd., Hamb.*; *al.* valeat. *In Rehd. additur:* nisi per breve testatum secundum quosdam. — [8]) *Rehd., Schw., Hamb.*; *vulg.* probare. — [9]) curtis *om. Rehd., Aug. II. III, Hamb.* — [10]) curiae *add. Hamb.* — [11]) *Aug. I., Schw.*; negaverit *Hamb.*; *al.* denegaverint. — [12]) praemio *Aug. I. II. III., Schw., Cui.* — [13]) *Rehd., Aug. I. II. III., Schw., Cui.*; *al.* licet.

vasallus quidem possideat, vel si feudum camerae aut cavenae in duabus seu tribus acceptionibus quietis quasi possideat, dominus autem, feudum negans esse, rem suam petat, vel quod de camera vel de cavena bis vel ter, sicut diximus, iam solutum est, deinceps solvere rennat, tunc non est opus probatione, sed possidenti data electione aut iuret, suum esse feudum rectum, aut domino referat [1]) iusiurandum. §. 2 Si autem investitura ab eo, qui vasallos non habebat [2]), dicatur facta, tunc per quoslibet idoneos [3]) testes aut per publicum instrumentum probari potest, aut inopia probationis emergente, res decidatur per iusiurandum. §. 3 Praeterea si aliquis tenor praeter communem feudi rationem in investitura a domino dicatur intervenisse, vel si dicatur feudum sub tali conditione dedisse, ut vasallus in festivis diebus vadat cum uxore sua ad ecclesiam, omni facultate probandi domino ademta, habeat vasallus potestatem defendendi se per sacramentum. Item si vasallus [4]) pactum speciale contra feudi consuetudinem allegat, veluti de filiarum successione, liceat ei tenorem, si potest, sicut investituram probare; quodsi in probatione defecerit vel cessaverit, concedatur domino hoc denegare iureiurando praestito.

TIT. III.

PER QUOS FIAT INVESTITURA, ET PER QUOS RECIPIATUR.

Investitura autem aut fit de veteri beneficio, aut de novo. Quae de veteri fit, etiam a minore potest fieri. Sive autem a minore, sive a maiore fiat, non de omni possessione vasalli, sed de iusta tantum facta intelligitur, nisi aliud nominatim dicatur. Novi vero investitura feudi non ab alio recte fit, nisi ab eo, qui legitime suorum bonorum administrationem habet. Qui enim qualibet ratione aliquid se suis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit investituram facere. §. 1. Sed etiam res, cuius alienatio prohibetur, nec per beneficium dari conceditur, nisi in casibus; ut ecce si quis ex agnatis tuis [5]) rem, quae a communi parente per successionem ad eum pervenerit, alienare voluerit, non permittitur ei, etiam secundum antiquam consuetudinem, alii eam vendere, nisi tibi vel alii proximiori, pro aequali pretio accipere volenti. Per feudum tamen cuilibet dari [6]) potest, nisi fiat in fraudem nostrae consuetudinis, vel legis novae [7]) bonae memoriae Lotharii [vel Friderici [8])] Imperatoris. Tunc enim rescissa investitura, reddito a te vel ab alio proximiore videlicet [9]), secundum antiquam consuetudinem, pretio, si quod dederit, is, qui investituram accepit, compellatur rem tibi restituere. Personam vero investituram accipientis non distinguimus; nam etiam servus investiri poterit, nisi ignorantia praetendatur. Sed utrum ipse an [10]) alius pro te investituram faciat vel suscipiat, nihil interesse putamus; potest enim hoc negotium et per procuratorem ab utraque parte expediri. §. 2. Feminam quoque, etiam novi feudi, investituram facere posse, plerique consentiunt. §. 3. Nulla autem investitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere [11]) recusat, quum a fidelitate feudum dicatur vel a fide, nisi eo pacto acquisitum sit ei feudum, ut sine iuramento fidelitatis habeatur.

TIT. IV.

QUID PRAECEDERE DEBEAT, AN INVESTITURA, VEL FIDELITAS?

Utrum autem praecedere debeat fidelitas investituram, an investitura fidelitatem, quaesitum scio. Et saepe responsum est, investituram debere praecedere fidelitatem. Fidelitatem autem dicimus iusiurandum, quod a vasallo praestatur domino.

TIT. V.

QUALITER IURARE DEBEAT VASALLUS DOMINO FIDELITATEM.

Qualiter autem debeat iurare vasallus fidelitatem, videamus. Iurare scilicet sic debet [12]): *Ego iuro* [13]) *ad haec sancta dei evangelia, quod a modo in antea* [14]) *ero fidelis huic, sicut debet esse* [15]) *vasallus domino, nec id, quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit dominus* [16]), *pandam alii ad eius detrimentum, me sciente* [17]). §. 1. Si vero domesticus, id est familiaris eius sit, cui iurat, aut si ideo iurat fidelitatem, non quod habeat feudum, sed quia sub [18]) iurisdictione sit eius, cui iurat, nominatim vitam, membrum, mentem, et eius rectum honorem [19]) iurabit.

TIT. VI.

---

[1]) *Rehd., Aug. I. II. III., Schw., Hamb., Cui.*; *al.* referatur. — [2]) habeat *Hamb.* — [3]) tamen *add. Hamb.* — [4]) *Rehd., Aug. I. II. III., Schw., Hamb., Cui.*; *al.* vasallus per. — [5]) eius *Hamb.* — [6]) dare *Rehd., Cui.*; dare possunt *Hamb.* — [7]) novae *om. Aug. I.* — [8]) vel Friderici *om. Tub., Rehd., Aug. II. III., Hamb., Cui., et glossema esse haec verba admonet Lasp. p.* 194. — [9]) videlicet *om. Rehd., Schw.*; alio pro minore pretio sec. ant. cons. si quod ei dederit *Hamb.* — [10]) *Hamb., Cui.*; *al.* vel. — [11]) facere *om. Hamb.* — [12]) iurare scilicet sic debet *om. Rehd., Aug II. III., Hamb.* — [13]) *Iuro enim Rehd.*; *Iuro autem Hamb.* — [14]) *in antea om. Rehd., Aug. III., Hamb.* — [15]) *fidelis ei ut Aug. I., Schw., Cui.* — [16]) *dominus om. Rehd., Aug. II. III.* — [17]) *me sciente om. Rehd.* — [18]) quia de *Aug. I. II., Schw.* — [19]) *Rehd., Aug. I. II. III., Schw., Cui.*; et honorem illius iurat *Hamb.*; *vulg. post* honorem *add.* custodire.

TIT. VI.

DE FORMA FIDELITATIS.

In epistola Philiberti [1]) episcopi in decretis XXII causa. De forma fidelitatis aliquid scribere monitus [2]), haec vobis, quae sequuntur, breviter ex librorum auctoritate notavi [3]). §. 1. Qui domino suo fidelitatem iurat, ista sex in memoria semper habere debet: incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile. Incolume, ne sit in damno [4]) domino suo de corpore suo; tutum, ne sit ei in damno de secreto suo, vel de munitionibus suis per quas esse tutus potest; honestum, ne sit ei in damno de sua iustitia, vel de aliis causis, quae ad honestatem eius pertinere videntur; utile, ne sit ei in damno de suis possessionibus; facile vel possibile, ne id bonum, quod dominus suus facere leviter poterat [5]), faciat ei difficile, neve id, quod possibile ei erat, faciat impossibile. Ut fidelis haec nocumenta [6]) caveat, iustum est. Sed quia non sufficit abstinere a malo, nisi fiat [7]) quod bonum [8]) est, restat, ut in sex praedictis consilium et auxilium domino praestet, si beneficio vult dignus videri, et de fidelitate esse salvus [9]). Dominus quoque in his omnibus vicem fideli suo reddere debet; quod si non fecerit, merito censebitur malefidus, sicut ille, qui in eorum praevaricatione vel faciendo, vel consentiendo deprehensus fuerit perfidus et periutus.

TIT. VII.

DE NOVA FORMA FIDELITATIS.

Est et alia de novo super fidelitatis iuramento forma inventa, et utentium approbata consuetudine, quae hodie fere in omni curia videtur obtinere, haec scilicet: *Ego Titius iuro super haec sancta dei evangelia, quod ab hac hora* [10]) *in antea usque ad ultimum diem vitae ero fidelis tibi Caio domino meo contra omnem hominem, excepto Imperatore vel Rege.* Quod verbum, si recte intelligatur, nulla quidem indiget adiectione, sed integram et perfectam in se continet fidelitatem, sed propter simplices et nominis significationis ignaros ad illius verbi interpretationem hoc adiici solet: *Id est ego* [11]) *iuro, quod nunquam scienter ero in consilio* [12]), *vel in facto, quod tu amittas vitam vel membrum aliquod, vel quod tu recipias in persona aliquam laesionem, vel iniuriam, vel contumeliam, vel quod tu amittas aliquem honorem, quem nunc habes vel in antea habebis* [13]). *Et si scivero vel audivero de aliquo, qui velit aliquod istorum contra te facere, pro posse meo ut non fiat impedimentum praestabo, et si impedimentum praestare nequivero, quam cito potero tibi nuntiabo, et contra eum prout potero auxilium meum tibi praestabo. Et si contigerit te rem aliquam, quam habes vel habebis, iniuste vel fortuito casu amittere, eam recuperare iuvabo, et recuperatam omni tempore retinere. Et si scivero, te velle iuste aliquem offendere, et inde generaliter vel specialiter fuero requisitus, meum tibi sicut potero praestabo auxilium. Et si aliquid mihi de secreto manifestaveris, illud sine tua* [14]) *licentia nemini pandam, vel per quod pandatur faciam. Et si consilium mihi super aliquo facto postulaveris, illud tibi dabo consilium, quod mihi videbitur magis expedire tibi. Et nunquam ex persona mea aliquid faciam scienter, quod pertineat ad tuam vel tuorum iniuriam vel contumeliam.* §. 1. Investitura vero facta et fidelitate subsecuta, omni modo cogatur dominus investitum in vacuam possessionem mittere; quod si differat, omnem utilitatem ei praestabit.

TIT. VIII.

DE INVESTITURA DE RE ALIENA FACTA.

Cum de re aliena vel alii obligata investitura fiat, illud distinguitur, utrum scienti, an ignoranti facta sit. Qui enim alienae rei sciens investituram accepit, nisi pacto speciali sibi prospexerit, de evictione agere non poterit, ignorans vero recte aget, ut aliud eiusdem bonitatis seu quantitatis ei praestetur. Sed in eo nulla est differentia, qui investituram fecit, utrum sciverit an ignoraverit. §. 1. Rei autem per beneficium recte investitae vasallus hanc habet potestatem, ut tanquam dominus possit a quolibet [15]) possidente sibi quasi [16]) vindicare, et si ab alio eius rei nomine conveniatur, defensionem opponere. Nam et servitutem eidem rei debitam petere potest et retinere [17]). §. 2. Quid ergo, si pretio, vel dolo, aut incuria servitutem rei beneficiariae imponi patiatur, et ad dominum ex qualibet causa postea beneficium revertatur? an ex eo praeiudicium domino generetur quaesitum fuit. Et responsum est, ut vasallo quidem, donec feudum tenet, possit obesse, domino autem, etsi per longa tempora perseveraverit servitus, minime noceat. §. 3. E contrario autem, si quid feudo a vasallo additum sit, si quidem tale adiectum [18]) sit, quod per se subsistere possit, id est ut per se censeatur, ut praedium, id non accrescit feudo. Si vero per se non possit subsistere, ut servitus, plerisque placet feudo accedere, et sicut partem feudi disponendam esse. Meliorem namque conditionem feudi facere potest, deteriorem vero sine domini voluntate, vel eorum agnatorum [19]), ad quos per successionem pertinet, facere non potest. §. 4. Quamvis enim possessio [20]) per beneficium ad eum pertineat,

---

[1]) Fulberti *Decret. Gratian.* (*P. II. C. XXII. qu. 5. c.* 13. *ed. Richteri.*) — [2]) fidel. rogatus aliquid scribere *Hamb.* — [3]) De — notavi *om. Cui.* — [4]) damnum *Decret., idemque in seqq.* — [5]) potest *Hamb.* — [6]) *Hamb., Decret.*; sacramenta *Aug. III.*; *al.* documenta. — [7]) faciat *Rehd., Aug. III.* — [8]) iustum *Aug. III.* — [9]) et auxilium et favorem praebeat domino suo sicque benefitio suo dignus videri et fidelitate esse salvus *Hamb.* — [10]) *die Rehd., Aug. III.* — [11]) *Id est ego om. Hamb.*; *ego om. Rehd., Aug. II. III.* — [12]) *vel auxilio add. Rehd., Aug. II. III., Cui.* — [13]) *possidebis Rehd., Aug. II. III., Schw., Cui.* — [14]) *Rehd., Aug. II., Schw., Hamb.*; *tui Aug. III.*; *al. om. tua.* — [15]) ab omni *Rehd., Aug. III., Hamb.* — [16]) sibi quasi *om. Hamb.*; sibi *om. Aug. III.* — [17]) et si ab alio — retinere *om. Hamb.* — [18]) adiectum *om. Rehd., Aug. II. III., Hamb.* — [19]) agnatorum *om. Hamb.* — [20]) possessio *om. Rehd., Aug. I., Schw., Hamb., Cui.*

pertineat, tamen proprietas ad alium spectat, et ideo quartae sive tertiae ratione, quae a Longobardis seu a Romanis viris uxoribus fieri solet, post mortem viri ad mulierem [1]) nihil pertinet; nam nec pignus, quod consultum dicitur, fieri potest ex feudo [2]).

TIT. IX.

QUALITER OLIM POTERAT FEUDUM ALIENARI.

Est autem optima consuetudine interdicta feudi alienatio. Super qua multae et diversae sententiae dabantur in singulis civitatibus seu curiis, donec Imperator divae memoriae Lotharius tertius promulgavit super hoc novam constitutionem, quae posita est in titulo de beneficiis. §. 1. Necessitate namque suadente poterat olim vasallus domino inscio vel invito feudi partem vendere, retenta videlicet alia parte. §. 2. Si vero vel totum vel partem volebat per feudum aliquem [3]) investire, hoc licebat ei sine fraude facere. Sive [4]) autem dissentiente domino vendebat, sive per feudum investiebat (quod et ipsum sincere hodie et sine fraude licet ei facere), si tamen sine herede masculo descendente decedebat, vel feudum in manu domini refutabat, aut alia ratione intercedente, forte culpa [5]), amittebat, tunc omnis feudi alienatio ad irritum revocabatur, eo excepto, quod ille, qui secundo loco beneficium acceperat, non amittebat, si priori domino servire, et ab eo feudum recognoscere volebat. §. 3. Donare autem, aut iudicare [6]) pro anima, vel in dotem pro filia dare nullius curiae poterat consuetudine, licet posset locare, nisi locatio esset fraudulenta alienatio, sicut est per libellum, ut dicunt [7]), venditio. Quis enim dubitat, quod libellario nomine sub vilissima duorum denariorum pensione perpetuo concedatur utendum, alienatum in fraudem esse? Porro sive de bona consuetudine, sive de prava quaeramus, concessa erat domino pro aequali pretio redemtio, nisi hoc beneficium amiserit dominus per refutationem, vel annali silentio, ex quo sciverit computando. Praescriptione autem triginta annorum submovebatur tam sciens, quam ignorans, in prohibendo autem vel redimendo potior erat proximi agnati, quam domini conditio, si tamen feudum erat paternum. §. 4. De illa vero feudi alienatione, quae a domino fit, si dubitetur, lex Imperatoris Conradi consulatur, quae posita est in iam dicto titulo de beneficiis.

TIT. X.

QUIS DICATUR DUX, MARCHIO, COMES, CAPITANEUS, VEL VALVASOR.

Qui a principe de ducatu aliquo investitus est, dux solito more vocatur. Qui vero de marchia, marchio dicitur. Dicitur autem marchio, qui tenet, quod est iuxta mare, quia plerumque marchia iuxta [8]) mare sit posita. Qui vero de aliquo comitatu investitus est, comes appellatur. Qui vero a principe, vel ab aliqua potestate de plebe aliqua vel plebis parte per feudum est investitus, is capitaneus appellatur, qui proprie valvasor maior [9]) olim dicebatur [10]). Qui vero a capitaneis antiquitus beneficium [11]) tenent, valvasores sunt. Qui autem a valvasoribus feudum, quod a capitaneis tenent [12]), similiter [13]) acceperint, valvasini, id est minores valvasores, appellantur [14]); qui antiquo quidem usu consuetudinem feudi nullam habebant; valvasore enim [15]) sine filio mortuo, feudum, quod valvasori minori [16]) dederat, ad capitaneum revertebatur. Sed hodie eodem iure utuntur in curia Mediolanensi, quo et valvasores. Ceteri vero, qui ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licet noviter a capitaneis seu valvasoribus acquisierint, plebeii nihilominus sunt. Nam et illi, qui soldatam habuerunt, vel acceperunt, vel habent [17]), per eam nullum paragium [18]), sed nec feudi usum acquirunt. §. 1. Soldata autem est praestatio quaedam annua et [19]) gratuita, quae a neutra parte transit in heredem; morte enim dantis vel accipientis interveniente [20]) finitur. Soldata vero dicitur, quia plerumque in solidorum datione [21]) consistit; quandoque autem in vino et annona consistit.

TIT. XI.

DE SUCCESSIONE FRATRUM VEL GRADIBUS SUCCEDENTIUM IN FEUDO

Per successionem quoque, sicut per investituram, beneficium ad nos pertinet. Mortuo enim eo, qui beneficium tenebat, prima causa liberorum est. Filiis enim exsistentibus masculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps per masculinum sexum descendentibus, ceteri removentur agnati. Ad filias vero, seu neptes, vel proneptes, vel ex filia nepotes seu pronepotes successio feudi non pertinet. Proles enim feminei sexus, vel ex femineo sexu descendens ad huiusmodi successionem [22]) adspirare non potest, nisi eius conditionis sit feudum, vel eo pacto acquisitum. His vero deficientibus vocantur primo fratres cum fratrum praemortuorum filiis,

---

[1]) uxorem *Rehd.*, *Aug. III.*; uxores *Hamb.* — [2]) dicitur ab uxore ex feudo fieri potest *Hamb.* — [3]) aliquem *om. Rehd.*, *Aug. II.*, *Hamb.* — [4]) *Cui.*; *al.* si. — [5]) *Cui.*; vel alia ratione culpa forte *Rehd.*; aut alia ratione culpa intercedente *Hamb.*; *vulg.* aut alia forte ratione intercedente culpa. — [6]) *Fort. leg.* dicare. — [7]) *Aug. I.*, *Cui.*; *vulg.* dicatur. — [8]) *Cui.*; *al.* marchia quia marcha ut et plurimum iuxta. — [9]) *Tub.*, *Aug. I.*, *Schw.*, *Cui.*; valvasor magnus *Rehd.*, *Aug. II.*, *Hamb.*; *al.* valvasores maiores. — [10]) *Tub.*, *Rehd.*; dicebitur *Hamb.*; appellabatur *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Cui.*; *al.* appellabantur. — [11]) feudum *Aug. II.*, *Hamb.* — [12]) *Tub.*, *Aug. I. II.*, *Cui.*; *vulg.* habebatur. — [13]) per feudum *add. Tub.*, *Hal.* — [14]) valvassini dicuntur *Hamb.* — [15]) *Rehd.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al.* autem. — [16]) vasallino *Tub.*, *Hal*; valvasino *Rehd.*; valvasor *Hamb.* — [17]) vel habent *om. Rehd.*, *Hamb.* — [18]) *Emend. Cui.*; paradigium *Rehd.*; padegium *Aug. II.*; *al* pedagium; privilegium *Hamb.* — [19]) *Rehd.*, *Aug. I II.*, *Hamb.*; *vulg. om.* et. — [20]) interveniente *om. Rehd.*, *Hamb.* — [21]) *Aug. I.*; solidi datione *Hamb.*; solidatione *Rehd.*, *Aug. II.*; *al.* solidorum do natione. — [22]) ad has successiones *Hamb.*

filiis, deinde agnati ulteriores. Quod ita intelligendum est, si feudum sit paternum, hoc est si fuit illius parentis, qui eius fuit agnationis communis. Si enim Titii avus de novo beneficio fuerit investitus, Titio sine legitimo herede masculo defuncto, eius feudi successio non pertinet ad eiusdem Titii patruum magnum, nec ad prolem ex eo descendentem, immo revertitur ad dominum. Ad cognatos autem [1]) eius beneficium non pertinet, neque beneficii successio. Si vero dominus vel alius beneficium defuncti novum esse dicat, agnatus autem illius proximus paternum esse contendat, tunc onus probationis incumbit illi, qui novum dicit. Sed scio aliter pronuntiatum esse. Bonus autem [2]) iudex causa cognita diligenter intuebitur, cuius potius iureiurando dirimenda sit haec quaestio, utroque scilicet in probatione deficiente.

TIT. XII.

DE FRATRIBUS DE NOVO BENEFICIO INVESTITIS

Si duo fratres de novo beneficio, et non de paterno simul investiti fuerint, uno sine herede defuncto, ad alterum non pertinet eius beneficii [3]) portio, nisi facta fuerit eo pacto investitura. §. 1. Si duo fratres in causa [4]) communi post mortem patris remanserint, id est habitaverint simul, et unus eorum feudum acquisierit, plerique dicunt, ad alium non pertinere [sed ad dominum, nisi per pactum, sed [5])] neque vivente eo, qui acquisierit, neque post mortem eius, fructus tamen erunt communes, donec simul habitaverint. Quodsi cum equis et [6]) armis communibus vel pecunia communi sit acquisitum, adhuc idem dicunt, ne forte invitus dominus alium, quam quem voluerit, sibi acquirat vasallum, dum tamen meminerimus, id, quod de communi expensum est, alteri pro parte competente esse restituendum.

TIT. XIII.

DE INVESTITURA, QUAM TITIUS ACCEPIT A SEMPRONIO.

Titius a Sempronio talem investituram accepit feudi, ut haberet ipse, et heredes sui legitimi masculi, et iis deficientibus feminae. Porro Titius superstite tantum filia decessit. Ipsa a domino investita fuit, et feudum in dotem dedit, maritoque superstite sine liberis decessit. Quaerebatur, si ad maritum successio feudi pertineat? Responsum est, non pertinere.

TIT. XIV.

DE VASALLO DECREPITAE AETATIS, QUI FEUDUM REFUTAVIT, UT FILII INVESTIRENTUR.

Quidam vasallus, quum decrepitae aetatis esset, feudum suum in manu domini ad hoc refutavit, ut Seium et Sempronium filios suos de eodem beneficio investiret. Vasallo mortuo, Sempronius sine legitimo herede, Seio adhuc superstite, decessit. Lis est inter dominum, tanquam novum feudum sibi delatum esse dicentem, et Seium, paternum esse contendentem. Et [7]) eorum sententia praevalnit, qui dixerunt, hoc feudum quamvis refutatum, nihilominus esse paternum.

TIT. XV.

DE INVESTITURA IN MARITUM FACTA.

Vasallus superstite tantum una filia decessit, illa vero maritum accepit, cui dominus accepta pecunia partem feudi, quod [8]) pater puellae habebat, retenta sibi parte altera, dedit. Nunc [9]) quidam agnatus defuncti cum marito agit, dicens, totum hoc feudum esse paternum, et ideo omnimodo [10]) ad se devolutum [11]). E contra maritus contendit, hanc partem, quam ipse habet, novum feudum esse, et ideo domino apertum. Quaeritur igitur, utrum apud dominum eundem et in eius curia cogatur agnatus defuncti litigare, an apud agnati iudicem, vel arbitrum utriusque consensu electum hoc esse debeat? Et [12]) mihi et aliis placet, potius apud iudicem ordinarium vel arbitrum, quam apud eundem [13]) dominum hoc litigium [14]) terminandum [15]). §. 1. Item placet, agnatum non semper cogendum probare, feudum hoc esse paternum, sed ab adversa parte novum esse probandum. Qua deficiente in [16]) probatione, tunc agnato, ut supra diximus [17]), causa cognita detur electio, quatenus vel iuret esse paternum, vel alteri parti referat iusiurandum, et ille aut iuret, aut taceat. Illud tamen sciendum est, quod, si inter duos, qui dixerint se esse vasallos, de feudo fuerit dubitatio, alter alterum invitum trahere non potest ad dominum, vel eius curiae iudicium [18]). Si vero cum sua curia dominus vocaverit eos, nemini eorum licet illius domini vel [19]) eius curiae examen declinare.

TIT. XVI.

---

[1]) *Aug. I. II., Schw., Cui.* (*om.* eius); *vulg.* ad cognatos enim; ad cognatos autem non pertinet beneficii successio *Aug. I. II.*; ad cognationes enim beneficii successio non pertinet *Hamb.* — [2]) *Hamb*; tamen *Aug. I. II., Schw.*; *vulg.* enim. — [3]) beneficii *om. Hamb.* — [4]) domo *Rehd., Aug. I., Schw.* — [5]) sed ad dom. — sed *om. Tub., Aug. I. II., Hamb., et ex glossem. additum censet Lasp. p.* 198. — [6]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui.*; *al.* vel. — [7]) *Rehd., Hamb.*; et *om. Aug. I. II., Cui.*; *vulg.* unde *pro* et. — [8]) quam *Hamb.* — [9]) Sed nunc *Rehd., Aug. II., Hamb.* — [10]) *Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui.*; *vulg. add.* esse. — [11]) revolutum *Rehd., Aug. I.*; et primo ad se devolutum *Hamb.* — [12]) *Rehd., Hamb.*; *vulg. om.* et. — [13]) praedictum *Rehd.*; eundem *om. Hamb.* — [14]) iudicium *Rehd., Aug. I., Hamb.* — [15]) *Aug. I. II., Hamb.*; *vulg.* determinandum. — [16]) in *om. Hamb.* — [17]) *Tub., Rehd., Aug. I. II., Schw., Cui.*; dixerim *Hamb.*; *al.* dictum est. — [18]) iudicem *Aug. I. II., Cui.* — [19]) illius domini vel *om. Hamb.*

TIT. XVI.

DE CONTROVERSIA FEUDI APUD PARES TERMINANDA.

Si inter dominum et vasallum de feudo orta fuerit contentio, per pares illius domus, sicut lex Conradi dicit, dirimatur, si tamen pares habeat. Et si quidem dominus et vasallus consenserint in eligendis paribus, nulla dubitatio est; si vero dissentiant, tunc, quid faciendum sit, quaeritur. Sed praevalnit eorum sententia, qui dixerunt, dominum debere eligere prius, quem aut quos voluerit [1]); et vasallus similiter hoc faciat secundum numerum a domino comprobatum. Ille tamen vasallus, qui fidelitatem domino non iuravit, domino vel vasallo dissentiente pro pari non est eligendus [2]).

TIT. XVII.

DE EO, QUI SIBI VEL HEREDIBUS SUIS MASCULIS ET FEMINIS INVESTITURAM ACCEPIT.

Qui sibi et [3]) heredibus suis masculis, vel his deficientibus feminis per beneficium investituram feudi accepit, una tantum filia superstite, nullo alio descendente relicto, decessit. Haec marito paternum feudum in dotem dedit, et duobus filiis ex eo [4]) procreatis obiit [5]), quorum unus [6]) duas filias reliquit, alter vero uno filio masculo relicto decessit [7]). De praedicto itaque feudo ingentem [8]) vidimus quaestionem, masculo quidem hoc feudum totum sibi, quia solus eius, qui primo investituram accepit, heres masculus sit, *indicante*, feminis vero totam sui patris partem sibi defendentibus, quia ex eo nullus exstitit masculus. Quumque inter sapientes saepe super hac quaestione sit disputatum, tandem pro masculo pronunciatum est. Non enim patet locus feminae in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit investitus. Nam et illud iudicatum scio, si ille, qui proprium feudum suum militi pro beneficio [9]) dedit, duobus filiis relictis decesserit, quorum unus filia tantum relicta obiit, alter vero filio masculo [10]) superstite defunctus est, quod miles non debet feudum suum per feminam recognoscere, donec superest masculus ex eo, qui primam investituram fecit. Alii dicunt, per filiam debere recognoscere, quum de paterno allodio esset hoc feudum [11]), alioqui si aliunde [12]) esset, verum esset, quod dicitur, per feminam non [13]) debere recognoscere.

TIT. XVIII.

DE DUOBUS FRATRIBUS A CAPITANEO INVESTITIS.

Duo fratres [14]), Titius et Seius, a quodam capitaneo de novo beneficio simul investiti sunt, eo videlicet tenore, ut, quamdiu ipsi vel eorum heredes masculi viverent, et masculis deficientibus feminae, si superessent, feudum haberent. Ex fratribus his unus, una filia relicta, altero adhuc vivente, decessit. Quaeritur, cui portio defuncti deferatur, utrum filiae, an fratri? Respondetur: filiae; unusquisque enim sibi suisque heredibus videtur prospexisse. Si tamen is, qui filiam reliquit, sine herede decessisset, propter tenorem investiturae insertum, eius pars fratri, non domino acquisita foret [15]).

TIT. XIX.

AN REMOVERI DEBEANT TESTES, QUI PARES ESSE DESIERUNT.

Ex facto quaesitum scio, si inter dominum et fidelem de investitura feudi contentio emerserit, quia factam eam dominus neget, si [16]) vasallus offerat [17]) eos testes, qui tempore investiturae pares erant, sed postea qualibet ex causa pares esse desierunt, an ideo sint removendi, quia nunc non sunt pares? Sed quamvis alii aliter sentiant, tamen mihi et quibusdam aliis videtur sufficere, eos tempore investiturae saltem pares fuisse. Quid enim peccavit, qui investituram accepit, si illi, quos eo tempore utpote idoneos adhibuit, postea pares esse desierunt?

TIT. XX.

---

[1]) eligere pares quos voluerit *Hamb.* — [2]) Ille — eligendus *om. Hamb.* — [3]) *Rehd.*, *Hamb.*, *Cui.*; *vulg.* vel. — [4]) ex eo *om. Rehd.* — [5]) *Tub.*, *Aug. I. II.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al. pro* obiit *est* decessit, *inter* et *et* duobus *positum.* — [6]) quidem *add. Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Cui.* — [7]) masculo superstite defunctus est *Hamb.* — [8]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Cui.*; *al.* urgentem. — [9]) per beneficium *Hamb.*, *Cui.* — [10]) *Rehd.*, *Hamb.*, *Cui.*; *vulg.* masculo relicto superstite. — [11]) Alii dicunt — feudum *om. Rehd.*, *Hamb.* — [12]) allodium *Rehd.*, *Cui.* — [13]) non *om. Hamb.*, *Cui.* — [14]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al. add.* scilicet. — [15]) *Rehd.*, *Cui.*; *vulg.* quaesita est. — [16]) sed *Hamb.* — [17]) afferat *Rehd.*

TIT. XX.

DE CONTROVERSIA INTER EPISCOPUM ET VASALLUM.

Ex eo, quod scriptum est, si inter dominum et vasallum de feudo nascatur quaestio, quod per pares eiusdem curiae dirimenda sit, quaesitum est, si quis dixerit, se a quodam episcopo, fortassis iam defuncto, de annua praestatione aut qualibet alia re per feudum investituram accepisse, et cum successore eius agat, et ille respondendo neget, hunc esse vasallum, utrum per pares eiusdem curiae sit iudicandum super hac quaestione? Opponit enim vasallus, quod dominus eum negat esse vasallum, et ideo in ea curia pares non habet. Item dicit vasallus, quod prius de suo recto feudo debet investiri, quam a nemine iudicari, domino respondente, quod, quidquid inter eos sive de investitura, sive de fidelitate, sive de principali causa agendum est, per suam curiam est expediendum. Sed laudatum saepe scio, pares illius curiae secundum praefatum modum esse eligendos prius, ad quorum spectat officium, ut illum prius de suo recto feudo investiri faciant, sed fidelitatis iusiurandum differatur, donec de principali causa cognoscatur. Ex illo enim apparebit, utrum iurare debeat, an non, quod totum expeditae quaestionis est. §. 1. Sed si constiterit, vasallum aliquid aliud praeter id, de quo quaeritur, ab eodem domino tenere pro feudo, tunc [1]), quin debeat de suo recto feudo investituram accipere, et fidelitatem iurare, et sic ad principalem causam accedere, non est dubitandum [2]).

TIT. XXI.

DE VASALLO MILITE, QUI ARMA BELLICA DEPOSUIT.

Miles, qui beneficium tenebat, quum esset sine liberis, venerabilem domum intravit, et saeculo renunciando arma bellica deposuit, habitumque religionis assumsit, et sic conversus factus est. Hic, donec vixerit, feudum retinere conatur, quod dominus vel agnatus ad se [3]) pertinere contendit. Sed indicatum est, domini vel agnati conditionem esse potiorem, eo quod desiit esse miles saeculi, qui factus est miles Christi [4]) nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium.

TIT. XXII.

DE MILITE VASALLO, QUI CONTUMAX EST.

Dominus vocat militem, qui ab eo feudum possidebat, dicendo, eum in culpam incidisse, per quam feudum amittere debeat; hic non respondet; quaeritur, quid faciendum sit domino? Respondeo: eum [5]) ad curiam vocari [6]) debere, et si non venerit, iterum eum debere vocari [6]) usque in tertium, spatio [7]) septem vel decem dierum arbitrio eiusdem curiae determinando [8]). Quodsi neque venerit ad tertiam vocationem, hoc ipso feudum amittat, et ideo debet curia dominum mittere in possessionem. Sed si intra annum venerit, restituitur ei [9]) possessio, alioquin et beneficium, et possessionem amittit, [ut in Lombarda [10]) de iis, qui ad palatium [11]) venire contemserint, l. si cuiuscunque [12])]. §. 1. Si vero vasallus conqueritur de domino, forsan quia feudum malo ordine intravit, domino perperam respondente, quid vasallo faciendum sit? quaeritur. Respondeo: eum curiam debere vocare [13]), et in eadem curia de domino conqueri. Curia autem debet adire dominum, eumque salva reverentia competenter cogere, ut vel possessionem restituat, et acquiescat, vel iudicio curiae se committat. Quod si ter [14]) admonitus facere distulerit, tunc liceat vasallo ad aliam maiorem potestatem ire, et sibi consulere, et si dominus ei iustitiam facere noluerit, poterit eum depraedare [15]).

TIT. XXIII

---

[1]) enim *add. Rehd.*, *Hamb.*, *Cui.* — [2]) dubium *Rehd.*, *Aug. I.*, *Cui.* — [3]) agn. sibi *Rehd.*, *Hamb.*, *Cui.* — [4]) agn. potiorem esse conditionem, quia enim factus est miles dei, desiit esse miles saeculi *Rehd.*; agn. potiorem esse conditionem, qui enim factus est Christi miles desinit, esse saeculi *Hamb.* — [5]) Respondeo domino (?) eum *Hamb.* — [6]) vocare *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui.* — [7]) *Aug. II.*, *Cui.*; *al.* in tertio spatio. — [8]) *Rehd.*, *Aug. I.*; *vulg.* terminando. — [9]) restituetur (*om.* ei) *Hamb.*; tunc restituitur eius *poss. Schw.* — [10]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*; *al.* Lombardia. — [11]) praelatum *Hamb.*; placitum *Rehd.* — [12]) *Hanc et similes allegationes pro glossem. habendas esse docet Dieck. Literargesch. des Longob. Lehenrechts p.* 202. — [13]) Respondeo ipsum curia vocare debet *Hamb.*; *pro* respondeo *Cui. habet* respondetur. — [14]) ter *om. Hamb.* — [15]) depraedari *Rehd.*, *Hamb.*; condemnare *Aug. I. II.*

TIT. XXIII.

IN QUIBUS CAUSIS FEUDUM AMITTATUR.

Obertus de Orto Anselmo filio [1] *suo salutem.* Cogis me, et super hoc saepe scribendo multum urges, ut causas, quibus beneficium amittatur, enumeratas tibi significarem. Quod ideo distuli, quia saepius circa nostrae reipublicae curam occupatus, et multis privatorum causis, aliisque rerum innumerabilium impedimentis detentus, onus illud subire non valebam. At ne videar preces tuas parvi pendere, et studium discendi tibi nunc [2]) imminens negligere, quid mihi super hoc videatur, paucis explicabo, dummodo memineris, causas illas sub aliqua certa regula aut definitione rotunda non posse comprehendi. Nam sicut de probationibus in Digestis scriptum reperimus, sic et de his causis sine calumnia dicere possumus. Si quis enim dixerit, quae causae, quemadmodum alicui domino ad ingratitudinem alicuius vasalli probandam possint sufficere, nullo certo modo posse definiri, nihil erraverit. De illa tamen ingratitudine loquor, per quam beneficium amittatur; non enim ad hoc sufficit omnis occasio, per quam fidelis accepti beneficii videtur ingratus, sed sunt quaedam ut ita dixerim egregiae ingratitudinis causae, quibus beneficium secundum mores curiarum solet adimi. Quomodo enim vasallus, quam humiliter, quam devote, quam benigne, quam fideliter erga dominum suum debeat se habere, potius ex naturali ratione [3]) et bonis curiarum consuetudinibus [4]) potest percipi, quam lege aut scripto aliquo possit comprehendi [5]). §. 1. Inprimis te illud scire oportet, beneficii illius, quod est genus, talem esse definitionem: beneficium nihil aliud est, quam benevola actio, tribuens gaudium capientibus capiensque tribuendo, in id, quod facit, prona et sponte sua parata, ut ait Seneca [6]). Huius autem generis species quaedam est beneficium illud, quod ex benevolentia ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatae penes dantem remaneat, ususfructus vero illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum heredesque suos masculos sive feminas, si de his nominatim dictum sit, in perpetuum pertineat ad hoc, ut ille et sui heredes fideliter domino serviant, sive servitium illud nominatim, quale esse debeat, sit expressum, sive indeterminate sit promissum.

TIT. XXIV.

QUAE FUIT PRIMA CAUSA BENEFICII AMITTENDI.

Prima autem causa beneficii amittendi haec fuit, et adhuc est in plerisque curiis, sed in nostra curia Mediolanensi non obtinet, quod, si vasallus per annum et diem domino suo mortuo steterit, quod heredem domini sui investituram petendo, fidelitatem pollicendo non adierit, tanquam ingratus exsistens beneficium amittit, et e converso, si domino superstite vasallus decesserit, et filius eius per iam dictum tempus neglexerit petere investituram, beneficio carebit [7]). §. 1. Est et alia ingratitudo notanda, si dominus investituram pollicendo vasalli fidelitatem petierit, et illo non praestante, dominus tribus vicibus conveniente tempore interposito, forte septem dierum spatio [8]), ad curiam suam super hoc reclamaverit [9]), et vasallus tribus vicibus citatus a suis paribus iurare noluerit, si tamen beneficium tale sit, ut pro eo iusiurandum fidelitatis fieri debeat. Sunt enim quaedam fenda ita data, ut pro his fidelitas non sit praestanda [10]). §. 2. Item qui dominum suum, cum quo ad praelium iverit, in acie periclitantem dimiserit, beneficio indignum se iudicavit. §. 3. Praeterea si vasallus praescierit [11]), aliquem contra dominum suum assaltum, vel mortem, vel captionem, aut patrimonii grandem iacturam [12]) molientem, debet dominum super hoc quam citius potest certiorare, ut proinde dominus scius prudensque periculum valeat declinare. Quod si non fecerit, doloque vel negligentia sua [13]) celaverit, beneficio se [14]) carituram agnoscat. §. 4. Rursus si domini vel dominae filiae, vel nurui, aut sorori in domo adhuc manenti, quae in capillo dicitur, sese immiscuerit, feudo, quo se monstravit indignum, carere debet. §. 5. Porro si dominum assalierit [15]), vel vicum, in quo est, per vim aggressus fuerit, vel impias manus in personam domini ubicunque ingesserit [16]), vel alias graves vel inhonestas iniurias intulerit, vel morti eius veneno, vel gladio, vel aliter insidiatus fuerit, beneficium amittit. Illud tamen non lateat, quod, si quis suo domino iustitiam facere noluerit, feudum, quod tenebat, perdet, sicut in alio libello tibi scripsisse hoc credo [17]). §. 6. Sed non est alia iustior causa beneficii auferendi, quam si id, propter quod [18]) beneficium datum fuerit [19]), servitium facere recusaverit [20]). Aliud est, si forte ideo non servierit, quia non potuerit; tunc enim feudum non amittit [21]). §. 7. Item si [22]) delator domini sui exstiterit, et per suam delationem grave dispendium eum sustinere fecerit, vel si cognoverit, dominum inclusum, et eum, quum potuerit, non liberaverit, feudum perdit. §. 8. Praedictis modis beneficium debere amitti, tam naturalis, quam civilis ratio suadet, quae potest colligi, si quis novam constitutionem, iustas exheredationis causas enumerantem, et alias constitutiones veteres, iustas ingratitudinis, et repudii causas, quibus matrimonia recte contracta solvuntur, et donationes iure perfectae

[1]) *filio om. Aug. I., Schw., Cui.*; *Anselmo filio suo* (*om. salutem*) *Hamb.* — [2]) nunc *om. Rehd., Aug. II., Schw., Hamb., Cui.* — [3]) *Aug. II., Schw., Cui.*; ex naturali et bonis *Rehd.*; *vulg.* ex naturalibus et bonis. — [4]) ex naturalibus et bonis curiarum et consuetudine *Hamb.* — [5]) quam aliqua lege aut scripto comprehendi *Hamb.*; quam aliqua lege *etiam Schw.* — [6]) ut ait Seneca *om. Rehd., Aug. I. II., Hamb.* — [7]) beneficio se carituram cognoscat *Rehd., Aug. II.*; beneficium se carere agnoscat *Hamb.* — [8]) forte septem dierum spatio *om. Rehd., Aug. II., Hamb.* — [9]) proclamaverit *Rehd., Hamb.* — [10]) ut pro his iusiurandum fidelitatis praestari non debeat *Hamb.* — [11]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Cui.*; petierit *Hamb.*; *vulg.* rescierit. — [12]) *Rehd., Aug. I. II., Hamb., Cui.*; *vulg. add.* facere. — [13]) *Aug. I., Cui.*; *al. add.* vel fraude. — [14]) quod si forte fide is qui (cum *Aug. II.*) esse debuerit dolosus vel negligens super hoc inventus fuerit, se beneficio *Tub., Rehd., Aug. II.*; quod si fidelis qui super hoc diligens esse debuit dolosus forte aut negligens super hoc inventus fuerit se beneficio *Hamb.* — [15]) dominum ut ita loquar, assalierit *Rehd.*; dominum assalierit ut ita loquar *Aug. I. II., Schw., Cui.*; Porro ut ita loquar assalierit (*om.* si dominum) *Hamb.* — [16]) iniecerit *Aug. II., Schw.* — [17]) amittat. Idem qui domino suo iustitiam facere noluerit feudum perdit *Hamb.* — [18]) pro quo *Rehd., Hamb.* — [19]) *Rehd., Cui.*; *vulg. add.* hoc. — [20]) *Cui. vulg. add.* quia beneficium amittit. — [21]) Aliud est — amittit *om. Aug. I.* — [22]) Sed et qui *Rehd., Hamb.*

fectae revocantur, subtiliter scrutatus [1]) fuerit. §. 9. Sed quia natura novas deproperat [2]) edere formas, potest multis modis contingere, ut aliae emergant causae, quibus videatur iuste adimi posse feudum [3]), ideoque index solers, et discretus, et aequitati obsecundare sollicitus, cuncta subtiliter dispensans, provideat, si qua fuerit antiquioribus causis similis seu maior, ut proinde sciat, utrum beneficium sit amittendum, an nihilominus retinendum. §. 10. Illud enim est certum, quod non ex omni causa, ex qua opinio vasalli gravatur, beneficium amittitur. Nam et saepe deierat [4]), et [5]) beneficium nihilominus retinet; utputa qui beneficii portionem alienat absque domini scientia, beneficium quidem retinet, sed fidem promissam servare non videtur. §. 11. Denique saepe quaesitum est, vasallo propter iustam culpam [6]) a feudo cadente, utrum ad dominum, an ad successorem vasalli beneficium pertineat? Sed haec [7]) distinctio tam ratione, quam moribus comprobata est, ut, si quidem vasallus ita in dominum peccaverit, ut feudum amittere debeat, non ad proximos, sed ad dominum beneficium revertatur, ut hanc saltem habeat suae iniuriae ultionem. Si vero non in dominum, sed alias grave quid commiserit [8]), sicut ille, qui fratrem suum interfecit, vel alind grave crimen, quod parricidii appellatione continetur, commiserit, feudum amittit, et non ad dominum, sed ad proximos pertinet, si tamen beneficium [9]) fuerit paternum. Sic enim saepe pronunciatum scio. §. 12. Si vasallus contra constitutionem bonae memoriae Lotharii Imperatoris beneficium [10]) alienaverit, quia dominum contemnere videtur, ad dominum beneficium pertineat; scriptum est enim, ut pretio ac beneficio [11]) se cariturum agnoscat.

TIT. XXV.

SI DE FEUDO VASALLUS AB ALIQUO INTERPELLATUS FUERIT, ET DOMINUS EUM DEFENDERE NOLUERIT.

Negotium tale est: Quidam vasallus a domino tenebat feudum, de quo ab aliquo interpellatus fuit, et sic vasallus [12]) dominum vocavit, ut eum defenderet; domino renuente ad iudicem venire, vasallus amisit causam per sententiam; nunc vero vasallus cambium feudi a domino petit. Id quem dominus respondens ait, illum nunquam ab eo feudum tenuisse, nec ab eo investituram accepisse; contra quem vasallus dicit, se hoc feudum ab eo tenuisse, et investituram recepisse, et ab eo petivisse, ut eum in iudicio defenderet, nec tunc temporis inficiabatur illius esse, quod idoneis totum testibus probat vasallus. §. 1. Respondi [13]): Super negotio isto, quod litteris insinuasti nobis, tale est sapientum nostrae civitatis consilium, videlicet Oberti de Orto, et Gerardi Capagisti, ut, si vasallus, quum de feudo interpellabatur, auctorem suum, id est dominum, ut eum defenderet vocavit [14]), et hoc probare possit, si in eo iudicio vasallus [15]) fuerit convictus [16]) de re aliena investitum fuisse, ut dominus vasallo eiusdem aestimationis, quod erat tempore rei iudicatae, feudum restituat, vel nummos in feudum dandos numeret. Et hoc cum certum est, vasallum de feudo victum fore. Sed si dominus neget, hoc feudum unquam [17]) ab eo tenuisse, nec ab eo domino ipsum vasallum vel eius antecessores unquam [18]) investituram accepisse, et hoc vel per instrumentum publice confectum, vel per pares curtis vasallus poterit [19]) probare, dominus ad restitutionem feudi tenebitur; alioquin dominus sacramentum subire cogetur, istum, qui est in causa, vel eius antecessores a se vel a suis antecessoribus nunquam hoc feudum tenuisse vel investituram accepisse, quo facto dominus absolvendus erit.

TIT. XXVI.

SI DE FEUDO DEFUNCTI CONTENTIO SIT INTER DOMINUM ET AGNATOS VASALLI.

Si de feudo defuncti militis sit contentio inter dominum et agnatos defuncti, domino novum feudum, agnatis vero paternum esse contendentibus, agnati in possessione feudi, de quo quaeritur, constituendi sunt. Eo facto, super principali quaestione cognoscendum est, utroque autem deficiente in probatione, electio inrisiurandi agnatis danda est.

§. 1. Inter filiam defuncti et agnatos eius de quodam praedio mota est quaestio, agnatis feudum, filia vero allodium sive libellarium [20]) esse asserentibus, super possessione, apud quem manere debeat, quaerebatur. Responsum est: apud filiam possessionem interim esse collocandam, deficientibus vero hinc inde probationibus, per iusiurandum causa cognita res decidatur [21]), electione danda agnatis.

§. 2. Defuncto milite, inter dominum et filiam illius super quodam feudo [22]) quaerebatur, domino feudum, filia allodium sive libellarium esse allegante. Respondi [23]): filiam in possessione feudi manere debere [24]), donec de eo iudicetur; probatione vero hinc inde cessante, electio iurisiurandi filiae danda est.

§. 3. Moribus receptum est, dominum de feudo militis sui, quod post mortem ipsius ad dominum reverti sperabatur, in alium militem investituram facere posse. Quae investitura tunc demum capiet effectum, quum feudum domino aut heredi suo fuerit apertum. Secus est in ecclesiasticis personis; nam si ecclesiastica persona talem faciat investituram, non aliter valebit, nisi sibi, non etiam successori suo, feudum aperiatur, et in tali investitura consensus eius, de cuius feudo sit, exquiri non oportet.

§. 4.

---

[1]) sciscitatus *Aug. I.*; si citatus *Rehd.* — [2]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*; *vulg.* properat. — [3]) beneficium *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Hamb.* — [4]) degenerat *coni. Cui* — [5]) sed *Hamb.* — [6]) causam *Rehd.*, *Hamb.*; feudi amittendi (admittendi *perperam Hamb.*) *add. Rehd.*, *Aug. II.*, *Hamb.* — [7]) talis *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Hamb.* — [8]) *Rehd.*, *Hamb.*, *Cui.*; *vulg.* sed alias graviter deliquerit vel grave quid commiserit. — [9]) beneficium *om. Aug. II.*, *Hamb.*; si tamen feudum *Aug. I.*, *Rehd.* — [10]) feudum *Hamb.* — [11]) *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Cui.*; *vulg. om.* ac beneficio. — [12]) vasallus *om. Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.* — [13]) Respondi *om. Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui.* — [14]) dominum nominaverit et ut eum defenderet vocaverit *Hamb. — [15]) vasallus *om. Aug. I. II.*, *Schw.* — [16]) *Hamb.*; *vulg.* victus. — [17]) nunquam *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui.* — [18]) nunquam *Hamb.* — [19]) potuerit *Rehd.* — [20]) libellariam *Schw.*, *Cui.* — [21]) *Rehd.*, *Hamb.*; *vulg.* decidetur, dirimi solet *Schw.* — [22]) fundo *Rehd.* — [23]) Respondi *om. Rehd.*, *Aug. I.*, *Schw.*, *Hamb.* — [24]) filia — debet *om. Rehd.*, *Aug. I.*, *Schw.*

§. 4. Vasallus si fendum, vel fendi partem, aut feudi conditionem ex certa scientia inficiatur, et inde convictus fuerit, eo quod abnegavit feudum eiusve conditione [1]), exspoliabitur, alias autem vasallus, quamvis hoc sciens non patefaciat, feudum tamen retinet, aut si aliam rem domini celaverit vasallus, feudum tamen non amittit.

§. 5. Si quis per triginta annos rem aliquam ut feudum possedit, et servitium domino exhibuit [2]), quamvis de ea re non sit [3]) investitus, praescriptione tamen triginta annorum se tueri potest.

§. 6. Qui clericus efficitur, aut votum religionis assumit, hoc ipso feudum amittit.

§. 7. Etsi vasallus omni anno domino se non repraesentat [4]), feudum tamen non amittit [5]).

§. 8. Omnes filii eius, qui feudum acquisierit, fidelitatem facere debent, maxime si indivisum habent. Quodsi feudum ex divisione ad unum tantum pervenerit, ille solummodo [6]) faciet fidelitatem.

§. 9. Adoptivus filius in feudum non succedit.

§. 10. Mulier habens feudum relictis filiis ex duobus matrimoniis decessit; inter quos feudi quaestio aliarumque rerum maternarum vertebatur. Obtinuit, filios prioris [7]) matrimonii tam in feudo, quam in ceteris potiores esse.

§. 11. Naturales filii, licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi nec soli, nec cum aliis admittuntur [8]).

§. 12. Si minori datum fuerit feudum, fidelitatem facere non cogatur, donec venerit in maiorem aetatem, in qua doli capax sit [9]); feudum tamen retinet.

§. 13. Si quis decesserit filio [10]) impubere relicto, fidelitatem nec ipse, nec alius pro eo facere cogitur, Idem de servitio personali, alius tamen pro eo faciens servitium [11]) admittitur [12]).

§. 14. Titius, filios masculos [13]) non habens, partem suam feudi Seio, partem eiusdem feudi possidenti agnato suo concessit. Sempronius, proximior agnatus, mortuo demum Titio partem illam [14]) feudi nullo dato pretio recuperare potest; quodsi Titius filium haberet [15]), pretio reddito etiam vivo Titio; quodsi consensit alienationi, vel per annum, ex quo scivit, tacuit, omnino removebitur.

§. 15. Si facta de feudo investitura poeniteat dominum, anteqnam possessionem transferat, an praestando interesse vasallo liberetur, quaesitum fuit. Responsum est: praetermissa illa condemnatione, dominum possessionem feudi, de quo investituram fecit, tradere compellendum.

§. 16. Filii nati ex ea uxore, cum qua matrimonium tali conditione contractum est, ne filii ex ea nati patri ab intestato succedant, nec in feudum succedunt [16]). Nam quamvis ratione improbetur talis conditio, ex usu tamen admittitur.

§. 17. Licet vasallus domino servitium non offerat, quantocunque tempore steterit, dummodo domino petenti servire paratus sit, beneficium non amittit; si tamen sciat, ei magnum periculum imminere, ultro adintorium suum ei debet praebere. Inde quaesitum est si dominus in periurium incidat, quia dare non valeat, quod dare iuraverat, et vasallus eum liberare possit suam pecuniam dando, et non faciat, an beneficium amittat? Et responsum est: non amittere.

§. 18. Si vasallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat, neque filius, neque eius descendentes ad id feudum vocabuntur [17]), sed agnati, qui quarto gradu sunt, dummodo ad eos pertineat.

§. 19. In generali alienatione vasalli non continetur feudum [18]), nisi nominatim dictum sit.

§. 20. Si vasallus feudum alienavit ignorans, non domino, sed ipsi vasallo feudum restituendum est, ad interesse vero emtori ignoranti condemnandus est vasallus.

§. 21. Vasallus feudum, quod sciens abnegavit, amittit, ignoranti vero subvenitur. Quodsi dubitet, dubitanter respondere debet.

§. 22. Beneficium a vasallo in feudum, si nihil in fraudem legis fiat, recte dari potest, dum tamen militi detur.

§. 23. Si vasallus de beneficio [19]) suo agat vel conveniatur, sive obtineat, sive non, licet ignorante domino fiat, omni tempore firmum erit illud iudicium; nam et transigere recte poterit, nec quod accepit transactionis nomine, feudum erit.

§. 24. Domino committente feloniam, ut ita dicam, per quam vasallus amitteret feudum, si eam committeret, quid obtinere debeat de consuetudine, quaeritur. Et respondetur [20]), proprietatem feudi ad vasallum pertinere, sive peccaverit in vasallum, sive in alium.

§. 25. Feudum ea lege datum, ut ipse et heredes sui, masculi et feminae, et cui dederit habeant iisdem culpis amittitur, quibus et aliud feudum. Quodsi vasallus alienavit, feudum esse desinit apud emtorem.

§. 26. Titius cum Sempronio fratre suo, feudum paternum possidente, pactum fecit de eo feudo non petendo a Sempronio heredibusve suis. Sempronio sine herede [21]) masculo defuncto, inter Titium et Seium fratrem suum de eo feudo quaestio orta est. Quid inde fieri debeat, quaeritur. Responsum est: pactum non obstare Titio.

TIT. XXVII.

---

[1]) eo quod negaverit feudi eius conditionem *Hamb.* — [2]) *Rehd.*, *Hamb.*; *vulg.* exhibuerit. — [3]) nunquam sit *Aug. II.*; nunquam fuerit *Hamb.* — [4]) presentet *Rehd.*, *Hamb.* — [5]) *Hanc* §. *om. Aug. II.* — [6]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Hamb.*; *al.* tantum. — [7]) posterioris *coni. Cui. et ita scriptum erat in Rehd.*, *sed in hoc cod. correctum illud in* prioris — [8]) vocantur *Schw.*, *Hamb.* — [9]) in — sit *om. Aug. II.*, *Hamb.* — [10]) filio *om. Rehd.*, *Hamb.* — [11]) servitium *om. Hamb.* — [12]) *Hamb.*; *vulg.* admittetur. — [13]) filium masculum *Rehd.*, *Aug. I.*, *Cui.* — [14]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al.* illius. — [15]) *Aug. I.*, *Cui.*; *vulg.* filios proprios haberet; proprios *om. etiam Rehd.*, *Aug. II.*, *Schw.* — [16]) *Rehd.*, *Aug. II.*, *Schw.*; et in feudum non succedunt *Aug. I.*; et in feudum non succedant *Hamb.*; *vulg.* in feudo succedunt (*om. negat.*). — [17]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al.* revocabuntur. — [18]) feudum *om. Rehd.*, *Hamb.*, *Cui.* — [19]) feudo *Rehd.*, *Hamb.* — [20]) Responsum est *Rehd.*, *Hamb.* — [21]) filio *Rehd.*, *Aug. II.*, *Hamb.*

TIT. XXVII.

DE PACE TENENDA, ET EIUS VIOLATORIBUS.

Fridericus dei gratia Romanus [1]) Imperator semper Augustus Episcopis, Ducibus, Comitibus, Marchionibus, et omnibus, ad quos litterae istae pervenerint, gratiam suam, et pacem, et dilectionem.

Quoniam divina praeordinante clementia solium regiae maiestatis conscendimus, dignum est, ut, cuius praecellimus manere, illi omnino pareamus in opere. Inde est, quod nos, tam divinas quam humanas leges in suo vigore manere cupientes, et ecclesias sive ecclesiasticas personas sublevare [2]), et ab incursu et invasione quorumlibet defensare intendentes, quibuscunque personis ius suum conservare volumus, et pacem diu desideratam, et antea toti terrae necessariam per universas regni partes habendam regia auctoritate indicimus [3]). Qualiter autem eadem pax tenenda sit et servanda, in subsequentibus declarabitur evidenter. § 1. Si quis hominem intra pacem constitutum occiderit, capitalem subeat sententiam, nisi per duellum hoc probare possit, quod vitam suam defendendo illum occiderit [4]). Si autem omnibus manifestum sit, quod non necessario, sed voluntarie illum occiderit, tunc neque per duellum, neque quolibet alio [5]) modo excusabitur [6]), quin capitali damnetur sententia. Si vero violator pacis a facie iudicis fugerit, res eius mobiles a iudice in populum publicentur et dispensentur [7]), heredes autem sui hereditatem, quam ipse tenebat, recipiant tali conditione interposita, ut iureiurando spondeant, quod ille violator pacis nunquam de cetero ipsorum voluntate aut consensu aliquod emolumentum inde percipiat. Quodsi heredes, neglecto postmodum iuris rigore, hereditatem ei dimiserint, comes eandem hereditatem regiae ditioni assignet, et a regio iure beneficium suscipiant. §. 2. Si quis alium intra pacis edictum vulneraverit, nisi in duello, quod vitam [8]) suam defendendo hoc fecerit, probaverit, manus ei amputetur [9]), et sicut superius dictum est iudicetur, et iudex in causa ipsum et res eius secundum rigorem iustitiae strictius consequatur. §. 3. Si quis aliquem ceperit, et absque sanguinis effusione fustibus percusserit, vel crines eius aut barbam expilaverit, decem libras ei, cui iniuria illata esse videtur, per compositionem impendat, et iudici viginti libras persolvat. §. 4. Si vero temerarius absque percussione eum invadat, eo quod vulgo dicitur cisteros et calida manu, ac verberibus contumeliisque male tractaverit, quinque libras pro tali excessu componat, et iudici pro tali excessu decem libras [10]) persolvat. Quicunque iudici suo pro excessu viginti libras invadiaverit, praedium suum pro pignore illi tradat, et intra quatuor septimanas invadiatam pecuniam persolvat. Quodsi intra quatuor septimanas praedium suum solvere neglexerit, heredes sui, si voluerint, hereditatem recipiant [11]), et comiti intra sex septimanas viginti libras persolvant. Si autem comes eandem hereditatem regiae potestati [12]) consignet, proclamatori etiam damnum restituat, et praedium a rege beneficiali iure obtineat. §. 5. Si clericus de pace violata pulsatus fuerit [13]), aut pacis violatorem in contubernio suo habuerit, et de his in praesentia sui episcopi sufficiente testimonio convictus fuerit, comiti, in cuius comitatu idem clericus hoc perpetraverit, viginti libras persolvat, et de tanto excessu secundum statuta canonum episcopo satisfaciat. Si autem idem clericus inobediens exstiterit, non solum officio et beneficio ecclesiastico privetur, verum etiam tanquam proscriptus habeatur. §. 6. Si iudex populi clamore [14]) aliquem pacis violatorem ad castrum alicuius domini secutus fuerit, dominus, cuius castrum id esse cognoscitur, ad faciendam iustitiam illum producat. Quid si [15]) de sua fuerit diffisus innocentia, et ante conspectum iudicis venire formidaverit, si mansionem in castro habet, dominus eius omnia bona mobilia sub sacramento iudici repraesentet, et eum de cetero in domo sua tanquam proscriptum non recipiat. Si vero mansionem in castro non habuerit, dominus eius secure eum adducere faciat, et postmodum iudex cum populo eum tanquam pacis violatorem persequi non desistat. §. 7. Si duo homines pro uno beneficio contendunt, et unus super eodem beneficio investitorem producit, illius testimonium, quum investitor donum investituras recognoscit [16]), comes primo recipiat, et si idem probare poterit idoneis testibus, quod absque rapina hoc idem beneficium habuit, remota controversiae materia id obtineat. Quodsi de rapina praesente indice convictus fuerit, rapinam dupliciter solvat, beneficio vero careat, nisi iustitia et iudicio dictante illud in posterum requirat. §. 8. Si tres vel plures contendunt de eodem beneficio, producentes utrinque [17]) diversos investitores, iudex, in cuius praesentia causa ventilatur, a duobus requirat boni testimonii hominibus, in provincia eorundem litigatorum commorantibus, per sacramentum, quod iuraverint, quis illorum absque rapina eius beneficii possessor exstiterit, et cognita ex ipsorum testimonio rei veritate, possessor beneficium suum quiete obtineat, nisi iudicio et iustitia dictante alter de manu sua illud eripiat. §. 9. Si rusticus militem de violata pace pulsans manu sua iuraverit, quod non de [18]) voluntate sua, sed de [18]) necessitate hoc fecit, manu militari se miles expurgabit. §. 10. Si miles rusticum de violata pace pulsaverit, et manu sua iuraverit, quod non voluntate, sed necessitate hoc fecit, de duobus unum rusticus eligat, an divino, an humano iudicio innocentiam suam ostendat, aut septem testibus idoneis, quos iudex elegerit, se purget. Si miles adversus militem pro pace violata aut aliqua capitali causa duellum committere voluerit, facultas pugnandi ei non concedatur, nisi probare possit, quod antiquitus ipse cum parentibus suis natione legitimus miles exsistat. §. 10. Post natalem sanctae Mariae unusquisque comes septem boni testimonii viros sibi eligat, et de qualibet provincia cum ipsis sagaciter disponat, et quanto pretio secundum qualitatem temporis sit annona vendenda, utiliter provideat. Quicunque vero contra deliberationem ipsius intra anni terminum altius modium et carius vendere praesumserit, tanquam violator pacis habeatur, et totidem viginti libras comiti exsolvat, quanti modios sive maldios [19]) altius vendidisse convictus fuerit. §. 11. Si quis rusticus arma, vel lanceam portaverit,

---

[1]) Romanorum *Rehd.*, *Aug. I.*, *Hamb.* — [2]) *Aug. I. II.*, *Hamb.*, *Cui.*; *vulg.* sublimare. — [3]) inducimus *Hamb.* — [4]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*; *al.* occidit. — [5]) alio *om. Rehd.*, *Hamb.* — [6]) se excusabit *Rehd*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.* — [7]) et dispensentur *om. Hamb.* — [8]) *Aug. I. II.*; nisi duello quod vitam *Rehd.*; non duello quod vitam *Schw.*; nisi duello vitam *Hamb.*; nisi quod in duello et vitam *vulg.* — [9]) amputentur *Rehd.*, *Aug. I.* — [10]) componat — libras *om. Aug. I.*, *Schw.*, *Hamb.* — [11]) percipiant *Hamb.* — [12]) maiestati *Rehd.*, *Hamb.* — [13]) *Cui.*; *vulg.* fuerit id est notatus et proscriptus fuerit. — [14]) ad clamorem populi *Hamb.* — [15]) *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Cui*; quod si *Rehd.*, *Hamb.*; *al.* quid si. — [16]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*; *al.* cognoscit. — [17]) uterque *Rehd.*, *Hamb.* — [18]) de *om. Rehd.*, *Hamb.* — [19]) sive maldios *om. Rehd.*, *Aug. I.*

verit, vel gladium, iudex, in cuius potestate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti solidos pro ipsis recipiat a rustico. §. 12. Mercator negotiandi causa per [1]) provinciam transiens [2]), gladium suum suae sellae alliget, vel super vehiculum suum ponat, non ut quem [3]) laedat innocentem, sed ut a praedone se defendat. §. 13. Nemo retia [4]), aut laqueos, aut alia quaelibet instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi ad ursos, apros, vel lupos capiendos. §. 14. Ad palatium comitis nullus miles ferat arma, nisi rogatus a comite. §. 15. Publici latrones et convicti, antiqua damnentur sententia. §. 16. Quicunque advocatiam suam vel aliquod aliud beneficium inordinate [5]) tractaverit, et a domino suo admonitus non resipuerit, et in sua perdurans [6]) insolentia, ordine iudiciario tam advocatia, quam beneficio exutus fuerit, si postmodum suum temerario advocatiam vel beneficium invaserit, pro violatore pacis [7]) habeatur. §. 17. Si quis quinque solidos, aut valentiam [8]) vel amplius [9]) fuerit furatus, laqueo suspendatur, si minus, scopis et forcipe excorietur et tundatur [10]). §. 18. Si ministeriales alicuius domini inter se guerram habuerint, comes sive [11]) iudex, in cuius regimine eam fecerint, per [12]) leges et iudicia eos [13]) prosequatur. §. 19. Quicunque per terram transiens equum suum pabulare voluerit, quantum propinquius [14]) secundum viam stans in loco amplecti potuerit, ad refectionem et reparationem [15]) equi sui, impune ipsi equo porrigat. Licitum sit etiam ipsi uti herba, et viridi sylva [16]) sine vastatione et noxa qualibet [17]) utatur pro sua commoditate et usu necessario.

TIT. XXVIII.

HIC FINITUR LEX. INCIPIUNT CONSUETUDINES REGNI.

Domino guerram faciente alicui, si sciatur, quod iuste, aut cum [18]) dubitatur, vasallus eum adiuvare tenetur. Sed cum palam est, quod irrationabiliter eam facit, adiuvet eum ad eius defensionem. Ad offendendum vero alium [19]) adiuvet, si vult; sed si eum adiuvare noluerit, non tamen feudum amittet secundum Obertum et Gerardum [20]). Alii vero sine distinctione dicunt, semper debere eum adiuvare. Sed Obertus et Gerardus utuntur eo argumento, quod, quemadmodum dominum excommunicatum vel a rege bannitum non est obligatus vasallus ad adiuvandum vel servitium ei praestandum, immo solutus est interim sacramento fidelitatis, nisi ab ecclesia vel a rege fuerit restitutus, ita nec istum iniuste guerram alicui facientem.

§. 1. Ad hoc, quantocunque tempore steterit vasallus, quod domino non servierit, secundum usum Mediolanensium beneficium non amittit, nisi servitium facere renuerit, vel nisi a domino ei denunciatum fuerit, et ille, quum potuerit, diu steterit, quod servitium nullum ei fecerit. Bonus tamen iudex varie ex personis causisque definiet. Finge [21]) vasallum remotum esse vel propinquum, paratum esse vel non, dominum guerram habere vel non, utrum [22]) magnam vel parvam, et an nunciavit ei dominus vel non, haec omnia vertuntur in cognitione causae, et promtiores [23]) sumus ad absolvendum, quam ad condemnandum. Tu tamen scias, quod, si vasallus sciat, dominum obsideri vel aliter ei mortem imminere, et, quum potuerit, ei non nunciaverit, vel [24]) etiam sine nuncio eum non adiuverit, feudo privabitur.

§. 2. Si vasallus in feudo aliquod aedificium fecerit, vel ipsum sua pecunia melioraverit, et contigerit postea, ut vasallus sine filio masculo decedat, dominus aut patiatur aedificium auferri, aut solvat pretium meliorationis. Idem dico, si pretio servitutem feudo [25]) acquirat. Quidam alii dicunt, omnino ad dominum pertinere.

§. 3. His consequenter dicitur, quod, si vasallus decedat sine herede masculo [26]), et contingat feudum ad dominum reverti, sic distinguitur, quod, si ante Martium, omnes fructus illius anni ex feudo provenientes ad dominum pertinebunt, si vero post Kalendas Martii usque ad Augustum, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes vasalli pertineant, si vero post Augustum, omnes fructus anni percipiet dominus. Quidam tamen dicunt, quocunque tempore anni decedat, omnes pendentes [27]) fructus ad dominum pertinere.

§. 4. Contra omnes debet vasallus dominum adiuvare, etiam [28]) contra fratrem et filium [et patrem [29])], nisi contra alium dominum antiquiorem; hic enim ceteris est praeferendus.

TIT. XXIX.

DE FILIIS NATIS EX MATRIMONIO AD MORGANATICAM CONTRACTO.

Quidam habens filium ex nobili coniuge, post mortem eius non valens continere, aliam minus nobilem duxit; qui nolens existere in peccato eam desponsavit ea lege, ut nec ipsa, nec filii eius amplius habeant de

---

[1]) per *om. Rehd., Aug. I.* — [2]) *Rehd., Aug. I. II., Hamb.*; *al.* pertransiens. — [3]) ne unquam *Rehd.* — [4]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Cui.*; *al. add.* sua. — [5]) *Schw., Cui.*; *vulg.* inornate. — [6]) perseverans *Rehd., Aug. I. II., Hamb.* — [7]) *Rehd., Aug. I., Schw., Hamb.*; *al. om.* pacis. — [8]) *Schw.*; *vulg.* quinque solidos valens; solidos aut valens *Rehd., Aug. I. II., Cui.* — [9]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui.*; *vulg.* aut plus. — [10]) tondeatur *Aug. I. II., Cui.*; tondatur *Rehd., Hamb.* — [11]) comes sive *om. Rehd.* — [12]) per *om. Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui.* — [13]) *Rehd.*; iudicia exinde *Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui.*; *al* iudicia ex ratione. — [14]) secundum viam propinquius stans *Hamb.*; propinquo *habet Cui., Bk.* — [15]) et reparationem *om. Hamb.* — [16]) *Hamb.*; *vulg* sylva et. — [17]) *Rd I.*; vastatione et noxa qualibet *Aug. I.*; vastatione et nova qualibet *Aug. II.*; vastatione et novis quelibet *Rehd.*; vast. et non a quibus *Hamb.*; vastat. qualibet (*om. reliquis*) *Schw., Bk*; *al.* vast. aliqua qualibet. — [18]) cum *om. Rehd., Aug. I., Schw., Cui.* — [19]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Cui.*; *al. add.* non. — [20]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Cui.*; *al.* Obertum de Orto et Gerardum Capagistum. — [21]) *Rehd., Aug. I. II., Hamb.*; *vulg.* definiet et finget; et finge *Cui., Bk.* — [22]) *Hamb., Cui.*; *vulg.* utrum etiam. — [23]) proniores *Schw., Cui.* — [24]) ei non nunciaverit vel *om. Rehd., Aug. I., Schw., Hamb.* — [25]) fundo *Rehd., Hamb.* — [26]) sine herede masculo *om. Rehd., Aug. II., Hamb.* — [27]) procedentes *Aug. I.*; pendentes *om. Hamb.* — [28]) *Hamb.*; *vulg.* et. [29]) et patrem *om. Cui., Bk., nec glossa* et patrem *tueri videtur*; etiam contra patrem et filium *habet Hamb.*

de bonis patris, quam dixerit tempore sponsaliorum, verbi gratia decem libras, vel quantum voluerit dare [1]), quando eam desponsavit, quod Mediolanenses dicunt accipere uxorem ad morganaticam, alibi lege Salica; hic filiis ex ea susceptis decessit. Isti in proprietatem non succedunt, aliis exstantibus, sed nec in feudo, etiam aliis non exstantibus [2]), qui [3]) licet legitimi sint, tamen in beneficio minime [4]) succedunt. In proprietate vero succedunt patri, prioribus non exstantibus [5]), succedunt etiam fratribus sine legitima prole decedentibus, secundum usum Mediolanensium.

TIT. XXX.

DE FEUDO FEMINAE.

Si femina habens feudum decesserit, quia femineum est feudum et sine pacto speciali, deficientibus filiis masculis ad filias pertinebit. Obertus et Gerardus [6]). Alii vero dicunt, nisi per pactum speciale ad eas non pertinere, sicut si datum esset masculo [7]), quia si ideo, quod est femineum, sine pacto transit in feminas, eadem ratione, quia est femineum, transire debet [8]) in femineam prolem, etiam masculis exstantibus, quod falsum est. Ex hoc illud descendit, quod dicitur, clericum nullo modo in beneficium paternum debere [9]) succedere, etiamsi postea hunc habitum postposuerit [10]). Idem in omnibus, qui habitum religionis [11]) assumunt, ut conversi. Hi enim nec postea in feudo succedunt, et si quod habent, perdunt.

TIT. XXXI.

SI VASALLUS FEUDO PRIVETUR, CUI DEFERATUR.

Vasalli feudum delinquentis, licet ad agnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus adspirabit, nisi id iterum a domino licite acquirat sibi [12]) gratiam faciente, verbi gratia si non sunt alii ex latere, quibus aperiatur. Ad eius petitionem admittuntur, qui quarto gradu sunt remoti ab eo, qui id acquisivit, et etiam usque ad infinitum, dum tamen hos constet ab eo per masculos descendisse.

TIT. XXXII.

QUI TESTES SUNT NECESSARII AD NOVAM INVESTITURAM PROBANDAM.

Sive clericus, sive laicus sit dominus, ad probandam novam investituram semper pares curiae [13]) sunt necessarii, et si sine eis facta sit investitura; etiamsi dominus confiteatur factam, quia tamen sine hac solennitate facta est, non valet, etiamsi probari possit per breve testatum. Sed si alii contra testantur, etsi dominus confiteatur factam, decurrens postea ad solennitatem consuetudinis non audiatur, sed tale habeatur, ac si pares adfuissent, sed alii, etiamsi probari possit per breve testatum, ut Obertus et Gerardus, nisi a paribus curiae [14]) fuerit confirmatum. Consules tamen Mediolanenses nuper [15]) quibusdam [16]) contra rescripserunt, in quo fere omnes Mediolanenses consenserunt et consentiunt, ut breve testatum non a paribus, sed ab aliis confirmatum sufficiat ad probandam novam investituram. Novam investituram dico, quando feudum primo quaeritur. De veteri autem beneficio investiturae, quae fit a domini successore, vel vasalli [17]) successore, etiam extranei recipiuntur ad testimonium, praeter feminas, secundum usum Mediolanensium. Istae enim nec in causis feudi, nec aliorum [18]) recipiuntur ad testimonium, ceteri autem recipiuntur in omnibus, quae ad causas feudi pertinent, praeterquam de nova investitura.

TIT. XXXIII.

DE CONSUETUDINE RECTI FEUDI.

Sciendum est itaque, feudum acquiri investitura, successione, vel eo, quod habeatur [19]) pro investitura, ut ecce si dominus alicui coram paribus curiae [20]) dixerit: Vade in possessionem illius fundi, et teneas illum pro feudo. Licet enim non intercessisset investitura, tamen tale est, ac si intercessisset, quia ille eius [21]) voluntate possessionem fundi [22]) nactus est feudi nomine. Inde etiam dicitur, quod, si aliquis [23]) probaverit, se aliquid nomine beneficii aliquo tempore tenuisse domino praesente, et non contradicente, et servitium eius quasi a vasallo recipiente, licet non probet investituram, veruntamen obtinebit praestito iuramento, nisi aliud [24]) contra inducatur [25]). §. 1. Quod autem dictum est, ut per pares probetur investitura, intelligendum est de eo domino, qui alios habet vasallos, ceterum sufficiunt extranei, nec dicatur ideo [26]) investituram [27]), ubi sine paribus

---

[1]) dicere *Hamb.* — [2]) *Rehd.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al.* existentibus. — [3]) quia *Hamb.* — [4]) nullatenus *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Hamb.* — [5]) *Rehd.*, *Hamb.*; *al.* existentibus. — [6]) pertinebit secundum Obertum et Gerardum *Rehd.* — [7]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al.* filio masculo. — [8]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al.* transit. — [9]) debere *om. Hamb.* — [10]) *Rehd.*, *Hamb.*, *Cui.*; *vulg.* posteaquam habitum religionis assumserit, postposuerit. — [11]) religionis *om. Hamb.* — [12]) scilicet *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Cui.* — [13]) curtis *Aug. I. II.*, *Hamb.* — [14]) curiae *om. Rehd.*, *Aug. I.*, *Hamb.* — [15]) *Rehd.*, *Aug. I.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al.* nuper in. — [16]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Cui.*; *al.* quibus omnia. — [17]) *Aug. II.*; *vulg.* vasallo. — [18]) nec in aliis *Hamb.* — [19]) habetur *Hamb.*; sit *Rehd.* — [20]) coram curia *Aug. II.*, *Hamb.* — [21]) ille tua *Hamb.* — [22]) fundi *om. Aug. I*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui.* — [23]) *Rehd.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al.* alius. — [24]) aliquid *Hamb.* — [25]) iudicatur *Rehd.*; iudicatum fuerit *Schw.* — [26]) *Rehd.*, *Aug. I.*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al om.* ideo. — [27]) investitura *Rehd*, *Hamb*

paribus facta est, non [1]) valere, quoniam tunc temporis aberant pares, quia, etiamsi absint, tamen exspectandi fuerint [2]). §. 2. Sacramentum non semper est dandum possidenti, sed quandoque possidenti, quandoque petenti, quandoque neutri [3]); et cum alicui horum datur, ita demum datur, si aliquid pro eo sit, quod iudicem moveat. Ubi nihil est, quod faciat pro aliquo eorum, praeter possessionem solam, tunc secundum quod iudici melius visum fuerit aut possidenti dabitur sacramentum, aut actore nihil probante, qui convenitur, etiamsi nihil praestiterit [4]), obtinet. Et cum datur, aut datur a iudice, aut a parte; si a parte, aut subeat cum duodecim sacramentalibus secundum inferiorem distinctionem, aut referat pars, cui delatum est; si a iudice, iuret ille, cui delatum est, cum duodecim sacramentalibus [5]), vasallus cum sex [6]) parentibus [7]), ceteros si vult habeat extraneos, dominus vero si vult cum parentibus aut cum vasallis solis, aut cum parentibus [8]) vel cum extraneis mixtis parentibus vel [9]) vasallis. Et iurabit vasallus semper [10]) sine mentione conscientiae, dominusque [11]) de suo facto similiter, de facto vero patris, vel avi, aut alterius ascendentis iuramento conscientia praeponetur [12]). [*Quidam tamen dicunt, non quidem conscientiam esse praeponendam* [13]).] §. 3. In quibus [14]) etiam causis sacramentum calumniae a domino [15]) non exigetur; quod nuper rex Fridericus in Roncalia [16]) constituit, ut [17]) vasallus calumniae sacramentum a domino non exigat. Quod etiam a parte domini intelligendum est, ut, quod quisque iuris in alium statuit, ipse eodem iure utatur. §. 4. Similiter vasallus dominum accusare, vel testimonium contra eum reddere non debet [18]) in civili causa [19]) aut criminali. Quidam tamen dicunt, in criminali non licere, in civili modica [20]) licere. In quibus si contra fecerit, feudo privabitur. §. 5. Si [21]) inter dominum et vasallum controversia sit de beneficio, possidente domino, et vasallo in probatione deficiente, qui convenitur nullo praestito sacramento [22]) absolvatur; vasallo vero possidente, et actore in probatione deficiente, si longa sit vasalli possessio, eius iuramento causa finiatur. Ubi vero nova est possessio, sacramentum ei non praestabitur, sed domino deferetur, nisi aliud faciat pro possidente.

TIT. XXXIV.

DE LEGE CONRADI.

Lex Conradi de beneficiis [23]), quae dicit: Si inter capitaneos controversia sit, coram rege finiatur, si inter valvasores, coram paribus curiae, Mediolani non tenetur, sed talis distinctio ibi observatur, quia, si inter duos, quicunque fuerint, de beneficio regali controversia fuerit, quorum uterque a rege se dicit [24]) investitum fuisse, tunc causa coram eo decidatur, ceterae vero causae apud pares curiae. §. 1. Si [25]) inter pares duos de aliquo beneficio controversia sit, quorum uterque suum feudum proprium esse dicat, sive asserant eundem investitorem, sive diversos, coram iudice vel arbitro finiatur. Sed cum unum producunt investitorem, si possidenti sine fraude dominus guarentare voluerit [26]), ipse obtinebit, nisi adversarius contra aliquid in luxerit §. 2. Ex eadem lege descendit, quod dominus sine voluntate vasalli feudum alienare non potest. Quod Mediolani non obtinet. Ibi enim sine curia etiam beneficium totum recte alienatur, dum tamen aut aequali domino, aut maiori vendatur. Inferiori vero sine vasalli voluntate non licet partem alienare, etiam maiore retenta parte alia feudi; verbi gratia est vasallus, qui ab eodem domino in pluribus locis feudum tenet; si [27]) partem feudi in uno loco vendat, in alio sibi retineat [28]), iste non debet emtori servire, sed per priorem dominum totum beneficium recognoscere. Cum curia vero cuicunque beneficium, etiam rustico, et sine vasalli voluntate, potest, dum tamen non totum alienet [29]). Obertus. Quidam autem dicunt, ut Gerardus, non valere, si fiat inferiori. §. 3. Similiter nec vasallus feudum sine voluntate domini alienabit. In feudum tamen recte dabit, si secunda persona sit talis, quae feudum [30]) servire possit, ut, si dans miles est, et ille, qui accepit feudum, inveniatur miles, ad hoc, ut feudum si contigerit, domino similiter servire ut et prior possit, Et hoc ut [31]) dare liceat in infinitum. In quibusdam tamen curiis ultra tertiam personam feudi concessio non extenditur, ut quum feudum pervenit in quartam personam, ei auferre dominus possit [32]). Profecto ille, qui suum beneficium alii dat in feudum, non debet alia lege dare, nisi qua ipse habeat, ut si habeat sibi suisque heredibus (quod intelligi debet de solis masculis), non debet alii dare, ut habeat ipse et sui heredes, masculi et feminae. Unde quibusdam placet, quod qui taliter dedit, eo ipso [33]) beneficium amittit [34]). Gerardus et alii dicunt, quod qui dedit, et cui datum est, beneficium perdit. Secundum alios vero tunc domino aperitur, quum masculi defecerint. §. 4. Si fuerit inter dominum et vasallum de beneficio controversia, domino dicente: Hoc, quod tenes in feudum, a me habes, ille vero negaverit prorsus, si quidem probatum fuerit, ipsum ab eo auferatur. Sed cum dubitanter responsum fuerit: Nescio, minime, secundum quosdam, sed secundum alios tunc demum privabitur, si fraudulenter, id est sciens, hoc negaverit.

---

[1]) *Rd. I. et coni. Cui.; vulg. om.* non. — [2]) *Cui.; vulg.* sunt. — [3]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Hamb.; al. add.* datur. — [4]) *Rehd., Aug. I. II., Hamb., Cui.; al.* praestiterit reus tamen absolvitur vel. — [5]) *Aug. II., Schw.*; cum duodecim vasallus *Aug. I.*; *vulg.* cum duodecim vasallis. — [6]) septem *Hamb.* — [7]) paribus *Rehd., Aug. I., Schw., Hamb.* — [8]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui.*; *al. add.* vasalli. — [9]) extraneis mixtis parentibus vel *om. Schw.*; vel cum extraneis mixtis vel *Cui., Bk.* — [10]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui.; al. om.* semper. — [11]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Cui.*; *al.* dominus quoque. — [12]) conscientia solum proponetur *Aug. II.*; conscientiam solam apponet *Aug. II., Schw., Cui., Bk.*; conscientia proponetur *Rehd., Hamb.* — [13]) *Hanc sententiam, ex glossem, sine dubio ortam, om. Cui.* — [14]) quibusdam *Hamb.* — [15]) dominis *Hamb.*; a domino *om. Aug. I. II.* — [16]) *Aug. I. et Cui. in marg., Bk.*; *vulg.* Romandiola, *sed aliae quoque nominis formae in codd. apparent*; *in Hamb. hoc nomen deest.* — [17]) Fredericus fecit, constituit enim ut *Hamb.* — [18]) potest *Aug. II., Schw., Hamb., Cui.* — [19]) *Aug. II., Cui.*; *vulg. add.* modica. — [20]) *Aug. II., Cui.*; *vulg. om.* modica. — [21]) *Aug. I. II., Cui.*; *vulg.* Item si. — [22]) iuramento *Hamb.* — [23]) *Rehd., Aug. I. II., Hamb., Cui.*; *al.* beneficio. — [24]) asserit *Rehd., Hamb.* — [25]) *Rehd., Hamb., Cui.*; *vulg. add.* autem. — [26]) *Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui.*; *al.* si possidenti dominus guarentizare voluerit. — [27]) dominus *add. Aug. II.* — [28]) *Rehd., Aug. I. II., Hamb.*; *vulg.* sibi teneat. — [29]) *Rehd., Hamb., Cui.*; *al.* alienetur. — [30]) *Aug. I. II., Schw., Cui.*; in feudum *Hamb.*; *al.* feudo. — [31]) ut *om. Cui., Bk.* — [32]) ei auferri possit *Rehd., Aug. I., Schw.* — [33]) placet ut eo ipso (*om.* qui taliter dedit) *Rehd., Aug. I. II., Hamb., Cui.* — [34]) feudum amittant *Hamb.*

TIT. XXXV.

DE CLERICO, QUI INVESTITURAM FACIT.

Clerico investituram faciente de suis bonis, eius successor omnifariam cogitur eam adimplere, quumque de bonis ecclesiae eam fecerit, si possessio rei pro beneficio investitae [1]) penes eum fuerit, ipse et eius successor ipsam adimpleant, quod etiam in laicis contingit. Ubi vero de alterius feudo fecerit investituram, si quidem pure, non valeat, sed si sub tempore vel conditione, quo feudum sibi aperiatur, valebit investitura etiam sine voluntate vasalli facta. Si tamen ante decesserit investitor, quam feudum ad eum revertatur, successor non cogitur eam habere ratam, quum autem [2]) se vivente feudum apertum fuerit, possessionem tradat, et investituram adimpleat. Et ideo sciendum est, archiepiscopum Mediolanensem non posse dare in feudum, quod tempore introitus sui in dominico inveuerit, sed si ei postea feudum aperiatur, ipsum recte dabit. Profecto alii episcopi et clerici ea, quae in dominico habent, et feuda his aperta olim dederunt [3]), et hodie dant.

TIT. XXXVI.

AN MUTUS VEL ALIAS IMPERFECTUS FEUDUM RETINEAT.

Mutus et surdus, coecus, claudus, vel aliter imperfectus, etiamsi sic natus fuerit [4]), totum feudum paternum retinebit. Obertus et Gerardus, et multi alii. Quidam tamen dicunt, eum, qui talis natus est, feudum retinere non posse, quia ipsum servire non valet. Sic dicimus in clerico, et in femina, et in similibus.

TIT. XXXVII.

AN ILLE, QUI INTERFECIT FRATREM DOMINI SUI, FEUDUM AMITTAT.

Si quis interfecerit fratrem domini sui, non ideo beneficium amittit [5]), sed si fratrem suum interfecerit ad hoc, ut totam hereditatem habeat, vel aliam feloniam commiserit; verbi gratia hominem tradendo, ut in curia amplius stare non possit, privabitur beneficio, quia tamen erga dominum non fuerit facta, ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, si paternum fuerit, eodem prorsus observando quantum ad ordinem gradus, qui continetur in legibus. Quum autem ad dominum respicit felonia, feudum tunc domino aperitur.

§. 1. Non cogitur vasallus omnino secundum usum Mediolanensem dominum adire, et servitium *ei* offerre, sed quum nunciatum ei fuerit, tunc domino, si potest, serviat.

TIT. XXXVIII.

DE VASALLO, QUI CONTRA CONSTITUTIONEM LOTHARII REGIS BENEFICIUM ALIENAVIT.

Si vasallus [6]) contra constitutionem Lotharii regis beneficium alienaverit, si totum, perdet totum [7]), si partem, partem perdet, et ad dominum revertetur [8]). Et ideo, si contra unum dominorum, quorum communis vasallus erat, fecerit feloniam, eum forte cucurbitando, eius solius parte privabitur, et si voluerit unius solius partem refutare, aliis sibi reservatis, hoc facere poterit, quia vasallus etiam sine domini voluntate recte feudum refutare potest, post refutationem tamen ad serviendum quidem [9]) non tenetur, sed tum offendere non debet.

TIT. XXXIX.

DE ALIENATIONE PATERNI FEUDI.

Alienatio feudi paterni non valet etiam domini [10]) voluntate, nisi agnatis consentientibus, ad quos beneficium quandoque [11]) sit reversurum, nec in filiam vasallus feudum poterit confirmare, agnatis non consentientibus vel postea ratum non habentibus. Et [12]) licet prohibeatur beneficii alienatio, inter agnatos tamen, si paternum fuit, conceditur [13]) et si libellum unus alteri fecerit de feudo paterno, non est libellus, sed quasi refutatio.

§. 1. Si inter dominum et vasallum de beneficio fuerit controversia, coram paribus finiatur. Ubi autem dicit vasallus, prius de suo recto feudo debere se a domino investiri, si quidem sine controversia de alio sit vasallus, indubitanter primo investiendus est, et postea [14]) cognoscendum est, quod sit suum rectum feudum, aut quod non. Sed si nihil aliud ab eo tenet pro beneficio, nisi de quo controversia est, tunc tota causa prius ventilanda est, et sic videndum, utrum postea investiendus sit.

§. 2.

---

[1]) *Aug. I. II., Schw., Cui.*; *al.* investiturae. — [2]) *Hamb.*; *vulg.* aut cum; at cum *Bk.* — [3]) *Rehd., Cui.*; *vulg.* dederant; dederint *Hamb.* — [4]) etiamsi — fuerit *om. Aug. II., Rehd., Hamb.* — [5]) perdit *Rehd., Aug. II., Schw., Hamb.* — [6]) Vasallus qui *Hamb.* — [7]) si totum alienavit, totum perdet *Hamb.* — [8]) *Rehd., Schw., Hamb.*; *al.* revertatur. — [9]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Cui.*; *al. om.* quidem. — [10]) de domini *Rehd., Hamb.* — [11]) quandoque *om. Rehd., Hamb.* — [12]) Sed *Bk.* — [13]) *Rehd., Aug. I. II., Schw.*; concedetur *Hamb.*; *vulg.* concederetur. — [14]) prius *Aug. II., Hamb.*

§. 2. Non est consuetudo Mediolani, ut de felonia aut de infidelitate pugna fiat, licet contrarium sit, quod praecipit lex Longobardorum [1]), ut de infidelitate pugna fiat.

§. 3. Si a morte vasallus dominum liberare potuerit, et non fecerit, beneficio carebit, sed licet potuerit facere, ne dominus in peccatum praecipitaretur, veluti periurium, non tamen feudo privandus erit.

TIT. XL.

DE CAPITULIS CONRADI.

Haec sunt capitula, quae rex Conradus fecit in Roncalia [2]) de beneficiis. Constituit enim, ut, si post mortem domini vasallus, vel post mortem vasalli heredes [3]) eius per annum et diem steterint [4]), quod dominum vel heredem eius non adierint [5]), fidelitatem pollicendo et investituram petendo, si tale sit beneficium, ut fidelitas sit praestanda, ipsum perdant, sicut et antiquitus consuetudo fuit, sed non Mediolani. §. 1. Praeterea ut liceat dominis omnes alienationes feudi factas nulla obstante praescriptione revocare. §. 2. Similiter in petendis hostenditiis. Hostenditiae dicuntur adiutorium, quod faciunt dominis Romam [6]) cum rege in hostem pergentibus vasalli, qui cum eis non vadunt; verbi gratia in Lombardia de modio XII. denarios, in Theutonica terra [7]) tertiam partem fructuum, facta computatione fructuum solummodo eius anni, quo hostem faciunt. §. 3. Item [8]) si clericus, veluti episcopus, abbas [9]), beneficium habens a rege datum non solummodo personae, sed [10]) ecclesiae, ipsum propter suam culpam perdat, eo vivente, et ecclesiasticum [11]) honorem habente, ad regem pertineat, post mortem vero eius ad successorem eius revertatur.

TIT. XLI.

DE CONTROVERSIA INTER MASCULUM ET FEMINAM DE BENEFICIO.

Item sciendum est, quod, si inter masculum et feminam controversia fuerit, masculo dicente, hoc est feudum [12]), femina negante, nisi apertis probationibus femina ostenderit, non esse feudum, creditur masculo suo [13]) inramento affirmanti cum duodecim sacramentalibus. §. 1. Sed si inter dominum et feminam, domino dicente feudum, femina negante, probationibus deficientibus detur feminae sacramentum. §. 2. Item si sit inter dominum et emtorem feudi, si emtor dicat, non esse feudum, domino in probatione deficiente, sacramenta emtoris finiatur. Quidam tamen distinguunt, ut, si magna eorum pars, quae vasallus ibi tenebat, feudum sit, detur domino sacramentum, alibi feminae.

TIT. XLII.

DE CONTROVERSIA INTER DOMINUM ET EMTOREM FEUDI.

Domino cum emtore feudi agente, si vasallus iurare poterit, quod ignorans esse beneficium vendidisset, credens proprium, electioni emtoris committitur, utrum domino velit ipsum cedere, an vasallo restituere. Obertus dicit, omnia vasallo restituenda [14]). §. 1. Quo [15]) restituto, id beneficium vasallus retinebit, non nocente [16]) venditione, eo quod ignorans alienavit, et quod dicitur, alienatione feudum aperiri domino, intelligendum est, cum a scientibus venditur [17]) beneficium. Et quod dicitur de venditione, idem est in omnibus alienationibus.

TIT. XLIII.

DE CONTROVERSIA INTER VASALLUM ET ALIUM DE BENEFICIO.

Si controversia inter vasallum et alium de beneficio fuerit, adversario proprietatem totius, vel partem [18]), vel servitutem [19]), vel aliud aliquod ius sibi vindicante, causa per vasallum etiam domino absente quasi propria ad finem perducatur. Ipse enim solus utiliter agendi et excipiendi habet potestatem, et si pro eo aut contra eum iudicatum fuerit, vel cum adversario transegerit, dummodo fraudulenter factum [20]) non sit, etiam si post beneficium domino aperiatur, tale erit, ac si eo causam agente iudicatum fuisset, et ideo ab eo ratum haberi oportebit [21]).

TIT. XLIV.

QUID IURIS, SI POST ALIENATIONEM FEUDI VASALLUS ID RECUPERAVERIT.

Praeterea si vasallus ante constitutionem Lotharii regis feudum alienaverit, quod in quibusdam curtis pro parte, in quibusdam pro toto olim licebat, et ipsum postea recuperabat, pro feudo sibi retinebat hoc est, in causam feudi recadebat. Hodie autem, si ipsum alienaverit, si quidem illicite, licet postea recuperaverit, tamen

[1]) lex Corradi *Aug. I.* — [2]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*; *vulg.* Romandiola — [3]) heres *Rehd.*, *Hamb.* — [4]) steterit *Rehd.*, *Hamb.* — [5]) adierit *Rehd.*, *Hamb.* — [6]) *Rehd.*, *Cui.*; *vulg.* Romani; Romam *om. Hamb.* — [7]) terra *om. Hamb.* — [8]) t iterum *Rehd.*, *Aug. I.*, *Hamb* — [9]) vel abbas *Aug. I.* — [10]) sed etiam *Aug. I.* — [11]) *Rehd.*, *Aug. II.*, *Schw.*, *Hamb.*; *al.* eccles. beneficium vel. — [12]) hoc est meum *Hamb.*; hoc est feudum meum *Rehd.* — [13]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al.* cum suo. — [14]) Obertus — restituenda *om. Rehd.*, *Aug II*, *Hamb* — [15]) eoque *Rehd.*, *Aug. II.* — [16]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui*; *al.* nocente nec obstante — [17]) alienatur *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Cui.* — [18]) partis *Hamb.* — [19]) *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al. om.* vel servitutem. — [20]) *Rehd.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al.* actum. — [21]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al.* oportet.

tamen penes eum non remanebit, utpote domino, ad quemcunque pervenerit, apertum. §. 1. Profecto si domini voluntate vendiderit, vel [1]) per libellum, vel aliter alienaverit, si idem postea recuperaverit feudum [2]), penes eum remanebit, non iure beneficii, sed aut iure proprio, aut iure libelli [3]), aut aliter, secundum quod idem recuperaverit, dummodo scias, quod, si ad libellum domini voluntate id dederit, si quidem pro libello ei datur singulis forte annis, et hoc iure feudi censebitur. Illud vero ius, quod per libellum transtulerit, et postea recuperaverit, pro beneficio non tenebit, sed velut alterius rei datae per libellum, si [4]) feudum domino efutaverit, libellum retinebit.

TIT. XLV.

AN AGNATUS VEL FILIUS DEFUNCTI POSSIT RETINERE FEUDUM REPUDIATA HEREDITATE

Si contigerit vasallum sine omni prole decedere, agnatus, ad quem universa hereditas pertinet, repudiata hereditate feudum, si paternum fuerit, retinere poterit nec de debito hereditario aliquid feudi nomine solvere cogitur, sed in fructibus, si quos reliquit [5]), ut de eis debitum solvatur, quo tempore decesserit, secundum quod supra diximus, considerabitur. Ubi vero filium reliquit, ipse non potest hereditatem sine beneficio repudiare, sed aut utrumque retineat, aut utrumque repudiet. Quo repudiato, ad agnatos, si paternum sit, pertinebit, et licet alterum sine altero retinere non possit, agnatis tamen consentientibus poterit dominus eum, si voluerit, quasi [6]) de novo beneficio investire, quo facto licebit ei repudiata hereditate feudum tenere, nullo onere ei hereditario immiuente.

TIT. XLVI.

AN APUD IUDICEM, VEL CURIAM DOMINI QUAESTIO FEUDI DEBEAT TERMINARI.

Ex eo, quod supra diximus, ut, si inter duos de beneficio fuerit controversia, coram iudice vel arbitro finiatur, talis hic fit quaestio. Quodam sine filio decedente, alius, credens beneficium, quod ipse tenebat, apertum domino esse, ab eo investitus est eius beneficii nomine; e contra apparent agnati, qui feudum sibi vindicant quasi paternum. Est igitur quaesitum, an apud curiam domini, vel iudicem sit haec quaestio ventilanda [7])? Et responsum scio, quia ad dominum quodammodo causa spectare videtur, ad quem investitus habebit regressum de evictione, ut coram paribus finiatur curtis [8]), et licet alter per se non possit alterum trahere ad curiae iudicium, generaliter tamen, etiam [9]) si inter duos causa fuerit de beneficio, eos curia vocante, non licebit eorum alicui eius curiae iudicium declinare.

TIT. XLVII.

QUALITER DOMINUS PROPRIETATE FEUDI PRIVETUR.

Ex facto quaesitum scio, et ego a pluribus quaesivi, si dominus contra vasallum apertam feloniam fecerit, an, sicut vasallus feudum debet amittere, ita dominus proprietate privetur? Et quidam dicunt, ex omni felonia, qua vasallus feudo privatur, et dominus proprietate privetur [10]). Alii, non nisi ex magna felonia, alii, ex nulla. Sed prior sententia mihi placet, non habita distinctione, qualis vasallus sit, utrum per sacramentum, vel non.

TIT. XLVIII.

DE FEUDO NON HABENTE PROPRIAM FEUDI NATURAM.

Si quis ea lege alicui feudum dederit, ut ipse, et sui heredes, et cui [11]) ipse dederit [12]), habeant [13])? Respondeo: iste, qui sic accepit, poterit id vendere, vel donare, vel aliter, si sibi placuerit, etiam sine voluntate domini alienare, et ille etiam, cui datum fuerit, non habebit ipsum pro feudo, nisi sicut ei datum est. Sed qualitercunque ei datum fuerit, sive ad proprium, sive ad libellum [14]), licet propriam feudi naturam non habeat, iure tamen feudi censebitur, ut ex his [15]) causis ipsum amittat, quibus et verum feudum. Ubi ergo sic datum est feudum: et cui in feudum dederis, aliud est, et propriam feudi naturam habet.

TIT. XLIX.

---

[1]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb.*, *Cui.*; *al. om.* vel. — [2]) recup. ipsum *Hamb.*; feudum *om. Aug. II.*, *Schw.*, *Cui.* — [3]) sed aut proprio aut pro libello *Rehd.*, *Aug. I II.*, *Schw.*, *Cui.*; set aut proprio aut per libellum *Hamb.* — [4]) *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Schw.*, *Hamb. Cui.*; *al.* etiam si. — [5]) si quos reliquit *om. Rehd.*, *Aug. II.*, *Hamb.* — [6]) quasi *om. Hamb.* — [7]) *Rehd.*, *Aug I. II.*, *Schw*, *Hamb.*; *al.* terminanda. — [8]) curiae *Rehd.*, *Aug. I.*, *Hamb.* — [9]) etiam *om. Hamb.* — [10]) privetur *om. Rehd*, *Hamb.* — [11]) et quibus *Rehd.*, *Aug. I. II.*, *Hamb.* — [12]) ipsi dederint *Hamb.* — [13]) hab, quid obtinere debeat, quaeritur *Aug. II*; hab, quid iuris sit quaeritur *Cui.* — [14]) ad feudum *Hamb.* — [15]) hisdem *Hamb.*

TIT. XLIX.

DE EO, QUI FINEM FECIT AGNATO DE FEUDO PATERNO.

Tres erant agnati vel plures; unus eorum habebat feudum, quod erat paternum, sed alter eorum finem et refutationem ei, suisque heredibus, et cui ipse dederit, fecit; decessit iste sine filio masculo; alter, qui non refutavit, vindicat sibi totum, alter vero, qui refutationem fecit, vult ad successionem venire, pacto non obstante. Sapientes quidem Mediolanenses interrogati responderunt, non obstare illud pactum [1]), nisi feudum omnino refutaverit, vel nisi ad hoc refutaverit, ut dominus eum quasi de novo beneficio investiret. Tunc enim, secuta investitura nova [2]), quasi novum sit feudum, non succedit.

TIT. L.

DE NATURA SUCCESSIONIS FEUDI.

Successionis feudi talis est natura, quod ascendentes non succedunt, verbi gratia pater filio. Inferius vero filius patri succedit, et non filia, nisi ex pacto, vel nisi sit femineum, tunc enim succedit filia matri et patri; secundum quosdam succedit nepos ex filia [3]) solus, et sic usque in infinitum; ex latere omnes per masculos [4]) descendentes, usque in infinitum [5]), si feudum sit paternum. Paternum autem voco, quicunque ex superioribus id acquisivit, dummodo scias, quod, si quis habens beneficium quatuor superstitibus filiis decedat, et feudum ad unum solum ex divisione deveniat, et iste superstitibus filiis duobus vel tribus decedat, qui patrueles dicuntur, et ad unum eorum beneficium [6]) ex divisione perveniat, et similiter iste superstitibus filiis decedat [7]), ad quorum unum feudum similiter pervenit [8]), sicut etiam ex aliis superioribus vel [9]) primis fratribus [10]) supersunt masculi, si ille, qui feudum habet, decesserit nullo filio relicto [11]), an ad omnes, vel ad quos perveniat? quaeritur. Respondeo: ad solos, et ad omnes, qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit. Et hoc est, quod dicitur, ad proximiores pertinere. Isti vero proximiores esse dicuntur respectu aliarum linearum, sed omnibus ex [12]) hac linea deficientibus, omnes aliae lineae aequaliter vocantur.

TIT. LI.

DE CAPITANEO, QUI CURIAM VENDIDIT, AN INTELLIGATUR BENEFICIUM VENDIDISSE.

Quidam capitaneus in quadam curte sua beneficium dedit militibus, et postea eandem curiam [13]) vendidit, non habita mentione beneficii. Controversia est [14]) inter capitaneum et emtorem, dicente emtore, se curiam cum beneficio emisse, domino vero contra dicente, ad eum beneficium non pertinere. Respondetur: illud beneficium in venditione non contineri, nisi expresse de eo actum sit.

§. 1. Quaesitum est apud me [15]): si filius vivente patre dominum offenderit ita, quod feudum amitteret, si pater decessisset, utrum feudum amittat vel non? Secundum istos sic [16]), secundum Gerardum non [17]) et Obertum similiter [18]).

§. 2. Si voluerit vasallus dominum offendere, sed non laboraverit, feudum non amittit. Gerardus et Obertus similiter [19]). Etiam si laboraverit, non amittit feudum, nisi insidiatus ei fuerit, et hoc probatum fuerit.

§. 3. Similiter si quis investitus fuerit de feudo ita, ut ad feminas transiret, et duas filias tantum reliquerit, quarum una filium habeat, et altera filiam, utrum post mortem illarum masculus tantum [20]) feudum habere debeat [21])? Secundum Gerardum masculus tantum. Obertus contra, et e converso [22]), si filios ille habuerit.

§. 4. Filius non potest recusare hereditatem patris absque feudo, propinquus autem potest.

§. 5. Si contentio fuerit inter filiam et propinquum de hereditate et de feudo, quum filia feudum habere non poterat, quia [23]) dicat ipsa: hoc est de mea hereditate, et ille dicat: immo de feudo, electio propinqui erit discernere veritatem iureiurando. Gerardus et Obertus. Similiter [24]) si contentio fuerit inter aliquem, qui emisset a seniore [25]), et vasallum, quia dicat vasallus: hoc est de feudo meo, ille autem neget, electio emtoris est veritatem iureiurando discernere, cum pares curtis veritatem non testantur. Gerardus et Obertus.

§. 6. Similiter feudum lege commissoria datum non valet, id est si ad certum tempus pecunia non solvatur creditori, ut habeat in feudum. Gerardus; et secundum Obertum valet [26]).

§. 7. Similiter potest feudum dari ad certum servitium. Gerardus et Obertus. TIT. LII.

---

[1]) illud pactum *om. Rehd., Aug. I., Schw., Hamb.* — [2]) nova *om. Aug. I., Rehd.* — [3]) *Rehd.*, *Aug. I., Schw., Cui.*; *al.* filio (*idque glossa commendat*). — [4]) omnes masculi *Schw.*; omnes masculos *Rehd., Aug. I.* — [5]) ex latere — in infinitum *om. Hamb., Cui.* — [6]) *Rehd., Aug. I. II., Schw.*; *al.* beneficium feudi. — [7]) *Rehd., Cui.*; *vulg. add.* qui patrueles dicuntur. — [8]) pervenerit *Cui.* — [9]) ut *Hamb.* — [10]) fratribus *om. Rehd.* — [11]) nullo filio relicto *om. Rehd., Aug. I. II., Schw., Hamb.* — [12]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Cui.*; *al. om.* ex. — [13]) curtem (*om.* eandem) *Hamb.* — [14]) orta *add. Hamb.* — [15]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Cui.*; quaesitum apud me *Hamb.*; *al.* quaesitum esse apud me scio. — [16]) secundum ste. sic *Rehd., Ed. I.* — [17]) non *om. Rehd., Aug. I. II., Schw.* — [18]) *Optimum librum haec habere dicit Cui.*: respondi secundum Stephanum sic, sec. Ger.; secundum ste. et G. quidem sic. *Hamb.* — [19]) similiter *om. Hamb.* — [20]) et femina *add. Rehd.*, *et quidam* an et femina *addendum esse putant.* — [21]) masculus tamen haberet feudum *Hamb.* — [22]) *Hamb., Ed. I.*; *vulg.* contra et e contra. — [23]) atque *Hamb.* — [24]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui.*; *al.* Et similiter. — [25]) a seniore *om. Aug. II., Hamb.* — [26]) Gerardus — valet *om. Rehd.*

TIT. LII.

DE PROHIBITA FEUDI ALIENATIONE PER LOTHARIUM.

I. Lotharius divina favente clementia [1]) tertius, Imperator Romanorum, pius, felix, inclytus, victor [2]) ac triumphator, semper Augustus, universo populo.

Imperialis benevolentiae proprium esse iudicamus commoda subiectorum investigare, et eorum calamitatibus diligente cura mederi, similiter reipublicae bonum statum ac dignitatem imperii omnibus privatis commodis praeponere. Quocirca omnium fidelium nostrorum, tam futurorum quam praesentium, noverit universitas, qualiter, dum apud Roncalias secundum antiquorum Imperatorum consuetudinem pro iustitia ac pace regni componenda consideremus, omnia, quae ad honorem imperii Romani spectare videntur, sollicite indagantes, perniciosissimam pestem et reipublicae non mediocre detrimentum inferentem resecare proposuimus. Per multas [3]) enim interpellationes ad nos factas comperimus [4]), milites sua beneficia passim distrahere, ac ita omnibus exhaustis, suorum seniorum servitia subterfugere. Per quod vires imperii maxime attenuatas cognovimus, dum proceres nostri milites suos omnibus beneficiis suis exutos ad felicissimam nostri numinis expeditionem nullo modo transducere valeant. Hortatu itaque et consilio archiepiscoporum, episcoporum, ducum, comitum, marchionum, palatinorum, ceterorumque nobilium, similiter etiam iudicum, hac edictali lege in omne aevum deo propitio valitura decernimus, nemini licere beneficia, quae a suis senioribus habent, sine ipsorum permissione distrahere, vel aliquod commercium adversus tenorem nostrae constitutionis excogitare, per quod imperii vel dominorum minuatur utilitas. §. 1. Si quis vero contra haec nostrae legis salubberrimae praecepta ad huiusmodi illicitum commercium accesserit, vel aliquid in fraudem huius legis machinari tentaverit, pretio ac beneficio se carituram agnoscat. Notarium vero, qui super hoc tali contractu libellum vel aliud instrumentum conscripserit, post amissionem officii [5]) infamiae periculum sustinere sancimus. Dat. VII. die mensis Novembr. MCXXXVI. indict. XV. [6]).

II. Imperator Lotharius Aug. universo populo.

Satis bene dispositum ad utilitatem regni et ad perniciosam pestem destruendam in scriptis inserere curavimus. Quidam miles bina beneficia a duobus dominis, prout solitum est, acquisivit; qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter se dividentes, alter eorum domino suo pro beneficio, quod ad eum pervenit, fidelitatem nullo anteposito, sicut pater fecerat, fecit; alter vero frater pro suo beneficio alteri domino suo similiter, quia nullum alium dominum habere videbatur, nullo anteposito fidelitatem fecit. Defuncto posteriore fratre sine filiis, utique feudum in unam [7]) venit, ut prius, personam [8]), et sic dominus [9]) talem fidelitatem quaerit, qualem eius frater fecerat. §. 1. Quas amputantes altercationes sancimus, quod frater fecit [10]) nil superstiti obesse, licet in secundam et tertiam generationem, et usque in infinitum pervenerit [11]).

III. Imperator Lotharius Augustus etc. Eugenio papae et universo populo [12]).

Quoniam inter dominum et vasallum nulla fraus, nec ullum malum ingenium [13]) debet intervenire, idcirco per hanc praesentem legem sancimus, si vasallus non dolose per annum et diem steterit, quod a domino sui beneficii investituram non petierit, feudum non ob hoc amittat. Dolus enim abesse videtur, si iusta causa impediente steterit. Datum VI. Kal. Septembr. anno a nativitate domini MCXXVII. indictione V.

TIT. LIII.

DE PACE TENENDA INTER SUBDITOS, ET IURAMENTO FIRMANDA, ET VINDICANDA, ET DE POENA IUDICIBUS APPOSITA, QUI EAM VINDICARE ET IUSTITIAM FACERE NEGLEXERINT.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus universis subiectis suo imperio Salutem.

Hac edictali lege in perpetuum valitura iubemus, ut omnes nostro subiecti imperio veram et perpetuam pacem inter se observent, et ut inviolata inter omnes perpetuo observetur [14]). Duces, marchiones, comites, capitanei, valvasores, et omnium locorum rectores cum omnibus locorum primatibus et plebeiis a decimo octavo anno usque ad septuagesimum obstringantur iuramento [15]), ut pacem teneant, et rectores locorum adiuvent in pace tenenda atque vindicanda, et in fine uniuscuiusque quinquennii de praedicta pace tenenda omnium sacramenta renoventur. Si quis vero aliquod ius de quacunque re vel facto contra aliquem se habere putaverit, iudicialem adeat potestatem, et per eam ius sibi competens exsequatur. §. 1. Si quis vero ausu temerario praedictam pacem violare praesumserit, si civitas est, poena centum librarum auri camerae nostrae inferenda puniatur, oppidum vero viginti [16]) libris auri mulctetur, duces autem, marchiones et comites quinquaginta auri libras praestent, capitanei quoque et maiores valvasores viginti auri libris puniantur, minores vero

---

[1]) divina gratia *Hamb.* — [2]) victor *om. Aug. I., Hamb.* — [3]) *vulg.* permultas. — [4]) interp. didicimus *Hamb.* — [5]) *Hamb., Cui.; vulg. add.* ipsum. — [6]) *Schw., Cui.; vulg. om.* indict. XV. — [7]) *Cui.; vulg.* quaerimoniam. — [8]) in querimoniam ut prius venit per omnia *Hamb.* — [9]) *Hamb., Ed. I., Cui.; vulg. add.* posterior. — [10]) *Hamb., Ed. I., Cui.; vulg. add.* scilicet in dando simpliciter. — [11]) *Cui.; vulg.* pervenit, si hoc actum erit; generationem hoc actum sit *Hamb.* — [12]) Loth. cum eugonio papae et universo populo *Hamb.* — [13]) nec aliquod malignum ingenium *Hamb.* — [14]) inter omnes servetur *Hamb.* — [15]) iure iurando adstringatur *Hamb.* — [16]) *Rehd., Aug. II., Hamb.; al.* triginta.

vero valvasores, et omnes alii praedictae pacis violatores [1]) tres libras auri inferre cogantur, et damnum passo secundum leges resarciant. §. 2. Iniuria seu furtum legitime puniatur. §. 3. Homicidium quoque, et membrorum deminutio, vel aliud quodlibet delictum legaliter vindicetur. §. 4. Iudices vero, et locorum defensores, vel quicunque magistratus ab Imperatore vel eius voluntate constituti seu confirmati, qui iustitiam facere neglexerint, et pacem violatam vindicare legitime supersederint, damnum omne iniuriam passo resarcire compellantur, et insuper si maior iudex est, sacro aerario poenam decem librarum auri praestet, minor autem poena trium librarum auri mulctetur. §. 5. Qui vero ad praedictam poenam persolvendam inopia dignoscitur laborare, corporis sui coërcitionem [2]) cum verberibus patiatur, et procul ab eo loco, quem inhabitat, quinquaginta milliaria per quinquennium vitam agat. §. 6. Conventicula quoque omnesque coniurationes in civitatibus [3]), et extra, etiam occasione parentelae, et inter civitatem et civitatem, et inter personam et personam, et [4]) inter civitatem et personam, modis omnibus fieri prohibemus, et in praeteritum factas cassamus, singulis coniuratorum poena unius libræ auri puniendis. §. 7. Episcopus vero locorum ecclesiastica censura violatores huius sanctionis, donec ad satisfactionem veniant, volumus coërcere. §. 8. Receptatoribus etiam malefactorum, qui praedictam pacem violaverint, et praedam ementibus nostram indignationem subituris, et eisdem poenis feriendis. Praeterea bona eius publicentur, et domus eius destruatur, qui pacem iurare et tenere noluerit, et lege [5]) pacis non fruatur. §. 9. Illicitas etiam exactiones, maxime ab ecclesiis, quarum abusus iam per longa tempora inolevit, per civitates et castella omnino condemnamus et prohibemus, et si factae fuerint, in duplum reddantur. §. 10. Item sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis inviolabiliter custodiantur. Per vim autem et iustum metum etiam a maioribus, maxime ne querimoniam maleficiorum commissorum faciant, extorta nullius esse momenti iubemus [6]).

TIT. LIV.

DE ALLODIIS.

Ad hoc qui allodium suum vendiderit, districtum et iurisdictionem Imperatoris vendere non praesumat, et si fiat, non valeat. §. 1. Si vero contigerit allodium aliquod etiam infeudatum conferri ecclesiae vel per oblationem [7]) fidelium, vel per emtionis et venditionis alterinsve huiusmodi contractum, infeudatus, nisi per gratiam ecclesiae tanquam de novo receperit, feudum, quod habebat, retinere non poterit. §. 2. Ut autem aequitas, quae in paribus causis paria iura desiderat, per universitatem totius imperii servetur, firmiter statuimus tam in Italia, quam in Alemania, ut, quicunque indicta publica expeditione Romam [8]) ad suscipiendam imperii coronam regem aut sub rege dominum suum non adiuverit aut eundo cum ipso, aut pro quantitate feudi stipendia militiae persolvendo, si de vocatione legitima a domino suo convinci per compares suos poterit, feudum perdat, et dominus in suos usus illud habeat redigendi liberam facultatem.

TIT. LV.

DE PROHIBITA FEUDI ALIENATIONE PER FRIDERICUM.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus universo populo [9]).

Imperialem decet solertiam ita reipublicae curam gerere, et subiectorum commoda investigare, ut regni utilitas incorrupta persistat, et singulorum status ingiter [10]) servetur illaesus. Quapropter dum ex praedecessorum nostrorum more universalis curiae Roncaliae pro tribunali sederemus, a principibus Italicis, tam rectoribus ecclesiarum, quam aliis fidelibus regni non modicas accepimus querelas, quod beneficiati eorum feuda [11]), quae [12]) ab eis tenebant [13]), sine dominorum licentia pignori obligaverant, et quadam collusione nomine libelli vendiderant, unde debita servitia amittebantur [14]), et honor imperii et nostrae felicis expeditionis complementum minuebatur. Habito ergo consilio episcoporum, ducum, marchionum, et comitum, simul etiam [15]) palatinorum iudicum, et aliorum procerum, hac edictali deo propitio perpetuo valitura lege sancimus, ut nulli liceat feudum totum vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quocunque modo distrahere seu [16]) alienare, vel pro anima iudicare [17]) sine permissione illius [18]) domini, ad quem feudum spectare dignoscitur, unde Imperator Lotharius, tantum in futurum caveus [19]), ne fieret, legem promulgavit. Nos autem ad pleniorem regni utilitatem providentes, non solum in posterum, sed etiam huiusmodi alienationes illicitas hactenus perpetratas hac praesente sanctione cassamus et in irritum deducimus, nullius temporis praescriptione impediente *quia quod ab initio de iure non valuit* [20]), *tractu temporis convalescere non debet* [21]), emtori bonae fidei ex emto, actione de pretio contra venditorem competente. §. 1. Callidis insuper machinationibus quorundam obviantes, qui pretio accepto, quasi sub colore investiturae, quam sibi licere dicunt, feudum vendunt et in alios transferunt, ne tale figmentum vel aliud ulterius in fraudem huius nostrae constitutionis excogitetur, modis omnibus prohibemus, poena auctoritate nostra imminente, ut venditor et emtor, qui tam illicitas alienationes reperti fuerint contraxisse, feudum amittant, et ad dominum libere revertatur. Scriba vero, qui super [22]) hoc

---

[1]) et omnes — violatores *om. Hamb.* — [2]) *Cui.*; cohercitionem *Ed. I.*; cohertionem *Hamb.*; *vulg.* correctionem. — [3]) *Hamb., Ed. I.*; *vulg.* quoque in civit. omnesque coniurationes. — [4]) *Hamb.*; *vulg.* sive. — [5]) *Hamb., Ed. I.*; *vulg.* beneficio et lege. — [6]) Item sacramenta — iubemus *om. Hamb.* — [7]) *Hamb., Cui.*; vel oblationem *Rehd.*; *vulg.* pro oblatione. — [8]) Romam *Rehd, Aug. I., Schw.* — [9]) Idem Augustus universo populo *Hamb., Rehd., Ed. I.*; *vulg. om.* universo populo. — [10]) integre *Hamb.* — [11]) *Aug. I. II., Schw., Cui.*; quod beneficia eorum *Hamb.*; *vulg.* quod beneficia eorum et feuda. — [12]) *Rehd., Hamb., Cui.*; *vulg.* quae vasalli. — [13]) *Aug. I. II., Cui.*; retinebantur *Rehd*; tenebantur *Hamb., Ed. I.*; *al.* retinebant. — [14]) *Rehd., Aug. II., Hamb.*; *vulg.* amittebant — [15]) *Rehd., Hamb.*; *vulg. add.* et. — [16]) distrahere seu *om. Cui., Bk.* — [17]) *Fort leg.* dicare. — [18]) maioris *Aug. I., Schw., Cui.* — [19]) *Rehd., Hamb., Ed. I., Cui.*; *al.* praecavens. — [20]) *initio non tenuit Hamb.* — [21]) *Haec regulam interpositam, quae ex glossem fortasse in textum irrepsit, om. Aug. I. Schw.* — [22]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui., al. om.* super.

hoc instrumentum sciens conscripserit, post amissionem officii cum infamiae periculo manum amittit. § 2. Praeterea si quis infeudatus maior quatuordecim annis sua incuria vel negligentia per annum et diem steterit, quod feudi investituram a proprio domino non petierit, transacto hoc spatio feudum amittat, et [feudum [1])] ad dominum redeat. §. 3. Firmiter etiam statuimus tam in Italia, quam in Alemannia, ut, quicunque indicta publica [2]) expeditione vocatus a domino suo in eadem expeditione [3]) spatio competente temere venire supersederit, vel alium pro se domino acceptabilem mittere contempserit, vel dimidium reditus feudi unius anni domino non subministraverit [4]), feudum, quod ab episcopo vel alio domino habuit, amittat, et dominus feudi in usus suos illud redigendi modis omnibus habeat facultatem. §. 4. Praeterea ducatus, marchia, comitatus de cetero non dividatur, alind autem feudum, si consortes voluerint, dividatur, ita ut omnes, qui partem feudi habent, iam divisi vel dividendi fidelitatem faciant, ita tamen, ut vasallus pro uno feudo plures dominos habere non compellatur, nec dominus feudum sine voluntate vasalli ad alium transferat. §. 5. Insuper si filius vasalli dominum offenderit, pater a domino requisitus deducat filium ad satisfaciendum domino, vel a se filium separet, alioquin feudo privetur. Si autem pater vult *eum* deducere, ut satisfaciat, et filius contemnit, patre mortuo in feudum non succedat [5]), nisi prius satisfecerit domino. Parique [6]) modo vasallus pro omnibus suis domesticis faciat. §. 6. Illud quoque praecipimus, ut, si vasallus de feudo suo alium vasallum habuerit, et vasallus vasalli dominum domini sui offenderit, nisi pro servitio alterius domini sui [7]) hoc fecerit, quem sine fraude ante habuerit, feudo suo privetur, et ad dominum suum, a quo ipse tenebat, revertatur, nisi requisitus ab eo paratus fuerit satisfacere maiori domino, quem offenderit, et nisi vasallus idemque dominus a domino suo requisitus eum, qui maiorem dominum offenderit, requirat, ut satisfaciat, suum feudum amittat. §. 7. Praeterea si inter duos vasallos de feudo sit controversia, domini sit cognitio, et per eum controversia terminetur. Si vero inter dominum et vasallum lis oriatur, per pares curiae a domino sub fidelitatis debito coniuratos terminetur. §. 8. Illud quoque sancimus [8]), ut in omni sacramento fidelitatis [9]) Imperator nominatim excipiatur.

TIT. LVI.

QUAE SINT REGALIA.

Imperator Fridericus.

Regalia sunt [10]) arimandiae [11]), viae publicae, flumina navigabilia et ex quibus fiunt navigabilia, portus, ripatica, vectigalia, quae vulgo dicuntur telonia, moneta, multarum poenarumque compendia, bona vacantia, et quae, ut ab indignis, legibus auferuntur, nisi quae specialiter quibusdam conceduntur, et bona contrahentium incestas nuptias, et damnatorum [12]), et [13]) proscriptorum, secundum quod in novis constitutionibus cavetur, angariarum, parangariarumque [14]), et plaustrorum [15]), et navium praestationes, et extraordinaria collatio ad felicissimam regalis numinis expeditionem, potestas constituendorum magistratuum ad iustitiam expediendam, argentariae et palatia in civitatibus consuetis, piscationum reditus et salinarum, et bona committentium crimen maiestatis, et dimidium thesauri in loco Caesaris inventi non data opera [16]), vel loco religioso; si data opera, totum ad eum pertineat [17]).

TIT. LVII.

QUOT TESTES SUNT NECESSARII AD PROBANDAM FEUDI INGRATITUDINEM.

Imperator Henricus Aug. universo populo etc.

Si vasallus inhonestis factis atque indecentibus machinationibus dominum suum offenderit, insidiisque eum clandestinis vel manifestis appetiverit, vel inimicis eius suas amicitias copulaverit, atque in aliis sic versatus est, ut potius inimicus, quam fidelis esse credatur, vel si eum cucurbitaverit, seu in campestri bello suum dominum reliquerit, feudo privabitur. Quod non obtinere sancimus, nisi quinque testibus summae [18]) atque integrae opinionis probatum fuerit manifeste. Dat. VIII. Idus Augusti feliciter.

TIT. LVIII.

DE NOTIS FEUDORUM.

Notandum est in feudo, quod de cavena seu camera dicitur [19]), non debere dari, nisi cum sit in camera vel cavena, unde solvi possit, vel si ita evacuata sit cavena sine culpa promissoris, exspectandum est, donec iterum de cavena vel de camera dari possit. Dominum autem feudi dare posse intelligitur, omni aere alieno deducto. Non enim aequum est, eum [20]) videre egentem, quem prius habuit in coniugem vel amicum [21]).

§. 1. Quod autem pares tantum debeant interesse investiturae feudi, et non alii, hoc tunc verum est, quum dominus vasallos alios habuerit. Alioqui adhibeat dominus quos meliores poterit, liberos tamen, argumento [22]) legis *de ultimis voluntatibus* in Lombarda, scilicet illa [23]), quae dicit: Si quis donationem facere voluerit

---

[1]) feudum *om. Rehd., Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui.* — [2]) publice *Rehd., Hamb.* — [3]) eandem expeditionem *Cui., Bk.* — [4]) vel dimidiam illius anni fructuum non submin. *Hamb.* — [5]) *Rehd.*; succedant *Hamb.*; *vulg.* succedit. — [6]) Pari quoque *Rehd., Bk.* — [7]) sui *om. Hamb.* — [8]) praecipimus *Rehd., Aug. II., Hamb.* — [9]) in huiusmodi sacramento (*om.* fidelitatis) *Hamb.* — [10]) *Cui.*; *vulg.* regaliae (*om.* sunt). — [11]) *Schw., Hamb.*; *al.* armandiae *vel* arimanniae *etc.* — [12]) *Cui.*; *al* nuptias. condemnatorum. — [13]) et *om. Hamb.* — [14]) *Cui*; *vulg.* parangariarum. — [15]) angarie et palistrorum *Rehd.*; angariae et palaustrorum *Hamb.*; angariorum et plaustrorum *Ed. I.* — [16]) non data opera *om. Rehd., Hamb., Ed. I.* — [17]) religioso si ad eum pertineat *Hamb.* — [18]) firmae *Hamb.* — [19]) quod proprie canneva seu camera datur *Hamb.*; datur *habent etiam Rehd., Aug. I. II.* — [20]) *Aug. I.*; *vulg.* quem. — [21]) vel amicum *om. Rehd., Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui.* — [22]) *Rehd., Aug. II., Ed. I.*; ar *Hamb.*; *vulg.* argumentatione. — [23]) scilicet illa *om. Rehd., Hamb., Ed. I.*

volnerit de suis rebus alicui vel investituram, adhibeat sibi de pagensibus [1]) suis, et qui [2]) per eandem legem vivant [3]), duos testes idoneos, vel tres, [vel plures [4])]. Pluralis enim locutio [5]) duorum numero contenta est.

§. 2. Item sciendum est, non esse impedimentum [6]) investiturae, etsi investituram faciat de re, quam communem dominus habeat cum aliquo, quia si sponte dividere noluerit ille, cum quo habet rem communem, qui investivit, potest cogere per iudicem ille, qui investitus est, ut dividat. Item heredes eius necesse habent [7]) tenere firmam investituram, quam pater fecit. Item eadem lege et eodem iure debet habere rem iste, qui investitus est, quam haberet, qui enim investivit, cum coherede suo, scilicet [8]) ut adaequatio percurrat usque ad quadraginta annos. Item investitura per se vel per suum nuncium dari et accipi potest. Quae omnia supradicta colligi possunt per supradictas LL. Longobard. titulo *De ultimis voluntatibus l. Si quis* et C. *Communi dividundo l.* 1. et 2. [9]). [Idcirco pares necessarii sunt [10]) in instrumento investiturae, et non alii, ne quid excogitetur falsitatis in perniciem domini aliis testibus inductis, corruptis forte pecunia, vel odio, vel gratia, quae non sunt suspicanda in paribus.]

§ 3. Si instrumentum dicetur [11]) falsum a domino, detur [12]) defensio vasallo, qui affert instrumentum [13]), ut in Lombarda *Qualiter quis se defend. deb. l. De chartis* et auferetur domino, qui veritatem noverit, et [14]) iniquum erit, si aliquis ex dono suo conveniatur, quum [15]) domini sit [16]) defensio ex ordine, cum vasallus non possideat.

§. 4. Notandum est, quod de omni controversia, quae inter dominum et vasallum oritur, si pares veritatem noverint, omnino cogi debent [17]) a domino et paribus dicere veritatem. Qui si dicant, se nescire, quum sciant, et vasallus postulet, dominus eos coget iurare et veritatem dicere [18]), ut C. *De testibus, l. Si quando* et in Lombarda tit. *De offic. iud. l. Ut iudex unusquisque* [19]) et in titulo *Qualiter quis se defend deb., l. Si qualiscunque causa.* et tit. *De testibus, l. Ut quicunque* [20]) et *l. ult.*

§. 5. Cum datur domino defensio de investitura, quae dicitur a se [21]) facta, iurare debet, se investituram non fecisse; cum vero datur successori [22]) eius, iurare debet se non credere [23]) investituram factam esse ab antecessore suo. Si [24]) qua investitura facta esse dicetur, semper debet nominare dominum, a quo investitura facta dicitur, quum multum discrepet sacramentum hereditarium a principali sacramento, ut [25]) C. *De rebus cred. et iureiurando l. Generaliter* [26]) et ut habes de tutore, qui iurat, quod credit et existimat, ut C. *De iureiur. calumn.* [27]) *l.* 2.; de conscientia enim sua iurare debet, et non de alieno facto (quum iniquum sit aliquem [28]) iurare de alieno facto) heres vel successor, nec [29]) etiam filius, ut D. *De rerum* [30]) *amotarum, l. Marcellus.* Sed contrarium reperitur in Lombarda, quia, licet filius minorem virtutem [31]) habeat, quam pater, tamen debet praecise iurare, patrem suum non fuisse debitorem, ut in Lombarda *Qualiter quis se defendere debet, l. Si contigerit.*

---

[1]) *Aug. I. II., Schw., Cui.*; compagentibus *Rehd.*; compagensibus *Hamb.* — [2]) *Aug. I. II., Cui.*; *vulg.* um. qui. — [3]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Cui.*; vivat *Hamb.*; *al.* iurant. — [4]) vel plures *om. Rehd., Aug. I. II., Schw., Hamb.* — [5]) elocutio *Rehd., Aug. I. II., Hamb.* — [6]) impedimento *Aug. I. II., Cui., Bk.* — [7]) heres — habet *Hamb., Cui.* — [8]) scilicet *om. Rehd., Hamb., Ed. I.* — [9]) l. 1. et 6. *Cui.*; l. 1. et 2. *Bk.* — [10]) necessario scribendi *Aug. II., Ed. I.* — [11]) *Rehd., Hamb.*; *vulg.* diceretur. — [12]) *Rehd., Aug. II., Hamb., Ed. I.*; *vulg.* daretur. — [13]) *Hamb.*; qui instrumentum afferret *Rehd., Aug. I. II., Schw., Bk.*; *al.* qui instr. ad se deferret. — [14]) quod *Aug. II., Hamb., Cui.* — [15]) *Rehd., Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui.*; *al.* conveniatur. Domini. — [16]) *Aug. I. II., Schw., Cui.*; *al.* est. — [17]) *Cui.*; *vulg.* debere. — [18]) coget ipsos dicere veritatem *Hamb.* — [19]) *ut in lombarda de officio iudicis leg. ut sic causa ut iudex unus et c Hamb.*; *vulg. et in Lombard ut iudex unus etc.* — [20]) *l. Decernimus Bk.* — [21]) *Aug. I. II., Schw., Hamb., Cui.*; *al.* esse. — [22]) datur heredi vel successori *Aug. I., Cui., Bk.* — [23]) se nec scire nec credere *Aug. I., Cui., Bk.* — [24]) suo et si *Cui., Bk.* — [25]) *Rehd., Hamb., Ed. I.*; *vulg. om.* ut. — [26]) *Rehd., Aug. I. II., Schw, Hamb., Cui.*; *al. iureiurando l.* 3. *et l. generaliter.* — [27]) *iureiur. propter calumn. Bk.* — [28]) aliquem *om. Rehd., Hamb.* — [29]) nec non *Bk.* — [30]) *De act. rerum Bk.* — [31]) veritatem *Hamb., sed in Lombarda* (*ed. Lindenbrog.*) *est* virtutem.

LIBRI FEUDORUM APPENDICES.

I.

CAPITULA UGONIS DE GAMBOLADO [a]).

Qui de marchia, vel comitatu, vel ducatu, vel aliqua [1]) regali dignitate fuerit investitus per beneficium ab Imperatore, ille tantum debet habere, non etiam heres eius. Heres enim huiusmodi beneficium iure successionis habere non potest; si tamen ipse quoque ab Imperatore fuerit investitus, habeat et teneat, sicut eius pater fecit.

Si capitanei, vel [2]) valvasores maiores vel minores investiti fuerint de feudo [3]), filii vel nepotes ex filio succedunt; sin autem ex ipsis filiis vel nepotibus aliquis sine descendentibus masculini sexus decesserit, praedicti fratres vel nepotes per investituram patris vel avi in beneficium succedunt. Idem etiam de consobrinis dicendum est.

Si duo fratres investiti fuerint de beneficio [novo, non de paterno simul [4])], si unus eorum sine descendentibus masculini sexus defunctus fuerit, dominus succedit, non frater, nisi pactum intercessit. In his enim omnibus primum videndum puto, quid actum sit inter contrahentes. Investitura [5]) enim, quae fit ante tres homines liberos, servari debet, nisi iuri vel naturae contraria sit. Si ergo domino et fideli placuerit, ut paciscantur de filiabus, quatenus ipsae succedant [6]), hoc quoque servandum esse, non est dubitandum [7]).

Si contigerit feminam beneficium habere, ipsaque decesserit, beneficium eius nullo modo ad maritum perveniat, nisi et ipse a domino fuerit investitus. Sed et si ipsa femina filios reliquerit, dicunt quidam, in beneficium filios succedere non debere, nisi et isti de eo fuerint investiti, quia usu [8]) regni beneficium vocatur paternum, non maternum. Sed iuxta aequitatem dicimus, praedictum beneficium ad filios esse devolvendum, sicut cetera bona materna.

Hoc autem dictum est de capitaneis, et maioribus et minoribus valvasoribus; et de minimis [9]), id est de his, qui tenent feudum a minoribus valvasoribus, feudum si tollere voluerint, licet eis tollere, nisi forte beneficium vendiderint; si enim pretium pro beneficio acceperint, alterum facere omnino habent necesse, id est aut beneficium non repetere, aut pretium eius reddere.

Quoniam dictum est, qualiter beneficium per successionem ad alterum transferatur vel ad dominum revertatur, dicendum est, quibus casibus feudum propter culpam fidelis [10]) ad dominum revertatur. Si ergo capitanei vel maiores valvasores, qui hodie improprie capitanei appellantur, vel minores valvasores dominum in bello dimiserint, vel credulitati atque fidei eorum a dominis commissum ad eorum detrimentum scientes manifestaverint, sive eorum uxores adulteraverint scientes, sive scientes dominum assalierint, sive quid simile fecerint contra fidelitatem domino factam, beneficio eos carere oportet.

Si

---

[a]) *Haec capitula Ugonis de Gambolado passim leguntur in Codd.* (*ut in Tub., Hal., Aug. I.*) *inter tit. XXII. et XXIII. lib. II. F. inserta et multum similitudinis habent cum l. F. tit. XIV. In ed. Gotting. adiecta sunt ex Cod. Aug. I. in nota* 18. *ad tit. XXII. lib. II.; ex Cod. Tub. ea edidit Laspeyres l. c. p.* 425 *sq.* (*cf. ibid. p.* 441.), *qui et Codicis Hal. varias lectiones addidit* (*cf. ibid. p.* 446.). *Nos plurimum secuti sumus Cod. Tub.*

[1]) alia *Aug. I.* — [2]) *Aug. I.*; vel *om. Tub.* — [3]) beneficio *Aug. I.* — [4]) *Quae uncis inclusa sunt, habet Aug. I., om. Tub.* — [5]) *Lasp.*; Stantia *Tub.*; Testatio *Aug. I., Hal.* — [6]) in feudum *add. Aug. I.* — [7]) hoc quoque servandum est *Aug. I.* — [8]) quoniam secundum usum regni *Aug. I.* — [9]) valv. De minimis autem *Aug. I., Hal.* — [10]) fidelis *om. Aug. I.*

Si vero dubium fuerit inter capitaneos alio [1]) de maleficio, apud imperium definiri debet, si vero inter maiores valvasores et minores praedicta quaestio moveatur, per iudicem terminetur [2]).

Certe si capitaneus sive valvasor maior vel minor sive partem beneficii, vel in solidum alienaverit, et ille vel heres eius aliquis sine herede decesserit, ut proprium beneficium ad dominum revertatur, et totum, quod fecit, irritum erit.

II.

CAPITULA ORDINARIA PASSIM IN CODD. OBVIA [a]).

I. (II. F. tit. 14.) Si aliquis feudum habuerit, et aliquid conventum vel refutationem fecerit domino vel alteri personae, quod vel quae nocere videatur ei, qui in feudum succedere debebat, tamen conventum aut refutatio ei, qui in feudum succedere debet, non nocet. Excipimus patrem, qui feudum acquisiverat, nisi in odium filii vel nepotis fecerit.

II. (II. F. tit 35.) Archiepiscopus Mediolanensis non tantum feudum, quod aperitur ei, sed et quod tempore introitus sui in dominico loco reperit, infeudare potest secundum modernorum rectum et rationabilem usum, et quod in feudum dederit, stabile permanet.

III. (II. F. tit. 50.) Decedente fideli absque liberis ex se descendentibus et in feudum succedentibus, si quidem feudum sit communis parentis, fratres defuncti cum filiis praemortuorum fratrum in stirpem succedant. His vero non exstantibus, ad agnatos proximiores id volumus pertinere. Et si quidem in pari gradu sunt, pariter admittuntur, si vero ex uno est unus, ex alio sint plures, non in stirpem, sed in capita succedere debere ordinamus.

III.

CAPITULA EXTRAORDINARIA IACOBI DE ARDIZONE [b]).

Cap. 149.

§. 1. (Tit. LXXIII. De alienatione feudi.) Summopere mandare curamus, ut, si quis aliquem de beneficio investiverit, quod ille, qui investitus fuerit, non potest per proprium vendere, nec pro levissima e locare, nec infeudare, nisi maiorem partem apud se retinuerit, et si in desperatione filiorum fuerit, nulla ratione, nec quolibet modo dare [3]) potest. Quae omnia si facta fuerint, nullius momenti erunt, et eo defuncto, omnia ad priorem dominum revertuntur, et si dominus conquestus fuerit paribus, pares auditis rationibus intra anni spatium expedire faciant; vasallo non faciente satisdationem, domino dent possessionem salvis suis rationibus, nisi definitivam promeruerint sententiam.

§. 2. (Tit. LXXIV. De feudis scutiferorum.) Feuda scutiferorum ut ad libitum dominorum possint adimi, rationis non est, dum tamen serviant secundum laudationem curiae.

§. 3. (Tit. LXXV. De conditione feudi non impleta.) Ut inter conditionalia et non conditionalia aliqua sit differentia, dicimus, quod, si quis alicui dederit beneficium conditionale, utpote quae dantur propter habitationem, deserta habitatione beneficium amittetur, et etiam cum certo constituuntur servitio, non dato servitio, non poterit retineri beneficium.

§. 4. (Tit. LXXVI. De fidelitate.) Quoniam de fidelitate mentionem fecimus, super ea aliquid summatim dispiciamus. Si beneficium est sine fidelitate, et vasallus aliquid, quod sit contra suum dominum, fecerit, amittat beneficium laudatione parium. Hoc idem dicimus in iis, qui fidelitatem iurant. Si cui militi fidelitas requisita fuerit a domino, dominus secundum quosdam librum militi ostendere debet, et miles eam facere debet, vel parium laudationi stare intra annum; quod nisi factum fuerit, miles secundum quosdam de beneficio damnari potest. Quod contra praeceptum domini Lotharii regis Papiae datum videtur. Librum autem, quod vasallo ostendi soleat, non necessitate fieri, sed voluntate; est enim quoddam signum requisitae fidelitatis memoriae causa. Et venit aliquando, ut vasallus dicat, domino se facturum fidelitatem, quam pares laudaverunt; tunc non perdit beneficium, si stat per dominum, quod faciat curiam.

Qui fidelitatem iurant, si voluntate utrorumque separatio facta fuerit, fidelitas finitur; si sua voluntate vasallus vel iudicio parium feudum dimisit, fidelitas durat.

§. 5. (Tit. LXXVII. Si plures sint domini vel vasalli, an plures fidelitates vel servitia debeantur.) Cum plures fratres vasalli paternum habent beneficium, donec illud indivisum possident, una fidelitas, et unum servitium domino fieri debet; si vero partitum fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates. Servitia vero non pro partibus, ut unum primum, videlicet graviora [4]), sed pro quantitate beneficii moderanda. Plures autem domini, etsi feudum inter se dividant, nullo modo nisi unam fidelitatem ex feudo habere poterunt. Servitium vero omnibus non gravitate, sed moderamine faciendum est.

§. 6. (Tit. LXXVIII. Culpam unius ex coheredibus ceteris non praeiudicare.) Cum feudum hereditarium uni ex coheredibus propria culpa auferetur a paribus per iudicium, ceteris non praeiudicat. Hoc autem ita intelligitur, ut vivo eo, vel suis heredibus, feudum ad ceteros venire non intelligatur.

§. 7.

---

[a]) *Haec capitula ordinaria, quae passim in Codd. inveniuntur, exhibuit Laspeyres l. c. p.* 428 *sqq. et in hunc appendicem recepit Beck., quem sequimur. Addita est loci significatio, ad quem pertinent.* — [b]) *Quae in his partibus Summae Iacobi de Ardizone continentur, tantum non omnia nec suo ordine exhibuit Cuiac lib. feud lib. IV. tit.* 73—109 *et lib. V. Pristinam formam restituere studuit Bk., qui et ad commodiorem usum §§. distinctionem instituit, Cuiacianos tamen etiam titulos et titulorum rubricas non eiecit. Eum nos secuti sumus atque etiam adhibuimus Alvarotti lecturam in usus feudorum (Francof. ad Moen.* 1570.).

[1]) *Lasp.*; alias *Tub.*; *hoc vocab. om. Aug. l., Hal.* — [2]) per iudicem curtis diffiniri debet *Aug. l.* — [3]) donare *consecut Bk.* — [4]) ut cui plurimum videlicet, graviora *cons. Cui.*

§. 7. (Tit. LXXIX. Ut ratio vasalli prius, quam domini discutiatur.) Si contentio fuerit inter dominum et vasallum, et dominus habuerit aliquam rationem contra vasallum, et vasallus contra dominum, vasalli ratio prius discutiatur, quoniam pares maiorem iurisdictionem habent de suo pari, quam de suo domino.

§. 8. (Tit. LXXX. De evictione.) Generaliter verum est, in feudis dominos de evictionibus teneri. At si quis sciens investituram alterius beneficii acquisierit, eo evicto nullam adversus dominum vasallum actionem habere dicimus, quoniam in acquirendo malam habuit fidem.

§. 9. (Tit. LXXXI. De feudis impropriis, quae auferuntur dantis arbitrio.) Unum quidem non minus utile, sed satis congruum superioribus adverti, et ex comprobato usu in scriptis bono arbitrio reducere procuravi. Si quis igitur pro vice dominicaria, vel villicaria, et ut dicam pro decania, vel aliis quibuscunque augariis feudum, quod improprium est, acceperit, nisi specialiter hoc actum sit inter contrahentes, id est nominatim feudum cum honore feudi, et ita, ut non liceat domino auferre quod datum fuerit, etiamsi administratio illa auferatur, quod datum penitus ablata administratione sine omni obstaculo auferre liceat. Si autem, quod superius dictum est, probare conetur, et quodammodo possidere vasallum a quibusdam credatur, non inreiurando decidi oportet, sed testibus, vel instrumento, aliisve legitimis probationibus causa firmiter approbetur.

§. 10. (Tit. LXXXII. Prius possessionem restituendam esse, quam de principali causa agatur.) Si qua contentio de beneficio inter aliquos, prout saepe fieri solet, orta fuerit, si unus dominus vel loco domini habeatur, et alter vasallus vel loco vasalli habeatur, si per pares secundum usum regni iudicium ventiletur, primo de suo recto beneficio investiri debet, et si possessio aliqua perturbata fuerit, modo restitui debet.

§. 11. (Tit. LXXXIII. Si unus ex fratribus dederit suam partem fratri, vel domino, vel extraneo.) Si alter ex fratribus, qui paternum habeat beneficium, suam portionem dederit domino vel alicui extraneo, dominus vel extraneus tam diu teneat sine praeiudicio, quam diu ille, qui dedit, heredem masculum habuerit; si vero sine herede decesserit, alter frater, si vixerit, vel eius heres sine ullo obstaculo et temporis praescriptione beneficium, quod hereditarium est, vindicet a quocunque possidente. Hoc idem dicimus, et si fratres fuerint, et alter ab altero ex fratribus acquisierit; hoc enim verissimum ex usu comprobato didicimus.

§. 12. (Tit. LXXXIV. Patrem in feudo filii non succedere.) Quoddam usui traditum recordationis causa in scriptis ponere procuravi. Si quis igitur, habens filium, ipsum per dominum investire fecerit, nisi nominatim cum domino pactus fuerit, ut, si filius decesserit ante patrem, quod feudum ad patrem revertatur, dicitur, defuncto ante patrem filio, patrem carere beneficio, et domino acquiri beneficium.

§. 13. (Tit. LXXXV. De investitura facta marito vel utrique coniugi.) Si maritus de feudo suae uxoris investiatur ea absente, nisi nominatim quasi gerendo uxoris negotium investiatur, sibi acquirit feudum, ea sciente vel iubente. Si vero uterque insimul investiatur, pro parte sibi proficiunt, nisi cum iam dicta distinctione factum fuerit. Et diximus etiam, ut, si unus ante alterum sine herede decesserit, quod alterius pars domino acquiratur.

§. 14. (Tit. LXXXVI. De fructibus feudi.) Unum quidem satis usitatum dicimus, quod, si aliquis decesserit nullo in feudo relicto herede, ius feudi ad dominum pertinere dicimus; fruges autem exstantes non ad dominum, sed ad filias ipsius vasalli vel etiam ad uxorem eius pertinere. Et hac ratione creditor eas retinere potest, licet pignus habere non possit, et hoc cum distinctione imperialium constitutionum.

§. 15. (Tit. LXXXVII. An praescriptione feudum acquiratur.) In beneficiis, ut in ceteris contractibus, praescriptiones currere satis humanum et rationi congruum videtur. Si quis ergo feudum alienum bona fide ab aliquo iusta traditione acceperit, licet dominus non sit, quum verus dominus in traditione putetur, longi temporis praescriptione ius sibi acquirit. Si vero malam fidem habuerit, nulla se poterit tueri praescriptione, nec etiam de evictione agere poterit.

§. 16. (Tit. LXXXVIII. De probatione investiturae.) De ingressu curiae a quibusdam varia ac diversa putantur, nos autem, quod saepius ac rationabiliter in multis curiis et civitatibus intelleximus, in scriptis bonae recordationis causa inserere procuravimus. Quicunque igitur beneficium per investituram acquisierit sine possessionis traditione, pares ad investituram habeat, ut pro ipso veritas discernatur, quum controversia inde fuerit. Sane si possidet, aliis quibusdam adiuvetur adminiculis. Verumtamen quia milites inopes vasalli sunt, per testes vel per breve testatum probatio satis competens esse dignoscitur.

§. 17. (Tit. LXXXIX. Conditionem tacite feudum sequi.) Beneficia conditionalia, quae in maioribus curiis a veteri tempore esse noscuntur, utpote patriarcharum, archiepiscoporum, abbatum, abbatissarum, ducum, marchionum, comitum, capitaneorum, sive etiam maiorum valvasorum, si duobus, tribus vel deinceps aliis dantur vasallis, tacite conditiones eos sequuntur, nisi nominatim in ipsis traditionibus ipsae conditiones excipiantur. Hoc idem etiam de his conditionibus, quae noviter constituuntur, ad harum similitudinem verissimum fore, sapientibus placet.

§. 18. (Tit. XC. Fratrem fratri in feudo novo non succedere.) Si duo fratres in heredes masculos et feminas de beneficio investituram acceperint, altero decedente filia relicta, neptem cum patruo ad feudum venire dicimus, quum unusquisque fratrum suae soboli bene consulnit. Si enim frater suus sine ulla progenie decesserit, feudum non ad superstitem, sed ad dominum perveniet, nisi pactum de successione factum foret.

§. 19. (Tit. XCI. De investitura veteris et novi beneficii.) Beneficium intelligitur de veteri et novo, et quum de veteri fit investitura, satis sit, si de recto beneficio fiat investitura. Haec autem investitura ab unaquaque persona fieri potest, sive saeculari, sive ecclesiastica, si antiquitus eorum consuetudo fuerit; haec secundum quosdam et a femina, et a minore XXV annorum fit. De novo si fiat investitura, nominatim et de certa re oportet fieri. Haec investitura a muliere secundum quosdam non valet, quibusdam valere placet, quae sententia mitior est. A minore autem XVIII annorum non valet. Hoc etiam de

de minoribus annorum XXV asseritur, ut quibusdam placet. A praelatis ecclesiarum vero tradi, et legitime, dici potest iure, ut valeat investitura, dum tamen dissipator videri non possit; quodsi aliter intelligeretur, nullum beneficium ab ecclesiasticis personis datum retineri posset. Dicitur etiam, quod, si coniunctae personae gratia, vel etiam alicui alteri tale dedit feudum, quod duos consimiles vasallos acquirere posset, inutile est beneficium.

§. 20. (Tit. XCII. Iusto errore excusari vasallum, qui fidelitatem non fecit.) Quicunque paratus est facere bene fidelitatem domino suo, prout pater fecerat fidelitatem patri vel antecessori domini, dum tamen haec bona fide dicat, et non dolose, sed iusto errore, omnino condemnari non potest. Cum enim controversia est inter ipsos, per antiquitatem feudi, vel per breve testatum, vel per testes domino incumbit probatio, alioquin per vasallum veritas inquiratur.

§. 21. (Tit. XCIII. Factum fratris fratri in feudo paterno non nocere.) Quoddam satis bene dispositum ad utilitatem, et ad perniciosam calliditatem destruendam in scriptis inserere curavimus. Quidam miles bina beneficia a duobus dominis, prout solitum est, acquisivit; qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter se dividentes, alter eorum suo domino pro beneficio, quod ad eum venit, fidelitatem nullo anteposito, sicut pater fecerat, fecit. Alter vero frater alteri domino similiter pro suo beneficio, quia alium nullum dominum habere videbatur, nullo anteposito fidelitatem fecit. Defuncto posteriore fratre sine filiis, utrumque feudum in unam, ut prius, venit personam, et sic dominus talem fidelitatem quaerit, qualem frater eius fecerat. Quas altercationes amputantes dicimus, illud, quod frater fecit, nihil superstiti obesse, licet in secundam et tertiam generationem, et usque ad infinitum pervenerit.

§ 22. (Tit. XCIV. De feudo guardiae et gastaldiae.) Quod nomine gastaldiae vel guardiae in feudum datur, ablata gastaldia vel guardia iure auferri potest.

§. 23. (Tit. XCV. De successione feudi.) Quidam dominus habens beneficium reliquit duos filios, et unusquisque ipsorum habuit duos vel tres filios; unus illorum fratrum decessit, una tantum filia relicta. Portionem illius non ad omnes superstites, sed ad patruos illius et suis posterioribus pertinere dicimus.

§. 24. (Tit. XCVI. De investitura alieni beneficii.) Si quis acceperit investituram alterius beneficii, inutilis est haec investitura, et qui sciens hoc agit, de evictione agere non potest.

§. 25. (Tit. XCVII. Non amittere feudum eum, qui sine dolo cessavit per annum in petenda investitura.) Inter dominum et vasallum nulla fraus debet esse, et inde potest accipi, si vasallus non dolose steterit per annum quaerere investituram sui beneficii, non damnabitur; dolus enim abest, si iusta causa impediente steterit, vel etiam cum amore servitium fecerit domino conscio. Dicimus autem, quod [1]), si contra ea, quae in fidelitate nominantur, fecerit, beneficio carebit.

§. 26. (Tit. XCVIII. Ex delicto vasalli feudum ad dominum redire.) Vasallus habens feudum deliquit contra dominum, cui indicatum est; agnati cum domino litigant, quidam domino dicunt pertinere, quidam agnato. Dicimus autem, ad dominum non [2]) pertinere, donec aliquis masculus ex delinquente vasallo superest; alii vero contradicunt.

Cap. 150.

De feudis et beneficiis constitutiones imperiales.

§. 1. [a]) *Imp. Augustus Henricus secundus.* De militum beneficiis quoniam dubias variasque causas in regno nostro esse cognovimus, ideo ad reipublicae statum quaedam statuimus. Si quis ergo dominum suum interfecerit, vel vulneraverit, ipsum dominum suamve dominam obsederit, vel eum cucurbitaverit, vel contra ea, quae in fidelitate nominantur, fecerit, vel his supradictis consilium dederit, parium laudatione beneficium amittat. Si vero de supradictis se defendere voluerit, testibus a parte domini deficientibus, cum tribus paribus se expurget. Si autem pares habere non potuerit, cum duodecim propinquioribus parentibus se defendat [usu vero curiali solus defendat]. Si quis autem suorum parium, idoneus tamen, exinde se veritatem scire dixerit, et per pugnam eum fatigare voluerit, ut per pugnam se defendat, edicimus. Si quis autem fuit, qui domino non servierit, parium laudatione beneficium amittat, [curiali tamen usu id redimere potest pro medietate, quantum valuerit]. Sed si hoc defendere noluerit, duos vel unum saltem parem ostendat, et cum his se servisse iuret, et si pares paremve habere nequiverit, cum tribus vel duobus propinquioribus parentibus se intra annum serviisse iuret [usu tamen curiali solus iurare conceditur. Qualiter autem iuret, an solus vel cum aliis, nihil interest, dum tamen servitia nominet]. Si autem concorditer cum domino suo se habuerit, dominum saepe videndo, tunc dicimus, ut probet per testes servitium fecisse, et per se non stetisse. Si autem aliqua inter dominum et vasallum discordia fuerit, vel si domicilia in longinquum habuerint, vasallus domino se repraesentando servitium promittat, et si necesse fuerit, hoc probet iureiurando, saltem ad finem controversiae vasallo a paribus dato. Si quidem intra annum servierit, quod levissimum fuerit, et dominus aliud servitium imposuerit, quod vasallus neglexerit, unde damnum domino illatum fuerit usque ad fruges, fendatarius parium aestimatione [3]) damnum resarciat. De aliis vero culpis, unde feudum non amittitur, parium laudatione defendat se, ut supra, vel emendet.

§. 2. (Tit. XCIX. De feudo ligio.) Si quis investitus de feudo ligio, pro quo contra omnes fidelitatem domino debet, Lucio et Titio, ex se descendentibus filiis, sibi heredibus institutis vita decesserit, divisione facta, si ad solum Titium feudum pervenerit, rationabiliter placuit, eum solum fidelitatis sacramento esse

---

[a]) *Exhibet hanc const. Cui. in libro V.* (*const.* 2.) *sub rubrica: Constitutio Henrici de causis amittendi feudi.*

[1]) *Bk.*; ut *Cui.* — [2]) *negationem tollendam esse censet Cui.* — [3]) *Bk.*; existimatione *Cui.*

esse obnoxium, ad quem solida [1]) feudi iura transierint. Quodsi ab alio domino Lucius postea feudum per investituram acquisiverit, pro quo simiiliter ei contra omnes homines fidelitatem fecerit, decedente Titio sine liberis, ad quem devolvatur feudum, quod ex divisione habuerat, an ad alium fratrem, an ad dominum, quaeri potest. Et quum placeat, quem ligium hominem duorum esse non posse, videri potest feudum ad dominum pertinere; sed rectius visum est, feudum, quod per investituram acquisiverit, impedimento ei non esse. Licereque ei per substitutum acceptabilem domino priori servire.

§. 3. (Tit. C. Imperatorem feudum amittere vel alium pro se fidelem dare.) Ex facto incidisse scio, Fridericum principem nostrum, quum ab initio dux esset, et pro ducatu fidelitatem faceret, divino nutu postea Imperatorem creatum, petita ab eo fidelitate pro ducatu, petenti domino respondisse, non teneri se fidelitatem facere, quum omne hominum genus sibi fidelitatem debeat, et ipse soli deo et Romano pontifici. Sed quum insistente feudi domino de hoc contenderetur, proceribus prudenter visum est, feudum amissum esse, vel alium ducem in ducatu constituendum, qui feudo servire debeat, et domino fidelitatem faciat.

§. 4. (Tit. CI. Ecclesiam fidelitatem non facere.) De negotio, super quo nos consulere voluisti, tibi secundum ius curiae et usum feudi breviter respondemus, quatenus pro feudo, quod ab aliquo per ecclesiam detinetur, nulla sit facienda fidelitas.

(Tit. CII. Non cogi vasallum pro uno feudo duas fidelitates facere.) Insuper etiam te instructum esse volumus, quod, si dominus, a quo feudum tenebatur, diem suum pluribus heredibus relictis obierit, vasalli, qui communiter illud tenent, non cogantur fidelitatem pro eo feudo facere, nisi domini illud feudum primo partirentur, quoniam secundum ius feudi non debet quis duas fidelitates pro eodem feudo facere.

§. 5. (Tit. CIII. Filios tantum secundi matrimonii matri in feudum succedere.) Mulier, quae feudum secundi viri contemplatione acquisierat, si ex utroque matrimonio superstitibus liberis decesserit, solos ex secundo viro susceptos filios ad feudi successionem admitti, usu curiarum obtentum est.

§. 6. (Tit. CIV. Casus, quibus femina in feudo succedit.) Si cui militi ad certum servitium feudum fuerit datum, isque relicta ex se descendente femina decesserit, quae id servitium iuxta feudi conditionem non minus decenter praestare possit, quam masculus, etsi in investitura minime cautum sit, ut et feminae ad id adspirare valeant, eam tamen admitti rectum putamus; quin immo hoc casu simul cum masculo in feudo eam succedere quidam putant. Quod multo magis dignum observantia existimavimus, cum feudum sic datum est, ut nullum pro eo servitium fiat, ut pleraque hodie feuda dantur.

Item si quis eo tenore de feudo aliquo sit investitus, ut in eo succedant feminae sicut masculi, sive feudum id ad certum fuerit datum servitium, sive pro eo indeterminate fuerit promissum servitium, investito moriente, in feudum succedunt pariter et mares et feminae. Quanquam enim superstite masculo ex eo, qui primus feudum acquisivit, feminae excludantur, etsi in maribus et feminis fuerat acquisitum (ut in feudis regulariter tradi solet), sermonem tamen investiturae, nec non vim verborum et sensum contrahentium intuentes, discretionem sexus in eiusmodi feudi successione non fecimus.

§. 7. Ingales a quodam milite simul de eodem feudo investiti fuerant, ut in se descendentesque suos id haberent. Hi ex se filio et filia superstitibus defuncti sunt, inter quos feudi quaestio agitatur; masculus enim universum feudum sibi vindicat, femina vero ad parentum feudum pariter cum fratre vocari se defendit. Quidam pro masculo, quidam pro femina pronuntiant. Eorum, qui pro filia iudicant, sententiam sequendam esse censeo, quum filia ex antedictorum ingalium contubernio superest, ex praedefuncta uxore alio suscepto masculo, qui consanguineus ad eam frater sit; in ceteris priorum sententia sane sequenda est. Quodsi sola ex eo matrimonio relicta filia, nullo ex eo vel alio connubio superstite masculo, ab hac luce subtracti fuerint, feudum scindi fert prudentum nostrae civitatis opinio, ut dimidiam quidem partem femina sibi acquirat, reliquam vero dominus aut eius heres accipiat.

§. 8. (Tit. CV. De feudis habitationum.) Feuda habitationum, nisi aliud specialiter cautum sit, morte accipientium finiuntur.

§. 9.[a]) *Imperator Henricus.* Si contigerit feudum incuria aut neglectu fidelis consortibus applicari, nullum ex eo levamen detrusus excipiat, ne senioris sui contemtus illusus fiat, ob quem feudum iure dimiserat. Sane qui aliter fecerint, quam quod mens salubberrimae nostrae constitutionis exposcit, beneficio se carituros esse cognoscant, ita ut eis amplius sperare non liceat; seniori danda licentia tam ab ipsis eorumque posteris, quam ceteris detentoribus praedictum beneficium vindicandi.

§. 10. (Tit. CVI. Servos post delatam successionem manumissos in feudum non succedere.) Quaesitum scio dudumque apud prudentes fuisse causam hanc, si servi, quibus macula servitutis obstaculo fuerat, libertate donati fuerint, an ad feudi successionem valeant adspirare? Denique post magnas varietates obtinuit sententia distinguentium, quo tempore libertatis donum assecuti fuerint, ut, si quidem eo tempore, quo coheres alter, utpote his constitutis inhabilibus, aut dominus quasi ad se devolutum vindicasset, ab eius successione sint penitus alieni, ne, quod legitime factum est, superveniente facto postea retractetur; qui si re integra manumissi fuerint, in feudum recte succedere queunt.

§. 11. (Tit. CVII. Ut vasalli sumtibus domini servitia praestent.) Antiquatum esse ipsis rerum experimentis nos ipsi cognovimus, fideles, nisi aliud contractibus pactiones insertae desiderent, dominorum sumtibus eisdem servitia ministrare. Iustum namque est, ut illi consequantur stipendium, quo tempore suum commodare reperiuntur obsequium, praesertim quum nec quisquam propriis cogatur impendiis militare, maxime quum extra civitatis suae tentoria servitiis exhibendis eos convenit fatigari.

§. 12. *Gregorius septimus.* Si quis Imperatorum [2]), regum, ducum, marchionum, comitum, vel quilibet [3]) saecularium potestatum aut personarum investituram episcopatuum vel alicuius ecclesiasticae dignitatis dare praesumserit, ecclesiastica communione privetur. (C. 16. qu. 7. c. 12. §. 1.) §. 13.

---

[a]) *Haec constitutio est in Cuiacii lib. V. numero tertia, cum hac rubrica: Alia Constitutio Henrici de vasallo qui unum ex dominis refutavit.*

[1]) *al.* solita. — [2]) *Corp. iur. can.*; Imperator *Ard.* — [3]) *Corp. iur. can.*; quarumlibet *Ard.*, *Aluar.*

§. 13. Quoniam investituras [1]) contra sanctorum patrum auctoritatem a laicis [2]) ex [3]) multis partibus cognovimus fieri, et ex eo plurimas perturbationes in ecclesia, immo ruinam sanctae religionis oriri, ex quibus Christiana [4]) religio conturbatur, decernimus, ut nullus clericorum investituras episcopatus, vel abbatiae vel ecclesiae de manu Imperatoris, vel regis, vel alicuius laicae personae, viri vel feminae, suscipiat. Quod si praesumserint, recognoscant, investituram illam ab apostolica auctoritate irritam esse, et se usque ad dignam satisfactionem excommunicationi subiacere. (C. XVI. qu. 7. c. 13.)

§. 14. Si quis clericus, abbas vel monachus per laicos ecclesias obtinuerit, excommunicationi subiaceat. (C. XVI. qu. 7. c. 16.)

§. 15. Constitutiones sanctorum canonum sequentes statuimus, ut quicunque clericorum ab hac hora investituram ecclesiae vel ecclesiasticae dignitatis de manu laici acceperit, et ipse [5]), et qui ei manum imposuerit gradus sui periculo subiaceat, et communione privetur. (C. XVI. qu. 7. c. 17.)

§. 16. Maius est possessionem dare, quam sit investituram concedere.

§. 17. (Tit. CVIII. Vasallum feudum posse in alium arctiori lege transferre.) Nulla iuris constitutione aut consuetudinis usuque longaevi observantia prohiberi sciscitatus invenio, vasallum arctiori, quam ipse habeat, lege feudum in alium ubilibet posse transferre.

§. 18. Longinquitate temporis fit saepe, ut non pateat conditio originis, unde iam statutum est, ut professionem suam liberti ecclesiae debeant facere, qua profiteantur, se et de familia ecclesiae esse, et eius obsequium nunquam relicturos. His quoque adiicimus, ut, quoties cursum vitae sacerdos impleverit, et de hac vita migraverit, mox quum successor eius advenerit, omnes liberti ecclesiae vel ab eis progeniti chartulas suas in conspectu omnium debent ipsi, qui substituitur, pontifici publicare, et professionem in conspectu ecclesiae renovare, quatenus status sui vigorem illi obtineant, et obedientia eorum ecclesia non careat. Sin autem scripturas libertatis suae intra annum ordinationis novi pontificis manifestare contemserint, aut professiones renovare nolnerint, vacuae et inanes chartulae ipsae remaneant, et illi origini suae redditi, siut perpetuo servi. (C. 12. qu. 2. c. 64.)

§. 19. Liberti ecclesiae, quia nunquam moritur eorum patrona, a patrocinio ecclesiae nunquam discedant, nec posteritas quidem eorum, sicut priores canones decreverunt. Ac ne forte libertinitas [6]) eorum in futura prole non pateat, ipsaque [7]) posteritas se ab ecclesiae patrocinio non subtrahat, necesse est, ut tam iidem liberti, quam ab eis [8]) progeniti professionem episcopo suo faciant, per quam ex familia ecclesiae libertos se esse fateantur, eiusque [9]) patrocinium non relinquant, sed iuxta virtutem suam obsequium ei vel obedientiam praebeant. (C. 12. qu. 2. c. 65.)

§. 20. Quicunque fidelium propria devotione de facultatibus suis aliquid ecclesiae contulerunt, si forte ipsi aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem ecclesia suffragium vitae temporis usu [10]) percipiant. (C. 16. qu. 7. c. 30.)

§. 21. (Tit. CIX. Clericatu feudum amitti.) Et iure et moribus receptum est, vasallum clericali se militiae dedicantem feudum amittere. Scriptum est enim in divinis eloquiis: miles Christi serviat Christo, milites saeculi serviant saeculo.

§. 22. Si quis episcopus saecularibus potestatibus usus ecclesias pro ipsis obtinuerit [11]), deponatur et segregetur, omnesque, qui illi communicant. (C. 16. qu. 7. c. 14.)

§. 23. Illud per omnia interdicimus, ut nullus clericus praebendam suam seu beneficium aliquod ecclesiasticum aliquo modo alienare praesumat. Quod si praesumtum olim fuerit vel aliquando fuerit, irritum erit, et ultioni canonicae subiacebit. (C. 12. qu. 2. c. 37. §. 1.)

§. 24. Quicunque militum vel cuiuscunque ordinis vel professionis persona praedia ecclesiastica a quocunque rege seu saeculari [12]) principe, vel ab episcopis invitis seu abbatibus, aut ab aliquibus ecclesiarum rectoribus susceperit [13]), vel invaserit, vel eorum consensu tenuerit, nisi eadem praedia ecclesiae restituat, excommunicationi subiaceat. (C. 12. qu. 2. c. 4.)

§. 25. Si tributum petit Imperator, non negamus; agri ecclesiae solvant tributum. Si agros ecclesiae desiderat Imperator, potestatem habet vindicandorum; tollat eos, si libitum est. Imperatori non do [14]), sed non nego, quia non ecclesia dari Imperatori, non pontificalis apex more capitis ecclesiae praeminens potest subiici regibus [15]). (C. 11. qu. 1. c. 27.)

§. 26. De his, quae clerici emerint, vel vivorum donationibus acceperint, consueta principibus debent obsequia, ut et annua eis persolvant tributa, et vocato exercitu, cum eis, consensu tamen Romani pontificis, proficiscantur ad castra. (Dict. ad C. 23. qu. 8. c. 25.)

IV.

CAPITULA EXTRAORDINARIA BARATERII [a]).

I. (Tit. 1. c. 3.) Beneficium intelligitur quasi ex bono praeterito vel praesenti [16]) vel futuro facto et licito, et generaliter habet in se servitium et fidelitatem, nisi ex pacto excipiatur, ut fit saepius. De fidelitate autem sapientes aliter opinantur, respiciunt autem ad personam dantis vel recipientis beneficium, vel ad beneficii quantitatem. Si enim dominus et vasallus nunquam de fidelitate cogitavit, pro nimia parvitate beneficii, quis unquam contradixit?

II. (Tit. 4. c. 7.) Beneficium paternum sive hereditarium intelligitur feudum patris vel proavi usque ad infinitum.

III.

---

[a]) *Haec capitula extraordinaria ex Baraterii lib. feud. reform. collegit Laspeyres l. c. p.* 430 *sqq. Nos etiam usi sumus illius libri editione Schmidiana, quae reperitur in Ioh. Schilteri Cod. iur. Alem. feud. (ed. secunda — Argent.* 1728. *fol.), in qua edit. paucis locis discrepat textus a textu, quem dedit Laspeyres.*

[1]) ecclesiarum *add. Corp. iur. can.* — [2]) personis *add. Corp. iur. can.* (?). — [3]) in *Corp. iur. can.* — [4]) *Corp. iur. can.*; censurae *Alvar.* — [5]) et ipse *am. Ard., Alvar.* — [6]) libertas *Corp. iur. can.* — [7]) *Corp. iur. can.*; ipsa quoque *Ard.*; ipsamque *Alvar.* — [8]) *Corp. iur. can.*; quam eius *Ard., Alv.*; quam eis *Bk.* — [9]) *Corp iur. can.*; eius *Ard., Alvar.* — [10]) pro temporis usu *Corp. iur. can.* — [11]) ecclesiam per ipsos obtineat *Corp. iur. can.* — [12]) *Alvar., Corp. iur. can.*; singulari *Ard.* — [13]) *Corp. iur. can.*; suscepit *Ard., Alvar.* — [14]) dono *Corp. iur. can.* — [15]) *Haec ultima verba:* quia non — regibus *desunt in Corp. iur. can.* — [16]) vel praesenti *am. Lasp.*

III. (Tit. 6. c. 4.) Beneficium intelligitur investitura cum traditione. Ex quo ita fit, ut, si quis primo investiatur re nondum tradita, ille, cui posterior investitura cum traditione facta fuerit, potior habeatur.

IV. (Tit. 8. c. 33.) Si uni propter propriam culpam feudum abiudicatum [1]) fuerit, aliis non nocet, nisi ad tempus, id est donec heredes illius inculpati fuerint.

V. (Tit. 12. c. 8.) Si quis nominatim de beneficio alicuius militis investiatur, inutilis est investitura, quia inde occultum et nequissimum homicidium posset oriri, et periurium, et alia nefanda evenire possent. Unde et si de beneficio, cum primo apertum fuerit, aliquis investiatur, quum propter hoc magis occulte malitia perpetrari possit, magis inutilis est investitura.

VI. (Tit. 13. c. 2.) Si unus vasallus domino refutaverit, non praeindicat ceteris.

VII. (Tit. 15. c. 13.) Illud quoque curialis usus [2]) memoriae tradere curavimus, ut, si qualiscunque controversia inter dominum et vasallum fuerit, et exinde dominus ad suos milites conquestus fuerit, tunc pares curiam faciant, et ex se ipsis legatos primo, secundo et tertio suo pari dirigant, tribus dilationibus datis, quarum prima quindecim dierum intercapedinem habeat, secunda triginta, tertia quadraginta, et eo non veniente, nec idoneam excusationem faciente, tunc pares dominum possessorem faciant, salvis beneficiis. Pari ratione salva profecto ratio intelligatur, si certis excusationibus suam contumeliam intra [3]) annum purgaverit. Et si quidem venieus se excusare non potuerit, hoc domino laudatione parium emendet, et possessionem beneficii accipiat, et iustitiam prout res exigit domino laudatione parium faciat.

VIII. (Tit. 15. c. 14.) Si de allodio aliaque re extra beneficium inter vasallum et dominum contentio fuerit, tunc pares ad iudicem legis, vel alibi, id est ad arbitros, mittant eos, sed si de proprio beneficio, sua sententia dirimant. Similiter si dominum offensum habuerit, sua sententia dirimant. Si inter duos vasallos, tunc domini cognitio est. Et si vasallus spernit ad indices ire, pares per feudum constringant vasallum, dantes domino beneficii possessionem.

---

[1]) *Lasp.*; abdicatum *Barat.* — [2]) *Lasp.*; curiali usu *Barat* — [3]) *Lasp.*; intra *Barat.*

V. CAPITULA EXTRAORDINARI EX CUIACII LIBRO QUINTO DE FEUDIS.

TIT. I.*)

CONSTITUTIO CONRADI DE BENEFICIIS.

In nomine sanctae et individuae trinitatis [1]) Conradus dei gratia Romanorum Imperator Augustus.

Omnibus sanctae dei ecclesiae fidelibus et nostris tam praesentibus quam futuris notum esse volumus, quod ad [2]) reconciliandos animos seniorum et militum, ut ad invicem semper inveniantur concordes, et ut fideliter nobis et suis senioribus serviant, et devote, praecipimus et firmiter statuimus, ut nullus miles episcoporum, abbatum, abbatissarum, marchionum, vel comitum, vel hominum [3]), qui beneficium de nostris publicis bonis aut de ecclesiarum praediis nunc tenent aut tenuerint, aut hactenus iniuste perdiderint [4]), tam de nostris maioribus valvasoribus [5]), quam eorum militibus sine certa et convicta culpa suum beneficium perdat, nisi secundum consuetudinem antecessorum nostrorum et iudicium parium suorum. §. 1. Si contentio emerserit inter seniorem et militem, quamvis pares iudicaverint, illum suo beneficio carere debere, et ille dixerit, hoc iniuste vel per odium factum esse, ipse suum beneficium teneat, donec senior, et ille, quem culpat, cum paribus ad nostram praesentiam veniant, et ibi causa iuste terminetur [6]). Senior vero et miles, qui culpatur, qui ad nos venire debuerint [7]), sex hebdomadas ante, quam iter incipiat, ei, cum quo litigaverit, innotescat. Hoc autem de maioribus valvasoribus observetur. De minoribus vero in regno nostro aut ante seniores, aut ante missum nostrum eorum causa finiatur. §. 2. Praecipimus etiam, ut, si aliquis miles sive de maioribus, sive de minoribus de hoc saeculo migraverit, filius eius beneficium habeat [8]). Si vero filios non habuerit, sed [9]) aviaticum ex masculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, servato usu maiorum valvasorum in daudis equis et armis suis senioribus. Si vero forte aviaticum ex filio non reliquerit, sed fratrem legitimum ex parte patris, etsi seniorem offensum habuerit, si ei [10]) vult satisfacere, et miles eius esse, beneficium, quod patris sui fuit, habeat. §. 3. Insuper et omnibus modis prohibemus, ut nullus senior de beneficio suorum militum cambium, aut precarium, aut libellum sine eorum assensu facere praesumat. Illis vero, quae tenet proprietario iure, aut per praecepto suo porrectum libellum, sive per precariam, nemo eum devestire

---

*) *Haec const. in Cuiacii de feudis libro V. est prima. Exstat etiam in Cod. Aug. I. et in Hamb., in quo codice legitur inter tit. LII et LIII. lib. II.*

*) In nomine — trinitatis *om. Aug. I., Hamb.* — [1]) quia nos ad *Hamb.* — [3]) marchionum, comitum et omnium *Hamb.* — [4]) possederint *Hamb.* — [5]) tam de dominis maioribus *Hamb.* — [6]) *Hamb.*; determinetur *Cui.* Si autem pares culpati senior in iudicio defecerit, ille, qui culpat, suum beneficium teneat, ipse cum paribus et suo seniore ad nos veniat *add. Aug. I.*; Sin autem pares culpati in iudicio seniorum defecerint ille, qui culpat, suum beneficium teneat, donec ipse cum paribus et suo seniore ante nos veniat *add. Hamb.* — [7]) Senior vero qui culpat et ad nos venire decernerit *Hamb.* — [8]) *Hamb.*; filios eius beneficium tenere *Cui.* — [9]) *Hamb.*; et *Cui.* — [10]) *Bk.*; habuerit, sibi *Cui.*

devestire audeat iniuste. §. 4. Fodrum autem de castellis, quod nostri antecessores habuerunt, habere volumus, illud vero, quod non habuerunt, nullo modo exigimus. Si quis hanc inssionem nostram infregerit, auri optimi [1]) libras C componat, medietatem camerae nostrae, et medietatem cui damnum illatum fuerit.

TIT. II. [a])

CONSTITUTIO HENRICI DE CAUSIS AMITTENDI FEUDI.

TIT. III. [b])

ALIA CONSTITUTIO HENRICI DE VASALLO, QUI UNUM EX DOMINIS REFUTAVIT.

TIT. IV. [c])

ALIA CONSTITUTIO HENRICI EIUSDEM, UT INGRATITUDO VASALLI PROBETUR TESTIBUS QUINQUE.

TIT. V. [d])

CONSTITUTIO LOTHARII DE FEUDIS NON ALIENANDIS.

TIT. VI. [e])

ALIA EIUSDEM LOTHARII CONSTITUTIO DE INVESTITURA NON PETITA INTRA ANNUM.

TIT. VII. [f])

CONSTITUTIO FRIDERICI DE FEUDIS NON ALIENANDIS, ET ALIIS CAPITULIS.

TIT. VIII. [g])

ALIA DE IURE FISCI.

TIT. IX. [h])

ALIA CONSTITUTIO EIUSDEM FRIDERICI DE PACE TENENDA.

TIT. X.

ALIA CONSTITUTIO FRIDERICI IMPERATORIS DE INCENDIARIIS ET PACIS VIOLATORIBUS.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator, et semper Augustus.

Decet fidelitati nostrae tempora generali populorum et [2]) provinciarum tranquillitati circumspectionis nostrae studio providere [3]), ut, dum in subiectis dominationis virtute pollemus, reprobos quoslibet ac scelerosos a subditorum iniuriis arceamus aequitatis nostrae correctione. Considerantes quippe, quae damna quantaeque desolationes hominum et provinciarum per seditiones et incendia provenerint, et quantos praeterea futurorum timores reportent, ea, quae de conscientia et consilio principum et aliorum fidelium nostrorum, tam liberorum quam ministerialium, ad reprimendas incendiariorum insolentias imperialis nostra sanxit auctoritas, universalis imperii fidelibus nota fieri volumus, et sicut in castro nostro Nurimberg haec ordinata et confirmata sunt, firmiter indicimus observanda. Primum igitur de incendiariis demandamus generaliter, ut, si liber homo, ingenuus, ministerialis, vel cuiuscunque conditionis fuerit, incendium commiserit pro werra propria, pro amico, pro parente, vel causae cuiusquam alterius occasione, de sententia et indicio imperiali proscriptioni statim subiectus habeatur. Hic excipiuntur, si qui forte manifesta werra castra manifeste capiunt, et si qua ibi suburbia, aut stabula, aliave tuguria praeiacent, igne succendunt. Excipiuntur et indices, quos in malefactores poenam iustitia exigente exercere contingit. Quodsi aliquis in ducatu alicuius incendium fecerit, ipse

---

[a]) *Haec const. est supra in Capit. extraord. Ardizonis cap.* 150. §. 1. — [b]) *Vide Capit. extraord. Ardiz. cap.* 150. §. 9. — [c]) *Vide II. F. tit.* 57. — [d]) *Vide II. F. tit.* 52. *I.* — [e]) *Vide II. F. tit.* 52. *III.* — [f]) *Vide II. F. tit.* 55. — [g]) *Vide II. F. tit.* 56. — [h]) *Vide II. F. tit.* 27.

[1]) optimi *om. Hamb.* — [2]) *Bk.*; et *om. Cui.* — [3]) *Bk.*; provideri *Cui*

ipse proscriptum pronunciet, ac deinde institiae suae auctoritate eum proscribat. Id ipsum faciant marchiones, palatini comites, landgravii, et comites alii, nec alicui eorum liceat talem absolvere, nisi domino Imperatori. Quicunque etiam incendiarium in domo sua scienter receperit, et consilium auxiliumve ei impenderit, damnum [1]) iniuriam passo pro facultate sua restituat, iudici vero X libras monetae de illa dioecesi, in qua commissum est, persolvat, ac domino Imperatori pro voluntate et gratia sua disponat. Si quis autem super hac culpa innocentiam suam probare vel ostendere voluerit, cum duobus viris veracibus culpa in praesentia iudicis se expurget. Si quis autem cuiquam imposuerit, quod incendiarium receperit, et de hoc ipsum iure voluerit convenire, hoc nequaquam ei fieri liceat, nisi praestito primo calumniae sacramento. Dominus etiam Imperator proscriptorum neminem a sententia proscriptionis absolvat, nisi de illicitis primo damnis cum iniuriato componat, et nisi consciente iudice hoc faciat. Proscriptum vero, quem pro incendio sententiam proscriptionis incurrisse omnibus notum fuerit, dioecesianus episcopus, si ad satisfactionem inobediens exstiterit, a communione ecclesiae dei et fidelium Christi abiiciat, et extraneum eum reddat, nec eum absolvat, quoadusque laeso damnum restituat, et e converso, quem episcopus legitimis induciis citatum iustitia dictante excommunicaverit, et hoc iudici insinuaverit, iudex eum banno proscriptionis condemnet, et nec prius eum absolvat, quam coram episcopo de his, pro quibus condemnatus est, satisfaciat. Quodsi a proscriptione illa praedicto modo fuerit absolutus, et episcopo suo voluerit obedire, incendium primo abiuret, deinde sit in arbitrio episcopi, qualem ei poenam iniungat, ad visitandum sepulcrum domini aut limina Iacobi apostoli. Si autem proscriptus eo, ut dictum est, modo absolvi desideraverit, domino Imperatori fines imperii per annum et diem abiuret. Si quis autem a proscriptione et excommunicatione similiter non fuerit absolutus intra annum et diem, universo iure, honore et legalitate privatus habeatur, ita ut ferendo testimonio vel ad iudicandum de cetero nequaquam sit admittendus. Omni quoque feudali iure carebit perpetuo. Item si in reisa alicuius domini cum ipso domino, cuius est reisa, aliquis fuerit, qui incendium, ut saepius contingit, faciat, dominus ipse, cuius est ipsa reisa, inrabit super reliquias, quod non fecerit conscientia, vel mandato, vel voluntate sua. Reum autem abiiciet a se et unquam recipiet. Quodsi illum post satisfactionem receperit, tenetur universum damnum, quod ille commisit, restituere. Item si contingat dominum aliquem in villa aliqua hospitari violenter, et fortuito evenerit domum aliquam incendi, et ille, cui fit damnum, dominum impetierit, quod mandato suo, vel voluntate, vel conscientia sua factum sit, damnum damnificato restituat. Item si incendiarius captus fuerit, et coram iudice negare voluerit incendium se commisisse, si forte notorium non fuerit, per provinciam iudex si possit eum cum septem idoneis testibus convincere, capite plectatur; sed si notorium fuerit, nullius requirendum est testimonium, sed statim decollandus. Item si castellani cuiusquam domini descendentes a castro domini sui incendium fecerint, domino absente a provincia, castrum domini propter hoc non erit comburendum, sed bona incendiariorum, quaecunque extra castrum fuerint reperta, comburantur. Post reversionem vero domini, si dominus incendiarium retinere voluerit, et a se non repulerit, castrum eius similiter erit comburendum. Item si proscriptus propter incendium in aliquam domum confugerit, de qua non possit haberi, nisi domus incendatur, propter hoc incendium non erit quis incendiarius, sed damnum pro incendio restituere debet. Item si incendiarius super castrum aliquod agitatus confugerit, et dominus, cuius est castrum, fortassis dominus, vel vasallus, vel consanguineus fuerit, dominus ille non debet eum persequentibus repraesentare, sed iuvabit eum a castro in silvam vel alias, ubi securus sibi videatur. Quodsi nec dominus vel vasallus, nec cognatus fuerit, persequentibus eum statim repraesentet, vel cum eo in eadem culpa sit. §. 1. Statuimus etiam, et eodem firmiter edicto sancimus, ut, quicunque alii damnum facere, aut laedere ipsum intendat, tribus ad minus ante diebus per certum nuncium suum diffiduciet eum. Quodsi laesus diffiduciatum se fuisse negare voluerit, nuncius idem, si vivus est, iuret, quod contradixerit ei ex parte domini sui loco et tempore designato. Si mortuus est nuncius, iuret dominus iunctis sibi duobus viris veracibus, quod contradixerit ei, ne dolo mediante de fide violata quis valeat inculpari. His sancientes adiicimus, ut, quicunque treugas alicui dederit, nisi ibi determinatum et exceptum fuerit, quo tenore servet vel non servet eas, contradicere eis ante terminum statutum nequaquam possit. Quod si fecerit, ut violator fidei indicetur. Item qui nuncium aliquem pro eo, quod contradicturus mittitur, laeserit, fidem suam violavit, et de cetero omni honore suo carebit, et in posterum nullus ei contradicet. §. 2. De filiis quoque sacerdotum, diaconorum, rusticorum statuimus, ne cingulum militare aliquatenus assumant, et qui iam assumserunt, per iudicem provinciae a militia pellantur. Quodsi dominus alicuius eorum eum in militia contra iudicis interdictum retinere contenderit, dominus ipse iudici in X libras condemnetur, servus autem omni iure militiae privetur. §. 3. Statuimus etiam, ut, si quis vineas aut pomaria exciderit, proscriptioni et excommunicationi incendiariorum subiiciatur.

Ut autem haec tam utilis ordinatio omni tempore rata permaneat, et eo, quo dicta est, tenore inconvulsa consistat, eam legibus praedecessorum nostrorum Imperatorum atque regum iussimus interseri et perpetuo iure servari. Cui si quis ausu temeritatis contraire praesumserit, dei omnipotentis et nostrae perpetuo indignationis sit reus. *Fiat, fiat. Actum Nuremberg in praesentia principum, consilio et consensu eorum, anno incarnationis MCLXXXVII. III. Kal. Ian.*

TIT. XI. [a])

ALIA CONSTITUTIO EIUSDEM DE PACE COMPONENDA ET RETINENDA INTER SUBIECTOS, ET ALIIS CAPITULIS.

TIT. XII. [b])

ALIA CONSTITUTIO EIUSDEM FRIDERICI DE PACE CONSTANTIAE.

TIT. XIII.

ALIA CONSTITUTIO FRIDERICI DE IURE PROTIMESEOS.

Sancimus, a modo in omni provincia et in omni civitate, si quis ex parentela habeat communem agrum, domum, vel vineam, vel rem immobilem divisam vel indivisam aut ex communi emtione, vel aliquo huiusmodi titulo,

[a]) *Vide II. F. tit. 53.* — [b]) *Vide infra Acta de pace Constantiae.*

[1]) *Bk.*; damnum et *Cui.*

titulo, vel alio modo aliquo coniunctim, et voluerit alienare supradictas res per venditionem, vel emphyteusin, vel locationem, non ante liceat ei alienare, quam denunciaverit illis, quos vocavimus per ordinem in ius προτιμήσεως. In primis vocentur parentes, qui sunt coniuncti, post hos socii, post hos illi, qui sunt coniuncti, etiamsi extranei sint, post hos vocentur omnes, qui sunt sub uno servitio, et qui sunt coniuncti ex aliqua parte. Sin autem plures sint in iure προτιμήσεως, omnibus denuncietur, ut intra triginta dies solvendo instum pretium sine mora, aut quantum quivis emtor sine frande dederit, unusquisque portionem suam accipiat. Verum si intra statutum terminum iustum pretium non solverit, de cetero non habebit ius προτιμήσεως, nisi si quis eorum erat in captivitate, vel deportatus, vel in exilium missus, vel absens reipublicae causa, aut ex propria sua causa, vel minor viginti quinque annis; et licet isti fuerint absentes ex iusta causa, tamen tutores eorum, vel curatores, vel procuratores, vel defensores intra quatuor menses debent venire et solvere iustum pretium cum legitimis usuris et expensis necessariis, et accipere ius προτιμήσεως, et extraneos emtores omnimodo expellere, et si neglexerint hoc facere, sarcient de propriis suis, quidquid incommodi illi habuerint. Licet autem supra diximus, omnes vocari ad ius προτιμήσεως, tamen si probatum fuerit, quod atroces iniurias vel manus impias venditori vel eius familiae intulerint, vel ipsius substantiae gravem iacturam moliti sint [1]), vel contra eius vitam nisi sint [2]), omnes isti nullo modo sine voluntate venditoris ad ius προτιμήσεως veniunt. Ex causa tamen dotis, vel donationis propter nuptias, vel simplicis donationis, vel donationis causa mortis, vel ex testamento, permutatione, transactione et parentes et extranei omnes possunt alienare, nisi quis vendendo vel locando ei, qui non habuit ius προτιμήσεως, simulate donaverit vel legatum dederit. Ideoque illi, qui habent ius προτιμήσεως, possunt exigere iuramentum a venditore et emtore, et post iuramentum si probatum fuerit, contra constitutionem nostram simulate hoc fecisse venditorem et emtorem, rem et pretium perdent, et fisco applicabitur, fiscus autem vendet rem illam illis, qui habent ius προτιμήσεως. Sed si ante iuramentum probatum fuerit hoc eos fecisse, venditio erit irrita, et venditor cogetur invitus vendere illis, qui habent ius προτιμήσεως. §. 1. Prohibemus autem potentiores personas aliquid accipere praetextu adoptionis, vel donationis simplicis, aut causa mortis ex testamento, vel ex usucapione, aut sub praetextu defensionis, nisi forte parentes fuerint. Potentiores autem dicimus, qui non tantum per se, sed etiam per propinquos possint inferre timorem alienatoribus, aut promissionem beneficii. Quodsi aliquis ex potentioribus hoc praesumserit facere, sit alienus ab illa re, et aestimationem illius rei praestet fisco. Transcurso tamen decennio sine denunciatione, nulla de cetero moveatur controversia illis, qui possident ex aliquo contractu, vel ex donatione, vel ex testamento, ab illis, qui habent ius προτιμήσεως, vel etiam fisco.

TIT. XIV.

ALIA EIUSDEM DE IURE PROTIMESEOS

Quum omnibus hominibus, qui legibus regantur et moribus, praeceptum esse constet ius suum cuique tribuere, nec cuiquam ius suum detrahere, libertatis procedente gratia, qua naturaliter, quod cuique facere libet, nisi quid vi aut iure prohibetur, est concessa facultas, res suas unicuique liberum esse aut propter nuptias donationis, aut dotis, aut simplicis donationis, aut cuiuslibet alienationis, aut ultimae voluntatis dispositionis causa sive testamentario iure in alium transferre, non est ambigui iuris. Sed quoniam et iure praecipitur honeste vivere, alterum non laedere, ne hi, qui cognatione, vel communione, vel aliquo propinquitatis modo eorum, qui vendunt, urbanis rusticisve praediis adhaerendo, ab his, qui intromisceantur, laedantur, vel aliter ipsa venditione impediantur, iure προτιμήσεως praeferri sancimus [3]).

---

[1]) *Bk.*: sunt *Cui.* — [2]) *Bk.*; consensus etc. *Cui.*

CONSTITUTIONES ALIQUOT IMPERATORUM

IN PRIORIBUS NON COMPREHENSAE.

TIT. I.

DE STATUTIS ET CONSUETUDINIBUS CONTRA LIBERTATEM ECCLESIAE EDITIS [1]), ET IMMUNITATE LOCORUM RELIGIOSORUM UBIQUE MORANTIUM, ET FORI PRIVILEGIO, ET GAZARIS, ET PATARENIS, ET ALIIS HAERETICIS EORUMQUE SUCCESSORIBUS, ET NAVIGIIS PEREGRINIS, ET ADVENIS QUOCUNQUE LOCORUM HOSPITANTIBUS EORUMQUE SUCCESSORIBUS, ET DE AGRICOLARUM SECURITATIBUS.

Fridericus, dei gratia Romanorum Imperator, semper Augustus, Marchionibus, Comitibus, cunctisque populis, quos clementiae nostrae regit imperium, salutem et gratiam.

In die, qua de manu sacratissimi patris nostri summi pontificis recepimus imperii diadema, curavimus ad dei et ecclesiae suae honorem edere quasdam leges, quas in praesente pagina iussimus annotari, per totum nostrum imperium publicandas. Per imperialia vobis scripta praecipiendo mandamus, quatenus eas quisque litteras in suo districtu irrefragabiliter et inconcusse servet.

Ad decus et honorem imperii, et laudem Romani principis nihil omnino magis videtur accedere, quam ut expurgatis quibusdam erroribus, et iniquis quorundam statutis penitus destitutis, de cetero ecclesia dei plena quiete vigeat, et secura gaudeat libertate. Sane adeo infidelium quorundam ei iniustorum iniquitas abundavit, ut non dubitent contra apostolicam disciplinam et sacros canones statuta sua confingere contra [2]) ecclesiasticas personas et ecclesiae libertatem. §. 1. Quum ergo dispositione divina favente [3]) nihil velit ecclesia, quae nihil debet praeter bonum appetere, quod nobis eodem concursu et eadem non placeat voluntate, nos Fridericus Romanorum Imperator semper Augustus hac edictali lege irritamus et irrita nunciamus omnia statuta et consuetudines, quae civitates, vel loca, potestates, consules, vel quaecunque aliae personae contra libertatem ecclesiae vel ecclesiasticas personas edere vel servare adversus canonicas vel imperiales sanctiones praesumserint, et ea de capitularibus suis mandamus [4]) intra duos menses post huius publicationem edicti penitus aboleri, et si de cetero similia attentaverint, ipso iure decernimus esse nulla, et eos sua iurisdictione privatos, superiori protinus applicanda [5]), nec non locum, ubi deinceps talia praesumta fuerint, banno mille marcharum praecipimus subiacere, potestates vero, consules, rectores [6]), statutarii, et scriptores dictorum statutorum, nec non et consiliarii locorum ipsorum, qui [7]) secundum statuta vel consuetudines memoratas iudicaverint, sint ex tunc ipso iure infames; quorum sententias et actus alios illegitimos praecipimus aliquatenus non tenere. Quodsi [8]) per annum huius nostrae constitutionis inventi fuerint contemtores, bona eorum per totum [9]) nostrum imperium mandamus impune ab omnibus occupari, salvis nihilominus [10]) aliis poenis contra tales in generali concilio promulgatis. §. 2. Item nulla potestas vel persona publica vel privata [11]) collectas sive

---

[1]) *Reliquam rubricae partem non habet Rehd.*, sup. prot. appl. nec non *om. Hamb.* — [2]) et contra *Rehd.*, *Hamb.*, *Ed. I.* — [3]) div. volente vel favente *Rehd*; volente vel faciente *Hamb.*, *Ed. I.* — [4]) et eadem capitularia mandamus *Rehd.*, *Ed. I.*; et eadem capitula iam mandamus *Hamb.* — [5]) sup. prot. appl. *om. Rehd.*, *Ed. I.*; rectores *om. Rehd.*, *Ed. I.*; consules ac omnes stat. *Hamb.* — [7]) ipsorum locorum et qui *Rehd.*, *Hamb.*, *Ed. I.* — [8]) qui si *Hamb.* — [9]) totum *om. Rehd.*, *Hamb.*, *Ed. I.* — [10]) nihilominus *om. Hamb.* — [11]) potestas vel (vel *om. Hamb.*) publicas vel privatas collectas *Rehd.*, *Hamb.*, *Ed. I.*

sive exactiones, angarias vel parangarias [1]) ecclesiis, vel aliis piis locis, aut ecclesiasticis personis imponere, aut invadere bona ecclesiastica [2]) praesumant; quod si fecerint, et requisiti ab ecclesia vel ab imperio emendare contemserint, triplum refundant, et nihilominus banno imperiali subiaceant, quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur. §. 3. Item quaecunque communitas vel persona per annum in excommunicatione facta propter [3]) libertatem ecclesiae perstiterit, ipso iure imperiali banno subiaceat, a quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab ecclesia absoluta fuerit [4]). §. 4. Item statuimus, ut nullus ecclesiasticam personam in criminali quaestione vel civili [5]) trahere ad iudicium saeculare praesumat contra constitutiones imperiales et canonicas sanctiones. Quod si fecerit, actor a iure suo cadat, et iudicatum non teneat, et iudex sit ex tunc iudicandi potestate privatus. Statuimus enim, ut, si quis clericis vel personis ecclesiasticis institiam denegare praesumserit, tertio [6]) requisitus, suam iurisdictionem amittat. §. 5. Gazaros, Patarenos, Leonistas [7]), Speronistas, Arnaldistas, Circumcisos [8]), et omnes haereticos utriusque sexus, quocunque nomine censeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus [9]), praecipientes [10]), ut bona talium confiscentur, nec ad eos ulterius [11]) revertantur, ita quod filii ad successiones eorum pervenire non possint, quum longe gravius sit aeternam [12]), quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inventi fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum ecclesiae, iuxta considerationem suspicionis ac qualitatem personae, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, tanquam infames et banniti ab omnibus habeantur, ita quod, si sic per annum manserint, ex tunc eos sicut [13]) haereticos condemnamus. §. 6. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, ut potestates, consules, seu rectores, quibuscunque fungantur officiis, pro defensione fidei [14]) praestent publice iuramentum, quod de terris suae iurisdictioni subiectis universos haereticos ab ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quod [15]) a modo, quandocunque fuerit quis in potestatem, sive [16]) perpetuam, vel [17]) temporalem, assumtus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare; alioqui nec pro potestatibus, nec pro consulibus habeantur, et eorum sententias irritas ex tunc decernimus et inanes. §. 7. Si vero dominus temporalis requisitus et admonitus ab ecclesia terram suam purgare neglexerit ab haeretica pravitate, post annum a tempore admonitionis elapsum terram illius ipsis exponimus catholicis occupandam, qui eam exterminatis haereticis absque ulla contradictione possideant, et in fidei puritate [18]) conservent, salvo iure domini principalis, dummodo super hoc nullum praestet obstaculum, nec aliquod alind [19]) impedimentum opponat; eadem nihilominus lege servata contra eos, qui non habent dominos principales credentes. §. 8. Praeterea [20]) receptatores, defensores et fautores haereticorum bannimus, firmiter statuentes, ut, si post, quam quilibet talium fuerit ab ecclesia excommunicatione notatus, satisfacere contemserit intra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, vel ad eligendum aliquos ad huiusmodi, neque ad testimonium admittatur; sit etiam intestabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem [21]), nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus praeterea ei super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quodsi forte iudex exstiterit, eius sententia nullam habeat [22]) firmitatem, nec causae aliquae ad eius audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur, si tabellio, instrumenta per eum confecta nullius penitus sint momenti. §. 9. Navigia quocunque locorum pervenerint, si quo casu contingente rupta fuerint, vel aliter ad terram pervenerint, tam navigia ipsa, quam navigantium bona illis integra reserventur, ad quos spectabant, antequam navigium illud periculum incurrisset, sublata omnium locorum penitus [23]) consuetudine, quae huic adversatur sanctioni, nisi talia sint navigia, quae piraticam exerceant pravitatem [24]), aut sint nobis vel Christiano nomini inimica. Transgressores vero huius nostrae constitutionis bonorum suorum publicatione multentur, et si res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum nostrum modis aliis [25]) compescatur. §. 10. Omnes peregrini et advenae libere hospitentur, ubi voluerint, et [26]) hospitati, si testari voluerint, de rebus suis ordinandi liberam habeant facultatem; quorum ordinatio inconcussa servetur. Si qui vero intestati decesserint, ad hospitem nihil perveniat, sed bona ipsorum per manus episcopi loci tradantur heredibus, si fieri potest, vel in pias causas erogentur. Hospes vero, si aliquid de bonis talium contra hanc constitutionem nostram habuerit, triplum episcopo restituat, cui visum fuerit assignandum [27]), non obstante statuto aliquo, seu consuetudine, seu privilegiis, quae hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra praesumserint, eis de rebus suis testandi interdicimus facultatem, ut in eo puniantur, in quo deliquerint, alias, prout culpae qualitas exegerit, puniendi. §. 11. Agricultores et circa rem rusticam [28]) occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi sint quacunque parte terrarum, ita ut nullus inveniatur tam audax, qui personas, vel boves, agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit, quod ad operam rusticalem [29]) pertineat [30]), invadere, capere aut violenter auferre praesumat. Si quis autem huiusmodi statutum [31]) ausu temerario violare praesumserit, in quadruplum ablata [32]) restituat, et [33]) infamiam [34]) ipso iure incurrat, imperiali animadversione nihilominus puniendus. §. 12. [35]) Nos vero Honorius episcopus, servus servorum dei, has leges a Friderico Romanorum Imperatore, filio nostro carissimo, pro utilitate omnium Christianorum editas laudamus, approbamus et confirmamus tanquam in aeternum valituras, et si quis ausu temerario, inimico humani generis suadente, quocunque modo has infringere tentaverit, indignationem dei omnipotentis, et beatorum Petri et Pauli apostolorum se noverit incursurum.

TIT. II.

[1]) vel parangarias *om. Rehd., Hamb.* — [2]) bona eccl. *om. Rehd., Hamb.* — [3]) propter fractam *coni. Cramer secutus Auth.* Item quaecunque *C.* de Episc. et Cler. — [4]) *Bk.*; *vulg.* absolutus; nisi prius ab excommunicatore absolutionis beneficio obtento *Hamb., et simil. Rehd., Ed. I.*; nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis obtento *est in Auth. nominata.* — [5]) in criminali causa vel civili quaestione *Rehd., Hamb., Ed. I.* — [6]) tertio *om. Rehd., Hamb.* — [7]) Leonistas *om. Ed. I.* — [8]) Circumcisos *om. Rehd., Hamb., Ed. I.* — [9]) atque bannimus *om. Rehd.* — [10]) censentes *Rehd., Ed. I., Auth.*; Gazaros *C.* de Haer. et Manich.; inf. diffidando censentes *Hamb.* — [11]) ulterius *om. Rehd., Hamb, Ed. I.* — [12]) divinam *Rehd., Hamb., Aug. I.* — [13]) tanquam *Hamb., Auth.* — [14]) fidei *om. Rehd., Hamb.* — [15]) itaque *Hamb.*; ita ut *Auth.* Statuimus *C.* de Episc. Aud. — [16]) sive *om. Hamb.* — [17]) sive *Bk.*; seu — seu *Auth.* — [18]) *Rehd., Ed. I., Auth.* Si vero *C.* de Haer. et Manich.; caritatem *Hamb.*; *vulg.* pietate. — [19]) aliud *om. Rehd., Hamb., Ed. I., Auth.* — [20]) *Ed. I.*; *vulg.* principales. Credentes praeterea. — [21]) testamenti — factionem *Hamb., Ed. I.* — [22]) obtineat *Rehd., Hamb., Ed. I.* — [23]) sublata penitus omni locorum *Hamb.* — [24]) pravitatem *om. Rehd., Hamb., Ed. I.* — [25]) omnibus *Rehd.* — [26]) hospitentur — et *om. Rehd., Hamb.* — [27]) cui primum fuerit assignandum *Hamb.*; cui prius fuerat resignandum *Rehd., Ed. I.* — [28]) *Rehd., Hamb., Ed. I.*; *vulg.* rusticitatem. — [29]) rusticam *Hamb.* — [30]) *Hamb.*; *vulg.* pertinet. — [31]) Qui (*ita etiam Rehd., Ed. I.*) autem statutum hunc *Hamb.* — [32]) ablata *om. Rehd., Hamb.* — [33]) *Hamb, Rehd., Ed. I.*; *vulg. om.* et. — [34]) infamiae notam *Rehd.*; infamiae nomen *Ed. I.* — [35]) *Hanc ult.* §. *om. Rehd., Hamb., Ed. I.*

TIT. II.

QUOMODO IN LAESAE MAIESTATIS CRIMINE PROCEDATUR.

Henricus Septimus divina favente gratia Romanorum Imperator semper Augustus.

Ad reprimendum multorum facinora, qui ruptis totius debitae fidelitatis habenis adversus Romanum imperium, in cuius tranquillitate totius orbis regularitas requiescit, hostili animo armati consurgunt nedum humana, verum etiam divina praecepta, quibus iubetur, quod omnis anima Romanorum principi sit subiecta, sceleratissimis facinoribus et assiduis rebellionibus demoliri, ne ex eorum absentia in detestando laesae maiestatis crimine processus et sententia retardentur, et tanti sceleris nefanda temeritas remaneat impunita, hac edictali, deo propitio perpetuo valitura, lege sancimus, ut in quocunque laesae maiestatis crimine, et maxime ubi contra Romanorum Imperatores vel reges aliquid, quod dictum tangat, asseratur commissum, possit procedi per accusationem, inquisitionem seu denunciationem summarie et de plano, sine strepitu et figura iudicii, prout illi, qui iurisdictioni praeest, videtur expedire. Ad hoc si qua communitas, corpus, vel collegium, vel alia quaevis persona, cuiuscunque status, dignitatis vel conditionis exsistat, super dicto crimine per nuncium, vel per litteras, seu etiam per edictum publice propositum citata vel citatum neglexerit in termino personaliter vel legitime comparere, contra ipsam vel ipsum perinde, ac si praesentialiter omnibus interesset, vel lis foret legitime contestata, tam ad receptionem testium, et eorum publicationem, et sequentia, quam ad definitivam sententiam et eius executionem procedatur, legibus et consuetudinibus non obstantibus quibuscunque. Hanc autem generalem legem nostram extendi iubemus ad praeterita, praesentia et futura; quam legem ex nunc, absque alterius temporis exspectatione transcursus, suum integrum vigorem decernimus obtinere.

TIT. III.

QUI SINT REBELLES.

Idem ad perpetuam rei memoriam.

Quoniam nuper est ad auditum nostrum deductum, quod inter nonnullos fideles et subditos nostros provinciae Lombardiae aliorumque locorum Italiae disceptationes et dubia saepius oriuntur, an infidelis et rebellis imperii quisquam reputari debeat, nisi prius per nostrae maiestatis sententiam condemnatus appareat, nos attendentes, quod acta prava malorum potius, quam verba sententiarum ipsos faciunt poena condignos, et eo ipso, quod quis peccat, correctionem meretur, et quanto plus differtur punitio, tanto amplius culpa crescit, et gentibus perniciosius in exemplum transit, tenore praesentium declaramus, decernimus et pronuncianmus, quod illi omnes et singuli sunt rebelles et infideles nostri imperii, qui quomodocunque publice vel occulte contra nostrum honorem et fidelitatem rebellionis opera faciunt, et contra nostri imperii prosperitatem aliquid machinantur, contra nos seu officiales nostros in iis, quae ad commissum eis officium pertinent, rebellando. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam declarationis et pronunciationis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumserit, indignationem nostram et poenam mille librarum nostrae camerae solvendarum se noverit incursurum. *Data Pisis, IV. Nonas Aprilis, regni nostri anno quinto MCCCXII.*

TIT. IV. [a])

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator cunctis imperio nostro subiectis.

Hac edictali lege in perpetuum valitura decernimus, ut nullus iudex magnus vel parvus, archiepiscopus seu abbas, vel marchio, vel comes, vel vicecomes, vel quilibet noster nuncius de sententia definitiva ultra XII denarios de libra ab actore vel a reo accipiat, secundum qualitatem in libello comprehensam, de sententia vero possessionis VI denarios pro libra. Quae iudicatura sic percipienda est, ut ille, qui maior est iudex vel vicarius, habeat medietatem, iudices autem medietatem aliam. Haec autem in civilibus causis. Idem in criminalibus [1]), si perventum fuerit ad pecuniae aestimationem. De bonis autem damnatorum seu proscriptorum, secundum quod in nostris constitutionibus cavetur, sic iubemus in ipsos observari. De bonis vero decedentium sine liberis vel sine testamento, secundum quod in legibus Romanorum Imperatorum statutum est, sic ratum esse statuimus. Si quis vero miserabili personae fortuna naufragiorum aliquid abstulerit, poenae antiquae legum subiaceat. §. 1. Si quis nunciorum meorum contra hoc legum statutum venire praesumserit et ausus fuerit, XX librarum argenti poenae subiaceat, insuper multandus, prout animi nostri motus suggesserit. Quod sic volumus intelligi, si sit civitas, dux, marchio, seu comes, seu vicecomes, vel aliqua persona magna, vel castrum magnum. Si vero parva persona sit, poenae unius marchae subiaceat, aut corporalem castigationem sustineat. §. 2. Praeterea volumus, ut nullus iudex die peremtorii edicti sententiam proferre audeat, quia ista tota dies datur vocato ad iustitiam, nisi immineat necessitas iudici absentem vocare. *Actum est hoc MCLXXII* [2]) *die dominico, IV. die mense Decembri, indictione decima. Data apud Auximon ad perpetuam rei memoriam. Amen.*

TIT. V.

---

[a]) *Hanc Friderici I. constitutionem in Corp. iur. recepit Bk. ex Caneiani barbar. legg. ant. Vol. V. p.* 47 *sq.*

[1]) in peccun. criminalibus *Canc., qui in annot. addit:* „*Forte* in pecuniis criminalibus *id est in multis pecuniariis*“ *Bk., cum illud monstrum in textu servasset, in annot. coniecit* in peccatis criminalibus. *Credo illud lapsum esse calami atque librarium, cum scribaret* pecuniariis *vel* pecuniae, *nondum finito hoc verbo errorem suum vidisse ideoque alienum quod erat ab hoc loco verbum imperfectum reliquisse, id quod saepissime factum est.* — [2]) *MCLXII coni. Canc.*

TIT. V. [a])

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus ad aeternam rei memoriam.

Reddentes honorem et debitam reverentiam summae et individuae trinitati, cuius [1]) providentia et miseratione benigna Romani imperii diadema suscepimus et gubernamus imperium, in qua spem nostram praecipue ponimus credentes firmiter, profitemur [2]) patrem ingenitum, et filium [3]) ex patre genitum, et spiritum sanctum ex utroque procedentem, unam deitatem sub pari maiestate et pia trinitate secundum apostolicam disciplinam evangelicamque doctrinam [4]). Haec est fides recta, quae contra omnes praemunitur [5]) errores, quam divinum Petrum Apostolum et Paulum, doctores gentium, novimus tradidisse, qua divinae memoriae Constantinus, noster inclytus praedecessor, Romanum munivit et auxit imperium; cunctosque [6]) populos nostro subiectos imperio in ista volumus religione versari, et praesenti in perpetuum valitura lege sancimus [7]). Omnes haereticos, utrinsque sexus, quocunque nomine censeantur [8]), diffidamus atque bannimus, confirmantes praedecessorum nostrorum constitutiones et poenas, quae adversus haereticos [9]), fautores [10]) et receptores eorum [11]), sine quibus diutius manere non possunt [12]), hactenus sunt statutae; mandantes insuper cunctis saecularibus potestatibus, ut constitutiones Romanorum pontificum contra praedictos vel in causa fidei editas observent et faciant ab aliis immobiliter [13]) observari. §. 1. Sanctam Romanam ecclesiam sicut matrem, et ipsius sedis antistitem sicut [14]) Christi vicarium et beati Petri successorem veneramur et praecipimus ab aliis [15]) ex debito venerari. Ipsam enim Romanam ecclesiam in spiritualibus divinae providentiae altitudo universis dispositione incommutabili praetulit ecclesiis, et totius orbis cura praecipua [16]) insignivit, et ideo hanc [17]) esse omnium ecclesiarum caput, et [18]) patrum regulae, et principum statuta declarant, ac serenissimi nostri testantur affatus [19]). Quapropter Romanum pontificem et ipsius ecclesiae Cardinales, qui sunt eius corporis pars praeclara, ab omni iniuria esse praecipimus alienos [20]); mandantes praesenti nostra constitutione, ut saeculares quaecunque [21]) potestates constitutiones tam pontificum quam principum Romanorum contra tales [22]) sacrilegos editas observent et faciant [23]) ab aliis observari. §. 2. Hanc itaque nostrae serenitatis constitutionem in Corpore iuris sub debita rubrica inseri volumus et mandamus. *Dat. Pisis MCCCXIII, mense Aprilis, imperii nostri anno primo, regni vero quinto* [24]).

---

[a]) *Legitur haec const. apud Albericum de Rosate ad tit. Cod. de SS. trinit., atque extat in Goldasti Impp. Recess. Tom. III.* (*Offenbachi* 1610.) *p.* 408.

[1]) *Gold.*; *al.* in cuius. — [2]) firmiter, simpliciter profitemur *Gold.* — [3]) patrem unigenitum filium *Alb.* — [4]) esse colendam *add. Gold.* — [5]) premit *Alb.* — [6]) *Alb.*; Cunctos *Gold.*; Cunctos itaque *Bk.* — [7]) lege quam sanximus *Gold.* — [8]) perpetua damnamus infamia *inserit Gold.* — [9]) Haereticos, credentes *Gold.* — [10]) defensores *add. Gold.* — [11]) eorum *om. Gold.* — [12]) possent *Gold.* — [13]) immobiliter *om. Alb.* — [14]) tanquam *Gold.* — [15]) praecipimus cunctis *Gold.* — [16]) orbis aurea praesentia *Gold.* — [17]) hanc *om. Alb.* — [18]) ut *Gold.* — [19]) affectus *Gold.* — [20]) cupimus esse alieno *Gold.* — [21]) quicunque *Alb.* — [22]) tales *om. Gold.* — [23]) arctius *add. Gold.* — [24]) *Datum in Pisa*, 1312 *Gold.* (*om. reliquis*).

ACTA [a])

DE

PACE CONSTANTIAE,

COMPOSITA

INTER IMPERATOREM FRIDERICUM ET FILIUM EIUS HENRICUM ET QUOSDAM NOBILES ALEMANIAE [1]) EX UNA PARTE, ET CIVITATES LOMBARDIAE, MARCHIAE ET ROMANDIOLAE EX ALTERA. [2])

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Fridericus, divina favente clementia [3]) Romanorum Imperator semper Augustus, et filius eius Henricus sextus, Romanorum Rex, Augustus.

Imperialis clementiae mansueta serenitas [4]) eam semper in subditis suis dispensationem favoris et gratiae habere consuevit, ut, quamvis districta severitate excessuum delicta debeat et possit corrigere, magis tamen studeat propitia tranquillitate pacis et piis affectibus misericordiae Romanum imperium regere, et rebellium insolentiam ad debitam fidem et debitae devotionis obsequium revocare. Eapropter cognoscat universitas fidelium imperii tam praesentis aetatis, quam successivae [5]) posteritatis, quod nos solita benignitatis nostrae gratia ad fidem et devotionem Lombardorum, qui aliquando nos et imperium nostrum offenderunt [6]), viscera nobis innatae pietatis aperientes, eos, et societatem ac fautores eorum in plenitudinem gratiae nostrae recepimus [7]), offensas omnes et culpas, quibus nos ad indignationem provocaverant, clementer eis remittentes, easque propter fidelia devotionis suae [8]) servitia, quae nos ab eis credimus certissime recepturos, in numero dilectorum nostrorum fidelium computandos censemus. Pacem itaque nostram, quam eis clementer indultam concessimus, praesente pagina iussimus subterscribi [9]), et auctoritatis nostrae sigillo communiri. Cuius est hic tenor et series.

§. 1. Nos Romanorum Imperator Fridericus, et filius noster Henricus, Romanorum Rex, concedimus vobis, civitatibus, locis [10]) et personis societatis regalia et consuetudines vestras [11]) tam in civitate, quam extra civitatem, videlicet Veronae et castro [12]) eius, et suburbiis [13]), et aliis civitatibus et suburbiis [14]), locis et personis societatis in perpetuum, videlicet ut in ipsa civitate omnia habeatis, sicut hactenus habuistis vel habetis [15]). Extra vero omnes consuetudines sine contradictione nostra exerceatis, quas ab antiquo exercuistis vel exercetis, scilicet in fodro, et [16]) nemoribus, et pascuis, et pontibus, et [17]) aquis, et molendinis, sicut ab antiquo habere consuevistis vel habetis, in exercitu, in munitionibus civitatum, in iurisdictione, tam in

---

[a]) *Haec Acta sive Instrumentum Pacis Constantiae extant in Canciani barbar. legg. ant. Vol. V. p.* 48 *sqq. ex Cod. Dolleonio emendata; Carlini Disquisitionem de pace Constantiae* (*Veronae* 1763. 4.) *ad orationem emendandam adhibui Bk.*

[1]) et quosdam nobiles Alemaniae *om. Carl.* — [2]) una et Longobardos eorumque foederatos ex altera parte *Carl.* — [3]) divina gratia favente *Canc.* — [4]) *Canc.*; *al.* clem. immensa serenitas mansueta. — [5]) quam futurae seu successurae *Canc.* — [6]) *Carl.*; offenderant *Canc.* — [7]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* recipimus. — [8]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* fidelia devotae sinceritatis. — [9]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* subscribi. — [10]) locis *om. Canc.* — [11]) *Canc.*; *al.* nostras. — [12]) castris *Canc.* — [13]) *Carl.*; et suburgis *Canc.*; *al.* eius, suburbiis etiam. — [14]) et suburbiis *om. Carl.*, *Canc.* — [15]) sicut — habetis *om. Carl.* — [16]) *Carl.*; exercetis. Similiter in fodro et *Canc.*; *al.* exercetis scilicet in foro vel in. — [17]) *Canc.*; *al. om.* et

in causis criminalibus, quam in causis [1]) pecuniariis, intus et extra, et in ceteris, quae ad commoditatem spectant civitatum. Volumus, ut regalia, quae vobis concessa non sunt [2]), in hunc modum cognoscantur. Episcopus [3]) loci, et homines tam de episcopatu, quam de civitate eligantur, viri bonae opinionis, et qui ad hoc idonei [4]) esse credantur, et [5]) tales, qui nec contra civitatem, nec contra [6]) nostram maiestatem privato vel speciali odio teneantur, qui iurent, quod bona fide et sine fraude perquirent, et inquisita consignabunt ea, quae specialiter ad nostram excellentiam spectant. Si autem huic inquisitioni supersedendum esse putaverint, censum duorum millium marcharum argenti per singulos annos petimus. Attamen competente moderatione moderabimur etiam quantitatem istam, si enormis visa fuerit [7]).

§. 2. Si quis autem super his, quae vobis concessimus vel permisimus sive in civitate, sive [8]) extra civitatem, querimoniam apud nostram maiestatem [9]) deposuerit, eius querimoniam non admittemus, et silentium ei imponemus.

§. 3. Hoc, quod nos vel noster antecessor rex vel Imperator episcopis, ecclesiis, vel civitatibus, vel aliis quibuscunque personis clericis vel laicis ante tempus guerrae dedit vel quolibet concessionis titulo concessit, firmum et ratum habemus, salvis superioribus concessionibus, ut pro ea solita nobis servitia exhibeantur, sed census non praestetur. Commoditates, quas pro bono pacis civitatibus concessimus in civitate [10]) vel extra, illorum [11]) nomine non intelligimus, pro quibus census debeat praestari.

§. 4. Privilegia omnia, et data, et concessiones, quae in privilegium [12]) et [13]) damnum civitatum, vel locorum, vel personarum societatis [14]) occasione guerrae in iniuriam alicuius praedictorum a nobis vel a [15]) nuncis nostris indulta sunt, cassentur et in irritum deducantur.

§. 5. In civitate illa, in qua episcopus per privilegium Imperatoris vel regis comitatum habet, si consules per ipsum episcopum consulatum recipere solent, ab ipso recipiant, sicut recipere consueverunt; alioquin unaquaeque civitas a nobis consulatum recipiat.

§. 6. Consequenter prout [16]) in singulis civitatibus consules constituentur, a nuncio nostro, qui sit in civitate vel episcopatu [17]), investituram recipient. Et hoc usque ad quinquennium. Finito quinquennio unaquaeque civitas mittat nuncium ad nostram praesentiam pro recipienda investitura; et sic in posterum, videlicet ut finitis singulis quinquenniis [18]) a nobis recipiant, et intra quinquennia [19]) a nuncio nostro, sicut dictum est, nisi in Lombardia fuerimus; tunc enim a nobis recipient [20]). Eadem observentur in successore nostro. Et omnes investiturae gratis fiant. Quum autem nos Imperator divina vocatione [21]) decesserimus, vel regnum filio nostro concesserimus, simili modo a filio nostro vel eius successore investituram recipietis.

§. 7. In causis appellationum, si quantitas viginti quinque librarum imperialium summam excedat [22]) appellatio ad nos fiat, salvo iure et moribus Brixiensis ecclesiae in appellationibus, ita tamen, ut non cogantur in Alemanniam ire; sed nos habebimus proprium nuncium in civitate [23]) vel episcopatu, qui de ipsa appellatione cognoscat, et iuret, quod bona fide et sine fraude [24]) causas examinabit et definiet secundum leges et mores illius [25]) civitatis intra duos menses a contestatione litis, vel a tempore appellationis receptae, nisi iusto impedimento vel consensu utriusque partis remanserit.

§. 8. Consules, qui in civitatibus constituentur, tales sint, qui fidelitatem nobis fecerint vel faciant, antequam consulatum recipiant.

§. 9. Vasalli nostri a nobis investituram accipiant [26]), et fidelitatem faciant sicut vasalli; ceteri omnes sicut cives, a quindecim [27]) annis usque ad septuaginta, nisi tales personae sint, quibus debeat et possit sacramentum remitti sine fraude [28]). Vasalli, qui tempore [29]) guerrae vel treugae [30]) non postulaverint investituram, vel debita servitia nobis non exhibuerint, hac occasione feudum non amittant.

§. 10. Libellariae et precariae in suo statu permaneant secundum consuetudinem uniuscuiusque civitatis, non obstante lege nostra, quae dicitur, Imperatoris Friderici.

§. 11. Damna [31]) omnia, et ablata, et [32]) iniurias, quas nos per nos et per nostros ab universitate societatis, vel ab aliquo de societate, vel coadiutoribus societatis sustinuimus, per nos et per nostram partem [33]) gratis remittimus, et plenitudinem nostrae gratiae eis damus.

§. 12. Moram superfluam in civitate vel episcopatu pro damno civitatis non faciemus.

§. 13. Civitates munire [34]), vel extra munitiones facere eis liceat. Item societatem, quam nunc habent, tenere, et quoties volnerint renovare eis liceat.

§. 14. Pactiones timore nostro [35]) vel impressione [36]) nunciorum factae cassentur et [37]) pro infectis habeantur, nec pro eis aliquid exigatur, puta [38]) Placentinorum, scilicet pactum pontis Padi, et fictum eiusdem pontis, et regalium, et datum [39]), et pactum, quod episcopus Hugo fecit de castro Arquato, et si quae alia [40]) similia sunt facta ab ipso episcopo, vel a communi, vel ab aliis de societate nobiscum vel nostro nuncio; ipso ponte remanente cum omnibus suis [41]) utilitatibus Placentinis, ita tamen, quod teneantur semper solvere [42]) fictum abbatissae sanctae Iuliae de Brixia, et si quae [43]) sunt similes.

§. 15. Sententiae quoque, quae de iure et secundum leges et consuetudines contra aliquem vel aliquos de societate latae sunt, teneant, si tamen [44]) de iure contra eos tenerent, si gratiam nostram [45]) habuissent. Quae vero contra aliquem vel aliquos de societate latae sunt occasione guerrae seu discordiae [46]), in irritum deducantur. §. 16.

---

[1]) causis *om. Canc.* — [2]) *Carl.*; vobis concessa nunc sunt *Canc.*; *al.* vobis non concessimus. — [3]) *Canc.*; *al.* cognoscantur per episcopum. — [4]) hoc boni et idonei *Canc.* — [5]) *Bä.*; *al. om.* et. — [6]) *Carl., Canc.*; *al. om.* contra. — [7]) Si autem — fuerit *om. Canc.* — [8]) *Carl., Canc.*; *al.* vel. — [9]) *Canc.*; *al.* apud maiestatem ipsam. — [10]) *Carl., Canc.*; *al.* civitatibus. — [11]) *Carl.*; *al. om.* regalium. — [12]) praeiudicium *Canc.* — [13]) *Canc.*; *al.* vel. — [14]) *Carl., Canc.*; *al.* civitatis. — [15]) *Canc.*; *al. om.* a. — [16]) *Carl., Canc.*; *al.* vero. — [17]) *Carl.*; *al. add.* et. — [18]) *Carl., Canc.*; *al. om.* mittat — quinquenniis. — [19]) *Carl.*; et intra quinquennium *Canc.*; *al.* recipiat, et intra quinquennium. — [20]) *Carl., Canc.*; *al.* recipiet. — [21]) voluntate *Carl.* — [22]) *Canc.*; *al.* excesserit. — [23]) *Canc.*; *al.* civitatibus. — [24]) et sine fraude *om. Canc.* — [25]) *Carl., Canc.*; *al.* ipsius. — [26]) *Carl., Canc.*; *al.* recipiant. — [27]) *Carl., Canc.*; *al.* sedecim. — [28]) *Canc.*; *al.* debeant et possint s. f. sacramenta remitti. — [29]) qui pro tempore *Canc.* — [30]) treuga *om. Canc.* — [31]) *Carl., Canc.*; *al.* dicat, Imp. Friderici damna. — [32]) *Carl., Canc.*; *al.* etiam. — [33]) *Carl., Canc.*; *al.* nos cum nostra parte. — [34]) *Carl.*; *al.* murare. — [35]) Pactationes timore nostro habitae *Canc.* — [36]) *Carl., Canc.*; *al.* per impressionem. — [37]) nunciorum nostrorum (*om.* factae cassentur et) *Canc.* — [38]) *Canc.*; *al.* exigatur. Pacta — [39]) *Carl., Canc.*; *al.* datium. — [40]) *Carl.*; si qua alia *Canc.*; *al.* si aliqua. — [41]) aliis *add. Canc.* — [42]) *Carl., Canc.*; *al.* ten. persolvere. — [43]) aliae *add. Canc.* — [44]) *Carl., Canc.*; *al.* sicut. — [45]) *Carl., Canc.*; *al. add.* non. — [46]) ecclesiae *add. Canc.*

§. 16. Possessiones omnes, quas quisque de societate ante tempus [1]) guerrae iuste tenebat, si per vim ablatae sunt [2]) ab eis, qui de societate non sunt [3]), sine fructibus et [3]) damno restituantur, vel si eas recuperaverit, quiete possideat, nisi per electos arbitros ad cognitionem regalium nobis assignentur.

§. 17. Opizoni marchioni omnem offensam, quam nobis vel alicui partis nostrae fecit [4]), postquam in societate fuit [5]), vel per se, vel per aliquam personam cum societate, vel defendendo aliquem de societate, imperiali clementia per nos et nostram partem remittimus [6]), et in plenitudinem nostrae gratiae eum recipimus [7]), nec per nos, nec per interpositam personam pro praeteritis offensis sibi vel parti ipsius aliquam inferemus iniuriam [8]), laesionem vel coërcitionem [9]).

§. 18. Amplius eam iurisdictionem, quam Mediolanenses exercere consueverunt in comitatibus Seprii, et Martexanae [10]), et Burgariae, et in aliis comitatibus, exceptis locis, quae Pergamenses modo pro commune [11]) tenent inter Addnam et Ollium, et [12]) excepto Romano veteri et Bariano, et eam, quam modo exercent, libere et quiete habeant et possideant sine contradictione nostra et successorum nostrorum, salvis datis et pactis, et concessionibus in suo robore durantibus, quae Mediolanenses pro [13]) commune fecerunt civitatibus Pergami, Novariae, et Laudae [14]), nec propter [15]) hanc concessionem laedendis. Nec ullum praeiudicium fiat iuri aut consuetudini alicuius civitatis [16]) societatis, nec aliquod ius acquiratur in detrimentum alicuius civitatis societatis propter praedictas [17]) concessiones.

§. 19. Pacta inter civitates societatis [18]) quondam facta nihilominus firma et rata [19]) permaneant, nec aliquid intelligatur acquisitum Mediolanensibus in episcopatu Laudensi propter [20]) dictas concessiones, salvo iure aquae Lambri Mediolanensibus [21]), si quod habent, vel in pedagio [22]).

§. 20. Omnes de societate, qui fidelitatem nobis iurabunt, in sacramento fidelitatis adiicient, quod possessiones et iura, quae nos habemus in Lombardia, et possidemus extra societatem [23]), iurabunt [24]) bona fide nos manutenere, si opus fuerit, et cum super hoc per nos vel per certum nuncium nostrum fuerint requisiti, et si amiserimus, recuperare, ita videlicet, quod finitimae civitates obnoxiae sint principaliter ad hoc faciendum, et si opus fuerit, aliae teneantur ad competens auxilium praestandum. Civitates de societate [25]), quae sunt extra Lombardiam, in suo confinio similiter [26]) teneantur facere. Si qua vero civitatum ea, quae in conventione pacis ex parte nostra statuta sunt, non observaverit, ceterae civitates eam ad id observandum bona fide compellant, pace nihilominus in suo robore permanente.

§. 21. Nobis [27]) intrantibus Lombardiam [28]), fodrum consuetum et regale qui [29]) solent et debent [30]) praestabunt. Et vias et pontes bona fide, et sine fraude, et sufficienter reficient. In eundo et redeundo mercatum sufficiens nobis et nostris euntibus et redeuntibus bona fide, et sine fraude praestabunt. In omni decimo anno fidelitates [31]) renovabunt in iis, qui eas nobis non fecerunt, cum nos petierimus vel per nos [32]), vel per nostrum nuncium.

§. 22. Si qui ex parte nostra de suis iustis possessionibus expulsi sunt, restituantur sine fructibus et damno, nisi in causa principali seu [33]) proprietatis iure possit se tueri possessor, salvis prioribus concessionibus. Et omnes offensae eis remittantur. Eodem iure servando iis, qui sunt ex parte nostra, circa restitutionem, nisi civitas teneatur [34]) iuramento, ut non restituat, quo casu arbitrium boni viri volumus pro restitutione succedere.

§. 23. Et si qua controversia fuerit orta de feudo inter nos et alium, qui sit de societate, per pares illius civitatis vel episcopatus, in quo discordia agitur [35]), secundum consuetudinem illius civitatis in eodem episcopatu terminetur, nisi nos in Lombardia fuerimus; tunc enim in audientia nostra, si nobis placuerit, causa [36]) agitabitur.

§. 24. Item volentibus venire contra pacta non per violentiam facta et iuramento firmata inter civitatem et civitates societatis, vel civitates [37]) et alias personas, nos audientiam denegabimus.

§. 25. Item nos restituimus stratam Veronensibus, et nominatim recipimus Exelinum [38]) in plenitudinem gratiae nostrae, et omnem offensam ei remittimus [39]).

§. 26. Hanc igitur pacem [40]) secundum formam praescriptam, et sicut [41]) per mediatores pacis, videlicet Willelmum episcopum Astensem [42]), Henricum Marchionem Saonensem [43]), fratrem Thidericum [44]) de Sylva Benedicta, et Rodulphum camerarium nostrum, una cum eis bona fide intelleximus, et secundum tenorem, quo eandem pacem et concordiam iurari [45]) fecimus, et secundum quod Lombardi eam bona fide intellexerunt, in perpetuum ratam haberi et conservari statuimus, et ut [46]) firma permaneat et inconcussa [47]), praesentem paginam nostri impressione sigilli fecimus communiri.

Nomina vero civitatum, quibus et [48]) gratiam nostram reddimus [49]), et praescriptam facimus [50]) concessionem

---

[1]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* tempore. — [2]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* sint. — [3]) *Carl.*, *Canc.*, *al.* cum fructibus et sine. — [4]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* fecerit. — [5]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* fuerit. — [6]) remisimus *Carl.*, *Canc.* — [7]) recepimus *Carl.* — [8]) iniuriam *om. Canc.* — [9]) coactionem *Carl.*, *Canc.* — [10]) Seprii et Martianae *Canc.* — [11]) *Carl.*; modo per commune *Canc.*; *al.* Perg nomine nostro — [12]) *Carl* ; Aduam et Oluum et *Canc.*; *al.* Alduam et Oleum (*om.* et). — [13]) *Carl.*; *al.* per. — [14]) *Carl.*; Pergama Novariae Laudi *Canc.*; *al.* Pergamo Novariae et Laudo. — [15]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* per. — [16]) *Carl*, *Canc.*; *al.* civit. et. — [17]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* soc. praeter dictas (*om.* nec aliquod — societatis). — [18]) *Carl.*; societatis *om. Canc.*; *al.* civ. et societates. — [19]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* illibata. — [20]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* praeter. — [21]) iure Mediol. aquae Labrensis *Canc.*; Mediolanensibus *om. Carl.* — [22]) Labr. quod habent in pedargio *Canc.* — [23]) civitatem *Canc.* — [24]) ea *addi vult Carl. et deinde om.* nos. — [25]) *Carl.*, *Canc.*; *vulg. om.* de societate. — [26]) ita *Canc.* — [27]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* Nobis autem. — [28]) per Lomb. *Canc.* — [29]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* quae. — [30]) qui debent et solent et qui solent et debent *Canc. atque pro his ultimis verbis legendum censet* quando solent et debent *vel potius* quod solent et debent. — [31]) fidelitatem *Carl.* — [32]) vel per nos *om. Canc.* — [33]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* suae. — [34]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* adstringatur. — [35]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* in quo descendit, agetur: et. — [36]) *Carl.*, *Canc.*; *vulg. om.* causa. — [37]) *Ita Bk. secundum Carl., sed pro* societatis *habet ille* societates; *vulg.* inter civitates et civitates, societates et societates, vel civitatem; inter civitatem societatis, vel civitatem *Canc., sed in annot. proposuit*: inter civitatem et civitatem societatis vel civitatem. — [38]) *Carl.*; Azolinum *Canc.*; *al* Ozolinum. — [39]) *Carl.*, *Canc.*; *vulg. add.* Datum apud Constantiam solenni curia, VII. Kalendas Iulias. — [40]) *Carl*, *Canc.*; *vulg. om.* parem. — [41]) *Canc.*; *al.* ut. — [42]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* Discensem. — [43]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* Sarnensem — [44]) *Carl.*; Theodoricum *Canc.*; *al.* Fridericum. — [45]) intimari et iurari *Canc.* — [46]) statuimus. Ut *Canc.* — [47]) incolvulsa *Canc.* — [48]) *Carl.*; *vulg.* sic; et *om. Canc.* — [49]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* reddidimus. — [50]) *Carl.*; *vulg.* fecimus.

cessionem seu permissionem [1]), haec sunt: Vercellae, Novaria, Mediolanum, Lauda, Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, Vicentia, Padua, Tarvisium [2]), Bononia, Faventia, Mutina, Regium, Parma, Placentia Istis autem civitatibus et locis pacem servari volumus, et gratiam nostram reddimus. Praescriptam autem concessionem seu permissionem his non facimus, videlicet Imolae, Castro sancti Cassiani, Bobio, plebi de Grabadona [3]), Feltrae, Belluno, Cenetae [4]). Ferrariae autem gratiam nostram reddimus, et praescriptam concessionem facimus seu permissionem, si intra duos menses post reditum Lombardorum a curia nostra de pace praescripta cum iis concordes [5]) fuerint. Hanc itaque pacem et concordiam, sicut supra scriptum [6]) est, tam nos, quam filius noster Henricus Romanorum Rex per camerarium nostrum Rodulphum iurari fecimus in animam nostram.

Hi autem sunt principes et nobiles curiae, qui praescriptam pacem et concordiam per se firmam tenere iuraverunt: Hermannus Monasteriensis episcopus, Henricus Craciensis [7]) electus, Thitelmus Augiensis [8]) abbas, Godofridus [9]) imperialis aulae cancellarius, Otto dux Bavariae [10]), Fridericus dux Svaviae [11]), filius noster, Bertoldus dux de Zaringen [12]), Bertoldus Marchio Istriae [13]), Hermannus Marchio Veronensis, comes Henricus de Dietae [14]), comes Theopoldus de Leschemunde [15]), comes Ludovicus, frater cancellarii de Helfenstein [16]), Rodulphus camerarius, Wernerius [17]) de Lombardia [18]), Cuno [19]) de Nunzenberg [20]), Corradus Pincerna.

Hi autem [21]) sunt nuncii, qui ex parte Longobardorum [22]) pacem praescriptam et concordiam receperunt, et in praesentia nostra iuramento confirmarunt: *De Mediolano* Guido de Landriano, Pinamundus [23]) de Vicomercato, Adobatus [24]), Butrafus [25]), Willelmus Burrus, Guercius de Buxolo [26]), Aldericus de Bonate, Rogerius Marcellinus, Loterius Medicus; *de Brixia* Ophrandus de Martenengo [27]), Gezo de Turbiaco [28]), Desiderius Iudex, Rodulphus de Concisio [29]), Boccatius [30]) de Manerbio, Albericus de Capriano [31]); *de Placentia* Gerardus de Ardicione [32]), Iacobus Strictus, Hermannus de Cario, Caupo [33]) iudex; *de Pergamo* Albertus de Mapello, Atto Ficianus [34]), Ioannes de Pertingo [35]), Lanfrancus de Monacha, Albertus Antonis [36]), Albertus Albertonis [37]); *de Verona* Gozus [38]) iudex, Ubertinus de Carcere, Valerianus de Castello, Marcius [39]) de Castello, Thebaldinus Raymondi [40]), Thebaldinus de Nascinguerra [41]); *de Vincentia* Pilius [42]) iudex, Ubertinus de Fonteviva [43]), Carnevarius, Marcus de Paulino [44]); *de Padua* Ianfus, Ezelinus [45]) iudex, Englescus de Funtegliva [46]); *de Tarvisio* [47]) Florius iudex, Gumbertinus [48]); *de Mantua* Alexandrinus, Iacobus de Amica, Angelus iudex, Henricus de Angelo; *de Faventia* Bernardus iudex, Hugolinus de Azo; *de Bononia* Antonius potestas, Rolandus Guarini, Matthaeus Rodulphi; *de Mutina* Arlotus iudex, Reinerius de Buccabadata [49]); *de Regio* Albertus cambiator, Rolandus de Caritate; *de Parma* Iacobus Petri Balbi [50]), Maladobatus [51]) iudex, Vetulus iudex, Conradus Bulzoni [52]); *de Lauda* Vincentius de Ficiraga [53]), Anselmus de Summaripa [54]); *de Novaria* Opizo de Briona [55]), Tedisius Cabalarius [56]), Guido de Boniprando [57]); *de Vercellis* Meardus et Vercellinus. Hae autem sunt civitates et loca, quae pacem praescriptam sub iuramento Lombardorum nobiscum receperunt, et eandem per se iuraverunt [58]): Papia, Cremona, Cuma, Terdona [59]), Asta, Caesarea [60]), Ianua, Alba, et aliae civitates, et loca, et personae, quae sunt et quae fuerunt ex parte [61]) nostra.

Haec autem sunt nomina nunciorum [62]), qui investituram consulatus a nobis nomine civitatum receperunt: De Mediolano Adobatus; de Placentia Gerardus Ardicionis [63]); de Lauda Vincentius; de Verona Gozus [64]); de Vincentia Pilius; de Padua Ianfus; de Tarvisio Florius; de Mantua Alexandrinus; de Faventia Bernardus; de Bononia Antonius [65]); de Mutina Arlotus; de Regio Rolandus; de Parma Iacobus Petri Balbi; de Novaria Opizo; de Vercellis Meardus; de Pergamo Atto Ficianus [66]).

Signum

---

[1]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* promissionem, *idemque infra.* — [2]) *Canc.*; *al.* Tervisium. — [3]) Grabedona *Carl.*; Gravatona *Canc.*; *al.* Guarbadona. — [4]) *Carl.*; Feltre, Bellunae, Cenetae *Canc.*; *al.* Feretrae, Belutiae, Tenetae. — [5]) *Carl*, *Canc.*; *al. om.* cum iis concordes. — [6]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* praescriptum. — [7]) *Carl.*; Curiensis *Canc.*; *al.* Cirnensis. — [8]) Thyteynus Aquensis *Canc.* — [9]) *Carl.*; *vulg.* Citalinus Curiensis, Abbas Gotifredus. — [10]) Ortus dux Augeriae *Canc.* — [11]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* Sunormae. — [12]) *Carl.*; Dux Zarigenae *Canc.*; *al.* dux Zaermoez. — [13]) *Bk.*; Ystriae *Carl.*, *Canc.*; *al.* Histriae. — [14]) *Carl.*; Dierse *Canc.*; *al.* H. dux Spleten. — [15]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* Theophobus de Lexchomienda. — [16]) *Codd. ap. Carl.*; Holfestem *Carl.*; Elfestem *Canc.*; *al.* Olfestre. — [17]) *Carl.*; Venerius *Canc.*; *al.* Guarnerius. — [18]) Bonlandia *Carl.*; Bombardia *Canc.* — [19]) *Cod. ap. Carl.*; Cheuno *Canc.*; *al.* Cano. — [20]) *Cod. ap. Carl.*; Nuncembero *Carl.*; Montebret *Canc.*; *al.* Minabere. — [21]) *Carl.*; *al. om.* autem. — [22]) Lombardorum *Canc.* — [23]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* Pinamonte. — [24]) Adubatus *Carl.* — [25]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* Bultraffus. — [26]) *Carl*, *Canc.*; *al.* Buxolla. — [27]) *Carl.*; Obtaldus de Marzelengo *Canc.*; *al.* Obrandus de Martinengo. — [28]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* Gozed de Turbiado. — [29]) *Carl.*; Consissio *Canc.*; *al.* Concipio. — [30]) Bochasius *Canc.*; Bocasius *Carl.* — [31]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* Caprino. — [32]) *Carl.*; Arditione *Canc.*; *al.* Artizone. — [33]) *Carl.*, *Canc.*; *al.* de Carnocampo. — [34]) *Bk.*; Artus Fatianus *Canc.*; *al.* Attoficianus. — [35]) *Codd. ap. Carl.*; Praga *Carl.*; Piterengo *Canc.*; *al.* Piterigo. — [36]) Attonus *Canc.* — [37]) Albertonus *Carl.*; Albertanus *Canc.* — [38]) *Carl.*; Cozo *Canc.*; *al.* Cozus. — [39]) Martinus *Canc.* — [40]) *Carl.*; Thobaldus de Ramundo *Canc.*; *al.* Theobaldinus de Nicando. — [41]) *Cod. ap. Carl.*; Thobaldinus de Nasinguera *Canc.*; *al.* Theobaldinus de Nascenguerra. — [42]) *Carl.*; *al.* Pileus. — [43]) *Carl.*; de Fontaniva *Canc*; *al.* de Fonte vivo. — [44]) *Carl.*; Kardenavarius Marcus de Pauliano *Canc.*; *al.* Cardenarius Marchus de Pauliana. — [45]) *Carl.*; Gnanfus, Ezelinus *Canc.*; *al.* Iansuzellinus. — [46]) *Carl.*; Henglescus de Fontenugluria *Canc.*; *al.* Bugelescus de Fonte Glina. — [47]) *Canc.*; Trevisio *Carl.*; *al.* Tervisio. — [48]) Gombertinus *Carl.*; Gombertinus de Anardone *Canc.* — [49]) *Carl.*; de Pucabata *Canc.*; *al.* Bucabata. — [50]) *Codd. ap Carl.*; Bavae *Carl.*; *al.* Bravi; Iac. Patriavie *Canc.* — [51]) *Carl.*; Malabetus *Canc.*; *al.* Mallobatus. — [52]) *Carl*; Bulzonus *Canc.*; *al.* Banzoni. — [53]) *Carl.*; de Fufigam *Canc.*; *al.* de Sisiraga. — [54]) de Fapasma *Canc.* — [55]) Bona *Carl.*; Brionia *Canc.* — [56]) *Carl.*; Thedisius Caballatius *Canc.*; *al.* Tedixius Cabalacius. — [57]) *Carl.*; Wido de Bonprando *Canc.*; *al.* Gerardus de Bomprando. — [58]) et — iuraverunt *om. Carl.* — [59]) *Carl.*; *al.* Cremona, Communiterdona. — [60]) Caesena *coni. Carl.* — [61]) *Carl.*; in parte *Carl.*; *al.* in pace. — [62]) consulum et nunciorum *Carl.* — [63]) *Carl.*; Girardus Arditionis *Canc.*; *al.* Guardus Artizonus. — [64]) *Carl.*; Cozius *Canc.*; *al.* de Laude, Vincentius Corno. — [65]) Antoninus *Carl.* — [66]) *Carl.*; Artus Fatianus *Canc.*; *al.* Atoficiarius.

Signum domini Friderici Romanorum invictissimi [1]) Imperatoris. Ego Godefridus imperialis aulae cancellarius vice Christiani Moguntinae sedis archiepiscopi et Germaniae [2]) archicancellarii recognovi.

Acta sunt haec anno dominicae [3]) *incarnationis millesimo centesimo octogesimo tertio, indictione prima, regnante domino Friderico Romanorum* [4]) *Imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXXII.* [5]), *imperii vero XXIX.* [6]). *Datum apud Constantiam in solenni curia VII. Kalend. Iulii.*

In Christi nomine iuro ego, quod a modo ero fidelis domino Imperatori Friderico et eius filio Regi Henrico. Non ero in consilio vel facto, quod ipsi perdant vitam, vel membrum, aut mentem [7]), seu coronam imperii vel regni, vel caput, et si scivero aliquem fecisse vel facere volentem per me [8]) vel per alium domino Imperatori, vel Regi, vel nuncio eius [9]), sine fraude manifestabo eis. Et adiuvabo honorem coronae tenere [10]), et si perdiderit, recuperare bona fide in exercitu et comitatu adiuvabo. Insuper pacem domini Imperatoris Friderici et filii eius Regis Henrici et suae partis factam cum societate Lombardiae, et civitatibus [11]) eius societatis, sicut scriptum est, inde [12]), sine fraude intra quindecim dies post iurata bono intellectu et sigillo Imperatoris sigillata [13]) observabo bona fide et sine fraude. Et hoc iurare faciam omnes masculos mecum habitantes a decimo octavo anno [14]) supra usque ad septuagesimum [15]), intra quindecim dies, postquam iuratum habuero, exceptis servis, et qui per me iurare noluerint, intra tertiam diem Imperatori, vel Regi, vel suis nunciis manifestabo per breve. MCLXXXIII. Indict. I.

Ego iuro omnibus civitatibus societatis Lombardiae, Marchiae, et Romaniae, et locis, et domino Opizoni Marchioni Malaspinae, et omnibus personis praedictae societatis concessiones et permissiones atque pacta [16]), sicut in scripto pacis inter nuncios domini Imperatoris et rectores et nuncios civitatum societatis Lombardiae facto continetur, firmas tenere. Nec ero in consilio vel facto, ut [17]) aliquid praedictorum minuatur alicui de societate, et si qua persona, aut civitas, vel locus alicui civitati, vel loco, aut personae praedictae societatis, aut iam dicto Marchioni auferre vel deminuere voluerit, eos vel eas manutenere et defendere bona fide et sine [18]) fraude contra omnes [19]) adiuvabo. Et omnia praecepta, quae rectores concorditer omnes vel maior pars mihi fecerint, sine fraude servabo [20]). Et omnia supradicta [21]) attendam a praesentibus [22]) Kalendis Maii usque ad triginta annos, et in capite uniuscuiusque quinquennii, si [23]) per maiorem partem rectorum requisitus fuero, renovabo. Et hoc totum sine fraude iurare omnes homines meae civitatis a decimo octavo anno usque ad septuagesimum [24]) faciam, et haec omnia faciam iurare consules vel potestates meae civitatis, et credentiam [25]) usque ad illum terminum, qui mihi constitutus fuerit per rectores Lombardiae, et Marchiae, et Romaniae in hoc eloquio [26]).

Die Lunae undecimo Kalendas Ianuarii [27]) Placentiae [28]) in ecclesia sanctae Brigidae, in praesentia Mirabelli [29]), Willelmi Girnini [30]) notarii, ibique in eorum praesentia rectores Lombardiae, et [31]) Marchiae, et Romaniae fecerunt praedictum sacramentum, quorum nomina sunt haec: De Brixia Aldericus de Sala, de Verona Gozus [32]) index, de Bononia Prendeparte potestas, de Padua Nazocus [33]), de Novaria Rogerius [34]) Marcellinus potestas, de Tarvisio [35]) Odericus [36]) de Montello [37]), de Mutina [38]) Gulielmus de Azo [39]), de Placentia Bonizo [40]) index, de Pergamo Albertus de Ossa potestas, de plebe de Grabadona [41]) Petrus Calvus [42]) iudex, de Faventia Willelmus Butinus [43]) potestas, de Mediolano Petrus vicecomes.

Haec sunt nomina eorum, qui ita [44]) iuraverunt, ut superius legitur, et ut praedicti [45]) iuraverunt rectores, eo excepto, quod non fuerunt districti facere iurare homines suae civitatis: de Brixia Desiderius index, Martinus de Pontenalupis, et Pax Confalonerius; de Padua Ianfus [46]) et Gerardus [47]) de Calaone [48]); de Verona Carlaxarius Crescentinorum [49]) et Vivianus advocatorum; de Tarvisio Travisius de Gualperto [50]); de Pergamo Lanfrancus de Monacha [51]), Oprandus index, Ioannes de Petrengo [52]); de Novaria Fridericus Opizo de Bano [53]), Michaël Capra; de Mutina Rolandus de Baiamonte [54]); de Bononia Rolandus de Rodulpho, Guarino, Buccarellus de Andrea, Ospinellus de Carbonensibus [55]). De plebe de Grabadona Gregorius consul iuravit, ut suus rector [56]); de Faventia Anteus [57]) index. Anno a nativitate domini millesimo centesimo octuagesimo quinto [58]), indictione tertia [59]). Et postea sequenti die Martis XII. [60]) Kal. Ianuarii Arman-

---

[1]) *Carl.*, *Cane.*; *al.* inclytiss. — [2]) Germaniae *om. Carl.* — [3]) *Carl.*, *Cane.*; *al. om. dominicae.* — [4]) *Carl.*, *Cane.*; *al. Romano.* — [5]) *Carl.*, *Cane. in annot.*; *al. octogesimo secundo.* — [6]) *Carl.*, *Cane.*; *al. tricesimo nono.* — [7]) aut mentem *om. Cane.* — [8]) se *Carl.* — [9]) eorum *Cane.* — [10]) et eum adiuvabo tenere *Cane.* — [11]) *Carl.*; *al. om.* civitatibus. — [12]) et inde *Cane.* — [13]) iuratam — sigillatam *Cane.* — [14]) *Ita emend. Nic. a Salis* (*Scilimentia ex toto iure civ. collecta. Hanov.* 1614. 8. *p.* 924.); *cf. infra et II. F. tit.* 53.; a quindecim annis *Carl.*; a sexdecim annis *Cane.*; *al.* a decimo sexto anno. — [15]) septuaginta *Carl.* — [16]) atque pacta *om. Cane.* — [17]) *Carl.*, *Cane.*; *al.* ubi. — [18]) fide absque *Cane.* — [19]) homines *add. Cane.* — [20]) *Carl.*; *al.* observabo. — [21]) suprascripta *Carl.* — [22]) *Carl.*; *al. om.* praesentibus. — [23]) *Carl.*, *Cane.*; *al.* scilicet si. — [24]) ab octodecim annis usque ad septuaginta annos *Carl.*; a XVIII annis usque ad LXX. *Cane.* — [25]) *Carl.*; *al.* credentias. — [26]) colloquio *Carl.*, *Cane.* — [27]) XI exeunte Ianuario *Cane.* — [28]) *Carl.*; *al.* in Placentia. — [29]) Vivianelli *Carl.*; Villanelli *Cane.* — [30]) *Carl.*; Wilielmi, Gironi *Cane.*; *al.* Gulielmi, Garonii. — [31]) *Carl.*; *al. om.* et. — [32]) *Bk.*; Cocius *Carl.*; Cozo *Cane.*; *al.* Vozo. — [33]) *Carl.*; Vazotus *Cane.*; *al.* Bazotus. — [34]) Ruzerius *Carl.*; Ruzerius *Cane.* — [35]) *Carl.*, *Cane.*; *al.* Tervino. — [36]) *Carl.*; Oduricus *Cane.*; *al.* Oldericus. — [37]) *Cane.*; Mantello *Carl.*; *al.* Mantelio. — [38]) *Carl.*, *Cane.*; *al.* Mantua. — [39]) Atto *Carl.* — [40]) Homizo *Carl.* — [41]) *Carl.*; Gravatona *Cane.*; *al.* Granatina. — [42]) *Carl.*; *al.* Collus. — [43]) Burzus *Carl.*; Burinus *Cane.* — [44]) *Carl.*; *al. om.* ita. — [45]) *Carl.*; et ut dicti *Cane.*; *al.* legitur, ut dicti. — [46]) Guansus (?) *Carl.*; Guanfus *Cane.*; *al.* Ganiphus. — [47]) *Carl.*; *al. om.* et Gerardus. — [48]) *Carl.*; a Calone *Cane.*; *al.* Achalaone. — [49]) *Carl.*; Carlaxatus Crescentionum *Cane.*; *al.* cancellarius Grescenonum. — [50]) Tarvisius de Walperto *Carl.*; Trivisius de Walperto *Cane.* — [51]) *Carl.*, *Cane.*; *al.* Lanfrancus. De Monancha. — [52]) *Carl.*; *al.* Petengo. — [53]) *Carl.*; F. de Bono *Cane.* — [54]) *Carl.*; *al.* Baimonte. — [55]) *Carl.*; *al.* De Garino, Bunalellus de Garbonensibus. — [56]) *Carl.*; *al.* consul ita iuravit, suus rector. — [57]) Aureus *Carl.*, *Cane.* — [58]) *Carl.*, *Cane.*, *al. om.* quinto. — [59]) *Carl.*, *Cane.*; *al.* prima. — [60]) Mart. exeunte *Carl.*; Martis X. exeunte Ianuario *Cane.*

Armannus de Parma rector idem [1]) sacramentum fecit, ut praedicti [2]) rectores fecerant [3]), et Albertus de Thebaldo. Similiter die statuta VI. Kal. Ianuarii iuravit Prendepara potestas Bononiae, Rolandus Rodulphi de Guarino, Buralellus, Ospinellus Walberti Eliazarii, Attonis, et Sinibaldi, et Ildevrandi Oddonis Tascarii. Idem iuraverunt alii rectores.

Ego Odolinus, sacri palatii notarius, et a domino Imperatore Frederico confirmatus postea, interfui et scripsi [4]).

---

[1]) praedictum *Carl.* — [2]) *Carl*, *Cane.*; *al.* pridem. — [3]) *Carl.*; fecerunt *Cane.*; *al. om. hoc verbum.* — [4]) *Carl.*; *al.* Thebaldo similiter (*om. reliquis*).

BIBLIOTEKA GŁÓWNA

Bk. . . . . . Corpus iuris civilis recognovit et — edidit D. Io. Lud. Guil. Beck. Tom. II. Pars II. Lipsiae (Cnobloch). 1834. 8.

Bk. ed. ster. . . . . . Corpus iuris civilis. Edit. stereotypa ex offic. Caroli Tauchnitii cura D. Io. Lud. Guil. Beck. Vol. II. Lipsiae (Cnobloch). 1837. 4.

edd. . . . . . Hac sigla usus sum, ubi editiones antiquae (Trid., Port, Cont.) consentientes dissentiebant a Cod. Hamb.

Bas. . . . . . Basilicorum libri LX. ed. C. A. Fabrotus. VII Tomi. Paris. 1647. fol. Librorum decem priorum usi sumus editione C. G. E. Heimbachii. Lips 1833. 4.

Athan. . . . . . Athanasii Scholastici Emiseni de Novellis Constitutionibus Imperatorum Iustiniani Iustinique Commentarius in: Gustavi Ernesti Heimbach Anecdotorum Tom. I. Lips. 1838. 4.

Coll. const. eccl. . . . . . Collectio constitutionum ecclesiasticarum in: Voëlli et Iustelli Bibliothecae iuris canon. vet. Tom. II.

(*Ioannis*) *Nomoc.* . . . . . (Ioannis Scholastici) Nomocanon in: Voëlli et Iustelli biblioth. Tom. II.

Photii Nomoc. . . . . . Photii Nomocanon — extat ibidem, nec non Balsamonis ad Photii Nomoc. Commentarius.

Coll. 87. capitul. . . . . . Usi sumus iis, quae de hac collectione 87. capitulorum nondum edita docuit et exhibuit Biener l. c. p. 584 sqq.

Psell. . . . . . Pselli libellus de Novellis Iustiniani Graece scriptus ex literis Ed. Tannebergi ed. Berger. Lipsiae 1836. 8.

Cr. . . . . . Ita designavimus, quae ex Crameri schedis in usum vocare visum est; cf. Praefat. p. VII sq.

Rehd., Schw., Aug. I. II. III. In notis *ad libros Feudorum* additis retinuimus signa Codicum Mss. Rehdigeriani, Schwarziani, Augustani I. II. III. (Rehd., Schw., Aug. I. II. III.), quae sunt in edit. Corporis iur. Gotting., unde eorum Codicum lectiones desumsimus.

T. 1/3

WYŻSZA SZKOŁA
PEDAGOGICZNA W KIELCACH
BIBLIOTEKA
141185 ZH

Biblioteka WSP Kielce
0328850

BOOKKEEPER
0030000104